riã intrinsecus poscit: scilicet ad deum redire tanquam ad primam causam: est opus aliqua supernaturali intelligentia: que nobis uiam ostendat perueniendi in illam gloriam siue quietem: quam nos intrinsece cupimus. & talis cognitio non est per instinctum quo bruta & arbores: nisi per intellectualem cognitionem. Bruta enim circa corporeas delectationes uel aduersitates attẽdunt: sed nihil de perpetua animarũ gloria instant: & ideo pauca indigent cognitione: quoniã non possumus a natura quicquid deus nobis statuerit aliquatenus scire. quod experto comprobatur. Nemo enim ex philosophis per semetipsum in sufficientem cognitionem circa primam causam attigit: q̃uis aliqd ꝓferrent id ipsum pagerit. quippe quod omnes ab aliquibus hominibus de deo cognitionem habentibus fundamentũ assumpserunt uti Moyses Mercurius trismegistus plato atq; alii antiqui qui diuinam doctrinam sequebanť. ¶ Deus itaq; debet hominibus suã uoluntatẽ circa legẽ reuelare qua sibi iseruiamus. ¶ Et quod deũ amemus ut secum copulemur affirmatur per Aristotilem: & quosdam alios philosophos: qui quamplura sunt de felicitate loquuti dicentes: quod felicitatem solum per unionem intellectus nostri cum intellectu agente habere possumus. & quum ista reunitio necubi secundum naturam esse queat extra diuinum suffragium ac seriem: necessario oportet quod de diuini numinis uoluntate cognitionem habeamus: qualis sit: & quia deus altissimus pre ceteris est. sequitur omnimodo quod si suam uoluntatem scire debemus ab ipso nobis propaletur: non enim ex nobismetipsis eam adipisci possumus: & ista declaratio lex erit: quum nil aliud lex sit q̃ propalatio uoluntatis domini dicentis: ita uolo ut faciatis. Vnde secundum religiosos & irreligiosos probatur nos legem a deo illatam habere. Sed q̃uis aliquis particulariter fuisset cum intellectu uniuersali reunitus: ueluti Aristotiles & Auerroys aiunt. hec reunitio non esset lex: eo quod omnes homines unam cõmunem legem expostulant: qua felices fierent: & talem reunitionem quam hii assignant quisq̃ particulariter secundum ipsos habere posset: non tamen omnes: quapropter eiusmodi reunitio lex esse non potest. & q̃uis aliquis in cognitionem dei attingeret: hoc non precise a se sed diuino numine propicio. ¶ Iccirco oportuit perspecta nostra necessitate quod deus aliquã legem dedisset: qua omnes saluaremur de se cognitionẽ habentes. nãq; aliter frustra essemus intellectuales creati. ¶ Inter alios Scot9 teneť uŕ: nos ñ posse naturali rõne: sed sola fide legẽ nostram ꝓbaŕ. tñ ꝓpõit & minime ꝓbat: nã dicẽdo ñ posse aliq̃ rõne ꝓbari: ꝑcepta siue legẽ eẽ necessariã oporteret. qđ ecõuerso demõstraret: eo magis: qđ similia dicta scãdalosa sunt: ut expiẽtia apparet: qa plures uolẽtes legis ꝓbationẽ effugere: scoti sñiam ꝓ subtiliori allegãtes accipiũt. ¶ Et quũ necessario leges ꝓbare uolum9 i cõmũi: dicimus opteť naturã unicuiq; iuxta opa tribuere. qa nequaquã sine lege fieri põt. Dum uero ad particularia deuenimus: secundum cõmunem omnium philosophorum opinionẽ dicimus: omnia a deo dependere: tanquã a summo & perfectissimo ente. & dependendo naturaliter ab ipso legem petimus. Sed hic non dicimus de hac lege precise nisi de ista uel alia: dummodo bona sit. & quum deus optimus ac perfectissimus: etiam affirmamus quod perfectam legem est daturus: & habito hoc fundamento: quod necessario legem a deo petimus: & de ratiõe nobis eam perfectam est daturus. Restat ut qualis lex diuina sit a nobis percipiatur. ¶ Lex enim que diuina erit diuinas quoq; proprietates continebit: & ubi has diuinas proprietates inuenimus: necubi aliqua falsitas intermediari potest. saltem iuxta textum quia in cõmentis aliquando potest quicquã ultra morẽ dilatari. Sed nos legẽ uocamus illud quod in textu: sacre scripture continetur. & quia a fructibus arbores cognoscimus concedendũ est mosaicam legem quandoq; bonam fuisse: quum diuina miracula in ea uisa sint. ut de maris rubri apertione: & aquarum abstractione: a uiuo saxo per manum moysis: ac de pluribus aliis consimilibus. At quoniam huiusmodi partes a solo deo emanarunt: quecunq; in lege continebantur sunt omnimodo approbanda. Et quia per os prophetarum aliam perfectiorem legem tantum promisit: dicim9 nobis tributam esse: quam quidem propter miracula in ea a nobis perspecta latius approbamus. Et si quis dicat ꝙ non possumus trinitatem in diuinis cognoscere: ut a christianis fertur. Respondemus qđ propter ueras & miraculosas partes que in lege gratie inueniuntur: trinitatem & alia huiuscemodi uera esse approbamus: eo magis quod ubi a nobis de trinitate pertractatur: deum fertilem esse siue intrĩsece & extrinsece producentem: quemadmodum & in secundo & tertio tractaturi sumus. & asserendo quod cuncta hec per legẽ accipimus nec quicq̃ per naturã. Respõdetur quod in quibusq; rebus quas a nobis scitas credimus: priusq̃ ipsas sciamus: aliquã ab eis experientiam per suos effectus cõsequimur. nã dũ proferimus homo est animal ratiõale & mortale: antea experto cõperimus quod iste homo ali9 & alius ratiocinantur & demũ moriunť. & proinde eis tanquã de re nota diffinitionẽ appropriamus. Quũq; dicatur lunam esse eclypsabilem primo quidẽ eã eclypsaŕ cernimus: & taliter de ceteris aliis naturalibus rebus intelligimus: nec aliter de lege dicetur. nam postq̃ uidemus necessitatẽ que in nobis est: & deinceps miracula atq; ordinẽ diuinũ in lege positũ: dicimus a natura nos cognoscere legem nostram bonam esse: quum nẽo p̃ter deum queat opera que in ipsa comperimus peragere. & de lege in prima parte secundi libri aduersus irreligiosos latius tractabimus Et si forte opponeretur: ꝙ non possumus oĩno quecunq; ĩ lege sunt naturaliter probare: Respondeť ꝙ sufficit aliqua principia & natura uera esse probari: deinceps ꝙ bonũ sit quicquid principia illa assequitur. que enim bona per experientiam probantur: dato ꝙ aliam theoricam de lege non haberemus: tanq̃ recte ꝓbata per sensus teneť.

Nāq; ultima probatio seu certitudo per sensus sit:& q̄ omnino oīa ab intrinseco & extrinseco in lege nō probemus.hic defectus in omnibus aliis uīis ꝓbationib9 cōtingit:ubiq; eni per ea que uidem9 aut probamus aliquid de intrinsecis credendum est.Nam solus deus omnia intrinseca perfecte cognoscit.& hoc diffusius patebit in tertio libro de creditu tractando.

De Morte anime & corporis. Cap.xxiiii.

¶Quoniam in hoc libro de uariis causis aut legibus saluandi & condemnandi tractamus: etiam aliquid de uariis peccatis inseremus.& primo quid sit mors anime:& quid mors corporis diffiniemus.hic tamen succincte transeundum est:& ubi oportunius erit plene tractabitur.& prius de morte anime explicabimus:que intelligitur dum propter aliquod peccatum sui creatoris gratiam deperdimus. Corporalem uero mortem animarum scilicet & corporum separationem esse dicimus. ¶Et hic nonnulli inquiunt:non inueniri punctum mortis ponendo comparationem inter uigilare & dormire:dum somniū cōcipimus & uigilare conamur:ubi oculos claudimus & aperimus.Sed si quisquā loquitur:id quod dicit audimus:non tamen determinate intelligimus:nec aliter moriendo manemus: & mori dicitur illud spacium:quo sensus dirumpuntur:& corpus trepidare incipit:quousq; uitales spiritus depereūt. & eodem tempore quo morimur mors nūcupaī:nō anterius:nec posterius:sed mors capitur de eo qui primū uixerit:qui enim per aliquod spacium non uiuit mori minime potest. ¶Vnde dicendo morte morieris intelligitur quod aīa post unionem corporis munda uiuat per aliquod spacium: priusq̄ in eam macula ingrediatur.propter quod probamus humanā naturā nō esse totaliter infectam.sed solum quod obligatio in quēlibet particularem hominē cadat.Quod si morituri sumus:necesse est quod pri9 uiuamus.uerum quod post corporum & animarum resurrectionē mortē dicemus:de illis qui apud inferos punienē.Sed priusq̄ uiuamus nō cōpetit dicere nos mori ex eo qđ homines nō fuimus. & quo ad naturā & rationem prius est esse q̄ nō esse:prius bonū q̄ malū:& prius positio q̄ priuatio. Quia bonū super malo fundari non potest.nequidem positio super priuatione.Vnde palam fit quod patres in spermate nullam maculam inserunt nascituris filiis : immo quilibet particulariter in defectu quodam seu imbecillitate reperitur. ¶Sanctus Ioannes baptista de aduentu Christi loquens ait post me ueniet qui ante me factus est.& Christus in eo q̄ deus nō factus nō creatus sed generatus tātū. Iccirco quum Ioānes dicat qui ante me factus est de ordine diuino loqtur in quo Christus primus omnium hominū est.tamen in matris utero post Ioānē generatus:licet primus in ordine rerū:& q̄ bona uel principalio ra sint antea q̄ inferiora in preceptis dei facillime cōprobatur.Precepta eni anteq̄ aliqua ꝓhibeāt.deū & proximū nos amare iubēt:& pariter primis parentibus mandatū est de oībus fructibus paradisi māducari.Postremo uero prohibitum de arbore scientie boni & mali:ita q̄ merito asserendum ē Beatam Mariam in diuino ordine descriptam esse priusq̄ Adam & Eua.

Quomodo peccatum capiatur. Cap.xxv.

¶Asserimus uarias esse peccatorum species.utpote mortale ueniale & originale.Mortale illud appellamus:quod nobis absolute a diuina lege prohibetur:iubēte ne occidas:quod intelligitur ne tale scel9 patrem9 nec diligētiā adhibeam9 ut fiat.Quod si determinata & iniqua uolūtate id egerimus: q̄uis in effectū minime a nobis puētū fuerit:si nō fit penitētia ī penā sine fine cōdēnaremur.nulla eni uirt9 nr̄a nos coegit:nisi tm̄ ipamet tpis oportūitas.At uero ad rē act9 deducēdo grauior culpa efficereē.Semp āt detestādū ē uelle male agere.Nō eni luciferū rephēdim9 īserēdo qđ ī eq̄litatē cū dn̄o creatore suo attigisset:nisi qđ cū determinata inobediētia statuit se cū deo altissimo eq̄parare pp qđ fuit ad īferoꝝ tartara & caligines depulsus.

Quomodo ueniale peccatum facile dimittaē. Cap.xxvi.

¶Veniale peccatū eiusmodi cōdictōis ē qđ de facili suis nexib9 exoluiē:licet nequaq̄ sit sine aliq̄ grauedie:siue obligatiōe:qa aliter nō adeo horrēdū peccati nomē adhibereē:q̄uis facilitatis pcēdi cognomē obtineat.& dū mortaliter aut uēialiter peccam9 de facili pcipiē. ¶Nā quotiescūq; praua opa ppetram9:ex puersa uolūtate mortaliter peccam9.At dū facile & sine iniqtate erram9 uenialis erit illa culpa:uti p uiā ⁊trāseūdo ob aliquā necessitatē racemū uue aut aliquē similē fructū decerpim9. Q̄m de facili solutionē circa deū & uinee possessorē adinuenim9.Sed accipiēdo q̄cūq; ī uinea sunt arduū erit ut de9 & uinee her9 placeē.

Diffinitio peccati in se. Cap.xxvii.

¶Peccatū ī se nil aliud ē q̄ q̄litas seu qđā obligatio ab īcorreptis opib9 emanās:sed eā dicim9 magis ac min9 grauē ḃm illa opa q̄ patram9.licet ignari arbitrenē qđ sit res substātialis nouiter creata tanq̄ malign9 Angel9:qđ aliter se hēt.hic eni peccatū ꝓ culpa seu obligatiōe appellaē:q̄uis demones ad puniēdos scelestos offō fungané:& ista cōis cōsuetudo ē puniēdi malos:cū aliis scilicet puersis ac deteriorib9.

De originali peccato. Cap.xxviii.

¶Originale peccatum in progenie Ade prius fuit q̃ aliquod aliud peccatū:quis in Adã actuale seu mortale fuerit & nõ originale. Quinimmo aliter in successione se habet.nobis enim grã denegata fuit in nr̃a cõceptiõe ꝓmissa:apta siquidem ad nos ĩ gloriã deducẽdos.& istud originale peccatum quum actuale nõ sit difficulter cognosci poterit.Quia dū nõ erramus minime ꝑ naturã mediū cognoscim9: eiusmodi expulsioni cõpetẽs.Quoniã in peccatis actualibus faciliter quãtū erremus & qd pene merea mur dignoscit:& in origiali culpa minorẽ cognitionẽ nãciscimur:eo qd talis casus ẽ tanq̃ exiliū citra amorẽ dñi nr̃i & gratie carẽtiã.Quū uero solus deus nobis gratiã elargiri põt:& in suū amorẽ recõci liare:a fortiori sibi soli cõpetit:nos de carẽtia & originali defectu habilitare:ꝑ cuius rei remedio baptis mus est ordinatus.attamẽ a qbusdã cõcedit:& a qbusdã negat:q eni diuina lege caret:minime põt de facili cognoscere:qd ab origine aliqd difficultatis adducat:ad finẽ nr̃m obtinẽdū.licet quod q anime immortalitatem & gloriã siue perfectã quietẽ cõsiderat:palã inueniet gratiã:super naturali cursu esse habẽdã.Vnde necessario oportet aliquatenus habilitari a deo: supernaturali tributo.

Vtrū iniuria illata sit generationi Ade propter quod exilium habuit. Cap.xxix.

¶Vt clarius uideat utrū iniuria illata sit generationi Ade ob exiliū extra gratiã dñi sui : quoddam exemplū subnectã.Scilicet:quod pp malos alicuius militis mores:princeps penã tribuit:& tandem exu lem proscribit:quis merito posset maiorẽ punitionẽ tradere. At dū princeps clementia uteretur uitã concessit:quanquã ipsum cunctis bonis expoliet:& a regno ꝓscribat. Verūtamẽ exul penes rationem quotidie debet sua mala opera detestari:& assidue sui dñi clemẽtie gratificari:eã laudãdo: ex quo ipsum uita nõ priuauerit:quū iusticie locū ꝓbuisset.& quis postmodū ex eo filii essent nascituri:nõ possunt de iure petere bona a patre amissa:nec priceps ad restitutionẽ nisi pietate & clementia ductus hoc ipsum ageret.Sed de his exulibus sepenumero accidit:qd dū principẽ cū ꝑseuerantia laudant ueniã domin9 elargitur:& in patriã restituit:atq; iterdū princeps quoq; suoꝝ filioꝝ cū illis q exules erãt affinitatem gerũt.oportet autẽ quod legitimi sint illi q cū sanguine dñi cõiugari debẽt:nam si spurii sunt nõ erũt apti ad obtinẽdū tm̃ bñficiū:quū nõ solū debeãt suis parẽtibus adequari:immo multo supius ascẽdere: eo quod cū regiis filiis cõiugari debent:ex quo nõ sufficit legitimatio post natiuitatẽ:nisi quod legiti mi nascant.nãq; aliter in quoquo modo spurii uocarent. ¶Et quemadmodū de principibus ac sub ditis dicimus:itelligendū ẽ deū erga humanū genus fecisse:dū primorum parentum culpa exulabat. ¶In discursu uero tẽporis aliqui sancte ac iuste uiuentes assidue exclamabãt:dei altissimi misericor diam explorantes:adeo quod deus optimum zelum cognouit:uidens neminẽ esse q gloriã possideret: que fuerat ab initio mundi ꝑ hoie cõstituta.propter quod & deus filio suo iussit:ut humanã carnẽ assu meret:cum generali priuilegio habilitãdi quicũq; eũ assequi uoluisset: ¶Preterea tenemus deum di xisse.hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui:& eo mõ primogenitus.At qs sibiipsi adeo insanus est:ut censeat deum filio spuriam matrem dedisse sancte Anne filiã:maxime qd ꝑ ipsam opor tebat ad gratiam recipiẽdã ordiri:pariterq; ad obtinendam hereditatem quã prius Adam & Eua per diderant. ¶De Sancta Anna nullum quidem inconueniens reperimus:ut uideatur deū non debuisse aliquã sibi gratiã agere:scilicet qd citra obligationẽ filiã nõ cõcepisset.Et si quisquam fortasse dicet : quod respectiue ad statum innocentie non habuimus sufficiens medium:cum lege Christi. responde tur quod lex gratie perfecta est:& multo tutior q̃ lex innocentie:quis in ipsa minus inconueniens oc curreret.Sed peccando difficulter remedium consequi potuissemus. ¶Verum in christiana lege facil lime adipiscitur:unde non oportebat quod deus nos in statū innocentie deduxisset : precipue quod si iterum peccaremus:Christus non amplius ad nos redimendos ueniret:eo quod unam tantum mortẽ & non plures passurus erat.

Quod quisquam dicere posset qualiter nos scire possumus in nobis peccatum esse. Cap.xxx.

¶Nonnulli inferre possunt quomodo sciamus in nobis eẽ peccatum. hoc autem breui expediam. Peccatum enim nil aliud est q̃ error:& quod sepius in errorẽ incidamus oĩbus patet. iccirco pp errores & discordias q̃ iter humanū genus corruunt:qdã sancti & sapiẽtes uiri scrutari uoluerũt:unde istoꝝ ma lorum initium excreuerit.Adeo quod tum per indagationẽ:tū uero per diuinã reuelationẽ:ad maiorẽ partem illius quod inquirebant attigerunt.& hoc nõ immerito.quia dum uidemus plures homines : q deum opificem nostrum ignorant:pariter & rectas obsequendi consuetudines desinunt: argumentum assumimus.Quod aut ex parte dei:aut nostra prouenit.Non ex parte dei.Quoniã summe bonus. igit ex nostra.& qa a natura liberi sumus:ut experto apparet:per cõsequens constat nos ultro apud domi nū errauisse:& contra deū errare peccatum dicitur.nam contra salutem:seu animarū uitã in tale opus pergimus.Quoniã uero anime corporibus digniores sunt:dū aduersus finem ipsarum aberramus uolẽ

tes horribilitatem assignare:peccatum nominamus:nec imerito.nam quo ad ueritatē error aīe : respe
ctiue ad errorē circa corpus:grauissimus est.ideoq̧ errare dicitur secundum corpus:& peccare secun
dum animam.& quia plerunq̧ nō amamus deū neq̧ proximum uti decet:sed potius quāplura alia ma
la in nobismetipsis & aliis admittimus:manifeste nos peccare demonstraṫ.Quoniā uero ꝑ nos ipos pec
care scimus:& sine lege uerū remediū accipere nescimus:cōstat:quod peccandi origo a nostris opibus
ꝓuenit.Si enī deus naturaliter uel intrinsece nobis artem:seu peccādi uolūtatē dedisset : modū quoq̧
curandi peccata nostra tradidisset.Quia aliter deus inualidus magister esset:de quo absurdum est ta
lia excogitari.

Qua de causa ad probādum intentiones nostras in lege assumptas oportet primitus in littera fundari & non in sensu allegorico siue aliqualiter remoto. Cap.xxxi.

¶Quoniā de originibus legum multi multas expositiones tradūt:uidēdū est an aliqua lex in se sit
absq̧ significatiōe ad aliud:aut si omnes īter se inuicē referunṫ.Quia sepenumero dū allegoricas expo
sitiones seu ꝑsignificationes aspicimus:uidetur tanq̄ de primis & secundis intētionibus loqui : seu de
ente reali & ente rationis:ac de legibus:nulla tanq̄ imaginaria se habet:licet minus ꝑfecta ad ꝑfectio
rem referatur.Verū in se assumpta realis ē. ¶Lex uero innocentie tanq̄ ꝑfecta ad nullā aliā refert:&
lex nature:que postq̄ primi parentes peccauerunt usq̧ ad Moysen durauit:aliqualiter ad legē mosaicā
referebatur:& etiam ad legem Christi.tñ quū imperfecta pauca siquidem de ꝑfectione hominū & unio
ne cū creatore aperiebat. ¶Lex mosaica eo quod clarior atq̧ altior erat apertius de deo oīpotente
loquebatur:& Messiam ꝑfectorem legis incessanter conuocabat:& sic lex scripture in pluribus locis ad
legē aduenientem:tanq̄ ultimate refertur:quam nos christi legē esse testamur . Sed lex nature & mosai
ca nō uidentur cū lege innocentie conformari.causā.quod alteram legem expostulabant : que instar
esset cum lege innocentie.& icc irco nos nō tenemus:quod lex Christi sit ad similitudinem legis inno
centie.nisi equiualens cū ipa dum eam obseruare uolumus. ¶Sed obseruare uel non obseruare nul
la est legis difficultas:nisi quia nos uolumus aut nolumus:in se tñ ꝑfecta est ut ꝑ omnes ꝓphetas eā pe
tentes constat. ¶Nec est asserendū:quod lex innocentie dicatur tanq̄ significatiua ad legē Christi:
nam ī se uera:& nō refereẗer ad aliam.quis nōnulli exponāt ueluti dicēdo:arbor uetita seu scientie bo
ni & mali nil aliud erat q̄ sensualitas nostra:uel appetitus ad malum:& arbor uite recte siquidem cogi
tatiōes:& amor ī deo.he uero expositiones nullatenus stare possunt:quū sacra scriptura precise de alte
ra arbore uetita:& altera uite dicat. Et ulterius quod nō habemus ubi Adam& Eua ꝑceptum domini
transgressi essent:nisi ī comestiōe uetiti fructus.& si alius fuit error:cur nā ille alius nō īscribitur : & de
comestione fructus scriptū est? ¶Et qa nos nō possumus exponere taliter quod littere cōtradicam9:
omnino tenendum est quod omnia de lege innocentie scripta actualiter talia fuerunt:ut legimus.q̄uis
sepe declarare oporteat illud qđ obscurū ē.Sed dū totaliter a textu deuiaṫ tanq̄ fabula narrari uideṫ .
¶Quidā ī exēplo de lege scripture īquirūt:qđ redēptio Iudeorū de captiuitate Egypti:de captiuitate
dyaboli ītelligaṫ:eo qđ Christus uēturus erat ad nos redimēdos:& accessus ī terrā ꝓmissiōis siue ī ciuita
tē Ierusalē de celesti patria & glorie ciuitate assumaṫ. Tādē similes expositiōes absolute īsufficiētes sunt.
Christ9 enī ait nō ueni soluere legē sed adimplere.Vn̄ ꝑ ipsum redēptorē ꝓpalaṫ:qđ lex mosaica ī actu
fuit & nō ficta aut tanq̄ secūda itētio:q̄uis semper corporeis miraculis alia spiritualia & altiora expecta
banṫ. ¶Nā ꝑ uisibilia ad īuisibilia deuenimus sed nō pp hoc decet īferre qđ uisibilia ī se ficta sint uel
tm̄modo ad spirituale referētia.Quoniā ueluti auctoritatibus de Christo loquētibus fidē adhibemus.
Itidē & alia que ī byblia narranṫ ꝑ ueris tenēda sunt:tā & si plærūq̧ duo significata habeāt:sicut dum
moyses extulit serpētem ad exhibēdā īfirmis sanitatem:quod similiter oportebat quod Christus ī pati
bulo sublatus esset:ut peccatorum aīas curaret. Vtrūq̧ autem uerum est:tamē cura animarum est cor
porea prestātior: ¶Dumq̧ aliter exponimus:ex propria auctoritate declinamus.a natura enī & cō
suetudīe datur cōtra deficiētes ī uno:in altero nullam sibi fidem adhiberi.

Prologus de conceptione.

¶In altero uolumine nōnullas partes đ cōceptōe domine nostre īscripsimus. Verumtamē quum cō
ceptio principium hominum sit:& in omnibus de principio sepenumero meminisse debemus: merito
pluries ac pluries de cōceptione agere debemus.ut facile quisquam percipiat:an liberi simus:aut ī liga
mine cōcepti.si enim tāquam naturaliter factum peccatum seu maculam maiorum nostrorum origine
nō deducimus:plura precepta que ī lege cōtēta sunt frustra proculdubio uidētur. Quia secūdum sacrā
scripturam. ¶Christus seu uerus Messias erat ad uitam beatam cōsequēdam uēturus. ¶Tam & si
plures inquiant quod non decet de conceptione domine nostre amplius disputari:quum homines ad
errorem deducātur:& de aliis quoq̧ scietiis scitu difficillimis idem aiūt. ¶Ad quod siquidem nos re
spōdēdo dicimus qđ dum ī primis de cōceptōe agimus nō de domina nostra particulariter assumpta:

uerum de omnibus hominibus uniuersaliter agimus. Attamen ut recte intelligamus: explicandum est quid peccatum originale sit: unde ortum habeat: quanti sit ponderis: & quo pacto a nobis eiiciendū: & utrum sint omnes eadem macula comprehensi. Si enim omnes absolute diceretur: Christus itidē inter omnes esset assumptus: sed quia Christum liberum esse dicimus: ad alios homines descendimus.

¶ Quoniam uero domina nostra cum deo maximam habet affinitatem ferme tanq̄ deam ipsam cōsideramus. Quamobrem honeste petimus an ipsa in originali peccato ceciderit quum deus nullā possit habere maculam: nequidem dii si plures dii essent. Quum autem domina nostra mater dei uocetur: quo gradu mater dei: eodem dea. Nulla enim recta generatio dari potest: quin filius patris nomen assumat: ut patet: quum hic homo sit filius alterius hominis. ¶ Et sic quum Christus deus & beate marie filiꝰ: oportet q̄d sub hac fraternitate ipsa dea uocetur: nā si p bona opera alia: homines dii nuncupantur multomagis mater dei dea est. & nullus deus potest habere peccatum: domina nostra est dea igitur peccatum contrahere non potuit. ¶ Et tamen nonnulli gratia disputationis uel aliusmodi de domine nostre libertate dubitare uidentur. Ideoq; rationabiliter disputat. An domina nostra in conceptione eius libera an uero maculata fuerit? hic enim plura de ordine dei hominibus tributo uidere possumus ueluti de precepto amandi patrem & matrem. ¶ Verum omnes disputationes presertim in similibus moderande: semperq; ad meliora dirigende. Iccirco si fratres Sancti Francisci atq; Sancti Dominici de hac dissentione conuenire nequeunt: dimissis omnibus argumētis meliora siue honestiora assumāt. Quidue āt melius sit cū peccato an sine peccato: oibꝰ cōstat. ¶ Qui tū si forsitan ī principio nō assumpserunt uiam demonstratiuam ad ostendendum suas intentiones & postmodum causa perfidie nolunt dictis alterius partis acquiescere. Alii homines qui potius liberi sunt a diuturna passione: dum accidit merito de conceptione scribere debent. Vt an forte conuenire possimus peipiatur. ¶ Quandoquidem & quelibet confusio expellenda est: & ignorare tam confusio uocari potest: ac si super aliqua re aduersa alterutrum disputaremus. ¶ Et hic quamplures ualde decipiuntur scire nolentes que de ratione omnes homines scire debemus: & non modo errorem cōmittunt ignorādo ea que scire deberēt: quin potius ex eo quod uolunt sapientes seu minus ignorantes reprehendere: asserendo. Deus scit ista quidnam nostra intererit: nos legem credimus. ¶ Et in euangelio christi habetur qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. ¶ Contra quos tamen dicimus quod deum omnia scire nil dubitamus. Sed petimus quid credendum sit: & qua aqua baptizandi simus: ut salui fieri possimus. Verba enim euāgelii absolute inquiunt: qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: sed non declarant credēdum esse in deum uel aliam rem nisi baptizandum aqua spiritus sancti: aut alia cōmuni aqua: liquore: uel quolibet. Absolute etiam ī nomine patris filii & spiritus sancti baptizari iubet: & hic non aperit: de quo patre: filio: aut spiritu sancto. Vnde necesse est ad alia p̄cepta deueniri. Quemadmodum Christus uult per uniuersum orbem terrarum euangelium: atq; regnum dei predicari: & euangelia naturam: aduentum: uitam & passionem Christi: errores nostros: ac modum uiuendi ad uitam beatam adipiscendam: declarant. Quod si hoc precise Christi discipuli omnibus hominibus predicaturi erant: cur nam ipi homines eadem euangelii precepta audire intelligere concipere & obseruare non debuerint? Nam si omnes homines audire noluissent: ad quid predicaturi erant apostoli? ex eo quod omnino sine proposito fuisset. Vnde aperte probatur qualiter quispiam inquantum potest adiscere debeat: quecunq; in lege continentur. Quippe quod per creditum absolute: si non scimus precise id quod creditur: nunq̄ salui fieri possumus. Quoniam etiam Hebrei & Mauri in prophetis suis credunt: & alii quamplures qui nullum deum cognoscunt aliquas creaturas credunt. utpote solem & Lunam. quidam etiam nonnulla bruta animalia. Iccirco oportet quod deum sciamus ad hoc quod ipum uere credamus. Nam quum regnū dei predicare dicat de ipo deo intelligendum est. ¶ Deus enim & regnum suum conuertuntur & sic qui ad sciendum omnia in lege contenta insudare nolunt tanquam rudes diiudicandi. Qui si forte in fide parentum saluari p̄sumunt: opinio siquidem uana: hoc enim priuilegium tantummodo pueris atq; insensatis datur: & non iis qui etate & loco habiles ad sciendum. hec & alia in lege necessaria. taliter q̄d excludenda est illorum opinio qui contenta in lege q̄uis scitu difficillima exigere atq; operari nolunt.

¶ Sciendum est autem an quisquam potuerit gratiam nancisci: ne in talem peccati labem incideret. Circa quod in superioribus capitulis aliqua exempla adduximus. Videlicet quod decens erat: aliquam p̄sonam pure humanam: sine aliquo peccato habere: ut cum deo posset tota humanitas uniri. Si enim non fuisset aliqua creatura pura & legitima que totaliter munda: atq; immaculata intelligitur: non uideretur aliquo modo filium dei humanam carnem assumpsisse ex causa: quod illa humanitas tanquā spuria & filius dei legitimus fuerit. ¶ Hanc materiam in tres p̄tes diuidemus. In quarum prima quid originale peccatum sit: p̄tractabitur: & quatenus in humanos ingrediatur: & curetur: & qualiter aliqua p̄sona peccato carere potuerit. ¶ Secunda de q̄busdā auctoritatibus ī laudē genetricis dei mētionē faciet. ¶ Tertia q̄d beata uirgo ītegrā ḡram necessario sit sortita: priusq̄ ī ea peccatū esse potuisset.

Quonā pacto dū de cōceptiōe disputaturi sumus: ī primis de istāti uere cōceptiōis n̄re ꝯueniēdū sit: quū ī istāti unionis hoīs & mulieris hō ibi nō generet: p̄ter embriū q̄ absq; aīa gn̄rari īcipit. Cap. xxxii.

¶Quū de cōceptione domine noſtre acturi ſimus:congruere uidet̄: quod primū de uniue:ſali ho
minū coceptione dicatur.Si enim ignoramus:aut nō recte aperimus:qd in unione patres in matrice
mulieris ponāt:haud ſecus q̄ ceci ambularemus.Cōmuniter pro illa prima parētū unione cōceptionē
nr̄am nūcupamus.Verūtū ſuper hoc multa diſcernēda ſunt.Quoniā ſemen in matrice mulieris poſitū:
de quo homo poſtea generatur:nullo pacto eſt homo qn̄quidē humanitas tanq̄ ultimata forma totius
poſt unionē aīe & corporis ſe habet:& tamē tanq̄ propria paſſio anime & corporis:quēadmodū pro
babit̄ in tertio libro:agendo an totū & partes integrales ſimul idē ſint.Et ſi dicis quod ſemen huma
nū eſt:intelligas ab homine aſſumptum.tamē nō homo nequidē uere humanū:Nā ſicut corpus nr̄um
poſt anime ſeparationem nō eſt homo:non animal rōnale ſimilis:neq̨ humanū. Quapropter non re
cte dicitur ego ſum cōceptus in unione patris & matris mee:niſi quod materia uel ſemen de quo ego
generatus ſum eſt cōcepta. ¶Quiſq̨ enim noſtrū de corpore & anima rationali conſtat:& in ea pri
ma poſitiōe ſeminis in matrice:non ſolum intellectualis anima ſed iſta quoq̨ ſenſitiua deficit.Vnde re
ctius dicemus quod uera conceptio noſtra ſeu humanitatis uel rationalitatis principium ſit:in eo iſtan
ti quo rationalis anima in membris infunditur.& hoc modo etiam intelligi pōt auctoritas Dauit:dum
dicit. ¶In peccatis cōcepit me mater mea.Quum dicat me & in ſemine nō de ordine dici poteſt:qa
uarie ſpeciei a ſpermate ſumus. ¶Et ſiquis infert:ut nonnulli ſolent:ceu latius deinde uidebitur: qd
tota humanitas ſit maculata gradatim de hoc petendum eſt.Quonam pacto hi humanitatē intelligāt:
utrum ex natura anime?an corporis?an uero utriuſq̨ ſimul.Non pōt de anima aſſumi:quoniam noua
ſimpliciter creata non de corpore:quoniam corpus per ſe inſenſatum ac ſine intellectu.Et ubi nulla di
ſtincta cognitio neq̨ ſenſatio nullum itidē peccatū.Non de natura anime & corporis ſimul.Quū aīa
& corpus de uariis naturis conſtent .Nō de natura ſeu humanitate uniuerſali tanq̄ exemplar:qa hoc
modo humanitas abſtracta uocatur:& oīa abſtracta uniuerſalia.Vlterius ac fortius inquiunt humani
tas tantum humanitas equinitas tantū equinitas abſq̨ aliqua alia cōpoſita conſideratione: Quumq̨
exemplar fore tanq̄ eternū ipſa humanitas uocet̄:impoſſibile eſt iuſta naturalia merita: quod inferiora
preſertim accidentalia uniuerſale maculare queant. ¶Amplius conceſſo:poſſibile eſſe humanitatem
abſtractam maculatam eſſe:quū ſimplex atq̨ indiuiſibilis ſit:eo quod abſtracta:etiā dicendū eſſet quod
humanitas chriſti maculata fuerit:& eſt.quia humanitas in abſtracto ſi datur ſemper manet indiuiſa:
in eo quod abſtracta.Et ſi indiuiſa humanitas chriſti eſt unita:atq̨ indiuiſa cum humanitate omnium
hominū:licet quod nos longe aliter de humanitate ſentimus:ut in aliis locis patebit. ¶Preterea quo
modo oſtendis ad probandum intentionem tuam:quod humanitas uniuerſalis atq̨ abſtracta ſemen
hominis maculet:anteq̄ rationalis anima īfundat̄:quū uniuerſale abſtracto oī actu ſaltē particulari ca
reat.Et dato ꝙ poſſet:ſub quo colore ſit?Quoniā nec ſemen illud neq̨ embrio priuſq̄ rōnalis aīa ī eo
fundat̄:ē habile ad gloriam.Et quod habile ſit ad maledictionē:ut ad īferos deſcēdat abſonū uidet̄. quū
oīa ambigua eque ponēda ſint:& qd priuſq̄ embrio idoneus ad aſſumēdā grām ſit peccatū ī ipſum in
grediat̄:admodū diſcordat. ¶Itē embrio:ut aſſeruimus:añ aīe infuſionē nō ē hō:neq̨ ſimilis Ade &
Eue:qn̄ p̄ceptū dei trāſgreſſi ſunt:& oportet qd rōnales ſicuti ipſi erāt eſſemꝰ originalē maculā cōtra
hēdo. ¶Et ſi oppone qd patres habēt fomitē ſeu quādā maculā:quā ī filioꝝ ſemine ponūt: hoc nō
cōgruit.Quū plerūq̨ ipſum ſemen diſperdat̄.Vnde ſtultū eſt īferre:qd maculatum uadat:eo magis qd
hoc ꝓculdubio cōtra legē arguit qa ī lege ſcripture pfectorē legis pſtolabant̄:quē nos chriſtū eſſe dici
mus.& ipſe ad delendū originale peccatū nobis baptiſmū īpēdit.Quod ſi penitus ipſum nō delet: mi
nime lex nr̄a uocāda ē pfecta:quod erroneū atq̨ culpādū eſſet talia cogitar̄. ¶Et ſic ī euāgelio habe
mus q crediderit & baptizatꝰ fuerit ſaluus erit:& cū peccato nullus pōt eē ſaluus:uñ cōfitēdū ē qd dū
hō baptizat̄:oīs originalis macula expellit̄:taliter qd difficile erit ut collocatū fundamētū īueniat̄:qua
tenus dū hō & mulier ſemen ī matrice mulieris ponūt:illic poſſit originalis macula occurrere:q̄uis ma
cula aut potius gratie carētia iteruenīat ī eo iſtāti:quo rōnalis aīa ī corpus hoīs īfundit̄.Tūc enim hu
manū aīal rōnale:ſeu hō:& nō prius ſicuti poſt mortē:ſeu aīe ſeparationē:hoīes nō ſumus: neqdē pec
care poſſumꝰ. ¶Et ſic ad ꝓbādū itētionē nr̄am cōtra aduerſam opinionē tenētes:plene ſufficit eoꝝ
auctoritatē adducere:quū dicāt ī eo iſtāti quo Ioachim & anna ad collocādū ſemē de quo generata ē
dn̄a nr̄a cōuenerūt:etiā ſpiritus ſanctus ad ſanctificādū ipūm ſemē ſiue embriū iterfuit.In quo nulla te
nus peccatū ī eo ſemine eē potuit:quapp neaſpiciētes dubitēt de gr̄a dn̄e nr̄e illata: diu anteq̄ neceſſe
eēt deus ipām ꝓuidit.Nulla ē enī neceſſitas de gr̄a uſq̨ ad illud īſtās:quo aīa corpore infundit̄.& Bea
ta Maria p plures añ dies fuit quocūq̨ bono munita:ut p oēs cōcedit̄.Quia nōdū erat mulier ſiue hō
ī cōſederatiōe illius materie:cū oīpotēti deo.Et qm̄ ī pricipio cōformari poſſumꝰ:ſi ītelligere nos īpos
uolumꝰ:ad qd amplius diſputamus.p̄cipue ſi oppoſitam ptem aſſumentes:in hoc principio intentionē
ſuā ꝓbare nequeunt. ¶Et ſecundum omnes ſapientes:paruus error in pricipio maximus erit ī fine.
¶Ariſtoteles tūc arbitramur unūquodq̨ ſcire dū cās & principia rerū uſq̨ ad elemēta cognoſcimꝰ.
& hic de omnibus originibus per quas gradatim deſcendimus aſſumēdū eſt.licet quod poſtquam effe
ctibus experimentis atq̨ experientiis ſcientiā aſirmamus:pricipia ipſius ſcientie uera eſſe p̄ſupponimꝰ:
tamen oportet quod in principiis conueniamus & quod omnes eam pcipiamus .quemadmodum ſci

mus hominem esse animal:eo quod cum sensatione uiuit:& in principio generatus: & in fine corruptibilis:atq; aptus natus ad ratiocinãdum.& habita hac cognitione sine alio:dicimus homo est animal rationale & mortale.Sed in primis principiis conuenimus presupponẽdo quod ipsa scimus. ¶Attamẽ in uera hominum conceptione non recte conuenimus:maxime de eo instanti: quo originalis macula in hoĩb9 ingredit̃:aut qd̃ sine sufficienti gr̃a ad ultam beatam repperimur. Quapp̃ in primis de hoc principio dignoscendũ est.Nãq; ad alia posteriora trãsire stultũ qdẽ est:in principiis disconueniẽdo.

Quomodo magis ꝑprie dicat̃ nos primoꝝ parẽtũ cã eẽ declinatos q̃ in ipsis peccauisse. Cap.xxxiii.

¶Iuxta cõmunem loquutionem dicitur quod omnes ĩ primis parẽtibus peccauimus. Sed hoc uocabulum assumi potest quod omnes propter Adam & Euam peccauerimus:& hoc modo clarius procedi uidetur.nõ enim sequitur quod oẽs ĩ Adam & Eua eramus:quando ipsi peccauerũt.Et si quisquam inferre uult quod aliqua materia que nunc est in nobis:tunc in primis parentibus fuerit: dico quod ibi non eramus tanquã homines:& corpus sine anima peccare non potest. Quia anime nostre nondum create erant.De anima uero Ade & Eue nihil in eorũ progeniem transiuit. Vnde non est dicendum: quod nos ĩ eis peccauerimus:nisi quod ipsi ꝑ se & nobis peccauerũt.Quũ enĩ ut primiperi se habebãt penes rationẽ:omnes subsequẽtes debebamus aliquod detrimẽtum aut cõmodum circa primorum parentum merita cognoscere. At quũ suo creatori inobediẽtes fuerunt:nõ amplius principes extiterũt. & iccirco nec saluari nec cõdemnari per eos potuimus:nisi quod sine gratia siue in exilium destituti fuimus.Deus uero omnipotens semper uniuersalem & particularem curam de nostra humanitate habuit: eo quod nõ uult totum genus humanum causa unius hominis & mulieris deperdere:quum opera suarum manuum simus:& ideo nõ asserimus quod ab Adã & Eua legem uel gratiam accipiamus: nisi tantum ab ipso deo opifice nostro.Sed quum ipse primiperus ac legislator noster sit decentius potest cui uoluerit gratiam impendere:ut absq; peccato generetur.& quod non omnibus talem gratiã prebeat quo ad libitum debet:& in baptismi regeneratione:tenendum est quod omnes puri efficimur: quia aliter lex Christi nõ esset omnino perfecta:si nobis ĩ baptismo aliquam maculam dimitteret. ¶Et tunc dicere possumus quod Adam & Eua maiorem uim possidebant super genus humanũ: q̃ Christus deus & homo.Quod est falsum.Quapropter tenendum est:quod semper deus libere potest:nos cum originali gratia aut sine gratia ultro producere.licet uniuersaliter absq; perfecta gratia ad meritoriam gloriam generemur & nascamur.Sed cum baptismo puri efficimur licet ꝙ labenti tempore post baptismũ peccare possumus ueluti Adam peccare poterat q̃uis sine peccato formatus.Denique nos in Adam non peccauisse comprobatur:quoniam peccatum actuale non contrahimus:si autẽ simul cũ primis parentibus peccauissemus:ueluti & ipsi nos peccatum actuale contraxissemus.

Quid peccatum originale sit. Cap.xxxiiii.

¶Anteaq̃ ulteri9 ꝓcedam9 decẽs erit explicare qd̃ ꝑ originali peccato ĩtelligat̃ & quũ superi9 ubi de peccatis tractam9 dixim9:originalẽ culpã admodũ a mortali & ueniali peccato differre:iccirco mortale aut ueniale peccatũ cõfessiõe ĩdiget & penitẽtia:uel expulsiõe tanq̃ re positiua:& originalis culpa solũ habilitatiõe ĩdiget.Vñ recte diffiniẽdo dicem9 originale peccatũ eẽ carẽtiã siue gr̃e defectũ ad uitã beatã cõsequẽdã. ¶Peccatũ originale ẽ priuatio gr̃e q̃ a natura uel origine nobis fuerat ꝓmissa. Sed dicẽdo peccatũ uĩ nõ eẽ solũ priuationẽ:queãdmodũ ĩ secũdo libro patebit.ubi dicim9:qd̃ malum sit aliqd.Attñ hic distinguẽdũ ẽ:ĩter obligationẽ & carẽtiã:qm̃ ex actualibus peccatis aliq̃ q̃litas siue obligatio orit̃:& ista obligatio aliqd ẽ.Sed ĩ carẽtia originalis gr̃e sine gr̃a restam9.licet nulla alia obligatiõe teneamur.Quãobrẽ nemo ꝑ originale peccatũ p̃t ad ĩferos descẽdere: & ideo priuatio & non obligatio appellari debet.q̃uis ipsam carẽtiã peccatũ noĩem9.ex eo qd̃ q̃cqd bonũ nõ ẽ nociuũ imaginamur:& nociuũ quoq; uĩ quãdã peccati conditionem habere.& q̃nq; aĩmus bonã eẽ priuationẽ ueluti ubi ĩ euãgelio. ¶Bonũ eẽt ei si nat9 nõ fuisset hõ ille & nõ eẽ natũ priuatio ẽ:& priuatio ĩ se neq; malũ neq; bonũ denotat:q̃ñ aũt pp̃ illã priuationẽ utilitate carem9:ut dũ uisu deficim9 malã eẽ priuationẽ asserim9.Et dũ ꝑ res positiuas maxĩa scãdala cõtingũt:dicim9 bonum eẽt si priuat9 fuisset:ueluti dicẽdo bonũ ẽ nõ cenare:& nõ cenare priuatio ẽ:sed q̃a cenare obest:imaginamur qd̃ non cenare sit bonũ:nõ pp̃ ipsum nõ cenare:nisi qd̃ cenare causat dolorẽ:& ꝑ hãc uiã peccatũ nũcupamus originalis gr̃e carẽtiã:ex eo qd̃ quũ carem9 ad gloriã ꝑuenire nõ possum9:& illud nõ posse uocam9 peccatũ: q̃uis priuatio gr̃e sit.Postq̃ uero nil p̃ter gr̃am deest facillima atq; honesta res ẽ qd̃ de9 sue genitrici in cõceptiõe ipam dederit.Peccatũ enĩ originale nõ ẽ a natura sed per accidẽs ideoq; a natura nil nobis abstergendum ẽ:nisi de gratia prouidendum q̃uis deo duntaxat tale opus competat: & deus non petit prius neq; posterius nisi quicquid melius est. & saluare melius ac laudabilius est q̃ condemnare & decentius perfectam q̃ imperfectam gratiam elargiri: & gratia ante carentiam perfectior est: q̃ gratia post carentiam. Et quia deus cum matre sua perfectius operari debuit: sequitur quod uirgo

integram in conceptione sua gratiam habuerit. Et ad originale peccatum redeundo si assumatur uno modo uidetur quod sit priuatio:& in alio positiue:priuatio dum nosmetipsos gratia carere prospicimus:& positiue:dum consideramus nos esse ab amore dei alienatos. Quoniam primorum parentum crimine semoti a creatore nostro remansimus. Quumq; illi qui actualiter peccāt a deo segregētur: sub eadē remotionis cōsideratiōe originalis gratie carētia:peccatum nominatur. Attamē qa originale nō deducit nos ad īferos neq; idē ad purgatoriū ita ut actuale peccatū a nobis gratie carētia nūcupatur & quia domina nostra semper fuit creatoris & filii amica:similiter & ī amore propinqua: nec unquam remota:quoniā carētia gratie nil aliud est q̄ remotio ab amore & dilectiōe oipotētis dei. & quod beata uirgo gloriosa dei genetrix maria īterdum extra amorē creatoris sui esset penitus denegat̄. ¶Et qđ originalis culpa sub similitudine:peccatū dicat̄ seu culpa:eo quod ꝑ carētiā gratie ad gloriā inhabiles nascimur siue cōcipimur de uirtute uocabulorū cōprobari pōt. Nā penes oēs religiosos doctores peccata mortalia & uenialia tātūmō actualia denominantur. Sed originale peccatum a nullo sapiente actuale appellatur quocirca asserendū est culpā originalē nuncupatā esse solā gratie carentiam uelu ti cecitas est carētia uisus:sed peccata mortalia atq; uenialia quia actualia nō oino tanq̄ priuatio:uerū aliqualiter positiue qualitates sunt. ut ī secūdo libro patebit unde inualida est hec cōsideratio. īserendo culpa originalis est gratie carentia seu priuatio igit̄ peccata actualia sunt priuatio boni uel nihilū. nā si hoc est carētia & illud carētia siue priuatio nulla daret̄ differentia īter originalē carētiam & actualē culpā. ¶Cōcedēdū tñ ē aliquod contrahere debitū qm̄ extra amorē dei tanquā exules sumus & amiciciam petimus, sub qua petitione aliquam significamus obligationem habere.

Qualiter decipiantur qui dicunt totam naturam peccato Ade infectam. Cap. xxxv.

¶Sunt quidā predicantes aut dicentes primū peccatum in naturam humanā īgressum:pp quod infecta fuerit. & fortasse hoc inquiūt:nō recte quid humana natura sit percipiētes. Videtur enim quod eā a nobis separēt. ¶Sed natura nil aliud est q̄ nostrū esse & quod sumus ad talem finem directi: humanitas uero est nostre nature condictio. utpote in leonis natura ferocitas. & quia natura siue humanitas nostra de esse hominis narrat:si ipsam separare uolueris: manifeste patet quod homine posterior sit: quo ad nature posterioritatē. Sed quo ad ipsam rei perspectam ueritatem nō separatur nisi quod in quolibet particulari est intrinseca cōdictio. Species enim humana nil aliud infert q̄ particularium hominum proprietatē seu ꝓpriam passionē: ut de risibilitate dr̄: humanitas tamen intrinsicior. ¶Thomiste disputantes cōtra scotistas:nolunt annuere unā esse naturā ī unitate humana uniuersaliter:extra uarias res uel principia generationi occurrētia: ut de diuina prouidentia de stellarum influētiis & elemētorū materia īsinuāt. Patres quoq; aiūt ad ꝓcreādos liberos occurrere ac si ꝓpinqua īstrumēta dicerent. Nō ē āt ut ꝑdixim9 una sola humāitas assumēda: sed plures: eo qđ humāitas uni9 nō ē humāitas alteri9. licet oēs hoies eiusdē speciei dicamur: idest oēs similes: uez similitudo isti9 nō ē similitudo illi9. Iccirco quū nostre humanitates diuise sint una scilicet ab alia distincta: necessario sequitur quod Thomiste concedant originalem culpā in quolibet particulari esse distinctam & non simul in una communi humanitate. & de hac uniuersalium materia in quinto latius tractabitur. in quo uidebimus quaten9 nulla humanitas uniuersalis: nec peccatū uniuersale sit: preter istam & illam humanitatē: & hoc & illud peccatū. Quia similia uniuersalia solum imaginamur qđ sint: & cōmune nomen imponimus: sed non qđ in re sint: ideoq; nullus erit locus ubi uniuersale peccatū in uniuersalem humanitatē īgrediat̄: ex eo q̄ non sunt. Quocirca necessario patet nos manifestū fundamētum atq; intentum habere. Quod nostra debilitas ī quēcūq; hoiem ī particulari ingrediat̄. & nō in aliquā humanitatē in uniuersali. Vnde prius sunt particulares q̄ gr̄a careant quū prius sint naturalia q̄ accidentalia. ex quo fit dominam nostram prius fuisse mulierem in corpore & anima atq; in matrem dei cōfirmatam & quod difficultas aliqua ī ea cōperiretur. Nā homo naturalis est: error autē accidentalis. Itaq; tū ī cōceptiōe: tum extra cōceptionē semꝑ plena gratie extitit. Sub cuius rei fundamēto nemo ex thomistis pōt aliquo medio ꝑtem suā tutari: quū totalis ipsorū intentio sit qđ humanitas fuerit in uniuersali infecta: quod est falsum.

Quod si cōcedere uellemus quod homo in cōmuni sit humana natura: nequaquam in eum potuit peccatum transire. Cap. xxxvi.

¶Si uero hic concedere uellemus: hominē in cōmuni esse loco speciei: ante particulares. non ex hoc intelligitur Ade & Eue peccatum in ipsum hominem in cōmuni fuisse ingressum: quoniam prior atq; uniuersalis erat. Vnde propter qualitates particularibus contingentes: nihil ad superiorem uniuersalē & naturalem attinet: sed bene de uniuersali ad particulares. ex quo sequitur quod si species humana erat anteaq̄ particulares homines Adam & Eua peccauerunt: peccatum illud in eam naturam transire non potuit: ex eo quod particulares & finito tempore & non ab eterno peccauerunt: quis contra infinitum peccassent. Quum finita sint opera hominum. ¶Et hic priusq̄ ulterius aggrediamur

aliquid petituri sumus: primo quod soluatur hoc. Si aliqua natura hominis uniuersalis abstracta atq̃ indiuisa detur: quã in esse essentie nonnulli appellant: quomodo culpa particularium & existentium ualere potest ad transeundum in essentiam inexistentem & sine actu. Quum stare nullo modo possit: presertim quod essentiam imaginamini absolutam & ab omnibus considerationibus abstractam: i qua nulla qualitas: seu peccatũ suppositari potest. ¶ Preterea petimus si Adam & Eua non peccauissent: utrum natura seu essentia quam superiorem dicitis erat in gratia dei ad eundum in gloriam: & fruendum ipsa. Et si post peccatum natura uniuersalis hominis est descensura ad consequendum supplicium in inferis: neutrum omnino stare potest. Vnde probatur quod si natura cõmunis non est habilis ad recipiendum gloriam: aut penam neq̃ gratia neq̃ macula in ipsa stare potest. Quoniam frustra fuisset ibi manere: quum nunquam ad actum deduceretur. taliter quod concedere oportet in isto illo & alio particularibus hominibus originalem carentiam euenire: non autem in aliqua uniuersali ac superiori natura. Quia similis consideratio nec naturalis nec theologalis est: eo magis quod apud legem christianorum damnantur: asserentes: quod omnes anime sint ab initio mũdi create: uel essentia ex qua post modum emanant: eo quod per simplicem creationem produci dicimus: & nullus meritum seu peccatum anteq̃ sit contrahere potest.

Quod si omnes homines in uno puncto baptizarentur pro illo instanti aut anteq̃ alii homines generarentur nullum esset originale peccatum. Cap. xxxvii.

¶ Quoniam uero extra particularia originale peccatum non inuenimus: unde substentetur scitabimur. & quo pacto omnia particularia uniuersaliter complectatur: quod palam fit ex fide quam in sacramentis habemus. Quocirca dicimus quod si Adam & Eua priusq̃ filios generassent baptismũ suscepissent pro illo tunc nullum in humana natura peccatum remansisset: hi enim duo parentes soli in humana natura erant aut quod ipsam: et humana natura patrum officio seu proprietatibus fungebatur. Quod si ambo baptizati fuissent: pro illo tunc uniuersa humanitas sine peccato restitisset: & eodẽ modo nunc esset: si omnes homines essent baptizati nec quisq̃ in matris utero remaneret. Quod si deinde filios generarent filii quoq̃ illam gratie carentiam haberent. Quapropter originalis difficultas in quolibet humano particulariter & nõ uniuersaliter accidit.

Quomodo culpa originis in diuina ordinatione substentaretur: licet omnes homines baptismum suscepissent. Cap. xxxviii.

¶ Forte aliquis interrogabit si originale peccatum non est in uniuersali natura humana: baptizato unoquoq̃ homine: ubi nam illa originalis obligatio remaneret. Si enim tota obligatio per aliquod spacium deperderetur: nunquam amplius ad homines transiret. in cuius oppositum ita isertur. Quod peccatum presertim originale non est res positiua: nec qualitas in se: nisi quod positionem quandam imaginamur: uti iam superius uidimus: ob nostram priuationem: siue defectum: uel gratie carentiam. Quapropter ista obligatio scilicet carentia in serie posita nobis per deum manet. ut dum princeps super cunctis subditis subsidium statuit: & talis est conditio: uidelicet quod semel in uita soluant. Vnde contingit nullum illorum esse in matris utero: & quod tunc quispiam princeps soluit. in quo quidem tempore nemo est debitis obnoxius: si autem ex illa progenie quisquam deinceps generatur & nascitur: debitor sub subsidio iuenit. Subsidium enim in imperatoris ordinatione manebat: dicentis. Quod quicunq̃ sub dominio degit: tenetur soluere ducatum: semel in uita. taliterq̃ de originali carentia asserimus. nam licet omnes qui nunc nati sumus soluamus id quod soluturi essemus: unusquisq̃ qui deinde nasceretur sub eadem lege particulariter inuenitur. Quum diuina ordinatio talis sit: scilicet: quod omnes semel in uita particulariter soluant. ¶ Attamen non est dicendum quod post baptismum homines originale peccatum retineant & illud quo carent filiis impendere nequeunt: licet in primis parentibus peccatum positiuum siue actuale fuerit: & propterea illius erroris ordinatio contra libertatem uel humanam gratiam facta fuit. Sed non propterea sequitur nos simul cum Adam peccauisse: nec nobiscum remãsisse peccatum: nisi quod propter Ade & Eue peccatũ patimur aut ĩ carẽtia gratie generamur. Lex enim uniuersalis ita ordinata fuit: & nõ quod patres in generando nos aliquã inferãt maculã: concesso nullã gratiã nobis pbere. ¶ Ideo dum Ioachim & Anna per circũcisionẽ habilitati erãt de originali gr̃a nullo pacto potuerũt in domina nr̃a aliquã labẽ exhibere. Decebat eni q̃d in ipsa nõ aliter q̃ in aliis particulariter difficultas daretur. At q̃a ex mũdi principio Beata Maria diuinitatis instrumentum erat: per medium humane saluationis nullatenus ĩ ipsam potuit aliqua difficultas interuenire nequidem defectus seu gratie carentia. Quemadmodum inferius patebit. ¶ Hic uero interrogamus an remedium contra peccatum prius in deo extiterit an uero peccatum in Adam. Illud enim quod prius fuit manifeste constat suas integriores partes assumpsisse: & ueluti soli deo remedium conueniebat: ita & ipse deus ab eterno prebet remedium: & eligit instumenta: quibus uti uolet:

que sunt christus & mater.& q̄uis deus ipsos in tempore misisset inquantum humane persone erant:tamen deus eos ab eterno eligit:ac pro suo instrumento disponit.& talia agere soli deo attinet:eo quod domina nostra non elegit deum in filium:Sed ipse eam in matrem suscepit.& sic anteq̄ Adam peccauisset diuina fuit electio.

Quod si humanitas esset i uniuersali maculata:quum uerbum diuinum sit cum ea unitum etiam Christus inquantum homo esset maculatus. Cap.xxxix.

¶Qui dicunt quod quedam humanitas uniuersalis super omnes homines erat originali peccato infecta:forsitā non satis respiciunt que & qualis ista humanitas sit.Si enim una humanitas uniuersalis est & indiuisa:ut plures aiunt:& originali peccato infecta secundum alios:christus quoq; maculatus fuit ī eo quod homo aut non unitus humanitati.Vtrūq; tn̄ falsum est:ac legi repugnans. Quocirca tenere oportet ipsum fuisse humanitati unitum & sine aliquo debito uel carentia.& sic patet quatenus nulla uniuersalis humanitas maculata sit.Sed quod glibet homo in particulari gratie carentia repperit:hoc est quod deus principio generationis sue non prebet competentem gratiam ad uitam beatam consequendam:siue ad meritorium opus faciundum.Et quum hoc priuatio aut carentia sit:patet quod nō peccatum sed carentia uel gratie defectus ob Ade peccatum & sic christus fuit nostre humanitati unitus cunctis scilicet humanis.qm̄ humanitas unius non est humanitas alterius.& ita Christus mundam habuit suam humanitatem.Sub quo intelligitur quod in puncto conceptionis:aīa & corpus eius omnem gratiam uite beate competentem habuerit. Quoniam ante illam cōceptionem corpus Christi non erat humanum:nec humanitas nisi materia in elementis:nec anima erat humana.quia nōdū creata.nec aliter de domina nr̄a dicimus:quod ante conceptionem suam non erat in aliqua humanitate. Quapropter non indigebat peccati mundificatione.Sed gratia in sua conceptione.& quod gratiam adinuenerit constat:ex eo quod secundū legē in instanti sue conceptionis sanctificata fuit. At quia anima & corpus separatim non erant in aliqua labe.non enī humane erāt:patet necessario dominam nostram in sua conceptione integram gratiam habuisse:& nunquā defectum siue carentiam.Quoniā autem originalis gratia:sicut theologi uolunt:atq; exponunt:erat super anime & corporis natura illata:sequitur nos esse ipsam recepturos.ex quo homines sumus & non prius:quamobrem particulariter huic & illi gratia exhibebatur:& non alicui uniuersali nature. Quum uero uniuersalis hoīum natura non potuit originalē gratiam a deo supernaturalem sortiri:nequidem maculari uel carētiam habere. nam de illo qđ nobis non competit non proprie caremus:iuxta naturam loquendo. Quum enim hō non sit angelus non dicimus ipsum angelica natura carere:& similiter dum homines non sumus:non competit nobis originalis gratia.per consequens minime possumus maculā contrahere:presertim qđ originalis macula nil aliud est q̄ gratie carentia cum aliqua declinatione dilectionis ab ipso deo:quēadmodum iam superius uidimus. ¶Deniq; necessario de tribus unum in hac materia sequitur:uidelicet quod aut nullus in adam & eua preter eos peccauit:uel Christus non cadit in eadē specie Ade: aut quod in Adam peccatum contraxit. ¶Nullatenus est dicendum qđ Christus sit alterius speciei ab ipso adam:nequidem est inferendū qđ Christus in adam peccauerit:quia hoc hereticū & absurdum esset.Restat igitur qđ nullus in Adam & Eua peccauerit:extra ipsos primos parentes solū.Et si fortasse inferē qđ caro Christi in illo instanti quo Adam peccare uoluit:fuit a carne Ade diuisa:hoc nō potest stare iuxta aliquod naturale fundamentū:nec quācūq; aliam rōnem.humanitas enim nostra inter hominem & hominem per generationem tm̄:& non aliter:diuiditur.& corpus Christi multo posterius q̄ Adam peccauisset est generatum:ergo humanitas Christi non fuit diuisa ab humanitate Ade āte primum peccatum.& quia humanitas Christi coniuncta primis parentibus non fuit maculata: nec aliqua alia descendentium necessario confitendum est quod unusq;q; particulariter contra necessitatem siue carentiam originalis gratie:aut plenitudinem gratie in puncto infusionis rōnalis aīe assumit.

Quo pacto capiatur nos non teneri pro originali peccato tribuere:nisi solum sacramenta suscipere. Cap. xxxx.

¶In secunda parte quam debitum appellamus :pro peccato originis nihil intelligimus:quod nos deo tribuere oporteat.Sed quod solum inclinato aīo obligamur ad recipiendū sacramēta.ut inde idonei efficiamur ad gloriam.Dum uero dicimus quod nos nihil tribuere oportet:uidetur catholice fidei repugnare teneri Christum pro humanitate soluisse:ex quo sequitur quod aliquod onus habuerimus & hec pars bifariam soluetur.Primo quod Christus nō solum legem nobis tradidit:ī qua habilitari possemus:propter carentiam nobis originaliter relictam.Quinimmo uoluit pro actualibus peccatis nos ad penam obligātibus soluere.nam merito passiōis Christi de qbusq; īsernalibus penis ac de tormētis uel purgatorii cruciatibus excusamur:dummodo precepta nobis tradita assequi uoluerimus. & etiam quū ī primis parētibus peccatum actuale fuit:ex quo originalem ortum habuit:oportebat christū pro Adā

& Eua soluisse. ¶Secunda autem uia ĩ qua Christus pro nobis soluit: fuit ex hoc: quod inter deum & homines amiciciam reconciliauit: satisfactionẽ tribuendo per suam humilitatem & abstinentiam: super bia atq; ingratitudinis primorum parentum: unde nos quoq; inclinatis animis ad petendum sacramẽ ta accedere debemus.

¶Quod baptismus ad merendum habilitat. Cap.xxxxi.

¶Dicimus nos baptismo habilitari: propter quẽ opera nostra sint ad uitam beatam meritoria. hic uero non disputamus adeo nos dignos esse: uti fuissemus: si primi parẽtes non peccassent. Sed ostendi mus: qualiter integram sufficientiam adipiscamur: ut in gloriam accedamus: aut opus domino gratũ faciam⁹. ad quod necubi sufficeremus: si modo in crimine uersaremur. Quia originale peccatũ nil aliđ est: q̃ habilitudinis carentia: de qua per baptismum habilitamur: seu gratiam qua carueramus assumi mus. Et quum teneamus nos fieri idoneos ad proprium finem nostrum: ibi originale peccatum nõ est considerãdum: ita ut actuale: in quo possumus partẽ delere & partem dimittere: ut pote si essemus ad ĩ fernales penas condemnati: & per penitẽtiam sacerdos nos ad purgatorium destinat. Verũ de origina li peccato non imaginamur eiusmodi diuisiones: quia baptizatus infans non remittitur ad purgatoriũ cruciatus: nec ad ipsos destinatur: Si tunc moritur: ex eo quod habilitationẽ atq; amorem dei dũtaxat expetebat: & sic quum baptizatur fit habilis ad uitam beatam: quod esse non potest si aliquod peccatũ in baptizato restaret. Quapropter quum Ioachim & anna: ut iá uisum est: per circũcisionẽ habilitati erant: non potuerũt in filia sua beata Maria originalem neq; actualem maculam includere. Quoniam serui dei erant & eius mandata colebant.

Quod in lege scripture nõ inuenimus sacrificium quo mulieres utebantur: ut essent ab originali peccato liberate. Cap.xxxxii.

¶In lege mosaica nescimus distĩcte sacrificium: quo mulieres uterentur: ut se a peccato originis de purgarent. Quoniam uideť quod solum masculi ab hebreis circũcidebantur: & teneť q; salue sunt mu lieres in ea lege honeste uiuentes. Quod minime esse potest: si originale peccatum habuissent. Vnde ui detur quod mulieres libere essent: propter uirorũ circũcisionem. Sed si uirtus circũcisionis ita sub ta li fundamento extenditur: quanto magis uirtus Christi: quum deus & homo sit potuit ac debuit suam matrem conseruare. ¶Triplicem uero effectum baptismus operari uidetur. Primo quod inimicitiã inter deum & hominem expellit: Secundo quod nos deo reconciliat. Tertio quod in habilitate restitu ti sumus: ut meritorium bonum peragamus.

¶Quod nullum peccatum in generandis filiis cõmittitur. Cap.xliii.

¶Quidam in perfidia asserunt quod in quocunq; coitu inter marem & feminam peccatum cõmit titur: propter delectationem in eo receptam. Sed mihi nullo modo fit uerisimile: quum inter uirum & uxorem coitus uersetur cum desiderio liberos procreandi qui suum creatorem laudent non autem p̃ pter aliam concupiscentiam: aut mundanas delectationes: Si enĩ sub hac conditione coitus esset: pec catum propter illam exiguam delectationem quam carnes sentiunt: ferme in quibusq; exercitiis homi num peccatum causaretur. precipue dum pro carnali delectatione ac substentatiõe cibum assumimus. nam si bibimus delectationẽ: n sentimus: & si comedimus: interea legendo scribendo & currẽdo & in q̃ uis alia dispositione: in somno & uigilia atq; diuini cultus contemplatione q̃uis dicere possumus quod absq; cibis uiuere nequimus: & quod homo licet cum muliere non copulareť uiueret: nos quoq; asseri mus quod si omnes se excusarent: aut omnino inuicem coniugium fugerent: humana species penitus deficeret: ueluti si non comederemus aut biberemus. Matrimonium uero a ueteri & noua lege cõcedi tur atq; cõmendatur quemadmodum & cibus. ¶Deus enim primis parentibus iussit ut crescerent & multiplicarẽtur. Noe similiter & filiis ac nuribus post diluuium idem precepit. neq; tenemus quod ma trimonium prohibuerit. Quamobrem sane inferẽdum est hominem licite & sine peccato posse cũ uxo re copulari. licet aliqui dicant in prima innocentia homines nullam delectatiõem in generãdis filiis de gustasse: quod nequaquam consonum apparet. nam priusq̃ Adam & Eua peccassent: deus eis diuersos concesserat fructus quibus cibari potuissent. Vnde constat quod aliquam in cibando delectatiõem ha buerit. maxime ubi scriptura narrat: quod fruct⁹ ille uetit⁹ uisui erat pulcher: & delectabilis gustui: quũ q; homo in iisdem partibus delectabatur: idem in generãdis filiis habuisset: tamẽ debito modo intelligi tur: ac sine polluta ĩtentiõe ueluti nũc debẽt uir & uxor occurrere. ¶Cõtigit quod homo ĩ somnis corrumpitur: & membra delectatiõem sentiũt: & tñ nõ est dicẽdum quod illud sperma sit peccato labe factatum. licet quod iterdum homo in illa pollutiõe peccat: Si aduenit ei ob aliquam prauam cogitatio nem ĩ uigilãdo acquisitam. Sed nõ propter hoc semẽ exiẽs peccatum in se cõtinet: & probatur. Aliqs

dicit uerba icorrepta in execrationē creaturarum aut creatoris. Petimus nūc an illa uerba iquātū uerba seu aer resonās peccatum continent: Si dicis quod peccatum necesse est ut ad iferos purgatū uadāt. & nō solum ad purgatorium sed ad isernum. Quoniam illa uerba iquātum uerba nullam agūt penitētiam. & oīa maculata de preterito ad iferos de iure cōdemnāda. Verba in se nō habēt dispositiōem cōsitēdi: neq; agēdi penitētiam: ergo nullū habēt peccatum. Quia ubi nulla est cognitio neq; dispositio merēdi: & demerēdi per se peccatum igredi nō potest. Quocirca q male loquitur tantummodo peccat nō autem uerba in se peccatum habēt. ❡Vlterius aliquis latro furatur equum uel decem aureos: petimus an ille equus uel decem aurei maculati sint: Aut si quisquam damnata itētione arcem edificat: ex qua uiatores depredari possīt: utrum illud edificium sit maculatum. Ad quod respōdere oportet quod arx equus aut decem aurei furto subtracti nullum in se peccatum habēt: Sed peccat is qui furatur: aut arcem cum itētiōe depredādi edificat. ❡Similiter homo & mulier dum ad filiorum generatiōem accedūt: solum peccare possent si eorum intētio est damnata. Sed in opere uel in filiis nullum peccatum apponere possunt. Quisq; enī per seipsum tantū mereri aut demereri potest. maxīe quod ubi nulla sensatio & nulla intellectio: nullum potest igredi peccatum. Vlterius ponatur casus quod nullus homo det operam ad generādos filios: hoc sane erit naturalis error in tota humana specie: & etiam error cōtra preceptū dei. ❡Quū ipse dixerit nō esse bonū quod homo sine muliere maneat & sic euam produxit quā cum primo homini associauit ac simul manerē iussit: & isuper quod suā speciem multiplicent qđ esse nequit nō dādo operam actui uenereo: & post diluuiū crescere & multiplicari iussit. Palā igitur peccatū i natura & cōtra preceptum dei esset. Si nullus homo operā daret ad generādos filios. ❡Nunc sic peccamus generādo filios & peccamus ipsos non generando: generare & nō generare sane cōtraria sunt: quāobrem cōfiteri oportet: quod si non generando peccaremus saltem generando nō peccamus: intelligas dum intentio damnata non fuerit: & q̄uis damnata i opere exeunte: nullum peccatum apponere possumus ut uisum est.

De quibusdam argumētis circa originale peccatum & qualiter nō sint ad ꝓpositum. Cap. xliiii.

❡In modo probandi quod oēs i originali peccato concipiamur: plerīq; sunt decepti: quum rectam uiam minime assumpserint. Sanctus Thomas quedam argumenta adducit que i hac materia nō uidentur conformia ita inquiens. Si isantes originale peccatum ñ haberēt: frustra eis baptismus tribueretur: & sequitur. Nemo ex regno dei eiicitur nisi per aliquam culpam. & ad hoc ultimū primo respondemus. Quod nemo ex regno dei idest ex uera gloria exclusus fuit: preter malos angelos: sed nos aliquod ipedimētū propter primi parentis errorē habuimus nō tñ intelligitur nos esse eiectos: quū in uera gloria nōdum fuerimus: & dimissa hac parte uidebimus: ubi Sanctus Thomas ait. ❡Baptismus frustra preberetur isantibus nisi aliquā culpā haberēt. & hic nō oportebit plura uerba adducere. Quia: ut superi9 explicauimus: nemo ad inferos descēdit ex solo originali peccato: nequidē in gloriā ascendit nisi alicuius precepti uigore. Exēpli gratia. accipiendo unum corpus animalis quod graue non esset: tamen ad uolādū & i sublimia loca peruenièdū: leuitate aut pēnis idiget. & eodē modo dicim9: ꝙ q̄uis homo nullum peccatū haberet: ipsum oportet baptismo habilitari ut ad gloriā idoneus fiat. Quoniam nō solū a malo est abstinēdum: imo & bonū exigēdū: & sacramēta ecclesie suscipiēda. Nec dicimus nos non habere culpam: idest originis carētiā: sed nō posse aliūde habilitari. nā post peccatum primi parentis: inhabiles restitimus. unde assumendus est baptismus: dato quod peccatū minime haberemus. Deus enī aliquā legē sine preceptis non statuit: per que possemus nostra libertate potiri: ac premium mereri: si modo eam obseruaremus & pro trāsgressione penam. ❡Dicitur dauid in cōmuni dixisse: in peccatis cōcepit me mater mea. Sed ista uerba nullo modo hic generalia esse uidētur: quia in peccatis ait: & non in peccato: & originale peccatum unū tñ est: eo magis quod quū de domio loqueretur: uidetur quod uniuersaliter dixerit. & alibi de seipso particulariter. Quoniā alio modo iualida fuisset confessio: quam de suis peccatis ageret dicendo. Omnes errauimus: accipiēdo hāc cām sicuti est: pro me ita etiā pro aliis. Sed quo ad ueritatem plerūq; de se humiliter contristabatur. ❡Quod si parētes originalē culpam filiis cōtribuissent: existente ac uiuente creatura i matris utero: si mater eius baptizaretur: filio quoq; baptismus proficeret. At quia oportet filium esse natum ad recipiendum baptismum: pro se i particulari: manifestatur patres nō iferre nobis abilitatem. & similiter dicēdū est: nō posse nos maculare: q̄uis isans baptizari queat: anteaq̄ totaliter a corpore matris exeat. Verum omnino opus est aliquod membrum foris esse: in quo baptismus operetur: & tunc pars pro toto ualebit. & similiter in quolibet particulari carentia siue defectus accidit.

De pluribus qui deturbātur: quod patres generent filios glorie inhabiles. Cap. xlv.

❡Hic uero nonnulli deturbantur circa conceptionem domine nostre: dicentes. peccatum originis esse carentiam iusticie: aut gratie: que homini supra naturam tributa erat. & isto modo opus est quod

patres inhabiles filios generent:poſtquam eis non tribuunt iuſticiam:uel originis gratiam. In quo ta
men parum tranſcendit quis clariſſima ac facilis ratio ſit. Vnde dicimus quod licet Adam non pecca
uiſſet:ſemen quod homo & mulier in matricem ponerent:iualidum eſſet:ad perueniendum in celũ ſeu
in gloriam anteq̃ anima reciperetur.& hoc patet. Quia quum mulieres grauide eſſent:uiri ad eas ac-
cedere poſſent:& eo tempore non concipere:taliter quod illud ſemen genitale non ad gloriam:neq
ad penam:niſi ad elementa reuerteretur.ex quo probatur:quod in eodẽ ſtatu innocentie ĩhabilis erat
materia:quam genitores in filiorum conceptione prebebant ad gloriam:donec membra organizata
eſſent:& rationalem animã recepiſſent:atq; in eodem inſtãti creature originalis gratia a deo daretur
& nõ ſolum materia ſeu embrio ſine anima. Nos uero in ſtatu noſtro:quum in puncto cõceptionis de-
beremus originalem gratiam:ſiue perfectionem recipere ad meritorium bonum faciendum: inhabiles
remanemus:uti anima & corpus ante unionem ſeparate erant.Iõq; pro noſtra habilitatione ſiue gra
tia baptiſmo indigemus.quo in ſtatu innocentie non indigebatur: qm̃ in merito patrum deus gratiã
ſup natura in nobis prebebat:nunc uero in merito ſacramenti baptiſmatis gratia meritori opandi da
tur:hec & illa tñ gratia a deo oĩpotenti:non enĩ a patribus hominibus impenſa eſt.

Quomodo ſemẽ nullã maculã habeat:donec rõnalis anima ſecum copuletur. Cap.xlvi.

¶In hoc capitulo mẽtionem ſuperioris faciemus:quoniam in eo demonſtramus:ſemen in ſe nullam
habere labem:uſq; quo rationalis anima ſecum aſſociatur.& eodem modo ſemen primorum parẽtum
inhabile erat:anteaq̃ ſibi anima adiungeretur.& quia apparet maculã non eſſe in materia quo ad ani
mã cuiq; notum eſt ipſam ſine culpa eſſe creatam. Quocirca ſolum reſtat ad probandum: an domina
noſtra ſanctificata fuerit eo inſtanti:quo anima in eius membris fuit infuſa. Quod pariformiter ãnuũt
illi qui maculatã fuiſſe arguũt.Sed preſupponunt materiã patrũ eſſe labefactatam:quod in multis lo-
cis aliter ſe habere probamus. Impoſſibile enĩ eſſet legẽ noſtram uerã eſſe:Si nos baptiſmus ex origina
li culpa nõ mũdaret:uel proprius dicẽdo habilitaret.ex quo non habemus aliud ſacramentũ extra ba
ptiſmum:ad mundãdũ originale peccatũ.& ſi nos non perfecte habilitaret:minime ĩ amiciciam dei co
pularemur:& dum amicicia dei caremus non poſſumus ad celum aſcendere:& ſi peccatum aut partem
peccati habemus:nequaquam perfecte cum noſtro creatore reconciliati ſumus. Neq; eſt dicẽdũ quod
infantes ſi baptizati moriũtur ad purgatorium deſcendent.licet enim non reciperent baptiſmum:nõ
irent ad purgatorium:niſi ſolum ad lymbũ.& quia lymbus nõ eſt locus penãdi:ſequitur quod pueri ba
ptizati ad purgatorium nõ accedũt. Quoniam manifeſte iniuſticia eſſet:ſupplicium recipere pro malo
quod nõ perpetrauimus. Quocirca turpe eſt aſſerere quod Ioachim & Anna in conceptione domine
noſtre:aliquã maculã contrahere potuerint.nã iuxta oẽs philoſophos tractantes de generabilibus &
corruptibilibus fertur:quod ſpermã patrum nõ recipit intellectiuam animam:donec corpus organiza
tum fuerit.& quod per plures dies moratur:& in hoc medio mẽbra domine noſtre organizata erant:
priuſq̃ animam reciperent:& erant illa mẽbra in quibus Chriſtus carnẽ aſſumpturus erat. Itaq; dicen-
dum eſt quod hoc inſtanti infuſionis anime:omnem gratiã mẽbris competentẽ receperunt. Sed quia
corpus ſine anima nec mereri nec demereri poteſt:ipſa quoq; mereri nequit donec fuerit corpori con
iuncta:aſſerendũ eſt quod domina noſtra gratie plenitudinem habuerit:in ĩfuſione aĩe cum membris:
qm̃ prius non erat mulier. Nã hoĩes ſumus per anime & corporis unionẽ:& nõ aliter. Ideoq; gratiã ha
bere poſſumus:uel ſine ipſa remanere:in quo inſtanti domina noſtra idonea fuit ad ſeruiendum deo &
ad fruẽdũ gloriã. ¶Attamen quia plura occurrunt agẽdo ꝺ conceptiõe domine noſtre:decet unũ
precipuũ fundamentũ tenere:ad quod ſemp redeamus:& in tali principio declarandũ eſt:an origina-
le peccatum totũ ſit ex parte aĩe an totũ ex parte corporis:aut utrũq;:nõ totũ ex pte corporis nequi
dẽ totũ ex pte anime:quod tali modo patet. Detur pro poſſibili quod baptizetur embrius priuſq̃ ani-
ma in ipſum infundatur.peto ſi añ aĩe infuſionẽ in baptizando embriũ ꝑ tota perſona ualeret: aut ſi
poſt natiuitatẽ aĩa a corpore ſepararetur:& in hac ſepatione corpus baptizarent & ẽt animã: poſito
poſſibili.& deinde aĩa ad ipſum corpus rediret.an iſta ablutio ĩ illa ſeparatione ꝑ tota pſona ſufficeret.
Ad quod rñdendũ eſt:quod nullus iſtorũ baptiſmorũ ꝑ aĩa & corpe coniuncti ualeret.ex quo ſit ani-
mã & corpus ſimul coĩquinari:& ideo ſimul debent eſſe ad merendũ ac demerendũ. Quia embrius nõ
eſt homo:non pſona:nõ rõnalis.ergo non pt̃ ꝑ obligatione hoĩs pſoluere.& quia ſaluare nequit mini
me poterit maculare.nec eſt ex ſola anima originale peccatum:quum ſimplex ſit a ſolo deo creata. &
quia non de corpe tm̃: neq; de ſola aĩa:ſeqtur utriuſq; eſſe.& quoniã utriuſq; ſimul cõſtat:in domina
noſtra nullo modo accidere potuiſſe. Quippe quod apud oẽs embrius uel ſemẽ prius ſanctificatũ fuit:
q̃ in ipſum anima infunderetur. ¶Et ſiquis infert quod pars peccati ſit corporis & pars aĩe:ꝑ prin-
cipia ſua priuſq̃ uniantur.hoc econuerſo tenetur:eo quod tunc eſſent duo originalia peccata:& non
unũ tm̃. ¶Et ſi dicis duas dimidietates peccati haberi. Reſpondeo non eſſe dandum medium pecca
tum:ut ſupius explicauimus. Quoniam autem de gratia aĩe domine noſtre nullus dubitat: patet quod
originale peccatum nõ contraxerit:uti nos in cõmuni agimus.quia anteq̃ rationalem animam habea

mus:non possumus dicere q̄ quicquam a nobis contrahatur. Tunc enī non sumus illud quod post animeinfusionem. ¶ Amplius petendū est Quale sit hoc peccatum in embrio:quum ibi non sit supbia: nec inobedientia:seu appetitus comedēdi:bibendi:luxuriandi:& aliorum similium. Non enī sentit neq̄ uidet. Quod si respondes semen illud habile esse ad hec omnia icōueniētia:nos quoq̄ idem de corpore Ade dicimus:quod priusq̄ peccauisset peccandi aptitudinē habuerit:& magis propinquā q̄ semē in matrice mulieris positū.& ,pp̄ter hoc non dicimus:quod adā maculatus fuerit:quousq̄ ad actum peccandi deuenit.& ideo aīa & corpus prius uniuntur in actu:q̄ peccare queant. Nam patres postquā baptizati sunt:nullū locū habent ponēdi originalē culpā in semine generatiōis.

De thomistarum fundamentis sup quid originale peccatū sit:& quomodo se habeat: ac de eorum solutione. Cap.xlvii.

¶ Thomiste uolentes declarare quid originale peccatū sit:aiunt:Adam habuisse tria p̄cipua ac specialia dona. Primū uidelicet:quod corpus eius erat penitus aīe subseruiens. Secundū quod sensualitas rationi parebat:& ista duo idē sunt:aut fere idem:quum sensualitas corporea sit uel ex p̄te corpis:& rationalitas incorporea:uel ex p̄te anime. Tertiū quod creatori suo prorsus uacabat.& quia oēs iste tres p̄tes iuste erant:originalis iusticia nuncupantur. Quoniā autē nos illā pp Ade peccatum amisimus:ī originali culpa remanere dicimur. Sed ad primā p̄tē r̄ndendo:ubi fertur quod in prīa innocentia sensualitas rationi parebat:dicimus aliter actū fuisse:ueluti p sacram scripturā cōprobatur:testātē. Fruct9 ille uetitus pulcher erat uisui & delectabilis gustui. Constat igitur sensus in aliqua potestate aut iclinatione contra rōnē extitisse:Quū enim dicitur delectabilis gustui nō intelligitur quo ad rationem nisi quo ad sensum:& ubi dicitur quod Adam suo creatori pebat:ēt ibi Adam & Eua aliter cum effectu demonstrauerunt:qm̄ actualiter contra p̄cepta sui creatoris extiterunt. Vnde fit quod aliquā libertatem seu dispositionē habuerit ad sequendum & non sequēdū creatorē suum.& de domina nostra non tenemus quod eadem scandala interuenerit:que in Adam & Eua:ideoq̄ beata Maria dignior & non inferior fuit q̄ primi parētes in statu innocentie.eo quod in ipsa assidue sensualitas ratiōi p̄uit:& suū creatorē est assequuta:Quocirca nulla in ea labes icluditur. ¶ Et quum aiunt maculam esse in uniuersali materia:palā delirare oñduntur. Materia enī qua homines resultant:elementa sunt:& elementa nullū peccatū sortiuntur:& aīa nō prius:sed in eo instanti infusionis creatur:& corpori infunditur : At sup creatiōe nulla est creaturarū essentia:ibi enim tm̄ sunt diuine rationes creande:quas aliqui ideas appellant:sed iste non sunt creature:nisi deus:& aīa rationalis nulla est preter istam & illam p̄ticulariter assumptam:& sic deus oīpotens est prima origo:ex qua rationales anime per primū esse emanant :tn̄ p extrinsecā emanationē uel dependentiam:& in deo nullum est peccatum:neq̄dē in opatione sua ubi aliquod mediū extrinsecus non occurrit:& inter deum & animā rationalē nullum medium interponitur:& sic patet nullū ibi peccatum includi.

Cur nec iuxta alia assumpta a Sancto Thoma nec quauis alia ratiōe potest peccatum originale in humanā naturā transire:nisi in isto & illo p̄ticulariter esset gratie carētia:taliter q̄ p baptismū oīo habilitamur absq̄ q̄ fomes uel scyntilla remaneat Cap.xlviii.

¶ Quum thomiste assidue refugium habeant dicendo quod originale peccatum radicaliter in esse essentie hominis positum sit:siue natura hominis:de hac essencia merito uidendum est.& hic forte aliquid clarius atq̄ altius super preteritis dicemus:eo quod supiora & īferiora occurrentia in hac dissentione cognoscantur.& pr.ncipio scitandū est a modernis Thomistis quo modo commune esse essentie: aut humanitatem hominis intelligant.an Sanctū Thomam doctorē suum assequantur?an uero alterā uiam p seipsos assumant? Si sancti Thome intentionem sectantur:ut asserunt:nullatenus peccatū:quū accidens sit & temporaliter causatū:in esse essentie uel humanitate transire p̄t. Nam penes huius auctoris opinionem:ut ī quinto libro tractaturi sumus:esse essentie unde descendimus:uel humanitatē uocabat:abstracta:absoluta:infinita:eterna:& a se:in quo nullum accidens cadere p̄t:ut p ipsos manifestat̄. Abstractum enī dicūt ab omnibus accidentibus & uariis considerationibus denudatum. Sed unū simplicissimū tantū absolutum esse inferunt.itaq̄ penes auctorem uestrū peccatū neq̄ sic neq̄ sic in essentiam hominis trāsire p̄t. Quoniam infinitum seu eternum nō patitur accidēs: siue magis aut minus.
¶ Presertim quod etiam uos dicitis de mente istius auctoris:quod peccatum sit nihil:& nihil nō potest trāsire uel couerti in aliquid:igitur nō trāsit neq̄ maculat humanitatem in esse essentie. ¶ Vnde necessario deueniēdū est ad hoc:q̄ cōcedatur originale peccatum in quocūq̄ homine particulariter euenire:in puncto unionis anime rationalis cū corpore. Quoniā illo tūc est uniuscuiusq̄ humanitas.& n̄ prius. Nam falsum esset īferre:humanitas mea:uel humanitas tua:est humanitas uniuersalis.nisi hec humanitas est humanitas mea:& itidē de tua dicitur. Quapropter humanitas mea:& humanitas tua:altera & altera sunt:& non idem. Et quia dicis illo tunc humanitatem existere:quando in pluribus particu

laribus diuiditur:& non prius. In illo quod non existit: peccatum esse non potest. Unde per posita a teipso oportet confitearis: quod nec originale peccatum: nec aliquod aliud dari pt ĩ cōmuni essentia uel humanitate: nisi ĩ ista aut illa. Insuper: dato quod sint similes essentie abstracte: ut uos dicitis: efficiēter a deo tanquam a causa efficiente: de potētia ad actū deducitur. Quāuis hec reductio: qdam dicāt: quod creatio sit quod minime sibi tale uocabulum competit: Si de aliqua preposita essentia pticularia aliqualiter originē deducunt. & quia deus est efficiens & consequenter filius marie uirginis: dum particulariter de illa ĩmaculata essentia efficit animam & corpus matris: cōstat manifeste quod ipam creat uel efficit particulariter oĩ peccato imunem. ¶ Nos tamen asserimus: iuxta sacram scripturā: quod aia beate Marie atq; omnium hominum: sit a deo simpliciter creata: sine quacūq; materia uel essentia preposita: & materia corporum nostrorū: ab elemētis euenit: & ita ostēditur sensibus atq; intellectibus nullum esse thomistarū fundamentū: asserentiū quod domina nostra originale peccatum contraxisset. Nā iuxta opinionē ipsius Thome nullum peccatum potest in essentiā hominis transire. Quū abstracta & absoluta esse dicatur ut iam uisum est. ¶ Demum nil aliud đ hac materia dicere possumus: nisi quod opinio similis est: cum esse essentie creaturarū eterne. Quoniā nonnulli theologi nostri: ne aristoteli & aliis similibus cōtradicerēt uidentur aliqualiter cōcessisse: aliquā essentiā abstractā eternā esse dandam extra deū: p quā oēs creature efficerentur: uel crearentur. Quod idē est creare aliquā materiā presuppositam & efficere. Quod est erroneū in philosophia: ac multo erronius in theologia. tamen quū intrĩsece remordeantur: aut cognoscant: quod similis essentia eterna stare nequit: ingtū eā diminuere possunt: ipsam uoluerūt denominarī sine existētia non hoc: neq; illud iperfectū: sine actu atq; diminutiuū. hec autem oia sine ꝓposito. Quia tantū est nobis quod sit materia existens & grossa: quātū & diminutiua atq; inexistens. Quoniam omnino creationē secūdū religiosos intellectā deprauat: & contra eternitatem dei ꝓcedit: que quidē oia pexime sonant. ¶ Et nec aliter: seu quouis modo: Thomiste iam in his temporibus de originali peccato inqunt: eo quod uidentur se a cunctis hominibus tanquā obstinati in hac opiniōe tenere. & sic: dum p̄dicaturi sunt inquiunt. si sciretis quid peccatū originale sit: nō mirareminí: quū puum ac minimum & tāq̄ fomes uel scintilla. Et hic Respondetur: quod apud oēs peccatū magnū uel puū male sonat: & quod melius est nos esse illo peccato immunes: & quia melius baptizamur. Quocirca oēs agnoscunt quod malum sit uelle in domina nostra similem maculam assignare.

¶ Et quum dicitis quod originale peccatū sit tanquā fomes uel scintilla: hoc utiq; nō est carentia: nisi positiuum: quod dictis uestris instat ubi asseritis peccatū nihil esse: eo ꝙ tm̄mō boni priuatio intelligit̄. Et quū de actualibus peccatis hoc asseritis: multo magis de originali carētia affirmādum ē. ꝙ priuatio gratie sit. non enim fomes uel scyntilla: quū hoc rē positiuā dicat & consequenter precise contra uos.

¶ Dū āt ab aliquibus exēplatur quod in illa fomite manēte ĩ patribus siue particularibus generatorib9 aĩa maculatur: dū embrius ĩsunditur: ut albus pānus argētum fricādo: licet argētū tersum uidear̄. Hec utiq; comparatio de corporeo ad ĩcorporeū iualida est. nam pānus & argētum ambo res corporee sunt: & parum in dignitate differūt: licet dicatur argētū aliquāto dignius esse. Sed ēbrius multo minus dignior q̄ anima: & sic eā maculare nequit. Corpus enim corporeas affectiones dare potest: & peccatum nō est corpus: unde n̄ se habet tāquā macula corporea: quia tūc habētes peccatū positi ĩ statera magis pōderarēt: q̄ nō habētes peccatum: quod absurdum est: talia scilicet materialia seu ponderalia ĩ spiritualibus cōsiderare. ¶ Et siquis opponeret quod hec omnia secūdum philosophiā sunt: & quod nos hic secūdum legē decertamus: etiam de lege uideatur: quid dicat: aut quid spondeat: & ista sub paucis solui possunt. ¶ In genesi seu in cōstitutione in qua p trāsgressiōem primum peccatū extitit ait deus ĩ quocūq; die de fructu uetito comederis morte morieris. & hec uerba nō sunt dicta alicui nature abstracte seu essentie sine existētia. nisi Ade particulariter: quo ad corp9 & animam. Et quum dicat morieris: quis nā dubitare potest? si modo itellectu n̄ caret: quod n̄ oporteat prius uiuere q̄ mori possimus. Quoniam illud quod n̄ uiuit mori n̄ potest: & natura seu essentia abstracta nō bibit non comedit nec moritur: & sic in particularibus hoĩbus de gratia & peccato itelligēdum est: nō autem de aliqua uniuersali essentia. ¶ In nouam legem deueniēdo ubiq; seu per totam ipsam discurrētes legimus quod christus perfectus redemptor humanorum est. Ipse enim inqt. Non ueni soluere legem sed adimplerē. & hoc pro perfectiōe capitur. Et qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: & nullus potest esse saluus: si aliquod peccatum uel peccati fomitem habet. ¶ Sāctus Ioānes. dedit eis potestatem filios dei fieri his q credūt ĩ nomie eius qui nō ex sanguinib9 neq; ex uolūtate carnis neq; ex uolūtate uiri sed ex deo nati sunt. & hec uerba de baptismo precise inserūt: & ubi nō ex sanguinibus neq; ex uolūtate carnis: sub aliqua obligatiōe natos intelligebat: sed dicendo nō ex sanguinibus: igitur sine aliqua macula. & ubi ait sed ex deo nati sunt: ex deo siquidem nulla natiuitas: cum peccato uel maculata eē potest. Unde absurdum erit tenere quod post baptismum aliqua fomes uel scyntilla peccati remaneat. Tūc enĩ lex imperfecta esset: & Christus nō adimpleuisset id quod promiserat: aut quod a prophetis de ipso uaticinatum fuerat. Quare dicēdum est quod nō potuit baptismo nos omnino mūdare seu ĩtegram gratiam pberē: aut quod noluit. ¶ Si nō potuit: nō est ĩferendum ipsum fuisse perfectum redemptorem: circa quod in maximū errorem laberemur. Si noluit non ostēdit sua opera diligere: Nostra enĩ saluatio opus Christi

est. Verũ quia pro nobis mori uoluit: quod ultimus ac perfectissimus amor est: inter omnes alios: ueluti ipse demonstrat ingens. ¶ Maiorem hanc dilectionem nemo habet q̃ ut animam suam pōat qs p amicis suis: & in maioribus ac difficilioribus nos adamat: seqtur quod in minoribus & facilioribus: Vñ tenere oportet quod per baptismum integrā gratiam dei attingimus ad uitam beatam consequendā: & ubi gratia dei simpliciter ibi nulla fomes maledictiōis seu peccati. ¶ Preterea si aliqua originalis fomes post baptismum remaneret: ubi inuenitur p̄ceptum siue ordo: per quem a fomite mundemur: quia illam non confitemur: nec p eā ad iferos trudimur: nec ad purgatorium destinamur. nam p uerba christi qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. igitur non uadit ad aliquem locum penādi. ¶ Iā uero satis cōstat penes philosophiam & legem ubi macula aut potius carētia iteruenit p̄t: & quod in particularibus sicuti Ade & eue dum peccauerunt: & non in aliqua natura: in uniuersali interuenit: & post baptismum nulla originalis peccati fomes remanere p̄t: nūc sic domina nostra pticularis ī corpore & aīa anteq̃ plena gratia uocari posset: & erat generata ut mater dei esset: ergo non potuit aliqua in ea difficultas accidere. p̄sertim quod sanctus Ioānes nō dicit cōcepti ex sanguinibus & ex sanguinib9 nisi nati: quod secūdū aīam & corpus intelligitur: & nō secūdum carnē solam: uel materiam: & in conceptiōe patres minime rōnalem animā apponūt: nisi materiale semen: in quo semine seu cōcurrētia natura tātum iteruenit: nō autem preceptum gratie nec maledictionis. nam prius fuit homo q̃ precepta operandi meritorium uel demeritorium habuisset. icirco peccatū tāquam accidēs ac posterius est: & nullum accidēs potest in naturam trāsire: non itelligas accidēs sicut albū uel nigrum: quia naturalia: sed quia entia: cum pua p̄fectiōe aliis entibus p̄fectioribus inherēt: & ab hac inherētia accidētia denominātur: sed proprium accidēs aut alienū a natura dicitur: quicquid casuale est ut domus: Quoniā artificialis edificata: nūquam in naturale ptransire p̄t. & sic originale peccatū eo quod accidētale seu casuale nullatenus ī aliquā naturam conuetti p̄t. & ideo natura humana siue elemēta ex quibus corpora descēdūt & aīe ī creatiōe sua: nullā habēt maculā uel alicuius peccati fomitem. ¶ Vnde tenēdum est quod per baptismum totaliter habilitatur. & patet. quoniam nō debemus nisi semel dūtaxat baptizari. quod si aliqua fomes restaret iterum atq; iterꝫ baptizaremur: q̄uis assidue quadam sensuali cōcupiscentia & appetitu potiamur. Quod ita est ī sanctis sicut & in uitiosis: & sensualis appetitus naturalis est: nec semper peccatum adducit. Si enī resistimus meremur: si autem eo moderate fruimur nō peccamus. Quia dum cibamur delectatiōem sentimus: & si hoc ad sustentādā uitam agimus nobis meritū resultabit: & nō peccatū. Quidnā ergo argumentis indigemus: quū oēs thomistę atq; alii negātes habilitatem in cōceptione dñe nostre: asserāt quod deus sanctificauerit ipsam eo īstāti: quo materia de qua generata est in utero matris extitit. Quapropter si sanctificata: nullatenus aīam maculare potuit sicuti argētum maculat pānum: neq; aliusmodi: preserti q carentia: quum priuatiuum dicat: nil tabefacere potest. Difficultas originalis est gratie carentia: igitur nil maculatur & q tātum carentiam dicat per omnes sapiētes doctores patet.

Quomodo tenēdum sit quod quidā īquiunt dominam nostrā in origīali peccato fuisse cōceptam: qui aliter fortassis animo capiunt. Cap. xlix.

¶ Multi dominā nostram in originali peccato cōceptā fuisse aiunt: quos ī animo aliud sentire arbitror. Sed solum dicunt uerbis ne se uictos fateanť: in ea sententia quam semel sue religionis predecessores assumpserunt. nā dicendo naturam nil frustra agere: quum naturales cursus adeo laudabilem ordinem obseruent: quanto magis deus qui summe perfectus est & nature productor. ¶ Quocirca deceť uideť ab istis interrogari cur christus uoluisset quod mater sua maculata esset: quoniam melius atq; honestius erat eam semper obseruasse: q̃ semel in macula desiuisse & denuo subleuasse. ¶ Sed si inferre uoluerint animarum & corporum substantias: a mundi primordiis fuisse maculatas: aut eodem tempore quo Adam peccauit: falsum quidem erit & auditu absonum. Anime enim nondum erant: nec ipsarum substantie: ueluti iam explicatum fuit. eo quod oportet prius esse animas & corpora: q̃ eis obligatio imponatur. quia aliter antea essent maculate: q̃ suū esse daretur quod est impossibile. maxime: qd si anima impura crearetur: uanum atq; erroneum opus dei esset. Quod sibi soli competit: quum nulli alteri creare competat. ex quo decet quod membra priusq̃ in eis aīa infundať: per aliquod spaciū sint: in quo quidem tempore: deus matri suffragari potuit: eo quod non erat ei per communem uiam remedium daturus. ¶ Quippe & omnes christiani tenemus: ipsam in matris utero fuisse sanctificatā: que prerogatiua helye hyeremie Sancto Ioanni atq; sansoni secūdū hebreos concessā fuit. Quoniam uero domina nostra perfectior extitit: maius sibi priuilegium competiuit: non quod hoc nobis in cōtumeliā fuerit: quia Sanctus Ioannes beneficium habuit: maius illo quod cōmuniter hominibus tribuiť. quocirca quum domina nostra mater Christi fuerit: maiorem prerogatiuam susceptura erat: q̃ sanctus Ioannes. nam: quemadmodum in qnto libro patebit: Christus fuit prima creatura in perfectione pre ceteris creaturis: & uirgo secūda: Tantum enim perfectionis habemus: quantum & unionis cum deo. Et quum christus fuerit in primo gradu unitus: & mater in secundo: patet necessario ipsos fuisse ceteris perfectio

res. ¶ At quia domina nostra ita erat cum suo creatore unita oportebat quod pfecta esset in principio suo super omnibus creaturarum principiis: extra filium. Quoniam autem quidam alii absq; peccato creati fuerunt: a fortiori ipsa sine peccato & cum potissima gratia. sed talis opinio plerisq; incorreptis competit: qui dum eis iniuriam facere existimant: ubi non tãtam corporis & mentis habilitatẽ: aut diuitiarum copiam: quemadmodum & aliis tradiderit. uerũtamen isti nõ reminiscunt: quatenus deo cõpetat de suis operibus ad libitum disponere: & quod sensuales creature dei sunt: & tamẽ nõ attingunt ad gloriam. ¶ Quapropter licet non eiusdem pfectionis cum domina nostra simus: sat est uia atq; remedium quod nobis dñs pro salute nostra tribuit. dummodo eum assequi uoluerimus. Quod autem inquiãt: quod appetitus ĩ membris nostris manentes sunt origiale peccatum: hoc nẽpe minime ualet. quia manifestum est appetitum non esse peccatum: nisi quod potest esse causa peccati. Quoniam p appetitum multoties peccamus. & alias meremur. Prio enim est appetitus: deinde actus peccãdi: & postremo obligatio appetitus. ergo nõ est peccatum: nec ualet inferre: hẽmus appetitum: igit peccatũ. quia Adam & Eua aliqd appetebant: ut patuit: q̃uis sine peccato essent.

Quod nihil de bonitate nostra abstulit nobis deus: ut eam matri pberet. Cap. I.

¶ Iam manifestũ est deum non fecisse nobis iniuriam: maiori prerogatiua matrem suam donando q̃ quod in cõi dat. Deinceps queremus: an nobis qcq̃ sit ablatum quod in Virgine poneretur: ut bõa ac pfecta euaderet: Sed reor neminem latere: quod beata Maria nihil de nostra humanitate abstulerit. Verum quod luculentius atq; uerius dicere possumus: nos ab ea dignitatem habuisse: aut quod aliquam gratiam receperit: ut nostre debilitati remedium adhiberet. Quod si illa pfecta esse debuit: ut filius dei in uentre eius p nostra salute humanam carnem susciperet: quanto perfectior uirgo fuisset: tanto maiorem utilitatem ab ea expectabamus. ¶ Quam qdẽ materiã deus apte declarat: Vbi oparios redarguit: qui in uinea ad laborandum mane steterant: & postea de solutiõe conquerebant: dicente dño uinee: Amice nonne denario cõuenisti mecum: tolle quod tuum est: & uade. aut mihi licet facere qd uolo: aut oculus tuus nequam est: quoniã ego bonus sum. Icirco quod deus ab omni macula gloriosam uirginem preseruauerit: quenam inconuenientia aut iniuria aliis extitit? Quidam uero iracundia moti ratione cõuinci nequeunt: quinimmo credunt quod omnes sine exceptiõe peccare debuimus: & christum extrahunt: qui unus est ex omnibus: neq; in hac reseruatione deus cõtra suum ordinẽ egit. Vnde probabimus quod q̃uis matrem preseruauerit: nullatenus humanitati cõtumeliam fecisset. Quia licet ĩuenirenius quosdam ex sanctis dicet: quod oẽs eramus in peccato concepti: nonne maiorem efficaciã uerba dei habent qui interdum expresse erga omnes loquebatur? Postremo autem alicui particulariter gratiã inferebat. ueluti: quando cum diluuio minabatur dicens: iã finis erit omniũ hominum: delebo ipsos a facie terre: Ecce ego adducam aquas diluuii super terram: ut interficiam carnem in qua spiritus uite est: subter celũ: & uniuersa que in terra sunt consumentur. & absq; dubio tenemus quod Noe cum uxore filiis ac nuribus cum pluribus aliis aĩalibus liber fuerit: atq; exemptus: ab illis minis sub quibus q̃libet mundi creatura erat. & tamen exceptio fuit: nec aliter intelligẽdum ẽ: circa auctoritates de originalis gratie carentia. ¶ Nam quum deus sineret matrem suam maculatã esse uideretur fecisse quemadmodum quedam animalia que dum obesse nequeunt detrimentum ĩferentibus: lapides aut propria membra eorum mordent. Attamen considerãdum est deum non fuisse eiusdem consilii & ĩperspicacie: ut omnino propter culpam populi: carnes & membra sua maculari permisisset. ¶ Quũ nil aliud in hoc facturus erat: q̃ prebere eandem gratiam: in unione corporis & anime: que in baptismo oibus datur. & de hac gratia prebẽda citius aut tardius nemo iniuriat. Nam si hoc eẽt iniuria: potius iniuriate uocarent que filios concipiunt & pariunt: eo q; cum doloribus partus edunt: ac uirginitates corrumpunt: & beata Maria sola a corruptione Virginitatis: & doloribus pariendi conseruata: q̃uis in maledictiõe cõtra primam mulierẽ habeat: cum doloribus oẽs mulieres esse parituras habemus: quod in resurrectione christi plura alia corpora resurrexerunt: & tñ nulla ex hoc iniuria fuit illis: qui non resurrexerunt. qm̃ partim per eoꝝ merita: & partim per uoluntatẽ dei: actum est. & quicqd deus uult & operat de ratione potest: & optimum est.

Quod Sanctus Thomas in alio loco habuit: quod domina nostra libera esset: & qd hic uniuersalem opinionem insequit. Cap. II.

¶ Dũ aliquas Sancti Thome opiniones de anima inspicimus: nõ admiramur de eius sñia aduersus libertatem conceptionis domine nostre. Quum de anima tractando inqat: quod organizato humão corpore: deus non potest agere: quin rõnalem animam in eo creet. similiter & in aliis huiuscemodi locis dei potentiam limitare uoluit: species in esse essentie eternas atq; necessarias imagĩatus est: quod legi repugnat: sed forte hoc in aliis locis sequẽdo legem moderauit & in libro quolibetorum scribendo: utrum deus ab omni macula matrem liberaturus erat: asserit quod eam liberare debuit: ex eo quod me

llus erat absq; peccato q̃ cū peccato:sed in discursu tpis oppositū dixit. Vnde uidetur quod fuerit uniuersali legi attentus:asserendo deum noluisse:aut nō debuisse:ab originali carentia matrē liberare. Et in hoc passu non inmerito uidendū est: an deus uoluit ac debuit matrem a quacunq; macula liberare? ¶Quod potuisset nulli est dubiū.precipue quia in hac re non deuastauit aliquē nature ordinē: nisi tantū accidētia:quia homo ex sua natura sine peccato creatus est.Sed si peccatū originis est per accidens:cur dei potentiā impediebat:quin matrē ab eo custodire posset?& licet peccatū naturale esset:natura deo subiicitur:de qua penes libitū disponere pōt:& ipse deus tenet semper que meliora sunt operari:dummō nemini contumeliam inferat.Sed hic manifeste patet:quod honos dei esset : suam matrem honorare:& Christi pariter laudi ascriberet:ut ex perfecta & immaculata matre sit ortus : & hominum quoq;:ex ꝓpria specie talem habere patronam:& quod preseruata fuerit nulli hoc dedecori obiicitur. licet tenendum sit:diabolo displicuisse:quod nequaquā sibi iniuria fuit.nam q̃uis angelus malus fuerit effectus:tamen ab omni peccato mundus creatus.& similiter quod domina nostra sine labe fuerit cōcepta:nil mirum nec cuipiam impedimentum.ex quo manifestatur:deum ab omni peccato matrem saluam facere debuisse:ex eo quod hoc melius erat:q̃ in macula deliquisse . Quamobrem plane apparet quod idem egerit:quecunq; enim debet:potest:ac perficit.

Quod qui aiunt dominam nostram peccatum habuisse:uidentur sequi comparationem:quam aliqui de Cesare & Alexandro faciunt. Cap.lii.

¶Forsitan thomiste uoluerunt illam uiam assumere:que a qbusdā capitur:dū de Cesare & Alexandro cōparationē faciunt dicentes:quod quū Cesar ex magis infima ꝓgenie fuerit : & per semetipsum in sublimē dignitatē subiecit:maior sibi laus q̃ Alexandro adhibetur:qui regis filius erat . Sed talis cōparatio minime congruit ad ꝓpositū de beata uirgine:qa inter hos duos imperatores: principat9 aut mūdi honores expetunt:& quoniā ferme equales fuerunt.si Alexāder multo plus q̃ Cesar adeptus eēt: sicuti in principio:semper utiq; maius nomen obtinuisset.& licet in operibus atq; temporalibus rebus equales fuissent:si simul inuenirentur:Alexādrum pcedere diceretur:quum sit ex sublimiori ꝓgenie : quod nempe ubiq; pspicimus.Si enim quisquā ex honesta familia ducit originem : q̃uis in aliq̃bus deficiat:uel a recta semita deliret:& rerꝫ indigens sit:ubicunq; degit omnes eū maiori honore prosequuntur:q̃ si esset ex infima ꝓgenie oriundus:eo magis quod dū uirtutib9 erit ornatus:multo maior honos adhibetur:q̃ alicui alteri sibi simili in uirtute:& ex uili stirpe nato . Quod si illi qui ex laudabilioribus parentibus nascuntur:primitus in aliquem errorem incidunt:nunq̃ ita se extollere queunt:quin aliqua labes seu infamia remaneat.ut patet.Quod si aliquis spurius natus est:& post suam natiuitatem legitimatur:quanq̃ uirtute preditus:nunq̃ spurii nomē deperderet:nec ipsum pro legitimo honorāt. ¶Alii furant & luxuriantur in adolescētia:uerū in discursu temporis assidue cum quodā scrupulo seu difficultate:uisi sunt.Quapropter eis decentius extitisset:ex bonis parentibus nasci.& bonos mores amplecti. Dum enim pater filio dignitatem daturus est:& in ipsius arbitrio generandi legitimum aut spurium filiū manet:sine proposito uidetur:ipsum generasse spuriū:& postremo legitimare:quum in nullo discursu temporis:q̃uis spurius filius bone indolis sit:posset illam partem labefactatam:abstergere:quam i cōceptione receperit:saltem quo ad nominis:uel honoris famā.Nemo eni gloriari potest: se in peccatū : aut aliquā culpā incidisse.Quia aliud est bonis fortune indigere:& scire quis se diuitem faceret : q̃ peccauisse:& postea deuote uel sancte mori.nam quo ad pupratem:homines non errauerunt: eo q; natura nos pauperes ac nudos ꝓducit:& in ultimis dierum ad eandem inopiam redigimur.& licet donec uiuimus nobis aliquid de temporalibus bonis associetur:nō tñ quod in nobis ꝓprie cōuertat.ut fit de sanctitate aut errore. ¶Ad exēplū uero de imperatoribus redeundo : non uidet simile esse casui beate uirginis.Quoniam inter eos dumtaxat de temporalibus bonis decertatur . Sed in uirgine de dignitate & puritate inter sanctos : eo quod dominam nostram oportuit sanctam uitam degere : ut mereretur matrem dei esse . Quum autem eius principium legitimum ac perfectum fuerit : laudabilius erat q̃ si in ea quicquam peccati interuenisset . nam si per maculam positam in principio suo est magis laudanda : q̃ sine macula : etiam inferre possumus : quod debuerat esse Marie Magdalene : & non uirgini similis:ex eo quod post plura peccata:per conuersionem fuisset admodum collaudata. ¶At uero talis imaginatio inanis esset : atq; absurda : quod laudabilior sit maculata in conceptione : q̃ plena gratie . Nam reseruatio ut in peccato non caderet gratia est : & cadere:non potest dici gratia. & quia melius est conseruatio in bonum q̃ declinatio in turpe : cunctis constat : quatenus in domina nostra laudabilius erat : quod semper peccato immunis esset : q̃ cadere & deinceps resurgere . Et sic euangelium narrat generationem ipsius Marie. In principio inquiens liber generationis dn̄i nr̄i Ihesu Christi filii Dauid.Si uero Christus cōmendatur ex eo q; ex optima generatione inquantum homo descendit: sequitur fuisse ei obscurum : ex parentibus improbis deuenire . nam tunc non diceretur in euangelio liber generationis Ihesu Christi. Sed potius obligatio.& quatenus Christo laus adhibetur etiam matri sue tribuenda.

Qualiter parisienses articuli: contra libertatem domine nostre minime sunt tenendi. Cap.iiii.

¶ Inter articulos parisius reprobatos: etiam damnare uolunt tenētes: Quod domina nostra sine pec
cato cōcepta esset. Verūtñ parisienses reprobationes: a diuersis hominibus: atq; in pluribus tempori-
bus facte sunt. & q̄uis psumat illos omnes doctos fuisse: non tñ legitur quod ex eis quisquā fuerit cano
nizatus. Quocirca ipsi quoq;: tanq̄ homines: in aliquibus locis errare potuerūt. & quod interdū aliqs
eorū errasset: per ipsosmet patet. Vnus enim ex reprobatoribus: postea in reprobationibus suis fuit ab
aliis reprobatus. licet tanq̄ sapientes honorandi sint: quemadmodum ipsi faciunt: dū aliqua dicta quo
rundā sanctorū damnare uolunt: & itidem ubi rationē nō ostendūt: neq; de precepto fidei: nequidem
de uniuersali concilio. Quod sit ita ut aiunt: non cogimur ad tenendum ipsos: maxime dū uerba que
assignant: sibi ipsis opponūt. sicut ubi de cōceptione domine nostre loquunt: quia manifeste in contu
meliā & absq; respectu tendunt: & aliter q̄ res se habet. ¶ Dicunt enim in principio esse contra fidē:
quod necubi reperitur. Quoniā: ut mox uidebitur: ueluti ubi paulus inquit. ¶ Omnes in Adam pec-
cauerunt. in iis uerbis nullā mentionē de primus nec de secundis personis agit: iccirco nō de omnibus
absq; exceptione: nec ullam aliā a posteris auctoritatē habemus: in qua omnes precise preter Christū
peccauissent: & quod efficacius est: quāplures sancti particulariter dominā nostrā asseruerunt sine pec
cato conceptā utpote sanctus Alphonsus: & alii plures: ueluti in hoc libro cōprobat: & tot sanctorum di
cta denigrat maxīa ē psumptio: licet Sāctus Thomas ipsam cū peccato & sine peccato ɔceptā fuisse te
stetur. & ubi posuit quod sine peccato parisius damnat: & quamplura etiam alia dicta sua. sicut ubi te
net: quod una sola forma sit in homine: & qd̄ corpus Christi mortuum non eēt idem numero: quod ui
uum. Et isti ponunt quod maximū esset incōueniens: Quod tunc alia res fuisset: & non illud quod an-
messiam occisuri erant:nec unquã ob ipsius messie sed iudeorum culpam id fieri dixerunt. ¶Et christus denunciando discipulis istius mundi tribulationes:ait.Tunc tradent uos in tribulationem. & occident uos:& eritis odio omnibus hominibus ꝓpter nomen meum. ¶Et ĩ alio loco Beati estis quum maledixerint uobis homines.& persecuti uos fuerint:& dixerint omne malũ aduersus uos: mentientes propter me.In quo christus palam docet:qualiter beati erimus si ueritatẽ:siue ipũm christũ assequmur. & ꝓpter hanc sequelã:alie gentes nos persequuntur.Tamen quod persecutiões nõ ꝓpter peccata nostra:sed ex eo:quod deum assequimur:& male uiuentes rep̃hendimus:persecutiones patimur . & sic in his locis aliisq; huiuscemodi pluribus comprobari potest:nec ĩ morte christi:nequidẽ beatorũ aliquod peccati signum interfuisse. ¶Et si opponeret̃:ut a nõnullis fieri solet:quod mors christi ad salutẽ aĩarum nostrarũ oĩno necessaria erat:& quod ob hanc cãm deus in Christo solo signũ peccati mortẽ nõ esse derogauit. ¶Respondemus.quod aduentus christi seu ueri messie erat proculdubio necessarius. non tñ mors:ut p̃ oẽs ꝓphetas de ipso messia loquentes.cõprobari p̃t.quia de morte eius conquerebãtur:& iudeos ualde reprehendebãt:& admonebant:ne idipsum patrarent.eo magis:quod ante passionem ipse integrã ostendit potestatẽ parcendi peccatis:atq; perfectã legẽ exhibẽdi . ¶Quum dicat remittuntur tibi peccata:uade in pace:& noli amplius peccare:fides tua saluũ te fecit: intelligendum est fides tua disposuit me:ut tibi gratiã darẽ.Tamẽ quia Christus oĩno patiens promissus erat :ut eõ uerso q̃ adam se haberet : posita iudeorum perfidia:oportebat quod contra delectationes sensuum esset ad mortẽ:& non ad peccandũ patiens.de quo siquidẽ extensius ĩ tertio libro apparebit. ¶Sed hic aliũ casum ponamus:ut dicendo.Domina nostra non contraxit originalẽ culpã:ideo est sibi illata iniuria:eo quod mortua.& ẽt iniuria:quod postquã nata sciuit bonũ eligere:& malũ reprobare: & ẽt cognoscere se nudã esse:& uerecundari ad ãbulandũ nuda inter alias gentes.Nam primi parentes bonũ tm̃ cognoscebant:& non malũ.Sed quia de fructu uetito comederunt:aperti sunt oculi eorum ad sciendũ bonũ & malũ:& ad cognoscendũ quod nudi erãt.& uerecundiã esse se nudos manere. ¶Positis his omnibus:petamus illos qui tãquã a casu loquunt̃.quonã modo hec oĩa saluare queãt:quod recte se haberet beatam Mariam nudam ambulare:& se nudam esse non cognoscere:nec uerecũdari nequidẽ aliquã habere cognitionẽ de miseriis:& uarietate hominum p̃teritorũ presentiũ ac futurorũ.Et quo facilius tale inconueniens intelligas:ponamus quod baptizati patres:aut ad christianam legẽ deducti:in uigore ipsius legis totũ originale peccatũ pro se & suis successoribus delent.Vnde secundum te nullus istorum indueretur:nequidẽ cognosceret se nudũ esse:neq; mori.Quocirca omnis libertas hominũ ab eis esset ablata.Nam dũ alii hoc priuilegiũ in christianis uiderent:oẽs ad ipsam christianã legẽ reducerentur.Et deus in prima innocentia aliisq; statibus:liberos & non coactos nos esse uoluit.Et sic patet non decere:quod domina nostra nuda ambularet:& quod se nudam esse non cognouerit . Iccirco mori licebat:q̃uis sine originali peccato.& quod sciret bonum eligere & malum reprobar̃ ĩ quo loco cã loci inferre possumus:quod homines qui nimium latũ:lõgũ: triplicatũ:quadruplicatũ induũt: multa peccata habent.Quia de nudatione nimium uerecũdant̃.& sic plura perizomata super se apponunt.Quiq; minus induunt̃.& paucam uerecundiã de nudatione sua habent:minus peccatores sunt. Velut ethyopes atq; alii:qui nudi manere solent. ¶Demũ mors corporea duplex est:altera earum siquidẽ naturalis.& altera uiolenta. ¶Naturalis nullum continere peccatũ significat . Nam a natura palã constat omnes homines esse morituros:& ideo antiqui sapientes q̃uis uera lege carerẽt in diffinitione nostra mortalitatem posuerunt.Quocirca a lege capitur:quod si primi parẽtes nõ peccauissent: morte nõ moreremur. ¶Vlterius in ipsa lege habetur:esse ualde dispares homines:qui deũ agnoscũt & sua precepta obseruant:ab his qui deum & legem negant:& tñ isti & illi omnes pariter moriuntur. & si causa peccati omnino morituri essemus.aut quod peccatũ continemus:baptizati & credẽtes deũ: diutius uiuerent:& cũ multo minori horrore morerentur q̃ non baptizati.Sed quũ nulla inueniatur disparitas inter religiosos & irreligiosos:in lõgitudine uite nequidẽ in asperitate mortis negandũ ẽ .ꝙ mors naturalis significet euenire ex eo quod aliquod peccatũ in nobis steterit. ¶Mors uero scandalosa aliquod peccatũ cõmisisse significat:& sub hoc ordine Christus scandalose mortuus est:ut pro sceleribus nostris solueret.Sed mater eius nullum debitum erroris pro se:neq; pro aliis cum morte soluit: quoniam naturalem mortem.& non scandalosam:obiuit.& Christus nullatenus mori uoluit:quin prius constaret nullũ in ipso esse errorẽ.ut uisum est.

Quomodo in prima innocentia absq; alia confirmatione homines se habuerant : & cur lex gratie cum prima equiparatur:si modo non superat.unde in blassemia Christi legem innocentie super nostra cõmendamus. Cap.lxii.

¶In superioribus capitulis multa super morte beate uirginis dicta sunt:ut palam constaret qualiter mors eius non fuerit signum continentie alicuius peccati.In hoc ẽt sequenti quedam tangẽda sunt :& quo ad materiam plurima exagerare possumus:que tamen quanto breuius poterimus a nobis persoluenda. ¶Precipue quod multi in blassemiam legis gratie:de amissione status innocentie frequẽtius

conqueruntur:ac si in eo tunc homines tanquã dii:& nunc a quacūq; benedictione dei alienissimi: ac protinus destituti.& ut clarius procedamus aliqua de statu innocentie tangemus.ut uideamus quas ꝑrogatiuas in eo tunc Adam & Eua possederint.Nam primitus adam de limo terre factus:& anima eius a deo spirata:seu producta:attamen corpus de facie terre plasmatum:& eua de costa hominis: in quo principio primi parentes parum a principio nostro differebant iuxta compositionum excellentiam. ℭ Ceterum inquit.non enĩ dominus deus pluerat super terram:& homo non erat qui laboraret terram.& in eodem capitulo subdit. Tulit ergo dn̄s deus hominem:& posuit eum ĩ paradiso uoluptatis: ut laboraretur & custodiret ipsum. ℭ Deinceps quum serpens ad mulierem accederet dicens :cur de ligno scientie boni & mali non comeditis?Respondit mulier De omni ligno paradisi comedimus:De ligno autem scientie boni & mali precepit nobis deus ut nō comederemus:ne forte moriamur. ℭ In super in eo tunc nudi erant & non uerecundabanꝰ.Qua de causa in statu innocentie manere dicimꝰ: ad quam similitudinẽ dū nunc paruuli sumus:innocentes appellamur.in qua innocentia seu puericia nil uerecundamur:quãquã nudi maneamus:neq; dẽ de aliqua alia re quam agere possumus. ℭ Nunc uero assumptis his oĩbus principiis:satis possumus de excellentia status innocẽtie cognoscere.Nã quū dicat:& homo non erat qui laboraret terram.hic palam asserit:quod similiter in illo statu ipsam terrã laboraturi eramus:ut de laboribus nostris cibaremur.quia si ad uescendū laboraturi non eramus: cur ergo laborandum?Non enĩ induitionibus indigebamus:quandoquidem primi parentes nudi erant:& non uerecundabantur.Quibus dumtaxat ꝓceptū fuerat:de assumendis cibis:& procreandis filiis:nullum autem de indumentis.Quocirca concedendum est:aliquos labores esse in eo statu capessendos :& confirmatur:quum dicat:quod dominus plantauit paradisum uoluptatis:& posuit in eo hominẽ ad laborandum:& custodiendum ipsum. Vnde uidetur paradisum uoluptatis fuisse tanquam pomarium:& Adam & Euam ut laboratores uel Ortolani:& in laborandis atq; custodiendis pomariis alique contĩgunt cure:ac defatigationes:sed dum laborarent:& omnes simul mutuo amore se amarent:cūcta ꝓspera eis succederent. Verum similiter aut parū differenter in lege nostra contingeret si q̄spiam in sanctitate degeret. ℭ Et quod ita esset plura exempla de lege scripture & gratie adducere possumus. Nam deus aspiciens bonitatẽ moysis:atq; quorūdã aliorum bonorum iudeorum:concessit.quod dū moyses uirga mare rubrū tangeret:aperiretur:ut populus israeliticus transiret.Quadraginta annis iudei ĩ deserto steterunt:& deus de optimis cibis utpote de mãna & coturnicibus eis prouidebat. ℭ Et postquam moyses ascendit supra montem synai legem a deo accepturus:non inueniꝰ quod comederit aut biberit:donec per quadraginta dies ibi demoratus est. ℭ Helyas unico ac minimo prandio totidem diebus ambulauit:& multa itidem alia beneficia inuenimus deum in lege ueteri suis seruis impendisse.

ℭ Nihilominus omnes prophete atq; omnes sancti patres incessanter messiã perfectorẽ legis expostulabant:& quia perfectorem:sequitur quod perfectam legẽ erat daturus:quam nos legem gratie esse dicimus:in qua habetur:qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit:& qui non crediderit condemnabitur.Signa autem illorum qui crediderint hec sequentur:in nomine meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis:serpentes tollent:super egros manus imponent:& bene habebunt:& si mortiferū quid biberint:nō eis nocebit. ℭ Vlterius habetur:quod ipse Christus mortuos resuscitabat:pariter & suo nomine discipuli.Quinimmo pollicitus est nobis redemptor noster:q; si tantam fidem haberemus ut granū synapis:& diceremus monti huic transi:& transibit.preterea omnia possibilia sunt credenti : & quod quecūq; postulauerimus patrem in nomine filii:dabit nobis.si firmiter crediderimꝰ. ℭ Ampliꝰ per baptismum & bona opera:filii dei efficimur.Nunc sic omnia hec simul nonne cum lege innocentie equiparari possunt?forsitã quod Adam & Eua plusq; dei filii erant:aut maiorem habebant potestatem: a deo in lege illatam q̄ ad mouendum montes de loco ad locum:& resuscitandum homines de morte ĩ uitam. ℭ Ad quod respondendū est quod non inueniunꝰ maiores perfectiones iuxta dignitates creaturis attributas:q̄ que sunt in lege gratie promisse.Sed quis est ille qui Christi legem adimpleat?& adorabimus eum:quum soli apostoli & quidam alii optimi discipuli eam adimpleuerint.& sic signum credulitatis erat in eis:quoniam linguis loquebanꝰ nouis:infirmos sanabãt:ac mortuos resuscitabãt. Nos autem nil de similibus opibus agimus.Cur ergo legẽ blasfemamus?& aliam cōmendamus?eo quod ĩ ipsa non stetimus.Sed ponamus:quod nunc in lege innocentie simus:& q̄d facturi essemus dimetiamur: Nonne eua q̄uis sine peccato aut patrum carni ili concupiscentia ꝓducta:serpenti respondit?de omni ligno paradisi comedimus:sed de ligno scientie boni & mali ꝓcepit nobis deus ut non comederemus? ne forte moriamur.In quibus uerbis ne forte moriamur:palam ostẽdit de ipso precepto ambigeꝰ: an per comestionem morireꝰ.& quod dubitauisset in effectu comestionis comprobaꝰ.Nam si omnia mala que sibi contigerunt:sciuisset:aut tanquam indubitata tenuisset:nunquam de arbore uetita comedisset. Vnde apparet quod in lege innocentie aliquantulo in credulitate sua ambigebant:queãdmodū & nos:licet non tantum. ℭ Ponamus nunc:quod nos ĩ paradiso uoluptatis nasceremur:& de ligno uetito cibari possemus.attamen contra ꝓcepti iussum:& nil aliud cognosceremus:nisi cōtra ꝓceptum dei esse sub pena mortis:quod non comederemus:asserendum est omnino quod non semel:Sed pluries ac pluries:comederemus:si fructus est delectabilis uisui & suauis gustui.nunc enim plura habemus ꝓce

pta a deo:& hominibus sub pena mortis corporis & anime:de quibusdam scandalis euitandis: & tamē ea plerūq; perpetramus.& uidemus quāplures homines saltem corporaliter defunctos esse:eo quod si milia fecerunt.Quocirca concedendum est:per opera que hic agimus:qd in paradiso uoluptatis posi ti:etiam contra preceptum de fructu uetito atq; aliis itidem:si essent sepe ac sepius ambularemus:dum in libertate nostra deus nos dimisisset. ¶Sed in hoc loco dicendum est:quod forsitā hi qui legem in nocentie frequenter exclamant:nequaquam considerant quid dicant.aut de Adam & Eua conquerū tur:eo quod taliter non laborauerunt:quod in merito suo deus omnes homines in bonitate confirma ret:ita quod peccare non possimus.Sed ponamus quod Adam & Eua nō comederint de fructu uetito: quod in sanctitate uixerint:& absq; morte ad celum deducti.Verumtamen hic sistendum est.Videlicet quod nullam per subsequentes ꝓles confirmationem habuerint.Vnde dicendum est in eodē inconue nienti esse:quo nunc sumus.Nam dato quod Adam & Eua non peccauissent:nec in bonū cōfirmatio nē habuissent:per nos omnes preceptum transgrederemur.Quamobrem dicendum est:quod nos fe stucam in oculis adē redarguimus:& in oculis nostris trabem non cernimus:Vellemus in sudore alte rius saluari:& nos omnes membrorum delectationes adimplere:faciamus secundum pcepta legis grē: & quidqd nobis pollicita est tribuet.Sed si inuiolatam legem non obseruamus:cur quod premium nō assumimus tantopere conquerimur?Si enim omnes homines inuicem ac perfecte nos amaremus:quid mali aduersus nos euenire posset?quandoquidem cuncta ad uictum & uestitum necessaria continere mus:nec ulla in uisceribus nostris falsa cogitatio ingrederetur:neq; odium inter proximum & proxi mum.& huiuscemodi uita uere esset similis:cum statu innocētie.Nihilominus oēs homines hoc cogno scimus:aliaq; maiora uariabilia:iuxta sensus placidiora nobis sunt.ut plures accumulare diuitias:sum ptuosa indumenta atq; prandia:& proprias habitatiōes:possessiones:& his similia.Quippe quod nos tam gaudere uidemur q̄ ditiores aliis in bonis temporalibus sumus:& quoniam hec bōa ad extra sunt: semper fastidia & nunquam uerum contentum dare queunt.Verūtamen plures nūc diuites sunt:que s si interrogaremus:an uellent in paradiso uoluptatis manere:nudi esse:& non uerecundari: laborāt:pa radisum uoluptatis atq; ipsum custodire:& unam tantum mulierem:essent habituri:& non equitaturi: nec domos nec arces edificaturi:neqdem de quolibet fructu:quo ad usum & gustum placido comestu ri:uere responderent:quod ire nollent cum his condictionibus ad habitandum ī paradiso uoluptatis.

¶Et sic sane concedendum est quod legem innocentie postulantes:quid dicant nesciunt:& in exe crationem legis gratie loquuntur. ¶Nihilominus de differentia habilitatis ad gloriam adipiscendā: inter legem innocentie:& legem gratie uidendum est.Nam lex innocentie potius uidebatur naturalis in eo:quod citius q̄ nunc sumus in eo statu habilitati fuissemus:ad ueram gloriam consequendam. & tunc omnes habilitati:& nunc non omnes.tamen in ambabus legibus habilitatem super natura a solo deo illatam expostulamus.Quoniam gratia originalis:non anime neq; corporis erat:sed in infusione anime in corpore deus prebebat quandam gratiam:tanquam supernaturalem:per quā habilitaremur ad nos uniendum:per claram uisionem cum ipso deo.Non enim per naturam ipsum uidere possumus: & in statu innocentie hec gratia erat omnibus hominibus promissa. ¶In lege Christi non tam cito gratia super naturam datur:neq; omnibus:preterq̄ querentibus ipsam.& sicut in statu īnocentie gra tia fuerat a solo deo infusa:absq; alio medio:in conceptione hominis:aut in eo primo instanti: quo ho mines sumus in lege gratie:per medium sacerdotis:deus dat gratiam.nunc prolōgata est gratia usq; ad tempus natiuitatis.Sed oportet quod ipsam petamus:eo quod uarii in credendo sumus : & aliquis Christi legem uult aliquis uero non:Ideo petente sacerdote quid querimus:dum ad baptismum acce dimus:Respondetur:uelle christianum fieri:& tunc sacerdos in nomine dei:tanquam medium :per ba ptismum inhibet gratiam habilitatis:ipsum baptismum siue gratiam poscenti.Nihilominus gratia ī ba ptismo assumpta eadem est:que in statu innocentie:in conceptione dabatur.& quia ī illo tūc assumpta gratia homo esset habilis ab eūdum in gloriam:itidem & nūc assumpto baptismo.Quoniā uero in sta tu innocentie deus īfundebat gratiam in istāti uniōis aīe & corporis:etiam de ratione nunc eo instan ti quo nascimur baptizandi essemus.Quādoquidem citius ad amicitiam dei redigeremur:aut habiles ad seruiēdum ei essemus.Quiq; filiorum baptismum dilatāt contra uerum ordinē procedunt. ¶Nec conqueri possumus ex eo:quod in puncto conceptionis habilitati non sumus.Nāq; imerito esset habi litari eos:qui postmodum nolunt Christū assequi.Nostra enim lex non cogit nos ad ipsam: sed ad libi tum statuit.Vnde oportet quod per nos ipsos:si iam adulti sumus Christum credamus: & baptismū pe tamus.& quod si paruuli parentes credāt:ac pro nobis baptismum poscant: ¶Mors enim per quā in statu īnocētie transituri nō eramus:si legem Christi sectamur infirmos sanamus:ac mortuos resusci tamus:iocunda nobis erit:nō autem metuenda.Nam tūc sciremus nos esse resurrecturos:& ad possidē dum gloriam ituros.Sed quia legem ñ amplectimur:de patratis scādalis timemus.Quisq; enim malefa ctor timet apud iustos pricipes accedere.& quoniam deus summe iustus ē:mortem metuimus:eo quod per mortem ad iudicium ituri.& tamē oportet quod omnes homines moriamur.Nam si soli christiani nō moreremur ceteri de necessitate ad legem ipsam uenīrēt:quandoquidem sine aliquo uelamine mi raculosa lex a deo tributa esset.Quapropter oīs nostra libertas de accipiēdo uel nō accipiēdo: ipsam

legem penitus esset ablata:quod fieri nō debet:quum in uia merēdi ac demerēdi simus.& uiatorum ē:
in aliqua ambiguitate manere:dum per plura optima opa deus omnipotens nō reueiat ea:que habitu
ri sumus.Hec autem prerogatiua sanctis dūtaxat tribuitur:& non in cōmuni omnibus hominibus:eo
quod in cōmuni multa mala cōmittimus. ℭ Rursus ad cognoscendum iter gratiam legis inocentie:
& gratiam legis euangelice reuertamur.ubi diximus:quod uel est idem uel non idem.Si dicis quod nō
idem:petimus qualis erat originalis gratia siue oībus hominibus in lege innocētie promissa:& qualis il
la que in baptismo datur:& quo pacto differāt.Et si hoc assignar̄ nō potes :aut nolles:necesse ē ut cō
cedas eādem esse gratiam.& nō aliā atq; aliam:q̄uis diuersimode tributas in lege inocētie:siquidē om-
nibus:licet eam nō peteremus:& in lege euangelica dūtaxat ipsam querentibus.In qua petitiōe ostē-
dimus:nos carere gratia originali:sup naturā illata.In statu inocētie uero nō:quum anq̄uā ipsam po-
stulare scirēt:eis deus tradidisset.Sed tn̄ i baptismo nostro eādem originalē gratiam in lege inocentie
promissam assumimus:probatur.qa gratia originalis solum originalis dicitur:eo quod originaliter ue
luti in primis parētibus fuit:etiam in ceteris hominibus uentura erat.Sed de effectu eius nil aliud seque
batur:q̄ habilitas faciendi opera meritoria.Per que deum uidere possemus.aut uero ī eo istāti quo ani
ma rōnalis & corpus coniungerētur:si imediate aut festinatim aīa a corpore demigraret:uel totus ho
mo ab hac uita discederet:habilis erat ad fruendum deo:& idem precise dicimus de gratia in lege chri
sti assumpta.Nam si in eo instāti quo homo baptizatus est:anima a corpore discederet:habilis esset ad
ascēdēdum in celum:& ad fruēdum deo.& posito quod corpus cum ipsa aīa ascenderet:pariter & hu-
manitate seu corpore Christi per claram uisionem frueretur.Ita quod ꝓbar̄ gratiā in baptismo assum
ptam eandem esse cū illa:que in lege inocētie dabar̄.Nam ex assumptione per prius:aut posterius : nil
in ipsa gratia remoueri potest. ℭ Quod stat exemplo.Multa enī animalia ac nonnulla alia ceca:uel
clausis oculis in eorum natiuitate nascuntur:quedam uero dum nascuntur:apertos oculos tenent. at-
tamen in posterum quum primum oculi canis aperiūtur:tam distincte uidēt:q̄ oculi nostri :qui aperti
sunt dum nascimur:& canis clausos ipsos habet.& sic post legem inocētie:ex conceptōe usq; ad baptis
mum:tanq̄ ceci aut clausis oculis sumus.In statu uero inocētie ex infusione aīe i corpore uidētes erāt:
idest habiles ad deo fruendum.Sed quum nos aperimus oculos cum baptismo:ita distincte uidere pos-
sumus:quemadmodum & in prio statu:q̄uis laboriose:penes membrorum sudorem.hic aūt de aīe bnfi
cio tractamus. ℭ Attamen Beata Maria ab eo istāti:aut primo signo essendi:quo fuit : psona habilis
extitit ad fruendum gloriā.Nam nil aliud est originalis culpa:q̄ originalis gratie carētia.quoniam ibi
nullum positiuum substantiale:nec qualitatiuū datur.nisi tm̄ deficiētia.& domina nostra nūq̄ difficul-
tatem habuit:de aliquo bono attinēte creaturis:ut amice dei sint. ℭ Et si īferetur.Post baptismū pec
care possumus:igitur non pleni gratia:aut non omnino in gratia confirmati.hoc cōceditur.Sed pari
ter de lege inocētie dicemus.Nā Adā & Eua per originalē gratiā:seu super natura a deo illatam:ad fa
ciēdum opera meritoria habilitati erant & tamen peccare poterāt qa aliter nō peccauissent:ita ut pec
cauerūt. ℭ Rursus aut quod lex gratie est ultimata:aut nō ultimata.Si non ultimata:īperfecta. Si au
tem ultimata:perfecta.& quod apud christianos saltem ultimata sit:probatur.Quia ipsam sub hac sen
tentia legem gratie appellamus:& lex gratie dicitur eo:quod in gratia cum lege inocentie adequatur:
idest dans eādem gratiam habilitatis ad fruēdum gloriā:quam lex inocentie ipendebat. ℭ Vlterius si
christiana lex ultimata:necessario cum prima conuertibilis:eo quod quisq; bonus finis cum principio
cōuertit̄.si fortassis non opponeres:legem christianam esse imperfectā.Nunc sic si iperfecta non ultia
ta:nequidem ea lex quam prophete & sancti patres amici dei tanto tempore postulauerunt.Si uero ip
sa est:ut nos affirmamus:confiteri oportet:quod equiparans sit cum lege inocētie.quia finis omniū le-
gum ac p omnes sanctos patres exoptata.Christiani asserimus illā esse ultimatam:igitur inter nos tan
quam hereticus est habendus:qui legem innocētie:in blassemiam legis grē cōmendat.Et si dicis quod
a nullo blassematur.respondetur.quod quicūq; de morte corporea cōquerūtur:legem nostrā execran
tur.Quum Christus sepe ac sepius mortem in nomine eius atq; aliorū amicorum:laudauerit.Vnde si
ipsa mors mala:Christus:tanq̄ ultimatum bonum in hoc mundo:malum assumebat.Et quod nōnulli d̄
morte conquerātur:patet.Quum dicāt quod iniuriā fecisset deus matri sue:desinendo eam mori:si pec
catum nō contraxisset:& iniuria nō ītelligitur in bonis:nisi ī malis atq; aduersis: ergo si hi uerū dicūt
lex Christi imperfecta:quia mortem suo nomine comēdat.Sed sepelliēde sunt huiuscemodi fantasie:eo
quod īcogitato modo dicte. ℭ Quamobrē cōcedēdum est:ītegram gratiā ī baptismo assumi . Nam
stultum est īferre:partim habilitamur:& partim nō habilitamur:eo quod post baptismū quādoq; dele-
ctabilia membrorum amplectimur.Ad quod respōdetur:quod etiā ī lege inocētie aliquid ultra debitū
appeter̄ poterāt:ut in Adam & Eua expertum est.Quoniam ut similes deo fieri possent:preceptū ipsi9
dei trāsgressi sunt. ℭ Et si īfers quod in figura serpētis a dyabolo decepti:nos quoq; ab aliquo extrin
secus manēte decipimur.ueluti a pulchra muliere:indumentis aut aliis diuitiis.In quibus fortasse etiam
āgelus malus ad irritandum fantasiam nostram:Vt malum ꝑpetremus:accedit. ℭ Si dicemus crebrio
res fantasias occurrere ī mētibus nostris:q̄ ī Adam & Eua:Respōdetur:quod pari modo medicina pur
gandi culpam ī nobis facilior ac propinquior est:q̄ ī lege inocētie. ℭ Ceterum omnes prophete per

fectam legem exposcebant nō propter delectationem corporum:sed ut anime ad gloriam ascendāt. & hoc est ultimum argumentum ac potissimū:qđ nos cōtra hebreos:& mauros:ager possumus. natura liter capiēdo dum probare uolumus legem nostram:esse eorum lege prestantiorem. Nostra enim in declinatione appetitus sensuum:frequenter ac precise ad beneficium rationalis anime tendit. ¶Hic autem nostri:qui de morte conqueruntur:plane sensuum uoluptates pferunt:quod uere est cōtra christianam legē.hoc enī potius de lege Mahumetana q̄ de lege gratie:quum Mahumetus quascunq; corporeas delectationes in hoc mundo:& in alio:sequacibus suis spondeat. Vbi non corpoream mortem: sed corporeas dumtaxat membrorum delectationes collaudat.Christus uero econuerso.& qui christiani sunt christum & nō mahumetum assecuturi essent. ¶De prima instōne aut modo uiuēdi hominis multa dici possunt:Quum in principio genesis habeatur.& nō erat homo qui laboraretur terram. ¶Preterea posuit dominus deus hominē i paradiso uoluptatis:ut laboraret & custodiret ipsum:& quoniam preceptum domini transgressus:ex paradiso exulauit.Nunc sic penes hec uerba.si Adam nō peccauisset:omnes homines qui nascerentur habitaturi erant in solo paradiso uoluptatis:pro quo dicēdū est:quod pauci homines fuissent:comparatiue ad illos qui sunt.Quoniam locus ille paruam continet distantiam:secundum magnitudinem orbis terre:si forte non diceretur:quod miraculose tot homines: ut nunc sunt simul:absq; impedimento alter alterius manere possent.Sed hoc a natura stare non pōt. & si per uniuersum orbem erant exituri ad habitandum:penes naturam ī plurimis locis sterilitates :ac uarie temporum extremitates inueniuntur:iterdū multum caloris:& alias multum frigoris .Nāq; in iis regionibus ex quibus sol nimium distat:siue ꝓlongatur homines qui nudi manerent:frigore haud parum compulsi essent. Verūtamen diuino numine cūcta prospera:atq; ubiq;:euenire possunt.Sed iuxta naturam in paradiso uoluptatis:eo quod temperata patria:facile & quomodocūq; sit:homines uiuere possent:nō tñ in quibusdam aliis:& si plures at plures homiēs sumus:ex eo quod Adam a paradiso uoluptatis electus est:q̄ si ibi tantū mansisset.dicendum est:quod tot homines nunc saluātur :sicut & in lege inocētie salui. ¶De paradiso uoluptatis aut loco in quo primus homo creatus fuit:& ad laborādum positus:naturali rōne probari nequit.Sed tñ quod de ratione in optima patria esse debuit:& pariter quod sine peccato productus:& q; dissensiones inter nos posite ab aliquo proprio errore nostro profluxerint:non aūt a creatoris ordinatione:seu uoluntate.Quod alibi diffusius a nobis probat.

¶Quomodo uidetur esse dicendum beatum Thomā assumpsisse dñam nostrā esse maculatā:considerando:de uniuersali natura humana:in pura potētia maculata:& quia nulla talis natura dari potest:neq; dña nr̄a potuit esse maculata. Cap.lxiii.

¶Deniq; in hoc loco thomiste respondere possunt:ut de more modernorum in disputationib9 suis fieri solet ita dicēdo.duplex est actio:altera eorū in actu:Altera uero in potentia sub qua cōsuetudine loquendi:etiā ad propositionē factā dicētem dña nr̄a non contraxit peccatum originale in actu : pōt responderi:non contraxit peccatum originale in actu:ergo non contraxit peccatum.non ualet cōsequentia qm̄ duplex est peccatū:silicet in actu:& i potētia.unde concesso dñam nostram nō contraxisse labem originalem in actu:nō ex hoc conceditur q; nō cōtraxisset ipam in potentia.Et forsitā hec fuit opinio beati thome:quū sepenumero p similem uiā assumptā:intētū suum probare intendebat.ut de sacramento altaris agendo:q; accidentia in sacramento ipso possunt sine subiecto manet potentialiter. tamen:unde ait duplex est inherentia:altera earum in actu:& altera in potentia. ¶Sed nos:ut in loco proprio patebit:nullatenus potentiam adherendi denominamus in subiecto manere:sic nec sic:nisi ab ipso oio separatam. Vnde non est dicēdū:adheret ī potētia sed nisi pro nūc manet hoc separatum: tamen habile ad adherēdum:& manēdum quandoq; in substantiali subiecto.unde similia ponere: potius causa euasionis:quam ꝓbatiōis est.& sic dum diceretur duplex est contractio peccati originalis:altera ī actu:altera uero in potētia:potētialis negatur:q; peccatum:sic nec sic debeat dici.nam unusquisq; homo:posito q; in sanctitate degat:est habilis ad peccādum:siue i potētia ad peccādum.sed nō propter hoc est dicēdum:quod habet peccatum in potētia:aut q; peccatum est ī ipso potentialiter.quoniā dicēdo peccatum est in ipso:de uirtute uocabuli ex parte peccati aliquid positiuū ī actu dicit:& etiā: dum ꝓnūciatur:habet peccatum ī potētia:& quo ad ueritatē illud quod nō ē:a nullo habetur. ¶Et sic cōcesso:q; materia de qua corpus dñe nr̄e genitum est:ī primo īstāti posita ī matrice āne fuisset ī potentia:siue habilis ad peccādum:nō ex hoc sequitur:quod ibi fuisset aliquod peccatum:sic uel sic : licet q; fuerat:nisi a deo oīpotēte beata Maria sanctificata atq; cōseruata fuisset.nam ueluti lapis nō uocatur cecus quāuis nō uidet:eo q; nō est de rōne ipsius uisum habere:neq; canis usq; ad nouem dies uocatur cecus nec quidem uidēs:eo q; nondum uenit tempus uidēdi:sed ptereūte hoc tempore oīo cecus uel uidēs uocatur:nec quidem materia hoīs sine aīa uocatur maculata:eo q; non est apta ad uidendū p naturam:uidelicet ad accipiendā gratiā ad uidendū deū.nam hec gratia aut carentia ipsius:ī unione aīe & corpis assumit in quo īstāti si gratia nō datur ceci uocamur:seu carentes gratia:aū ifusionem aīe: neq; ceci nequidem uidētes. ¶Verumtamen p specialem grām maria de qua corpus Christi gñatū

est nũquam fuit in potẽtia:seu habilitate ꝓpinqua:nec quidem remota ad cõtrahendum aliquod debi tum seu carẽtiam gratie originalis.nam corpus Christi in uno & eodem istãti conceptionis fuit unitũ aie rõnali & uerbo diuino.sed corpus dñe nr̃e dicimus in primo signo esse cõceptum:& in secũdo sãn ctificatum. Vnde minus pfectum quam corpus Christi dicitur:tñ simpliciter sine peccato.qm̃ inter sim plicia etiam gradus superiores:& inferiores ponunẽ.sub quo ordine bonum:melius:& optimũ designã tur. ℂGratia exempli omnes res inquãtum sunt ad dr̃iam de nõ esse simpliciter:bone sunt:& tamen non omnes optime:quamuis simpliciter bone idest sine aliquo errore: unde fit:quod optime non tan tũ simpliciter dicit:sed sup oĩa alia bona pfectum:& parimodo exemplatur inter contẽtionem corpis Christi & corporis beate Marie.quoniam corpus marie sine peccato:sed corpus Christi nõ tantũ sim pliciter absq̃ macula siue carẽtia gratie:sed imo optime bonum sup oĩa concepta. ℂEt qđ beatus Thomas in hoc loco de peccato in potẽtia assumpsisset:facile comprobari potest.aspiciendo in cõsue tudine sua ꝓcedẽdi:qm̃ assidue in actu & in potẽtia diuidit intentiões suas.& semp potẽtiam assumit p quodam uniuersali in esse essentie:sine actu.& humanitas secundum ipsum quedam natura cõis abstra cta:& in pura potẽtia est: & tamen maculata. ℂNunc sic:ponat̃ naturam humanã uniuersalem atq̃ potentialem maculatam esse:petimus de quo peccato:an actuali uel potentiali.nõ de actuali:quoniam in pura potentia nullus actus datur:igitur de peccato in potẽtia non datur aliqua res ĩ pura potẽtia: nisi imaginaria tm̃:pro illo quod in futuro esse potest aduenĩetibus aliis opatiõibus:que nũc nõ sunt. ergo nullum datur peccatum in pura potentia. ℂHũanitas uniuersalis secundũ sanctum thomam est in pura potẽtia:igitur nõdum est res sed erit in futurum:& qñ erit poterit peccatũ contrahere:nõ au tem prius:concesso tñ q̃ materia generabilis esset corruptibilis:habet aptitudinem ad transeundum ĩ corpora hoiũm.& quia corpora hoium habilitatem habent ad peccãdum:simul cum animabus : etiam dicemus:q̃ materia generabilis.& corruptibilis:ubicũq̃ manet habet:aliquam habilitatem ad peccan dum quandoq̃:tamen aduenientibus aliis uariis dispositionibus atq̃ opationibus. ℂSub qua fan tasia Adam & Eua priusq̃uam cogitarent de comestione fructus uetiti:erant maculati in potẽtia : Etiã lucifer priusq̃uam consideraret de ascensione equali cum deo:erat maculatus in potentia : sed sub hac imaginatione etiam dña nostra & alii sancti manẽtes in gloria sunt ĩ potẽtia ad peccãdum. ℂPosi ta altera fantasia q̃ de triginta sex millibus annorum ad totidẽ alios ãnos unusquisq̃ homo ad reunĩe dum in hoc mũdo:ueluti erat reuersurus est:& in hoc modo omnes hoĩes in gloria manẽtes sunt pec catores in potẽtia:considerãdo de altero lõgo anno:quando resuscitaturi sumus. ℂAngeli bõi quo q̃ in potẽtia maculati sunt quoniam si a deo oĩpotẽti non conseruarentur cadeŕ possent. ℂSed pe tamus nũc an uerum uel falsum sit:dum diceretur angelus Gabriel est maculatus nullatenus pro hoc nunc uerum:ẽ igitur falsum. Vnde sequitur q̃ p istos imaginata nil extra imaginationem ponitur in esse.nam unaqueq̃ res ꝓ eo tunc quo est:necessario talis est.nõ de necessitate antecedente:nequidẽ cõ sequente. Vꝫ pro illo quod fuit aut erit:nisi pro illo quod est in hoc nunc.& sic habetur unaqueq̃ res pro eo tunc quo est:necessario est.& quia potentia dicit possibilitatẽ ad futurum:est impossibile q̃ pro hoc nũc sit res realis:extra aĩam sub ea cõsideratiõe futura assumpta. ℂEt sic materia corpis Beate Marie:cõcesso q̃ fuisset ĩ potẽtia cõtrahendi carentiam gratie originalis:uidelicet apta:dum ad tẽpus completum simul cum ratiõali aĩa eueniret:nõ est dicẽdum ex hoc maculatam esse.quoniam ĩ actu:ma teria illa erat sine peccato:pro quo istãti impossibile erat aliter se habere:licet aptitudinem contineret ad cõtrahẽdum carentiam originalem:atq̃ actuale peccatum:si a deo oĩpotẽte cõseruata non esset. ℂEt hic non est dicendum frustra est illa potẽtia:que nunquam deducitur ad actũ quoniam hoc non tenet ĩ oĩbus nisi in bonis opibus tantum:ut deo dante in libro qnto patebit.Et sic aristoteles inquit. ℂMelius est esse sanum in actu quam in potẽtia:& melius ĩfirmum in potẽtia quam in actu .sed hoc uocabulum:seu modus dicẽdi:plures errores in uariis hominibus posuit:cum multi credãt q̃ dicendo in potentia infirmus:oĩo aliquam ibi esse infirmitatẽ & secũdum ueritatem:nil aliud hic dicitur quã me lius est maneŕ sanus:ꝓ hoc nũc:quam infirmus:& post hanc ĩfirmitatem posse sanari.nam dum infirmi sumus p nullam potentiam & nullũ actum sumus in eo tunc sani:nisi q̃ habemus aliquam habilitatem ad sanãdum de futuro. ℂEt inferendo quod nullus nostrum est simpliciter sanus eo q̃ qñq̃ ĩfirma ri potest:negatur q̃ pro eo tunc quo sani sumus:simpliciter sani nõ sumus:iuxta ualitudiem speciei no stre:ueluti de sanitate & infirmitate hominum assumendum est.nam optimum sanum:ut medici inuesti gare solent:non tantum simpliciter sanũ sed optimũ uel oĩno pfectum:& tale corpus hominum non datur:uidelicet q̃ ĩfirmari non possit:& tamen p gratiam specialem dei potest conseruari sine infirmi tate proprie dicta:& etiam a natura sepe conseruetur. Veluti dum pueri iuxta natiuitatem occidũtur. ℂEt si opponeretur hii pueri nõ erant simpliciter sani:quia potuerũt occidi:respondetur .q̃ hic de natura generabilium & corruptibilium loquimur:& quidquid p generationẽ & corruptionem cõposi tum a natura sumendo:quandoq̃ separabile:sed corpus quod melius contra hanc separationẽ resistit: simpliciter bonum seu sanum uocatur. ℂQuoniam penitus optimum solus deus ab omni actu ab omni potentia male agendi alienissimus:sed creature quamuis errorem de facto nõ habeamus: si deus continue non ꝓuidet:cadere possumus: Verumtñ dum sine peccato in actu manemus:nullatenus di-

cendum est: peccatores esse: nisi peccatum i actu perpetremus. ¶Et sic patet qualiter euitande sunt similes cautele eo q ad disputandum cum rigore inter fugientes ueritatem: ualere solent. Valere intelligas iuxta intentionem similium disputantium. ¶Nam dum sub sana intentione procedimus dicēdo Iudas fuit pessimus homo: aut lucifer angelus pessimus: nos assumimus de illo quod attinet iude: & lucifero: non autem de entitate siue de primo esse: per primum signum assumptum: quoniam hoc bonum eo q per deum creatum. Vnde ad propositionem factam dicentem: luciferum esse pessimum: non oportet respondere distinguo de pessimitate: an simpliciter uel secundum quid pessimum: secundum quid ergo pessimum simpliciter: non ualet consequentia. quoniam saltem aliquā bonitatem entis habet. sed nos non disputamus de bonitate entis: eo q ibi opus dei est simpliciter: sed de illo quod lucifero attinet: iuxta operationem ipsius loquimur. & sic simpliciter malus: & pariter in bonam partē sumēdo: dū de Michaele angelo loqueremur: dicendū est Michael angelus: ex parte creationis per deum factū: & ex parte ipsius angeli simpliciter bonus est: uel sine peccato. ¶Et tamen si deus ipsum michaelem angelum non conseruasset cadere posset. Vnde non ualet dicendo. materia corporis domine nostre habuit habilitatem ad peccandum: ergo peccauit. quoniam per gratiā dei conseruata est: & priusq̄ peccare posset sanctificata. eo q priusquā anima in corpore infunderetur. ¶In quo tempore nō potest denominari proprie de naturali ordine assumendo: cum gratia: nec quidem macula. quoniam ad hoc & illud est inhabilis embrio: quousq; anima i eo infunditur. licet q potius cum gratia quam sine gratia denominari potest. quoniam uirtutem siue gratiam: corporibus attinet habere: & maculam peccati nullam sine anima continere possunt. quoniam peccatum in nullo quod intellectuale non sit ingredi potest. omnis embrio est sine intellectu. ergo omnis sine peccato.

Prologus secunde particule.

¶In hac secunda subsequenti particula quasdam super cōceptione auctoritates inseremus: & in primis erit: an dicendo omnes aliqua interdum fiat exceptio: & postremo quasdam auctoritates insinuabimus: que integram domine nostre puritatem denunciant.

Quomodo intelligatur illa auctoritas inquiens: ex peccatis patrum damna sequētur filiis: usq; ad tertiam & quartam generationem. Cap. lxiiii.

¶In quibusdam locis tenemus quod propter peccata parentum damna subsequuntur successorib9: usq; ad tertiam uel quartam generationem. & in alia parte. Quod filius non portabit iniquitatem patris: & de quacūq; manifestam experientiam cernimus intelligendo primam de corporib9 loqui: in qua non modo propter patres uerum etiam propter amicos & inimicos assidue nobis detrimenta & cōmoditates proueniunt. ueluti dum pater nobis diuitias relinquit: & in sublimem statum per aliquod tempus nobis & nostris successoribus duramus pariterq; ob maiorum errores detrimentum patimur. ¶In secūda parte ubi dicit quod filius non portabit iniquitatem patris: de anima tantum capitur. Nulla enim est causa: quod pro patre filius patiatur: quoniam anima non est ab iis generata. Quia neq; substantiam neq; materiam tribuunt quo ad nouam productionem per copus: & multominus per animam: & ita q̄uis nimium peccator esset pater: si filius bona opera faciet sanctus erit. Quod si pater honestus & filii scelerati: hi dumtaxat condemnabuntur. Quia non dicimus heredes quo ad animam: nisi quo ad corporeas possessiones ad extra manentes. Et quanq̄ auctoritas asserat quod propter peccata parentum damna sequentur filiis usq; ad tertiam uel quartam generationem: nequaquam potest circa dominam nostram de originali peccato intelligi: nec de illis qui nunc sunt. nam solum usq; ad tertiam uel quartam generationem dicit. & multe generationes preterierunt: postq̄ fuit primorum parentum peccatum: ante conceptionem beate uirginis. nec est dicendum q corpus sit infectum: & quod deinde animam polluat: corpus enim per se non habet cognitionem neq; legem: & sine lege extra boni & mali cognitionem peccare non possumus. uti patet per apostolum paulum dicentem. ¶Si legem non haberemus nullum nobis imputaretur peccatum. & quod corpus animam inficere nequeat etiam baptismo comprobatur. Quum enim baptizati sumus per aliquot annos peccare non possumus. Quousq; de bonis & malis operibus cognitionem habeamus. ista uero cognitō ex parte anime est. ¶Ceterum si quisquam insensatus nascitur aut postmodum propter egritudinem tale malum euenit: si baptizatus est in fide parentum: tanquam innocens saluatur. quamq̄ sine peccato manere debet: dum infirmitas sibi accidit. & hi homines plurimum elaborant atq; aberrant quo ad corpora: neq; ex hoc animas inquinare uel peccatis polluere queunt. Vnde multominus embrius in matrice matris animam inficere potest. Quum penitus intellectuali cognitione careat.

Quod ubi multi homines sunt: dici solet omnes: q̄uis multi extra remaneant. Cap. lxv.

¶ Vbicunq; magnus numerus gentium comprehenditur ex cõmuni uocabulo dicimus omnes. Sed dum postea id quod diximus consideramus. quosdam extra remanentes inuenienmus. super quo quidẽ uidebimus unam spiritualem ac temporalem auctoritatem: de summo pontifice. Ipse enim non poterit quenq̃ saluum facere: nisi penitens uoluerit legem gratie assequi. & eius sacramenta recipere: seu obseruare mandata: & in temporalibus multos pontifices cernimus aduersus neapolitanum regem dimicasse qui paruus est comparatiue ad aliquos alios reges & tamẽ non potuerunt regni dominium dirimere. quis summo studio & diligentia innitantur. nequidem ursinos & columnenses per se sine aliorũ suffragio subiugare qui romani proceres sunt. Quanto minus igitur alias magnas nationes conuincere. Verum dicimus omnia posse: intelligendo de eo quod Christus concesserit: utpote illos saluare qui suorum delictorum penitentiam exposcerent. & peruersos ad tartara condemnare. ¶ Et isto modo intelligimus dicendo omnes: quod si uerba pauli dicunt omnes in Adam peccauerunt intelligimus de illis qui sine gratia restiterunt eo tempore: quo ipsorum anime cum corporibus iuncte fuerunt.

Quod Christus de ordinaria potentia: non potuit matrem labefactari sinere. Cap. lxvi.

¶ Dicimus in deo duplicem esse potentiam: alteram absolutam & alteram ordinariam. Sed quecũq; istarum sit solum extenditur ad hoc: quod non contradicat substantie aut diuine ordinationi: contra quas nulla illarum esse potest. Quod manifeste cognoscimus deum non habere potestatem creandi alium deum: sibi similem. nam prime atq; infinite cause contradiceret. Quum duo prima & duo infinita esse omnimodo repugnet: nec aliter de ordinaria potentia dicimus: q̃uis hoc diffusius in alia parte tractabitur. hic autem dicimus: quod secundum ordinariam iusticiam stante institutione deus non potest peruersos saluare: nequidem bonos condemnare. Tunc enim sue ordinationi aduersaretur. ¶ Et per hanc uiam ad Christum deuenienmus: qui deus & homo est: nec quicquam agere potuit quod sibi impugnaret: qua de re necesse fuit ut suam matrem omni gratia plenam crearet: aut quod in aliquo pũcto inhabilem non reliquisset. Quia hoc manifeste filio contradiceret. Quum omnes sciamus sibi fuisse maiori honori atq; sanctius: totale remedium adhibuisse. anteaq̃ in necessitatem incideret. & sicut in pluribus locis probauimus. quatenus deo licuerat penes libitum agere: ex quo nemo preter seipsum superior: & secundum: quod de colendis maioribus precepit: merito erat suam matrem ueneraturus.

Quod auctoritas apostoli non dicit omnes in Adam peccauisse. Cap. lxvii.

¶ In iuribus ciuilibus legitur: quod in generali colloquio qui loquitur excipi solet. & penes hãc sententiam: uidetur quod sanctus Paulus nõ peccauerit in Adam de originali peccato: dum ait omnes in Adam peccauerunt: quod in eadem auctoritate propalatur dicendo omnes in Adam peccauerunt. & dicere debuerat omnes ĩ Adam peccauimus: ut sine exceptione de oibus intelligeretur: & de primis & secũdis psonis nil testat̃ nisi d̃ tertiis. Et quũ neq; de primis neq; d̃ scdis psonis loquit̃: d̃ uirtute sermõis non de omnibus sine exceptione loquebatur. Etiam de deo loquẽs apostolus iquit. ¶ Qui solus immortalitatem habet. & idem apostolus firmiter tenet: quod angeli & aie immortales sint: sed i mõ loquẽdi seu causa maioris perfectiõis: solus deus ait immortalitatem habet. Quoniã uero deus itegre perfectiõis est: & sine quacũq; mutabilitate ita q̃d aliter sunt glosanda uerba q̃ iuxta litterã sonẽt. ¶ Christus ĩ euãgelio dicit iter filios mulierum nõ surrexit maior Ioãne Baptista: & hec uerba tãte auctoritatis sunt: & magis expressa q̃ uerba pauli dicentia omnes in Adam peccauerũt: & determinate habemus quod Christus & domina nostra ex mulieribus nati essent. & multo maiores q̃ Sanctus Ioannes. ex cõmuni itaq; hominũ regula excipiebantur. tamen si resurgere pro natiuitate accepit. nã cõmuniter ꝑ resurgere a peccato ista auctoritas exponitur: qua de causa ad propositũ nostrũ erit: quoniã Christus & Beata Maria a peccato non resurrexerunt. ¶ Et sic Augustinus exponendo hanc auctoritatẽ uidetur precise: aut saltẽ principaliter: tenere: quod dũ uerba Christi dicunt: non surrexit maior Ioanne Baptista hoc resurgere de peccato originali ad gratiã intelligatur. Quocirca Augustinus ipse de christo & matre eius nusquã intelligit: quod resurrexerint: quũ maiores Ioanne Baptista sint: & nemo surgit quin prius cadat. Et i hac expositione q̃uis aliã auctoritatẽ Augustini nõ haberemus: sola hec sufficit ad manifeste probandũ secundũ ipsum: qualiter domina nostra oibus peccatis fuerit ĩmunis. & q̃d uerba Christi dicant surgere propter originale peccatũ. Sanctus Thomas & nonnulli alii doctores taliter se habere affirmant. Sed tamen Sanctus Thomas: postmodũ uult: solum Christũ extrahere. & quo ad ueritatem & religiosorum sentẽtiã: domina nostra est maior Ioanne Baptista. Vnde non decet itelligere quod surrexerit. ¶ Quidam alii exponunt inter natos mulierum de illis esse intelligendum. Qui per semen maris & feminẽ geniti sunt: quia mulierum dicit & non uirginum. Sed Christus de uirgine natus est. hec autem expositio ut opinor minime est ad propositum. nam sicut unusquisq; masculus de specie humana: paruulus: magnus: uirgo: aut non uirgo: est homo similiter &

omnes femine uirgines:aut pollute mulieres sunt.licet altera uirgo & altera corrupta: Attamen ambe ista scilicet & illa mulieres sunt.& sic Christus in cruce inquit Mulier ecce filius tuus:& non ex eo quod dederit sibi filium a carne genitum.Sed ex hoc quod ipsa mulier erat & uirgo uelut in partu & ante partum.In prima impositione in formatõe mulieris mulier uocaẽ.ut dicendo.& edificauit dñs deus costam quam tulerat de Adam in mulierem & consociam suam Euam.

Quod thomiste nolunt exceptionem facere in eo:quod apostolus dixerit omnes ĩ Adã peccauerunt:q̃uis eiusmodi exceptio ab eis in aliis locis assumatur. Cap.lxviii.

¶Vbi sacra scriptura ait de Adã & Eua.Ne forte immittant manum suam & comedant etiã de fructu uite:& uiuant in eternum:isti exponunt in eternum pro longo tempore:& non pro semper.Et hic thomiste exceptionem faciunt:q̃uis deus absolute dicat:ne comedant & uiuant in eternum. Quoniam initio nobis duas arbores tribuit:unam gratie:alteram maledictionis.Quarũ altera uite & altera mortis:& quemadmodum per scripturas apparet: homines nec senectute nec quouis alio morbo perituri erant:nec semper ĩ hoc terrarum orbe moram habituri:nisi in prospera etate ab hac uita in aliam trãsituri.Quinimmo naturali cursu nequaquam potuissent humana corpora corrumpi:donec de arbore uite cibarẽtur & taliter intelliguntur uerba auctoritatis.propter quod deus ex paradiso Adam expulerit.ne de eo fructu comederet ut potuisset a quacunq̧ naturali senectute se tutari:eo magis ꝙ aduersantes libere marie uirginis conceptioni asserunt ꝙ pp comestionem de fructu uetito omnes oĩno morimur.& nõ est magis ratio ꝙ fruct9 mortis adducat mortem:q̃ fructus uite uitam:immo min9.Loquẽs enim Dauid de perfectione hominis asserit dominus constituit eum super omnia opera manuarũ suarum:& hic non excipit angelos celos nec elementa:nisi quod tantum dicit:super omnia: sed intelligiẽ de animalibus terram & mare colentibus.

De quibusdam auctoritatibus euangelii:que de omnibus dicunt. Cap.lxix.

¶Habemus in euangeliis auctoritates:quod dicendo omnes non sine exceptione capiatur:ueluti legitur:quod Octauianus Augustus imperauit:ut uniuersus terrarum orbis describereẽ & uniuerse creature:que in eo essent Inferendo:quod sub romano imperio degerent .Sed in nullis codicibus apparet: sub eius imperio uniuersum orbem terrarum subiugasse:nec romanos cognitionem habuisse de insulis hac tempestate repertis:ac de pluribus aliis:que apud antipodes sunt:nequidem de existentibus supra orizontem nostrum.Quoniam autem maiorem partem subegerant:dicebatur uniuersum orbem terrarum bello deuicisse:licet aliqua prouincia restiterit:neq̧ in eo quod imperabant:omnia animalia & alias creaturas describebant. ¶Item alibi Christus iussit apostolis:ut predicarent euangelium omnibus creaturis:& nullo modo apparet apostolos in cunctis mundi regionibus predicasse : uerum quod in discursu temporis omnes debuerunt in diuersis locis Christi nomen intelligere : non tamen omnes.Quidam enim sunt:in quorum aures nondum nomen legis euangelice peruenit:quum uero apostoli in maiori parte orbis terrarum fuerint atq̧ in principalioribus prouinciis : dicimus eos uniuersis creaturis predicauisse:licet aliqua fiat exceptio. ¶Magister sententiarum uolens probare Christum non esse precise creaturam dicit:quod non imperabat apostolis ut Christo predicarent: asserendo quod qui omnibus dicit nullam exceptionem agit:sed quo ad ueritatem scriptura non adeo stricte has sententias assummit.nam manifeste apparet apostolos non omnibus creaturis euangelicam legem absq̧ aliqua exceptione predicasse : quia saltem intelligitur : quod hominibus tantum predicaturi essent : & uerba euangelii referuntur ad omnes creaturas : que sunt angeli:celi:elementa:animalia:& plante:q̃uis discipuli generaliter predicauerint omnibus hominibus ubi fuissent: & ad eos uenire uoluissent. ¶Sanctus Paulus ait peccatum propter culpam primi parentis fuisse ingressum:& per christum undiq̧ abstersum . Et sicut omnes in Adam peccauerunt: ita & omnes in Christo saluabuntur. Verumtamen tenemus: quod condemnati erunt pleriq̧ ex illis : qui obedire Christo nollent . Sed ex hoc non sequitur Christum non fuisse uniuersalem redemptorem: q̃uis aliqui non saluentur : & apostoli seu alii discipuli per totum orbem terrarum iuerunt ad denunciandam Christi legem licet non sine exceptione.

Quomodo dicatur quod angelus malignus in deserto Christum temptando omnia regna & principatus mundi demonstrauerit. Cap.lxx.

¶In euãgelio dr̃:ductus est Ihesus ĩ desertũ:ut tẽptareẽ a dyabolo:& deinde subdiẽ:qđ deduxerit eũ in montẽ excelsum:& ostendit oĩa regna mundi:& quo ad ueritatem nullus mons uel terrestre culmen ita sublime est : quod inde totus mundus uideri queat penes humanam uisionem . Quocirca uidetur

dixisse omnia pro magna quantitate mundanarum delectationum. ¶ Dauid inquit pro patribus tuis nati sunt tibi filii: cõstitues eos principes super omnem terram: expositionem autem illorum filiorum omnes ad apostolos dirrigunt: quos palam scim9 principes non fuisse super totam terram: assumen do totam sine quacunq; exceptione: & quod dicamus super omnes homines principes in spirituali: multi enim fuerunt: qui christiane doctrine seu religioni se dicare noluerunt: uerum quod qui secundũ spiritum uiuunt: christianam regulam & apostolorum semitam obseruant. Attamen exceptio semp re peritur: & eodem modo de originali peccato intelligetur.

Quod Christus dicit: nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio sed super candelabrum. Cap.lxxi.

¶ Aliud euangelium inquit. ¶ Nemo accendit lucernam & eam sub modio ponit: sed super can delabrum: ut uideatur ab hominibus: & quandoq; accidit: quod cooperiatur lux: eam sub uase abscon dendo: uerum intelligitur: quod naturaliter & circa cõmunem consuetudinem in sublimi candelam po namus: semper autem aliqua exceptio intelligitur. redemptor noster loquendo cum petro de correctio ne fratris inquit: in ore duorum uel trium testium manet oẽ uerbum: & tamen minime intelligendum sit: q; omne uerbum quomodocũq; assummat: sit in ore duorũ uel triũ testium: quoniã plura alia uerba sunt in aliis hominibus: & etiam si decem uel uiginti testes contra duos uel tres accedunt: maior nume rus ibi preualet: & tamen de cõmuni ordine dicta duorum uel trium testium ad iudicandum per ipsa sufficiunt. & de tali ordine Christus locutus est dicẽdo: i ore duorũ uel trium testiũ manet oẽ uerbũ: nõ autem q; oẽ uerbũ i dictis duorũ uel trium hoium maneat: & ita de cõmuni ordine atq; pro maiori par te assummẽdo dicẽdum est. oẽs hoies i Adam peccauerunt: nõ autem dicẽdum sit: omnes absolute: qm̃ tunc de angelis & de deo assummeretur: sed omnes hoies est ꝓmẽdũ: aut qđ itelligit de cõmuni ordine capiendum: sed non propter hoc uerba hec restringunt ad intelligẽdum de omnibus hominibus absq; aliqua exceptione.

Quomodo uillicus in nuptiis quibus Christus affuit omnes inquit primum bonum uinum ponunt. Cap.lxxii.

¶ Dum i nuptiis Christus aquam in uinum conuertit: & archiriclino dederunt: ille ait omnes homi nes primum bonum uinum ponunt: postea uero quod deterius est: & quod hoc pro maiori parte sit ple runq; econuerso uidemus. ¶ Vbi hebrei consilium faciebant de Christo: ut eum interficerent dicen tes: si ipsum dimittimus: omnes in eum credent: & romani uenient: & omnia nostra dirripient: in quo uidetur quod neq; illi neq; romani in numerum sequacium Christi ingrediebantur. Vbi deus omnib9 saluationem promittebat: & quod legem in cordibus hominum sculptã daret: & similiter quisq; popu lũ suũ docebit. Omnes enim a magnis usq; ad paruulos cognoscent me: quoniam errorum suorum ad iuuator ero: & peccatorum suorum non recordabor: per me metipsum iuro: si non orietur ab ore meo iusticia: & uerba mea nõ deficient: quia mihi omne genu flectetur celestium terrestrium atq; infernorum: & omnis lingua cõfitebitur. In expositione: quam Beatus Ambrosius super his uerbis adducit. Nega re inquit non possumus: quod deus non iurauerit saluationem aut remedium cunctis gentibus: sed in declaratione ait: quod totum pro parte assumatur: uel uniuersale pro particulari: uidelicet omnis ter ra ꝓ pte terre: totus mũdus ꝓ pte mundi & q; saluos eẽ uult oẽs hoies eo qđ de oĩbus gẽtib9 aliq salua bunt: & hoc mõ dicem9 oẽs i Adã peccauerũt itelligẽdo de iis q sub ei9 umbra peccauerũt: aut sine spe ciali gratia fuerunt. Aristoteles ubi de celo & mundo tractat ait: quod ubi tres sunt: dicitur omnes. Et tertio topicorum. Nemo elligit iuuenes iudices aut duces: quia non constat eos prudentes esse: sed elli git ad fortitudinem: & nemo sane de omnibus negatiue infert: & tamen q̃plures uisi sunt: qui ob fauo rem aut alium modum iuuenes quandoq; in iudices ac duces elligunt. & quia sepe hoc fit fere impossibi le dici potest. q; ab ipso Aristotele ignoraretur: sed quia de communi ordine iuuenes non fiunt duces neq; iudices: quum magna experientia ob etatem careant: pro maiori parte seu de communi regula loquens ait. nemo elligit iuuenes iudices aut duces. Iccirco q̃uis de communi ordine dicatur: omnes in Adam peccauerunt: non propter hoc omnino quacunq; exceptione carere debet. ¶ Christus in quit. ¶ Nemo uinum nouum in utres ueteres ponit: neq; uinum uetus in utres nouos. Verum hoc de communi ordine intelligebat: non autem semper ac penitus. Et dum apostolis iussit ut ad predi candum irent: ait: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & tamen in illo tempore atq; in isto ab aliquibus dilecti sunt: sed quoniam maiori parti in odium omnibus dicit.

Quod secundum uerba Dauid priusq̃ in uirgine peccatum esse potuisset: erat dei altissimi tabernaculum. Cap.lxxiii.

¶Vbi David dicit fluminis impetus letificat ciuitatem dei:uidetur quod de domina nostra loquat: & ad hunc finem in officio ac sollemnibus laudibus uel commemorationibus Beate Marie cantat ecclesia:fluminis impetus letificat ciuitatem dei.Sanctificauit tabernaculum suum altissimus:deus in medio eius non commouebitur:adiuuabit eam deus mane diluculo:& principio dixerat:quod cum uelocitate eam letificauerit quam si prius labi siuisset:quis denuo adiuuaret non uelociter nec tempestiue: sed nimium sero extitisset.& sanctificatio quemadmodum ostendemus non uult inferre aliquid purgari nisi bonis benedictionem dari.& quia deus matrem tempestiue adiuuit:& sanctificauit:clare constat: qd fuerit anteq̃ in suis membris aliqua difficultas interuenire potuisset eo: quod Christi tabernaculum erat:priusq̃ rationalis anima in eam insunderetur ut de naturali iure & experientia patet: quod corpus sine anima nullum habet crimen siue peccatum. ¶Sanctus Ioannes de filio dei loquens ait. ¶Quem pater sanctificauit:& in hunc mundum misit:& glosa exponit. Quod eum gratia adimpleuit:quoad humanitatem:& hic comprobatur:quod non sanctificauerit super aliqua macula:nisi bonum super bono addiderit:adeo quod decipiuntur illi:qui tenent sanctificationem esse erroris liberationem. ¶In dominica oratione dicitur Pater noster:qui es in celis: sanctificetur nomen tuum: & nec in deo nec eius nomine aliqua est imperfectio: & similiter beate uirginis sanctificatio non infert: quod mundatō fit:nisi boni super bono additamentum. ¶Preterea Ioannes quoq; in euãgelio ait: sublеuatis Ihesus oculis ĩ celum dixit:pater uenit hora:clarifica filium tuum: ut filius tuus clarificet te. & subdit ego te clarificaui super terram. ¶Hec uerba Christi obscuriora sunt: q̃ uerba sanctificationis:nam penes consuetudinem nostram loquendi clarificari intelligimus: dum aliquid nebulosum uel turbidum est:& ad claritatem deducimus. Sed sanctificare: semper alteram gratiam super bono poni intelligitur.illud enim quod malum est nunquam sanctificatur:uerum in clarificatione sepenumero illud quod maculatum erat clarificatur:& tamen Christus non intelligebat eum esse nebulosum: nequidem patrem suum: aut quod aliquam maculam haberent. & icirco hic clarificare pro apertione illorum que multis incognita erant Christus intelligebat.Quippe quod in operibus filii quamplures iam perfectiones patris cognouerunt:& similiter per ea: que filius ipse a patre assumpsit in deum: notus atq; adoratus est.& hic manifestatio seu cognitio pro clarificare uel aperire aliqua creaturis archana assumitur.Vlterius in hoc psalmo procedendo inquit benedixit te deus in eternum:que auctoritas fortissima atq; clarissima fortassis sup oẽs in ueteri lege positas de exẽptiõe Beate Marie affirmat:qm̃ eternum nullum habet prius:nullum posterius: peccatum habet prius & posterius:constat: nullatenus in eternum ingredi potest.domina nostra est ab eterno benedicta:igitur nũquam maculata: quoniam id quod aliquando maculatum minime ab eterno benedictum:nam peccatum continere sic uel sic:maledictio est:& non potest ab eterno benedictum & quandoq; maledictum.

Quod de uirgine uaticinatum erat:quod Christi mater esset anteq̃ in ea uerbum diuinum incarnaret. Cap.lxxiiii.

¶Christus in multis partibus declarat: de uirgine uaticinatum fuisse. Quod mater Christi futura erat per multos ante annos q̃ in mundum ad incarnãdum uenisset:sicuti apostolis dicendo:ecce nũc Iherosolimam ascendimus: & omnia perficientur de filio hominis:que a prophetis dicta sunt:& hic ꝓ filio uirginis assummebat eam.Igitur prophete cum filio coniunctam uaticinati sunt. Quocirca apparet:quod iam diutius:anteq̃ in utero anne conciperetur:eam collaudare ac uenerari inchoabant: dei seu messie matrem nominando.

Quid frater Vincentius hystoriographus sentiat & de auctoritatibus quas de conceptione ducit. Cap.lxxv.

¶Frater Vincentius hystoriographus ostendit quodammodo plura se uidisse pre ceteris: qui hactenus scripserunt: & fortasse maiori ordine utitur: tum distinguendo tum uero enarrando ea: que dicturus erat: & semper ita se in scribendo addixit: ut nulli affectu suffragaretur: nec cuipiam aduersaretur. Erat Sancti Dominici cenobita. Tamen tenet dominam nostram sine aliqua macula fuisse conceptam: licet non multas auctoritates adducat: sed solum in suum propositum unam Sancti Alphonsi toletani Archiepiscopi: & Sanctum Augustinum medium in utraq; parte relinquit. Ait enim in libro de natura & gratia. Vbi de peccato loquimur: dominam nostram excipimus. Qui autem Sanctum Thomam sectantur: dicere audent: quod a quibusq; sanctis traditum sit: dominam nostram in originali peccato fuisse conceptam: quod longe aliter est sentiendum: quia saltem nemo illorum: qui in primitiua ecclesia steterunt: talia uerba descripsit. Sed potius econtrario. Et Beatus Hieronymus asserit. Omnis plenitudo: que in Christo fuit: in matre quoq; permansit:licet diuersimode.

Auctoritates principalium doctorum dicentium dominam nostram non esse in peccato conceptam. Cap.lxxvi.

¶ Hieronymus nono ysaye.

¶ In aula uirginali & nulla sorde maculata: de spiritu sancto uerbum concepit.

¶ Sanctus Leo.

¶ In Maria nulla lesio esse potest uerecundie: in qua fuit diuinitas humanitati coniuncta atq; unita.

¶ Augustinus.

¶ Ista est uirgo quam deus elegit sibi & ante principium mundi electa fuit: ut sancta sit & immaculata mater dei & filia ab eterno incorrupta: & ab omni macula perseruata.

¶ Sanctus Dominicus.

¶ Quemadmodum primus Adã fuit de terra uirgine & nunq̃ maledicta: ita etiam in secundo Adã oportunum fuit sic esse: idest de matre nunquam maledicta.

¶ Sanctus Basilius.

¶ Virgo maria non fuit subiecta alicui delicto: neq; potuit originale peccatum contrahere. Quum in utero matris sue sanctificata fuerit: hic uero uere intellexit qualiter macula non potest ingredi ante infusionem anime.

¶ Sanctus Bernardus.

¶ Non est inter filios hominis: qui in peccato originali non fuisset conceptus: nisi mater Christi immaculata & semper intacta.

¶ Ambrosius ut dicitur in epistola ad gabaonitas.

¶ Ista est uirgo: in qua nunquam fuit nodus culpe: nequidem aliqua uenialis peccati certitudo.

¶ Sanctus thomas aquinas.

¶ Talis fuit puritas fortunate uirginis Marie: quod a peccato originali munda fuit.

¶ Sanctus Anselmus.

¶ Si in uirginis ꝓpagatione aliqua originalis culpa fuit: hoc fuit suoꝝ generatoꝝ nõ auit generate.

¶ Sanctus Gregorius.

¶ Felix & sacra est uirgo Maria & omni laude dignissima. ¶ Et uidetur secundum eũdem Gregorium quod domina nostra talem gratiam habuerit: quod si ab ista auctoritate exceptionem facere cupient: multo magis exceptio fieri potest: ex auctoritate Sancti Pauli dicentis: oẽs in Adam peccauerunt Apostolus enĩ de magno numero ꝑsonaꝝ loquebaẗ: & Sãctus Gregorius de uirgine tm̃ i particulari.

¶ Hieronymus in sermone de assumptione domine nostre.

¶ Peperit illum ex quo cõcepit: illum portauit a quo creata fuit. ille est auctor marie: qui natus est ex Maria. Et non dicit quod ex Ioachim & Anna nata fuerit: nisi ex deo tanquam principali auctore beate uirginis: & hic non potest accipi alio modo q̃ pro conceptione uel generatione: quum in uerbis suis factos a creatis distinguat.

¶ Origenes in omelia super euãgelio Mathei tractando de causa despõsationis Beate Marie & Ioseph.

¶ Mater eius: mater immaculata: mater incorrupta: mater intacta: & licet origenes canonizatus non sit propter tria fundamenta in hoc loco integram sibi auctoritatem prebere tenemur: primo quod sapientissimus erat: & multa bona scripsit. Secundo quod ecclesia tanquam in optimam expositionem hec uerba in officio posuit. Tertio quod Hieronymus inquit: ubi origenes bene: nemo melius: & ubi male nemo peius. Nunc sic: aut quod in hoc loco bene dixit: aut male: non male: quia si male ecclesia non posuisset hoc in officio: igitur bene: & quia ubi bene (ueluti per hieronymum testatur) nemo melius: & non potest esse bonum: nisi uerum sit. Sequitur quod in hoc loco origenes optime dixerit: & appellat dñam nostram intactam atq; ĩmaculatũ. igiẗ sine quacũq; peccati somite.

¶ Ad probandum quod anima primo sit creata pura: uerba dei nobis sufficiunt. Vbi dicit: morte morieris: quod si quispiam moriturus est: necesse erit ut prius uiuat. Et mortem anime esse dicimus maculam aut peccati tabem. prius itaq; munda uiuit: q̃ mors seu lues in ipsam ingrediatur. & quia anima domine nostre uixit: & uiuendo membris fuit infusa: comprobatur nullum peccatum sine defectum interuenisse: & qui contrariam partem sectantur: cogitant quod prius anima moriatur: & postmodum uiuat. Quod unicuiq; ordinationi uidetur absonum.

Quod ecclesia in fauorem & laudem uirginis multa celebrat neq; aliquid in oppositum. Cap.lxxvii.

¶ In lege scripture quamplures auctoritates comperimus: que ab ecclesia commemorantur in uirginis laude: nec ullã in cõtrariũ legimus. Que qdẽ auctoritates non ĩperfectã & maculatã assignãt ĩmo totã ꝑfectã & ab oĩ labe semotã queãdmodũ habeẗ in cãtica cãticoꝝ: ubi dr̃. ¶ Tota pulchra es ami

ea mea:dilecta mea:formosa mea:columba mea:speciosa mea: & macula non est in te. ¶Et in sapiē tia testatur. Ante secula creata sum:& usq; ad futurū seculum nō desinam:& i habitatione sancta corā ipso ministraui. ¶Et de similibus in testamento ueteri & nouo plura habemus:nec ullam particulariter dicētem Mariā i peccato labefactatam:nisi uniuersaliter loquēdo dicūt omnes:i quibus auctoritatibus nil prorsus certificari potest:de Maria uirgine dixisse:& in fauorem plures palam atq; particulariter loquuti sunt.unde pro certioribus clariora tenēda erūt eo:quod distincte de ipsa uirgine agunt: presertim ꝙ omnia i euāgeliis cōtēta saltem aliqualiter i lege innocētie nature aut scripture pricipiū assumunt:nunc sic:pulchra es amica mea:dilecta mea & macula non est i te: aut ꝙ ista auctoritas est cōcedenda uel negāda:nō negāda ergo cōcedēda:qm̄ ecclesia assumit de Beata Maria dictum esse:uñ cōcessa:nulla alia disputatiōe op9 ē ad cognoscēdū siue tenēdū sine macula beatā uirginē ꝑcellam eē.

Quod secundum uerba que angelus domine nostre protulit tenendum est in ea nunq̄ aliquod peccatum seu labem occurrisse. Cap.lxxviii.

¶In lege gratie Angelus ad beatam uirginem loquendo ait. Aue gratia plena : & etiam uocat eam semper intactam. Quum uero plena sit gratia:& semper intacta:late patet in ea nunq̄ aliquā maculam interuenisse. Benedicta tu iter mulieres. Vnde nō cōmuni uia nisi quadā pre ceteris mulieribus excellentia. Deinceps i salutatiōe Elysabeth:ipsa Elysabeth dicit benedicta tu i mulieribus:& benedictus fructus uentris tui:& saltem de similibus auctoritatibus nullam thomiste iueniūt ad eorū ꝑpositū : nisi cu iusq; moderni:qui disputando de hoc peccato talem ceperint opinionē. At nos itidem ex parte nostra modernorum auctoritates habemus:& antiquorū ille supersunt:de quibus nullam thomiste seu albertiste adinueniunt. Verum de modernis alii concedūt:alii negant: ueluti thomiste inferunt nihil a Hieronymo scriptum fuisse:quod scotyste super hac materia attribuunt:& Francisci inquiunt quādam epistolam Sancto Bernardo olim falso appropriatā:& idem de aliis auctoritatibus aiunt. Quapropter decet antiquas auctoritates inflectere:que a nemine denegari possunt.

Tertia Particula.

Quod domina nostra mater dei erat:anteq̄ peccare potuisset. Cap.lxxix.

¶In prima parte satis manifeste probauim9:originale peccatū nihil aliud esse q̄ inhabilitatē ad gloriā cōsequendam:aut exilium in quo creatura remanet eo tempore:quo anima in corpus infunditur: ex quo deinde nihil est purgādum nisi habilitādum ideoq; necessario constat: quod itegram gratiam uirgo beata habuerit multis ante diebus:quam anima corpori infunderetur:quoniā ipsa Christi mater erat:de quo maior dignitas atq; prerogatiua emanauit:q̄ haberi potuisset. Dico autē matrem quoad formationem & membrorum distinctionem:os & carnem in quo diuinum uerbum corpus:siue humanitatem assumpsit:adeo quod hoc ipsum sufficit:ut ostendatur:quod itegram omnino gratiam habuerit:anteq̄ i ea posset quicquam debiti aut imperfectiōis esse.nō tamē dicēdum est: quod corpus Christi sit spermate generatū quemadmodū & alii homines:sed quod puro sanguine generatū fuit:ita q̄d caro Christi erat cum carne matris cōiuncta. Quod Sanctus Anselmus & q̄plures alii testantur q̄uis cogitent iterdū oppositū libertatis substentare. Dicunt in puncto conceptionis Marie carnem Christi inhabilem fuisse:quod sat est iuxta has auctoritates ut manifeste cognoscatur dominam nostram non potuisse maculam contrahere. Quū in ea caro siue sanguis manserit:de quibus generandus erat Christus:& non solum generandus:sed dicunt:quod in matre caro eius erat inhabilis : hoc est in tempore conceptionis & in carne Christi. absit a nobis tenere:quod aliqua indispositio accidisset.

De eodem.

¶Et si asseris : quod in creatione uel unione anime cum corpore non totam gratiam sibi debitam recepit. Respondeo de creatione deinde de infusione. ¶De creatione absurdum esset dicere : quod propter crimen hominis deus suum opus maculatum aut imperfectum ageret : dico opus suum ubi non occurrit alia causa preter deum potissima precipue in creatione anime matris sue. Anima enim pars matris erat inquantum mulier est mater anima & corpore constans. Et hic non est inferendum : quod nondum erat Christus ad obseruandum matrem suam:quia talia dicendo maximo errori esset:uidelicet quomodo uerbum aut secunda persona in diuinis sit filius domine nostre: quoniā pars Christi:& ista pars illa erat:que matrem obseruare debebat. Christus enim inquantum homo non erat daturus gratiam:nisi inquantum deus:quum uero deus ipse gloriosam animam creauit:manifestatur illam creauisse tanquam partem matris ad unionem corporis. ¶Quod si corpus organizatum fuit ante anime infusionem : illa quidem membra matris Christi erant inquantum homo : & etiam inquātum uerbum diuinum ex eo : quod in uentre uirginis debebat per nouem menses manere : & quia

mater constat penes naturam quod integram gratiam inferre debebat:ne in aliqua priuatiõe aut in habilitate inueniretur: quoniam unaqueq; mater suapte natura filium diligit: & filius quoq; matrem.

¶Quod si quis infert nos icertos esse:quod deus hac gratia matrē dotauerit: dico nobis naturales atq; morales rationes sufficere.Et quū oppositū tenentes demonstrabili ratione careant pa ruipendē da est corū opinio:quū sit citra moralē atq; naturalem disciplinā & rationē. ¶Et si dicis animā do mine nostre perfectiorem esse potuisse:respondeo quod lucifer perfectior esse potuit:q̄ fuit super crea tione p confirmationem post aliqua opera sua:& ita Adam & Eua quum mereri & peccare potuerint. Quamobrē nō totaliter pfecti q̄uis sine peccato creati. Attamen beata uirgo fuit ceteris creaturis pre stantior pter filium ex eo:quod plus deo unita:ut in locis suis patet:& de hoc latius in aliis capitulis p tractabimus.hic autem dicimus:quod firmiter tenēdum sit:aīam domīe nostre maiorem ī sua cōceptio ne pfectionem habuisse:q̄ aliquam aliam creaturam preter animam Christi: quod ex eo manifestatur: quod digniorem atq; eminētiorem finem ac medium sortita sit:q̄ queuis alia creatura uel Angel9:siue Adam & Eua. Quumq; medium & finis eiusmodi erant:necessario oportebat:quod principium medio & fini corresponderet:& a fortiori inferrimus:quod quū lucifer Adam & Eua sine peccato creati fue= runt:multomagis domina nostra que dignior ac prestantior erat.

Quod tenendum est dominam nostram filio similem fuisse:quo ad non contrahen dum peccatum. Cap.lxxx.

¶Aliqui difficillimum esse arbitrantur:quod domina nostra Christo similis esse potuit:quo ad non cōtrahēdum originale peccatum:nec coniiciunt:quomodo in aliis rebus gloriosa uirgo maiorem ha buerit prerogatiuā:q̄ ipse Christus. Maior enim dignitas est esse matrem:q̄ esse filium:& matrem dei q̄ mulieris filiū:& sic etiam post partum maiori laudi ascribitur esse uirginem & generare:q̄ esse uirginē & non generare.iccirco quum in iis tribus tanta excellentia matrem Christus decorauerit: equum est: quod eam in cōceptione liberam fecisset ad filii similitudinem inquantum non eam in aliqua labe dimi serit:q̄uis non equaliter digna fuisset in gradibus perfectionis.

Quisnam principalis finis fuerit:quod domina nostra in mundum uenisset. Cap.lxxxi.

¶In hoc sequenti capitulo aliquid uidendum est:quis fuerit principalis finis:quod domina nostra ī mundū uenerit:quoniā manifeste tenemus finem esse principale principiū:quo mouemur.& quū finis per quem ordimur optimus sit:principiū quoq; optimum esse apparet. Et quia macula peximum finē habet in principio:& econuerso bonus finis īmaculato principio utitur.finis a nobis cōsiderandus est: quo beata uirgo concepta fuerit. Ipsa enim sola & nulla altera fuit ad hūc finem concepta:quod scili cet deus in ea pro humanitatis remedio incarnaret. Quapropter necessario conuenit q; materia & for ma beate uirginis semper libera fuerit:nempe quod remedium erat illis qui prius uenerant: & deinde nasciturí erāt:adeo quod si quando non fuisset pro tali principio generata ut mater dei: esset solū pe nes naturam ut ueniret pro remedio preteritorum presentium ac futurorum.dicebat quod cūctis tem poribus pura atq; īmaculata esset:nāq; aliter secūdum naturam non potuisset omnibus lucem inserre uidelicet preteritis presentibus & futuris eo maxime:quod eius conceptio principaliter ad hunc finem fuit:scilicet quod in ipsa deum incarnaret:unde impossibile esse aimus quod in ea peccatum interue= nire posset:istud enim dei totalis finis atq; opus erat:quod nemo fidelis christianus sine maximo cōsciē tie discrimine denegare potest. ¶Et inserendo quod de fine cōceptionis domine nostre aliqua pars Ioachim & Anne competebat:ex qua maculam concipere potuisset asserimus:quod deus corporeas & incorporeas creaturas comprehendit:& quod in qualibet ipsarum plena libertate & potentia utitur. Quocirca confitendum est dominam nostram in hunc mundum uenisse principalius:ut mater dei cēt: q̄ filia Ioachim & Anne:& similiter qd̄ mr̄ dei sit perfectiori modo q̄ filia hominis & mulieris:& quia pri cipalior fuit conceptio:ex quo mater dei erat:necessario oportebat ceteros fines principaliori parere: presertim quod Ioachim & Anna inobedientia dei & absq; uenerea seu damnata libidine filiam gene rauerunt:neq; est precise dicendum: quod in manibus eorum fuerit ad non generandum eam:quū ab eterno seu creatione mundi deus ipsam in matrem ellegerat:& quoniam prius fuit ellectio:q̄ maculari potuisset:consequenter post electionem nō permisit:quod in maculam laberetur.

Quod absonum sit dicere deum uoluisse matrem multorum numero connume= rare. Cap.lxxx.ii

¶Dicēdo qd̄ p obseruatione legis:quā deus uniuersaliter stabiliuit īter humāos: uoluit ut mr̄ sua in medio multorū īgrederet:p cui9 solutiõe iā supius diximus:cōceptā fuisse ad hoc:qd̄ mr̄ dei cēt: qm̄ nō intrat in normam aliorum hominum:ubi aliqua dignitas interueniebat:seu errorum excusatio. Deus

enim(ut alibi diximus)suas ordinationes mutauit penes creaturarum merita aut demerita:ut constat:
Quoniam mortalibus uno tempore legem nature:deinceps scripture:& postremo gratie exhibuit:& li
berū quoq; arbitrium:ut iuxta libitum bene ac male operemur. Verumtamen tenemus:quod deus libe
rum arbitrium ab aliquo particulari abstulit ipsum abstrahendo:ueluti dum cor pharaonis indurauit:
ne permitteret ab egypto hebreos exire:aut deum eorum adorare. ¶Similiter supra cōmunem con
suetudinem deus permisit:ut iob in diuitiis ac membrorum angustiis temptaretur. ¶Christus San-
cto Petro dixit. Rogabo patrem ut nō deficiat fides tua. Itaq; nō fuit in eius arbitrio:ut penitus defecis
set. Quoniam pro eo Christus rogabat:& taliter multa exēpla insinuare possemus:quatenus deus post
cōmunem ordinationem aliquos bonos liberat:& aduersus scelestos malum angelum finit:& dato qđ
nō iueniremus apud oēs uetustiores doctores ipsos determinate scripsisse.quod ī cōceptione domine
nostre nulla macula fuerit:sufficit:quod alias maiores pfectiones ostēdant:q̄ quod sine peccato conce
pta. Et qui ī maioribus potest a fortiori & ī minoribus:quia matrem dei nominando omnes pfectiones
creaturis competentes concluduntur:que tot & tales fuerunt:ut nemo hominum eas ītelligere potue-
rit.& quum hoc manifestum sit:infima atq; incongrua est illorum opinio:qui contendere uolūt:quod
aliquam maculam habuerit:que qdem ꝑs nimium aliena est a persona:de qua pp dignitatem eius suffi
cienter loqui nequimus:ut dicendo pfectum aut imperfectum in eodem subiecto:qđ nullo pacto eē po
test:& de perfectione omnino certi sumus.

Qualiter falsa sit illorum opinio:qui aiunt beatam uirginem nō potuisse gratiam nā cisci:anteq̄ generata fuisset. Cap.lxxxiii.

¶Vbi aliqui dicunt dominam nostram nō potuisse gratiam habere anteq̄ generaretur :palam de
lirare uidentur:Quoniam per multos annos:priusq̄ generata esset:fuerat sibi ꝓmissum matrem dei fu
turam:& in uirginitate parituram:in quibus quidem promissionibus non oportebat alias leuiores par-
ticulas enumerare.

Quod ut scandala euitētur:deberet ī hac materia dn̄icorū fratrū opinio cessare. Cap.lxxxiiii.

¶Si aliud nō esset:q̄ ad euitāda scādala Thomistarum opinio penitus cessare deberet : q̄uis rīdere
poterint:quod etiam opinio fratrum Sācti Frācisci desistere debuisset:Quum inter ambas ptes differē
tia uersari soleat. Ad quod respōdem9:quod q̄uis differētia uideatur ab his duabus religionibus depen
dere:ex dn̄icis tamen scandalum emanat:quoniam apud omnes hoīes cuiuscūq; cōdictionis sint extra
fratres Sācti Dominici dicit dominam nostrā sine aliquo peccato fuisse cōceptam.& audiendo quod si
ne peccato concepta fuerit:nemo aliquam alterationem mentis assumet:imo potius gaudebit. Vnde ui
detur ex dominicis solum ꝓuenire scandalum. Dum enim de hoc ipsi loquunt:omnes gentes cōmuni-
ter scādalizant. ¶Quidam eorum aiunt:quod illi scandalizant:Qui non bn̄ sciūt:quid sit hoc ori-
ginale peccatum. Sed respōdemus:quod q̄uis omnes distincte nesciant:quale sit originale peccatum:
saltem omnes cognoscunt aliquam imperfectionem significare:& attribuēdo beate uirgini peccatum
dicunt:quod in aliquo instanti imperfecta fuit:qua de re omnes cognoscunt: quod melius sit eam esse
immaculatam q̄ maculatam.

Quod omnes gentes fatentur in uirgīe nullam potuisse esse maculam presupposito quod mater dei sit. Cap.lxxxv.

¶Inter christianos cōmuniter tenet dominam nostram absq; macula cōceptam fuisse:& omnes alii:
ut hebrei:& mauri iquiūt & ānuunt:quod si domina nostra mater dei fuit:in cōceptione eius nulla in
tercidit macula:licet mauri absq; quod teneāt Christum fuisse deum:aiūt dominam nostram primā fuis
se inter natas mulierum:& hebrei quoq; tenēt matrē messie magnas habituram ꝓrogatiuas:q̄uis nō cō
cedāt messiam esse deum & hominem:positis uero eisdem cōdictiōibus:quas nos dicimus:omnes inqui
unt nullam in matre christi labem esse potuisse. ¶Demum absolute dicere possumus quod Thomiste
extrema accipiūt. Sed si ipsimet id uidere uelint:eorum corda scrutent:quia fortasse nullus ipsorum su
per ista defensione uellet se ad periculum capitis offerre:de quo aliquam experientiā habemus:quoniā
ut pub'ica uoce fert pluries quidam fratres illius ordinis uoluerūt eandem opinionem ꝑdicare dicētes:
quod eam essent usq; ad necem defensuri:q̄uis in ignē ponerētur:qui tādem ad ignem coacti ꝓmiserūt
nūquam amplius opiniōem illā fouere:tum etiam coram ludouico mediolani duce:uidi beatū Bernar-
dinum de feltro uoluisse igredi cum alio fratre Sancti dominici in fornacē ardentē:ut uideretur qs eo
rum citius combureretur:ad hoc q; ueritas huius questiōis cognosci potuisset:tamē alter noluit:At ue
ro beatam uirginem immaculatam esse affirmantium plerīq; iuenirent:qui potius igni comburi pate-
rent aut quacūq; morte obire:q̄ a tali proposito desistere. ¶Multifarie igit appet in isto casu nequa

quam tenẽdam eẽ dominicorum opinionem.Si enim summus pontifex ordinaret : quod omnes tā lit terati tum alterius cuiusq; condictionis uenirẽt:ut pote Christiani iudei & mauri atq; omnes eorũ opi niones audiret:si unus ex uoto thomistarum essẽt:ex alioꝝ parte infinitus fere numerus. & postq̃ adeo manifesta est disparitas:merito pontifex deberet & posset determinare:quod de domina nostra uera ha beatur determinatio:quod absq; aliqua peccati macula uel defectu gratie concepta fuerit.Sed quod to taliter purissima & plena gratie sit:eo magis quod si oppositum tenẽtes mentiunť.eorũq; anime simul cum corporibus in horrendis cruciatibus punienť .Quiq; oppositum tenẽt:in nullo piculo sunt obla ti.& quãquam econuerso narrãtes ueritatem dicant:nullum de eo premium expectãt:quoniam multo securius esset ac fine timore dicendo beatam uirginem nullum habuisse peccatum:q̃uis actualiter ha buisset.& si considerare uolent:reor eis aliquid timoris occurri:quum sint coram uirgĩe ante tribunal de factis rationem reddituri.

Qualiter si primi parentis successio peccare potuerat:q̃uis ipse nõ peccasset : possemus sine peccato cõcipi:& quia peccauit nos quoq; peccamus. Cap.lxxxvi.

¶Iam in hoc libro & alibi etiam ad probandum:quod originale peccatum inter humanum genus sit ingressum :pro fundamẽto assumpsi:quatenus primus parens tãquam pater totius humanitatis pec cando contra uniuersum genus humanum quãdam intulerit contumeliam:& hoc ipsum ut opinor cõ muni uie doctorum minime repugnat.Ipsi enim atq; omnes presertim religiosi de primorum parentũ peccato conqueruntur asserendo:quod peccatum ipsorum fuit precipua nostrorum errorum causa: Veruntamen dum alibi quasdam a nonnullis theologis illatas sentẽtias perspicimus:haud parũ admira mur eo:quod postq̃ concesserunt:quod peccatum ade potissima causa fuerit:in qua nostra sunt cõten ta peccata:seu fundamentũ de quo errores nostri profluunt:aiunt.Quod licet primi parentes nõ pec cassent:eorum successio peccare potuerat:nec in uno peccato tantum immo & in pluribus .hec autem opinio(ni fallor)uaria incongrua gignit:& hoc presertim contra religiosos:quia dum dicitur:Omnes in Adam peccauerunt:intelligendum est:quod ibi omnes tanquam in origine quicquam demereri po tuimus: Tum sic si demereri:multo magis mereri.nam prius ac principalius ẽ bonum q̃ malũ. ¶Pre terea aut est dicendum:quod peccatum ade fuit causa nostrorum peccatorum:aut non . Si causa: pec care non poteramus:si prius ipse non peccauerat:& si non causa:sine ipso peccare potuissemus:& tũc causa nostra peccandi in alio loco fundabatur.Vnde dicendum est:eam fuisse in libertate positam:si cut & nunc:& non in Adam & Eua.Quo cõcesso de primorum parẽtum errore imerito cõquerimur: Quum nõ fuerint nostri erroris causa:tamen lex nature scripture & gratie aliter denunciare uidentur. Eo precipue quod dicendo successionem posse plura peccata committere minime hoc consonũ appa ret.In statu enim innocentie unum dũtaxat prohibitum comperimus:cetera hominũ uoluptati sugge rentia:& contra unum solum preceptum minusq; in pluribus peccare potuissemus . Enimuero absq; p̃ cepto perdifficile est peccatum sciri:aut saltem eternale eẽ nõ potest:nam illud quod naturaliter cau satur a natura est dissolubile.Sed mortale peccatũ penes religiosorum sententiam:eternũ inueniet sup plicium:& p̃ceptorum cultus gloriam sine fine nancisceť:Concedendum est talem durationem eternã propter legem fieri & non pp naturam:ꝑ cuius rei probatione auctoritates insinuamus.uelut ubi Bea tus Paulus ait:si legem non habuissemus:peccatum non haberemus. ¶Christus itidem asserit: loquẽ do cum hebreis:si non fecissem in eis signa:que nemo alius fecit:peccatum non haberent:sub qua qui dem condictione apparet:qualiter a deo signa uel mandata habere oportet:ut peccare uel mereri de beamus. ¶Licet quo ad naturã cognoscamus:malũ esse homines occideř:& aliena dirimere :hoc au tem dum hic uiuimus purgare possumus.seu anime in pauco tempore post separationẽ:ut a platõe & quibusdam aliis ferebatur.Sed tandem omnes anime ad celum aplane redituꝛe sunt:ut illic cum ani ma mundi reuniri aut secum manere queant.Nos uero religiosi altiorem mansionem ꝑ bonis anima bus assignamus:& pro male uiuentibus multo deterius:q̃ plato inferebat.Q uoniam ad inferos ipsas p̃ cipitari dicimus:in quibus sine fine cruciabuntur. ¶Et ideo si transgressio primorũ parẽtũ cã fuit: ut nos peccemus:ita pariter asserendum est.si Adam & Eua in sanctitate uixissent.quod nullo mõ pec care potuissemus.Et peccare dicendum est:ꝙ in comedendo de fructu uetito & nõ aliusmodi consiste bat:quum Adam & Eua nihil aliud ꝓhibitũ habuerint:& in comestione fructus forte nullus cecidisset: quia dum serpens siue angelus malus ab eua uictus cessisset:nũquam amplius quẽquam temptare ausus esset. ¶Et nemo ex semetipso motus fuisset ad uescendum uetito fructu. ¶Et siquis infert:quod ẽt in prima innocẽtia potuerat homo hominẽ occidere:absurdum potius atq; inhumanũ fateor : prio ut per genesim patet.nam scire bonũ & malum ĩ comestione fructus consistebat:Quinimo obseruata uti aiunt inocẽtia nemo in proximũ irasceret.Insuper mine mortis solũ in comestione fructus uersabanť. Iccirco quousq; homo imisit manũ & comedit de fructu sapiẽtie boni & mali:nõ cognouit se nudũ eẽ: & quia in solo fructu tot erãt fundata uti mors sciẽtia bõi & mali atq; inocẽtie abiectio seu cognitio: quod nudi eẽnt:uidetur quod in nullo peccato preterq̃ in isto peccare potueramus:nec sine precipuo

dubio dicendum eſt:quod homo anteq̄ de fructu uetito comediſſet:ī uenlali peccato peccauit.Et ſi re-
ſpondetur:quod obligatio in tranſgreſſione diuine obedientie & non in comeſtione fructus conſiſte-
bat:cōceditur.Attamen dico:quod tūc tranſgreſſio erat quum fructus comedebatur.nec prius:quod ſa
tis apparuit:quia ante comeſtionem primi parentes innocētiam nō perdiderūt:nec littera demōſtrat:
quod cauſa cogitatiōis morituri eſſent.Et ſi dicimus quod cogitatiōes a natura peccatum cauſant.ſor
ſitan in ſtatu inocentie alia precepta habebant.Scilicet quod nullo modo peccarent:donec fructū ue
titum comederent.& hoc non uſu ſit:quoniam in lege ueteri plura habebant precepta:in quorū tranſ
greſſione peccarent.Nos uero nullum errorem cōmittimus:quis ab eis tranſgrediamur. Et ſimiliter ſi
in lege inocētie nullum aliud p̄ceptum colebant:niſi quod de fructu non comederēt:nō eſt dicendum:
quod extra illud errarent.Et ſi adiicitur quod antea deliberatio fuerit q̄ comeſtio fructus:& quod iam
id ipſum peccatum erat.Reſpondetur:quod Adam & Eua liberi erant:& fructus obediēs. Quamobrē
ſi deliberatio nō duraſſet:quouſq; comederēt nullo modo fuiſſet peccatum:quoniam manente liberta
te nō ſunt omnino tranſgreſſi.Nam quum dicimus deliberatum eē ipſum utiq; tāquam in actu poſitū
diiudicamus:quia omnimodo poneretur.Si aliquod impedimentum nō irrumperet.Et ſic Adā & Eua
in deliberatione peccauerunt:Sed ſimul cum actu comedendi.Tandem quum hic de originali pecca-
to peragamus contra tenētes:quod abſq; exceptione oēs in Adam peccauerūt:ſeu quod nemo extra
Chriſtum ſit ſine originali macula conceptus.nos ita aimus:Dato quod ſanctus thomas & quidā alii
dicant:quod licet primi parentes nō peccauiſſent:ſucceſſio diuerſimode peccare poterat.Nunc ſic:ſi
primi parentes nō fuerunt noſtrorū errorum cauſa:ut ſupius apparuit:aut quod ſine ipſorum errore
peccare potuimus:conſequenter liberi remanſimus ad merendū ſine ipſis:quoniam autem nō omnia
peccata noſtra in ſuis demeritis conſiſtebant:nec agere potuerunt:quod in peccato uel non peccato
conciperemur.Nā dicēdo quod Adam & Eua in ſanctitate p̄ſiſtentibus nos peccare potuiſſemus:igit
dato quod peccauerint:nos concipi & ſine peccato remanere poſſumus:& quia plures a fortiori iuxta
opinionem iſtorum domina noſtra nō fuit originali peccato obnoxia.In prima uero ſententia tenen
dū &:quod primū peccatū parentū ob noſtros errores excreuerit:& quod ſi ipſi non peccauiſſent nos
minime peccaremus. ❡At uero iuxta opinionē Beati Thome māifeſte arguere poſſumus:quod nul
lum originale peccatum contraxerit:& arguitur ſic:primi parentes non peccauerūt:nos peccare poſ
ſumus:ipſi peccauerunt ergo nos nullum contrahimus peccatum:& probatur:dicimus peccatum ori-
ginale a nobis propter primos parentes contrahi.Contrahere autem ab alio culpam uel meritū equa
liter ſe habet:quia ubicunq; eſt lex condictionalis dicens:ſi ita egeris bonum nācīſceris:& ſic malū eſt
libera condictio ad hunc uel ad illum legem recipientes:ideſt ꝙ primi patres ipſam condictionalem aſ
ſumpſerunt:ergo condictionaliter eam in ſubſequentibus trāſigere potuerunt.Nunc ſic:aut quod ha
buerunt locum cōmunicandi ipſam ſucceſſoribus:aut nō habuerunt.ſi locum habuerūt:dūmodo ipſi
non peccauiſſent:nequaquā nos peccare potuiſſemus.Condictio legis eſt equalis:patres noſtri pecca-
uerunt:igitur nos in demerito ſuo peccamus:non potuerunt dare nobis gratiā:ut nūquā peccarem9:
ergo nec peccandi maledictionē:quia nō eſt magis rō:quod prebeant maledictionē q̄ benedictionē:i
mo multo minus:Quocirca uidetur de conceptione pertractando:ponētes ꝙ quamuis Adam nō pec-
cauerat nos peccare potuiſſemus eo ꝙ in hoc loco contra cōem dispoſitionem legis dicūt nequaq̄ ad
mittendos.

Quod Albertus magnus & beatus Thomas forſitā credentes:q̄d intellectus denominatus
materialis eſſet intrinſece:de materia productus in eſſentia aīe dn̄e n̄re originale peccatū
ſunt ymaginati:quod contra religionē & ueritatē ſe habere uidetur. Cap.lxxxvii.

❡Sepenumero mecum ipſe complectens:ubi nam Albertus magnus thomas:& alii ſimiles adinue-
nerint:ut dicere auſi ſint eſſentiam animarum eſſe originali peccato infectam:aut quod embrius pote
ſtatē haberet ad labefactandū aīam in eius infuſione.Poſtremo aſpexi qualiter hi auctores extra cōſue
tam ſententiā religioſorū dicant:quod noſtra aīa intellectiua ſit in corpore creata:quum uero in for-
matione primi hominis ī geneſi ſcriptū ſit:ſpirauit deus in faciē eius ſpiraculū uite:ab hoc pricipio re
ligioſi omnes dixerūt animam corpori infundi:& īſundi deforis adueniens dicitur nō autem ītriſecus
creatum.Sed quum albertus & thomas philoſophiam Ariſtotelis admodū ſectarentur:plerūq; de obſcu
ritatibus ſuis partem aliquam eliciebant:quemadmodum hic patet.nam cum uidetur Ariſtoteles intel-
lectū materialē per cogitatiuam capere:quam aīam ītellectiuam n̄ram ſeu propriam formam dicebat
eē:& inſup de mente ipſius talis forma eſt materialis:ſeu de potētia materie deducta:nonnulli hoc er-
rore ībuti crediderunt aīam noſtram materialē eē:atq; in corpore productā:non dicas creatam ſtāte
de potentia materie productam eſſe.Quocirca uidetur albertum intellexiſſe:quod anima noſtra eſſet
eiuſdē nature uel materie cum corpore:in qua natura uel eſſentia anima eſſet ſimul cum corpore ma-
culata.Que tamen ſi eius opinio fuit:in lege & philoſophia fuiſſet erronea:ut in pluribus locis huius
uoluminis patebit:quoniam rationalis anima nullibi eſt in potentia corporis:uel nunquam corpus cō

tinet potentialiter seu uirtualiter intellectiuam animam:quum nimiũ uarie ĩ essentia sint:& aĩa multo dignior:& deterius nunquã superius uirtualiter continere potest:nec est locus. Vbi rationales anime creantur pp ipsius corporis improprietatem unde non creanda est in embrio:ne uideatur intellectiuã animam ab ipso corpore aliqualiter originem deducere. Sed quia deus non ĩdiget loco operãdi ita potest creare animam rationalem:ubi est embrius:sicut & alibi:non tñ ratione ipsius embrii. sed quod ita hic uelut alibi. At uero causa dignitatis & quod anima semper sublimia suapte natura appetat:tenendum est in celo eam esse creatam:nõ autem in corpore. nam potius corpus per animam dicimus eẽ:qđ anima sit forma & corpus tanquam materia:& materia ad esse saltem perfectum per formam deducit. & ideo Aristoteles inquit. Anima est causa efficiens corporum animatorum & principium motus secundum locum & alterationis. Et duodecimo de animalibus. ¶ Corpus & mẽbra pro aĩa sunt creata:itaq; nõ infert animam esse in corpore creatam:imo potius quod substãtia per se sit. & in secundo Mens dũtaxat que diuina ẽ desoris uenit:& alie anime ut uegetatiua & sensitiua simul cũ materia corporis nutriuntur. & alibi mens:que desoris uenit. ¶ Et secundo de anima:Intellectus separaẽ ab aliis potentiis anime:sicut perpetuum a corruptibili. Vnde dicendum est:quod quidquid postremo ab alio separabile in principio separatam originem habere infert. Itaq; proculdubio tenẽdum est:quod dum modo albertus superiores has auctoritates prospexisset:nunquam omnino dixisset dominam nostram in originali peccato fuisse conceptam:nec quod essentia aie simul cum corpore infectaretur.

Recollectio multorum dictorum in conceptione iuxta originem gratiarum & errorũ capiendo:in quibus principaliter uidendum est:ut quietem super hanc facultatem negociando capiamus. Cap. lxxxviii.

¶ Cum iam in superioribus pleraq; de particularibus rebus:ubi peccatum originale consistere põt: aut nõ consistere:dicta sint & quoq; in quodam capitulo de peccato in eẽ essentia aliqđ enarrauimus: nunc uero in ultimo de peccato eẽ:essentia atq; in eẽ existentia. rursus pertractãdum est:ut cognoscatur ubi originale peccatum fundetur:qm̃ in hoc tota consistit difficultas nr̃a:dum de conceptiõe beate Marie decertatur:& quum sapientibus attineat:ante oĩa in terminis conuenire:atq; fundamentum cognoscere:priusquam ad disputandum de proprietatibus illius fundamenti accedant. Condecẽs est: Vt nos similiter faciamus. & si in principio hec uia assumpta non sit:quãdocũq; ipsam inueniemus amplexanda est:ut p obscuritatem terminorum aut fundamẽtorum inexplicatorum tempus absq; fructu ne cõteramus. ¶ Et qr̃ disputatoribus hoĩbus sequẽtibus sophisticam artem est sepissime inferre:distiguo:concedo secundum esse essentiam:& nego secũdum esse existentiam:aut ecõuerso quãdoq; dicũt. ¶ In hoc loco oĩa similia penitus fugienda essent:eo q; hic quoad uires penes sinceram ueritatem ambulare deberemus dicendo:hoc est:hoc non autem preuaricando ea que plano modo intelligẽda sint: cum allegatione:tum de eẽ essentia:tum de eẽ existentia. ¶ Sed de hoc:& illo:quid sit distincte uideamus:ne confuse laboremus. & in primis de eẽ essentia excutiendũ est:licet de ratione competeret declaratio ipsius adducentibus ipsam:nos enim dum de conceptiõe Beate Marie & aliorũ humanorũ negociamur:minime esse essentiam allegamus:aduersantes talia adducunt. tãdem qualis sit:uel quonam pacto esse essentia intelligẽda est in hoc loco:& ubicũq; de ipsa enarrant:inexplicatam eam dimittũt. habet eẽ a se:non hẽt eẽ a se:est:nõ est:in confuso modo tantum dicunt:& iuxta ueritatẽ in hoibus non est nobis aliquam adducere rem ignorando ipsius declarationem. ¶ Tandem quia thomiste alii moderni & antiqui adducẽtes:esse essentiam:dum de conceptione tractabant:oportet nos ipsam declarare:ut nõ sit refugium insipientium:quoniam pleriq; ad sustentandas opiniones quas assumunt: non ualent sepenumero:ad eẽ essentiam:seu potẽtiale effugiunt. Verũtñ & si in aliis locis:esse essentia:ad cooperiendũ aliquẽ ualere posset:in hoc loco de cõceptiõe agẽdo:nil ad propositum:qm̃ nullũ peccatũ: in esse essentia:dari potest. ut per adducentes essentiã ipsam:probatur qm̃ asserunt:essentia tantum est essentia:idest simplex res. Vnde causa simplicitatis nõ hẽt unum:p quod cognoscatur:& aliud : per qđ ignoretur. hoc posito & ab aduersantibus concesso facillime uideri põt:quonam modo nullũ potest manere peccatum:in esse essentia:quoniam tunc non esset simplex. nõ essentia tm̃:nõ in eẽ essentia:nisi cõposita & in esse existentia:quoniam si peccatum ibi subiectatur:ut p ponẽtes ipsam confitetur:peccatũ se hẽt ueluti forma essentia:essentia uero sicut materia:ubicunq; enim forma:& materia simul dantur: ibi esse existẽtia:non autem potentialitas pura. Vnde probatur male presupponeẽ:qui dicunt peccatũ originale:in eẽ essentia:tãquam in subiecto remanere. ¶ Preterea de eẽ eẽntia atq; de peccato uidẽdum est an alicubi simul manere queant. ¶ Esse essentia uero ut in aliis subsequẽtibus libris deo iuuãte patebit:nil aliud est proprie capiẽdo:quam rellatio imaginaria:quam nos in mentibus nostris hedificamus de rebus futuris cõsiderãdo:talis relatio enim nil habet de actu preter imaginationem nostrã: & hec est simplex essentia:nil actuale in se continẽs. ¶ Alie potentie uere sunt semper in actu de presenti manẽtes:uerũtamẽ qr̃ spirãt ad futuras trãsmutationes:hãc speciem dimitendo:& alteram acquirendo:ueluti materia que nunc est in me in specie carnis:& postmodum transiet in aliquam herbam

de specie alicuius plante: sub hac cõsideratiõe solet dici: herba futura est: i esse essentia i hac carne nũc existẽte: quãuis nil de specie illius herbe in hac carne sit: sed quia hec materia in specie carnis nũc manẽs tpe decurrẽte potest in herbam trãsire: de hac trãsitiõe considerãdo & capiendo hãc materiam ali qualiter cõceditur: ꝙ dicamus herba est: in eẽ essẽtia: in hac carne. ¶ Sed de peccato futuro nõ pos sumus simile adducere exemplum: quoniam nulla materia est nũc in hac carne in hoc corpore uel illo transmutatura in peccatum nec in speciem eius: quoniam peccatum nõ habet esse: de se: subiectale hic uel ibi: & sic tãtum est: quãtum remanet subiectum: quod peccatum ipsum causat. ¶ Esse eẽntia: nõ po test peccatum causare: quum omni actu careat: saltem actu cognitiõis nõ eẽ subiectum alicuius forme remanendo: esse essentia: peccatum se habet tãquã forma: licet accidẽtalis in subiecto: igitur nõ potest i eẽ essẽntia subiectari. ¶ Vlterius: de eẽ eẽntia: aut uerius de eẽ potẽtiali nostro: ad hoc & illud operan dum explicare decet: & in hoc loco melius põt dici peccatum originale in corporibus in aĩabus potẽ tialiter manere: & nõ tantum in corporibus & animabus: uerum etiam in elemẽtis atq; radiis stellarũ: ut uideri potest ita dicẽdo de cõi sentẽtia habetur: dum de eẽ eẽntia: loquitur: inferre: filius est in eẽ po tẽtiali: in patre itelligas: iste homo est aptus natus ad generãdum filium: in qua aptitudine fundatur fi lius: si quandoq; generabitur. ¶ Et parimodo omnes homines apti nati sumus ad malũ quãdoq; ope randum: & ab opatiõe praua seu contra legem peccatum oritur. Vnde potest dici: peccatum futurum est nũc potẽtialiter in aptitudine nostra male opandi: Verumtñ quia nil de aptitudine nr̃a aut alia ꝑs transiit in peccatum nimium improprie dicitur peccatum: in eẽ potentiali hominum manere nisi quo quomodo figuratiue dictum: sub qua figura potest inferre: quia aliqua pars elemẽtorum trãsit in spẽm corporum humanorum. Vnde peccare potest: etiam in elemẽtis potẽtialiter est peccatum: peccatum in radiis celorum seu stellarum: quoniam calor: frigiditas: aut alie qualitates ab stellis euenientes occurrunt cum hoĩbus ad opandum: dum peccant. sed tale peccatum: in esse potẽtiali: latissimo modo capiendo.

ſa non precognoſceremus:non eſſet propoſitio per ſe nota apud nos ſaltē diſtincte:deus eſt. ¶ Alie
propoſitiones ſunt propinquiores:cognitione noſtra diſtincte: aut non diſtincte:cum ordine : aut ſi-
ne ordine:uidelicet aliquid eſt:aut ens eſt.nam cognitis terminis dato quod nullus ordo ponatur:unuſ
quiſq; ſcit aliquid eſſe quoniam unumquodq; ens in ſe aliquid:quamuis alium non aſpiciamus:ſed deū
in aliquo ordine cognoſcimus ideſt primum aliorum entiū. & quia nō poſſumus ipſum ſine aliquo or
dine cognoſcere:nec quidem cognoſci poteſt imperfectus immo perfectiſſimus:quia primus atq; exē-
ptus. ¶ Vnde omnes ſapientes qui de eſſe dei aliquantulum in ordine:per quem ipſum cognoſcunt:
contemplantur:immediate cognoſcunt ipſum perfectiſſimum:ſed ſic dum dicimus:lapis non eſt deus:
ſcimus quod lapis non eſt primum ens in ordine rerum : & quia non primum non perfectiſſimum &
ſic dum de unaquaq; re dependente ſiue que abſoluta non ſit dicimus deum non eſſe. Vnde qa unū ſo
lum eſſe abſolutum ſeu prius omnium aliarum rerum ipſum ſolum ſimpliciter bonum : Et ſic dum im-
perfecta contemplamur:illico ſcimus qualiter deus eſſe non poſſunt.nam ueluti hec propoſitio eſt ue
ra:deus eſt:etiam hec uera nullum dependens eſt deus.Sed in primis oportet ſcire deum independen
tem eſſe que independentia illico : quod terminos cognoſcimus a nobis apprehenditur eo : quod de
primo eſſe omnium rerum hic aſſummimus. ¶ Et aduertendum eſt : quod propoſitiones per ſe no-
tas dicimus eas:que fere immediate & ſine ſcrupulo falſitatis ad mentes noſtras occurrunt . Quoniam
in ſe unaqueq; propoſitio uera uel falſa eſt nota . Nam ueluti cognitis terminis per ſe nota . eſt hec
propoſitio : homo eſt animal rationale: aut animal rationale riſibile : etiam cognitis terminis hec eſt
propoſitio per ſe nota falſa:homo eſt animal rudibile:tamen propoſitiones note aſſumende ſunt:dum
uere & neceſſarie ſunt in ſeipſis :& note apud nos:dum immediate aut fere immediate ad mentes no-
ſtras tanquam uere & neceſſarie occurrunt. Quod deus ſit(:ut expoſitū eſt):occurrit immediate in mē
tibus omnium aſpicientium.igitur hec propoſitio eſt per ſe nota : deus eſt:quamuis in ſacra ſcriptura
legatur.Dixit inſipiens in corde ſuo:non eſt deus:& hoc non unus tantum:ſed plures ſimiliter dicunt:
Verumtamen nullus dicit:non eſt deus:ideſt eſſe ſupremum : ſed cum omnia ad libitum ſuū non eue-
niunt:dicunt:non eſt deus ita bonus:aut iniuſta bilanze gubernans :ut prius nos credebamus:aut in
cōmuni ſententia habetur:& ſic quandoq; tanquam irati:quia non faciunt:ut uellent:dicunt : non eſt
deus:& tandem cognoſcunt:quod ſit unum ſupremum eſſe potens ad operandum ea:que uult : & qui
omnia que uult:poteſt:perfectiſſimum eſt. ¶ Rurſus ſine conſideratione de primis & ultimis: de per
fectis & īpfectis nullus dicit:ñ eſt deus:& cū ordinē rerū diuerſarum aſpicimus:neceſſario primum eſſe
omnium aliorum inuenimus.ſub qua regula antiqui:qui ſapientes erant:quamuis lege carerent ;ſuper
omnia que hic uaria ſunt aliquod ſtabile ſemper permanens conſiderabant . Nam cum omnes partes
mundi inter ſe diuerſe ſint:& unaqueq; aliquam habeat neceſſitatem ab aliis:omnes ſimul & ſeparatim
oſtendunt aliquem perfectiſſimum:& ſupremum conſeruatorem expoſcit eo:quod perpetue in generi
bus atq; ſpeciebus ſuis omnes res ſunt.Nam cum ipſe de ſe uariantur:ſi aliquem ſuperiorem conſerua
torem non haberent : omnes res mundi de neceſſitate quandoq; deſtruerent:& quia omnis circa ſpe-
cies ſuas aliquem habet intrinſecum ordinem permanentem:tum in iſto & tum in illo:concedere opor
tet omnia principia ab uno ſolo in principiato : & abſq; uarietate ſemper manente dependere.
Et cum omnes aliquando ad principia ſua reducantur:opportet fines ab eodem ſupremo terminari :
a quo & principia terminantur .Vnde omnes actiones: omnes paſſiones: omnes intelligentie : om-
nes conſiderationes terminantur ab eodem terminatore: per quem fundamenta iſtarum actionum ter
minantur. & quia primum eſſe omnia terminat : ſequitur actum purum eſſe eo:quod magis & minus
in eo non concluditur : nam ſi in pura potentia eſſet : omnia ſuperiora & inferiora in actu & in po-
tentia terminare non poſſet. ¶ Et inſuper quicquid in pura potentia eſt : quandoq; exit ad actum :
& exire non poteſt niſi per terminationem alicuius forme . Vnde hoc poſito in primo eſſe perfe-
ctum non eſſet : nec quidem prius omnibus rebus : quoniam qui primum eſt a nullo terminari po
teſt & deductio de potentia ad actum :terminationem per aliquam formam alienam dicit : quod

in primo ente stare non potest: & magis quod si staret nullus esset ordo in natura: nam in confusione omnia essent absq; aliquo permanēte statu: ad quem omnia alia tanq̄ ad perfectum principiū: de quo dependent: & finem ad quem tendunt reducuntur: & cum in primo esse omnes hee perfectiones de necessitate sint: confiteri oportet infinitum in actu esse eo: ꝙ omnia de presenti per principium & finem ab eo terminantur: & deus ipse siue primum esse a nullo terminatur: & nil aliud infinitū in actu dicit: nisi omnia de presenti que fuerunt: sunt: & erunt: terminans. sub qua imaginatione Aristoteles in libro de bona fortuna inquit: deus bene uidet preterita: presentia: & futura.

Inquisitio particulatim ad primam causam. Cap. ii.

¶ Vt ad cognitionē rei: de qua principium & gubernationem assumminus: paulatim deuenire possimus: uisibilia & tractabilia primo nobis inquirenda sunt: ut pedetentim intētu nostro potiamur: inueniendo talem sufficientiam: in primo esse uti de primo ente: aut superiori causa competit. & sic principium aggrediar. Quod forsitan terra nobis esse: atq; integram formationem tribuit. ex quo ipsam cernimus tot fructus producere: quibus cuncta animalia nutriuntur: & corpora nostra demum in eam necessario resoluuntur. Sed contra quesitum aut imaginationem dicimus ipsam non posse adeo prestantem creaturam: sicuti est homo: sine copula maris & femine producere: quemadmodum experientia cōstat. Quocirca uidemus digniores esse humanos: q̄ sit ipsa terra. Quod stare nullo modo potest: dūmodo ab ipsa primum esse nostrum acciperemus. Et quis cum tota perfectione nostra terrā uideamus: & secum conuersemur: nec perfecte a nobis intelligitur. Quanto minus ipsa intellectu & sensu carens: hominem cognoscere potest. ¶ Quod si nos a terra produceremur: que nam est ratio: quod eam colere atq; in frustra per plures partes abscindere quo ad libitum possemus. Et tale argumentum de quocūq; elemento agimus: necesse est enim unum esse: quod omnia alia intelligat: & principium & substentationem eisdem prebeat. Si autem hominem a seipso factum inferimus: hoc quoq; falsum. Si enim ita esset ipsos totali perfectione intelligeremus: & scientiam ad nos informandum haberemus aut saltē ad alia nobis inferiora informanda nouam materiam uel esse elargiendo.

Quod quum nequimus in istis inferioribus: quenam prima causa sit speculari superiora nobis cognoscenda sunt. Cap. iii.

¶ Quum in elementis prima causa adinueniri nequeat: cognoscere oportet: an celum nos produxerit eo quod est incorruptibilis nature: in quo magnum stellarum ornamētū apparet: magnā temporis diuersitatem causantium & per diuersas uias decurrentiū. Sed radii uel opera unius sepe cum radiis alterius corrumpuntur: que quidem controuersia non conuenit gubernatori: qui sit quietem atq; concordiam omnibus daturus. Si uero sol & luna nimiū extendi uoluerint: nos faciliter edificia struere possemus: in que nulla lux ingrediatur. & quod secundum corpoream compositionē hi planete ad generationem nostram sint necessarii: itidem necessaria sunt elementa atq; alia sydera: quum ulterius etiam presupponeremus communem naturam cursus hoc opus fecisse: ipsamet nos edocet talem in se nō habere potentiam. nam quod semel produxit: multociens & alia similia aget. Quoniam per reuolutionē operatur. Et tenemus mūdum unum solum esse semel creatum: est non pluries: ex quo manifestatur mūdum esse libera alicuius uoluntate productum & nō natura resultatum. Que necessario operatur. Qui enim coacte agit: sepe unam & eandem rem agit. Quapropter penes discursiuam naturam iam plures mundi essent: & uel unus dissolueretur: uel alius generaretur.

Quo pacto apparet illud quod mouetur non esse ens per se: neq; posse esse primam causam. Cap. iiii.

¶ Diximus aliquid de elementis & celis causa percipiendi: utrum hec machina aut natura eorum sit causa prima omnium rerum: & hec ꝓprietas in eis minime reperitur: ꝓcedendo tamen ut luculēter appareat: aliam uiam accipiemus: in qua fortasse strictius nostram intentionem ꝓbabimus. Vnde taliter asserimus. Illud quod est causa prima: est ens primum: & quia primum necessario ꝑ se: & id quod est omnium rerum causa: omnes res sub se cōphendit: & quia omnia cōphendit ubiq; ipsum esse constat: & quoniam ubiq; est: sequitur: quod immobile sit: non enim locum extra locum sortitur: aut locū a quo & locū ad quē. Et q motū & locū extra locū petit: mōstrat se ptē extra ptē: hēre. & q cuncta ipleti nec i se hēt ptē extra ptē: nec locū extra locū respicit. Q m̄ tot⁹ equalis: totus icōprehensibilis: & totus oīpotens. Quocirca ubi pars imaginando partem ibi totum. Et tale ens per se omnipotens nuncupatur nec aliquod aliud eiusmodi nomine appellatur. Quocirca patet nec elementa nec celos nec aliquam aliam partem de natura istius machine esse causam primam: nequidem ens per se. Quoniam omnia mouentur: & quod mouetur non est ens per se eo: quod locum extra locum respicit: & non conti-

net omnia:immo potius continetur.Itaq; inueniendum est aliud superius ens:in se existens:atq; immobile omnia intelligens siue comprehendens. ¶Demum non est assumendum inconfuso modo:dum de principiis rerum agimus.nam hoc tãtum de mentibus hominibus attinet confuse loqui: ueluti proponendo:natura hoc agit:aut a natura hoc datur.si modo per prius non explicatur quid natura sit: quid esse a se:& quid ab alio:quid pars integralis:& quid totum.quoniam eadem est ratio de omnibus integralibus partibus:& de toto:& quia nulla pars integralis mundi:nec quidem omnes simul ab intrinseco intelligunt se:nequaquam ea que ab intrinseco operantur:intelligunt.proculdubio constat partes integrales mundi non esse a se.& quia non a se.ut celum elemẽta.metalla:animalia:forma neq; materia nequidem totus mundus:simul est a se:& id quod a seipso simpliciter nõ est seipsum itrinsece nõ intelligit:& qui seipsum ab intrinseco non intelligit:nec quidem opera sua intrinseca simpliciter intelligit:appetit ipsa:sed quomodo omnino fiat:ignorat:ueluti i generationibus & corruptionibus cõprobatur.atq; in mouendo & quiescendo:quoniam ab intrinseco generare cupimus:& materia nostra intrisece ad corruptionem tendit:& tamen quomodo hoc & illud fiat ignoramus.sentimus nos ipsos moueri:& tamen de intrinseco ordine uirium neruorum & aliorum membrorum paruam habemus cognitionem in mouendo.Et sic omnibus hiis aspectis repugnat ymaginationi: quod mundus in primo signo essendi:sit a se:& repugnat posse a seipso gubernari.nam dum ab inexpertis dicitur:natura hoc agit:petendum est ab eis de qua natura loquuntur.quoniam natura forma:& materia est: atq; calidũ: frigidum:humidum:siccum:leue:& graue:sunt natura.& nulla alia res natura uocatur preter ista aut similia.& nulla forma nulla materia simpliciter intelligit seipsam necquidẽ intrinseca opera ipsius:neq; calidum uel frigidum seipsum intelligit.conceditur quod intrinsece operari appetunt : & quia semper hoc durat atq; infallibiliter:necesse ẽ cõcedere ab aliquo alio superiori datum esse eis:& ab eodẽ dãte esse:& ordinẽ oportet semper gubernari ab intrinseco : Quamobrẽ dũ naturam superiorẽ atq; ab intrinseco operantem dicimus de solo deo oĩpotenti intelligendũ est.quoniã repugnat mundum a se eẽ & simpliciter seipsum non intelligere:& quod se non intelligat:patet.quoniã si mundus seipsum itelligeret:homines nos ipsos intelligeremus . quoniam de partibus dignioribus integralibus mundi aĩa nostra pfecta est:nõ intelligimus nos simpliciter neq; opera intrinseca:que agimus. constat mũdũ seipsum non intelligere.& id quod simpliciter seipsum nõ itelligit:a semet nõ est.& id quod nõ a se:eternum esse nequit:quoniam eternum a nullo depẽdere potest:cum prius & posterius nõ habeat . & ubi nõ prius nõ posterius nõ datur:pricipium & quicquid ab alio depẽdet.per causationem pricipiatũ ẽ: ut alibi patebit. ¶Vlterius nullũ ĩdigẽs altero ad operãdũ est a se.unaqueq; res mundi est ĩdigẽs aliquo alio ad perfecte operãdum: cõcedere oportet:nullã rem mundi a seipsa esse.nã q̃uis ĩ cõmuni uia philosophorũ:dicatur sol & homo generãt hominẽ:nõ est itelligẽdum:quod sol & homo per se absq; aliquo iuuamine dei & occurrẽtia materie & forme ualeãt ad generãdũ hominem:licet ĩstrumentaliter occurrant sine quibus ĩstrumẽtis natura obseruata.quam nũc habemus:homo generari nequit:& tamẽ sol & homo per se nullũ hominẽ:nec quidẽ aliã rem generare possunt.unde necesse est semper:per pri9 ad aliquod esse exemptum supra totum mundum occurrere operans intrinsece in omnibus rebus.

Qualiter ratio nobis demonstret deueniendum esse ad unum quod omnibus aliis sit superius:quod est prima causa: Cap.v.

¶Satis.p experiẽtiã patet nullũ istorũ corporũ orbẽ terrarũ seu mũdi machine gubernare: neq; potuisse aliquã rẽ nouiter creare:& hec uia nobis demõstrat deueniẽdũ eẽ ad unum ens altius atq; pfundius:ĩ quo potẽtia magnitudo & sapiẽtia ĩfinita habitãt.Que oĩa possunt ad libitũ agere & sub se comprehendere:qđ ens purus actus iustũ & eq̃le:ac semp uno & eodẽ mõ dicim9 se habere nõ coactũ neq; motũ nec aliquã nouitatẽ facere:ubi qequã detrimẽti pati posset : Si eni ĩ se passionẽ haberet maxima cẽtĩsipiẽtia ĩtegrã sanitatẽ uel qetẽ ab ipo expectare:dũ sibimetipsi subuenire nequeat. Quapp op9 ẽ unũ eẽ pricipiũ absq; aliqua passiõe uel dispositiõe suscipiẽdi ipsam eo:qđ pati ĩfirmitatẽ & nõ potestatẽ appellamus:qa necessario sequit̃ alterũ eius potestati aduersari.Nã semp illũ q ab aliis subiicit̃ impotẽtẽ eẽ cõprehẽdimus:q̃uis habeat potẽtiã recipiẽdi uel tolerãdi cõtumelias.potestas uero ẽ:que se tutari & alia subiicere põt.Quãobrẽ dicẽdũ erit:potẽtiã passiuã siue dispositionẽ patiẽdi nõ eẽ ĩ deo: & sic oĩpotẽs existit:cui nulla cõtingit aduersitas.Si eni pateret̃ nõ eẽt oĩpotẽs:qa pati ĩ malã ac debilẽ ptẽ ĩtelligit̃.Deus uero bon9 atq; equalis ẽ.Quod si aliqualiter pati posset:sequeret̃ ĩ eo aliquã eẽ cõtrarietatẽ.Sĩãt aliũde sibi cõtingeret aduersariũ hẽret.At nos primã cãm ab oĩb9 passiõib9 liberã eẽ dicim9. ¶Et ĩ alio mõ largi9 assũmere possum9 potẽtiã resistẽdi .p optima tẽperãtia & ualitudine:q̃uis laborem9 aut aliqđ detrimẽtũ recipiam9:queadmodũ ubi Christus dixit discipulis suis.potestis eni bibere calicẽ:quẽ ego bibiturus sum.Quasi eos tẽptãs an cõstãtes aduersitatibus manerẽt. ¶Et hic potentiã assumim9 inquantũ ad obsistẽdũ aliis psonis ualem9:& nõ quo ad detrimẽtũ siue passionẽ:quam q̃splã recipiat.qa nõ posse resistere aut ĩcõstãter manere:debilitatẽ siue imbecillitatẽ nuncupamus.

Quonam pacto in uno primo esse:quod semper fuit est & erit:firmari debeamus. Cap.iiii.

Vidimus quatenus oīa ab uno libero & exempto principio gubernentur. nūc uero sciēdū est: ūn pricipiū processerit: & qualiter genitū atq3 fundatū uel per se manēs sit eo: quod de primo ad pri9 discurrendo uidetur nos ad id deuenire: in quo nullū est esse. Quod si uerū esset: deus utiq3 de nihilo factus fuisset: & tūc illud nihil esset sua prima origo: quod aliter se habet. Quoniā nō esse nec ualitudinē nec potestatē habet ullā. Vnde īpossibile esset aliquā creaturā formare & multo minus magnitudinem potentiā bonitatē atq3 infinitam sapientiā generare: in quo clare apparet unū ens semp eternum esse: quīq3 prius cūctis existeret neminē sibi generationē & formationē pbere potuisset. Quod si nihil erat: nequaquā semetipsum generare potuerat. Quia priorē partē que est ī rebus habentibus principiū: dicimus eē gn̄ationē q̄ in pria cā esse nō potuit ex quo alia prior cā nō erat: q̄ egredi posset & per generationē aut quouis alio modo emanare: & illud quod semper fuit: similiter & est: & erit: quoniā ubi non est principiū: ibidē nec medium nec finis datur: nisi unum instans penitus indiuisibile. Nā principiū mediū & finis correlatiue se habent taliter: quod unū sine aliis dari non potest naturaliter loquēdo. Quia per gratiā supernaturali tributā aliquis potest pricipiū & medium discursiuum habere & tn̄ sine carere. Intelligimus autē sine carere eo quod semper durabit. Sed talis finis in dies protenditur: seu prolongatur. & sic nō est carere fine itēsiuo nisi extēsiuo.

Qualiter in essentialibus superius. & inferius deueniendum est ubi ampli9 discurrere non possumus qd de pn̄ti & non de preterito neq3 futuro querimus & pria cā in hoc īstanti manet: un facile cognosci pōt de pn̄ti īsinita atq3 incorporea eē. Cap. v.

Dū primā causam querimus: ens per se intelligimus. & quidquid a se idem ante omnia. & quod aliquid a seipso sit: lata experientia probatur. Quū aliqua reperiātur: que minime a seipsis sunt. Nūc sic: si quecūq3 sunt: sunt ab alio: quale erit istud aliud. si nō reperitur necessario: igitur cōfitendū est aliquid a seipso esse. Quedam enim sunt non a se: Quia quemadmodū nulla res seipsam generat uel producit: minime id quod est ab alio potest esse cuiusq3 rei principium. Et sic dicimus prius est esse q̄ non esse: prius ens a se q̄ ens ab alio: & bonū q̄ malū: uita q̄ mors. in quo fundamur quod necessario primū pfectum seu prima causa a se sit: ac semper uiuens & intelligens. Illud enim quod uiuens & intelligens dignius q̄ inuiuens & sine intelligētia. Et sic dum dicitur deueniendū esse ad primū motorem. qui sic mouet quod nō mouetur: aut ad primum ens: hoc utiq3 primū in omnibus primitatibus assumimus. Et non intelligas deueniēdū esse: postquā p reliqua entia discurrimus: nisi quod semper a deo de ratione īceptum sumus ex eo quod ipse primus. Et de hoc exēplū in īferioribus capimus: quia semper in superioribus ut in celo igne aere aqua & terra & in principibus anteq̄ in subditis & in patribus & maiorib9 fratrib9 anteq̄ in filiis aut minoribus fratribus: presertim quod deus ubiq3 est. Quocirca non oportet supra elementa & celos ad querendū ipsum ascendere. nisi undiq3. Quoniā ubiq3 est & ubiq3 propinquior quacunq3 alia re. Quapropter dū asserit ad primū ens deueniēdum esse: in primis & super omnia intelligimus tam & si circa insipientes: quo facilius intelligant: quandoq3 in modo exemplādi multa inferiora seu entia ab alio tangimus prius q̄ de pfectionibus dei dicamus. Quūq3 aristoteles inquiat: nō esse discurrendum in infinitū ad inqrendam primam cām: in essentialibus atq3 ordinariis: intellexisse uidetur. & tn̄ dato quod de oībus rebus assumpsisset recte stare pōt: quoniam iuxta inquisitionem nūquam querimus illud: quod fuit & nō est: neq3 illud quod erit: & nondū est. & id quod est in numero tantū est impossibile eē infinitum. Deus eñi & numerus nō est infinitus: sed solū in essentia sapientia & potestate: angeli: celi: elemēta homines alia animalia plante & lapides qui nūc sunt omnino finiti & nō infiniti: quis in discursū continuo detur unū post aliud: in quo ur̄ processus in īsinitū idest nō cessans. Numerus uero de presenti semper finitus. Et quia nos primā cām de presenti querimus: absurdū esset opponere: quod per infinitū discursum in ipsa inquisitione dilabi possimus. Vnde proculdubio cōstat: qd in his rebus que nūc sunt: & cū paruo discursu deus siue primū ens: ī esse īuenitur. Et quod ī ceteris rebus primum & ultimum de presenti detur sensibus & ītellectibus patet: taliter discurrendo. Si corpora de supiori ad inferius denumeramus a celo tāquā principaliori īcipimus: & ī puncto finimus: aut ī aliq re minima: extra quam nullum corpus minus inuenire possumus. In loquutionibus sicut ī litteris syllabis & dictionibus metas habemus: extra quas nullatenus possumus superius aut īferius transire. & sic dicitur maiorē syllabā que apud latinos īuenitur de sex litteris cōstare: & dictionem tali terminato numero complecti ī diminutiōe ad unam solam litteram: seu elemēta tanq̄ ad discretam quātitatem deuenimus: extra quam descender̄ nequimus: ueluti assumēdo hāc uocem a q nullo pacto medium a pronūciare possumus. si corporaliter saltem extra abyssum seu centrū terre trāsire uolumus aut extra celū: nullatenus stare potest. Et in his & similibus exemplum tangibile atq3 intelligibile assumimus in rebus essentialibus nō eē discurrendum in infinitum eo q de presenti & nō in discursu de futuro nec de preterito est querēdum. Et dum in primis probamus deueniēdū eē ad unum primum ens exemptum per se: multa denuo de suis dignitatibus ītelligere possumus: ueluti quia penitus primus necessario simplicissime simplex nō productus nō factus nō generatus: sed semper uno & eodem modo in seipso ma

nes:in quibus proprietatibus cũcta ipsius primi entis siue dei adherẽtia excludunť.Iõq; cõstringimur ad cõfitẽdum:quod icorporeus seu spiritus sit.Quoniam unũquodq; corpus relatiue se habet ad locũ. Et secũdum comunem doctrinam corpus & locus inconuertibilia.& sic due res & nõ una tantũ sunt. Ita quod si deus est corpus loci necessitatem habet:& ista necessitas compositionem i deo dicit : tum & naturalia cum aliis rebus inherẽtia:quod est cõtra sniam omnium sapientium atq; naturalem regulam eo:quod deus a seipso.Quoniam primum ens omnium & a natura quidquid primum idem absq; adhe rẽtia rerum in postero aduenientũ.& quia deus primus cõsequẽter sine subsequẽtium adherẽtia.& quo niam sine adherẽtia nullatenus potest esse corpus.Non enĩ datur corpus sine loco:quum relatiua hec sint p mutua naturali adherẽtia. ¶Amplius omne corpus ab alio corpore cõtrariatur.Deus nullum habet cõtrarium.Igitur deus nõ est corpus. ¶Maior seu quod omne corpus ab alio corpore cõtra rietur experiẽtia probatur.Nam unũ animal alteri contrariatur unum elemẽtũ alteri elemẽto & radii celorum qñq; calefaciũt:& qñq; frigefaciunt:elemẽta & alia hic inferiora tum & inferiora corpora ce lorum radios in operãdo uariare faciũt:ut patet in fenestra seu foramine alicuius edificii: quod i radiis lune uariam ppriẽtatẽ ponit ab illo:quod in locis expeditis erant:& nubes sepe solarios radios impe diũt:itidem & terra causa quod quãdoq; hic dies & quãdoq; nox alibi:& corpora celestia etiam iter se sepe impediũtur:ut in eclypsibus comprobatur.nec ullum experimur corpus ab omni cõtrarietate ex emptum.igitur deus nõ est corpus.nam dum de corporibus loquimur:quum ipsa corpora de natura sensibilium sint.ubi nullam sensatiõnẽ inuenimus:blasfemiam cõtra nos ipsos duceremus asserẽdo cor pus eẽ.De deo:nullam habemus sensationem:ergo absurdum esset opponeř:quod corpus sit eo:quod pluribus uiis repugnat. ¶Preterea ex uniuersali doctrina habetur:quod duo corpa nõ possunt esse simul quãdoquidẽ unumquodq; corpus supficiem ab omnibus aliis distinctam continet.Deus est ubi q;:quoniam omnia ab ipso dependent.igitur deus non est corpus.Et si infertur:quod mixtum cũ aliis corporibus extenditur p oĩa corpa:negatur.Quoniam deus simplicissime simplex est:& quidquid sim plicissime simplex:idẽ incõmixtibile.Deus est huiusmodi.sequiť cum aliis cõmisceri non posse Corpora enim cõmixtibilia generabilia & corruptibilia sunt eo:quod in mixtione unũ tm̃ corpus faciunt nõ tñ simplex.Et sic quia de uariis naturis cõstans solubile est:Deus est simplicissime simplex & eternus:ergo nõ potest in uariis modis se habere:ideo q; nõ corpus cum aliis cõmixtibile.& si ñ cõmixtibile minime ubiq; eẽ pt.non ubiq; ergo non possunt omnia alia entia ab ipso dependere.Omnia ab ipso depẽdẽt: ergo est ubiq;:est ubiq;.igitur non corpus. ¶Insup deus est infinitus:ut in aliis locis pbamus : ergo non põt eẽ corpus ex eo:quod corpus metas ab alio positas habet scilicet ad opus seu superficiem.Vn de sequitur aut quod sunt duo infinita aut uero circũferentia:que deum circundat est infinita :& deus finitus quoniam circũdatus.quod necubi admittendum. Non duo ĩfinita:quoniã a natura repugnat quippe:quod infinitum omnia comphendens & a nullo comphensum dicit.& plura infinita stare non possunt.nulla circũferẽtia potest eẽ ĩfinita:quia cum alio habet inherẽtiam.& si cõcederetur:quod infi nita ea circũferẽtia esset deus.Sed negatur quod deus sit corpum circũferẽtia:quandoquidem circũfe rẽtia tãquam locus se habet:& deus nõ est locus. ¶Et si dubitatur:quod nulla res icorporea:seu spi ritus sit in uirtute opum:pbatur:nã de natura cuiusq; corpis est aliud corpus expostulare tãquã obie ctum in quo opari potest:ut uisus colorẽ:extensa corpa lucem.Auditus sonum:Gustus saporem:olpha tus odorem:& tactus palpabilia:ac per eandẽ uiã cetera corpa ad opandũ aliis corpibus indigent. igiť quidquid absq; corporeis obiectis opatur:est incorpeum:nos in nobis ipsis aliquam uirtutẽ cõtinem9: que sine obiectis corporum opatur.ideo constat:quod ista uirtus:quam animam uocamus : sit spiritus seu res incorporea.Quia in istanti eius opatio p totum mundũ trãsit obscuro aut claro tpe loco clau so aut apto.Vnde pbatur.nullum a corpibus impedimẽtum habere:& quidquid a corpibus nõ impedi tur incorporeum est.& quoniam in nobis ipis rem adeo dignam inuenimus quacũq; corporeitate ca rentem:multomagis cõcedẽdum est:quod deus spiritus siue icorpeus sit eo:quod summe pfectus nullã ptem extra ptem continẽs:quia purus actus:quod est cuiq; corpi alienissimũ:licet q; ad pbãdum deum esse icorporeum:nulla occurrit necessitas.Quum omnes antiqui & moderni:qui sani intellectus sunt: idem hoc cõcedãt:& pbẽt:ubi oportet.Et sic quia uidetur mahumetum dixisse deum eẽ corpeum:a qui busq; religiosis & irreligiosis reprehenditur.licet quod mauri ipum comentantur asserendo quod fi guratiue hoc dixerit.

Quonam pacto mercurius trismegistus in ĩquisitiõe prime cause se habeat & denuo de intrinsecis & extrĩsecis actibus dei enarrat. Cap.viii.

¶Mercurius trismegistus in libro de potestate & sapientia dei primam causam inquirere incipit:quã quã sub ænygmate loquatur.& in paucis de iis que in simili inquisitione occurrere solẽt:multa secreta denũciat:ita icipiẽs. ¶Quum de rerum natura cogitarem ac mẽtis aciem ad supna erigerẽ sopitis iam corporis sensibus quemadmodum accidere solet iis:qui ob saturitatem uel defatigationem somno grauati sunt:subito mihi uisus sum cerneř quẽdam imẽsa magnitudine corpis:qui me nomine uocãs

In hunc modum clamaret.quid ē o mercuri quod & audire & intueri deſideras?Quid eſt quod diſcere
atq; intelligere cupis.Tum ego quis nam es inquam.Sum inquit ille pymander mens diuine potentie:
ac tu uide:Quid uelis:ipſe uero tibi ubiq; adero.Cupio inquam rerum naturam diſcere deūq; cogno
ſcere:Ad hec ille.Tua me mēte complectere:& ego te in cūctis que oparis erudiam. ¶Sentētia uero
iſtorum uerborum talis eē uidetur:Quum dicat ſopitis iam corporis ſenſibus:quemadmodum accide-
re ſolet iis:qui ob ſaturitatem uel defatigationem ſomno grauati ſunt.In his uerbis declarat defatiga-
tionem quam in īquirēda natura atq; cauſa prima habuerit.& pariter quod iam per ſeipſum āplius nō
ualuerit:quod mens diuina in abſcondito ipſum uocaret.In primis enim diſcurſib9 noſtris:dum ad ſu
prema deuenire uolumus:prius indiſtincta q̄ diſtincta in mentibus noſtris occurrunt.& ſic mercurius
inquit:ſubito mihi uiſus ſum cernere quēdam īmenſa magnitudine corporis.Et hic de tota natura cō
gregata ſeu de idiſtincto globo dicit.Et quum aſſerat:Qui me nomine uocans in hunc modū clama-
ret.Quid eſt o mercuri:quod & audire & intueri deſideras?Quid eſt quod diſcere atq; intelligere cu-
pis?hic mercurius aperit cur ꝑ nos ipſos ad ſecreta dei attingenda non ualemus:ſi ipſe deus non fauet
atq; antecedit.Et dicendo:tū ego quiſnam es inquam:Sum inquit ille pymāder mens diuine potētie:
ac tu uide quid uelis.Ipſe uero tibi ubiq; adero:Cupio inquam rerum naturam diſcere:deūq; cogno-
ſcere.Ad hec ille tua me mente complectere:& ego te in cunctis:que operaris:erudiam. In his autem
mercurius ea:que uult:aperit.& quis ſit:qui cum eo loquitur.Inſuper neceſſitatem ꝑpalat:quam de au-
xilio diuino ad cognoſcendū ſecreta rerū habemus.& ſic inquit complectere me tua mente :& ego te
in cūctis que oparis erudiam.Vnde nos edocet neceſſariū eſſe mentibus noſtris mentē diuinā ſeu auxi
liū comprehendere:ſemperq; in ea aſſiſtere:ſi ſecreta dei intelligere uolumus. ¶Preterea inqt.Quū
hec dixiſſet:mutauit formam:& uniuerſa ſubito reuelauit. Cernebā eni īmenſum quoddā ſpectaculū:
oia uidelicet in lumen conuerſa ſuaue nimium atq; iucūdum:quod intuentē me mirriſice oblectabat.
¶In his deſcribit:qualiter poſtquam amicus dei factus eſt:omnes obſcuritates:que in acie mentis ipſi-
us erant:abierint:& ſic ait mutauit formā & uniuerſa ſubito reuelauit:intelligas illud: quod prius ſibi
uidebatur eſſe īmenſe magnitudinis corporis in lumen conuerſum ſuaue nimiū atq; iucundum : quod
intuentē me mirriſice oblectabat.In quo denotat:quod in eo tūc deū cognouerit & non prius. In q
intuitione nimiū delectabatur. ¶Et ſequitur paulopoſt umbra quedam horrēda obliqua reuolutio
ne ſubterlabebatur ī humidamq; naturā migrabat ineffabili tum uultu exagitatam.Inde fumus quidā
magnus in ſonitū erumpebat:ex ſonitu uox egrediebatur:quam ego luminis uocem exiſtimabam : ex
hac luminis uoce uerbū factū prodiit.uerū hoc nature humide adſtans eam fouebat.Hic oſtendit mer
curius:poſtquam deum cognouit:quod cōuerſus ad ītuendum cōmunem naturam:aut ea que deus nō
ſunt:ipſa tanquā in horrendā umbrā ymaginatus eſt.& ſic de reuolutione ac diſtinctione rerū agit.Et
tractādo de tumultuoſitate humide ſiue cōmunis nature ait.ex hac luminis uoce uerbum factum pro-
diit.uerū hoc natur̄ humide adſtans eā fouebat.In quibus declarat:qualiter uerbum dei ſiue gratia fo
uerit:ſeu produxerit humidā naturā:ideſt generabilia & corruptibilia:& uidetur humidam denominar̄
eo:quod generabilia & corruptibilia humiditatē expetunt.& chaos ſeu reuolutio tāquam humidum fi
guratur.& in hac ſentētia mercurius cū moyſe conformatur dicente.Terra autē erat inanis & uacua:
& tenebre erāt ſuper faciem abyſſi:& ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas.Quod nil aliud expoſuiſſe
uidetur:niſi quod ſpiritus domini ſeu gratia dei nutriebat:ſeu diſponebat humidā naturā:atq; per ua
rias ſperas diuidebat.Et ſic mercurius:hec cōmota ſunt a ſpiritali uerbo :quod eis ſuperferebatur au-
res eorū circūſonans:quod inferre uidetur:quod ſpiritus domini ferebatur ſup aquas:ſcilicet deus gra
tiā ſuā ſuper humida natura ducebat ad ipſam ordinādam uel diſponēdam. ¶Et hic ipſa mens diui
na ad declarādū quecūq; ſuperius poſita erāt reuertitur ita dicēdo.Tum pymāder aduertis : quid ſibi
hec uiſio uelit:cognoſcam iquā ſcilicet mercurius reſpōdit.Ait ergo pymāder:lumē illud ego ſum mēs
deus tuus antiquior q̄ natura humida:que ex umbra effluxit : mentis uero germen uerbum lucens dei
filium.Quid ergo inquam:ſic inquit.Cogita quod in te uidet & audit. Verbum domini : mens autem
pater deus.Neq; enim diſtant ad inuicem:horumunio uite eſt.In his ultimis nil ſub enygmate mercu
rius loquutus eſt.licet cauſa breuitatis uerborum non omnes hanc ſententiam intelligant: ſed ſuccin-
cte omnia de cauſa prima ſiue de deo de prioritate eius ſuper omnia alia de productione inter perſo
nas diuinas de patre ꝺ uerbo ſeu filio ac de unitate pſonarū ī una & eadē uita & unione. ¶Deiceps
rurſus pymander:ſeu mens diuina potius ſupiora quatenus ītelligēda ſint declarat:ut de īfinitate dei
aperiendo ac de iis:que ſunt a mēte diuina nobis reuelāda:ſi ea ſcire cupimus. ¶Et ſubdit mercurius
petens de elementorum natura.unde emanauerit:pymander ex uoluntate dei:que uerbum complexa
pulchrumq; īuita mūdū ad eius exemplar reliqua ſui ipſius elemētis uitabilibuſq; ſeminibus exorauit.
¶Nunc mercurius ſimplicem mundi creationē:ex mera dei uoluntate eſſe aperit.& tamen intuen-
do ipſum mundū eſſe pulchrū ad exēplar ipſius dei:ſiue ad eius bonitatem elementis ordinauit:quod
plura animātia & ſimilia generabilia & corruptibilia nutrirēt. ¶Proſequēdo mens autē de9 utriuſq;
ſexus fecunditate pleniſſimus:uita & lux cū uerbo ſuo mentē alteram opificem peperit. Qui quidem
deus ignis atq; ſpiritus numen:ſeptem deinceps fabricauit gubernatores:qui circuiis mundum ſenſibi

lē cōplectūtur:eorumq; dispositio fatū uocatur. ℭIn quibus uerbis de deo exempto & patris fecunditate ac filii productione peragit.& filium seu mētē opificem denominat.Quod idē est:quod architector:quem postea plato posuit.Quūq; dicat:qui quidem deus ignis atq; spiritus numen:septē deiceps fabricauit gubernatores:in his de uerbo diuino aut spiritu sancto agit tanquā de mundi opifice.Et sic ait quod septem fabricauerit gubernatores:idest septem planetas:aut celos:in quibus planetas manere dicunt.Quūq; inquiat:quod dispositio eorum scilicet planetarum:fatum uocatur.hoc uocabulum inter plures gentes est cōmune : tamen ipse mercurius dispositionem esse ait:quod omnes concedimus:ītelligas quod planete nostrorum corporum ualitudinē ac debilitatem disponūt. ℭDeinceps aperit: qualiter planetarū dispositio simul cum elementis unif:& hec omnia simul cū uerbo diuino seu diuina prouidētia cūctis īferioribus administrāt:quod de cōmuni sniā habetur:dicēdo cōnexuit inde dei uerbum ex elemētis dei deorsum tenētibus purū nature artificiū:unitumq; est opificis mēti.cōsubstantiale eni erat. ℭIn quo de unione ad administrādū agit.& tū ꝓpalat uerbū dei esse consubstātiale cū deo patre.seu cū mēte exēpta diuina.& sic inquit:Mens quidē opifex una cū uerbo circulos cōtinēs: ac celeri rapacitate cōuertens suam ad se machinā flexit:eāq; uolui a pricipio ad finē absq; fine precepit.Incipit enim illic semper ubi diffinit.Hec clara sunt.Quia quū uerbū siue opifex mens atq; de9 sit :patet. quod omnes celos & cuncta alia cōphēdit:eisq; ordinē imponit:& quod celi incessanter uno & eodē loco semp moueātur. ℭDeinceps oīa alia q̄ sequūtur in his primis fundātur.& sic iis intellectis alia faciliter ꝑcipiūtur.Quū mercurius fere ī oībus ipsa ueluti byblia disponat. & alia in aliis philosophis & lege nostra īueniuntur taliter:quod si quis in lege philosophia atq; astrologia expertus est: quecunq; mercurius trismegistus dixit:itelliget licet ī ordine disponēdi sepe uarietas iuenitur. ℭAristoteles īquit de nihilo nihil fit:Quam tamen propositionem a mercurio assumpsit.& sic mercurius quis dicat de nihilo nihil fit:declarat quod mundus non ex nihilo:sed mera dei uoluntate productus.& uoluntas dei nō nihil:sed maxima essentia est.Sepe nos dicimus manus dei.Et ī lege ueteri:ī diluuio de deo loquens īquit.Tactus dolore cordis itrisecus:Delebo īquit hoiem:quē creaui:tū exponēdo has atq; alias his similes auctoritates nō dicimus:quod deus manus neq; cor habeat:sed qd hic figuratiue loquimur: & sic alibi mercurius:uniuersum mūdū uerbo nō manibus fabricatus est:opifex ipe uero sic.cogita illū ꝑsentē semper agētē oīa deū unicū uolūtate sua cuncta cōstituētē.Id enim eius corpus est nō tangibile nō uisibile nō dimēsum.nō distās neq; alterius cuiusquā simile. Nā nec ignis nec aqua nec aer nec & spiritus:uerū ab eo hec pēdēt oīa bonū uero ita est:ut sibi soli id competat.Et sic dicēdo:Id eni eius corpus est nō tāgibile nō uisibile nil aliud īfert q̄ manus dei nō tāgibiles nō uisibiles nō dimense . Sed summa essentia que idem est quod deus:& sic figuratiue hic corpus assumitur. ℭPlato tractando de prima causa ī snia & enygmate mercuriū trismegistū sequut9 est:ut in quadā epistola apparet:quam de prima causa ad dyonisiū sicilie regē scripsit:super tali snia īquiens.primus ad secūdum secūdus ad tertium & oīa ad unū:pariterq; ī enthymeo ī primo ente tres ꝑsonas aut unitates pōit:& perit:ubi quarta fit:taliter quod plato ī sublimibus mercuriū sequutus est.& aristoteles oīa altissima atq; pricipia ab ipso mercurio uel platone assumpsit.licet ea aliter q̄ mercurius & plato exponat.Mercurius enim & plato tā quā filii dei oīa sub administratione dei ponebant:ac nullū bonū fieri posse asserebāt:si mētē diuinā tā quā lumē semper añ mētes nostras nō haberemus.Quapropter iuxta hanc doctrinā de nullo homine cōsidēdū est:qui ī primis mētē diuinā non cognoscit:ipsamq; amplectitur. ℭSed dum in primis deū mētē diuinā cognosceremus:ac propiciā haberemus.deiceps omnia facillime apphēderemus:& moderatā administrationē īpēdere possumus.Et hec docet mercurius:quū ī pricipio querat deū & amicitiā cū ipso ineat:& doctrinā quoq; hauriat.Deiceps mercurius alios homines edocet. ℭMoyses etiā in operib9 suis a deo icipit:dicēs In pricipio creauit deus celū & terrā.Sed moyses sine enygmate & argumētatiōibus loquitur cōmuniter assumēdo:quia quādoq; ēt ipse figuratiue loquutus.Et ad ītelligendū enygmata ī quocūq; auctore oportet:qd plura alia ab ipso scripta aut ab eius discipulis siue magistris uideamus.& multis ac diuersis dictis simul comparatis semper aut communiter ea que sub enygmate dicta sunt aperiunt.

Qua rōne necessaria sit maior potētia ad semper essendū:q̄ ad creandū nouū mūdū. Cap.ix.

ℭPro cōdictiōib9 supius adductis cōstat qten9 uni soli cōueniat eē pricipiū:& creatorē toti9 mūdi: atq; ens p se.Vñ maiorē dignitatē & uigorē oñdit semp fuisse q̄ ī creādo mūdū:ex nouo licet ī creatōe nusquā accipiat substātiā uel materiā.Iccirco quis opa q̄ fecerit magna ac plura sint minima sigdē & pauce extimatōis respectiue ad diuinā magnitudinē reputari possent.Quod si celos āgelos & elementa cū ceteris ī eis habitātib9 assumimus:oīa simul uel unūquodq; eorꝫ p se itegra ꝑfectiōe caret.nā plerūq; passiōes & repugnātiā iuicē accipiētes patiunf:& eis determiāta mēsura atq; limes īponif .Deus autē imēsurabilis & icomphēsibilis est.Quoniā nō solū in eodē equalis mundo assistit.Verū etiā est tāto maior:quod nequit comprehendi:nec sibi limes imponi:& sub se quascunq; mensuras ac numeros

cōtinet: quis plures ymaginemur.

Qualiter creature in presentia diuina coexistant. Cap.x.

Enimuero tractādū est: utrū oīa entia sint ī diuina p̄sentia eo quod plerisq; hoc arduū esse uidet. Quoniā ante constitutionē mundi nulla erat creatura: nec in presentiarū sunt omnes: Que in discursu temporis eueniāt. Hec uero ps facile p̄batur. Quia anteq̄ creature aliquod esse haberent: iam intellectus diuinus quicquid creature habere possent conceperat. nihil enī aliud possidemus: q̄ quod ipse prebuit: & ante quo ad nos & nō quo ad deū assumimus. Et quia ipse solus nobis elargitus est potentiam ac dispositionē: quam possidemus: necessario qdem ante cōstōnē mūdi machine cognoscebat: qd nos agere possemus: & quid facturi essemus. Quum enim infinitus sit: infinite prospicit: & omnia finita determinat. & ita quicquid uenturū sub se cōprehēdit. Si enī dicimus fuit: atq; uenturus est: solū ex parte creaturarū ītelligitur. sed in deo de presenti tantum accipitur eo quod neq; prius neq; posterius habet. Et quia deus fuit: semp est: & erit: sicuti nunc est: & ubiq; manēs cum tali cōdictione: homines quoq; omnia uiderēt. Quanto itaq; magis de deo dicetur: cui nullū corpus accidēs neq; substātia īpedimētū inferre possunt. Quāquā spissa siue rara sint: & sic oīa corā ipso palam ueniūt.

Quod deus ubiq; manet: & quod in nulla re extra ipsum substentatur. Cap.xi.

Dicimus deū ubiq; manere: nō tamē ītelligitur alicubi substentari nec formari. Sed quod celum & terra cum aliis creaturis ī potentia uel p̄uidentia diuina fundanē atq; substētanē. Iccirco deum ascribimus ubiq; existere: Quoniā neq; finē neq; limitem habet. nō quod locū alicuius corporis uel substātie occupet. Sed quod in seipso manet. nūc ita ut erat añ mūdi cōstitutionē. Quanquā in celo manere dicamus: ītelligēdo illā partē mundi digniorem esse. Quoniam in hoc seculo ubi elementa attingunt inhabitatione nostra nō est perfecta atq; integra felicitas seu beatitudo. Quapropter nulla in celo uariatione existēte dicimus regem esse ubi creature eternā gloriā recipient. Ibi enim representationem aut uero diuinam uisionē habebūt. Alia tñ loca nō sunt ita naturaliter disposita eo quod īterdum ī semet ipsis cōfundunē. Ideoq; ab eis separati: liberi uocabimur. Quāobrē assidue precamur. Quod anime nostre in celū ascendant: ymaginantes eas esse ītegrā beatitudinem adepturas. Quoniam illic nulla erit tribulatio: nequidem in abysso requies. Quamobrem dicendum est principaliter deum in celo esse: q̄uis ubiq; maneat.

Quo pacto per effectus partium probetur mūdū non potuisse per seipsum esse. Cap.xii.

Initio huius libri diximus per effectus magnam causarū partē cognosci: pariterq; intelligendum est: quod cognitis partibus magna cognitio habeatur: qualis uniuersa mundi natura sit. Quum uero scimus quod celi stelle & animalia sunt ipsius mundi partes: ex quibus constituitur & uidemus: qd nos ipsos nullatenus ītelligeē nec nouiter formare possumus: necessario cōprobatur: nos ab alio profundiori ac perfectiori fundamēto esse nostrum accipere: quod manifeste superius apparuit. Quemadmodū enī unū ens est prius oībus: id solum per seipsum esse. & cuncta sub se continere potest. nec quispiā ualet ad ipsum comprehēdēdum. Nā qui ab alio depēdet uel comprehēditur: nō a seipso sed a quo depēdet pricipiū assumit: & ad hoc quod aliquis a seipso eē queat: opus est nullam habere cōtrarietatē: nec quod secum quicquam coequari possit. ex quo hoc tale īfinitū esse sequitur. Duo tamē īfinita seu omnipotētia esse nō cōceditur. Quoniam inter se cōtradictio erit eo: quod īfinitū pro re omnia subiiciēte ītelligitur: ī quo unū solū esse demōstratur. & ueluti istud tale solū potētiā eēndi per seipsum habet: q̄uis ab aliqua parte nō accipiat materiā nec substātiā aut principium: patet manifeste: quod nouū esse prestare potest quicunq; sibi placuerit per solam potētiam & uoluntatē: que utiq; infinite sunt. Quemadmodū enī īter esse & non esse īfinita distantia uersatur. ita etiam oportet ad deducēdum aliquid in esse: qd īfinita sit potestas. Attamen inferre possumus tñ distare īter esse & nō eē: quātum creatura deo īferior. Nos autē distātiā ex parte nō essendi accipimus. Quia sicut nō habet pricipiū mediū & finē. nō reperitur a quo initiū assūmamus. Igitur īter deū & creaturas duo extrema positiua sunt. & ibi īuenimus: qd sit accipiēdū. Sed ex pte nō essendi nihil est accipiēdū: q̄uis ī īfinitū discurramus. Infinitum uero p̄prie dicimus esse illā potestatē: que aliquid de nouo creare possit: nec materiā nec substātiā ex aliqua parte assumit: & ideo uni soli īfinito idē opus cōpetit.

Qualiter deus siue causa prima actus purus ac simplicissimus ab oī cōpositiōe alienus spiritus & ñ corpus sit. Cap.xiii.

Quū dicimus necesse eē ad primū ens p̄fectissimū per seipsum: & nō ad aliud eē deueniri. Quod

si seipsum & oīa alia perfectissime & absq; aliqua interpositiōe itelligit:sequitur quod simplicissimū sim plex sit:& ab omni compositione alienū. Vbicūq; enī compositio ibi saltem duo pricipia occurrūt ad cōponendum illud tertium. Et pricipia componētia saltem prioritate nature prius q̄ compositū sunt: & tūc cōpositū nō fuisset primū ens:nequidem perfectissimum. Quoniam in compositis unū pricipiū occurrit loco forme:& aliud loco materie:tanq̄ unū agēs:& aliud patiēs. Vnde in composito erit altera ps pfectior :& altera iperfectior: Et iccirco deus non potest esse cōpositus:tūc enī neq; primus neq; uniformiter pfectissimus:& in summo perfectissimo nō est magis & minus:igitur nec cōpositio. Et quia i deo nulla est cōpositio prius neq; posterius:& per se est quicquid est:oportet necessario quod purus actus sit & nō potentia. ℂ Quū uero deus per se & ab omni compositione alienissimus:sequitur necessario quod actus purus:& ubi actus purus ibi nil de passione itercidit:& quicquid ē a se id utiq; sem per est. Nemo enim generare uel agere siue causare seipsum potest. & quia deus nō factus non genitus nec ab alio dependēs. Sequitur quod est semper:& illud quod semper est:uniforme est. & quicquid uniforme principio medio discursiuo:& fine caret. Si enim hoc haberet nequaquā uniforme esset . nec a se ipso & semper. ℂ Et de iis colligitur. quod deus spiritus sit & non corpus eo:quod corpus de forma & materia ac de tribus dimensionibus cōstat:& ubicūq; dimēsiones sunt:ibi extensio seu magnitudo molis:& ubi compositio aut dimēsiones uel magnitudo molis:ibi etiam diuisio capi potest. & ubicunq; diuisio ibi passio. & in deo nulla est passio eo:quod purus actus. Rursum deus nō est corpus. Quum corpus relatiue ad locum seu superficiē se habeat. & deus ad nullam rem est omnino relatiuus : Quoniam per seipsum est & perfectissimus:quod nullo modo esse potest:si aliunde aliquo idigeret. Corpus de ratione sua ē mobile:seu motum suscipiēs. & quicquid mouetur:aliqualiter mutatur. & deus imutabilis ē. Corpus ut cōmuniter dicitur a superficiebus uel loco terminatur. Et deus ideterminatus est oīa cōprehēdēs & a nullo comprehēsus. Corpus itidē operādi tempus exquirit:& ubi tempus ibi prius & posterius. Deus sine tempore prioritate & posterioritate operatur. Corpus autē per intrinsecā uirtutē & nō p uoluntatē neq; per intellectū agit. Sed primum ac pfectissimum ens. Quicquid omnino agit:id nempe libera uoluntate atq; intellectu recensetur. ℂ Dicimus deum icorporeū seu spiritū esse eo : quod res spirituales sunt rebus corporeis digniores:ut inter animas animalium & eorū corpora comperimus. & quia deus primū ac perfectissimū ens:oportet quod digniori uia q̄ possimus ipsum assidue inqram9.

ℂ Entia spiritualia sunt magis digna q̄ corporalia eo:quod itellectualia & nec loco nec tēpore nec distātia idigēt:nequidē ad generationē & corruptionem subiiciunt :& corpora in omnibus multo minorem pfectionem habent:decet ut dicamus:quod deus sit spiritus:tamē summus atq; exempt9. Quanquā spiritus nō sit eiusdē speciei uel generis cum angelis & animabus. Sed tanto superius quanto isinitū a finito distat:& esse a se quantum ab esse per alium. Quum uero res digniores:quas nos intelligere possumus:spiritus sint. & a natura quicquid intelligere uolumus cum aliquo iam a nobis intellecto assimilare cupimus sub eiusmodi naturali ordine deū rebus spiritualibus ꝓ uiribus cōparamus.

Qua de causa cōtra Aristotelē & alios philosophos irreligiosos nos procedere oporteat eo:q; dicta sua contra decus legis religiosorū oppugnāt. Quum saltē tutiorē & laudabiliorē uiā q̄ irreligiosi assumamus. Cap.xliii.

ℂ Initio huius uoluminis in titulo totius tāquā ꝓ subiecto de ueritate legis & falsitate sectarū posuimus. Quumq; oēs opiniones que rationabiliter itentū suū probare uolūt:si modo legi diuine nō obediunt:& ibi nō adherēt false quidem secte sunt. Sectam enī nominamus dum erroneam opinionē esse dicimus:Et quia philosophi irreligiosi multa ac uaria legi diuine obiiciunt:de promissiōe nostra in titulo huius uoluminis est cōtra hi similes :inquātū poterimus decenter procedere. Et q̄uis propter philosophorum sapientiā licet irreligiosi essent colendi atq; honorādi sint cōceditur ex eo quod honestū. Attamen quāto sapientiores hostes:aut quod dicamus astutiores tāto deteriores. Et sub hoc itētu aspiciēdo & quatenus omnes contra religionē procedētes cum aliqua astutia & fortitudine: ab irreligiosis philosophis fundamētū assumunt:dum possumus ueritatē potius q̄ ab ipsis fundamenta tradita asseq; debemus nō propter maliuolētiam eo quod uarie sentimus. Sed tāquā ueritatis exploratores decet qd ubicūq; possumus mēdacia declinemus atq; abiiciamus. Et de hoc exemplū ab aristotele elicimus. Quū dicat amicus socratis amicus platonis:sed potius ueritatis. Quod si pro ueritatis cultu nec amicos respexit nec quemuis alium q̄uis magistri & eiusdē religionis:qui particularē legē nō colebāt: Quemadmodum nūc colimus:multomagis nos contra aristotelem & alios si male senserint:i aliquibus locis opponere debemus:ut ueritas ipsa in ueneratione cōseruetur. ℂ Et ne uideatur quod sine ulla ratione cōtra philosophos legē negātes disceptamus:dum necessitatem iuenimus de philosophis :qui prio omnia subtilissima & utilia humanis competētia tradiderunt uidendum est:quos apertissime comperimus religiosos:& non irreligiosos fuisse. quia egyptii omnes qui ꝓbitate floruerant: sub aliqua religiōe degebant. Moyses a quo multi multa acceperunt religiosus erat. Et Mercurius quoq; trismegistus :pyctagoras:entymeus:socrates & plato:ac pleriq; alii:qui diuini potius q̄ humani reputati sunt. Et de irreli-

gliosis nullus probus neq; sapiens usq; in tempus aristotelis reperitur. Et aristoteles respectu religiosorum modernus est: & ab eis quicquid boni & acuminis indiderit assumpsit. & religiosi presertim ueteres nequicquam ab aristotele. Quapropter si respectus obseruādus est is utiq; irreligiosis attinet. Quum ipse de ultimis sit & religiosorum discipulus. Quoniam sua ab eis principia colligebat. ¶ Sed nunc postpositis uetustatibus aut quis alterius origo fuerit: & de magis bono aut minus bono intelligamus. si enim irreligiosi meliora ac tutiora assumunt: comendandi sunt. Si uero non meliora sed potius deteriora religiosos tātum assequi debemus. At qui meliora assumit in paucis patet potest: ita dicēdo aut quod dignius est rationalem & imortalem animā habere: aut uero irrationalem & mortalem: Immortalis siquidem & rationalis est mortali & irrationali perfectior. igitur quod melius id dignius. Religiosi enim inquiūt in nobis animam rationalem particularem atq; immortalem esse: & irreligiosi econuerso sentiūt. Nos ergo digniora assumimus. ¶ Insuper illud quod semper uiuit hic perfecte & alibi perfectius est cōmendabilius omnino q̄ illud: quod hic solum uiuit & paruo tempore. Et quum nos ceteris animalibus digniores dicamur. Quanto plus perfectionis habuerimus tanto decentius & laudabilius.

¶ Preterea ad tutiorem aut periculosiorem partem deueniēdum est. & dato pro possibili quod irreligiosi uerum dicant deum nil extra se intelligere: & quod anima nostra simul cum corpore moritur penes hanc opinionem quod anime uiuant aut non uiuant: nil boni elicere possumus. Et si uiuunt multis malis tolerandis obnoxii sunt. quum deum & propriam immortalitatem dum hic erāt denegauerit.

¶ Religiosi uero tutiorem partē atq; honestiorē assumunt. Nam q̄uis id quod dicūt mēdacium eēt: corpus & anima mortua nil ꝑrsus de malo nāciscentur. Quod si anime uiuunt multa profecto bona. Nihil enī de dignitate sua nec de deo negauimus: sed semꝑ sub ueneratione colimus. Et quia pars religiosorum absq; periculo: & dignior aduersaria est: utiq; sine scrupulo tenēda: ac uenerāda: & de naturali ordine ubicunq; due partes aduersantes occurrūt probabilior atq; tutior eligēda est: & īferior penitus abiicienda: dummodo decētius non probauerit. Et si ꝑ parte irreligiosorum opponeretur. Q̄d incōueniēs sit īfinitum dari. uereor ne forte minime intellexerint: quid sit īfinitum. Infinitum enim nil aliud significare uult q̄ rem incōprehensam & cuncta comprehendētem. Et per numerum nullum infinitum ī actu intensiue dari potest: licet in lōgum discursum tēdamus. ueluti ī numeris ac litteris patet. Vnde cōcesso quod anime nostre particulares atq; īmortales sint: Quod īcōueniens ex hoc oriri poterit. anime enim nequeūt tot esse quot & numeri: quos numeramus. & littere quas agimus. ¶ Et si sibi de creatione difficile uidetur aristoteles siquidem & oēs alii sapiētes concesserunt: quod in pria causa nil magis & nil minus: sed quod tota equalis. & ubi uelle posse & scire equalia sunt: facile est nouum absq; assumptione materie creare. Quippe quod idipsum ab unoquoq; fieri posset: si modo sapientiam & potētiam cum uelle equalē complecteretur. Et sic nullum icōueniēs ī religiosorum sententia reperit: imo potius multa ibi bona contēta & in opinione irreligiosorum plurima mala nec quicquam boni. Attamen ad procedendum cōtra nōnullos irreligiosos philosophos per usitata argumenta perdifficile est: presertim contra aristotelem eo: quod ipse proprius fons argumētorum atq; obscuritatum fuit. & quum a natura datum sit quodcunq; cōtrarium suo cōtrario destrui: oportet ad delendas obscuritates seu implicata argumenta explicatas demōstrationes adducamus. & per hanc uiam facile erit delere sagacitates argumentātium. Quoniā tātum quātum ī obscuris argumētis talis doctrina ascēdit: in declarationibus declinat. Quum claritas laudabilior obscuritate sit: semper de ratione possumus comprimere obscure loquentes: ut ad claritatem diuertāt. & ipsi uero nequeunt nos ad obscuritatem cōuocare. nam īhonestum esset explicatum pro inexplicato & apertum pro obtuso dimittere: quia circa meliora semper attēdēdum est. ¶ At uero quid mali humano generi ascribitur si modo aristotelicā doctrinam defuerimus. Quum sola utilitas honestas & uerum decorem ī cōmuni tum anime tum corpis bono fundentur. & aristoteles nil profecto boni ꝑ animarum & corporum salute persoluit extra moralitatem intelligas quum parum de sublimibus attigisse uideatur: in quibus animam nostram collocare in dies cupimus: parum itidem & de infimis ad corporū medellam & cōseruationem attinētibus. Et de his sublimibus archanis atq; anime competētib9 etiā quamplures alii philosophi: qui religionem sectabant melius aristotele exposuerūt: & de īferioribus medici tutiorem uiam tradiderūt. Quāquam ī modis disputādi seu in mediis inter sublimia & infima expertissime omnino ab eo explicatum fuerit.

¶ Preterea nequidem decet assequi plures dicentes: audiamus irreligiosos philosophos: dum in philosophia loquuntur: & tunc eos dimittamus. Vbi de legibus presumere uolūt ad probādū ꝙ ab irreligiosis sit audiēdum: tale exemplum assignāt. v3 si bonus est homo: nō sequitur ergo bonus faber. Nam potest esse ꝙ aliquis optimus sit: & tamen parum uel nil de arte fabrili scire: in quorū oppositum nos ita obicimus. ꝙ quamplures pexime consuetudines sunt propter mala comertia in adolescētia confederata. Et quū naturalis philosophia sit cōis scientia ad quascūq; facultates presertim subtiles & ꝓfundas: addiscentes ipsam ī aduersam partem nimiū contra diuinam legem pugnare solent. Vnde plerunq; in maximum scandalū incurritur: maximeq; dum ꝑ longā cōsuetudinē erroneum habitum agimus: perdifficile est ꝙ excludatur. Ideoq; theologorū philosophia est addiscenda. quoniam penes religiosos tenē dum eēt mūdū precise a deo eē creatū: & irreligiosi longe aliter sentiunt. quapropter diuersa philoso

phie principia a plerisq; elicsunt. Vnde ea diuersimode assequi debemus: si modo boni religiosi esse cu pimus. ¶ Redeúdo ad exéplū: initio huius capituli positum aimus: q aliquis potest esse bonus homo & tamen non exptus faber: sed bñ asserimus quod non pōt esse bonus faber: quin sit bonus homo: exē pli gratia. Erit unus faber in arte sua peritus tamen cupidus ac dissolutus. Quocirca sepissime accidit: quod propter fantasiam: quam de lucro habet: equos non ferrat nec uti deberet curare eos intendit. & ita quandoq; ob hanc causam equi pereunt. Plures quoq; medici uolentes pro maiori lucro curas dila tare: plurimos homines ad morte deducunt: aut maximis & intollerabilibus cruciatibus eos affligunt. Quod si medici boni homines fuissent: aut honeste uixissent: id minime accidisset. nam medici dum pro bi ac boni uiri sunt: diu noctuq; pro egrotis inuigilāt. & non ad decerpendam pecuniam uacant: imo potius ad infirmorū cōualescētiam. Et idem exemplum de irreligiosis philosophis ponemus. Qui licet docti sint quamplures dūmodo eos precise ascultauerint ob cām sectandi suā opinionē in dānationē cōpellūt. Quocirca reliquēde sunt irreligiosoꝝ scripture: nisi ubi eas supficialiter pspicimus.

Quod posteaq̄ in senium aristoteles attigit ad religiosorum quoq; sententiam appro ximare uidebatur: taliter quod in cunctis facultatibus non est suis dictis aduersandū: nisi tm̄ in philosophia & q̄busdā aliis rebus in adolescentia tactis. Cap. xv.

¶ Assignauimus iam superius nonnullas causas: quatenus multotiēs nos oporteat aristotelicis fun damentis obiicere. Sed nolumus ut hoc in quibuscūq; operibus eius presumatur: nisi tantum in libris quos de naturali philosophia inscripserat iuuentutis tpe compilatos tunc eni forsitā quodam modo cu piens a preceptorum disciplina extolli & aliquam doctrinam ex seipso in lucem pferre multa quidē ī antiquorum redargutionem exegit: ī quo tamen penitus contra diuinas leges procedebat. Sed dum ad etatis maturitatem deuenit: gradatim in temperātia scribendi idies excreuit: & sic ī methaphysica ad utrāq; partē scilicet tum ad religionē tum ad irreligionem ambiguus capitur: uerum in hoc loco & aliis similibus passibus obscure scripsit: forsitan ne ī physica male sensisse uideretur. Quod si physica iā diuulgata erat nequaquā sine aliqua sui reprehensione ac reprobatione: eam amplius corrigere pote rat. Quapropter plerunq; uult physicam ī methaphysica moderare: ueluti dicēdo. Si omnis substantia est mobilis physica est philosophia prima: sed si aliqua substantia est immobilis: illa est prior: & scientia de illa est prior q̄ physica. & sub tali consideratione methaphysicam tm̄ primam philosophiam esse di xit. Et dum de physica ageret. Quum ad octauū celū & suum motorem deuenit: credidit nil aliud supe rius ac prius esse. Attamen aliter in methaphysica sensisse apparet. ¶ Item alibi methaphysicam in quit diuinam esse scientiam: in quo palam ostēdit quod plura deus intelligat. ¶ Et similiter pria cau sa est magis digna in esse & unitate cūctis aliis entibus. Quoniam omnia esse & unitatem a prima cau sa acquirunt. Et quum dicat primum esse & unitatem a prima causa accipimus: fatetur: quod totaliter per primum esse nostrum: a deo producti sumus: nec quicquam aliud religiosi dicimus: alia quoq; his si milia quamplura innectit. ¶ In moralibus autem aristoteles ipse omnimodo cū religiosis philosophis conformatur. Et hic potius q̄ alibi est credendus. Quum iam ad uetustatem deductus cuncta melius ac tutius respicere poterat. Et ī iisdem locis non aliter q̄ religiosus aut seruus dei approbādus est. ubi phi losophia religiosorum & philosophia Aristotelis eadem precise erit. Demum assidue sub hac precipua condictione: quod nequaquam de eternitate mundi intelligatur: nec quispiam fundari presumat. tunc enim super falso edificaremur: & consequenter opera nostra in cassum essent. In hoc uolumine sepe ali qua subnectam: In quibus quidem locis proculdubio stultum atq; inane esse opinor uelle eundem Ari stotelem sophisticis additamentis & cōmentariis ad integram religionem deducere. Quum apertissime tanq̄ irreligiosus scribat.

Quatenus contra irreligiosorum philosophorum opinionem probamus deum infi nitum esse. Cap. xvi.

¶ Nonnulli irreligiosi philosophi dixerunt: non esse dandū aliquod infinitum: de quo nos aliter sen timus. & ideo creationem damus: que nullo modo esse potest: nisi per infinitam potentiam. Irreligiosi philosophi quedam inconuenientia adducunt: ueluti dicendo: si aliquid esset infinitum: totum mundū occuparet. & tunc unum ens esset: & non plura. & exemplum de corporibus adducūt asserendo: Quod unum alteri contradicit. Quamobrem si unum omnia comprehendit: uel implet: aliud manere nequit. hoc autem exemplum nullam habet efficatiam. Deus enim quum summe simplex sit ab omni composi tione alienus: nullum occupat locum. Iccirco ubiq; manere potest: & absq; alicuius impedimēto manet. nam quidquid simplicissimum simplex & incomponibile: nullam repletionem cum esse suo itrinseco po nere potest. & ubi repletio nō datur: nequidem manendi contrarietas. ¶ Et si fortassis proponeret: q ueluti corpus corpus occupat: ita spiritus spiritum: & dantur plures spirituales preter deum. igitur si ipse infinitus esset: omnes mansiones spiritualium occuparet. Ad quod rńdetur: q aliq corporee res

cum corporibus manere possunt absq; aliqua dirruptione: ueluti radii solares in aere & in uitro atq; in aliis corporibus diafanis: eo q radii solares non sunt eiusdem speciei cum his corporibus. & ita deus qui non est eiusdem generis nequidem speciei cum angelis animabus uel cum aliqua alia re: neq; se habet in modo subiecti: neq; forme: nisi tanq̄ assistens potest ubiq; manere absq; impedimēto alicuius rei. Quapropter religiosi philosophi habita cognitione unum tantū posse esse infinitū inquiunt: persone diuine ueluti pater & filius inquantū pater: & filius non sunt īfinite eo: quod una persona nō continet totū illud: quod alia habet. nam paternitas soli patri competit: & filiatio soli filio. Et sic una persona non comprehendit aliā. & ideo non infinite: nisi idemptice inquantū pater est: essentia & deus: idem de filio & spiritu sancto dicimus. & similiter tenendum est: quod non sint finite eo: quod finitū intelligitur pars entis: uel illud quod non est totaliter perfectum: & quia pater est perfectus atq; omnipotens: non est dicendum: quod sit finitus immo infinitus idemptice cum diuinitate & non finitus nec infinitus formaliter: inquātum pater eo q tres persone sunt. Sed unus deus & unus infinitus. Quoniam deitas & infinitas est res tribus cōmunicata. Quocirca dicimus patrem generare filium: qui deus est: & inquantum deus: infinitus est pater: infinitus filius: & infinitus spiritus sanctus. Attamen ut pbari possit: quod infinitum omnes uirtutes contineat est dicendū: quod paternitas uel filiatio non infert perfectionem infinitam ideoq; pater idemptice aut inquantum deus infinitus ac perfectus est. Et secundū paternitatē nō est finitus neq; infinitus: & nec perfectio nec imperfectio super alias personas sibi attribuitur imo equalitas. Quoniam uero per relationē & distinctionem ab aliis personis diuisus est: non constat paternitatem esse infinitam nisi idemptice cum patre. Et pater est deus: & deus in se paternitatem filiationem & inspirationem complectitur. & sic unus solus deus est infinitus: summe perfectus & non plures.

Quo pacto qui habet equale posse cum uelle potest mundum creare. Cap. xvii.

Iam in capitulis superioribus satis percipi potest unam primā causam esse superiorē atq; alterius nature q̄ mundus: & quod illa tantūmodo sit per seipsam & nulla alia res. Et quū totus mundus ab alio sit: totus mundus dependet a deo. Sed penes eiusmodi dependentiam quidā cōmunem philosophiam īsequentes non recte ītellexerūt: ut ī pluribus locis assignabimus. Quia ipsi quodāmodo uolunt mundi dependentiam accipere tanq̄ a causa efficiente: ueluti magister ī edificiis seu īstrumētis se habet. Quoniā ab uno materiā accipit: & aliud agit. Nos uero depēdere uocamus per primū signū essendi: & quo ad ueritatē illud: quod nō ē a se ab alio accipit suū primū pūctū essendi. & qui est a se etiā intelligitur: quod habeat primum signum essendi per seipsum. Iccirco illa que dependēt: p primū esse suum dependent. Et qui debet talem nouitatē aut esse: quod nōdum erat: creare uel prebere: oportet necessario se ipsum & omnia alia perfecte intelligat: & equalia habeat scire posse & uelle. Quum uero facile sit uelle creare: qui adequatū habet scire & posse cū ipso uelle: de facili rem nouam creare potest. Quoniā aūt creare opus bonū est: deus debet hoc uelle eo: qd talia opera sunt signū dignitatis ipsius dei. Et quod deus actus purus sit & totus equalis apud oēs sapiētes pater. & cōcessa hac parte decet cōcedere: quod nouas res creet: presertim quod oēs dixerunt mūdū a deo depēdere & non esse de natura eius. In quo cōsiderādū est: qualis prima causa sit tot producēs: & an sterilis an uero fertilis per intrinsecā naturam. Nos aūt asserimus: q unaqueq; res priusq̄ ad extra producat: habet aliquod intrīsecū principiū producendi. Et si in se sterilis est: nequit ad extra pducere. Quamobrē quū deus pintellectū simul cū uelle omnia procreet: oportet eius intellectum memoriam & uoluntatem fecundas esse. Et quia primo deus īntrinsece semetipsum debet ītelligere: & ītelligentia sua fertilis est: decet quod seipsum intelligendo uerbum uel sapientiam sibi similem generet. tamen in hac generatione deus pater uocatur: & postmodum ad extra mundum producit. Et posteaq̄ uidemus mundum non posse per seipsum esse: sequitur habere principium & non per se. Igitur ab alio: & hoc aliud unum ens primum tantum est: quod deum uocamus. & illud est usq; quo discurrere possimus: ad inuestigādū primā causam. Et quia oia inferius dimittimus loquendo de deo constat: quod prima origo omnium rerum sit: & quia prima necessario sola: ex quo oportet quod deus mundum pducat: siue intrinsece de sua substantia generet: aut uero ad extra p uelle & potentiā: & nō intrinsece: tunc enim mundus esset deus quod econuerso se habet. Itaq; mūdus extrinsecus dūtaxat pducitur. Philosophi autē: qui hoc negauerunt: decens fuisset ut demonstrassent si mundus nō est a se: a quo nam emanauerit. Quod si affirmas ab alio mundo pductū fuisse: peto de alio & alio: & sic in infinitum discurrendo. Vnde deueniēdum erit ad unum primum ens per se existens: & est causa omnium aliorum in primo signo suo essendi.

Quod plato tractando de rebus diuinis aut sublimibus seu quispiam alius diuinus philosophus est imitandus & non Aristoteles uel sequaces eius. Cap. xviii.

Postquam uidimus unum esse primum ens: ex quo omnia alia entia dependēt: cōdecēs erit aliqd pertractare de natura ipsius prime cause: & an habeat fecūditatē ad producēdū ītrinsece & extrinsece.

Attamen de intrinseca productione ubi de trinitate tractamus: latissime patebit. quis per unam & eandem uiam eamus. & in hoc loco aliquid de opinionibus Aristotelis atq; platonis interseremus: ut de philosophorum qui omnia antiquorum dicta coadunauerunt: & deinceps suum intentum posuerunt: tamen inter se uarie sentiebant. Plato enim altius tendisse uidet: ideo circa naturas intellectuales uersabatur. Aristoteles uero de rebus magis infimis & sensualibus agebat. Quocirca de diuinis tractando: plato imitandus est: & in sensualibus Aristoteles. Nā penes cōmunem doctrinā quisq; artifex in arte sua potiusq; in alia est tenendus. Ideo plato tanquam probus philosophus ponēs in dyalogis suis interloquutores semper sapientes uiros introducebat: ut in moralitate socratem. In speculabilibus seu diuinis enthymeum: & in sensualibus Aristotelem. Et quia hec optima uia extitit: nos eam imitari debemus. Quamobrem dimittendus est Aristoteles. Quando de rebus diuinis tractare uolumus. hec enim eius facultas non erat.

De opinione Aristotelis circa causam primam: & qualiter dicta eius stare nequeant. Cap. xix.

❡Quoniā de Aristotele aliquantulo est dicendū tractando de natura cause prime succincte aliqua uerba in pricipio subnectā: deinde ad platonem & mercuriū trismegistū: postremo autē ad christianos ptendā. & ibi uidebit: quatenus christiani melius de natura diuina sentiant: q̄ hebrei & mauri. ❡Aristoteles pro prima causa intellexit ens perfectissimū & per seipsum: sed ab omni cura siue extrinseca intelligentia alienū. saltē secūdū cōmunē expositorū sniam. Que quidē opinio nullatenus stare potest. Ipse enī confessus est totum mundū a prima causa dependere: & dependere est per causam materialē formalē efficiētem aut finalē. Et nō est dicēdū nos a deo tanq̄ a causa siue origine materiali depēdere. Ipse enī penes quoscūq; philosophos actus purus est & per quamlibet aliam causam quā a deo dependeamus: necessario quidem oportet: quod ipse nos itelligat. Si enim ab eo informamur nobis utiq; perfectum ac distinctū esse prebet. & talis ordo informandi esse non potest sine intelligentia exhibentis eā. & si dependemus ut a causa efficiente: sequit quod nos intelligit. De natura enim magistrorum est res quas facturi sunt intrinsece atq; extrinsece itelligere. Si uero tāq̄ a causa finali dependemus: finis semper erit principium seu fundamentum. Quod nostras uias regit & illud quod alia ordinare debet & modum elaborādi exhibere decet necessario: quod ipsa intelligat. Et ideo apertissime constat oēs causas extra materiales cognitionē habere de rebus eis suppositatis. Quapropter asserendo quod deus de rebus dependentibus nihil intelligat: cuilibet rationi impugnat. Si enim deus libenter agit: sequit qđ qcqd agit intelligit. Quod si necessario operatur p intrinsecam naturā agit. & id qđ p naturā: ē itrinsecū idipsum itelligere oportet. Vnde patet qđ in quoquomō Aristoteles ipsum ens pfectū appellabat. Sed tā obscure scribendo iperfectum esse imaginabat. Vltima enī pfectio est cuncta itelligere. & quod Aristoteles hāc partem nō recte itellexerit: manifestatur ex eo: quod nō explicauit i aliquo modo: quatenus & quo ordine mundus a deo depēderet. & quia hāc partem nō demōstrauit: sua quidem opinio sufficienter stare uel congrue teneri non potest.

Quod mundus non dependet a deo tanq̄ a causa efficiente sicuti domus a domificatore nisi tanquam a primo fundamento. Cap. xx.

❡Causa efficiens diuiditur in fundamentalē & instrumentalem: & causa instrumentalis idē est cum causa finali. Quoniā ab eadē causa per primā originē ad quā redituri sumus emanamus. Que quidem cā efficiens potest esse efficiens formalis & finalis: aut uero rectius ut in quinto libro patebit. Deus est causa dans principium finem materiā & formam: sicuti elementa sunt iuxta corpora generabilia & corruptibilia: elemēta enī de seipsis dant nobis materiā: & efficienter cōcurrunt. Quia absq; cōcursu siue actu elemētorum nō possumus generari neq; corrumpi. Quamobrem elementa efficienter atq; materialiter ad nostram compositionem concurrunt. oportet etiam quod semper efficienter materialiter & finaliter ad nostram substentationem accedant. Vnde assidue sunt in fluxu. Quia aliter res composite resistere nequeunt: quum elementa sint eis fundamentum: de quo semper fauorem uel nutrimentum recipiunt. ❡Causa uero efficiens instrumentalis aliter se habet. Quoniam tantummodo ad disponendum materiam alterius concurrit: aut ad transferendum ipsam de loco ad locum: ueluti patres faciunt dum filios generant: aut magistri dum domos edificant: sine qua quidem causa efficiente instrumentali sua causatum manere potest. Quoniam non habet precise suum primum esse a tali causa. prius enim materia nostra est in elementis & fundamentaliter q̄ in patribus. Vnde patres ad nostram generationem instrumentaliter concurrunt. postq̄ uero generati atq; nati sumus: sine patribus manere possumus: & domus sine domificatore: non tamen possumus absq; elementis degere. Quoniam fundamenta nostra sunt. Quum uero elementa ad generationes nostras materialiter & efficienter coincidant atq; occurrant: similiter deus efficienter dans nouum esse ad omnia depen-

dentia fundamentaliter occurrit. Et quū primum fundamentum de quo esse nostrum emanat simplex: & precise causa efficiens fundamentalis sit nihil habens de instrumētali oportet quod semper in fluxu versetur: quia sine ipso existere non possumus: aut esse nostrū obseruare eo: quod a deo principium in primo signo essendi assummimus. Queadmodū enī unū opus quod precise a motu nostro habet esse: nequit durare nisi donec nos ipsum administramus. ueluti est ambulatio aut saltatio que a motu uel le uitate nostra procedit: ac deficit ipsum dimittēdo mundus periret: dūmodo deus non administraret & quottidie substentaret ipsum. ¶ Et quod deus prima causa efficiens ac fundamentalis sit: constat p philosophos tam religiosos q̄ irreligiosos. Dicunt enī deueniēdū esse ad primum motorem: qui sic mo uet: quod non mouetur. Et quando ad talem motorem attingunnt: omnes motus inferius dimittunt. & prima causa absq̧ motu mouente: sequit̄ necessario ipam sine materia operari. Quia aliter non pos set absq̧ motu aliquo modo operari. ¶ Et quum motus a non mobili inchoet. patet a primo ente no uum habere principium. Et quod ibi non sit motus prior moto nequidē alteratio. Quemadmodū irre ligiosi inquiunt. Quoniam a non alterato neq̧ a mobili motus habent principiū suum scilicet a primo ente: & ita de motu qui prim9 in creaturis uidetur esse ex eo: quod per motus generamur: & sumus cau sati a re omnino immota: probatur manifeste: quod dat esse nouum absq̧ acceptione materie uel alte ratione ab alio aut a seipso: nisi quod per uelle impendit esse. Si enim per uelle non operaret̄ nō posset mouere. si ipsemet deus non moueretur: ex quo sequitur unum ens esse prius. & per seipsum per quod omnia ipso immoto dependent. Quod si deus esset causa efficiens tanq̄ instrumentalis: impossibile eēt alia mouere: si ipse non moueret̄: ut in patribus & magistris seu edificatoribus comprobat̄. Quāobrē cōcesso primā causam simpliciter mouere: necessario erit concedendum quod nouum esse prebeat sine alicuius materie cōcurrentia. & eiusmodi exhibitio creatio nuncupatur. nā prius neq̧ sic neq̧ sic erāt. Et si deus esset ut causa efficiens īstrumentalis: sequeret̄ primo fuisse mundū aut quascūq̧ alias res: & inde deū plasmauisse ipsum mūdū. Sed tūc mundus per prius aut in primo suo esse nō fuisset depēdēs. Quod utiq̧ est absurdū: & cōtra dicta philosophorum. Ipsi enim cōcedūt oīa a deo dependere. Et si prius sunt: q̄ dependeāt: in primo signo fundamētali non sunt dependentia: quod falsum est. Quia unū ens tantū per seipsum esse potest. & illud quod per se esse nequit: in primo signo suo est ab alio de pendens: & dicendo omnia extra unū: ita prima materia quemadmodū & ultima est: dependens: atq̧ ab alio primū esse suum assumens. ¶ Quanquā a nonnullis dicatur quod species genus ī abstractis absolutis & aliis similibus sunt essencialiter eterne. & postea per efficientiā seu creationem a deo ordi nate: assummunt esse & existentiā. Quod philosophie & legi manifestissime repugnat. nā cā inualitudi nis rerū dependentium probamus deueniēdū esse ad primū ens perfectissimū & per se: & non discur rendū in infinitum nec ad plura per se. Iccirco unus solus deus per se. & nulla alia res: & de hac materia in ꝓcessu huius libri & potius in quinto plene tractaturi sumus. ¶ Hic autē unū precipue ponem9. ad quod in quibusq̧ disputationibus contra negantes occurrere possumus. facile est enī negare siue de struere. Sed struere & probare omnino difficile. Quamobrē cōtra negantes de eternitate seu nouitate mūdi pertractando: due probationes semper ab eis postulande sunt. Videlicet quod ipsi probēt: quo modo deus potuerit totū mundū seu quascūq̧ res edificare: & de esse essentie ad esse existētie deduci: & modū quē habuit. Quū edificatoria sint sensibus patentia. Et secunda inquisitio erit quonā pacto ge nera & species seu uniuersalia absolute: que uos uocatis entia: siue essentia diminuta atq̧ inualida ꝑ se esse possūnt: & ab eterno. Quia hec similia de uno solo ente perfectissimo prerogatiue sunt: non au tem de entibus imperfectis uel sine actu que sine ualitudine dicunt: & ambabus his partibus ostensis uel aliqualiter probatis irreligiosi: aut sequentes ipsos cum ueris religiosis disputare possunt. & nō aliter de ratione tantum: nisi de presumptione fortassis. Quoniam nos dum ens per se probamus: ipsum uti q̧ dignissimum maximum atq̧ potentissimum ostendimus: in quibus quidem proprietatibus facilli mum est sibi mundum nouum creare. Sed inferre negando: de nihilo nihil fit: infima profecto lo quutio: & etiam negligenda: dum alia potissima & fundatissima non adducuntur: q̄ hactenus non uisa.

De eodem.

¶ Quod deus omnipotens apud religiosos & irreligiosos recte se hēre uideat̄ causa efficiēs denomi nari. quoniam ubicunq̧ due cause occurrūt tres uel quattuor semp prima ē cōsideranda efficiens: qd simpliciter absq̧ aliqua materia uel forma ꝑsupposita ex nouo operetur: aut uero quod materia aut ali qua forma ꝑsupponat̄: semp efficiens est causa pria in ordine causarum: secunda finalis tertia materia lis: quarta siquidem formalis. ut experientia lata cōprobatur. nā cū unusquisq̧ nostrū aliqd operatur9 est. oportet per prius esse tanq̄ efficiens: & in gradu secūdo: de fine operationis est cōsiderādum: tertio uero oportet materiā habere: in qua operari ualeamus: in quarto enim forma accedit: quoniam causa efficiēs nō laborat sup formā: nisi sup materiā p quā edificationē forma seu ꝑfectio ī materia ipsa igre ditur: nam si per prius forma quam materia esset semper materia fuisset perfecta: ita quod nil remane ret ad perficiendum in ipsa & quia materia perficit̄ per formam & nō in principio nisi in fine: cōstat eē

semp cõsiderandũ prius de materia quã de forma.& qđ prius materiã quã forma sit cõsiderãda circa oēs factores & a natura & arte patet.a natura quia in quacũq; cõpositione per prius materialia tanq̃ subiectũ iperfectũ sentimus:ut in spermate aut i embrione animaliũ:& postmodũ p aiam informatur. seu pficit.& ita in genesi habet:qđ p prius corpus hoīs est formatũ de limo terre & postremo deus insu sit sup ipsum formã seu aiam.in artificialibus eni pariter p prius materiã tanq̃ induunctã assummimus ut ligna & lapides.& postmodũ p edificationē sub forma domus ipsa materialia ponimus: & tũc pfecta denominat.Vnde fit qđ cã efficiens sp prima:& formalis uero ultima.dũ simul ad aliqd operãdũ occur runt. ¶Et q̃a causa efficiēs sp prima patet a nulla alia causa deducere depēdētiã:sed oēs alie cause a cã efficiēte oimõ aliquã deducũt depēdētiã licet qđ postq̃ efficiens nutrit finalē cãm fm ipsam finalem efficiens dirigit. ¶Et tñ semp cã efficiens.& cã finalis :in se distincte sunt.q̃uis aliis respectib9 eueniē tibus idē sint:exēpli grã:quatuor elemēta fundamētaliter assumpta seu p principia.cã efficiēs sunt sup generabilia & corruptibilia.& affectio ipsorũ elemētorũ generandi & corrũpendi inferiora ut bonũ eueniat:finis ipsorũ elemētorũ est.sed talis finis nõ cõuertit cũ principio.nã dũ finis cũ principio con uertit:de cã efficiente & de causatis p ipsam:itelligēdũ est.gratia exempli.elementa principia corporũ generabilium & corruptibiliũ sunt:& etiã finis cũ iferiora cõposita ad elemēta tēdũt.tãq̃ ad finem. seu ad principiũ de quo ortũ habent.& sic deus est efficiens oīum rerũ tanq̃ principiũ ad quē nos tendere debemus.sed respectu nostri finis uocat.qm̃ de se sp principiũ de quo oīa esse assummũt & semp prius esse assummimus quã ad ipsum redeamus.& sic saltem fundamētaliter assummēdo:semp causa. efficiens prior finali.quoniã p prius a deo dependemus efficienter.deinceps tanq̃ finē: ipsum aspicimus. Vnde oportet euenire ad unã solam efficiētē primã cãm ubi nulla alia causa consideret. licet quod tunc nõ appellaret ꝑprie cã nisi esse uel actus purus tantũ.sed q̃a põt operari ad extra.quomodocũq; operet. q̃uis sine motu per solũ uelle nouas res ꝑducat absq; alia materia presupposita cã efficiens denomina tur:cũ oimodo sit causa:eo quod ad extra aliquid operat.& oēs cause quomodocũq; assummant. ad unã de quattuor reducunt:& sic deus de cõi cõsuetudine loquēdi:nõ tñ in genere causarũ ponit. sed ēt i specie efficientiũ.in eo quod creaturas aspicit.Licet dicamus cãm causarũ summã cãm. cãm primã. sed q̃a agit alia & a nullo fit cã efficiēs nuncupari põt.qm̃ sub nullo alio genere seu specie causarũ:de9 est cõsiderãdus.preter genus efficiētiũ. ¶Et stricte uel late summēdo.tñmõ quattuor genera cãrũ dant.qđ de arte a natura uel sup naturã.aut casalia accipiamus:nã q̃uis lapis cadēs detecto. aut aliq̃ alia altitudine nõ sit oimodo ictus ad pcutiēdũ capud hoīs aut rũpēdũ ipsum itēdit deuenire ad cē trũ & pcutere oīa obstacula.q̃ p uiã iuenit.unde aliq̃liter ē cã dirruptiēis capitis hoīs. ¶Quãobrē dũ de quattuor causis cognitionē habemus:de oībus causis habemus cognitionem: tñ nõ itelligas.de oībus pticularibus nisi i specie uel i genere.nã plures sunt cause particulares.ista uel illa. que plura ad extra opant:de q̃bus nullã habemus notitiã. ¶Et pari mõ itelligēdũ ē.dũ asserit oē ens cē cognitũ a nobis uidelicet i pticulari i specie aut i genere:i particulari istũ hoiem aut illũ:i specie hoīes & equos. i genere uero aīalia sensibilia.atq; genus plantarũ.genus lapidũ genus metallorũ.Et postea potius uni uersalis cognitio habet i genere elemētorũ:& genere celorũ.& supius ascēdēdo.i genere substãtie & i genere accidētis.i genere corporeo.& i genere icorporeo.i genere actus:& genere potētie: i ente a se:& in ente ab alio:& q̃a nullũ ens sit:quũ sub aliqua cõsideratiõe istarũ uniuersaliũ cadat oimodo di cēdũ est:nullũ ens cē qđ nõ sit a nobis cognitũ sub pticulari uel generali cognitione.tñ itelligas.quod tantum cognitiones sub generalissimis generibus assumptis.late atq; confuse sunt:uelutí dicendo. om nino ens est a se uel ab alio actus uel potentia:corporeum uel incorporeum substãtia uel accidens:rea le uel imaginarium.

De opinione platonis & quatenus assignet deum & mentem:quam nos uerbum nũ cupamus. Cap.xxi.

¶Plato imaginari uidet unũ primũ ens exēptum:& non proprie ens:sed super omnia entia.& ideo appellat ipsum unitatē:siue monadē.Quoniam uult prius unitatē:deinde ens assignar. Quocirca nõ uult quod deus alia res q̃ unũ sit:nec uocat eũ essētiã esse:nec naturam. Et quia unum tantum exem ptum cogitat:deinceps actum eius imaginatur:ex quo fecũditatem siue producibilem naturã posside re cognoscit.Quamobrem plerīq; antiquorum asserebant deum siue primam causam habuisse simpli cem naturam pro masculo & femina supplentem. Et hic theologi nostri inquiunt memoriam fecun dam:idest habentem naturam producendi loco masculini & feminini generis. licet perfectiori modo. Et sic postquam plato cognouit naturam hanc producibilem : etiam cognouit eam generauisse : aut parturiisse unam intelligentiam seu mentem diuinam. & quod ista mens erat architector siue factor mundi intelligibilis atq; sensibilis : qui architector tanquam edificator habet in se prius omnes figu ras rerum : & deinde eas producit & hoc est naturalis ordo. Primo enim magister figurat alicu ius effigiem in mente ; & denuo eam instruit. ¶Et hic plato ordinem suum prosequendo : post quam mentem & ydeas siue cognitiones considerauit : quas de mundo mens habebat ; ait cepisse

mundũ in actu producere: qui nondum erat: nisi quod mens intelligebat: qualiter futurus eēt deinceps. Primo uniuersalem animam totius mundi creauit. Secundo machinam celestē. Tertio elementalia: aut quecunq; sub concauitate celi lune sunt. ℂEt mercurius trismegistus hanc intentionem habuit: ut postmodum uidebimus. & plato ab ipso censetur theologiam suã hausisse. At uero de Aristotele nihil ambigendum est: quod ab hoc nomine architector: a platone iam posito: suam opinionem de causa efficiente non adduxisset. Plato autem architectorem pro intelligentia diuina seu uerbo producto itelli gebat eo: quod per intelligentiam ipsius dei dependemus: & nõ tanquam ab architectore manuali ue luti templum ab architectore suo. & illud quod per intellectum solum potest mundum ordinare: seu ad esse deducere nullum potest ostendere inconueniens: quod nouum & essentialiter nil ante ipsum mũ dum presuppositum creare posset.

Quomodo christiani hebrei & mauri uidentur satis inherere mercurio trismegi sto & platoni. Cap. xxi.

ℂReligiosi siue christiani iudei & mauri admodum uidentur mercurio trismegisto & platoni inhe rere. Sed christiani saltem multa uidemus & citra mercurii & platonis dicta decernimus. Quanquam enim in aliquo eis cõcedamus: interdum uidemus non posse suas intentiones simpliciter manere. & pri mo de nominibus dei inchoabimus. nam ipse plato inquit monadē non esse ens esse neq; essentiam: sed unitatem pre cũctis. Et nos dicimus quod non assignantur a nobis ista nomina tanquam ultima pro pria aut intrinseca. At quia non possumus aliter loqui: dicimus ens perfectum esse perfectum. Et ens p fectum intelligimus esse unitatem perfectam: aut monadē. nam quum deus sit unus preceteris perfe ctus super unitatibus: pariter & ens perfectum est super omnia entia: & unum bonum atq; ens siue esse aliaque huiusmodi conuertibilia sunt: & ideo unum sine alio manere nequit. ℂMercurius trisme gistus in libro de potestate & sapientia dei: in capitulo quod sermo uniuersalis intitulatur duabus de nominationibus deum appellat: scilicet bonum & patrem: & cetera alia nomina seu inherentia ex cludit bonum per seipsum: & sic ipse deus tantummodo bonus. & pater eo quod omnia generat uel procreat. Et de uniuersali sermone cuncta altissima ac principalia: que in Platone & Aristotele repe riuntur: & quamplura in theologis nostris sub paucis in eo capitulo tacta sunt. hic uero edocet exclu dendas esse quascunq; inherentias extra deum: quem simplicissimum simplex uocat. Instruit etiam: qua liter omnia: que mouentur circa aliquod stabile motum assumant. & quod primum mouens semper im mobile maneat: similiter inter corporeum & incorporeum differentiam assignat. & id quod stans dat motum incorporeum appellat. Ait etiam deum primum esse non sibiipsi: sed nobis aliis & similia q̃ plura tangit: que postremo a grecis philosophis & nostris theologis sunt dilatata. Et hic patet ꝙ greci philosophi minus honorauerint mercurium trismegistum: q̃ honorare debuerant. Quum in principiis suis saltem plato & Aristoteles nil aliud laude dignum protulerint: nisi tantum illud quod a mercurio trismegisto acceperunt: nec ullam sibi gloriam referre uidentur. ℂEt quod aliquatenus deum possi mus diuersimode considerare: per platonem quoq; comprobatur. Quum deum imaginetur mentem producere. & ideo eam diuinam nominat tanquam intrinsece participantem. Attamen ponit ipsam mediantem inter deum exemptum: & mundum intelligibilem. In quo quidem passu christiani multo su perius ascenderunt: unde explicare potuerunt quid hec mens diuina sit. ℂEt hic mercurius trisme gistus conformis platoni uidetur aut inuicem ambo conformes: quorum tamen antiquior mercurius fuit: qui ita inquit. Mens autem deus utriusq; sexus fecunditate plenissimus: uita & lux cum uerbo suo mentem alteram opificem peperit: & in aliis locis ob causam generationis deum appellat patrem. ℂEt christiani mentem generatam siue uerbum dicimus esse secundam personam in diuinis. & quia generata ad similitudinem prime originis ipsam quoq; deum uocamus. ℂEt tale fundamentum ac cipimus. Quicquid est in deo est deus: & iuxta mercurium trismegistum platonem & alios diuinos phi losophos uetustos. Deus intrinsece generat mentem. & illam mentem artificem siue auctorem mundi esse aiunt. Et quia intrinseca in deo: est de natura eius & quia de natura eius necessario deus est. Na tura enim diuina indiuisibilis est: quis in tribus personis suppositata. Sed ad probandum quod mens sit deus: quam plato appellat architectorem seu factorem mundi: & mercurius opificem aliam uiam manifestam capessimus. uidelicet ꝙ quicunq; debet producere res nouas: que non erant aliquid: aut post nihilum: necesse est infinitam siue absolutam habere potentiam. Quia aliter non posset quicquid uult complecti. Et producendo nouum absq; acceptione materie ab alio: oportet poten tiam equalem esse: cum uelle sapientie & magnitudinis. Nam per uelle tantum quisq; intellectualis sufficeret ad creandum res nouas. Deest tamen nobis potestas & scientia: unde necesse esset: quod qui debet ex nouo creare infinitus sit. Quoniam in infinitum non est aliqua disparitas: magis nec minus: & ideo operari potest quicquid uult: & a natura repugnat duo esse infinita: quia infinitum omnia de presenti comprehendit absq; aliquo discursu. Quocirca non possunt duo esse: & per hanc uiam pa tet manifeste mentem uel architectorem mundi esse deum atq; infinitum: & nullum alium deum

preter ipsum solum. Vnus enim solus mundum creare potest: & eum perfecte itelligere. ¶ Si quis au tem infert: quod deus exemptus potestatem menti dederit: ut mundum creet quis deus non sit: hoc sta re nequit. nam potestas creandi absoluta est. & ideo in uno solo manere potest. Vnde comprobatur deum unum siue monadē: ac mentem uel factorem mundi unam naturam atq; unum deum esse: & non plures. & secundum quosdam platonicos quando hec mens deum exemptum respicit est iidem deus cū ipso. & quum inferiora respicit: se habet ut res a primo exempto diuisa. Illud autem quod in aliquo si gno est deus ubiq; est tale. ¶ Attamen hic mercurius plato & enthymeus maximum mysterium de nunciabant. Non est enim presumendum ipsos adeo errasse dicentes: quod mens diuina quandoq; erat deus: & quandoq; non deus. Quamobrem asserendum est quod cognouerint unionem inter uer bum diuinum & naturam humanam: & sic quando inquiunt: quod prospiciendo inferius: non est deus. hoc pro humanitate Christi siue anima & corpore eius assumunt. & dicentes deum esse: tunc pro uer bo diuino capiunt. Christus enim quoad naturam superiorem deus est: & in natura inferiori homo uel creatura. Et taliter intelligendum est: quod mercurius & plato architectorem mundi considerabāt pro uerbo diuino: quod nos dicimus.

Quo pacto christiani de deo aut de natura diuina intelligant: eam per personas explicando. Cap. xxiii.

¶ Posteaq̄ christiani per necessarios discursus cognouerunt deum & mētem diuinam idem esse: assi gnare ceperunt: qualiter intelligatur aliqua distinctio inter primam originem diuinā & suam intrinse cam productionem. Et primam originem uel totam naturam absolute consideratam appellamus deū. Quando autem coniecturamus: quod mentem siue uerbum intrinsecum producit: ibi deum patrem: deum filium: & deum spiritum sanctum nominamus. nam generare actio patris est: & generari actio uel receptio filii. Nihilominus pater est deus: & filius est deus: & non plures: nisi unus tantum. Quoniam essentia potestas & infinitas eius indiuisibilis est. Et hic etiam quasdam auctoritates accipimus: cum qui bus conformamur: ut de Sancto Ioanne euangelista. Quum dicat. In principio erat uerbum: & uer bum erat apud deum: & deus erat uerbum: hoc erat in principio apud deum. & omnia per ipsum facta sunt. ¶ In his uero opinio nostra percipi poterit: & mercurii trismegisti & platonis sententia demō strari. Quia dicendo in principio erat uerbum de principio productionis intelligitur. & q̄uis in pro ductionibus diuinis non sit proprium principium eo quod eterne sunt saltem: est principium imagina bile & ordo inter productorem & productum. Quoniam uero intrinseca productio est de natura pro ductoris: recte inquit euangelista & deus erat uerbum: hoc est ipsum uerbum erat deus. Et dicendo omnia per ipsum facta sunt: cum platone & mercurio conformatur. Cognouerunt enim deum fecun dum & non sterilem: ideoq; intrinsecam productionem posuerunt. Et quum hec productio siue mens sit prima rerum productio recte se habet asserendo ipsam esse ianuam: per quam omnia facta sunt: si ue ad esse deuenerunt. Si enim deus intrinsece non produceret: esset omnino sterilis: nec posset extrin secus producere. Et quia mens seu uerbum productum est productionis principium congrue dicetur. omnia per ipsum facta esse: maxime quod filius in diuinis uocatur intelligentia. presertim quum sit per intellectum generatus: & mundus per intelligentiam creatus. tamen intelligentia patris & intelligen tia filii idem sunt: atq; ideo pater filius & spiritus sanctus mundum creant: quia unus deus sunt. Et di cendo uerbū erat apud deū: inter generantē & generatū distictionē assignat & q̄a assignat ꝓpius ma nere asserit eē secundam personam rerum prime origini propinquiorem: & platonici similiter de uer bo siue mente asserunt. ¶ De spiritu sancto aliquas habemus auctoritates ueluti in genesi dicente. spiritus domini ferebatur super aquas. Et Mercurius trismegistus ait. deus cum uerbo suo mentem alte ram opificem peperit: qui quidem deus ignis atq; spiritus numen. & alibi erat enim umbra infinita in abysso. aqua insuper & spiritus tenuis intellectualis per diuinam potentiam in chaos inerat. floruit au tem splendor sanctus: qui sub arida & humida natura elementa deduxit. & hic pronunciat spiritum in tellectualem esse rem diuinam eo quod factor elementorum. ¶ Rursus probamus in diuina natu ra productorem ut pater: & productum: ut filius quoad naturam patet: inter patrem & filium omni no mutuum ac perfectum amorem uersari. Que productio uel amor ad communem inspirationem patris & filii emanatus apud christianos spiritus sanctus uocatur: habitis uero his fundamentis theolo gi christiani palam de trinitate seu natura diuina tractare ceperunt. Icciro dicente aliquo quod chri stiani quando de trinitate loquuntur: precise secundum fidem tendunt: & non penes naturale funda mentum longe aliter se habet. Quoniam primo intentum omnium proborum philosophorum assumi mus: dummodo de rebus diuinis sufficienter tractauerunt: itidem probamus omnia ab uno ente perfe cto dependere: & hoc ens non posse aliquo modo generare: nec extrinsece itelligere. si prius nō itelli git & ꝓducit intrinsecum. & talem generationē appellamus uerbū. aut secūdam personam in diuinis: & quod sit intrinseca generatio patet: quia extrinsecam generationem cernimus. & ē ordo nature d

uisibilibus ad inuisibilia procedere:& de notioribus circa nos ad magis nota nature.

Qualiter deus per nomen proprium intrinsece conuertibile esse tantum denominã dus est:& ꝙ proprie diffiniri non potest. Cap.xxiii.

¶Hactenus in superioribus capitulis agendo de nominibus dei ꝑpriis atq; appropriatis sequẽdo cõmunem uiam multa posuimus & etiam in aliis locis in posterum:similiter agemus. Verumtamen in hoc capitulo quod nunc aggredimur:forsitan nomen proprius dei assignabimus. Vnde dicendo ens unitatem seu monadem:bonum patrem:essentiam:quiditatem:uel substantiam: nomina sunt appropriata non autem propria. siue in primo signo conuertibilia cum ipso esse dei. nam cum solus deus exemptus sit:siue per seipsum.oportet tale nomen proprium habere:quod ab omnibus aliis rebus alienissimum sit. Et omnia hec nomina iam posita saltem aliqualiter ad aliud referuntur.nam proprie assumendo essentiam ad futurum tendens dicit: & sic omnibus creaturis attribuitur & id quod omnibus attribui potest:non est proprium soli deo.quiditas siquidem tanquam abstractum ab alio seu perfectio alicuius rei sonat.& deus.non abstractum non perfectio alicuius rei substantia ad differẽtiam accidentium denominatur. Vnde aliqualiter ad accidens refertur.licet ꝙ in quantum solus deus absq; aliquo accidente:ipse solus substantia.per nomen proprium uocari potest. Pater non exemptum omnino eo ꝙ ad filium refertur bonum ad recte operandum uel ad perfectum esse:unitas siquidem pluribus rebus competit. Ens uero penes sententiam quorundam philosophorum atq; de communi consuetudine loquendi compositum de esse & de essentia dicit:& deus uere nec compositus nec quidem componibilis. Vnde nullatenus ens denominari potest:licet ꝙ multa per superlatiua dicamus. Veluti diffiniendo:deus est ens exemptum:ens per se:ens summum:ens perfectissimum:ens simplicissimum. omnia hec appropriata sunt aut aliqualiter per uim deducta:quoniam in fundamẽto erramus: quum omne ens in primo signo quomodocunq; assumatur compositum dicit.& deus simplicissimus est: ita ꝙ non potest ens denominari:quum ens esse: & essentia simul dicat. Vnde necesse est.ut recte loquamur: ꝙ deum denominemus esse:uel essentiam solum:& non ambo simul non essentiam.quoniam essentia tanquam potentia uel materia se habet: atq; ad futurum tendit.esse uero actum atq; perfectionem dicit. Et ultra hoc apud omnes & in omnibus singulis esse absolutum dicit:nil superius:nil inferius continẽs. nil ad latera.non prius:non posterius:non de preterito non de futuro dicit.sed solum de presenti atq; indeclinabile. Vnde proprium nomen dei si intellectibus nostris occurrere potest:esse est:& non aliud quum nulli alteri conueniat nisi deo.nam unumquodq; preter deum ens est. & quodcunq; ens compositũ de eẽ & eẽntia. Vnde esse solum & deus cõuertuntur:intelligendo ꝙ in quacunq; lingua dicendo deus esse solum:seu sine essentia intelligatur. & sic per nomen conuertibile cum ipso deo dicendũ est:deus est esse.licet ꝙ est tanquam uerbum affirmationis se habet:& esse nomen proprium conuertibile.nam infinita uerba per nomina assummi possunt.sed uerba aliorum modorum non: ut dicendo amo curro:& quia est se habet tanquam uerbum ad aliud relatum:non uidetur posse conuerti proprie cum intrinseco esse dei:aut saltem non in primo modo:quoniam de ipso esse tanquam de primo fundamentaliter affirmat.& tamen assumendo in mentibus nostris illud est:per esse dei conuerti potest: licet semper in modo affirmationis dicat. sed quia uerba substantiua super omnia alia uerba fere per eodem esse nominum sepe assummantur:ueluti dicendo: ego sum: in quo esse meum refero. & tamen oportet ꝙ in responsione alicui dicatur:aut tendendo ad aliud. Exempli gratia aliquis dicit:quis es: & respondetur ego sum:presumendo: ꝙ in locutione cognoscamur si ad aliud tendens: dicendo sum. oportet addere homo animal rationale bonus malus aut similia. & sic dum dicimus deus est: esse est addendum.nam omnes creature sunt:tamen non esse solum nisi entia; & deus non ens: nisi esse. licet in sacra scriptura habeatur:ego sum:qui sum:& qui est:misit me ad uos.sit intelligendum:est: qui est:esse absq; aliqua essentia uel potentia.misit me ad uos. Vnde nomen proprium dei essentiale esse est.& non est dicendum essentiale sed essetiale: quoniam essentia secundum communem uiam imperfecte dicit:& esse perfectissime:ita ꝙ actus purus & esse absq; essentia idem est.& qr solus deus actus purus:ipse solus esse sine essentia. Vnde male dicunt illi:qui posuerũt deum equiuoce uel uniuoce in hoc termino ens conuenire:deus ens de ratione denominari non potest. ¶Sub hac consideratiõe deus non potest diffiniri iuxta communem consuetudinem diffiniendi in genere:non ponitur. quoniam deus & esse idem sunt.& omnia alia entia uocanda:cum de esse & de essentia constent. deus enim solum eẽ & qr eẽ sine eẽntia deus est.& nil aliud:non põt eẽ genus.qa de uno solo & non de pluribus dicit.& id quod genus est plura similia in una congregatione significat.& deus nullum simile in genere nec qdẽ ĩ specie habet.quis possumus ĩ mõ describendi deum diffinire. ¶Ita dicẽdo: deus est eẽ deus ĩ loco speciei que diffinit est ꝑ copulã uel affirmationẽ uero est ponit:& eẽ ĩ loco generis. Verũtamen quia deus & esse simpliciter idem est:nõ potest ibi ĩgredi copula.sed tñ affirmatio antecedẽs aut subsequens dicẽdo est deus:aut est eẽ:uel deus est:aut eẽ taliter:ꝙ in deo diffinitio propria non datur secun

dũ uiã cõem:ulam diffiniendi.& tamen dũ dicimus deus est esse p proprietates solas dei intelligimus. Quũ ipse solus esse sine essentia sit. ¶Et in hoc loco aliqualiter possumus inferre esse analogice siue gradatim de omnibus rebus predicari.quoniam nullũ ens est quin esse habeat.nequidẽ esse sine essentia datur preter deum cũ essentia ad futurũ dicat:ut in quinto libro patebit.Et quia prius eẽ quã essentia:omnis essentia aliquod esse in actu:in quo manet presupponit.Et quia deus solus est esse sine essentia:eo ꝙ esse simplex nõ põt.hic terminus aut esse in re de quocũq; esse uniuoce nec qdẽ equiuoce predicari:sed per gradus tantum perfectiores & imperfectiores esse simplex:aut sine aliqua compositione predicatio dei est.sed dum esse de creaturis dicit.semper cum essentia compositum est.Vnde quodcũq; dependens ens est:idest esse & essentia simul esse sine essentia uero solus deus. ¶Et tamen assumendo esse simplex per supremum gradum & omne esse compositum per gradus inferiores cõcedendũ est.eẽ gradatim de deo & creaturis predicari.sed non equaliter ut uisum est.Et hic nil contra christianam legem adducimus.quoniam recte dicere possumus.pater filius & spiritus sanctus idem in esse uel substãtia. ¶Preterea aduertendum est:quod dum dicimus esse analogice siue per gradus de deo & creaturis predicari:in errorem ne cadamus.nam cum esse dicimus per deum solum intelligendum est:ens uero per creaturas.Et sic nullũ esse recte assumendo de deo & creaturis predicari potest equiuoce:uniuoce:nequidem analogice.quoniam solum deus est esse sub uera denominatione.

An deus potuerit mundum ab eterno creare:& de nonnullis uariis opinionibus circa hanc materiam. Cap.xxiiii.

¶Auicenna forsitan non satis considerans partes siue dignitates ad potentiam creationis attinentes in sũa metaphysica ponit:quod celum lunę rationales animas producat.Quod esse non potest. Et hic creationem assignando etiam sibiipsi contradicit:quoniam sinit nos particulares animas habere. & quod sint ad generationem corporum creare.Deinde asserit mundum ab eterno creatum fuisse. Et super hac opinione auicenne q̃plures theologi aut a seipsis opinionem accipientes de hac intellectione disputare consueuerunt.Verũ deus ab eterno mundũ creare potuerit:tamen presupposito mũdum fuisse creatum & principium habuisse:& causa disputationis altercantur. Quum deus eternus & infinitus sit:an potuerit ipsum mundũ ab eterno creare:sicut cum produxit elapsis iam sex millibus & septigentis & tot annis:& hic pleriq; hanc materiam ferme indeterminatam dimiserunt.Alii autem affirmauerunt deum ab eterno mundum creare potuisse.De quibus unus est Beatus Thomas.Sed ignoro qua ratione hanc sententiam sit assequutus:ipsi enim hoc termino creare utuntur.& qui creatus est necessario demonstrat principium habuisse. Quapropter quod dicatur mundum creatum fuisse elapsis iam sex millibus septingentis & sex annis secundum communem religiosorum computationem : seu per mille milia annorum:aut per duos uel tres dies seu quemlibet alium numerum:eadem est ratio : inquãtum habere principium aut esse eternum.Et si taliter super huiusmodi materia scribere determinabãt: uidelicet quod deus mundum ab eterno creare potuerit:oportuisset ad probandum intentionem suã alio modo creationem accipere:q̃ ipsa sit:& terminum suum declarare. Et tunc non habuisset hoc nomen neq; esse creationem. Quum creatum omnino principiatum inferat : & eternum sine principio. ideoq; si creatum:non erit eternum:dummodo non intelligeremus substantiam mundi per emanationem a substantia primi entis.Sed tunc essemus dii:uel de natura dei. Quoniam uero aliter nos habemus necessario oportet deum esse per seipsum prius exemptum. & quod postmodum nos extrinsecus producat.

Quo pacto arguant:qui dicunt mundum potuisse ab eterno creari. Cap.xxv.

¶Theologi nostri ueluti Sanctus Thomas:& Scotus concesso:quod mundus creatus sit per tot annos & non eternaliter argumentationibus probare uolunt:quod deus ab eterno mundum creare potuerit.Qui pro maiori argumento asserunt.Quemadmodum diuina uoluntas est eterna : & uolendo creat.ita quoq; in instanti sola uoluntate sine aliqua temporis intermissione ab eterno creare potuit: insuper inter deum & creaturas non est dandum medium. Deus est eternus; igitur ab eterno potuit mundum creare. Sed respondendo ad argumenta primo dicimus.Si necesse est rem prius esse q̃ uelit: uel aliqd ad extra operet.Quoñ modo deus extrĩsece causare põt.si ipse prius nõ fuerit ab effectu distinctus.Si enim distinctus non esset:nullo mõ posset cã nec creator nuncupari: quum causa tanq̃ superius se habeat & superius semper in esse est prius fundamentaliter q̃ aliquid causare possit. Quoniam causare ad aliud refert extrinsecus manens. Vnde necessario oportet : quod prius intrinsecum q̃ extrinsecum sit. & sic dum dicitur. Deus uult ab eterno: conceditur. sed uelle intrinsecum & uelle extrinsecum habet : & oportet : quod intrinsecum priori gradu operandi q̃ extrinsecum potiatur. & sic de operatione intrinseca eterna per uelle intrinsecum concedimus : non autem de extrinseco, quia inter intrinsecum & extrinsecum distinctio est & in hac distinctione inter eternum

& principiatum designatio est. ¶ Ad alterum argumentum quod dr̃ inter deum & creaturas non est dandū mediū: ista propositio nō est neganda. Sed intelligēda: quoniam apud omnes nulla esset res dā da: quin sit deus uel creatura. & in hoc modo non est medium iter deum & creaturas: idest nil aliud: sed uera distinctio nō intelligitur hoc modo: quoniam inter entia & non inter nō entia distinctiões prio ritates & posterioritates cadunt: & de similibus hic itelligimus. Et quum deus actus purus sit: ut per oēs sapiētes conceditur: atq; probatur: & ab omnibus cōpositionibus alienissimus. patet deum nō esse con iunctum creaturis p itrinsecam lineā: nisi ad extra tāquam cā super causato. ¶ Adducunt quoddam exemplum: uidelicet de pede & uestigio dicentes. Quod si pes ē eternus: similiter & uestigium eius eter num erit. At nos hic petimus an de pede in eo: quod pes an uero de pede inq̃tum causa: nam cōceden dum est. Quod ponere pedem in aliquo loco: ubi effigies sua imprimi possit effigies seu uestigium ē in eodem istanti cum pede: nisi in eo quod nature prioritas interponitur: aliquam distinctionem natura tm̄ dicimus. Tamen oportet quod pes inquātū pes sit: priusq̃ uestigium faciat: quia in essentia seu natu ra pes & uestigium distiguūtur. Si uero uestigium de essentia pedis eēt: aut quod uestigium a pede ema naret per intrinsecā ac propriam substātiā in uno & eodē istāti uel sine aliqua differētia prioris & po sterioris: esse non possent. Sed quia distincte & diuerse nature consistunt: semper opus est priorem esse pedem. Et simili modo inter deum & creaturas. Quum eni creare dicimus extrinsece intelligimus. & in hoc termino ad extra eternum a principiato distinguitur. Et quia illud quod aliunde depēdet pricipiū habet pro magno seu minimo annorum numero: nihil ad esse eternum agit: maxime quia duos deos seu duas primas causas esse ratione repugnat: & itidem duo eterna coexistere non permittitur. Quo niam eternum totam mutationem expellit: quam quidē cōdictionē siue proprietatem mundus nullate nus habere potest. ¶ Dum uero uoluntas eterna dicitur pro itrinseca uolūtate dei itelligēdum erit. Ipse enim intrinsecam uoluntatem: quoad seipsum eternam habet: & extrinsecum intelligimus: quo ad creaturas. Intrinsecum autem & extrinsecū: quemadmodum propriū & improprium differunt: & inter has diuisiones principiatum & nō principiatū itelligimus. Quod pro altero eterno & altero creato as summēdū est: ad quod oēs distantie ingredi possunt. ¶ Vlterius circa omnes sapiētes habetur nil uo litū quin prius cognitum: & cognitio opus intellectus: non autem uoluntatis est. & intellectio ordinē per gradus tāquā priores & posteriores habet. Vnde oportet: quod uelle creare sit posterius in ordine cognitione creationis: & concesso quod hic ordo in deo eternus sit: dum creatur ad ipsum acceder uo lunt: oportet quod aliquam iueniant cessionem in quo interuallo principium creaturarum dicat. Nam hoc circa oēs sapiētes patet: qualiter ab omni itellectu fugit: quod deus sine pricipio potuisset aliquid ad extra: creare. cum de necessitate oīs res prius est i se: quā aliquid causare possit. licet quod uolūtas li bera sit: non tātum i deo sed etiam i creaturis. nam de uolūtate unusquisque nostrum posset in uno so lo instāti manēdo in hispania esse rome & etiam in uariis locis. sed de ordine intellectus nō cōcipitur: quomodo stare possit. & sic cum itellectus dei recollectissimus sit: oportet quod prius saltem origine co gnoscat creationem mundi: quam uelit ipsam operari: & intellectus nō est absolutus: sed regulatus. Vn de non ualet ponere uoluntas dei est absoluta ergo absolute. & sine gradibus ad intra & ad extra de9 operatur: quoniam ea que ad extra edificata sunt naturaliter loquēdo potius per intellectum quā per uoluntatē i esse ponuntur. ita quod non ualet: deus potest uelle creare ab eterno sine gradibus priori bus & posterioribus ergo potest creare mundū ab eterno: cum intellectus gradus hēat priores in se: & tāquā posteriores ad extra: aut saltem ea que ad extra ueniunt posteriora sunt.

Qualiter illi qui pedis & uestigii exēplū accipiunt ad emanationem diuinarum per sonarum pluries occurrunt. Cap. xxvi.

¶ Facientes comparationem de pede & uestigio ad productionem diuinarum personarum sepissime occurrūt: in quo tātūmodo prioritatē originis consideramus. Hoc autem nō recte se habet: quum i di uinis nulla sit absoluta distinctio preter distinctionem personarum per intrinsecum actum aut emana tionem. Et sic substantia patris filii & spiritus sancti est una sola eternitas: una sola sapientia: & una so la potētia: natura & eēntia. Atq; ibi solum diuisio per actus remanet. Pes uero & uestigium aliter se ha bent. Quum non sint eiusdem nature essentie & potentie. Quapropter si pes & uestigiū eterne coexi sterent: duo essent eterna & non unum solum. Quia unum ab alio per extrinseca principia distinguit. Vnde probatur pedem esse priorem uestigio. Vestigium enim non est aliquod unum essentiale princi pium cum pede nisi diuisum & totum suum esse per actum ipsius pedis omnino causatum. Et uerbum i diuinis non est causatum nec generatum in suo primo esse. Quia essentialiter est idem cum patre & in trinsece emanat: uestigium uero extrinsece a pede. ¶ Alia fit de sole & radiis comparatio: ad quam respondemus: quod si radii non sunt de essentia solis sunt tamen post ipsum totaliter producti: q̃uis sa ne dicere possemus itegrales partes solis eē: ut brachia crura lumbi pectus caput & totum corpus: qui bus simul iunctis animal constituitur. Et per hanc uiam non efficitur corpus priusq̃ sue partes: nec sol priusq̃ radii. Quum eiusdem nature sint partes constituētes & cōstitutum. At uero ad pedem redeūdo.

si fortasse quispiam ipsum tanquam denominatiue ad uestigium intelligit propter actum: quem agit: de quo relatiua emanant: nos utique econtrario assumimus. Non est enim nobis cura de nomine relationis ni si de proprio esse pedis sine consideratione alicuius rei ad extra: & ibi pes sine uestigio ut homo sine filio manere potest. Sed quum hominem inquantum pater est considerare uolumus: quod filium habeat presupponitur: & non inquantum homo. Quia idem de deo consideraretur: quod inquantum creator aliquam cum creaturis relationem habeat. licet in re talis relatio non detur: & non prius q ipse: inquantum hec relatio immo solum prioritate nature. Attamen inquantum deus est ab eterno. & creature in tempore uel extra eternitatem sunt create. & hoc modo pes in semetipso absque alia relatione priusquam actus extrinsece eius est.

De Eodem.

Vt hec pars manifestius cognoscatur pro principali intentu tres partes subnectimus: quarum prima talis est. Vtrum uestigium sit de essentia ipsius pedis. Secunda utrum ipsum uestigium pedi sit propria passio. Tertia & ultima est utrum pes sine uestigio esse potest. Et ad omnia respondendo breuiter dicam. Quod nec uestigium de essentia pedis nec sibi est propria passio: neque idem necessario sequitur. si pes est: ergo uestigium agit. & quod necessario non sequatur. ita probari poterit. Non solum uestigium non ingreditur in essentiam & diffinitionem pedis: immo nec cum ipso conuertitur. Et quicquid cum alio non est conuertibile: per se demonstrat manere posse precipue superius sine suo inferiori. Si enim dicimus deum esse non propter hoc intelligitur necessario creaturas esse. Non obstante quod si creature sunt: sequitur deum siue plasmatorem esse: & taliter de pede asserimus. Quoniam fabricator uestigii sine uestigio manere potest: tamen inquantum pes est: Et ad esse uestigii: non solum necessario pedem esse oportet: Verum etiam quod aliud tertium corpus existat nonnullas habens conditiones: ubi pes suam formam siue habitudinem signare ualeat. Et quum hec duo corpora: uidelicet pes & corpus in quo signum fieri debeat: distincta: ac duo sint: necesse est quod extrinsecus per actum uniantur ad imprimendum uestigium: dummodo non supponatur pedem & corpus in quo firmari debeat eternum esse. Et quod semper pes & corpus coadunati fuerint: & hoc modo eternum uestigium esse appareat. Tamen respondeo hoc esse unum presuppositum: quando ita esset. Sed quum pes & corpus in quo firmatur & signum a se factum de uariis naturis consitent: & non uniti per intrinsecam essentiam: quandoque principium unionis factum designant: eo magis quod quum pes corporeus sit: tempus petit ad producendum uestigium: eternum uero sine aliquo tempore. Quapropter non potest eternum uestigium causare. & quod uestigium de essentia pedis non sit in diffinitione ipsius pedis probatur: Nam in intrinseca pedis diffinitione uestigium non ponitur: & ubi uarie intrinsece diffinitiones uarie etiam essentiales distinctiones. & quicquid in essentia diuisum sine inferiori suo stare potest: In quo realis prioritas & posterioritas datur.

Quod nullus fundamentum sui ipsius & alterius causa esse nequeat in uno & eodem instanti. Cap. xxvii.

Non est dicendum quod quisquam in uno solo primo instanti potest esse fundamentum sui ipsius & alterius causa: quia sicut nullus seipsum causare potest ex eo: quod tunc esset antequam fuisset: quod est absurdum: quum causa prius causato inferat. Similiter asserendum est necesse esse causam super extrinseco suo causato aliqua prioritate potiri: ex quo oportet: quod sit priusque aliquid causare debeat. Nam causare maxime extrinsece siue ad extra per actum efficitur. & talis actus fit post subiectum: in quo fundatur. Et licet aliquis actus in suum subiectum conuertatur: effectus qui ad extra procedit non conuertitur. Et secundum rei ueritatem quisque prius in seipso quam in alio aliquid operari incipit: & adhuc causa sui ipsius esse nequit. Necesse est enim prius in seipso quam extrinsecus aliquid operari. & sic clarissime apparet deum non potuisse mundum ab eterno creare: Quia necesse erat: quod prius existeret & postremo quicquid uoluisset causaret. Et quod dicatur in instanti siue in tempore hoc nihil ad rem. Semper enim eternum a principiato differt: quoniam dicendo creatum necessario denotat principium. & quia principium: nullo modo eternum. Quapropter haud parum admirari debemus de theologis tenentibus deum potuisse mundum ab eterno creare. Que quidem opinio nimium est irreligiosorum opinioni conformis. Sed quoad ueritatem mundus nec est ab eterno: nec eternus esse potest. nam quicquid eternum idem & necessarium: & probatur: quia eternum dicit semper: & quia semper nullum habet instans in quo ambiguum sit. & quicquid sine ambiguitate: id utique necessarium recensetur. Et quod mundus talis sit: legibus & rationibus impugnatur. nam illud quod non est per se nec de intrinseca essentia alterius decet per liberam uoluntatem causatoris dependeat. Demum si aliquod eternum extra deum daretur: omnimodo sequeretur plura esse necessaria. Quod est falsum atque erroneum: quia unum solum ens per se & non plura.

Qualiter causa fundamentaliter sit prior causato: non in eo quod causa sed inquantum res. Cap. xxviii.

¶Cauſam & cauſatum conſiderãdo plures ſunt decepti arbitrãtes cauſam & effectum ſiue cauſatũ
omnino in eodem iſtãti eẽ:neq; prius neq; poſterius.Et quo ad ueritatem cauſa ſemper eſt dupliciter
accipiẽda:ſcilicet itrinſece:& extrinſece:& intriſece uel fundamẽtaliter accepta nihil cum cauſato ha
bet:neq; tũc uocatur cauſa.Sed res uel ens tale.Dum uero cauſatum reſpicit: tunc tãq̃ ad extra uocat̃
cauſa:ideſt ad aliud relatiuum.Sed nulla res ſuperior intrinſece diffiniri poteſt reſpectiue ad ſuam infe
riorem:ut per exempla innoteſcit taliter ꝓcedẽdo. ¶Homo de ratõe hominis nõ icludit paternita-
tem neq; filiationẽ ſi enim intriſece filium icluderet in diffinitiõe hominis poneremus patrem & filiũ:
igitur homo prius eſt fundamentaliter:q̃ poſſit cauſa filii nũcupari.Quia cauſa eſt tanq̃ paſſio a ſub-
iecto emanans.Celum eſt cauſa ad gubernãdum iſta inferiora.Tamen in itrinſeca diffinitiõe ipſius ce
li nequaquam hec inferiora ingrediuntur. ¶Similiter ad primum ens deueniẽdo ſiue ad ens per ſe ñ
diffinimus ipſum ſimul cum mundo:quum nullam habeat iherentiam nequidem dependẽtiam cũ aliis
rebus.Quod manifeſte probatur.Quicquid enim per ſeipſum eſt:nullam habet itrinſecam cum alio in
herẽtiam.Quia aliter preciſe per ſe & non per ſe fuiſſet.Quod eſt contradictio.Et ideo aperte aſſeren
dum eſt:quod ſit prius per ſe fundamentaliter:& quod denuo tãquam ad extra creaturas reſpicit . hoc
eſt quod dat eis nouum eſſe per creationem.Et creare & creatorem reſultare cauſa creature & cauſatũ
eſt i eodem iſtãti.oportet autem quod deus primo tãquam ſuperior ſit iam per ſe fundamentaliter:uti
homo anteq̃ filium generet.nam prius eſt homo:q̃ filius ſit inquantum filius:licet materia patris & filii
ſint ſimul i depẽdẽtia a deo a celis & elementis.Creature uero nõ ſumus eadem ſubſtantia natura aut
eſſentia cum deo.Icci rco opus eſt ipſum eſſe priuſq̃ nos.Quia nõ emanamus ab ipſo ꝑ itrinſecam ema
nationem:niſi ꝑ extrinſecam.Et itrinſecum ſemper eſt prius & fundamentaliter.Extrinſecum autem ad
extra & relatiue.Igitur deus nõ poteſt mundũ ab eterno creare:quoniam intrinſece non diffinitur.ſi
cut cauſa niſi ſicut ens per ſe q̃uis dici poſſit ens per ſe aptum ad creandum ſed aptitudo ſemꝑ ẽ prior
effectu.Aptitudo enim eſt intrinſeca & cauſatum extrinſecum. ¶Dum de diuinis tractamus priorita
tem originis ſiue ordinis conſideramus:eſſentiam uero ſiue deum fundamẽtaliter deinde perſonas . Et
quum perſone ſint idem idẽptice cum eẽntia:dicimus eas eẽ eternas ut eẽntia. ¶Attamen in modo
diſtinguendi perſonas prioritatem & poſterioritatem originis coniecturamus:licet hec omnia intrin-
ſeca ſint.Et quum intrinſeca in deitate:& deus in iſtanti operatur:p[illegible]ter filius & ſpiritus ſanctus ſunt ſi
mul cum eẽntia eterni ex eo quod idemptice atq; intrinſece conuertuntur.Mũdus uero nũq̃ cum deo
cõuertitur.Quoniam nõ oritur eẽntialiter & intriſece ab ipſo.Vnde patet mũdum nõ poſſe eternum
eẽ q̃uis deus neceſſario operetur:ut irreligioſi dixerunt.Quia quum mundus depẽdens ſit & nõ eiuſdẽ
intrinſece ſubſtantie ut deus eſt neceſſario mũdus ſe habet extrinſece.& quia extrinſece per conſequẽs
cauſatum & nõ proprie emanatũ.Quoniam uera emanatio ab intrinſeco dicitur:& ubicunq; cauſam
& cauſatum inuenimus:oportet neceſſario:quod illa res que cauſari debet prius in ſe fundamentaliter
exiſtat:q̃ aliquid cauſet.Quocirca patet quod ſolus deus eſt:& poteſt eẽ eternus Reliqua uero princi-
pium habentia:quia eternum ſine principio intelligitur.Et depẽdẽt nil aliud infert:q̃ pricipiari in eẽn
do.Quod ſi aſſeris deo omnipotentiam imputari:dummodo ab eterno creare non poſſet .Reſpondẽ
dum eſt:quod illud i quo eſt cõtradictio:nõ eſt poteſtas agẽdi ipſum niſi cõtra poteſtatem.Et ſic ſi deꝰ
poteſt alium eternum agerẽ:ueluti ipſe eſt.ſequitur poſſe ſibi equalem ad extra producere.Quod ſi alia
res deo eſt equalis a natura:deus nõ eſt ſuper omnia:nec eam comprehẽdit.Quod eſt manifeſte deita-
tis contradictio.Quamobrem dicẽdum eſt deum poſſe i illo:quod ſibi minime repugnat. Quia aliter
uarius extitiſſet quemadmodum & nos ſumus.

De Eodem.

¶Nõnulli autem poſtponẽtes legem iuxta naturalia arguũt dicentes.uos aſſeritis:quod ꝑſone diui
ne ſunt eterne:& quod filius a patre generetur:& quicquid habet a patre accipit.Nũc ſic :quicquid ab
alio accipit ſuum eẽ ab illo cauſatur.filius i diuinis accipit totum eẽ ſuum a patre.igitur a patre cauſa
tur:& eſt eternus ſimul cum patre:quod probatur.ſcilicet quod deus ab eterno cauſare poteſt : & quia
mũdus penes ſentẽtiam omnium hominum a deo cauſatur poteſt ab eterno cauſari. ¶Reſpondetur
quod dato quod iſta argumẽta aliquod iſtar uel apparẽtiam adducãt:hoc utiq; extra ueritatem paucã
omnino efficatiam habet.& in primo ꝑ̃ſuppoſito ichoamus cõcedẽdo.quod in diuinis ꝑſona patris &
perſona filii ſunt eterne:& nõ prius una q̃ alia.Et quod filius totum eẽ ſuum a patre aſſummat. Sed ne
gatur quod ab ipſo cauſetur.Et hic nõ procedimus ſecũdum ſolam fidem niſi naturaliter aſſummendo
quoniam apud omnes itriſeca emanatio:hoc eſt ubi poteſt emanatum cum origine ſua ex qua emanat
cõuerti:nõ dicimus ibi cauſam neq; cauſatum.exempli gratia. Vita in corde eſt principium uite alioꝝ
membrorum:nam tota alia uita ab ipſa uita cordis emanat.Sed i eo quod uita cordis & uita emanata
conuertũtur:nõ dicimus:Quod uita in corde manẽs ſit cauſa:& uita manẽs in aliis membris cauſata.
& tamen uita in quocũq; membro eſt uita.& uita in corde eſt uita:& in eo quod in uariis membris ma-
nent diſtinguuntur ſed in uita uel eẽntialiter conuertũtur. ¶Similiter in corpore noſtro uaria mem

bra sunt:ueluti manus & pes:& uidentur ab ipso corpore aliqualiter emanare.nam licet omnia mẽbra seu corpora essentialiter idem sint:i primis uidemus embrium idistictum absq; mẽbris:& deinceps mẽbra paulatim ab ipso embrio oriuntur.& minime ponemus:quod embrius sit causa:& membra distịcta causata.Iccirco dicẽdum est quod duplex sit emanatio.Videlicet itrinseca & extrinseca. ¶Intrinseca uero duplex:idest simplex & composita:simplex i qua nulla compositio siue alienum eẽ occurrit: ut de deo dicimus.& ibi ẽ simplicissima simplex emanatio sine aliqua causa uel causato:emanatio composita sicut homo i generatione filiorum.Quia quum ibi aliqua ad extra & aliqua ad itra occurrũt:ibi quoq; filius aliqualiter a patre causatur:nõ tamen simpliciter.nam causa simplex omnino ad itra itelligitur. Vnde dicimus quod emanatio ad extra causa & nõ proprie emanatio dici debet.Quemadmodum architector cum domo se habet:in quo causato siue domo nil de essentia architectoris igreditur.Et iccirco hic est uere causa & causatum:nec quicquam de itrinseca emanatione & in emanatione personarum diuinarum simplicissima emanatio sine aliqua cõtinẽtia cause & causati.Ideoq; pater nõ causat filium sed mundum.& quia mũdus ẽ causatus ad extra dicit & illud quod ad extra nõ potest eẽ idem ab eterno cum suo causatore.Quoniam alterius nature & ad extra.Et i hoc loco saltem legales ad ꝓbãdum. quod filius in diuinis nõ sit factus:nec creatus:sed genitus.tenẽt quod nõ potest eẽ causatus fact9 nec creatus co:quod eternus sine prioritate & posterioritate simul cum patre . & ubi nulla est prioritas & posterioritas: causa & causatum nõ dantur & ubicunq; aliqua posterioritas realiter dat illud posterius nullatenus eternum esse poterit.

Quomodo nemo habere potest possibilitatem essendi & nõ essendi ĩ uno solo istãti. Cap.xxix.

¶Quamplures ĩ hac materia dicere solent quod possibile erat mũdum ab eterno eẽ: si post non eẽ esse habuit.Quũq; ab eterno erat in possibilitate essendi & nõ essendi:apparet nullam esse cõtradictionem quod mũdus ab eterno creatus fuisset.Nos uero asserimus mundum iam fuisse:si possibilitatẽ eẽndi & nõ eẽndi habebat.Illud enim quod nõ est:neq; erit possibile:neq; impossibile:neq; habens possibilitatem:neq; ĩpossibilitatem.Et ob hanc causam incõgrue sonare uidetur dicẽdo:quod ab eterno mundus erat possibilis ad essendum & nõ eẽndum.Quum talis libertas unicuiq; siue deo siue creature prohibeatur.Nemo enim ĩ seipso in uno solo istãti potestatem habet ad eẽ & nõ eẽ.Quoniam pro illo tũc esse uel nõ eẽ nõ potest aliter se habere.nam si non est:erit impossibile esse:pro illo tunc quando nõ ẽ. & etiam impossibile nõ eẽ:quãdo est.pariterq; nullum dici potest ad eẽ & nõ esse differẽs aut ambiguũ taliter in actu existens.Iccirco ĩferẽdo quod mundus ab eterno possibilitatem habebat indifferẽter ad esse & nõ eẽ est itelligẽdum ab eterno deum habere possibilitatem creãdi & nõ creãdi mũdum.Si enim mundus essendi possibilitatem seu potestatem habet:iam ipse erat:nec ulla sibi necessitas ĩcipiẽdi de nouo fuerat:neq; pro illo tũc habebat possibilitatem ad nõ eẽ in illo istãti.Et si mundus eẽ ceperat:fuisset quodammodo iterum agere id : quod prius factum fuerat : aut transmutare unum modum essendi in alterum uarium.

Quo pacto quidam arguant.ut Scotus:quod si deus põt cõseruare mũdum sine fine potuit eum ab eterno creare. Cap.xxx.

¶Scotus super hac materia ad ꝓbãdum quod deus mundum creare potuit & nõ dare principiũ tale argumentum adducit asserẽs.Deus in sempiterno uel sine fine mũdum conseruare potest:ergo ipsum creare potuit nullum dãdo pricipium.Quoniam principium & finis tãquã extrema ĩ rebus se habent: & quia deus potest unum similiter & aliud.Sed ad hãc obiectionem respõdendo dicimus:Quod parũ uigoris habet.Hic enim nõ disputatur an deus mundum ab eterno cõseruare potuerit: nisi tantũmõ creare.Nam si mundus ab eterno esset & eum sine fine cõseruasset sequeretur:quod sine pricipio creare potuisset.Sed de noua creatione que antea nõ erat loquimur:que quidem nouitas pricipium ꝓsupponit:& ut ambe partes coequari queant.nõ est dicẽdum:si per lõgum tempus uel sine fine deus mundum cõseruare potest ipsum potuit ab eterno producere.Creatio enim a cõseruatiõe plurimũ differt. & ideo ad equiparãdum ambas partes equales secus est agẽdum.hec autem est uia dicendo si deus mũdum ãnihilare potest :nõ imponẽdo finẽ:potuit ipsum absq; principio creare.Et per hãc uiam cũ maxima facilitate sine pluribus argumẽtis oppositum tenẽtium dicta soluuntur.Quemadmodum eni nõ potest mũdum annihilare nõ imponẽdo finem:minime fuit cõcessum:eum creare nõ exhibendo principium.Et pricipiatum nõ potest esse eternum.Quum eternum pricipio medio & fine careat. ¶Itẽ aiũt mundum de se corruptibilem eẽ:& per diuinam potẽtiam cõseruari:de quo diffusius in libro de immortalitate anime ptractabimus.Et hic solum dico:quod sicut mundus ex se nõ obtinet possibilitatem eẽndi minime seipsum annihilare potest.Si uero presupponere uoluerimus:quod ad nihilum tãquã ad principium redigetur:aliter se habet:quia uniuscuiusq; rei principium est esse & nullus nõ esse. ¶Ceterũ si mundũ deus annihilare nõ potest:quin finis mũdi sit:minime eũ producere poterit non dando

principiũ. ¶ Et in hoc passu quamplures difficultates dilucidantur:cõsiderando deum posse mundũ in istanti sine tpe & motu annihilare. Non est autem itelligẽdum:quod q̃uis mũdus in istanti annihiletur per hãc uelocitatem annihilationis in eternum permaneat:q̃uis inter deum & ipsam ãnihilationẽ nullũ tempus uel discursus trãseat:imo semp deus sine aliquo discursu eternus remanet:& mũdus sinẽ habuit. Quia amplius nõ est post suam annihilationem. Et exinde nõ ẽ dicẽdum iam elapsos eẽ tot annos:quibus mũdus finierit. Quia sine ipso nec ãni nec tempus itersunt. Quapropter respectu dei omnipotentis dicẽdum esset:nũc de p̃senti mũdus est annihilatus eo quod absq; mũdo ñ decurrit tẽpus:& nõ aliter de creatiõe intelligẽdum est. nam quo ad diuinam omnipotẽtiam spectat:ab eterno creat:quod nunc de p̃senti itelligitur. Sed respectu creaturarum certum & determinatum annorum numerũ habemus. Et quod iter mundi annihilationẽ & diuinam eternitatem nullus sit discursus:hoc nõ infert:quod nulla sit distictio inter deum & creaturas:significans deum esse eternum & creaturas pricipiatas. Deus enim existit:& mundus uero peribit:& sic in creatiõe:& ante creationem deus persistebat:& mũdus nõ erat. Ideoq; deus est eternus:& cetera alia principium habẽtia. Quod si affirmatur nõ eẽ creaturas sed creabilia:ut ista opinio defendi possit:necesse ẽ ostẽdere quid de se sint ille:quas creaturas nominamus:an aliquam habeãt depẽdentiam:an uero sint eiusdem substãtie siue essentie:cuius est prima causa. Quod nullo modo dari potest: In quo manifestatur:quod omnia preter diuinã eẽntiã tale principiũ habuerit:qđ antea nõ erat:& quod nec eterna sunt:neq̃ dẽ esse potuerunt.

De quibusdam argumẽtis tenẽtium quod deus ab eterno mundum creare potuerit:
& de solutiõe eorum. Cap. xxxi.

¶ Tenẽtes quod deus ab eterno mũdum creare potuerit:ita inferunt. Inter agens subito aut in instanti & opus suum uel causatum nõ est dãda prioritas neq; posterioritas durationis. Deus potest in istanti creare:ergo ab eterno creare potuit. nam subito agit quicquid uult. Sed respondẽdo i hoc passu cõtra theologos tenẽtes hanc opinionem dicimus:quod ipsi declarare debent:qualiter illa creatio fuerit. aut enim quod nouum esse habuit:quod prius nõ erat:aut quod nõ habuit. si habuit:uel noua productio fuit:mundus habet principium:si uero nouitatem nõ sortitur:nõ est creatus. Quod legalib9 auctoritatibus impugnat. ¶ Preterea omnes theologi cõcedũt:deum nõ habere prius neq; posterius:& quod mundũ in istãti creauerit:uel subito:& quod mũdus ipse principium habeat:& temporis determinatam mẽsuram sortiatur. petimus nũc que sit causa:quod nõ uocãt mundũ eternum. Deus eni nõ habet discursum de extremo ad extremum. Vnde ex parte sua nõ fuit prius i duratione:q̃ creasset mundum:& similiter quod i istãti creauerit. Quocirca ex parte sua ñ fuit aliqua uarietas. nec tarditas i creãdo mundũ. Et mundus est habẽs pricipium ex parte sua. Quapropter manifestatur in quocũq; signo:deum creare sicut ab eterno. & q͏ mundus i quocunq; signo crearetur:principium haberet. Et ita nos dicimus quod ex principio mundi hactenus sunt sex milia septingenti & sex anni. Videlicet ex adam usq; ad natiuitatem Christi quinq; milia:& centũ & nonaginta nouẽ. & ex natiuitate Christi usq; nũc mille quingẽti & nouẽ licet aliq dicãt de adam usq; ad Christum que sunt sex etates cõtinere quatuor milia septingẽtos & sex ãnos:& hoc modo essent per oẽs usq; nũc sex milia ducẽtũ nonaginta & quatuor. Quamobrem necessario opus est quod theologi cõcedãt:deum non posse mundũ creare. Quin imponat principiũ:eo quod ãni ex pte sua semp habent temporale pricipiũ:mediũ discursiuũ:& finẽ. Quod si mundus propter creare subito sine tarditate eternus esset:oporteret ipsum nominare eternũ. nam utiq; in instãti creatus. ¶ Et cõtra irreligiosos asserimus quod quicquid per tempus siue annos mensuratur:nõ potest eternum esse:semper eni ultimum i actu habet pro uno:tũc de presenti:& quicquid habet ultimũ:p hoc instãti necessario habuit in alio istãti pricipium:quum uero tractando de hominibus & aliis animalibus pbaturi simus:nõ posse retrocedi:dato uno primo similiter de toto mundo asserimus. Quia inanis esset cõsideratio iferre:ueluti ultra illud quod nũc est ultimum:potest aliud ulterius euenire:igitur & i primis super primo aliud prius dari potest. hoc eni manifeste falsum:ut diuersimode cõstat:taliter dicẽdo:per hoc istãs ego i ultimis dierum meorum attigi. Attamen possibile est qđ usq; in crastinum transeam:tunc eni nõ erit hodie ultimus dies meus:sed cras. si autem ad natiuitatem meam redimus. impossibile erit ut retrocedatur ultra illum diem:quo natus sum:& idem de mundo & aliis rebus itelligẽdum est. Quoniã eundo ad unum primum omnium: ipossibile erit ad aliud prius in actu pertransiri. q̃uis considerare possimus:quod transimus. Sed talis cõsideratio ens rõnis erit:& non uera in re. Si enim ambulamus p hãc uiam cõsiderationis:possumus alium deũ supra deum assignare:atq; alterum supra alterũ:& ita i ifinitum discurrẽdo. Nõ tamẽ quod hec cõiectura uera sit in re:eo qđ semp unus deus:aut hic deus solus est primus oĩum rerũ:& nullatenus extra ipsum transire possumus. Attamẽ plura sunt post eum in duratiõe:quia iste homo Ioãnes uel Martinus nõ est eternus:Ideo nõ tam cito sicuti ipse deus. Quocirca manifestatur res discursiuas:& habẽtes ultimũ i actu:pro aliquo tũc necessario habuisse principium in actu:pro alio tũc. Vltra quod principiũ impossibile quidem eẽt: ex parte creaturarum progredi: Nos enim mensurare icipimus in illo istanti:quo creature habent eẽ no

num:aut sunt. Quũq; est quod prius non erat: illam nouitatem appellamus principium quis actus dei creãdi eternus sit. nãq; omnia simul complectitur absq; prioritate: & posterioritate: Et creari passiuum: ex parte creaturarum intelligitur: & nouum ex eo: quod ita est per unum nũc: quod prius non erat. Et creature discursum habentes de uno nunc: ad aliud: non possunt eẽ eterne. Quia sicut nõ potest dari infinitum per multiplicationẽ: nequidem eternum. Quippe quod ĩfinitum intelligitur: quod oĩa simul in actu comprehendat: & eternum id quod simul & in uno nũc: absq; discursu omnes durationes possidet: aut comprehendit. & quis mundũ uocemus eternũ ex parte: post hoc ñ dicetur propria eternitas: nisi methaphorice: eo quod eternum per aliquam similitudinẽ dicimus: inquãtum quod nõ est piturũ: nõ autem proprie eternum: quia mundus habet discursum & nõ comprehẽdit totam eius durationem simul futuram: nec illud quod iam preteritum est. eternum uero quasecũq; durationes possidet in nunc de presenti. ℭ Demum taliter loquendum est: quod omnes inuicem intelligamur. Nam dicẽdo: Deus ab eterno potest creare: hoc utiq; apertissime concedẽdum. eternum enim eternaliter operatur: quia sicut homo nõ potest extra tempus operari: ita & nec deus extra eternitatẽ ideo mũdũ ab eterno creat. oportet autem ut iste terminus intelligatur. Nam dicẽdo deus ab eterno creauit: aut mundus est eterne creatus: falsissimum esset. Quia eternum nõ potest dici fuit: nisi quod est in hoc nũc: neq; mũdus potest eẽ eternus: quum habeat principium. Sed ex parte dei solius eternaliter operatur: exẽpli gratia. nos edificamus domũ. & ex parte nostra intrĩseca opus humanum est: Domus uero nõ potest esse humana. & similiter asserẽdum est mũdũ ad extra opus dei esse: nõ autem deitatem: neq; eternitatem. Quoniã deitas & eternitas cum solo deo conuertuntur: & non cum alia re. Iccirco quicquid deus agit: eternaliter agit. eo quod eternus. Sed de extrinsecis operibus eius alia euiterna: & alia temporalia. Nostra uero disputatio est: Vtrum deus potuerit mundũ creare: & principium ex parte mundi non imponere: creare enim denotat nouum: quod antea non erat produci. eternum autem sine principio significat: & semper uno & eodem modo se habere.

Quod qui potest esse creatus: nõ potest esse ab eterno. & qui potest esse a se: non habet locum eẽndi ab alio. Cap. xxxii.

ℭ Quidam ĩquiunt nõ repugnare quod dicatur mũdũ esse creatũ in istãti: ut a theologis asseritur. & etiam non repugnare inferendo penes irreligiosorũ oppositionẽ: mundũ esse ab eterno. Ad quod sub paucis respondemus. quod si mũdus ab eterno esse potest: nequit principiũ habere. & si prĩcipium nõ ab eterno. si ab eterno creari potuit: nõ potuisset in tempore ꝑduci: seu quod de tot iã elapsis ãnis dicamus. Si uero mundus ab alio creari potuit: a se eẽ nequit: si enim a se esset: nõ ab alio. & si põt creari: nõ potest nõ esse creatus. Quoniã nemo est auctor illius qui a se esse potest. Quũq; experiẽtia cõstet mũdum non posse a seipso esse: necessario sequitur: quod ab alio factus. Et qa creatus: quod nihil erat: euidẽter apparet habuisse principium. Vel quod ĩ nouũ esse positus fuerit. Et cõstãdo mundũ nõ posse a seipso esse: euidenter sequitur non posse eẽ creatum: atq; eternũ: & sine pricipio. Vnde apparet quod ĩ hysdem materiis nõ possumus duas contrarias partes substẽtare: nisi quod una tantum accipiẽda sit.

ℭ Eternũ unũ solũ istãs determinatũ significat: nõ habẽs prius neq; posterius: neqdem ambiguitatem ĩ qua creari potuerit: neq; creature potuerunt locũ habere: per quẽ essent eterne: ut per talem ambiguitatem exquiritur: quod res in se iã sit ĩ esse positiuo ambiguo ad esse eternã & creatã. Sed nõ existẽte tali instãti ambiguo: minime põt qđ est eternũ: esse creatum: nec esse eternas creaturas. Quoniã si esset tale instans: sequeretur quod esset aliqua res prima: q̃ eternum. & creature quoq; prius essent creatione: & prius q̃ eternũ hoc intelligitur: si ipse ambigue fuerunt ad eẽ eternas: & esse creatas. ℭ Exempli grã. Detur quedã camera que duas habeat ianuas: & quod aliquis homo sit per alteram istarum exiturus: tamen est ambiguus ad exeundũ: per istam uel ꝑ illam nõ magis determinatus ad unã: q̃ ad aliã: Nihilominus una istarum ianuarũ dicit eternum & alia principium. Nõne hoĩem qui exiturus sit oportet prius esse: q̃ uadat ad exitum denominatum eternum: aut ad alterũ principiatum. nam concesso qđ ambiguus sit ad exeũdũ per istam portam uel per illã oportet qđ prius sit q̃ exeat. Quocirca qđ oportet ꝙ sit anteq̃ ad eternitatem ueniat: & pariter si mundus est ambiguus ad eẽ eternum: uel principiatum absq; dubio est concedendum: prius esse q̃ eternum: quod est falsum. quoniam deus non est prius eternitate: & si mundus est in ambiguitate ad eternum & principiatum. sequitur ꝙ in ea ambiguitate sit prius quã deus.

Quo nã pacto creari uel effici principiatũ dicat̃ & nullo mõ eternum. Cap. xxxiii.

ℭ Multa equidem in superioribus capitulis tacta sunt: demonstrando deum non potuisse ab eterno mundũ creare. sed quia pleriq; homines quamplures opiniones obseruant: quidam imaginati sunt: qđ alique res ueluti genus & species siue uniuersalia sint eterna: preter deum. Et forsitan de similibus assumitur. quod mũdus sit in possibilitate ad eẽ eternum: & esse creatum. & cõtra has fantasias aut alias hu

huiuſcemodi:adhuc aliquãtulo materiã iſtã dilatari oportet.& in primis dicemus:qualiter creatio ītelliga
tur.an p producere aliquid ex nouo ſimpliciter:quod eſſentialiter aut quouis alio modo: ſic uel ſic ab
alio materiam uel ſubſtantiã nõ aſſumat.an uero per creationem ab aliquo exemplari aſſumptam tan
quam ab eē eſſentie:ut nõnulli ex noſtris philoſophiam irreligioſorum aſſequẽtes inquiũt: quod erro
neum eſt:ut in quinto libro deo auſpice latiſſime patebit.Sed creatio ab exemplari aſſumpta factio eſt:
ſeu efficiētia:& nõ creatio:ut religioſi intelligunt:hoc eſt nulla materia ſiue eſſentia:extra deum ꝑpoſi
ta.Et hi qui aliquod exemplar in eſſe eſſentie imaginati ſunt:uocabulo creationis abutuntur.Nã pro
efficere:dicunt creare:& religioſi lõge aliter. ¶Ariſtoteles etiam ſuper hoc improprio uocabulo:de
creatione mũdi Platonem reprehendebat quod tali uocabulo creare uſus fuerit:& tamen Idealiter oia
tanq̃ exemplariter eterna faciebat:ac p deductionem ad hunc modũ:quatenus & nunc nos habemus
creare inquiebat: & Ariſtoteles pro tali deductione ſeu primo ſigno depẽdẽdi :efficere:dicebat:eo qđ
ītellexit eē dicẽdum creare. Videlicet nouum ſimpliciter:abſq; aliquo alio preſuppoſito nouum produ
cere:quod denegabat potuiſſe eſſe.tamen dicimus quod poteſt & de facto eſt:queadmodum oportuni
us in locis ſuis comprobatur. ¶Deniq; dum de creatione agimus:p nouo ſimpliciter ꝓducto ītelli
gimus:quod prius necubi erat.& illud quod nũc eſt:quod nõ ſemper fuit:aut quod aliqua res alia ante
rior ſit:prioritate:natura:origīe:uel quouis alio modo quod poſterius aduenit:pricipiatũ ītelligimus.
hoc eſt quod ſemp nõ fuit.& illud quod nõ ſemper:eternũ uocari non poteſt.& quicquid eternitate ca
ret principiatum nominatur:Et quia preſupponiſ omnes depẽdẽtias ab aliquo alio eſſe cauſatas:opor
tet neceſſario quod cauſa ſit prius in eſſe:q̃ cauſari queat.& quia prius eſt cauſa uidelicet res que cau
ſare debet:ſeqtur neceſſario quod cauſatum habet principiũ.Quia aliquod eſſe ante ſe ꝑſupponit. &
quicquid ꝑſupponit aliud ante ſe nequaquam eternũ eſſe põt in quo fundamento ultimate ſiſtendum
eſt ita dicendo aut ꝙ mũdus in aliquo ſigno põt uel nõ poteſt haberẽ eſſe:ſic uel ſic:quod per cauſatio
nem uel dependentiam nõ eueniat:ſi põt cõfiteri:oportet eternũ eſſe poſſe:& ꝙ de facto ſit.ut ſuperi9
expoſuimus.aperiendo qualiter id quod poteſt eſſe eternũ nõ põt eſſe creatum:eo quod ñ datur ſignũ
ad hoc:& ad illud ambiguum.Sed ſi mũdus ī primo ſigno omniũ prioritatũ eſt p cauſationẽ uel depẽ
dẽtiã:īpoſſibile eſt ꝙ eternũ eſſe poſſit.Nam neceſſe ē prius dari res que ſint cauſature:q̃ cauſate :& qđ
qđ poſterius principiatum.& ꝙ mũdus ſit in aliquo ſigno priuſq̃ cauſetur:hactenus a nemine probatũ
eſt.Nõ enim ualet adducere chymeras de eē eẽtie abſq; exiſtẽtia.ut in libro quito patebit. Quoniam
nullum dicit eſſe eſſentię abſq; exiſtẽtia:aſſummẽdo de preſenti.Sed ſolum ī potentia uel eẽtiali reſpe
ctiue ad futuros actus.uerum in ſe de ꝑſenti nil datur in pura potentia intrinſece.Sed forte irreligioſo
rum ſectatores dicẽt:mundum in eē exiſtẽtie uel eē efficiẽtie:quod idem eſt ſecundũ iſtos ab ipſo deo
dependerẽ.non tamen in eſſe eſſentie ideſt exemplariter.etiam contra oppoſitionem. ¶Ponatur qđ
eē & eẽtia ſit eterna:& quod deus eternus. Verũtamen deus & eẽtia diuerſi ſunt:& nõ idem.Nũc ſic
dicis:quod illam eẽtiam deus diſponit:gignit:ſtruit:uel efficit.Et per illam edificatiõem ais:ad exiſtẽ
tiã ſiue ad actũ eē deductũ:in hoc pũcto petimus.ſi oportet qđ deus & eē eẽtie prius denẽ:q̃ ad hãc
edificationẽ occurrãt:uel unianẽ:qa de9 & eē eẽtie diuerſa pricipia ſunt:& ñ unũ ſolũ. Quocirca cõ
fitẽdũ eſt:qđ in primis deus aſpiciat illud eē eẽtie & talis eẽtia aſpiciat deũ.& deiceps qđ eē eẽtie ī
uariis figuris edificetur :ī qua qdem efficiẽtia de neceſſitate preſupponitur pricipiũ:eo quod ſit illud:
quod prius nõ erat:uel melius:quod aliter ſe habebat.Sed illud p edificationem aliter ſe habere prin
cipiatum refert:& ſic probatur.quatenus creari ex nihilo uel ex aliquo exemplari fieri pricipiatũ uo
cetur:& quicquid pricipiatum eternitate caret:quum eternum ſine principio medio diſcurſiuo & ſine
dicatur. ¶Demũ penes ſapiẽtes antiquos ac modernos de uirtute uocabuli creare intelligitur no
uum ꝓducere:quod neq; ſic neq; ſic prius erat:& tamẽ nonnulli hoc uocabulo abutũtur. uidelicet om
nes ponentes quod aliquatenus exemplariter mundus ſit eternus:& deinde creatus. Et cõtra hos bene
Ariſtoteles ſentiebat.& ſic ipſe ſub hac opinione ꝙ mundus ſit eternus efficere & non creare dixit. & ī
tẽporibus noſtris uulgariter atq; icõſiderate:plures pro paruo beneficio ſeu imitatione.ex hoc in illud
creare īquiũt.Hyſpano idiomate creare dicitur ꝓ nutrire ſiue educare:ſed hic nõ eſt adeo deteſtabile:
cauſa:quod excuſationem habere uidentur.quum de uulgo conſideremus.At Rome ubi eſt totius ec
cleſie mater.in aliquibus hominum operibus etiam hoc uocabulum creare ponunt:quod nullatenus ſi
ne maxio errore ſtare poteſt. ¶Sũmus pontifex ait ſe cardinales creare:& cardinales aſſerunt ſe creaſ
ſe pontificem. ¶Et quum primũ principium ad probandum legẽ eſſe ueram:in primis etiam proba
re oportet mũdum ſimpliciter aut abſq; aliqua exemplari materia:uel non exẽplari:de nouo eſſe crea
tum. Quod ſi firmiter nõ probamus:omnia poſteriora noſtra debilia ſunt. ¶Idcirco ſi quis ſurrexe
rit & cum Ariſtotele dicet mundũ eſſe creatũ:ideſt efficiẽter nõ nouum preciſe:ſed de aliqua prima ma
teria aſſumptũ:cũ uerbis põtificũ & cardinaliũ noſtrorum ītẽtionẽ ſuam approbare poteſt:ita aſſerẽdo
dum chriſtiani ſeu miniſtri eccleſie de minori ꝑfectõe ad maiorẽ aliquos deducitis:uos creare ipſos dici
tis:& taliter de hoc uocabulo creationis totius mũdi ītelligẽdum eſt.Et quoniã falſum eſt: taliter ītelli
gẽdũ eſſe de mũdi creatione.hec, utiq; impropria uocabula:ideſt quod unus homo aliũ creare ualeat
penituſq; euitanda.

Qua de causa nullum esse essentie: seu astractum: uel alia res eterna detur: nisi unus solus deus. Cap.xxxiiii.

¶Discreto superius quomodo creatum simpliciter:aut ab eẽ eẽntie effectum:sit principiatum.Dein
ceps aliquid uidere decet:an hec chymera:quam esse essentie uocatis:seu absolute abstractã:eterna esse
queat.& primo ita asserimus.Quicquid potest esse eternum:nõ potest eẽ creatum:& quicquid creatum
nõ eternũ:Vt probatur. ¶Eternum dicit sine principio medio & fine:qa ubi non est principiũ nec
finis:nequaquam medium assignat:nisi in uno istãti solum indiuisibili:scilicet:totum simul eternum:ifi
nitũ:atq; oĩa comprehẽdẽs:& a nullo comprehẽsum. ¶Nunc sic esse essentie:per te non cõphẽdit
deum:& ab ipso comprehenditur:ut per te patet.Quoniam dicis:per ipsum efficiẽter:seu p edificatio
nem de potentia ad actum deduci.Et ĩ hac deductiõe essentia tua aliter atq; aliter se habet:quãdo eter
na:& qñ principiata:Nũc uniuersalis:& deinde in pluribus diuisa:& particularizata.Que quidẽ passio
nes nullatenus ĩfinito:neq; eterno:ut dictum est:cõgruere possunt.Quoniam ĩ eternis:ut nos ãnuimus:
nõ differt esse a posse:& posse ab eẽ eternũ & a se:quod est principalius quacunq; re:que a nobis cogi
tari queat.& non posse per semetipsum pfici:seu p propriam originẽ pfectum esse:absurde sonat:& ne
quaquam simul stare potest.Nam posse esse a se:quaslibet dignitates cõtinet.Et tu dicis quod esse essen
tie:quã eternã appellas:omni actu caret.ergo nõ potest esse a se.nam posse act9 est.& iccirco qui actu
caret.caret etiam posse nec quicquam est quod esse nequeat.Quocirca nullũ abstractũ & nullũ eẽ eẽn
tie a se esse potest nec eternum:nisi deus tantum.Quoniam id quod ĩ maiori potest:in minori potest:
esse essentie:quam dicis pfectione carere:nec per se pfici posse eiusmodi essentia nõ est a se. Nam illud
quod a se summe pfectum est:aut sublimius q̃ dici queat.Itaq; eẽ eẽntie quam Imaginaris:nõ ẽ a se:ni
si a deo in primo signo essendi depẽdens:uti lex uult.Nam deus quum indepẽdẽs sit:& a seipso nõ po
test dici:quod ab alio efficiatur:aut edificetur:eo quod per se eternus & infinitus.Et qa esse essentie tue
aliter precisse se habet:eternitate penitus caret.Et sic probatur:qualiter id quod creatum esse potest:ne
quaquam eternum:& quicquid eternum nõ creatum. ¶Hic uero nõ ualet ĩferre:Mũdus est ĩ potẽtia
ad eẽ eternum uel creatum.Quia hec nil aliud significat:q̃ si diceretur mũdus est prius eterno:& in il
lo primo eẽ est aptus ut eternus fiat:aut creatus. ¶Sed respondetur eternum nõ fit:quia semp ẽ:nec
aliquid ante eternum datur.Quum eternum dicat semper.

Qualiter emanatio ad extra nõ potest esse in eodem ĩstãti:cum origine de qua causatur:& quod deo & creaturis repugnat:quod ab eterno deus potuerit mũdum creare. Cap.xxxv.

¶In pcedẽtibus capitulis explicatum est:qualiter uera creatio simpliciter:p noua productione:& si
ne alicuius materie assumptiõe itelligatur.& pariformiter quod de uirtute uocabuli idipsum creatio re
fert.Nam dum aliqua essentia uel exemplar presupponitur:dici debet nõ creatio:sed efficientia. Iccir
co deinceps de simplici creatione:nostra erit disputatio. ¶Vtrũ deus ab eterno mũdũ creare potue
rit uelut qdã ex nostris doctoribus potuisse asserunt:ut supius uidimus:dicunt.Deus ẽ eternus & om
nipotens:potest iuxta uelle suum:uult ab eterno: ergo mundum ab eterno creare potuit. Quoniam
uolẽdo creat:nec repugnat ex parte sua:quum eternus sit:nec ex parte creaturarum:quum ipe sint in
receptiua potẽtia. ¶Aliquis argumẽtatiuus color hisdẽ consistere uidetur.Nulla tamẽ demonstrati
ua uia posita:p quã similia fieri queant.& in primis contra hoc ita obiicimus.¶Quum asseris deus ab
eterno mundum creare potuit:iam ĩ hoc uocabulo potuit precisse erras:deus enim potest:& nõ potuit
quum non contineat prius & posterius. ¶Et dum dicis deus est eternus:potest illud quod uult:& cũ
solo uelle in ĩstanti operatur.concedimus.Sed aduertẽdum est:quod in deo:quemadmodum & ĩ qbus
q; intellectualibus:est uelle ĩtrinsecum & uelle extrĩsecum:& ĩtrinsecum est prius extrinseco:ergo intrĩ
secum & extrinsecum nõ cõuertunt in eo:quod intrinsecum & extrinsecum.quia tanquam superius &
inferius:uel prius & posterius se habent.igit si intrinsecum est eternum extrinsecum nõ erit eternum:
quum aliter & aliter se habeãt.nec intelligas quod aliquod uelle in deo sit extrinsecum: nisi illud quod
uelle suum ad extra aspicit:& inter proprium & improprium aliqua est distictio:quoniam res alia atq;
alia.Nã sicut opatio dei aliq̃ ĩtrĩseca:& aliq̃ extrĩseca ita & de uelle eius intelligit.maxĩe qd per conces
sa ab eisdem auctoribus:in primis deus considerat uel fabricat res in se:& deinde extrinsecus ipsas po
nit.Et in architectoribus exemplificant.quod ipsi prius intrinsecus.q̃ extrinsecus domum edificant.
¶Et creature nequaquam de essentia dei sunt.Et quum ab ipa diuina essentia per rectam lineam ñ
emanamus:inter alienam & propriam emanationem realis distictio ẽ:aut melius decisio:quoniam nul
lo pacto idem sunt nec esse possunt. ¶Res uero a se eterna psupponitur:& ab alio siquidem princi
piata.Illud quod est a se habet unum solum instans:absq; priori & posteriori:& id quod ab alio p tps:
seu de principio ad finem discurrit.Et ppterea illud quod ab alio esse assumit:potest eẽ p multos ante
annos:q̃ sit:non tñ eternum:eo quod p annos discurrit.Et de esse eterno ad non eternum idem eẽ:q
milies centum annorum q̃ si una sola dies esset. Nam quicquid p tps seu de hoc nunc ad aliud nunc

discurrit:per aliquod medium transeundo:principium habet.& id quod nõ est utiq; eternũ:sed qcqd per intrinsecam emanationẽ oritur:simul cum origine sua eternũ esse potest. Quia essentialiter ibi nõ est aliud & aliud:neq; aliquod intrinsecum & aliquod extrinsecũ:nisi omnia idem in essentia & secum conuertibilia. Sed mundus in nullo signo potest cũ deo cõuerti:& ab ipso deo esse accipit:sequitur necessario:deum esse mundo priorẽ.& in hac prioritate:quoniam alia & alia res distincta:inferius atq; superius:semp si superius est eternum:inferius erit principiatum. & sic patet qualiter uelle intrinsecum dei:idest illud quod ipse deus intrinsece uult eternũ sit:& illud qđ extrinsece principiatum.

Quare repugnet deo & creaturis:mundum esse eternum. Cap.xxxvi.

¶Nunc uidendum est an repugnet deo uel creaturis:aut cuipiam:quod mundus eternus sit. Et hic primo de mundo dicemus. Cõcessum est mũdum esse creatũ:& creari dicit nouũ esse assumere : qđ nullatenus prius erat. igitur repugnat mundo quod fuerit:quãdo non erat:non est ab eterno: ergo repugnat sibi fuisse:ut probatur. De uirtute uocabuli eo qđ creatus mundus principiũ habere denotat:siue ab alio dependere. Eternũ dicit sine principio:& a se. Et quicqd est eternũ & a se:est deus:& repugnat creaturis:quod sint deus:igitur eis repugnat quod sint eterne de itrinseca mũdi rõne est p tempus discurrere:seu in tpe operari. Eternum in uno solo instanti sine aliquo discursu operatur:itaq; intrinsece repugnat:qđ creature sint eterne. ¶At nunc de deo uideamus. Vtrũ sibi repugnet: mundũ ab eterno creare? Vnde sic dicemus. Deus nõ potest mundum in semetipsum cõuertere: seu agere : quod idem deus cum eo sit. Ideo cõfiteri oportet:qđ mũdũ ab eterno creare nõ potuit:quũ eternũ & de9 idẽ sint.

Quo nam pacto actus creandi: dependentia seu creature intelligantur: & ibi nulla i tersit relatio: nisi quod ipse creature sunt aspicientes deum intrinsece: que aspiciẽtia relationis denomiari solet. Sed quum a deo immediate creati sumus & non per ali quam relationem: nulla ibi in posterum realis relatio: preter ipsas creaturas: occur rere potest. Cap. xlviii.

¶ Viso superius quatenus nec ex parte dei: neqdem creaturaꝝ accidens in creatione euenirẽ queat. Deinceps assumpto huiuscemodi fundamento: facile possumus multa ac magna dubia aperire. Nature enim abstracte relationes eodem modo quo accidens in simplici creatione fundantur: ita quod si unũ istorum datur: dantur & reliqua. Sed si ex iis aliquod dari nequit: tunc unusq́ aliud. In creatione siqui dem asserimus nil contingere posse: causa: quod deus nõ habet prius neq; posterius: preter unũ instãs indiuisibile: & ubi prius & posterius nõ datur: nullatenus ibi aliquid accidere potest. eo qd instãs absq; prioritate & posterioritate refert. semper uno & eodem modo se habere. & quia non uariatio: minime accidens. Contingentia enim in uariatione tantum ĩteruenire possũt. Vnde patet nil i deo posse con tingere: eo quod nulla ibi uariatio. ¶ In primo simplici esse creaturarũ: per creationem minime po test accidens itercidere: quia i eo istãti creature nõ se habẽt aliter & aliter: nisi tantum simpliciter. Vno solo modo nouo: quod est esse. ¶ Sed deinde i operibus creaturarũ: ppterea quod iam sunt i discur su: cõtingẽtia adherent creaturis. At nos hic de primo signo creationis agimus: in quo nullum accidẽs ex parte dei. neq; creaturarum iueniri potest. Et sicut de libertate ad cõtingẽtiam exponimus: codẽ mo do simpliciter: de natura creaturarũ: ac de relationibus in illo signo cõtingẽtibus: intelligimus. Ibi eni nulla natura atq; nulla relatio occurrit: preter deum & creaturas: quis alique relationes uideantur: sal tem ex pte creaturarũ oriri: & superiores nature iteruenire: ut pote angelitas: celeitas: elementeitas: hu maneitas: equinitas: & sic discurrendo. Sed si hec aut similia occurrunt: nequaq̃ recte dicere possumus: quod simplex creatio sit nisi de uno assumere & aliud agere. ¶ Nũc autem petimus cur magis huma nitas sit eterna: q̃ homines: eterni angelitas: q̃ angeli: celeitas q̃ celum: & elemẽteitas q̃ elemẽta. Nam si deus celũ creare potest: potest etiam celeitatem creare. ¶ Pariterq; si celeitas absq; medio a deo depẽ det celum quoq; absq; medio depẽdere potest. & si celum habet omnino necessitatem de aliquo medio inter se & deum: etiam celeitas eãdem habebit necessitatem de altero medio. & sic ibimus i isinitũ discur rẽdo: quod stare nõ potest. quũ un9 solus in actu infinitus esse queat. & iste discursus de rebus essentia libus est: qua de causa oportet: quod nũc i actu sint: quum nequeant in infinitum discursum progredi. Vnde patet qua de re tã homines: elemẽta: celi: & ãgeli: possunt a deo imediate dependere. q̃ abstracta: que p discursum itellectus seu particularium abstractione congregamus. ¶ Item aut quod he abstra ctiones: quas nõnulli solẽt naturas super particularibus aut pticularibus priores denominaṙ: sunt crea ture aut nõ creature. Si creature: opus est quod cõcedãt imediate a deo depẽdere: eo quod nullam aliã rem superiorem ponũt: preter deum. Si abstractiones uel uniuersalia dicis: q̃ creature nõ sint: dicerunt: aut a seipsis: & quidqd a se omnipotens: nullam enim contrarietatem habet: & ubi nulla cõtrarietas ibi omnis potestas: & nõ potest dari a natura preter unum oipotẽs: igiṫ abstractiones quas tu imaginaris: idem sunt cum uno solo deo omnipotẽti aut creaturis. ¶ E sic probatur qd aut deus uel creatuṙ: nõ deus: quia nos non sumus de eius natura. Si enim essemus nos quoq; fuissemus dii: Itaq; he abstractiões concesso qd in re dentur: sunt creature: & per te imediate a deo depen dent. ¶ Nunc sic: quidquid i mediate absq; relatione: Quoniam si ibi daretur relatio illa esset medium iter deum & creaturas: & cõ sequenter relationes fuissent prime creature. Sed quoniam de natura relationum est in aliquo subiecto fundari: tanquam accidens in substantia: necesse est: quod primum sint angeli: celi: elementa: & similia. q̃ relationes ibi fundentur. ¶ Vnde palam sequitur quod dicendo creaturam dicimus ab alio depen

dētē.& ab alio illationem aut esse:ad aliud superius aspiciens.Sed hoc aspiciens nil aliud ē q̄ ipsa res q̄ aspicit.Ibi enim simpliciter est nouum esse:& tamen quia in se creatura intrinsece est:aspiciēs superius & intrinsece depēdens:simpliciter illatio:sub hac consideratiōe quādam relationem imaginamur: que tamen solum ens rationis est. ℂEt ꝓbatur.In creatione tantum deus adest & creature que in eo tūc sunt in nouo esse.Nūc sic.Quidquid est in deo:est deus:omnis actus intrinsecus dei cum ipso deo conuertitur:Actus creationis est actus dei:igitur ille actus est deus.ex parte creaturarum in eo tunc nullus est actus:nisi tanq̄ passio aut res edificans est consideranda.Vnde sequitur quod creare actiue est deus: & creari passiue creatura:eo quod ibi nil aliud q̄ deus & creatura intersunt.Et quum creature sint passiones que creationē assūmūt ipsa passio & creatura conuertunt.Et licet quandoq̧ in modo loquendi dicatur creationem uel esse a deo assumimus:ac si prius nos essemus:q̄ esse haberemus.hoc nil aliud significat q̄ modum loquendi.Non enī proprie loqui possumus ita de facili.Nam plerūq̧ etiā dicimus: Anima mea & corpus meum:ac si nos alia res q̄ anima & corpus simul essemus.Dicimus etiā habem9: similitudinem cum deo:tanquam si alia res esset similitudo quam cum deo habemus:& nos alia .Sed de recta loqutione dicere deberemus.nos ipsi similes deo sumus.Similitudo enim ad deum nil aliud est q̄ ipse creature. ℂEt sic in lege habetur faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.& non dicit similitudinē hominis ad similitudinem nostrā:nisi quod ipsum hominem ad similitudinē nostram ait.Licet nōnulli ex parte creaturarum ad deum reales relationes eē dicāt:eo quod creature sine deo esse nō possūmus:quam uero eēndi necessitatem uolunt relationem denominare.At nos aliter sentimus.Quisq̧ enim nostrum ī se intrinsece est depēdēs:atq̧ necessitatus ad manēdum sub diuina ꝓuidentia:sine qua esse non possumus:quāq̄ ibi nulla alia relatio consideretur:nisi quod nos ipsi a deo intrinsece necessitati sumus. ℂEt quia in hoc primo signo rerum:superiores naturas non inuenimus: neq̧ relationes ī re:impossibile est penes naturam loquendo:quod in aliquo alio loco realiter dentur. Quocirca alie nature proprie dicte sunt querende.Quum enim naturam dei dicimus:nō est ītelligendum de diuinitate siue deitate abstracta.Deus enim:diuinitas aut deitas:idem sunt.& sic uere loquēdo: Natura dei est esse a se:omnia comprehendens semper absq̧ prioritate & posterioritate:esse omnipotens.esse:exemptum & similia sunt natura dei:& tñ ipse deus simpliciter.& natura angeli incorporeum intellectuale atq̧ continua contemplatio ad creatorem suū & semper uiuens.Natura celi continuum mobile in circulo cooperimentum totius machine mundi:gubernatio per radiationem super inferioribus:atq̧ incorruptibilitas.Natura elementoꝝ continua cura in generabilibus & corruptibilibus:soluendo hoc & compaginando illud:tum & aliud calidum:aliud frigidum:aliud humidum:aliud siccum: aliud leue:& aliud graue. ℂNatura hominis rationalis atq̧ mortalis:est.Rationalis ex pte anime :& mortalis ex parte corporis.habilitas acquirendi plures disciplinas:atq̧ humanitas ē proprietas uel de nostra intrinseca natura.eo quod humanitas intrinsecam moderationem uel temperātiam significat: pariq̧ modo in quacunq̧ alia specie:similes proprietates tanquam abstractas ponemus.Videlicet:ut ī leone ferocitatem & in deo diuinitatem:dicimus.Sub quo intētu dum aliquem ꝓbum uirum uidem9: plerūq̧ dicere solemus.Vere iste potius diuinus q̄ humanus uidetur.Et si aliquod prauū animal cognoscimus:dicimus.hoc ferox est seu tanquam leo se habet.& si expertum ultra modum denominamus ipsum serpentē.In his principiis pleriq̧ hominum decepti sunt:imaginantes : quod essentialiter omnes creature in mente diuina eternaliter sunt.& tale eē denominát eēntiale:absq̧ existentia.& quod deinceps ad esse existens deducti sumus in qua imaginatione nil de natura diuina discernūt:siue ītelligūt. Nam deus de presenti bene uidet:preterita:presentia:& futura.& quia omnis uisio dei est de īstanti presenti:ex parte eius nihil prius neq̧ posterius datur.Iccirco consiteri oportet qđ sicut ab eterno in deo eramus:ita & nunc sumus.licet ex parte nostra dicere possimus:eramus:sumus:& erimus.Sed tātum sumus ex parte dei.Quoniam in ipso non prius neq̧ posterius sumus.quia eternum nunc de presenti:in uno instanti indiuisibili omnia comprehendens dicit.& sic omnes creature a deo cognite sumus: uno & eodem modo:non autem alio atq̧ alio.Ideo si ab eterno assumendo:ut tu dicis:per longum discursum iam transactum:in diuina cognitōe essentialiter eramus:itidem & nūc sumus.Quoniā in ipso nulla datur uariatio:licet creature uarientur.Verum ex parte dei si in hoc esse:in quo nūc existimus:eterni nō sumus:minime in aliquo alio signo eterni sumus.& ex parte nostra eterni esse nō possumus:nec deus potest nos eternos creare.Quum creatio sub principio dicat:& eternū simpliciter absq̧ principio.Iccirco a factore uel a causa eterna creati sumus.& ipse eternaliter creat.Verūtamen ex parte nostra principiati orimur:quomodocunq̧ esse nostrum uel essentia assumatur . Demum dum de relationibus uniuersalibus & particularibus tractaturi sumus:in hoc capitulo possumus fundamenta a principio capere.

Qualiter deus quecunq̧ nos preterita & futura uocamus in hoc instanti potest. Cap.xlvii.

ℂDicimus quod deus quicquid facturus est ab eterno determinat.Et quum nihil agat preter rem ab ipso determinatam:contingit sibi aliquod nouum opus.Semper autē cōsiderandum est: quod eternū

denotat nunc absq; prioritate:& posterioritate. Quia eternum quemadmodum in secunda parte uidebimus: dicit illud quod omnia in uno istanti comprehendit:& potest quecunq; uult in eodem operari. Quemadmodum enim nos per tarditatem:uel per prius:& posterius operamur:deus agit in instāti:& ideo in illo istāti:quosq; modos ad uolēdū & nolendū habet.& unus istorū modorū non obstat alteri: ut pote nos in uariis temporibus absq; impedimento uaria accipere:atq; operari possumus.& sicut nobis est tempus operandi:in ipso quicquid uolumus in deo est instans eternale:ī quo qcqd uult peragit. Et stante hoc:quod omnes sapientes concesserunt:Videlicet:quod deus non habeat prius:neq; posterius:aperte probare possumus:quod in hoc instanti deus potest agere:quod adam non peccasset:& qd mulier corrupta nō esset corrupta. ¶Sed animaduertendum est:quod deus non potest in hoc instāti utrūq; agere:scilicet:quod adam peccasset & non peccasset:nisi unum tātum:idest:aut quod peccasset:aut non peccasset. Dum eni dicimus preteritum:apud nos intelligitur:& non circa deum. Quapropter respectu dei nunc in hoc instāti adam peccauit:quis peccatum perfecerit:hec autem pfectio apud deum non habet prius neq; posterius. Et sic deus in eodem instāti potest agere quod adam nō peccasset. Quemadmodum enim habemus in sacra scriptura. Pater genuit hodie filium intrinsece idest nūc: similiter apud deum:aut ex parte sua:nūc est creatus mūdus:licet dicamus creauit tanquam de preterito:ex eo quod mundus est perfectus. Sed in respectu dei:est in uno istanti absq; prioritate:& posterioritate Et sic dicendum est quod nunc deus potest agere:quod antichristus nō sit futurus:neq; adam preteriturus:nunq̄ tamen id faciet. Illud enim quod apud nos est preteritum:uult quod semper sit preteritum.& in uno & eodē instāti de una sola re non datur in deo uelle:& nolle.quum purus actus sit. uult quod adam sit preteritus igitur necesse est preteritum esse:Attamen dicamus ꝙ nolit:ergo non est preteritus:sed quia uult:sequitur ꝙ preteritus. Et sic qui uult de prescientia dei intelligere:quod nō sit in eo prescire:nisi quoad nos decet:quod studeat iisdem uiis quas istic superius annotauimus. Que tamē asperrime erunt illis qui occupatos atq; hebetes intellectus suos habent:circa hec inferiora & temporalia quippe ꝙ hic de dignitatibus dei dūtaxat considerandum est:dummodo nos stabilire uoluerimus.

Qualiter accidentia que creaturis contingunt:nullum motuum uel alterationem:in prima causa ponunt. Cap.xlix.

¶Irreligiosi causā negandi creationem:asserunt de nihilo nihil fit:& ideo dandam eē unam primā materiam:de qua quecūq; facienda sunt fiant.& nos nō dicimus mundum de nihilo factum esse:nisi diuina uoluntate & potentia:sub qua omnia bona consistunt. Et de hoc postmodum latius uidebimus. hic uero respondendum est irreligiosis philosophis:adducentibus motum in eorum defensionem:psupponēdo aliquam esse alterationem:inter unūquodq; quod tale non est:ut tale fiat:ueluti si nigrum nō est:ut nigrum fiat.quia unam partem deperdēdo:aliam recuperare intendit.& quoniam he inferiores creature tales conditiones habent:comprobatur eis originaliter euenire:causa imitandorum superiorum.& si illic aliqua esset nouitas:de non esse ad tale esse:inferunt.quod alteratio occurrat:& hoc utiq; incongruum esset. ¶Quo autem iisdem philosophorum argumentis facilius satisfacere ualeamus: eandem uiam accipiemus:ubi inquiunt deueniendum eē ad unum prius:quod imutabile persistens:oīa alia mouet uel dat dependere. Quod si non mouetur:igitur per motum aut non motum rerum dependentium:nulla alteratio prime cause accidit. Et quia sine aliqua nouitate operatur:ex parte sua operatur. Quoniam dare motum:absq; aliqua motione ipsius primi motoris:nil aliud est q̄ per uelle aliquid ad extra causare.& nos de creatione nil aliud dicimus:nisi quod deus immotus causat siue pōit totum mundum:in esse nouum & cum simili ratione respondemus:ad questionem quā de alterationibus creaturarum adducunt:inferendo:quod ab aliqua imitatione prime cause eueniāt.quod est contra propositum suum:asserendo:quod primus motor mouet ipso manente imobili. Tamen dicimus deueniēdum esse:ex minori pfecto ad maius perfectum:quousq; summum perfectum adipiscamur.& mutatio d̄ uno eē in aliud esse:nō est perfectio:igitur nequaquam erit conditio prime cause:nisi rerum dependētiū. ¶Hic quoq; aliam infimam coniecturam faciūt:Dicentes:quod si ex nō calido fit calidum: sequitur aliud prius fuisse.ut pote frigidum:siccum:& humidum:aut quispiam aliud ex istorum medio. hec autē disputatio est inter creaturas examinata.quoniam in creatione intelligitur eas prius nō fuisse:& quod sunt nouiter producte. Et propterea non oportet inferre:si non est album ergo nigrum:uel aliquis alius color.quia nō esse:nō est hoc neq; illud. Quapropter absolute priuatio. ¶Dicētes etiam quod aliquid nō fuit in istāti productum:aiunt sensibus patere:ad hoc quod ab una in aliam qualitatem trāsseratur.quod aliquam alterationem:& temporis moram conspicimus. Vnū enim contrarium alteri obsistit:& huic parti facilius assignatur responsio.quod nihil prime cause aduersetur:& quoniam īfinita necessario constat eam posse in instanti operari.presertim quod de quibusdam corporibus exemplū applicare possumus:que in instanti aut fere in instanti operātur.sicuti radios luminosos illuminare:& nostros oculos cernere. Similiter possumus de motu quorūdam corporum assignare:paucam aut fere nullam in se alterationem recipientiū ut de motu celi. Assidue enim in unico loco uoluitur:nec eū ullo mo

do deperdit. Quod si infertur: quod pars in oriente in diluculo existens: uespere in occidēte apparet: hoc utiq3 quantum ad nos erat pars: & non quoad celum: nisi ꝙ unica unio dūtaxat: que assidue i uno solo loco nullam alterationem recipiens mouetur. licet non dicamus cum summa perfectione eē. & cō tra has obiectiones facile per concessa ab iisdem irreligiosis philosophis: tendere possumus. Quum dicant totum mundū a deo ꝑ efficientiā dependere: & efficere aliter q̄ prius erat: edificari: intelligitur. in quo multomagis aliq̄d accidere pōt: q̄ in creatione ut supius uisum est.

De eodem seu de incipit & desinit. Cap. I.

¶ Dum de communi natura loquimur: semp quod unum nouum fit aliud uetustius dirumpitur: aut deficit. Nam si de genitali semine hominis homo generatur: necesse est: quod totum ipsum semē speciē suam totaliter amittat: & in alteram transeat. & hoc modo facile ac breuiter intelligi potest de incipit & desinit. Quia dum incipit & desinit dicimus: non de una re tantum: sed de duabus itelligimus. Quo niam incipere & desinere una sola res atq3 in uno solo instāti stare nequit: ideoq3 de duabus assumitur. Nam si ex albo debet fieri nigrum: in eodem gradu & instanti quo desinit esse album: incipit eē nigrū. & similiter in cūctis rebus transmutabilibus: ex hoc in illud itelligitur: aut ubicūq3 tempus decurrit: eo quod tantum in senectute incipimus: quātum a iuuentute desinimus. ¶ Sed in creatiōe quia superna turale opus: & sine tempore incipit: illud quod prius nō erat. & tamen nihil desinit: nequidem deus de sinit a quiete: & incipit laborare. quum ipse sit sine principio: medio: discursiuo: & fine. quoniā uero in uno solo instanti semper de presenti: absq3 alio & alio instanti: deus de quiete ad laborē moueri non potest: necesse est semp in uno & eodē gradu: ex pte sua laborare. & quia mundus a nulla materia uel substantia accipitur: nil ibi desinit: q̄uis mundus nouus incipiat: qui prius neq3 sic neq3 sic erat.

Quod deus: ex quo actus purus ac summus est: absq3 aliquo medio uel alteratione: in instanti operari potest. Cap. II.

¶ Vidimus quatenus per concessa ipsius aristotelis: primus motor mouet & non mouetur. & insuper quod fortius est concedit: quod hic motor actus purus sit: quod ab omnibus sapiētib9 probatur. eo q̄d primum omnium entium: non potest esse compositum. Tunc enim partes essent priusq̄ ipsum totum: & in hoc modo non esset unum primum. & quia ens a quo omnia alia dependēt: summe perfectum: & quum summe pfectum: consequēter actus purus. Quia potentia seu materia de se non idicat perfectio nem: & ubi nulla est potētia non datur prius & posterius: in esse nec in operari: & ubi non prius neq3 posterius: ibi nullatenus alteratio uel motus. Quoniam alteratio siue motus: de primo ad posterius in fert: uel de hoc signo ad alterum signum. & actus quicquid agit sine respiciētia prioritatis & posterio ritatis: est in instanti indiuisibili: & quia deus purus actus in operibus suis: nulla alteratio nec motus eē potest. ¶ Et si infertur: quod erit alteratio ex parte rerum dependentium: & alteratio ante alteratio nem: minime hoc ualet. Nam prima alteratio: seu motus datur ex eo: quod supra primum motorem nō potest aliquo modo ascendere. Et quecūq3 inferius sunt: principium habent. eo magis quod in creatio ne nulla est alteratio: ex parte creatoris: nequidem creaturarum. quia primum ens non habet prius ne q3 posterius: & ubi prius & posterius non datur: minime aliqua contingētia: Nam contingētia aliter se habere infert: q̄ quod esse solebat: & illud quod nondum est nequaquam esse solet. Vnde ex eo q̄d crea ture nō sunt ante creationem sic uel sic in suo primo signo essendi in nouum esse resultant. & iccirco pro illo signo non contingit sibi aliter & aliter se habere: nisi sic precise in uno solo modo: ex quo ꝓ batur: quod ex parte creaturarum in creatione nulla est cōtingētia nec repugnantia quod creentur. Quum per alterius potentiam & non per suam producantur: nec ex parte dei aliquid contingit: ut ui sum est: nec aliqua in eo repugnantia in creādo inuenit. Quoniam equalia habet eē posse & uelle. Et quia ipse solus actus purus ipse solus uerus atq3 summus actus. Et q̄a summus in actu summe bon9 sum me sapiens summe potens summe uolens. & sic in omnibus que digna uidentur summus est: quoniam actus purus in quo nō datur magis neq3 minus. ¶ Et quum dicimus summum non ymagineris quod comparatiue ad creaturas hic intelligamus nec proprie superlatiue nisi summum idest super omnibus considerationibus unicum. Et quia preceteris rebus & consideratiōibus exemptum supremum cū nul la specie & genere inferiorum cōuenire nec comparari potest. ¶ Quum uero scriptura testetur aut plures antiqui dixerint ꝙ solus deus bonus: non itelligas bonum respectiue uel comparatiue ad crea turas: nisi quod cum bonitate ipsius dei nulla alia res comparari potest. Et quia nulla īuenitur compa ratio: dicitur solus deus bonus: causa quod considerando bonum ipse deus tantum est non comparati ue sed absolute. Quia comparatiue nō dantur sola: quum relatiua sint. & sic solus deus bonus uidelicet absolute sine aliqua comparatiōe ad aliud bonum. ¶ Et hic non uidetur debere cōmētari solus deus bonus eo quod ipse per essentiam bonus: & creatur non per essentiā: nisi per eē. Quoniam sub hac ex positione uideretur quod deus nō sit ita bonus per esse q̄ per essentiam: & tunc creature possumus ali

qualiter cum ipso comparari. Et quia sumus boni per esse & non boni per essentiam. hec omnia incon grue se habent. Nam esse dei & essentia dei idem sunt. & similiter esse nostrum cũ essentia nostra couer titur: licet nõ perfecte esse nostrum atq; eẽntia sit. tñ in eo modo quo est essentia nostra in eẽ uel i cõsi deratione: est etiam bona: ut in aliis locis probabitur. Sed nõ bona comparatiue ad deum: sic neq; sic.

¶ Quum uero deus nullam habeat comparationem: consequenter & nullam cõtrarietatem ex par te sua: quoniam summe potens nec ex parte alterius: quum nulla sibi sint comparabilia eo quod cetera alia sunt minima. unde manifestatur: quod deus potest quicquid uult: & quum ipse bonus sit: uult id qđ bonum est exeq & operari. Bonum est creare mũdum: & bonũ posse ipsum creari. sequitur ergo quod creauit: quum manifeste pateat: quod mundus non potest per seipsum esse. & quia est & nõ potest a se: sequitur quod ab alio scilicet a deo.

Quatenus creaturis conueniat ad hoc quod operari queant ex aliqua parte mate riam accipere. Cap. lii.

¶ Exempla superius adducta infima sunt uidelicet de generabilibus & corruptibilibus creaturis ut pote quod de nõ albo fiat album & alia huiuscemodi. Quãdoquidem de creaturis nullus asserit: quod possint rem nouam penitus producere eo quod necesse est ut aliunde assummant materiam. Quoniã nouum agere formar seu creare est quibusq; creaturis alienum. Vnde solus deus hac dignitate fungit: ut possit nouum simplex producere. Vnus enim solus infinitus & quia infinitus: infinita erit eius po testas: quod si ad libitum producere non posset: nequaquam esset infinita. & quod eam habeat: probat per uiam philosophorum dicentium: deueniẽdum esse ad unam primam causam: de qua omnes alie de pendẽt. & quia depẽdent omnia siquidem sub eadem cõprehenduntur. Et quum semper est sine princi pio & fine: erit quoq; absq; medio discursiuo. Medium uero inter principium & finem spacium siue in teruallum appellamus. Et quoniam prima causa est sine aliqua uarietate infinita dicitur: & quia ĩfinita de nouo potest producere. ¶ Quando autem ex aliquo aliqđ faciundum est: occurrit agẽs forma & materia. Et dicimus aliquid ex aliquo fieri: idest esse tale ex non esse tale. At uero in creatione mundi so lus deus occurrit: & non aliud esse tale: necnon esse tale. Ideo sicut in creatione solus deus est: ita & no uum effectum producit absq; alia causa formali uel materiali. Ipse enim uerum principiũ & finis est cau sa producens. Quapropter a deo producti sumus: & non a nihilo. Quia nihil nec est ens: nec nõ ens: & nõ ens tantum negatiue sonat: & in creatione nihil negatiue interfuit: nisi perfecta procreandi ope ratio: per quam creature resultauerunt.

Qualiter philosophi creationem affirmantes ab aliis ipsam negantibus discrepent. Cap. liii.

¶ Quidam uero tantam sollertiam ad inuestigandum secreta nature adhibuerunt: quod tandem in principiis formarum creationem adinuenerunt: hoc medium siue argumentum inferentes: in quo & q̃ plures philosophi tam religiosiq̃ irreligiosi occurrerũt. ¶ Et de numero irreligiosorum uidetur qđ aristoteles & auerroys precise contra creationem opposuerint. ¶ Ad primũ uero dicimus quod nec dictis platonis responderũt: nec intelligere uisi sunt: ut i presenti processu uidebitur. Quũq; auerroys hanc partem ignoraret ferme ludibrio contumeliis afficiebat illos: qui subtiliter scripserunt: maxie ubi auicẽnam reprehendit. Que tamen cõsuetudo callidi ac uersuti esse solet: qui dum ad propositum re spondere nequit: ioco uerba ignominiosa subnectit. ¶ Et aduersus dicta aristotelis & auerroys dici mus: quod ad propositum de creatione minime respondent: eo quod religiosi de potestate essendi tra ctabant: ubi de rerum primordiis perscrutabantur. Et sic merito in principiis seu generationibus crea turarũ incipiebant: ut perciperetur an quicquam noui in ipsis creaturis reperiatur: aut si forte creatur possunt se per primum principium essendi causare aut per se esse: ieciro formas accipiũt: p quas crea ture uiuunt. In quo tamen loco non dicunt totum mundum creatum esse. Sed introductionem a par tibus pro toto assummunt. Nam ex minori cognitione paulatim ad maiorem deueniunt. & inhuiusmo di examine põderant hominem quantum penes intellectiuam partem ualeat. & de corporis quoq; suf ficientia considerant: finaliter inueniunt nõ satis esse hominem ad seipsum nec ad quempiam aliũ ori ginaliter seu nouiter producendum ¶ Quapropter aristoteles & auerroys odio ueritatis ducti mini me inspexerunt: utrum homo per se esse queat. qui & taliter inquiunt: omne simile generat sibi simile. & per diffinitionem quoq; generatio est de non esse ad esse: seu de non esse tali: ad esse tale per trans mutationem. Ista uero argumenta ad ephesios transeunt. Nos enim interrogamus: Vtrum homo pro ducere possit aliquid noui simpliciter aut per se esse. Et ulterius cognoscentes quod he forme primum esse suum aliunde accipiunt: proculdubio affirmamus: mundum a deo esse creatum: siue nouiter produ ctum. In quo non ymaginatur transitio de forma in formam. nisi nouum principium essendi simplici ter. Ieciro ibi nulla prorsus generatio nequidem corruptio est per inchoationem uel finẽ formarum.

Quod facile sit habere principium & carere fine ueluti patet i quibusdã: promõthoriis manu factis: q durare possunt qdiu terra durauerit. Cap. liiii.

¶Quando aristoteles dixit illud: quod habet principium: oportet quod finem habeat: declaraturus erat. quid sit naturale principium: & quid supernaturale. quid per quodlibet principium acquiramus: & quid uero per finem deperdamus: ut dum de creatione mundi agimus. Quoniam supernaturale principium & simplex ponimus: in quo nulla compositio intercidit: nisi quod oritur aut producitur nouũ esse per meram dei uoluntatem. & naturalia pricipia: que aristoteles accipiebat: semper sunt cõposita. & quia de uariis naturis congregata separationem expetunt. Attamen quando aliqua res composita dissoluitur. non est intelligendum quod esse suum intrisecum pereat: nisi separatio tantum inter materiam & formam. ¶Creationis uero principium nullam habet compositionem: nam tota est ex parte dei: & deus imutabilis existit. & quia bonus semper: bonum agere debet. Quoniam autem esse mundi est bonum: deus debet eum sine fine substentare. quum ipsemet deus sit mundi origo: & sic ei dat esse: & esse nullo pacto respicit non esse: quia inter esse & non esse nullum est dandum medium: quoniam non esse nõ habet principium principiãdi nec finiẽdi: Quocirca patet quod simplex pricipium essendi nõ potest finem pereundi uel nõ essendi expostulare. Quum enim forma & materia separantur: principia sua respiciunt: ad que sint rediture. Sed non esse nullus respicere potest: eo quod non est. & ideo deum petimus tanquã principium nostrum essendi. & quia deus sine fine est pariter & esse intrisecum nostrũ sine fine durabit. presertim quod absolute dicẽdo: quicquid habet pricipium: habebit finem. hec dictio est falsa: quis mundus semper ab eterno fuisset: & hoc modo constat. Quedam enim promontoria sunt in terris manu facta: que iquantum promontoria precise principiata fuerunt. & tamen non petunt finem: dũmodo mũdus in eternum durabit: ut Rome montiusculus ille i campo testratio situatus: quem de hydriis terra repletis factum esse dicunt: & saltem nemo negat: quod sit manu factus: nec quisquã dubitat duraturũ esse qdiu mundus durauerit. ¶Quod si res ab hominibus principiata & manu facta: sine fine durare potest: quanto magis mundus ab omnipotẽti deo productus. Si autem respõdes quod natura conseruat talia promontoria: nos itidem asserimus: quod deus uniuersum orbem tãquam opus manuum suarum conseruat.

Qualiter philosophi religiosi creationem assignent. Cap. lv.

¶Philosophi religiosi principio moti fuerunt ad ponendũ creationem formarum uidẽdo qualiter aliqua animantia per putrefactionẽ generentur: ubi aliquod sibi simile non occurrit. & quum talia animalia sic generata animam recipiunt: patet quod aliquis uniuersalis factor ipsam prebeat: & nullã quoque sufficientiam inueniunt in illis: que per propagationem generãtur: quod una per se alteri perfectionem uel animam prebere queat. Quod satis manifeste probare possumus. Si enim homo sufficientiam ad generandum hominem per se haberet: quotiescunque uellet: semen in matricem mulieris ponere ipsum generaret. ¶Vlterius dicimus quod facilius est conseruare: q nouum simpliciter agere. Et quum homo filios conseruare nequeat: absque aliqua superiori causa: palam constat filios nõ esse precise i principio neque in fine sub patris potestate: nisi tantummodo instrumentaliter. Quoniã patres solã materiã per appetitum administrant: deinceps uero dimittunt: quod eam natura disponat. Et quia nõ possunt corpus organizare: & animã producere: nisi mediante cursu naturali. patet sensibus hominum nõ generare hominem absque alio iuuamine: neque hominem simul cum sole absque alia causa. oportet enim aliquem magistrum interuenire: qui quecunque operatur intelligat precipue in generationibus nostris: & nos non intelligimus nosmetipsos. Quod si Aristoteles inquit: naturam esse illam: que intrinsece laborat. respondendum est: quod illa talis natura necessario quicquid agit intelligit: quemadmodum enim nos nõ intelligimus: si ipa natura non intelligeret. ita pariter impossibile est effectum ordinatum producere. & quia homo instrumentaliter hominem producit: manifestatur ibi esse aliam superiorem causam: que precise quicquid faciundum sit intelligat: & eam causam uocamus deum quũ nemo alius oia perfecte intelligere queat.

Quomodo nullus causet sibi simile: & ut aliquid de nouo fiat causare oportet. Cap. lvi.

¶Vbi aiunt simile generare sibi simile est intelligendum instrumentaliter. Sed nõ totaliter pro causabili tanquam pro primo principio: quod eẽ prebeat: quemadmodum patebit. tunc enĩ effectus equalis esset sue prime cãe: quod est contra naturam. & de hoc non solum in aĩalibus exẽplũ assumere possumus: uerum etiam ubique in tota rerum natura. Quoniam unum elementũ aliud sibi simile causar nequit. nec celum celum: nec angelus angelum: neque deus deum. Si enĩ totaliter causaret: tũc esset alius: atque alius deus. Et sic christiani habemus de trinitate: quod pater & filius in diuinis sint eiusdẽ substãtie. Vnde filius a patre non causatur: sed generatur. & ita sunt unus deus quãuis in personis distincti. In creatu-

ris uero aliter se habet. Nam filius non est idem homo cum patre: quia essentiam siue naturam diuisam habent: ex quo patet neminem posse alium sibi similem causare. Tamen posita eentia aut materia pōt instrumentaliter sibi similem generare. Verum assidue opus est: quod sit aliquis administrator illius effectus siue operis quod facturi sumus. & hoc manifestatur per exemplum a deo ordinatum. Hoc mō quādo nos aliquam artem exercemus: aut edificium struimus. manus sunt instrumenta: uel alia similia membra ad elaborandum. Attamen manus nihil intelligunt nisi quod intellectus & sensus opera ordināt: & manus tāquam instrumentum illud opus simul compaginār. Manus uero nunquam illum ordinatū effectum agerent nisi p potentiam & administrationem intellectus: & non aliter circa generatiões asserimus. Quoniam nec itellectus noster nec sensus: nequidem mēbra aliquid intrinsece intelligunt de illo: quod faciunt: imo tanquam instrumenta occurrunt. & quia instrumenta sunt: oportet necessario ali quod intelligēs superius esse: ut generationem illam administret. & hoc ē deus. Quia animalia sicut sumus species specialissima aut ultima rerū naturalium diuisio: solum possumus edificare aut dare esse in rebus artificialibus. Nam domus inquantum domus est: tota a manibus siue intellectibus nostris causat: & sic eam intelligimus. Non tamen intelligimus generationes & productiones hominum. & hoc est qa in generationibus nō sumus totaliter magistri: nec eas causamus. Si autem dicis: quod habemus uirtutem calidam humidam aptam ad generādum: quero quis illam aptitudinē dederit eo quod calor de se multo minoris uirtutis est q̄ homo. & sic nihil intelligit. Quod si generandi uirtutem habet erit uirtus a deo illata. & quia a deo oportet ut eam deus administret. & tunc calor & uirtus eius ad generationē instrumentaliter se habebunt: & non ita principaliter ut homo: calor enim in homine uel generatiōe: est tanquam qualitas & homo tanquam substantia & sic generatus assimilatur homini & non calori.

Quo pacto tanquam in ultimato fine tractando de dependentia mundi constringēdi sint irreligiosi philosophi: in quo euadere nullo modo possunt. Cap. lvii.

¶ Causa quod irreligiosi philosophi consueuerunt de mundi creatiōe rationes scitari. & pro parte sua tantummodo ferme negationes adducere. Nos siquidem affirmationes & non negationes petim9. Ipsi enim fundamenta in opinionibus suis habere dicunt: & de similibus principiis probationem querimus: & inter alia pro nunc de tribus principiis: quid potissimum exposcimus. quonam pacto intelligātur: & simul stare queant. ¶ Primum eorum est quod secundum Aristotelem: de nihilo nihil fit oppo nendo cōtra simplicem mundi creationem sub qua ymaginatione uoluit mundum cum deo compara re: utpote manualia artificia cum architectore. Aliud est quod totus mūdus ab una sola prima cā depēdet. ¶ Postremum uero principium uidelicet quod unum tantum ens a se esse potest: & uult hoc per motus & motores probare asserēdo. Quidquid mouetur ab alio mouetur: circa quod talem sententiā eli cit. quod illud quod mouetur nō est a se: sed ab alio: quoniam partem extra partem habet. & quidquid partem extra partem habet: de se est corruptibile. si modo ab alio non conseruaret. Quapropter unū solum primum ens: quod est deus iuenit: quod mouet: & nō mouetur. & illud tantum a se eo quod non habet partem extra partem. Sed quod actus purus & infinite uirtutis. Vnde per ipsum aristotelem ꝓbatur mūdum nō eē a se nisi ab alio depēdētem. ¶ Nunc positis iis tribus principiis: uidelicet quod de nihilo nihil fit. & quod totus mūdus a deo depēdet: & quod ipse etiam mūdus nō sit a se: quonam modo eadem oīa simul stare queant. ¶ Si enī de nihilo nihil fit: oportet quod sit aliqua materia prius q̄ edificetur: & illud efficere denominas tantummodo depēdere. Nūc sic: aut quod talis materia est ps mūdi: aut nō pars mūdi. ¶ Si est pars mundi falsum proponis quando ais: quod totus mundus a deo depēdet. quoniam illa pars que postmodū p efficiētiam dependet: in suo primo signo non depēdet: & est pars mundi qd iuxta posita male se habet. ¶ Et si dicis quod adhuc illa pars dependet: differētiam q̄rimus inter illam primam & secūdam depēdentiam. Non enī p efficiētiam secundum te nec per formalem neq; materialem nequidem finalem causationem. & dicis quod depēdet quonam modo hoc sit: & q̄liter assignare nesciuisti. quum quattuor causas tantūmodo posueris asserendo: quod non erat magis. & mundus secundum te per nullam istarum in primo signo dependere potest. Quod si rationē nō assignas opinio tua inanis est. ¶ Si autem infers quod mundus i primo signo: de quo prima cā aliquid agit: aut efficit minime sit dependens: cōcedis duos esse mundos: alterum siquidem creatum: & alterum increatum. quod precise est contra te. Quum in aliis locis uehementer deneges plures mundos: extra unum dari. Et reprehendis platonem ponentem exemplar eternum: ad cuius figuram iste mundus sit creatus asserendo: quod tunc essent duo mūdi. unus creatus & alter increatus. ¶ Qua de re penes hanc uiam aut reprehensionem contra platonem necesse est confitearis: quod in primo signo totus mūdus efficienter dependeat: explica modo temetipsum: quod in primo signo dependeat totus ab alio: & quod de nihilo nihil fiat: hoc est de nulla materia presupposita de qua fiat. ¶ Et ulterius hic aliud pricipiū adiūgim9 tibi obstans. Vbi asseris: qđ sol9 de9 ē a se: & qđ oēs res mūdi sint ab alio: petim9 tāquā ꝓ ultīo fine qūo mūd9 a se eē neqat i prio signo: & qten9 a se esse queat i prio signo: qm̄ hec cōtraria sunt. ñ enī p itrīsecā dei emanationē emanat: ut patet ex eo qđ alteri9 nature. ¶ Et qa ad extra ema-

natio siue efficientia uel dependentia:assigna nobis istum primũ signũ per se:si nulla materia anteposita nihil fit. Et assigna in eo instanti:quomodo ab alio precise dependeat. Quũ dicas qđ nõ a se: & tũc tibi credemus. Sed hoc absolute est omnino impossibile assignari. Quocirca uisa irreligiosorum & religiosorum opinione millies ac millies religiosorũ opinio clarior & probabilior dicetur. Et quia irreligiosi tam obscure improbabiliter:& cõtra aliqđ uerisimile dixerunt:sunt penitus inaudiendi uel cohercendi ut rõnem de eorũ opinione reddant. ¶ Et in hoc loco ex eo qđ moderni nři ĩ assignãdis quattuor causis:dumtaxat Aristotelem sunt assequuti:hoc est in assignãdo causam materialẽ:formalẽ: efficientem:& finalẽ:nos in primo signo essendi mũdi aliã denominationẽ cause ponemus. Quũ enim ꝓprie deo nõ cõueniat aliqua istarũ causarũ.& dicimus quod totus mũdus ab ipso tanq̃ a causa per primũ signũ essendi depẽdet:& alie quattuor cause cõmuniter dicte super aliquo: qđ iam aliquid est elaborant. Et deus uero nõ:in prima creatiõe denominãdus est causa creans uel producens. Quũ enim penitus in operando ab aliis causis diuersimode se habet:similiter & aliã denominationẽ expetit absq̃ aliqua circulatione aut referentia ad aliud. Dũ uero primã causam dicimus ad secundam refertur siue ad cõsequẽtes causas:& ideo per ueram & absolutam denominationem dicendum est totus mundus in suo primo esse a causa creante dependet:uel a causa ex nouo simpliciter producente. Et talis denominatio soli deo competit:utpote dum summum bonum & summum sapiens dicimus:quod de solo deo intelligitur absq̃ aliqua referentia ad aliud:quemadmodum in loco suo probaĩ. Quapropter melius ẽ ut dicamus deus est causa creans:aut deus est causa omnia producens:q̃ dicendo deus est causa prima.

Quomõ Aristoteles necessitate coact9 de specieb9 tractãdo ad diuinã ordiationẽ occurrat. Cap.lviii.

¶ Posteaq̃ aristoteles nequaquã inuenit modum probandi suam intentionem dicere uideĩ:quod indiuidua species suas uel generationes administrãt mediãtibus uirtutibus a diuina ordinatõe exhaustis. Quippe qđ amplius diffugere nequiuit:& necessitate coactus ad hũc passum deducitur:ĩ quo nos nihil aliud dicimus:nisi qđ mediãte diuina uirtute oẽs depẽdẽtes sumus administrati:licet in nobis nũc alie quoq̃ secũde cause occurrãt. Sed in creatione a deo solo simpliciter oĩa depẽdẽtia sunt ꝓducta. Et in iisdẽ locis irreligiosi philosophi ualde deficiebant. Et qa minime subleuari poterant:in terra firmari uolunt:ueluti auis que ab hyspanis uulgari sermone auantus nuncupaĩ:ubi cũ aq̃la certare debet:sed dũ aquila ipsum auantũ in aere apprehendit:facile deuincit:ut ẽt de hercule fertur anteheũ a terra subleuãdo. Et non aliter irreligiosi circa creationẽ aut prima principia mundi procedunt. Nos enim inuestigamus:quonam modo prima principia nanciscamur:& utrum ab alio an a nobis ipsis simus. & uere irreligiosi de profundis respondent. Corruptio unius est generatio alterius:aut uero quod sol & homo generant hominem:& in iisdem non sunt aliquatenus approbandi nequidem imitandi.

Quod tractando de operibus creaturarum multo inferius est considerandum q̃ ubi de primis principiis a deo causatis agimus. Cap.lix.

¶ Quũ de creaturarũ operibus uel unionibus & separationibus agimus: multoquidẽ inferius consideratur:q̃ ubi de primis principiis essendi per dependentiã siue creationẽ tractamus.& q̃uis plurima ĩ creaturis cõcurrãt:cũcta qdẽ legi obtẽperãt:atq̃ diuine ꝓuidẽtie parẽt:qa postq̃ de9 angelos celos & elemẽta creauit:& q̃plura ac diuersa aĩalia ꝓduxit:unicuiq̃ pticulariter aliquã ꝓpriã naturã dedit pro cõseruatiõe sue speciei & cõicatiõe aliarũ rerũ. Quoniã aũt deus uoluit:qđ plura cõicaremus ẽt uarias nobis aptitudines ad cõicãdũ ꝓbuit:& sicut unusq̃sq̃ aptus ẽ ad diuersa pagẽda:similiter & plures uniuersales ac pticulares cause ad uniones generationes & corruptiões nostras occurrũt:& in primis materia & forma cõuenire uideĩ. Materia ut subiectũ ad edificatiões accõmodatũ:& forma tanq̃ principiũ laborans.& simul cũ materia & forma plures alie ꝓprietates adueniũt. Materia eni innatũ appetitũ habet ad uniẽdũ se cũ forma:& forma itidẽ cũ materia. Quũq̃ hec duo principia res uarias formare cõcupiscũt:similiter quelibet istarũ cõpositarũ ĩtrinsece cupit suã speciẽ obseruare:& ut melius species nostras multiplicare possumus atq̃ sustentare:deus oĩpotẽs uarias nobis qualitates ꝓbuit: ueluti calidũ:frigidũ:humidũ:& siccũ:leue:& graue:durũ ac molle: Calidũ ut calefaciat & dispõat hũores. Humidũ ut ipos mollificet atq̃ multiplicet. Siccũ ad desiccãdũ sup̃fluitates. Frigidũ ad restrigẽdũ & cõseruãdum res que sunt relaxate. Leuitas ad q̃rẽdum loca sublimia:& grauitas ad ĩfima. Durum ad restrigẽdũ:& molle ad relaxãdũ. Et sic de reliq̃s q̃litatib9 discurrẽdo explicaĩ possum9. Attñ hec oĩa absq̃ diuia ꝓuidẽtia minime elaborare possunt. Quẽadmodũ eni assidue celoȝ & elemẽtorũ ĩfluẽtia ĩdigemus eo qđ sunt uniuersales cause sup istis aĩalib9 ĩferiorib9:multomagis ĩdigem9 cõtinua subuẽtione diuina. Quũ deus că uniuersalissima oĩum aliaȝ sit. Propterea oportet ut loquentes de bono pfecto & primo pricipio atq̃ ultimo fine nr̃o:ad primã causam oĩum aliaȝ deueniam9.& qñ de generationibus & corruptionibus modũ uiuẽdi ac moriendi aĩalibus cõpetentẽ exeqmur:recurrimus ad naturã celorum elementoȝ & aĩaliũ:q̃uis hec infima & transitoria sint. ideoq̃ citra quãcunq̃ uerã regulã: & ubi nõ est aliq̃ pfecta regula minime ibi est ponẽda nr̃a felicitas. Quocirca ad regulas diuinas cõcurrẽdũ ẽ. si mõ

felices esse uolumus. Et quando dicimus quod materia & forma tanquam principales cause ad generationes nostras occurrunt: non est intelligendum: quod sit alia materia q̄ materia celorum & elementorum: nequidem forma preter uegetatiuam: sensitiuam: uel intellectiuam.

Quod intelligentia quam deus de mundo habet est deus & non creatura. Cap.lx.

¶ Si uero accipere uolumus mundi essentiam pro illo quod deus ab eterno intrinsece intelligi: talis intelligentia deus est & non creatura. Ibi enim non est dicendum illud quod ab eterno erat esse diuinū deinceps in creaturis transmutatum: quemadmodū fit in rebus materialibus. Nam quod nūc est ī una specie: mox in aliam conuertitur. Sed scire diuinum est ipsemet deus & quod ab eterno est semper permanebit. igitur scire diuinum de se non erat essentia creaturarum: q̄uis sit dans esse essentie: & existētie ceteraq; bona: que nos creature habemus. Vnde aperte dicendum est quod non habuimus esse essentie ab eterno: nisi quod deus aspicit de presenti: quales nos futuri essem9. Et sic quū deus creaturas plasmauit simul cum existentia: eis esse prebuit. Et pleriq; irreligiosorum philosophorum hanc materiam confuse siue indeterminate tractant: ut latius in quinto explanabitur.

Quod defraudantur illi qui aiunt quod deus quicquid agit necessario agit. Cap.lxi.

¶ Videnť irreligiosi philosophi tenere: quod a prima causa necessario fit: quicquid fit: ut mundi pricipiū denegare possint. Et hic forte parū cōsiderauerunt condictiones prime cause oportunas. Iā enī superius ostensum fuit: necesse esse ipsam & producere & gubernare posse. nam perfecte intelligit: qcqd agit & determinat. & sicut per se intelligit: & nō aliūde coacta: ex consequenti opus suum uult precipue si bonū. Et quemadmodum naturaliter omnes: quod bonum est: appetimus. similiter dicimus: qđ deus idem faciat. Et illud quod ipse uult manifeste ostenditur. quod uoluntario & nō inuito uel de necessitate proueniat. Quod si de necessitate operaret: nō esset uoluntarius: & coacte operari cuilibet nature intellectuali atq; alteri est odiosum. Quia talis condictio solum spectat ad illos: qui sine libertate sunt. Quare solum q propria potentia & libertate carent: necessario operantur. Attamen de se neminem uidemus: qui dum aliud agere potest: necessario operetur. Et quum libertas sit quoddā laudabile prime cause pre ceteris aliis oportet libertate potiri. Licet in rebus improprijs nulla sit deo libertas. Nihilominus in bonis: potius est consideranda libertas in deo q̄ creaturis. Videmus enim opera eius necessario libera: & uoluntario prouenietia. Nam ipse condecentem ordinem creaturis statuit. Quāobrē diuersimode se habere possunt. Et quoad diuersa opera deus eis gloriam aut penā spopondit. In quo aperte cōstat eiusmodi ordinationem a uoluntate & non necessitate duxisse originem. Si autem inferē pro bono premium largitur & pro malo pena. Si hoc est iustum ordinatio cū rōne procedit: & ratio ipsa est laudabilis. quod sine uoluntate nullo modo esse potest. Si uero deus penes rationem daturus erat gloriam & penam: & ad hoc faciundum coactus fuit: nihil sibi deberemus. nec eum adorare oporteret ut nobis gloriam aut aliud bonum prebeat. hoc autem aliter est tenendum. Quum hec opinio ꝑprie sit astronomorum: circa planetarum & siderum influentiam.

Quomodo deus inquantum quod sibi intrinsece conuenit necessario operatur & uoluntario extrinsece. Cap.lxii.

¶ Videndum tamen est. Vtrum deus necessario intrinsece & extrinsece operetur. Et dicimus quod in deo intrinseca operatio conuertitur. & quicquid est conuertibile necessario inest unicuiq; rei dū durat. Sed quicquid extrinsece iacet: non tanq̄ necessarium: sed accidens resultat. Et accidentia ad bene esse sunt & nō omnino necessaria. idcirco manifeste opera que extrinseca sunt a suo auctore distinguū tur. Et quia prima causa infinita & omnipotens est: nemo eam cogere potest. ex quo manifestatur sua deliberatiōe pura ac ꝑfecta uolūtate extrīsece causare seu opari. Quod si coacta eēt quū eterna sit ab eterno aut saltē simul fecisset quicqd per prius & posterius causat. Dico aūt prius & posterius respectu creaturarū. Nā qđ una prior & alia posterior uēiat: hoc a diuina uolūtate causat: & nō necessario. Quoniā necessitas secundū prius & posterius non hēt ordinē: nisi qđ in uno momēto agit qcqd pōt. quū uero deus oīpotens & eternus sit. & respectu sui & creaturarū potuit ī uno īstāti oēs creaturas causar: & nō causauit. ergo nō de necessitate: sed spōtanea libera & pura uolūtate creat & gubernat. Quēadmodū de suis ītrīsecis actibus circa generationē filii & spiritus sancti: ꝑductio apparet. Quia talis pr talis filius & talis spiritus sanctus. neq; plus neq; minus & nec anterior nec posterior: q̄uis hoc opus siue ꝑductio ꝑ generationē uel spirationē sit uolūtaria. Nihilominus ex pte rei ē necessaria eo qđ de9 nō pōt nō se ītelligere. & se ītelligēdo nō generare sibi similē: neq; pōt nō generare filiū siue eius similitudinē. & qđ filius nō amet patrē & ecōuerso. Sed ad extra aut ī illo qđ nō est de essentia sua aliter se hēt. Hic eni nō de necessitate īmo libera & pura uolūtate causat. ¶ Et phi q̄uis hoc negēt ī aliis locis

assentiunt turpe esse necessario operari:que quidem proprietas nequaquam est prime cause attribuenda:quum summa ac simplex pfectio sit.Nõnullis quoq; repugnare uidetur.quod deus necessario at uoluntario filium generet:in quo nulla est difficultas:quũ nos aliquod opus necessariũ libero aĩo operari possimus quippe quod ad cõseruandã uitam alimẽta accipienda sunt:que libera uolũtate capimus. & i deo semp ẽ p unum instans:& illud quod uult per illud instans uult semper:& itidem donec uiuimus necessario sumus in bona uoluntate persistentes:nec una pars alteri repugnat. Et similiter plura exempla adducere possumus:que si in creaturis:facilius quidem deo applicabimus. Quoniam sicut ipse est omnipotens a quo cetera alia dependent:necessario sequitur:quod in deo pfecte maneat. quia per suam naturam seipum intelligit quod si bonum est intelligere decet uoluntario se itelligat. Quum aliter se habere omnino repugnet sue nature:que est pfecta.

Qualiter effectibus cognoscatur primam causam uoluntario & nõ necessario operari. Cap.lxiii.

¶Secũdũ philosophos ab una sola & prima causa cũcta depẽdẽt.& qa prima nũcupaẽ:& cetera ab eo depẽdẽt:manifeste apparet oĩa alia ab ea primũ esse atq; simplex nancisci.Preterea aliud icõueniẽs sequitur:quod irreligiosi secũdum opinionem eorum tutari ac defendere nequeunt. Vbi aiunt quod quicquid a prima causa puenit necessario efficitur.Quoniã deinceps habẽt:quod alia sint cõtingẽter:quod repugnat.Si enim prima causa quecunq; agit:necessario agit:depẽdẽtia utiq; necessaria erunt. Quemadmodum eni deus nõ põt nõ facere:ita & nec illud a se factũ nõ fieri.Ideo falsum esse constat:asserendo quod prima causa necessario opaẽ.Plurima enim uidemus opa:que ab ea sunt pducta & tñ cõtingẽter eueniũt:qd eẽ ñ põt si oĩa necessario causarent.Sed i hac pte satisfaciẽdũ erit alteri argumẽto:quod a philosophis fit:tenentibus:quod prima causa in rebus inferioribus siue extra se nihil intelligat.Et ista opinio facile reprobaẽ:ueluti supius ostensum fuit:ubi diximus:quatenus oporteat:qd in qualibet re nouũ esse accipiente:sit artifex qdam:q distincte & pfecte intelligat totũ esse intrinsece atq; extrinsece illius rei:que generat aut aliquod nouum pducit.Quum aũt hec snia uni soli cõpetat:quẽ primã causam appellamus:seqtur euidẽter quod diuina puidentia & scientia ad causandũ omnia secunda & ultima occurrant.Et quẽadmodũ uidemus quod creaturẽ a casu siue contingenter causant:patet deum uoluntario & non necessario causare ea:que sunt sibi extrinsecus.

Quod q̃uis bonum necessario bonum intrinsece efficiat: uel causet extrinsece tamen semper intelligitur libere. Cap.lxiiii.

¶Philosophi irreligiosi arguunt dicẽtes primã cãm bonã esse:& quia bona quod non potest nõ facere bonũ.Et quũ motus bonus sit:& deus ipsum cognoscit necessario dat mouere. Quoniã se itelligẽdo cuncta alia itelligit:& nõ potest nõ se intelligere:& se intelligendo nõ cognoscere qcqd bonũ sit. & qa cognoscit idipsum:quod cognoscit:facere debet ex eo qd bonũ.Vnde cõprobaẽ: qd necessario Nos autẽ dicimus:dato quod se itelligendo oĩa alia itelligat:uidẽdũ est utrũ talis prima causa ab aliis rebus distinguaẽ:an sit eiusdẽ substantie cũ eis.Si eni mũdus a prima causa tanq̃ ex massa :psitiuam substantiam acciperet:clare appareret:quod prima cã se itelligendo necessario det omnibus mouere. Sed aliter ac uerius imaginando:qd deus essentia & substantia:& oẽ suũ esse ab esse mũdi separatũ habet:manifestũ est:qd se itelligendo mũdũ a se diuisum & separatũ itelligit:& non ut seipsum. Et quum diuisus:extrinsecus manet.& quia extrinsecus potest illi dare motum aut non motum. Quoniam autẽ probatur mundum a substantia diuina non generari:nisi per eius potentiam:& quod pductus fuerit p suam infinitam uoluntatem:in hoc loco uidetur:quod deus tanq̃ artifex uel magister cum instrumentis se habeat.Nihil eni eis de sua substãtia elargitur.Quocirca patet instrumentum facere uel non facere potuisse:quo ad ipsius artificis uoluntatem. Quoniam instrumentum factum artificialiter non est de essentia magistri:& taliter intelligendum est de prima causa:que seipsam intelligendo omnia alia intelligit.Nos tamen ex pura uoluntate cognoscit tanq̃ res ad extra. ¶Ad aliam quoq; partem deueniẽdo:in qua dicunt bonum necessario agit bonum:intelligendum est facere bonum necessario: & intrinsece in seipso:tamen ad extra uoluntario:quanquam bonum sit eo:quod uolũtas est perfecta: & in bonis constituta. Quapropter bonum operari debet. Quod si in diuersis siue extrinsecis nõ ẽ libera:ipossibile erit:quod bene operetur. quoniam uni premium & alteri supplicium:& uni motum uelocem & alteri tardum:uel uni soli quandoq; magis & quandoq; minus elargiri debet. Quocirca opera extrinseca uoluntario & non necessario sunt causata.

De quibusdam exemplis aduersariorum ac de eorum declaratione & probatione in oppositum. Cap.lxv.

¶Demum tractando de hac materia:utrū mundus necessario an mera dei uoluntate dependeat: q dam plerunq; unum terminū accipiunt dicentes.In agente naturali approximato: ad passum non im pedito necessario sequitur actio.Et hic adducere solent exemplū de igne approximato ad aliquod li gnū cōbustioni dispositum.hoc autem exemplum sufficiēter ic habet quo ad minimam partiunculam: nō tamē i oibus nisi in rebus infimis siue imperfectis. Quoniam mundus i uarias creaturas est diuisus: uarias quidem numero & perfectiōibus.& res que imperfectiores sunt debēt perfectioribus subseruire. Et ultime subseruientes tanq̄ mācipia nullam habēt libertatem. Vnde oportet quod de se semper iquā tum possunt operentur eo:quod rebus dignioribus uolentibus ut inferiores subseruiant:inferiores nō possunt seruitutem denegare.Quūq; ignis & alia elementa posita sint ad seruiēdū aliquibus aliis crea turis cōpositis:utpote hominibus:oportet quod elemēta approximata ubi operari queūt: semper ope rentur. Verumtamen possunt a rebus dignioribus impediri:quis dignius operentur spontanea uolun tate.Itidem & res libere operantes sunt naturales:& naturale atq; artificiale operari possunt. Homo enim & mulier naturaliter filios generant:& ad generandū naturaliter uniri appetunt. Sed simul ma nere possunt & nō generare:siue non dare operam ad generandum.Nec ab alio extraneo impediunt: nisi ab intrinseca sua uoluntate.Quia quum liberi sunt simul cum naturalitate appetitum uel deside riū naturale:si uolūt unire possunt.Et hic homo & mulier aperte intelligunt:quod per unionē coytus exeunt filii.Et sicut in rebus inferioribus iam exemplum posuimus:ita & de deo:sed tamē lōge perfecti9 ītelligēdū:quia operari debet tāquam res digna & nō ifima:& solū ex libera & mera uolūtate & non necessario appetitu aut ītrīseca cōcupiscētia neq; solo ītellectu. Quoniam ubi ītellectus ibi uolūtas: & ubi uolūtas ibi naturalis libertas.Et sic licet deus ītelligēdo mūdum ipsum creet: oportet ut libera uo lūtate uelit. Quum extra se mūdum habeat & nō de intrinseco ipsius dei emanatū.Et nullus operatur extrinsece:nisi propria uolūtate aut aliena & aliena deus nō potest:igit̄ propria.Et ītellectus sine uolū tate q̄uis nihil ad extra ītelligat:tamē potest agere.quemadmodum ī nobisipsis prospicimus: quod sal tem inter hec omnia inferiora dignissimi sumus.Res uero magis digne maiorem cōformitatem habēt cum deo:q̄ res minus digne.Et deus quum summe dignus sit:consequenter summe liber. Quia ordinē in rebus dignioribus statuens:maiorem perfectionem omnino in seipso habet q̄ in rebus inferioribus posuit.Et positis a deo regulis per quas omnes creature proficisci debemus:semper est in manib9 suis ad restringendas aut dilatandas operationes nostras. Vt habemus quod per orationes Iosue deus cur sum solis firmauit seu stabiliuit:& diem prolongauit:quod est contra intrinsecum & communem solis appetitum.Similiter de tribus pueris positis i camino ignis ardentis.Pueri enim absq; combustiōe am bulabant:& tamen ignis erat pueris approximatus.Sed quum homo dignior sit:q̄ sol & ignis: merito deus ad beneficium hominis debet actus istorū inferiorum suspendere uel retinere: ut habemus ipsum fecisse in pluribus miraculis in ueteri & noua lege. ¶Rursus ad principale argumentum respondē do dicimus:quod si deus necessario res produceret:per consequens ipsas sibi similes produceret:quem admodum in quibusq; rebus necessario agentibus prospicimus.Dū enim ignis comburit:rem ipsam cō bustibilem in speciē ignis deducit.& ideo si per naturalem cursum a deo dependeremus: hoc est per in trinsecam naturā necessariā:etiam de necessitate omnes dependentes essemus dii.& quia deus simplex est:nos quoq; essemus simplices.Sed quia extat oppositum:manifeste patet nos per meram dei uolunta tem dependere. Voluntas enim libera est ad diuersimode operandum quandoq; in simplici manerie & quādoq; composita tum similis & tū dissimilis.Sed operās per necessariam naturam oportet quod sibi similem p̄ducat:& i quoquomodo ī p̄ductum īgrediatur.Deus autem nō ingreditur in compositionē creaturarum:nec eas de natura diuina p̄ducit.Vnde constat irreligiosorum falsitas tenētium:qđ deus omnipotēs p̄ intrinsecam & necessariam naturam agit:quicquid agit.

Quo pacto circa principia ab Aristotele differamus:ex quo in consequentibus effe ctibus minime conformari possumus. Cap.lxvi.

¶Circa fundamētorum principia naturalia haud parū ab Aristotele discrepamus. Et posteaq̄ i pri cipiis tm̄ īter nos dissentimus:difficile seu impossibile uidetur:qđ i cōsequētibus cōueniamus. Dicimus enim deum īfinitum esse & ubiq; manere. Aristoteles autem ait eum ī loco determinato assistere: uideli cet in parte orientali:aut celi superficie:ut ipsum primum celum mouere queat.Et quia in hac parte tā tum differimus: quod est de finito ad infinitum:ac de finita potentia ad infinitam: & de opere libero ad necessarium. Quomodo igitur in consequentibus una conformari possumus.Nam proculdubio principia quibus fundamur opponuntur. ¶Preterea ab Aristotele plura eterna & per se necessaria assignantur:que omnia nos in contrarium intelligimus. Tamen in modo seu uia adinueniendi primā causam satis conformes sumus.

Quatenus de prima causa nos christiani altius ac p̄fectius intelligamus q̄ irreligiosi philosophi. Cap.lxvii.

¶ Inuestigata siquidem prima causa uidendũ est: utrũ religiosi aut irreligiosi decipiantur. & primo irreligiosorũ partem adducã: quid de primo motore intelligant: secũdũ ea que denuo inferunt. Quippe quod eũ accipiũt: sicut a specie hominis inchoando & ab uno particulari ad alium discursum deuenie̅do: donec ad primũ hominẽ perueniatur: quo alius non sit prior seu anterior: licet aliis humanis sit similis: q̃uis non i toto. Nam prior homo perfectior est & absq; alterius hominis dependentia. Et simili uia aut parum discrepante per oĩa entia discurrendo ad unũ ens prius atq; independens perueniunt: a quo cetera alia ducant dependentiã. Hic uero Aristoteles & sequaces nec segregant nec abscindũt naturã inter primũ & secundũ: nisi inquantum unũ est alio pfectius: & aliud alio min9 pfectũ. Qui fere sicut de primo homine inter posteriores cõsiderant: & in rei ueritate altius christiani sentimus: accepto huiusmodi fundamento quod nemo seipsum nec facere: nec generare: nec a se esse potest preter unum solum omnipotentem: qui est per se. Non est autem a se neq; infinitus: dummodo omnia non subiiciat. Vnus enim per se esse potest omnia comprehendens. & iste talis est primus. & quia primus. ipse solus eternus. Quoniam manifeste repugnat plura eterna plura infinita & plura a se esse. ¶ Quod si Aristoteles dependentiã intelligit: quemadmodum a patre filius dependet. & talis uia hoc est dependere ut filius a patre & non habere principiũ & ab alio esse: nullo qdem modo admitti potest. Vnde fit aristotelem nõ perspicue cognouisse attinentia ad mundi gubernationẽ seu ad suũ esse. Irreligiosi quoq; asserunt generationem & corruptionem esse eternas. Nos autem dicimus corporeã generationẽ non posse esse nisi in spacio temporis & cũ principio. Nã partes extra partem prioris ac posterioris habẽt: itaq; principiata eterna esse nequeunt. ¶ Hic potissime quãplures repugnantie aduersus Aristotelẽ uidentur. Dicit enim quod in qualibet specie deueniendũ est ad unũ suũ primũ: quod se habet tanq̃ metrum illius speciei. Et in alio loco ait: deueniendum esse ad unum primum ens: quod est super oibus aliis. & illud quod est eternũ: nõ habet aliud prius neq; equale. Quia tunc non fuisset prius: ex quo patet non posse stare unum ens prius & tot eterna. ¶ Amplius secundum ipsum non est dandus prim9 homo in actu: & alias inquit non esse discurrendum in infinitum. Quod si non est dandus primus homo particularis in actu erit discursus in infinitum. Et ubi discursus realis infinitus: res sunt infinite. Si uero non est dandus primus particularis: probatur necessario homines esse infinitos. Quod est contra Aristotelicam opinionem dicentem: non esse dandum infinitũ in actu: & homines particulares i actu sunt. Et si non est dandus eorum prior & semper inuenimus unum alio priorem: erunt utiq; infiniti homines in actu. ¶ Verumtamen ut in aliis locis explanatur hec opinio quod non sit dandus primus homo stare non potest. Semper enim dandus est primus & posterior in actu licet in posterum unus possit post istum euenire: qui pro hoc nunc est ultimus taliter assumendo. hoc instanti unus homo nascitur: & nullus alius nascitur: in hoc instanti: per hoc instans iste homo est ultimus ad hunc mundum ueniens: tamen in alio instanti propinquo nascitur alius: qui est posterior: & ita discurrendo. At uero in parte preterita non potest ita se habere. Quia nullo pacto ad preteritũ tempus redire possumus: & sic in uno instãti dato primo homine impossibile est: quod alius possit ex illo puncto retrocedere: nec se in prioritate cum illo primo equiparare. ¶ Finaliter dicimus quod erroneum sit tenere particularia semper fuisse. Et qd nõ sit dandus primus hõ neq; primus leo. Isti enim talia asserentes aperte cõtra alias suas sententias procedunt dicentes: non esse discurrẽdũ in infinitũ: & ideo deueniẽdũ eẽ ad unũ primũ ens: & sic particularia depẽdẽtia neq; isinita neq; eterna esse possent: nõ accipiẽdo pticularia p diuinis personis: que sunt una sola diuina essentia & independentes. Non tamen dicimus tres esse eternos preter unum eternum: quia una tantum indiuisa essentia. Sed non potest ita affirmari de hominibus & aliis rebus mundi eo: quod diuersimode in natura sunt: nec idem cum deo. Iccirco nequaquam danda sunt tot eterna: neq; hoc erit penes positionem philosophorum dicentium: deueniendum esse ad unum primum ens. Quia in eterno neq; est prius neq; posterius: quapropter si oĩa eterna fuissent: non possemus ad unum aliis prius deuenire. Et secũdum Aristotelem nõ sunt dãde species extra particularia. Vnde si eterne species eterna particularia: de quibus quidem ecõuerso iuenimus. Semper enĩ in actu ultima particularia cernimus. Vltima uero illa dicimus: quibus pro illo tũc nulla res est posterior. Quod si illud quod habet pricipiũ habet finem secundum Aristotelem per cõsequẽs id qd hẽt finem habet principium. Et uidemus quod particularia habent finem nunc unum & deinde alium: pariterq; asserendum est habuisse principium. Et quum hec particularia necessario principium habeant: & uniuersalia siue species nequeunt absq; istis particularibus manere: euidẽter sequitur species quoq; habere pricipium: ¶ Aristoteles itidem ait substãtiam esse priorem accidẽtibus tripliciter scilicet cognitiõe diffinitiõe & tempore. Vnde si prior tempore accidentia eterna esse non possunt. Quoniam ubi tempus intermediat: manifesta inter prius & posterius differentia assignatur. Quidquid enim posterius est tempore nullo modo potest esse eternum. Igitur mundus non erit eternus: quum de substantiis depẽdentibus ac de accidentibus constet.

Quomodo per aiam motus philosophi irreligiosi probare uelint mundum ab eterno fuisse. Cap. lxviii.

¶Irreligiosi probare arbitrantur mũdũ semp ab eterno fuisse dicentes:semper fuisse motum: qm̃ si principiũ habuit illud fuit alteratio:& sic sequeretur dari motũ ante motũ:qđ esset repugnãtia.ex quo uidetur motũ semp fuisse siue naturaliter siue uolũtario.At uero dimissã eorũ opinione: que pluribus argumentis cõstat:breuiter respondeo:quod primus motor:prius quocunq; moto per alteratione aut quouis modo intelligatur.& sic motus primus erit prior ceteris aliis motibus.& non sibiipsi prior q̃uis sit post motorẽ suũ & dato quod unũ & idem sint motor motus & mobile:qa manifeste res distincte ui dentur.& q̃uis essent eiusdẽ essentie:inter eos prioritas nature & tpis oriref . Corpus enim sine tpe mo ueri nõ põt:in quo necesse est motori quod super motũ prioritatẽ habeat. ¶Exẽplũ a philosophis adducitur:qđ sol & eius lumen sint uno & codẽ tpe.hic uero fallacia uel cooperimẽtũ uerborũ uersat: quoniã lumẽ est essentiale ipsi soli aut passio ꝓpria.si dicere uolueris ueluti rationale hoĩ & hoc de mo tore ad motũ nequaq̃ reduci põt.Motus enim fit per actum motoris.igitur nõ est similis: ut lumẽ solis nisi ut illuminatio:que fit per exteriores actus.Et taliter apparet:qua rõne motor sit prior motu:eo ma gis quod philosophi aiunt deueniendũ esse ad primũ motorẽ:qui sic mouet:q; non mouef:& absq; mo tione mouendo ipse est prior quibusq; motibus.& principiũ suũ intrinsecũ operandi non mouetur ne q; alteratur.Iccirco nõ oportet quod per uarios motus & species transeat ad producendum res nouas nisi cum solo uelle suo.Quocirca non est dicendum quod sit motus ante motum:neq; alteratio põt i ter deum & dependentias accidere.Quemadmodum iam in aliis locis explicauimus. & ideo per nullũ motum aut alterationem impeditur quin mundus creatus sit.

De fundamentis Aristotelis in consideratione totius nature. Cap.lxix.

¶Quoniã uero in subsequenti aliquid de intelligentiis separatis tractaturi sumus.Vtrũ de naturali ratione dentur:anteaq̃ ad hoc ipsum deueniamus plura principia de intentione Aristotelis scrutabi mur.Quo autẽ facilius ac breuius discurramus in suis fundamentis inchoãdũ est. ¶Aristoteles enĩ ut mihi uidetur quattuor principia:pro principalibus fundamentis assumpsit:quorum primum esse di cimus.Vbi ipse asserit non esse dandã formam in re absq; materia:neq; materiam absq; forma. ¶Se cũdũ quod non est dandus motus sine motore:neqdem motor sine motu. ¶Tertium quidquid mo uetur ab alio mouetur. ¶Quartum non est discurrendum per motus & motores i infinitũ.igitur de ueniendum est ad primum motorem:qui sic mouet quod non mouetur. ¶Et hic totius mundi uel cu iusq; rei finis est tanquam causa prima:ex qua primum celum seu primus motus incipit: & ad eultan dũ plures esse dandos primos motores:q mouent & nõ mouentur:innixus est ad probandũ unũ tantũ esse mundũ & non plures:ac deinceps uidetur uoluisse totũ mũdum in duas partes diuidere: quarum alterã ingenerabilẽ & incorruptibilem:alterã uero totã generabilem & totã corruptibilẽ existimauit. & supremã atq; ingenerabilẽ ꝓ quacunq; celorũ machina & intelligentia ad ipsos mouẽdos deputata ptẽ corruptibilẽ & inferiorẽ elementa aialia atq; alia cõponibilia & separabilia corpora assumpsit.Sed q; pars ĩferior sicut & superior eterna:qa corruptio unius est generatio alterius:& sic eternitas conser uatur in eis. ¶Tãdẽ hec uia aliquatenus ꝓbabilis uidetur aut saltẽ facillima:ut i terminis absq; cau telis intelligatur.Hec ãt scientia parue speculationis est:qa dato qđ unus dũtaxat mũdus sit: asserẽdo qđ terra alterius mũdi istã appeteret:& ista itidẽ aliã desideraret.Nam tũc ut simul unirenf contrarios motus haberẽt:quod stare nequit.& similiter oẽs alie partes cuiusq; mũdi cõtrarios ac dissidẽtes motus sortirentur:igif unus mũdus dandus est:& nõ plures.Preterea si nõ est danda materia absq; forma: neq; forma absq; materia:celum empyreũ aut octauũ:quod antiq supremũ dicebãt:est ultima pars cor porea:seu mobilis totius mundi.& ꝑ consequens ibi est ponenda suprema intelligentia ad mouendũ ipsum mobile.in secũdo celo secunda intelligentia:& taliter per gradus usq; ad ultimũ celũ descendẽ do.Et in hac concauitate sub celo lune:quoniã uariabilis materia in eo quod generabilis & corrupti bilis:Aristoteles nõ assignauit intelligentias separatas ad mouenda elementa atq; alia hic ĩferius manẽ tia.Et ad probandũ quod non sit materia absq; forma:per motus & motores ad primum ens deuenire uoluit:proponendo ut diximus.Quidquid mouef ab alio mouetur:& ne in infinitũ procedamus: quũ non deceat:deueniendũ est ad primũ motorem:qui sic mouet quod non mouef.& qa absq; mobili non datur motor:prima causa seu prima intelligentia:oportet quod primum celũ moueat.

De nonnullis inconuenientibus que a principiis Aristotelis emanare uiden tur. Cap.lxx.

¶Vidimus iam superius quedam Aristotelis principia:& quia secundum prospectarum operationũ copiam in rerum natura necubi apparet tanta paruitudo principiorum per proprias origines distin ctorum.Nos utiq; de intentione nostra ad conformitatem legis & plurimarum operationum: que iam perspiciuntur palam aliquid explicabimus. ¶Et in primis a forma & materia inchoandum est: aut enim a natura forma & materia in suis originibus sunt due res distincte: aut una sola: & idem

si due q̃uis simul maneant aliquando nunc uel post intrinsecã separationẽ expostulant: quũ uarie a natura sint:& unaqueq; res incessanter cupit ad suam propriam & ab oibus aliis distinctã originem remeare. ❡Si materia & forma eiusdẽ nature sunt:quomodo igiẽ duo principia uocantur:aut q̃s nã alterũ ab altero separauit:& a quo fuerint post separationẽ unite: ❡Insuper si una sola natura sunt licet semel separetur:postq̃ iterum in unione:cur ergo inter se uarietatem ostendunt:aut unde hoc ipsum proueniat.Et si forte inferres ut nonnulli quid dicant nescientes respondere soliti sunt eiusmodi diuersitates a qualitatibus & non ab ipsa materia uel forma emanare.Nos utiq; inconsiderationem ipsam dicimus oportuniorem esse responsionem.Quum pre manibus habeamus secundum hanc uiã ca pesentes.sub celo unum tantum ens esse in origine totum generabile & corruptibile :dato q̃d materia & forma i prima origine idẽ sint:de q̃ simultate nunc agimus.Quod si non est nisi una natura uel una res:quomodo igiẽ qualitates ibi aderunt:aut quatenus & ubi nascuntur:quia secũdũ irreligiosos de nihilo nihil fit si de hac materia ad aliam edificandam nõ accipitur.& materia generabilis & corruptibilis non potest aliquod nouum per solum uelle nequidem per aliam potẽtiam creare: & qualitates res in actu sunt ueluti frigidum calidũ color & alia huiuscemodi. Vnde oportet quod origines ꝑ se uel in alio habeant.& prima causa secũdum uos nihil extra se intelligit:neq; administrat.Et sub celo nil aliud preter unam naturam generabilem & corruptibilẽ assignatis.Igitur confiteri oportet qualitates ab ipsa unica materiali origine emanare.Et quia ibi nil aliud per naturã occurrit citra unicã rem atq; simplicem emanatum necessario erit sue ꝓprie origini cõsimile & iter se relique emanatões quoq; similes: q̃m uero per actus nos cernimus dissimiles atq; contrarias qualitates:propalatur . Quatenus non unã tantũ naturalẽ originẽ sed uarias sortiantur. ❡Rursus ad materiam & formam reuertamur.Si enim una res tantummodo in aliquo primo signo fit:aut materia a forma emanat:uel forma a materia.Et si quelibet earum aliam generans:semper generata precise erit ad similitudinem generatoris . Nãq; ibi ens simplex & non uaria entia occurrunt.Quoniam dissimilitudo inter generata a dissimilitudine inter generatores emanat.Quemadmodum in coniugatione eque & asini prospicimus:quod mulus exit & non asinus uel equus.In generatione uero formarum si a materia ortum habent in prima origine id:quod formam appellas:erit simplex materia eo:quod talis erit qualis generator eius.Quod si forma materiam generat illud itidem quod materia nuncupatur est forma ad similitudinem generatoris . ❡Et hic penes dicta Aristotelis maximum inconueniens reperitur. Quum asserat quod materia de non esse ad esse per formam deducitur.Et alibi uero inquit:quod omnes forme que in corporibus generabilibus & corruptibilibus sunt:a materia potentiali emanant.& sic formas materiales appellat: in materia seu corporibus nutritas.Et quod ad ipsius corporis corruptionem sunt etiam corruptibiles . ❡Nunc petimus quomodo hoc fieri queat:quod materia formas producat.Si modo ab ipsis de non esse ad esse materia deduciẽ.Vnde dicendũ erit quod priusq̃ fit:formas generat:quod est absurdum.Et si forma deducit materiã de non esse ad esse:non esse nihil refert.& tunc talis deductio nouũ creare appellareẽ.Quod soli deo cõpetit.Itaq; frustra poniẽ.Et si forma & materia idem erant i prima origine : qua rõne ostẽdere uoles q̃d materia generet formã:nec q̃d forma deducat materiam de nõ esse ad esse. Quũ una res tãtũ simplex fundamentaliter sit: que q̃dẽ dissimilitudo magna aut tanq̃ fundamentalis nullo pacto oriri põt : ut in exẽplo de figuris plũbi per istos posito apparet eo: q̃d aiunt quod de uno & eodẽ plũbo uarias figuras struere possumus:& tñ unã solã originẽ obseruãt. Et nos nullũ aliud exẽplũ querimus:quippe q̃d oẽs imagines quomõlibet de plũbo illo edificate graues atq; tangibiles sunt: alieq; huiuscemodi ad ipsius plũbi similitudinẽ:& oẽs easdem ꝓprietates obseruant.nec aliter dum omnes forme unam solam haberent originẽ inter se in pluribus ac ceteris principalibus essent similes. Sed quia id oẽ in oppositũ uidemus:cõcedendum est quod materia & forma uarias habeãt origines: & in nullo signo sint idem.& quia non idem esse possunt in hoc signo neq; in illo & alio.Nequaquam una materia tantummodo est danda quemadmodum in altero loco patebit:ueluti in elementis & corporibus ab eis compositis demonstrabitur.Quoniam in qualibet specie seu particulari:quodlibet elementum semper ibi partem suam notam possidet tanquam ab aliorum elementorũ partibus distinctam . & sic partes elementorũ in his compositis manentes distincte & appetũt & operantur.Quod si de una & eadẽ materia in principio essent:nequaquã hoc fieret:q̃uis secũdũ antiquos medicos qui tenebant cõplexionẽ per tẽpora mutari faciliter stare posset iter se elementa conuerti. Nos uero aliter sentimus q̃d de cõplexionibus tractãdo manifestissime pandimus.In dignoscẽdis eñ cõplexionibus medicorum opinio non solum perfectione caret. Sed nec aliquod ad rectam uiam principium habet.Nam si quelibet pars hominis seu complexio in una simplicitate conuerteretur:nulla ibi pro illo tunc diuersitas inueniretur.At quoniam non solum in his corporibus ad species ultimatas deductis causa compositionis assidue uaria atq; inuicem oppugnãtia cõperimus.Verũ ẽt i terra aqua aere & igne:hic ubi nos cũ ipsis elemẽtis cõuersari possumus:quõ ergo negabiẽ:q̃d i simplicitatibus aut originib9 suis diuersa nõ sint:ac nimiũ cõtraria: Quũ enim tot uarietatũ potissima causa sint:asserendũ est q̃d inter se oĩno ualde dissidẽtes origines habeãt.Nã p opa origines de qb9 emanãt cognoscim9 & nullo q̃dem pacto ꝓbari põt p act9 aut aliquẽ sensum:q̃d materia & forma i aliq origĩe simpliciter idẽ sint:& oĩa elementa

similiter idem. ¶ Nunc uero super iactis fundamentis facillime de unionibus & separationibus corporum & animarum tractare possumus & intelligere. licet pauca in hoc loco tāgamus. Quum eiusmodi materia potius quarto libro conueniat. Ibi enim de anima precise tractamus. Sed nunc dicemus ratione & actibus comprobari: qualiter anima & corpus a uariis principiis dependeant: ac reuerti appetant. iccirco necessario inter se sunt separabilia. Et Aristoteles concedit: quod si anima a corpore separari potest: etiam posset esse incorruptibilis. Et hic probatur quod non solum separari potest. Sed quod etiam de facto separetur. Igitur anima in altera habitatione absq; corpore manet. Nāq; ubi tum uitam & tum non uitam experimur. ibi proculdubio uaria occurrunt principia. alterū scilicet per se uiuens & alterum moriens aut sine uita ex propria eius natura: quoniam impossibile est quenquam esse magnū si ibi aliquid de magnitudine per se a natura non occurrit. neq; aliquid est calidum: si ibi aliqs calor non fuerit. Et sic ubi corpora de se inuiuentia sunt: & postmodum nonnulla per aliquod tempus uiuunt: necesse est: quod ibi origo suapte natura uiuens occurrat: & uiuens in se & non uiuens in se uaria sunt: ergo post unionē separabilia. ¶ Eo magis quia si totus homo aut aliquod aliud animal de una sola natura constaret impossibile esset omnino corrumpi. Quidquid enim corrumpitur: ex contrariis corrumpitur. Corpora animalium corrumpunť. igitur uaria ibi sunt in una sola compositione cōgregata. & quidqd uaria origine fertur in fine solutionis a suo contrario retineri non potest. Et quia anima non solum intellectualis: sed etiam sensitiua est a corporibus in se uiuentibus diuersa ab ipsorū corporum corruptione sensitiua anima liberatur: & ad suam uiuacem originem reuertitur: quemadmodum & corpus post corruptionem ad inuiuentem originem. & in suis primis originibus minime tanq̄ relatiua se habent. Quia anima ad animandū: corpus hoc nomen assumit: & materia ad unionem forme: & forma nomen forme capit materiā informando. Locus ad locandum corpus & corpus ex eo qđ locatur. Sed corpus quo ad se absq; loco extrinseco & circulari stare potest in sua prima origine ut in machina totius mundi patet. Quia non licitū est quod dicamus mundus manet in loco: aut ab aliquo loco super se manente circundatur. & ī hoc modo datur corpus absq; loco: quis deinceps uariis respectibus alterutrum locetur. & sic forma & materia priusq̄ talia nomina assummant: res inter se distincte sunt. ¶ Deniq; secundū Aristotelē forme materiales tantū utpote sensus cōis karacteres fantasiarū in corporibus generantur: & de his dubitat an postremo a corporibus separentur: uel cum eis corrumpantur. De intellectu equidem agente uel possibili: quem nos animam rationalem particularē nostrā esse dicimus: nil dubitat q̄ separabilis & incorruptibilis non sit.

De motore & motu seu de re mota & mouente. Cap. lxxi.

¶ In anteriori capitulo diffuse de materia & forma scriptum est: & qualiter uarie res a natura in cōpositione aīaliū sint: nō autē una sola sed nunc de motu & motore tractabimus. Quandoqdem relatiue uidentur se habere: & uno eorū posito alius sequitur. Verūtamen si deueniendum est ad unum solū motorē: qui mouet & non mouetur: oēs alii motores in mouendo mouentur. & q̄a primus motor nil extra primum celum mouet: & unaqueq; ītelligētia ex iis: que in aliis celis posite sunt unum motum tm̄ administrare posset: asserendū est quod oēs alie extra primā in mouēdo mouētur. Et hic nō est tenendū quod secūda moueať a prima. Quū dicāt quod prima nihil extra se ītelligit: nec mouere pōt aliud: q̄ primū celū. & iccirco secunda ītelligētia & relique inferiores ad alia & ad se mouēdū motores nominanť. Quoniā qdē in mouēdo celos seipsas quoq; mouent & tunc motor & motus reciproce se habēt. Res enī mota & mobilis cōuertunť sicuti dicendo: ego amo meipsum. & hic amatus & amator una atq; eadē res sunt. Istic autem inferius sub cōcauitate celi idem tenere possumus. Nā hō equus aut aliud animal in eo quod hō uel equus una res est: tā & si plura principia ad eius compositionē occurrant. In illa tn̄ unione unū solū agunt. & hoc unū solū per se alia mouet: & per se moueť. Quod si partes cōsiderare uoles opponēdo: qđ aīa corpus mouet: etiā ipsa aīa a motu corporis moueť. Quoniā ex hoc ubi ad aliud ubi ptrāsit: qđ mouere uocať. licet ī mō reuolutionis nō fit: ut mēbra faciūt pferri: qđ si oīs machina generabilis & corruptibilis eiusdē nature esset unaqueq; res ī hac cōcauitate sub celo manēte p se & nō p aliud mouetur. Quia forme ītrīsece ab ipsa materia emanātes ipse quoq; de natura materie erūt. & tanq̄ mēbra ī corpore nostro se habebūt. Nā p se ēt unūquodq; mēbrū ē corpus. ¶ Et si diceť qđ tybie totū corpus de loco ad locū deducūt: nō sic oportet enī qđ crura & alia mēbra pedes atq; tybias subleuent. Tādē simul membra omnia mouentur: & sic dato quod forme sint producte de potētia materie unūqdq; cōpositū mobile p se moueť. Quia materia & forma una sola res sunt & eiusdē natuř.

Vtrum omnia que mouentur ab alio moueantur. Cap. lxxii.

¶ Hoc uero pricipiū uidelicet qdqd moueť ab alio moueť. ferme cū materia supioris capituli coīcidere uř. tn̄ aliqd tāgēdū erit p̄cipue dū dř: qđ qdqd mouetur ab alio mouetur. hoc enim est de principalibus mediis Aristotelis ad inueniēdū & probādū esse primū motorē. Sed quum dicat qdqd mouetur: denotat. quod aliqua alia res immobilis manet. Quapropter si hic inferius īmobilia inueniunť constat

quod superius etiam possunt imobilia reperiri:& tūc nō recte pbaretur quenam prima causa sit: aut nō deuenireemus ad primum ens p se necessarium.Sed p nūc aliquātulo uideamus:an in quibusq; teneatur:quod quidquid mouetur ab alio mouetur.Solutio uero huius questionis in pcedenti capitulo demonstratur.Quoniam alique res sunt ad se mouēdum habiles:& i actu sepenumero mouentur.

¶Et si opponeres omnino oportere quod cūcta mobilia partem habeant:in loco a quo & partem i loco ad quem:hoc nō sequitur ut in aliis capitulis huius uoluminis aperte comprobabitur.Nam in oībus corporibus continuis & rigidis unaqueq; pars in deperdēdo locum suum:quis ipsam paruulā tanquam punctum ymagineris:similiter totum illud cōtinuū corpus locū deperdit:i quo prius māserat: ut in exemplis aliorum capitulorū inectitur.Et iccirco anima nostra licet tāquam pūctum se habeat:p se moueri pōt.& si noles dicere quidquid mouetur aliter ordinaī potes dicēdo.Quidquid seipsum mouet de seipso est motor & tāquam uerum subiectum & uerum pdicatum:motor & mobile conuertūtur Tandē in hoc loco aristoteles optime dixit.Nam de sententia eius intelligēdum est quidquid mouet aut moueri potest:partem extra partē habet:siue aliquid de possibilitate cōtinēs.& qdqd possibilitatē hñs nō a se sed ab alio est ut in alio loco per dicta ipsius aristotelis diffusius patebit.

Quonam pacto assummi debeat dicendo deueniēdum est ad primum motorē:qui sic mouet:quod nō mouetur. Cap.lxxiii.

¶Aristoteles p potissimo atq; ultimo fundamēto ad iueniēdum primā cām seu ens primū de motore ad motorem discurrit.Demū asserit nō esse discurrēdum in īfinitum.Vnde oportet ad primū motorem deuenire:qui sic mouet:quod non mouetur.Ista uero sententia aristotelis optima est p religiosis: contra quos leges diuinas abnegant.Quādoquidē & hec ab irreligiosis dicta sunt:presertim dum negare uolūt a deo nihil noui creari posse talia argumēta applicando.Quidquid est ab una specie in alteram trāsiturum:decet per motum alterationis moueri:anteaq̄ ad transmutationis motum deueniat. Quod si aliquod nouum dare uelimus:quod eterno principio careret:ibi querendus erit motus supra motum usq; in infinitum.quod nō cōceditur:sed in dictis aristotelis hec omnia explanantur . Nam de primo ente dicit mouet & non mouetur.& quia non mouetur:in ipso primo ente primus motus alterationis incipit:aut quomodolibet accipere uolueris.Et quia moueri ē operari.patet deū ad extra absq; aliqua extrinseca occurrentia operari posse.& simili modo dicimus nouum creari. ¶Verūtamen religiosi in hoc ente summo ab aristotele assignato minime acquiescimus.non enī est nature nec legi cōsentaneum.quia nō ens exemptum neq; oīno super omnia administrans:licet secūdum aristotelem talis primus motor inter omnia alia entia sit dignior:ueluti homo īter omnia animalia.Sed nō tanquā totius mundi architector:ex quo cuncta dependent.Nam penes assumptum aristotelis nullo pacto sequitur omnia a primo motore dependere . Quum ipse de rebus solum mobilibus & earum motoribus exemplet.& quedam sunt que non mouenī uel esse queunt:& ulterius si prima intelligētia ex naturali necessitate primum celum mouet:nec ad aliquod aliud opus ē habilis:aristoteles & sui sequaces de diuinis tractātes primū motorem satis religatum designauerunt.Nec religiosi qui nunc sumus uolumus deum nostrū adeo cōstrictum & pauci ualoris immo preceteris exemptum siue absolutum :nec ad particularem motum celi destinatum:quod nēpe absurdum est de summo deo ymaginari.Iccirco hic absq; aliqua obscuritate manifestatur aristotelem nō fuisse attētum ad tractandum in diuinis:nāq; in istinis seu generabilibus & corruptibilibus non parum reuolutus erat.& sic non solum assignaī uoluit primū ens insufficiēs:uerum etiam de illa prima intelligentia ac reliquis aliis in modo persuasionis pposuit:q erāt īferēdo:quidquid mouetur ab alio mouetur.Non est dandus motus sine motore:& deueniendum est ad primum motorē:qui sic mouet:quod nō mouetur.he uero nō sunt probationes per se note : nequidem necessarie ad inueniendum & probandum primum ens:a quo oīa alia dependent. ¶Quocirca certior uia est ad inuestigandum primū ens & perfectissimum assummēdo: ueluti hoc animal homo nō ualet ad essendum per se:quia non perfecte semetipsum intelligit.nō equus nō leo nō quoduis aliud animal.nō terra nō aqua nō aer nō ignis nō stelle neq; celum.deueniēdum est igitur ad primum ens quod se & alia perfectissime itelligit.Videmus enī quod celum stelle elementa & animalia sunt nō a se:quia nō tam potētia & ualida ergo ab alio superiori ualidissimo seu perfectissimo.ista oīa imperfecta i primo esse depēdēt.& talem perfectissimam originē deum exemptum nominamus.Ita quod alti9 atq; decētius religiosi q̄ irreligiosi itelligūt.Quoniam quidem a deo nostro deus eorum per eos positus in primo esse suo quemadmodum & alie creature depēdet.Et hic recte dicems q; stabilis manēs dat omnibus esse:& cūcta itelligit.Quia nō oīa mouētur ut cētrum terre:& iccirco dicēdum erit: quod qdquid intelligitur:ab alio itelligitur.& qdqd est:& nō a se ē ab alio.igiī deueniēdum erit ad primū esse: quod sic est a se:quod nō ab alio.& ad primū itelligēs:quod omnia itelligit:& nō itelligitur : nisi in eo quod a uolūtate sua datur:ut itelligamus.

De Eodem.

¶ Nūc uero petēdū est cur aristoteles in celis potius q̄ in elementis intelligētias designauerit:& qua de re quatraginta quinq̧ uel quinquaginta septem ad numerum orbiū celorum:quos alii uetustiores philosophi absq̧ necessaria probatione posuerant.& aristoteles nō potuit sensibus experiri:q̄d ita eēt. Nescio tamen qua de re concesserit:quum tot alia utiliora & magis necessaria denegauerit. Et si ponitis celos esse incessanter mobiles.& quod ad similē motum idigebāt itelligētiis separatis:nos pariter dicemus cōtinuo elemēta producer̄:& saltē aer & ignis i spheris suis circulariter mouen̄:ut i aere patet. Quia circūcirca terram uadit:& terra siquidem rotūda est:& si intelligētias in elemētis nō designatis: eo quod generabilia & corruptibilia sunt elemēta:hec utiq̧ generatio & corruptio in elemētatis duntaxat intelligitur:& non in speris simplicibus elementorū:maxime quod quum aristoteles uidetur dar̄ uoluisse in oībus hominibus unam eternam intelligētiam ad gubernādum aut intelligēdum p̄ seipsos: potius debuerat in elemētis intelligētias assignare. Quoniam elementa in speris suis minus corruptibilia sunt:q̄ homines:pariterq̧ & omnia alia animalia intelligētias petunt:si nos eiusmodi intelligētiam sortimur. ¶ Deniq̧ dicēdum est quod propter frequētem dignitatem in hominibus repertam:aristoteles negare nō potuit:nos nō esse intellectuales.& tūc ad coopertēdum intentionē suam :unicum itellectum eternum ad itelligēdum pro omnibus hominibus inquisiuit.in quo nullam quidem approbationem:extra presupponibilia uerba:adducit. ¶ Postremo autē:ut in principio huius materie diximus: sub pauco labore aristoteles uoluit totum mūdū exponere & intelligere.quāq̄ inter generabilia & corruptibilia quāplura dixerit.ut postmodum uidebitur. Verum in tribus naturis fundamentaliter congregari credidit:queeūq̧ in hoc mūdo sunt:in superioribus intelligētias ponit materiam:seu substantiam celorū:si dicere uolueris & sub celo lune tantummodo generabilis & corruptibilis materia:de qua oēs forme:omnia elementa:atq̧ alia huius machine inferiora oriuntur. ¶ Philosophi enim:qui de diuinis subtilius sentiebant:etiam celos uarios posuerunt. Sed primum deum exemptum: mentem diuinā: seu architectorem mundi:animam mundi:substantiam celorum:siue celestia:& hic inferius elementalia. Deinceps super celo angelorum:& rationalium animarū multitudinem:ymaginati sunt.& hic inferius incessanter ad celum uenientes:& ad ipsum post aliquod tempus redeuntes. ¶ Et circa hos philosophos nō modo rationales anime:quas plato mentes appellabat:de celo ad unionem humanorum corporum descēdūt.uerum sensibilis quoq̧ anima ex celo uenit:ad cuncta sensibilia animandum. iccirco anima mūdi:quam Mercurius:Plato:Pythagoras.& alii eis similes imaginati sunt:ē sola sensitiua. Animas enim itellectiuas mentes:& non animas nūcupabant.& uegetatiuam secundum quid:uel a cāu:eā animam noiabāt. Et sic dum animam dicebāt:cōstat quod de sensitiua assumpserit.& Aristoteles itidē posuit:sed noluit quod multitudo animarum esset:nec quod ad animādū homines uenirent:neq̧ animam mūdi idest sensitiuam concessit:in celis originaliter manere.& ideo omnia uoluit sub globo lune morti uel corruptiōi subiicere.quod utiq̧ rerū dignitates aspiciendo impietatem esse dicimus. ¶ De machinis autem sub celo manentibus:multa ac uaria Aristoteles descripsit. Sed quicquid dixit sub generatione & corruptiōe intellexit.eo quod de pūcto in pūctum generabilia & corruptibilia de specie in speciē transeūt:& reuertuntur:& sic quamplura inter se reuoluta agunt.hic uero:si differentiam assignare uolumus:inter religiosos & irreligiosos philosophos:merito in alchimistis & mercatoribus exemplabimus.alchimiste enim plurimas diuitias pollicētur:faciliter acquisitas:& ad libitum deductas ac singulis diebus atq̧ horis:oīa metalla iquiūt:hactenus i decoctione posita optimum signum ostenderūt: parum deest ut cito in aurum cōuertātur:at demum nil nisi sophisticum iuenīūt.& tū metalla que ad depurādū mittūr:de specie in speciē per uarias similitudines trāseunt. Quoniā uero metalla illa n̄ sunt de origine auri:nūq̄ ad uerum aurū cōuertūtur.& licet ad aliorum metallorū dissimilitudinē cooperiēdam:aliquātulum auri in distillatiōe seu decoctione imutant:oīno illud quod exit est falsificatū:& compositum:& nō purū aurū. ¶ Tandem semper in perfidia assistentes:errauimus iquiūt :in equis metallorū pōderibus decoquendis uel pōderandis:Nihilominus ars nostra est uera. Quia mercuriū seu argētū uiuū:est mater omniū metallorum:& de ipsa matre:tāquam de origine quodcunq̧ aliud metallū uerū cōsici potest. Quorū quidē falsa est opinio:quū alie influētie & proprietates materiei:q̄ argētū uiuū ad auri productionem occurrāt:q̄uis oīa metalla satis simul cōueniāt. Quandoquidē omnia corporea sunt:& a quattuor elemētis cōposita & queādmodum de alchimistis aimus:de irreligiosis philosophis idem asserimus. Quum tenēat primā materiam esse matrē & originē oīum rerū:sub celo manentium:& quod unaqueq̧ res per generatiōnē & corruptiōnē:potest in alteram trāsferri:ueluti alchimiste aiūt: Sed quomodo hoc de incorporeis ad corporea fiat:si iter sola corpora nō dar̄:ut hic i corporibus hominum patet:quia nunquam corpus nimium de elemēto igneo accipiēs i flegmaticum trāsmutari potest:nequidem cum aqueo elemento similitudinē ostendet.nec quisquam de aqueo multū assumēs i sanguineū transmutatur:neq̧ cum igne assimilatur.q̄uis corpora nostra per uarias species transeant. Sed ubicūq̧ inueniuntur distincta:unaqueq̧ pars ad elemētum suum respectum habet:& nūc neutrolibet uult in alterius elemēti similitudinem transire.quanto itaq̧ minus intellectiue & sensitiue anime:quum uiuentes sint ad corporum similitudinem declinare queūt. ¶ Et sic irreligiosi philosophi: qui de prima materia tāquam matre:animas & corpora nostra ceteraq̧ hic inferius manētia:in alchimistarum si

militudinē edificare uolūt:ſophiſtici nominādi ſunt.& de huiuſmodi materia :cōſtat fuiſſe opinionem parmenidis & Melipſi.quum aſſeruerint unū ens eſſe ſolummodo :& de quolibet fieri quodlibet . Nūc uero ſub paucis de mercatoribus facile enarrabimus.qui cum diligētia ad emēdum cū lucro:& ad effodiendas aureas minas accedūt:qui uerum aurū acquirūt & ditiores alchimiſtis ſiunt.Quicquid eni alchimiſte inueniūt ſophiſticū eſt.& quottidie pauperes degūt.& ſic religioſi philoſophi ad ſcrutandum ueras rerum naturas accedūt:& corruptibile ab incorruptibili ſeparāt:& ideo nō ſophiſticum ſed uerū itelligūt. ¶ Quapropter nō in ſolo argēto uiuo a credentibus ipſum in aurū tranſmutare:diuitie q̄rende ſunt:nequidem in ſola prima materia ſublimis ſciētia. Quoniam infima maxime:ſi nō eſt i actu: ut plures inferūt:prima materia minimi ualoris nominādā eſt.& fortaſſis:ut i ſexto libro uidebitur :nequaquam eſt dādā talis prima materia.hāc eni tāquam genus ad omnia materialia imaginatur:ut pote animal ſupra hominē:leonē:aquilam:& ſimilia.Subſtantiam uero uniuerſalem ſuper has ſubſtātias: ens ſup oia iſta entia particularia:& ſic de reliquis.At uero ens & ſubſtātia uniuerſalis:nequaquam eſt danda:quin ſit deus celi:angeli:aut alia res huiuſcemodi.nequidem animal:quin hoc uel illud pticular. Vnde concedendū eſt:nullam aliam originē materierum eſſe ſub cōcauitate celi lune:preter quattuor elemēta.que iter ſe uaria ſunt:de quibus unūquodq; compoſitum emanat.At quia ex uariis principiis depēdemus:diuerſas in nobiſipſis compoſitiōes cognoſcimus.Quod ſi manifeſtius cognoſcer̄ uoles: quatenus nō ſit dāda prima materia in re:tāquam genus ſuper elementa:i celis aſpice.Nam circa plurimorū hominū ſentētiam plures celi ſunt:atq; uarii.unde in mente noſtra ſub genere manēt.Sed abſurdum eēt dicere:quod alterum celum daretur:ſup oibus iſtis celis cōmune. Tunc eni aliud celū ſuper hoc mūdo eſſet:quod eſt incongruum. ¶ Preterea quod celum aliis celis cōmunius ocioſum eēt: quū celi ingenerabiles & incorruptibiles ſint:& ubi nō eſt generatio: & corruptio:nequaquam inferri pōt: quod uniuerſale ad formationē ſeu generationē particularium occurrat:pariter & elemēta in ſpheris ſuis ſimplicibus imutabilia ſunt:licet aſſidue ad aliorū corporū generationē & corruptionem: extra ſe materiam inſpirent:ut ſtelle iceſſānter ad noſtrā influentiā ſuos radios emittunt.

¶ ꝙ nullū iſinitū poteſt opus ſaltem ad extra iſinitū producere quāuis plures motus abſq; morula cauſare. Cap.lxxiiii.

¶ Cū de iſinito & operibus ipſius conſideramus:admodū mirādū eſt de Ariſtotele atq; expoſitoribꝰ eius tam de religioſis quā de irreligioſis.quonam pacto per tot tempus iſiſterūt diſputādo:utrum motor infinitꝰ poſſit effectum infinitū ad extra producere:ut in iſtanti mouere:uel in tēpore.nā ſaltē q̄d ꝑ effectū iſinitū aſſumāt:& quid per iſtantaneū motum oſtendere debuerāt.ſed cum nec hoc nec illud fecerint inanes hic laborare uidentur.& i primis de effectu iſinito ad extra producto:dicemus.qualiter ſtare nequit.quoniam duo infinita a natura repugnat:cū iſinitū dicat oia comprehendens:& a nullo cōprehēſum:que prerogatiua in uno tātum ſolo ſtare poteſt.& ſtultum eſt petere id quod ſtar̄ nequit. Vnde nō ualet:dicēdo:ſi deus eſt iſinitus producit effectū iſinitū:abſolute loquendo: qm̄ i abſoluta locutione:tam de effectibus ad extra:quam de intrinſecis intelligimus.& res ad extra producte nullo pacto cū productore ſuo:conuerti queunt. Vnde palam conſtat:conceſſo de productore infinito eē:ꝙ ꝓducta ad extra iſinita eſſe nō poſſunt:producta ad intra uero:quia eſſentialiter cū productore ſunt:nulla diuiſio eēntialis eſt. Vnde ſi productor eſt iſinitus:etiā productū iſinitum:nō duo iſiniti:ſed unus infinitus.quoniam eēntia illa indiuiſa:ſed quia effectus ad extra nō habet poſſe eſſendi eſſentialiter : atq; indiuiſo idē cū ſuo productore:cōceſſo ꝙ productor ſit iſinitus:productum infinitū eſſe nequit. qm̄ ſi infinitū cū aliud & aliud i eēntia fuiſſent:duo iſinita quod a natura repugnat. ¶ Sed petamus nūc: poſito ꝙ deus ſit motor deſtinatus ad primū celū mouēdo:quonā pacto ibi motus iſinitus itelligatur: cū motus ipſe eſt cauſatus:atq; cōprehēſus: a motore ſuo.& nullum cauſatum:nullū cōprehēſum:poteſt eſſe infinitū.qm̄ iſinitū exiſtens per ſeipſum eſt:a nullo depēdēs:omnia cōprehēdēs.unde palam patet:qualiter nullū depēdēs iſinitū eſſe poteſt.celum eſt dependens:omnis motus:omnis res: preter deū depēdēs:igitur nullū preter deum infinitū eſſe poteſt.qm̄ nulla alia res niſi deus eſt idependēs.neq; eē poteſt:quia nō eē niſi a deo eē habet.& ab illo de quo eſſe aſſumit cōprehēditur:nullū āt cōprehenſum pōt eē iſinitū:& ꝙ aliquid depēdeat:& comprehēſum ab alio nō ſit repugnant deo atq; creaturis:ueluti repugnat ꝙ mundus ſit eternus:ut in loco proprio probat̄.unde non ſequitur ꝙ opera in oibus debent eſſe ſimilia cauſe de qua depēdēt.nā homo hedificat tēplum:& tn̄ tēplū nō ē hō:nequidem eius ſimile.niſi in eo ꝙ ſi homo eſt bonus magiſter:preſumitur ꝙ tēplū ſit bonum:ideſt bene hedificatum:in qua bonitate aliqualiter magiſtro ſimilatur.ſed non ꝙ templum ſit ita bonum ueluti homo: qui ipſum hedificat.& ſic deus omnia opera ſua producit bona:ad ſimilitudinē bonitatis ipſius dei.ſed non hoc opus a deo cauſatum ē deus:licet bonum ſit:quia a bono magiſtro factū.quāuis in hoc loco pōt opponi:ſic dicēdo:ita ſe habet iſinitum ad iſinitum:ueluti finitum ad finitum:omnis operator finitus producit opus finitum:ꝙ ad intra uel ad extra ipſum producat:pari modo dicendum eſt ꝙ iſinitū producit ſemper opus infinitū:ad intra uel ad extra.ad quod reſpondet̄ hanc ſimilitudinē non tenere in oibus:

cauſa:ꝙ in uno extremo iſtorū īnuenitur repugnātia:in alio uero nō.ut exemplo patet.quoniam nō repugnat ſic nec ſic:ꝙ plura finita ſimul dentur.& ſimpliciter repugnat plura infinita dare ſimul aut aliuſmodi: Vnde palam conſtat:qualiter ſimilitudo non tenet:dicēs:ueluti finitum producit opus finitum:ita īfinitū īfinitū opus producit:uel cauſat.qm̄ homo pōt producere opus: quod ſit alter hō: ſed deus nūquam pōt producere opus ad extra:neq; ad intra:quod ſit alter deus:& id quod deus non eſt ſimpliciter:idem cum deo oīpotenti īfinitum eſſe nequit:ſed opera noſtra:conceſſo ꝙ cum nobis ipſis non cōuertantur finita eſſe poſſunt:atq; de facto ſunt. ¶Preterea de motu in iſtanti facto uidēdum eſt.quonam pacto aſſumatur:an per incipere abſq; aliqua morula: uel in eo inſtanti finire:in quo incipit capiatur.& ꝙ in iſtanti moueatur totum celum:Cum icipit patet.qm̄ oē corpus continuum & rigidum:in eo iſtanti quo aliqua pars incipit moueri:totum ipſum corpus mouetur.ut in libro ſexto diffuſius patebit.celum eſt corpus continuum & rigidū:igitur in eo iſtanti:quo incipit moueri totū mouet̄. & ſi dicis debere intelligi moueri in iſtanti:p unū girum completum ipſius celi:in uno & eodem iſtanti:ꝙ hoc fiat parum eſt deo.qm̄ ipſe dicit & facta ſunt.uerūtamen tranſire in actu nō eſt opus dei intriſecum:quoniam ipſe nō mouetur:ſed mouet tantum.& qa celum habet partem extra partē:ſeu aliquid continēs de potētia:neceſſe eſt aliquā morulā per plures atq; plures girationes occupare: quoniam in uno ſolo inſtāti poſſet perficere ea que ſemper ſoli deo attinēt:cum ipſe ſolus actus purus . ſed oīa alia entia de potētia & actu compoſita ſunt.& ubicūq; potētialitas:ibi aliqua morula operādi.licet ꝙ de9 poſſet plures atq; plures mūdos in uno ſolo inſtāti creare:ſed nō īfinitos:quia hoc repugnat.cū plura īfinita nō dentur & tn̄ ī creādo ſolus deus immediate occurrit.ſed nō poteſt infinitas creaturas crear̄: qm̄ hoc repugnat.neq; creature poſſunt cōprehēdere oīa:nequidem exiſtētes eſſe:ita ꝙ nō infinite & ſimiliter de girationibus celi capiēdū eſt.quia quāuis plures:atq; p plura miliaria ī uno ſolo iſtāti ſint: infinite eſſe nequeunt.qm̄ ſub numero agregationis cadunt:& ubi agregatio ibi additio & diminutio ſtare pōt.Vnde eadem eſt ratio circa infinitatem motus:ꝙ celum ī una die ī unum girum tantum uoluatur.ueluti ſi milia millionum uolueretur.qm̄ p maiorem numerum girorū & minorem differētur hii giri:non autem p finitum & īfinitū.uelut de rebus creatis dicimus:que ſub numero annorum maiori & minori cadere poſſunt:ſub eternitate uero nūquam.nam ueluti unus ſolus deus:ita unū ſolū eternū atq; ſolū infinitum. ¶Etiam in hoc loco aduertēdum eſt.ꝙ multo difficilius eſt infinitum numerum motorum cauſare quā magnū numerū mundorū in uno ſolo iſtanti creare:qm̄ creare a ſolo deo imediate fit:ſed motus oportet ꝙ in aliqua re mobili fundetur:& ꝙ illa res ſimul cum motione uadat:& q̄r oīs res preter deum habet aliquid de potentialitate:ubi aliqua morula in opando occurrit:neceſſe eſt ī trāſitione celi circūcirca paruā uel magnā morā cōcedere.qm̄ deus nō mouetur:neq; pōt tāquam formam ipſius celi ſe habere.qm̄ id quod mouetur:ubiq; non eſt:& id quod ubiq; nō eſt:īfinitū eē nequit unde concedere oportet ꝙ nullus motus pōt eē oīno īfinitus:nequidē abſq; aliqua morula ſic nec ſic: aſſumpta.qm̄ nullus motus poteſt eſſe operatio intrinſeca dei:niſi tanquam ad extra productus: atq; ī aliqua re mobili ſubiectatus:& cum nullum ſubiectum eſt exemptū ab omni potentialitate.nullatenus omnes motus ſuos in uno ſolo inſtanti pficere poteſt.qm̄ ſubiectū motionis cum ipſo motu uadit.

Qualiter ariſtotelici nullam aſſignauerint rationem:quod mundus per ſe eſſe queat: qui & nulla habita perſcrutatiōe:uoluerūt ipſum eternū appellare. Cap.lxxv.

¶Deueniendum eſt autem ad originem:ubi intētionem noſtram differamus:quum facile cupiā ſit: ſit inferat:deus creauit totum mūdum:aut oīa extra ſe ī nouum eſſe poſuit:quod prius nō erat : & inde facile erit in altera parte opponere.Mūdus eſt ſemper eternus:uel eternaliter ſe habuit: quemadmodū & nūc.hec autem uerba ambarum partium iuxta irreligioſos poſita:nil prorſus ualent. Quum ipſi ī ſimilibus rebus naturales probatiōes expoſtulēt.In quo quidem religioſi multo melius q̄ irreligioſi ſe habuerūt.quod ſi aſſeris neq; ab ipſis neceſſario de creatiōe probatum fuiſſe.Reſpodetur.quod ſaltem inter ſuperiora & īferiora dignum ordinem:aſſignauerūt.& ī primis deum exemptum uel ens perfectiſſimum:per ſe eſſe:& oībus aliis ſuperſtās:machinari ſunt:& quia deus exemptus ſiue abſolutus: neqequā ſibi opponitur.Quiq; per itriſecam ſuam naturam cōtrarium n̄ habet:& oīa ſubiicit:poteſt oīno q̄dq̄d uult.& quum alie res ſunt n̄ exempte:ſed ſub alio comprehēſe:merito religioſi dixerūt:quod per ſe eſſe nō poterāt.Quum eſſe a ſe ſit ultima poteſtas:que cōſiderari poteſt.iccirco quidquid a ſe eē habet:nullo poterit cōtrario uerſari.& quia quecūq; ī mūdo ſunt iuicem poſſunt aduerſari:nec ullam ī ſe ſtabilem quietem:tāquam eternam habere:unicuiq; propalat̄:eiuſmodi res ab alio & n̄ a ſe eſſe. & quidquid ab alio eſſe habet:& ſi per itriſecam emanationem:niſi ad extra:neceſſario pricipium habet.& id quod pricipiatum:nullo pacto eternum.At nūc ſub paucis dicamus.quod hoc religioſorū fundamētum: ſit penes naturalem curſum agitatum. ¶Et deueniamus ad ordinē Ariſtotelis:quem de itriſeco eſſe mūdi poſuit:ubi nil aliud q̄ negatiōes uel obiectiōes īueniemus.ſicuti aſſerēdo de nihilo nihil ſit.Nos uero reſpōdemus quod n̄ de nihilo nec poſt nihilum creati ſumus:niſi in ordine poſt deum:& a uolūtate & potētia eius:in eſſe nouo poſiti.quia hoc concedit̄ de nihilo nihil ſit:& etiam cōcedit̄ quod aliquod maxi

me ens perfectissimū aliqd agere pōt:& isto mō deus aliquod nouū facit. Sed nos non sumus de nihilo facti:nisi a deo depēdentes,nō p intrinsecam emanationem:sed extrinsecam.

Qualiter quo ad ordinem nature stare non potest quod angeli sint motui celorum deputati. Cap.lxxvi.

¶Vbi irreligiosi philosophi dicunt:quod ītelligētie celos moueant: uidetur quod bona sit opinio: ut cum eis testimonium adhibeamus:ad probandum angelos esse.sed ut probemus eas motui celorum deputatas: erit penitus difficillimum. Tūc enim sequeretur:quod motus celi supernaturalis esset. Et si ē naturalis motus:dicemus angelū esse formam ipsi celo.& ita sequeretur celum animal ītellectuale: siue angelicum eē. Et si intellectuale uolūtario gubernaretur:& si uoluntario:posset motus ille cessare .presertim quia hoc tale animal de uariis naturis componeretur:que quidē diuersitas penes naturalia merita:interdum appeteret disrumpi uel dissolui.& ut minus inconueniēs sit:tenēdum est:quod celum de sua natura sit mobile:ueluti luminosus sol:& rationalis homo.& nō quod ab alia natura:a deo diuersa: moueri expectet:iam enim plura corpa mobilia cernimus:nō habentia angelos:neq; intelligentias:ad dādum eis motum:& tamē mouētur. ¶Deniq; uidēdum ē an ista necessitas talis motus: a necessitate angelorum:an celi proueniat: Nō āgelorum. Nam quum ipsi sint intelligētie separate:finem aut simplicem motum expetūt:nec corporeo:ut de motu celi:nisi tātum spirituali indigent:& hoc nō ex necessitate celi procedit.quum enim corporeum sit:atq; ab aliis creaturis diuisum:uirtutem corpoream mobilem:ītrīsecam:& a quacunq; alia uirtute diuisam:expostulat. Natura enim unūquodq; particularem & ītrinsecum finem:inquirit.dummodo nulli alteri q̄ sibi soli suapte natura conueniat. Vnde satis manifeste apparet.quod nec angeli naturaliter celum appetūt:ut ipsum mouere queant:nec econuerso celū: ipsos angelos.ut ab eis moueri possit: Quum diuersi generis sint.quāquam nonnulli ut Auerroys hoc saluare credant:dicentes.quod celum propter passiuam potētiam:naturaliter ab āgelis moueri optat. ex quo dispositionem habet recipiēdi motum. Sed talia potius sunt phylateria & prolixitates . Nam in quolibet ente:natura due dispositiones reperiuntur.uidelicet actiua:& passiua:propter cōmunicare & cōmunicari.& si celum unam dūtaxat potētiam nāciscitur:nō est i eo totum illud quod natura sibi cōpetit.ex quo id quod principalius est:idest actiuum deficit.& quod passiuam siue recipientem potētiam habeat nō negamus. Attamen probamus quod pro ista sola non habeat naturalem motū:pter extrinsecū artificiale. Quoniam uero hāc mouēdi potētiam natura nō habet:cōstat quod diuina potētia uel ordinatiōe adueniat.qd minime philosophi edocent.

Qualiter deus nō sit causa particularis ad mouēdum primū celū. Cap.lxxvii.

¶Presupponēdo quod āgelus celum moueat:ut deum tanquam primum motorem imitari possit:pponitur etiam deum esse causam determinatam & particularē ad mouendum primū celum:quod utiq; psuppositum falsum est. Quum enim oīa a deo depēdeāt ipse est super quibusq; aliis uniuersalis causa: & nō sup aliquo solo pticulari.& ideo absurdum est dicere quod deus pticularem curam de primo celo habeat ad motum eius:nisi quod equaliter uel i eodem istāti dat cunctis mouef cum sua uniuersali prouidentia:que solū motum per intellectum & uelle causāt:& nō q̄ tāquam forma seu potētia determīata ad id mouendum ī celo existat. Vnde asserēdum est angelos dūtaxat p intellectum uel bonum opus deo assimilari:nō tamē quod celos tāquam particulares forme uel curatores moueant. Quoniam talis motus corporeis uirtutibus:& nō incorporeis ītelligentiis competit.de quo quidem diffusius in aliis capitulis ptractabif. Vbi enī philosophi in uariis locis de una & eadem materia pdixerunt:similiter oportunū erit:nos īterdum in pluribus locis rn̄dere.

Vtrum ītelligētie p suam ppriam cōseruationem celos moueāt:an uero p bonitatem quam in eis cognoscūt. Cap.lxxviii.

¶Quo facilius uideri possit utrum ītelligētie p suam ppriam conseruationem celos moueāt: an uero absq; eiusmodi motu se cōseruare queant:nōnulla exempla de fine nostro accipiemus. Vn̄ dicimus quod sepenumero res extra nos manētes appetimus:credēdo quod bone sint. At uero i hac bonitate: duo psp̄iciēda sunt. Quorum primum est:an fiat principalis consideratio de illa re:utrum i sc̄ipa bona sit:aut uero de utilitate quam nos ab ea operimur:& hoc apud omnes īnotescit. Quoniam quidem si salubrem aerem uel quamcunq; aliam medicinam appetimus:quibus mediātibus sanitas nobis resultet nō est principalis intētus noster p aeris salubritate & bonitate medicine:nisi ad nostram utilitatē.nec quo ad sanitatem in eo quod sanitas est:nisi inquantum nobis eius utilitas placet.ideo aliquis infirmitatem aut mortem optat:dum ad alterum utiliorem finem inclinatur:in quo aliam felicitatem obtinef arbitratur:maiorem illa sanitate quā in psenti habet.

Quomodo angeli extra se nihil pro sua ꝓpria conseruatione appetere possunt ĩ mouendo celos ut homo medicinas desiderat. Cap.lxxix.

❡Iam uero uidimus, quatenus quicquid appetimus: potissime cupimus, ad aliquam nostram delectationem seu utilitatem nãcisci. Deinceps ꝑscrutabimur: an intelligẽtie nobis conformes sint? Vnde in hac pricipali pte dicẽdum est: nobis esse similes. Quoniam natura tale nobis desideriũ datur: uidelicet: ad opa nostra intrĩsece appetẽda: ut aliquam felicitatem uel sanitatẽ itrinsecam & extrinsecam conseq ualeamus. Tamen in hoc loco maxia est differentia inter corruptibilia & incorruptibilia: homo enĩ medicinas appetit: eo quod corruptibilis est: & sine ipsis conseruari nõ potest. sed qñ felicitatem & sanitatem quam adipisci desiderat posset absq; medicine iuuamine haberẽ: nũquam eam accepisset. & circa diuina precepta etiam utilitatem nostram expectãdo mouemur. quia si nos ad diuina officia cõferimus: uidelicet ad sermones dei audiendos: & ad cõfessiones: elemosinas: & oratiões faciendas: hoc iussu tenemur: ut nostre felicitatis finem consequi ualeamus. quod si gloriam absq; talibus mediis obtinere possemus: raro id facere uellemus. Quocirca iam de facili intelligere possumus utrum angeli ex causa mouẽdi celos felicitatem habere queant: aut uero eos pro suo ꝓprio fine mouere debeant? quod manifeste secus se habet: eo maxime quod ipsi ĩcorruptibiles sunt: ex quo motus extra suam cõseruationem nullam habẽt necessitatem: ut homines de medicinis. Intelligẽtie enim imortales & incorruptibiles sunt: igitur suam sanitatem cõsequi possunt. quis extrinsecam medicinam ab alio inferiori non accipiant. ❡Ad alteram partem quã de homine assignauimus: scilicet: de nõnullis operibus diuino iussu factis: deueniẽdo: hoc minime inuenitur: deum iussisse quod angeli celos mouerent; & quod ꝑ tali motu eis gloriã ꝓmiserit. ꝓpter quod clarius demonstratur: intelligẽtias ꝑ suo fine nõ debuisse celos mouere. Vnde patet angelos siue intelligẽtias ꝑmanere posse: quis celi ꝑeant: aut nõ moueantur. Et hac de causa rõnabilior uia est: tenẽdo: quod celi ab intrinseco appetitu seu ꝓpria uirtute moueantur. q̃ ab intelligẽtiis. eo quod uirtus sibi propria inseparabilis eẽt: dum celi durarẽt. quod si celi ab eterno sunt: ut inqt Aristoteles: uirtus mouẽdi erit secum ab eterno. quod sine fine itelligitur. & quod ab itrĩseco moueri q̃ant: palam sit: sicuti elemẽta & plura alia faciũt. que ꝓpria uirtute mouentur: ut ignis sursum: lapides uero deorsum. & pariter celum per propriam uirtutem circumcirca uoluitur. ❡Nec est prorsus cõcedẽdũ. Bonũ amat bonũ: itelligẽtie sunt bone: & mouere celum est bonum: ergo ipum mouent. Nos enim dicimus bonum & melius itelligẽdum esse. Quocirca licet motus celi bonus sit: eo quod nõ est de natura intelligẽtiarũ: nõ sit ad ꝓpositum: nec de fine earum. & ideo sub hoc respectu nõ est laudabile. Quum intelligẽtie alium finem magis itrinsecum & perfectum exposcant: q̃ sit alienus motus. Iccirco itelligẽtie nõ mouent ad agẽdum illud bonũ: quod nõ est eis propriũ.

Quo pacto qui irreligiosos philosophos assequuntur: negent: quod uirtus corporea celum mouere queat. Cap.lxxx.

❡Qui irreligiosos philosophos imitantur: negãt: uirtutem corpoream: seu quicquam aliud: quod ñ sit itelligẽtia: celum mouere posse. dicẽtes: quod quum motus isinitus sit: infinitam quoq; mouẽdi uirtutem exquirit: quocirca idiuisibilem uirtutem. & sine q̃titate assignare uolũt. & in responsione prio uidebimus. quonam modo hec uirtus ifinita itelligatur. eo quod Aristoteles talem ifinitatem cuilibet intelligẽtie celum mouẽti attribuit: plura tñ ifinita simul esse repugnãt. Quoniam ifinitum omnia sub se cõprehẽdit: & a nullo comprehenditur. Quamobrem ĩ hoc loco uirtus ifinita ꝑ duratione est capienda. Semper autem ĩ actu est finita: quia in tempore mouet: ut uidemus quod uiginti quattuor horis celum una reuolutione uel gyro circum uoluitur. & motus temporalis magis competit uirtuti corporee q̃ itelligẽtie separate. ex quo apparet ipsum itrĩseca celi corporea uirtute moueri. & hic nihil est ambigẽdũ: ut quidam cẽsent: quod hec uirtus post plures defatigationes deficiat. Quia finis intrinsecus celi ẽ: qđ moueatur: sicut terra ad firmiter manẽdum. Et quum terra ex sua propria ꝑmanẽtia deficeẽ nequeat: quis ab angelo retenta nõ sit: pari modo celum nõ põt a motu ꝓprio cessare. talis ẽ enim eius natura seu ꝓprietas. Iccirco donec celum perdurabit: etiam ĩ motu per suam proprietatem: tãquam ꝑ ꝓpriam passionẽ permanebit: nisi diuina uolũtate cessaret. Quia celum est ĩcorruptibile: licet dicamus ab itelligẽtia moueri: seu quod de se simplex sit: quoniam nõ componitur de cõtrariis naturis: nisi ab una corporea substantia: cum suis ꝓprietatibus: absq; aliqua corruptibili contrarietate.

Quod philosophi nullam probationem assignauerunt: qualiter angeli celos moueant. Cap.lxxxi.

❡Ad hoc quod cõcedamus: itelligẽtias celos mouere: ut nõnulli philosophi testantur: uidende sunt rationes quas ipsi de tali motu assignãt. Non enim satis est inferre: intelligentie mouent celos: si modo aliud efficacius fundamẽtũ nõ adduxerint. quis dicãt: itelligẽtias celos mouere: tãquã amatum a deside

rato:eo quod declaraꝛ oportet an celum angelo iclinetur:an uero angelus ipsum uiribus moueat.quēadmodum ab animalibus fit:siue an celum uadat ad itelligētiam an econtra:Quoniam amatum a desiderato mouetur.Quod si celum de se nec sensus nec animam itellectualem habet:difficile uideꝛ quod angelus mouēdi inclinationem ei exhibere possit:dūmodo ipsemet angelus in totum celum nō ingreditur.hoc est quod totum uniformiter uel equaliter impleat:sicuti rationalis anima humanum corpus informat:Difficile est autem:quod non corpus moueat corpus:si hec uirtus incorporea absolutam potētiam nō habet:quod solum p uelle opereꝛ ut deus.sed creature lōge aliter se habent: unde si itelligētie per solum uelle nequeunt sine aliis mediis mouere:& in parte orientali.ut philosophi dicunt:posite sunt:& non infuse:At per omnes partes celi extense:difficile apparet:quod celos mouere queant. Nā congruum esse uidetur:quod itelligentie aliqbus utantur mediis:ut celum transire faciant.Et quod inferamus intelligentias semper aliquam uirtutem ponere in celo:uidelicet in parte orientali:tanquam si esset unctio.Animaduertendum est:utrum talis uirtus sit itelligētia:Si enim intelligentia est sequitur iconueniēs.Quoniam itelligētia indiuisibilis est:& quod uirtus eius circūdet celum ē utiq; difficillimū:& nature contrarium.uidelicet quod aliquis operetur:ubi nō est nec sue partes isunt.Intelligētie uero partes nō habent.Vnde comprobatur quod si sunt in oriēte:illic tātum operari queunt. At uero siqs inferret quod angelus manualiter potest celū mouere: ut homo rotam per manubrium:tūc angeli ponēdi essent in polo artico aut antartico.Ibi eni est axis ad mouendū dispositus.hoc autē nō est tenendum:quod angeli ui corporea moueant:nec quod possint ubi nō sunt operari:Quum in deo non sit eiusmodi libertas.quoniam ipse ubiq; manet:& ubiq; locorum operari ac mouere pōt:angeli autē mouere nequeūt:nisi in loco determinato in quo degunt.Intelligo tamen ī loco diffinitiue:quia ita sunt in uno loco ꝙ nō in alio.Et si intelligētie pro aliena uirtute mouent:illa uirtus erit alterius & non intelligentiarum.Et quum inquiunt:quod motus celi in oriente sit uelocior eo:quod ibi sunt intelligentie:nos quoq; asserimus quod iam hic errorem suum cōfiteri icipiūt:quoniam ex causa motoris ad extra imaginātur motum celi inequalem esse:quod in re longe aliter est sentiendum.Quia unumquodq; corpus rigidum:īpartibile:& iplicabile si mouetur necessario.per quascunq; partes in superficie equaliter mouetur.Eo magis:quia dicendo in oriente esse uelociorem motum.petēdum est de quo oriente capiatur hoc est respectiue ad quam prouinciam:qm̄ sm̄ diuersas habitationes:diuersos habem9 ortus solis.unde alium habent ortum egiptii:alium itali:alterum uero hispani:& sic circūcirca terrā discurrēdo.nam dum sol est in meridie nr̄o:est in ortu cuiusdam alterius nationis:& dum in nostro occasu in aurora ad aliquas prouincias:ita ꝙ semper sol in uno & eodem tempore est:in ortu in meridie & in occasu:respectu ad diuersas nationes capiendo:& qa sol ubiq; est in ortu:p oēs circūferentias semp equaliter in uelocitate mouetur.

De Eodem.

Mirandum est autem:qua condictione quispiam considerauerit motum alienum durabiliorem:ac diuturniorē eē quā sit proprius motus.si uero intelligentie celum mouent:talis motus est alienus & nō intrinsecus celo.& quo ad ordinem nature res que uariis naturis insunt:licet aliquanto simul maneāt in fine:separationem expostulant.Nam quelibet earum pricipiū suum simplex:& ceteris alienum expostulat.Quapropter si intelligētie celum mouēt:interdum hic motus peribit.quoniam intelligentia suā spiritualem:& incorpoream naturam expetit.& nō celum:quod est alterius nature:& incorporeum: & uirtus intrinseca donec res durāt nō potest aliqualiter deficere.Ideo quum celum icorruptibile & perdurabile sit:pariter & uirtus eius mouens perdurabilis erit.Quum de natura celorum sit.Quoniam autem celū semp naturaliter habet mouere:nulla prorsus defessio suo motui intercidet.Et quemadmodū uirtus eius motiua nihil laborat mouēdo:quum mouere sit sibi proprius finis.si quiesceret uel imobilis maneret:maximum detrimentum causaretur:eo quod sue nature impugnaret.sicut enim terra ex continuo motu destrueret.itidē & celum si continuo nō moueretur.ut in retēto aere apparet. Nam quum de natura eius sit per continuū motū trāsire:dum in aliquo clauso loco retineꝛ:facile dirūpitur & ī motu purificatur:atq; conseruatur.Et hic non est inferendum:ut quidam dixerunt:terram firmam per carentiam motus manere.Quia nos quoq; tali modo asseremus:celū scilicet causa carentie firmitatis moueri.Sed neutrum ualet.Nam per intrinsecam uirtutem:celū mouetur & nō p firmitatis carentiam.Carentia enim priuationem denotat:& priuatio quum nō sit:nō potest motum neq; nō motum causare. Idem de terra:eo quod non per carentiam motus:nisi per solam intrinsecam uirtutem stabilis manet. quam deus firmam prebuit quo animalia incolerent:& sic fixa aut fere fixa manēs:semper pullulando plura producit:quod uidemus:ut de animalibus & plantis.Iccirco quemadmodum terra per suam intrinsecam uirtutem stabilis manet:& ignis atq; aer mouentur:pariter & celum per intrinsecam suā uirtutem mouetur:& non per incorpoream intelligentiam.quod si lapidem sinimus in profundum labi:& non obuiat centro in infinitum progredereꝛ:absq; cessatione in motu suo sola intrinseca sua uirtute grauitatis existente:& idem de celo intelligendum est:quia locum habet aptum ad semp mouendū:

Nec est dicēdum:quod sit in potentia ad ubi:quum nō transeat de loco ad locum.& nō transeūdo nō acquirit locum:in quo firmari debeat.ut nonnulli imaginati sunt.quum semp in uno & eodem loco p naturam suam:& illius loci moueatur.Quod si inferſ celum per corpoream uirtutem moueri: quādoq₃ erit in potētia & quandoq₃ in actu.Nam celum partem extra partē habet:& illa uirtus q̄ nūc est in oriēte:manet in potētia trāseundi in occidētem:Nos uero aimus:celum & uirtutem eius semper eē in actu: & nō transire de loco ad locum:nisi quod nos ita imaginamur.Quia oriēs & occidēs quo ad nos assumi debent:& nō quo ad celum:& quoniam uirtus corporea in ipso ubiq₃ continua est seu indiuisa:non quiescit una pars & altera mouetur:nisi quod tota uirtus uniformiter in actu mouetur.& si quis oino excogitare uoluerit:partem esse in potētia & partem in actu:itidem de uirtutibus intelligentiarum dicemus:si ipse celum mouēt quoniam uirtus manēs in oriente est in potētia ad mouēdum:id quod est in occidente.Quamobrem honestius est tenere motus naturales:scilicet:per itrinsecam uirtutem q̄ extraneum ab intelligētia causatum. ¶Philosophi irreligiosi narrādo opiniōes que circa motum celi uersantur:inter alias unam redarguunt dicētem:quod celum debet ab anima intellectiua sibi propria moueri.Contra quod hoc unum inconueniēs assignant inferentes.quod hec anima interdū̄ deficeret: & tunc motus celi cessaret aut nō esset equalis. ¶Deinceps uolunt intelligētiis extrinsece manentibus motum attribui:& uoluntario moueri.quoniam autem extrinsece sunt:nullo pacto consonat:penes rationem posse adeo rectum & perdurabilem motum causare:ut si anima intrinseca eēt.q̄uis uoluntario aut non uoluntario moueant.Aristoteles & Auerroys tenere uidentur motum celi de se esse corruptibilem:sed quod ab incorruptibili motore conseruatur.Vnde secundum ipsos motus celi: non est eternus.quod faciliter hoc modo probatur.quicquid ab alio extrinseco alterius nature esse assumit:necessarium principium possidet.quia ubi nō est productio per itrinsecam emanationem est considerandum: ut causa & causatum:& quicquid est causaturum:oportet quod prius sit fundamentaliter:q̄ quod ad extra causet.Preterea quicquid est:eternum est essentialiter:per se:& quia nō habet prius neq₃ posterius minime habet:a quo possit corruptionem accipere:nequidem conseruationem.Et quū irreligiosi concedunt celum per suam intrinsecam naturam esse corruptibile:manifeste confitenſ:quod motus celi habeat principium:quod omnimodo eorū opinioni aduersatur. ¶Deniq₃ quum per intrinsecam uirtutem quēadmodum & alia corpora celi moueſ possunt:frustra ē ibi alia applicare.tunc enim recte dici posset frustra ē fieri p plura:que possunt fieri per pauciora.

Qua cōdictione appareat neminem operari posse:nisi ubi est p̄sentialiter. Cap.lxxxii.

¶Superius diximus neminem alibi operari:q̄ ubi presentialiter degit. quāquam plerique econuerso sentiant inferentes:quod uirtualiter absq₃ presentia operari potest.Ad quod respondemus: in primis: uirtutem:quam ipsi dicūt:in continuam & discretam diuidendo continuam ueluti dum homo aliquē baculum manu tenet:atq₃ ictum agit .Discretā quum extra manum hastam iaculatur.Sed q̄uis continuam siue discretam uirtutem accipiamus:semper ubi presentialiter ipsa erit:illic operabiſ.In hoc autem passu quamplures decipiuntur dicentes:quod lanceam proiiciendo extra nos: in absentia nostra operamur:quod utiq₃ penes rei ueritatem aliter est tenendum.exēpli gratia:nos operamur ubi sumus: & ibi quandam qualitatem cum lācea unitam generamus:& dum qualitas illa durat:telum uadit: & cessat:corrupta tota illa qualitate.Quoniam de presentia hominis nullum habet respectum:uel curā postquam ab eius manu exiuit:nisi a qualitate secum unita.Quapropter māifeste apparet:nos ubi presentialiter sumus:tantūmodo operari.& similiter ubi qualitas est:ibidem operatur. Siquis autem inferret: extra me operor:eo quod a me talis qualitas producitur:respondemus:quod opus filii est patris & nō filii:quod ueritati aduersatur.alii in sole exemplum assumunt:asserentes:quod hic apud nos in sua absentia plures effectus agat:quod clarius & euidētius est pro nobis q̄ pro ipsis.Sol enim radios emittit: tanquam integrales partes eius:quibus mediantibus sol ipse operatur.Quod si ais:non ꝑuenire a terra omnem uim ipsius solis:respōdeo:quod pars illa aut proprietas solis:que aduenit ubi presentialiter est operatur.& etiam aliqua uirtus seu qualitas a sole generata ac remanens in corporibus istis operari potest:ut de telo proiecto extra manum prediximus.Dum enim solares radii calefaciendo hec inferiora corpora:in ipsis aliquam qualitatem īponūt:cum qua postmodum corpora possunt uaria operari: quemadmodum generationes & corruptiones.Semper autem necesse ē:quod qualitas illa presens sit: quia aliter operari non posset.Itaq₃ manifestatur neminem operari posse:nisi ubi presens fuerit.licet īferant uirtus a me producta me absente operaſ.igiſ ego in absentia mea operor:quod nullo modo eē potest.Virtus enim tanquam indiuidua & a productore diuisa operatur:& angelus est īdiuisibilis & ingenerabilis.Quapropter ubi non est:minime operari potest.aliud exemplum.accidit enī quod sagitta per balistam emissa hominem interimit:quem prius q̄ interimat:uel in eo uulnus faciat balista rūpitur: & fortassis moritur homo:qui eam gubernabat.Iccirco non potest recte dici:quod uirtus eius aliū hominem uulnerauerit uel occiderit:quum iam mortuus sit:licet administratio quā ipse in balista posuit: qualitatem in sagitta generauerit & ipsa sagitta operatur:cum illa qualitate ubi p̄sentialiter attigit:&

ita hominem uel uulnerauit uel interemit. ¶ Princeps ab una ciuitate in aliam litteras ferri iubet: & accidit illum principem prius morti occumbere: q̄ littere eius inspiciantur: tamen littere operantur non quod qui iam obiit uirtualiter operetur: preter qualitatem uel condictionem illam litteris insitam. Et siquis dicet hoc suo nomine fieri. Respondetur. quod ille littere referunt horam: qua eas dominus deportari iussit: in quo uirtualiter ipse omnino operatus fuit. Si enim littere significarent quod post obitum principis facte fuissent: nil prorsus ualuissent: nec quicq̄ operarentur: quamuis suo nomine denominarentur.

Quod si quid apud nos sol generat: radii solares, sunt integrales partes eius. Cap. lxxxiii.

¶ Quisquam forte diceret radios solis non esse de eius essentia: preter qualitatem quandam ab ipso sole productam & quod sicut radii sunt qualitates: uidetur non posse aliquam substantiam generare. & quoad ueritatem experientia constat: quod sol aliquid absens ab ipso producat. Dicimus autem quod q̄uis radii solis sint qualitates: uel substantie: nequaquam nostro proposito impugnat. Quoniam radii ubi sunt ibi operantur uel attingunt. Attamen ad alteram partem deueniendo: in qua asseritur: quod qualitates nequeunt substantiam generare: intelligendum est quatenus hoc generare fiat. Nam si generare dicimus pro nouum esse: accipere soli deo competit: & materiam & formam exhibere deo uel causis substantialibus attinet. Quia sol ranam tantummodo generat: que iam prius erat substantia: & sic sol non generat substantiam de nouo neq; ipsam prebet: nisi quod disponit ut generetur: & in hoc non tantum sol sed & alii planete influendo: & elementa materiam exhibendo occurrunt: & forte semen speciei ranarum: quemadmodum alibi diffusius ut debitur: & generare in tali modo est idem quod producere quandam qualitatem: ut ignis agit aquam calefaciens: quod illic feruorem generat: & similia disponere etiam qualitatibus attinet ut in frigido calido & humido comprobatur. Item & alia pars nobis est ualidior: per quam intentionem nostram probare possumus: que a quibusdam tenetur asserentibus: radios solares non esse de solis essentia. Et concesso q͞ radii solares sint qualitates & non de eius essentia: palam probatur solem nihil circa inferiora generare: quod experientia constat. Quo enim solares radii non attingunt & calefaciunt: sol nullam operationem agit & taliter tenendum est: quod radii solares tantummodo generant: ubi adsunt tanquam qualitates solis: seu integrales partes eius: aut uero concedendum est: quod sol circa hec inferiora nihil generet. quoniam id quod a sole productum esse dicimus: patet generari mediante operatione radiorum solis.

¶ Qualiter motus celi est naturalis: atq; perpetuus esse potest: eo quod circumcirca tendens: ubi nullus finis datur. Cap. lxxxiiii.

¶ In hoc loco oportet quod sequentes Aristotelem. asserant: motus celorum non esse naturales: eo quod non ab intrinseco mouentur: sed tanquam ad extra: recipiens motum. & quo ad ueritatem: id quod naturale non est: saltem aliqualiter uiolentum denominandum: & nullum uiolentum simpliciter perpetuum. celum mouetur: & non naturaliter mouetur: ut per Aristotelicos comprobatur. quia dicunt motum celi non esse naturalem: concedendum est uiolenter moueri: & aliquando quieturum esse. licet quod sequentes hanc opinionem inferunt: quod potest celum semper moueri: eo quod motum naturalem non habet. ¶ Taliter proponendo: si celum naturaliter moueretur: cum deueniret ad locum proprium: seu ubi quiesceret ueluti in motibus aliorum corporum comprobatur. quia cum attingunt ad locum proprium: siue spheram: non appetunt amplius moueri: & cum celum sit corpus: & de natura corporum est: dum ad proprium locum attingũt ibi quiescere: cõcedendũ est: si motus ce'i esset naturalis: quod dũ ad ꝓpriũ ubi deuenerit: ibi quiesceret: aut firmaret. ¶ Sed hoc argumẽtum q̄uis aliquẽ habeat colorẽ: etiã plures cõtinet falsitates. quoniam nõ omne corpus: cum ad spheram propriam: seu locum attingit: oĩmodo ibi firmat. Cõceditur: quod

quieſcit aſſumendo quietem pro gaudio:ſed non ſimpliciter firmatur:ut experientia patet. cum nullum corpus ſit omnino fixum:niſi fortaſſis centrum terre:eo quod ibi eſt centrū totius mūdi.uñ fit:quod cū centralis mūdi & neceſſitatis aīalium:ut ſuper fixū uiuere poſſint: deus qui ſemper ea que meliora ſunt agit:terram fixam conſtituit: alia elementa uero atq; celos : mobilia.nam ſi omnia fixa eſſent : nulla habitatio ſaltem animalium daretur : nulla generatio : nulla corruptio : nulla multiplicatio : nulla diminutio : nequidem : ſi celum fuiſſet fixum : darentur generationes : & corruptiones . Quoniam ubi nunquam fuiſſet ſol : nunquam luna : nil ibi generaretur : nil corrumperetur . nequidem ſuper hemiſpherium : ubi ſemper fixi manerent : eo quod tantum deſiccarent elementa . quod nil producere potuiſſent.& in altero hemiſpherio ſemper fuiſſet nox:& ubi ſemper nox:nulla daretur generatio animalium . qua de cauſa condecens fuit : quod deus celum per naturam propriam mobile crearet : ueluti tria elementa : per naturas proprias : mobilia ſunt . & etiam terra per ſuperficiem continue per modum pullulationis mouetur : aqua elementata ſiquidem appetit mare : & tamen ibi ſemper: per fluxum & refluxum : mouetur . Nihilominus non mutat locum proprie dictum. ¶ Aer uero inceſſanter paulatim aut uehementer Circumcirca terram naturaliter mouetur : & in loco proprio manet . & tandem ibi mouetur ignis : dum extra ſpheram propriam inuenitur . motu recto : ad querendum ſpheram ipſam mouetur.& ad attingendum ſpheram mouetur circulariter . qui motus eſt proprius omnium corporum in ſphera propria . Vt probatur : Et primo de terra.Nam cum terra ipſa rotunda ſit : oportet circumcirca per pullulationem : moueri : aqua enim fontium fluuiorum & marium quia ſuper terram decurrit : circulariter mouetur : & etiam in ſphera ſua mouetur . in circulo aer ſimiliter : continuatim circumcirca terram uadit : unde de neceſſitate circulariter mouetur : & pariter ignis in ſphera ſua agit. ¶ Licet quod dum aliqua pars alicuius elementi extra ſpheram propriam : reperitur : motu uiolento : recte mouetur.ueluti ageret unaqueque ſtella poſito poſſibili :quod extra celum ſuperius aut inferius inueniretur . nam in eo tunc motu recto ad celum : tanquam ad ſpheram propriam reuerteretur : & ſic terra : quod reperitur extra ſpheram motu recto mouetur ad ſpheram ipſam : & ignis ſurſum ad querendum igneam ſpheram : aqua elementata deſcendit deorſum : quouſq; attingit ad terram : aer quandoq; aſcendit atq; deſcendit a caſu: tamen obuiando alicui mōti arbori aut edificio:ſed de ſe circumcirca diſcurrit in ſphera propria & extra ſpheram:& quia circulariter mouetur:non habet magis pricipium:neq; finem: in una parte quam in alia . qua de cauſa ſi a natura ſemel mouetur : ſemper moueri poſſit abſq; fine.Quoniam ubi non principium neq; finis : non noua acquiſitio non deperditio: niſi ſub conſideratione partium tantum uidelicet:quia quamuis corpora rotunda continua ſint : & ſine fine intelligas in modo figurationis ibi partem & partem conſideramus : quia magnitudo mollis : & ſic unaqueque pars uult ire ubi alia pars prius erat : alia ubi alia : & ſic ſine fine decurrendo : obſeruato tamen loco proprio . Vnde nil prolongatur aut propinquatur a loco proprio : in quo erat heri aut hodie : quam cras . Quoniam ſemper circumcirca mouetur:non ad locum nō ad ubi:ſi modo ubi per circumcirca non aſſumeretur: & quod circumcirca eſt : abſq; principio & fine : quicquid ab intrinſeco ſemel mouetur : abſq; fine circumcirca moueri poteſt . Quoniam non magis poſt plures annos : quam nunc ad aliquod proprium locum : uel ubi deuenitur . Vnde non ualet argumentum Ariſtotelicorum aſſerentium : quod ſi celum naturaliter moueretur dum deueniret ad locum proprium : amplius moueri non potuiſſet . Quoniam nunquam ad ultimatum locum deuenire poteſt : cum circulare corpus finem in figura ſua non habeat : & quia iuxta figuram mouetur : abſq; fine moueri poteſt nil uiolentum : ſed immo ſemper a natura. ¶ Et quicquid a natura circulariter aliquando mouetur : poſtquam incipit : continuatim inceſſanter moueri poteſt . & quod celum quandoque debeat moueri : de ratione bene eſſendi conſtat : nam aliter nullus uerus ordo in hac machina mundi daretur : ut ſuperius uidimus . & ordo huius mundi tanquam naturalis denominandus eſt : ideſt intrinſece in rebus per deum omnipotentem poſitus . ¶ De motu ſiquidem : nulla inuenitur ratio : quod ſemper durare poſſit : nequidem per longum tempus . Quoniam ſi ſemper . poſtquam incipit effugeret in infinitum : infinitum in modo dicendi intelligas : quoniam effugeret in paruo tempore tantum : aut prolongaretur a primo loco ubi incipit tantum : quantum continet in longitudine huius mundi : & plures atque

plures similes & maiores mundi. Vnde necesse est: ut confusiones non fiant: quod omnis motus rectus habeat terminum limitatum: extra quem transire nequit: & etiam tempus determinatum ad acquirendum ipsum: & quia non possunt res per motum rectum semper decurrere: necesse est dū ad locū proprium attingunt: ibi firmari aut circulariter moueri. eo quod locum proprium non perdant fugiendo in infinitum. nam circulariter mouendo: nil ad locum proprium deuiatur. & quia naturale & sine prolongatione: semper durare potest. ¶ In rotis manu factis uero: & super axem positis de facili applicatur motus: tamen non potest ibi semper motus durare. Quoniam hee rote artificiales sunt: & ultra hoc causa grauitatis: & quia extra spheram terre sunt: semper ad centrum ipsius tendunt: & sic ponderando firmantur. ¶ Sed quia celum non leue non graue: sed temperatum: & ad nullam aliam spheram uel cētrum tendit extra mansionem in qua manet: cum semel mouetur: semper a natura seu ab intrinseco queit moueri. Vnde non decet ponere intelligentias ad mouendos celos: eo quod tunc extrinsecus: atq; uiolentus fuisset motus ille. & in naturalibus corporibus honestius est: naturales motus assignare: quam uiolentos.

Quonam pacto sit lex philosophorum irreligiosorum: ponere intelligentias ad mouendos celos: & quod quicquid de uariis naturis constat aliquando separatur: si ab aliquo supremo atq; libero influxu non perpetuatur. Et qua de re omnis mors naturalis sit: cum ab intrinseco mors tantum separationem inter corpus & animam dicat. Cap. lxxxv.

¶ Hec opinio: quod intelligentie deputate atq; assistentes ad mouendos celos sint. Et quod tot numerus intelligentiarum ad mouendum orbes celorum dentur: lex philosophorum irreligiosorum est. cum per nullum naturalem cursum quod sit probari potest: sed immo econuerso. nam quod quinquaginta & septem uel quadraginta quinq; orbes celorum sint: sub nullo sensu humano cadit. nec quidem intellectu quod probari possit intelligas: & multominus de assistentia intelligentiarum ad mouendos celos: cum assistere non dicat unum totum cum eo in quo assistit. Vnde motus in hoc modo factus nullatenus intrinsecus seu naturalis: sed artificialis tantum. Et quicquid a casu uenit uiolentum denominandum: & nullum uiolentum a natura loquendo perpetuum. ¶ Nam ueluti ab Aristotele habetur: non posse aliquod corruptibile poni ubi incorruptibile fiat: aut principiatum quin finem habeat: hoc concesso pariter annuendum est nullum uiolentum perpetuum esse: & quicquid ad extra euenit: saltem aliqualiter uiolentum quia accidentaliter. Cum ibi alia & alia natura: ad unum opus occurrant. & res uariarum naturarū diuersa exposcunt opa: ñ autē unū solū opus. Et motus celi unū opus tm̄ est. Vñ uni soli nature attinet: nā celū de se natura ꝓpria hēt oēs itelligētias seclusas. Et ubicūq; natura ꝓpria ibi opꝰ ꝓpriū. Nā cū celū corpus naturale seu physicū sit: de forma & materia cōstat: & ubicūq; forma & materia simul: aliqualiter motus in oībus elementis appet. Et intelligentie proprium etiam habent opus: uidelicet intelligere. Nam si opus intrinsecum intelligentiarum motus esset: in prima denominatione mouentes: non autem intelligentie uocarentur: sed cum intelligentie appellentur: assummendo perfectionem atq; digniorem potentiam intrinsecam in eis: confiteri oportet opus intrinsecum ipsarum intelligentiarum in intelligendo consistere. non enim in mouendo celos: Cum hoc ad extra sit. Vnde fit: quod si non intelligerent quamuis mouerent: ociose a natura essent. Eo quod nullum haberent motum proprium: cum hoc a natura non concedatur. nam motus appropriatus seu ad extra: non potest leuare ociositatem intrinsecam. Quoniam dum ociositatem a natura esse euitandam dicimus: de intrinseca emanatione intelligimus. Et dum ad extra seu in rebus alienis operamur: non per intrinsecam emanationem nostram: sed per casualem tantum. ¶ Vnde ut tot inconuenientia euitentur: in celo tanquam in naturali corpore motus proprius seu intrinsecus est concedendus. Et pariter in intelligentiis operationes intrinsece: & quia intelligentie incorporee sunt: a natura incorporeas operationes exposcunt; non autem corporeas: & celum: cum de materia & forma con

stans seu de perfectionibus attinentibus corporibus physicis opus corporeum petit: & sicut su-
per inferiora radiare uel influere & motu moueri: eo quod motus perfectionē in corporibus phy
sicis dicit: & quia celum inter omnia corpora: perfectum: oportet causa perfectionis: quod ab in
trinseco moueatur. ❡Nam si per intelligentiam moueretur: de se nullam ostenderet perfectio
nem: & concesso: quod haberet necessitatem intelligentie ut moueretur: nec quidem cōstat: quod
incorporeū corporeum mouere possit. ❡Sub qua immaginatione Aristoteles tertio de ani-
ma ait. Intellectus siue speculatiuus praticus non est principium sufficiens motus localis: & ta-
men intellectus eiusdem generis cum intelligentiis est. Nihilominus per Aristotelem: non est suf
ficiens ad mouendum corpus: quamuis magis intrinsecus in corpore hominis sit: quam intelli-
gentia in celo. Vnde palam constat: si intrinsecum motum in corpore causare non potest: multo
minus alia res eiusdem nature in altero corpore ab intrinseco posite: possunt ipsum corpus mo
uere. Et si mouerent uiolentum esset: & nullum uiolentum de naturali ordine perpetuū. ❡Nec
quidem est inferendum: quod celum de se tanquam prima materia se habeat: uidelicet: in pura
potentia: nam nullum corpus: nulla res: ut postmodum uidebitur est in pura potentia de presen-
ti: nisi in pura potentia imaginaria respiciendo ea: que in posterum uentura sunt. & quia ce
lum per se est corpus atq; hoc corpus sequitur de materia & forma constare: & ubicunq; materia
& forma simul: ibi propria operatio: maxime quod de opinione istorum phylosophorum intelli
gentie non sunt: in celis tanquam forme: unde non possunt eis pfectionem intrinsecam prebere:
& nullum corpus sine loco nec quidem sine materia & forma simul datur: & ubicunq; locus ma
terie & forme simul datur ibi perfectio: celum absq; intelligentiis est huiusmodi: ergo celum ab in
trinseco est corpus perfectum: & quicquid perfectum habet opus propriū. ❡Et hic animaduer
tendum est: ut dispositiones prolixe atq; fastidiose euitentur: quod semper in primis cognosca
mus: an de uniuersali per abstractionem siue imaginario uel de ente reali agimus: si de ima-
ginario tanquam per uacuum transeundum est: si de reali uero potius existendum. Vnde unum
precipue semper assummendum sit: uidelicet: quod ubi est res ibi operatur: ut ociositas ī natura
euitetur: cum ociosum in natura omnino odiosum. Quocirca in omnibus rebus quamuis simpli
ces sint: aut in quocunq; principio tria intrinseca ibi consideranda sunt: scilicet actus potentia:
siue aptitudo operandi: & operatio. ❡Nam actus in creaturis non assummitur per operatio
nem: neq; conuertibilis cum ea nisi per esse rei essentialiter siue fundamētaliter: & deinceps apti-
tudo ad operandum etiam entis: & tertio operatio. Consideratur intrinseca in ipso fundamento
Et sic actus potentia. & operatio dicitur aut forma materia & operatio ubicunq; aliqua res depē
dens datur. Nam materia uel aptitudo sine forma nullibi datur. nisi imaginarie tantum: &
etiam hoc de mente philosophorum est. ❡Et sic. quia celum est ens reale. non autem imagi
narium: ab intrinseco: constat de his tribus scilicet de actu potentia & operatione quamobrem
absurdum est inferr: celum de se nullam habere propriam operationem: absq; intelligentia: tan
quam ad extra ibi assistente: nam actus & potentia in quacunq; re: tanquam relatiua se habent:
& relationes sine aliqua operatione stare non possunt: cum hoc extremum: illud & illud istud aspi
ciunt: que aspicientie operationes sunt: & sicut etiam in quacūq; materia aliqua datur operatio.
Vnde habetur: quod materia appetit formam: tanquam femina uirum: & appetere operatio in-
trinseca est: sine qua operatione nunquam formam conuocaret: nec quidem cum ea uniretur.
Vnde probatur: quod materia ab omni actu intrinseco carens sit imaginaria tantum: non enim
in re. ❡Et hic aduertendum est: quod operatio intrinseca in quacunq; re tanquam essentialis
ipsius se habet: quamuis concedatur potius essentialis posse uocari in rebus simplicibus: quam
in compositis. Et sic quia deus solus simplicissimum simplex: idem simpliciter essentia & opera-
tio eius sunt: in angelis siquidem & intellectibus nostris etiam intellectiones intrinsece: cum ip
sis essentiis conuertuntur licet non ita pure ueluti in deo: ❡Operationes autem ad extra ten
dentes non conuertuntur cum essentia operatoris. Cum hec in dies multiplicentur & diminuan
tur: in deo tantum semper scire ad intra & ad extra: idem est: intelligas: absq; additione uel dimi
nutione. Quoniam deus sub alia ratione uidet seipsum: & sub alia creaturas. Licet quod intelle
ctus siue potestas intelligendi: eadem ad intra & ad extra: sed res uise uel intellecte uarie. Vnde
necesse est sub alia ratione ipsas cognoscere. nam cognitio adequatio rei cognite est: & ade-
quatio dei & adequatio creaturarꝫ multū uarie sunt. Quāobrē oportet sub rōnib9 differētib9 deū
& creaturas intelligere. nā si sub eadem rōne deus & creature itelligerent. sequeret deum & crea
turas idem esse ualde differimus igitur: & sub uariis rationibus cognoscimur. Gratia exempli: ho
mo cum una & eadem potentia uisiua uidet simul: uel unit cum intuitu album & nigrum: & tamē
sub uariis rationibus. Et sic uarias concipimus apprehensiones. Licet quod deus nullum conci-

piat apprehensionem eo quod semper de presenti uidet. Et ĩ presentiali intuitione nullã speciẽ
uel caracterem in memoria scribimus: saltẽ per id tunc seruientẽ. Et sic deus nõ potest esse subie
ctum alicuius intuitionis uel uisiõis. quoniã presentialiter uidet: licet quod uidendo uel intelligẽ
do seipsum: quod idem est: in eo omnia alia: tanquam obiecta uidet: eo quod ipse ad omnia ope
randa que esse possunt tanquam summum principium est. Et quia sine ipso nil fieri potest opor
tet unico intuitu omnia cognoscere tanquam obiecta potentie sue. Tandem alia est cognitio
dei ad intra: & alia ad extra: accipiendo cognitionem per adequationem rerum: atq; cum ip
sis conuertibilis: nam ueluti Creare dei est & Creari creature: in eo modo intelligere in
deo deus est: sed res intellecte que deus non sunt: intelligi sunt: non autem intelligere:
ipsius dei. Et inferendo quod in hoc modo aliquid in deo contigisset: respondetur: quod
ubi prius & posterius non datur: nulla est contingentia: in deo non datur prius & poste
rius: sed unum solum eternum instans: ergo nil in ipso contingere potest. ¶ Sed in creaturis
tria consideramus ab intrinseco quamuis de uariis congregatis non dicant: sed in seipsas tria
dicunt: scilicet: actum: potentiam: operationem. siue operantes. ¶ Licet quod in hoc loco
Aristoteles cum religiosis conformatus est asserendo in omnibus rebus preter in deo aliquid
de materia esse. Et ubicunq; materia ibi a natura corruptio cito uel tarde: nisi per continuum
influxum a prima intelligentia: uidelicet: a deo conseruaretur qui purus actus est: per quem in
fluxum intelligentie perpetuantur: idest: semper assumendo influxum permanendi. ¶ Reli
giosi siquidem nil aliud dicimus circa perpetuitatem mundi: quia de se corrumperetur: nisi a cõti
nuo influxu siue prouidentia dei substentaretur: Et si hoc in religiosis est lex etiam in negantí
bus religionem est lex. ¶ Licet quod per naturam sciamus: omnia dependentia semper ali
quam administrationem seu fauorem a dante dependere expostulare. Sub quo ordine Aristote
les necessitatus fuit ad ponendum fluxum continuum euenientem a prima intelligentia ad fa
uendum aliis intelligentiis: cum quo fluxu perdurare atq; operari possunt. ¶ Sed quod ip
se intelligentie celos moueant non cadit sub recto ordine dependendi: nec quidem ad hoc in
uenitur naturalis fluxus: eo quod intelligentie sine tali motu ad extra manere atq; proprie ope
rari possunt. Et operari ea que de intrinseca necessitate non sunt: accidentale seu uiolentum est.
¶ Eo magis: quod de sententia Aristotelis & omnium aliorum sapientum: natura est pro
prietas intrinseca seu essentialis rerum. sub sententia diffiniendo dicitur. Natura est principium
motus & quietis: principium per quod operamur & finis in quo quiescimus. & non intelligas hic
esse assummendum quies: per cessationem ab omni motu: nisi per gaudium uel fruitionem ab ip
sis operibus uel motibus precedentibus. Et tamen fluere operatio aliqua est: & omnis operatio
nostra ab intrinseco & extrinseco aliquos motus infert: Vt in nutritiua digestiua pulsis & aliis si
milibus comprobatur. Vnde per eandem potentiam qua homo mouetur ad generandum fi
lium: per ipsammet contentatur generando ipsum: quod contentum quies uocatur. ¶ Nunc
uero ad propositum nostrum: intelligentie: preponentes ipsas ad mouendos celos: non se ha
bent tanquam intrinsece uel essentiales proprietates celorum: nisi tanquam ad extra existen
tes. Vnde probatur celos non moueri a natura: neq; posse quiescere ĩ motu suo: uel de ipso gau
dere. Quoniam non a natura: cum omnes motus in quibus ab intrinseco gaudere debemus. Et
qui perpetui sunt naturales: motus celi non sunt naturales: igitur neq; perdurabiles: nec qui
dem dantes contentum celis ipsis. ¶ Vnde sub nullo naturali ordine perpetuus esse potest: ni
si ab aliqua libera uoluntate causaretur. nam naturalis fluxus nunquam comprimit ad operatio
nes ad extra actas: & in id quod non comprimit: non semper prouidet motus act9 per intelligen
tias: in celis sunt ad extra: & nullum ad extra naturaliter perpetuum: sequitur quod per tempus:
motus celi cessabit si per aliquam intelligentiam ibi assistentem sit. Quoniam ubi uarie nature:
quamuis in una unione sint: etiam per naturam aliquando separationes poscunt: nisi per fluxum
a deo assumptum: semper simul manerent. Sed cum separatio sit naturalis: eo quod de uariis na
turis: & semper simul manere accidentale: aut contra intrinsecam naturam: nullus fluxus necessa
rius uel sine libertate potest accidentale omnino perpetuare. Quoniam necessarium de ordine
naturali ad unum solum opus tẽdit. & q̃a in primis ab intrinseco hec & illa natura uarie uarios
petunt fines: seu separationem: quia a natura diuise sunt: unusquisq; fluxus naturalis & neces
sarius in hoc prouidet: idest circa separationem: eoquod hoc a natura iuxta uarias naturas.
¶ Vnde necesse est ponere fluxum dei seu prouidentiam liberam: eo quod super naturalem &
accidentalem prouidere posset quod etiam ab irreligiosis concedendum est assumptum: quod
intelligentie celos moueant: cum hoc opus ad extra sit: & opera ad extra non possunt per natu
ralem fluxum ab alio assumptum perpetuari: nisi a uoluntate libera tantum: ut de sententia re
ligiosorum habetur.

¶Qualiter Aristoteles multa posuit ambigua:tum religiosis: & tum irreligiosis atti nentia que contra firmitatem eius denunciant. Cap.lxxxvi.

¶Quum Aristoteles tractando de physica siue naturalibus:uaria de motoribus & motis dicat:tum de motis per intelligentias:tum autem per corporeos motores actis:quedam de iisdem hoc in loco in terseram.Alia quoq; nonnulla contradictionem in uno solo auctore denunciantia.Attamen concedimus tenendum esse Aristotelem:sed quod ipsum omnimodo effugere uolétem abire sinamus. ¶Tractando in physica:quam excellentiorem in rebus naturalibus denominat: uult quod intelligentie incorporee indiuisibiles atq; incorruptibiles sint ad mouendum celos deputate:ut uisum est. & tot dicit esse intelligentias:quot celorum orbes sunt:aut astrologi esse dixerunt.asserendo hoc esse necessarium eo quod unũquodq; mobile petit motorem:& omnis motor petit mobile.Vnde presupponit: qđ omne corpus sit mobile:& omnis intelligentia motor.Qua de re uult quod primum ens:idest deus:motor primus sit:& ad mouendum primum celum deputatus. ¶Et sic septimo methaphysice inquit:uniuersalia non sunt separata secundum esse a particularibus:ut uoluit plato:sed sunt in eis ẽm esse quia predicantur de eis quiditatiue uel predicatione dicente hoc est hoc. ¶Et undecimo.Impossibile ē aliquas esse substantias separatas non mouentes.& in eodẽ libro.Optima dispositio intelligentiarum consistit in mouendo:unde si aliqua esset non mouens:illa esset ociosa. ¶Et tertio physicorum omne mouens naturale in mouendo mouetur:& penes eundem Aristotelem:indiuisibilia non mouẽtur. Et sic per ipsum in sexto.Omne quod mouetur est diuisibile:quia partim est in termino a quo:& partim in termino ad quem mouetur.Intelligentie secundum ipsum sunt indiuisibiles:igitur non mouentur . Licet in eodem libro dicat.Indiuisibile non potest moueri nisi per accidens. Quod tamen non ualet ad saluãdam intelligentiarum motionem.Quia quod continuo & semper:id utiq; ab eterno: & in una & eadẽ re impossibile est aliter se habere:& illud quod impossibile aliter se habere:nullo pacto contingens: sed mere naturale. ¶Ideo octauo physicorum accidens non est continue necessarium:sed ipsum contingit non esse.eo magis:q; tractando de motu intelligẽtiarum: in physica uel naturali scientia est . Vbi asserit omne mouens naturale in mouendo mouetur. Quamobrẽ cõcedere oportet:q; intelligentie naturaliter celos non moueant:ueluti nos affirmamus:aut q; intelligentie in mouendo celos naturaliter mouenť. ¶Quinimo per eundem Aristotelem:maxima contradictio inuenit̃. Quũ sexto physicorũ dicat.Omne corpus est mobile:& omne mobile corpus est:unde sequit̃ q; si intelligentie ad motum corporum mouenť:ut de naturali motione dicitur:etiam intelligentie corpus sunt.Et si omnino inferť:q; accidentaliter mouenť:in accidentalibus non potest uerus ordo assumi:& ubi non uerus ordo : minime scientia capi potest.Ita q; tunc erit ignotum nobis: & contra naturalia merita : quod incorporee intelligentie celos moueant. ¶Quamplura itidem alia in ipso Aristotele contraria inuenire possumus.Nam secundo physicorum . Que mouent non mota:non amplius physice considerationis sunt . Et sexto methaphysice si omnis substantia est mobilis:physica est philosophia prima: sed si aliqua substantia est immobilis:illa est prior:& scientia de illa est prior q̃ physica. ¶Tractando de iuuentute & senectute ait.Id autem quod secundum se & simpliciter est immobile:a nullo potest moueri . Vnde dicit homerus.Si omnes dii omnesq; dee multum elaborarent non mouerẽt Iouem summum de celo in terram.Vnde per ipsummet constat qualiter ea que a se immobilia sunt:nequeant contingenter neq; aliter moueri. ¶In quibus locis imaginatus est aliquas substantias siue intelligentias esse a corporibus separatas:aut q; plura sunt non mouentia:& que mouent uel utrunq; . Nunc sic:si alique substantie sunt separate non mouentes : idem quod religiosi dicimus concedit : & si plura sunt mouentia & non mota:tunc in eius repugnantiam.Quum octauo physicorum dicat.Omne quod mouetur ab alio mouetur. ¶Et similiter Deueniendum est ad unum primum motorem:qui sic mouet:quod non mouetur:& unum tantum dicit esse mouentem sine motione:actum purum omni materia carentem . Ita quod non possunt simpliciter plura mouentia dari:absq; motione:quis hoc commentari possit : Asserendo:q; licet omnes intelligentie extra primam aliqualiter moueantur:parum erit & non eodem modo quo corpora mouentur:nisi sine tempore continuatione & labore . Tum & quamplura alia hic de motionibus intelligi possunt: ueluti dum octauo physicorum ait . Moueri ex seipso est proprium animalis. Vnde fit aliquam rem moueri a seipsa:quod est contra aliam auctoritatem dicentem : quicquid mouetur ab alio mouetur.Sed secundo de anima inquit . Anima mouet corpus secundum communem differentiam positionis.s.sursum deorsum ante retro:ubi denotat q; dum dicitur quicquid mouetur ab alio mouetur in rebus incompositis:seu simplicibus assumendum est:hic enim considerando animam per se & corpus per se:dicit anima mouet corpus : & considerando animal de anima & corpore compositum tamen tanq̃ unum solum indiuiduum asserit:q; a seipso hoc est a suis integralibus partib9 moueatur.Quod si etiã omnes partes siue anima mouet:ascendendũ est de motore ad motorẽ:q; un9 alium moueat quousq; deueniat ad unum primum motorem:qui mouet & non mouet. ¶Alia maxima contradictio in cõmunibus Aristotelis principiis inuenit̃:dũ i primo libro de celo & mũdo dicit.

¶Extra celum nec est tempus nec locus nec uacuum:sed ibi entia ducētia uitā optimā: quā toto eterno perficiunt inalterabilia & impassibilia.hec enim uerba precise contra superiora sunt. Vbi dicit.impossibile esse aliquas esse substantias separatas non mouentes.& ꝙ optime dispositio intelligentiarum consistit in mouendo. Vnde si aliqua esset non mouens:illa esset ociosa & in hoc loco tractādo de celo & mundo:ponit summam felicitatē intelligentiarū:seu rerū incorporearum super celo:in quo nullum dicit esse corpus necdū motum ita ꝙ res separate pre ceteris coniunctis summo gaudio fruuntur. ¶Vbi agit de pomo & morte inqt. Ve anime peccatrici que non habet posse redeundi ad locū suum:quia turpia opera delectabilis corporis impediunt ascensum eius sursum:que uerba etiam de quiete animarum supra celum aut saltem a corporibus separata affirmant. ¶Et ita in his aliisq; huiuscemodi sane probatur qualiter non semper Aristoteles sectandus sit. Quum plerunq; sibiipsi contradicat:& de ratione nulla creatura ē tenēda ac si deus esset:quandoq; in errore inuenta presertim in uno loco affirmando & in alio negando : neq; hoc neq; illud probare possumus. Et quod recte simul non compatiantur:palam aliqua in Aristotele inueniuntur:& quia contradictiones in seipso cōperimus ad libitum de similibus sentire possumus. ¶Circa rerum principia uel de eternitate aut principio mundi conatus est ad ostendendum sniam contra platonis dicta.Et quo ad ueritatem: q̄uis diuersa eius uoluntas & diuersus modus exponendi in snia idem cū platone dixit. Plato siquidem duos mundos esse dicebat:alterū exemplarē siue potentialē atq; eternum & alterū creatum & nō natū. Aristoteles reprehendit duos esse mundos:& creationem dari sed quid de eius sententia audiamus.Nōne secūdū ipsum totus mundus ab una sola prima causa dependet:& tamen non in primo esse ut probatur:qa pro depēdere ipse efficer dicit:& per ipsum prius omnes res erant in potentia & denuo per primam causam ad actum deducte.Quod precise est platonis sententia:q̄uis unus creare dicat per assumptionem de exēplari seu potentia ad actum:alter uero efficere.Nūc sic totum mundum dependere & nihil de mundo dependere simul stare non potest:ex eo quod opposita:ita quod dandi sunt duo mundi:alter dependēs & alter independens.Nam quum totus mundus per Aristotelem potentialiter independes sit: & actualiter dependens hic totū dependens & totū independens duo precise dicūt:aut idem quod plato eternum exemplariter siue in potentia quoniam a se uel creatum aut factum eo ꝙ efficienter a prima causa perficitur uel actuat.Ex quo fit sepius Aristotelem que probare non poterat assumpsisse:& tamen cā excusationis in difficillimis assidue cum solis propositionibus transit ubi:maximis probationibus atq; declarationibus indigeremus.propositiones enim ut hoc est hoc:aut impossibile est aliter se habere sub enygmate sine alia probatione de more prophetarum & non philosophorum sunt. ¶Tandem cuncta interdum pro religiosis & alias ꝓ irreligiosis tradidit.si enim in una parte dicta eius uera nō eēnt in alia uera essent. ¶Tractando de longitudine & breuitate uite ait eterna nulli sunt cōtraria.Nūc sic :omnia animalia omnia elementa & stellarum radii quandoq; inter se palam contrariantur: igit nil ex iis eternum esse potest:quod ē cōtra cōem Aristotelis opinionem. ¶Tertio de anima : impossibile est quod aliquid corruptibile sit materia eterni.Ad quod respondendo dicemus quod omnia animalia & elementa sunt cōponibilia & corruptibilia.Itaq; non de materia eterna:& si non de materia eterna:simplex habent principium:quod nil aliud erit q̄ productio ꝑ merā creationem quod est eadem sententia quam religiosi asserimus.Et concesso de iis que sub celo sunt simplex haberi principium : quod secundum predictā sententiam sequitur nullum remanet dubium ꝙ celum & omnia alia preter deum creata sint.nostra enim dissensio sola est an mundus eternus uel non eternus sit:& negantes ipsum esse creatum : precipue fundantur in negando : quod creatio fieri possit. Et quia per Aristotelem plura sunt materialia corruptibilia que non sunt de materia eterna:constat igitur plura esse simpliciter creata:eo quod plura corruptibilia.

¶Qua de causa uideatur Aristotelem tenuisse:ꝙ deus nihil extra se intelligat: & de uariis argumentis atq; ipsorum solutionibus & probationibus: quod deus omnia intelligat.
Cap.lxxxvii.

¶Quū ſm multorū opinionē de snia Aristotelis:deus nihil extra se intelligat:hoc est:nil aliud ꝑter seipsum:hic aliqd dicemus.Sed qa eiusmodi materia ē a plerisq; hoībus trita:parū qdē erit : tñ succincte aliqd respōdēdo ordinati qbusdā argumētis Aristotelis Ab Auerroy dilatatis siue cōmētatis sup hac materia:uidelicet:an deus aliqd ꝑter seipsum ītelligat:pricipaliora dubia q̄ ab ipso Auerroy adducunt super hac difficultate subnectā:i qbus oībus nos quoq; succincte respōdem9. ¶Primo exitu inqt:deū nō ītelligere aliud a se multis rōnibus ꝓbat:& prima ē qd illud qd ītelligit aliud pficit ꝑ illud:& subdit deus ītelligit aliud a se : igit deus pficit ab illo alio:& ita deus haberet dñm supra se. ¶In hac uero obiectione nullatenus Auerroys oñdit de dignitatibus dei ītellexisse. Quēadmodū eni ītellectus nr a rebus intellectis seu intelligēdo perficit:ita & sensus ī sensatione:deus tanq̄ pfectus ecōuerso se habet. Quoniam intelligēdo res intellectas ipsas ordinat:ac perficit:nil ab eis assumendo.ut per Aristotelē & alios ꝓbos philosophos apparet.Quum dicant:omnia ab ipso dependere & hoc depēdere ñ ꝑ intrin

secam emanationem:nisi tanq̃ ad extra per intellectum uoluntatem & potestatem. ¶Secunda ratio
Auerroys.Intellectio dei est substantia dei:si ergo aliud intelligit:intellectio sua est cum illo alio: idest
in ordine ad illud aliud:& tunc non dabitur ens per se sine alio:& ita non dabitur primum principiũ.
¶Contra que uero argumenta respondetur.Quod intellectio dei sit substantia dei concedit̃: sed
dum dicit:si ergo intelligit aliud tunc intellectio sua est cum illo alio:idest in ordine ad illud aliud : in
hoc scilicet in ordine ad illud aliud negatur:licet cũ omnibus sit.quoniam deus infinitus & omnia cõ
prehendens atq; ubiq; manens:non tamen in ordine ad aliud.Ipse enim res ordinat: sed non ordinat
seipsum ad eas:& iccirco nos a deo ordinamur:qui tamen a nobis non ordinatur.Vt per Aristotelem
quoq; probari potest dicentem.deueniendum esse ad primum motorem:qui sic mouet quod non mo-
uetur:& illud quod mouet & nullam recipit alterationẽ:nullatenus a re mota aliquem ordinẽ aggredi
tur:& ideo ens per se & primum principium datur. ¶Tertia eius oppositio . Si deus intelligit aliud :
tunc sua substantia erit potentia respectu illius . Quapropter non erit purus actus neq; sua actio erit
sua substantia:& ita intellectus diuinus moueri posset. ¶In hoc dubio Auerroys presupponit:& ni-
hil probat.Quoniã inferre si deus intelligit aliud tunc sua substantia erit potentia respectu illius:ĩ hoc
utiq; nulla ratio & nullum fundamentum iacet.Deus enĩ nõ intelligit prius neq; posterius:& quia eter
nus:ẽ sine principio:medio:discursiuo:& fine . Quocirca omnia in uno solo instanti absq; motu suo
intelligit:& illud quod non mouetur:ex hoc nunc ad aliud nunc:absurdum est:quod nuncupetur po-
tentia:nec respectu illius nec alterius.Et dum tanq̃ per conclusionem suam asserit:ergo non erit purus
actus nec sua actio erit sua substantia:& ita intellectus diuinus moueri posset.Hec itidẽ omnia ad ephe
sios:quum enim deus sine moueri moueat & quicquid operatur respectu eius:est in uno solo instanti :
non prius nec posterius:iccirco quia nullus motus positus uel alteratio agit: quicquid agit semper seu
eternaliter est purus actus:& sua actio est sua substantia. ¶Intellectus uero diuinus moueri non põt.
Nam quum in uno solo instanti omnia intelligit:non põt transire:ex hoc nũc ad aliud nũc itaq; aliud
a se intelligit:& nihil mouet̃. ¶Quarto dubio.Si deus intelligit aliud:igitur intelligit uilia:quare et
actio eius erit uilis:quia operatio specificatur ab obiecto. ¶Ista uero Auerroystica obiectio cũ pri-
ma coincidit & sic soluta una earum:similiter & altera.Hic autem dicimus quod in eo quod res sunt :
omnes sunt bone:& intellectio in eo quod intellectio est bona:cuncta quidem bona intelligere est com
mendabile atq; sanctissimũ:& licet aliquod uile operemur:hoc utiq; ex parte nostra prouenit : & non
dei:qui nos intelligit:ut in nobis ipsis manifestatur.Quum multa impropria uideamus & intelligam9:
nec ꝗquam sumus illius mali causa:neq; inquinamur:si ad ueritatem tendere uolumus.& quia deus pu
ra ueritas est:necubi inquinari potest:aliud a se siue dependentia intelligendo. ¶Quum uero dicat
operatio specificatur ab obiecto:ita & actio nostra.Sed actio dei omnia obiecta extra se specificat & ꝑ
ficit:eo magis quod dependentia non sunt obiecta itellectionis dei:nisi obiecta uel res eo ꝗd a deo itel
liguntur.& sic omnia intelligere est perfectio:ut patet per Aristotelem Auerroym & alios sequaces eo
rum:q per multa & uaria in hoc mundo intelligere dicunt:se esse felices . Quorũ uero scientia princi
paliter de corruptibilibus agebat:& quia homines erant & inter alios similes degebãt : plerunq; uaria
mala sentiebant:atq; intelligebant.Attamen ꝑ nimiũ itelligere dicebant se cũ deo uniri & ibi esse feli
ces.Quod si homines ad similitudinem dei per multa ac uaria intelligere deueniunt:in quo quidẽ gra
du magna est perfectio:concedendum est quod deus in suã perfectionẽ semetipsum & oĩa alia itelligit
q̃a aliter minime perfectissimus nec tanq̃ princeps omnium se haberet.& Aristoteles etiam in duodeci
mo methaphysice deum uult tanq̃ principem describere. ¶Quinta oppositio si deus intelligit aliq̃d
extra se non est maior ratio de uno q̃ de alio:igitur intelligit ita composita sicut simplicia: sed non in
telligit aliquid compositum:igitur neq; simplex:tunc enim multa intelligeret:& partes essent causa in
tellectus:quia aliter non posset multa itelligere.Item intellectus humanus sic se habet: quod est libera-
tus a materia aliquo mõ ĩ quo aliqualiter itellect9 & res itellecta sunt idẽ:igit̃ ĩ illo q simplex est separa
tus a materia:idem est intellectus & res intellecta.Item in intelligentiis:quanto aliqua est simplicem ac
minorem habens compositionem:tanto est perfectior.igitur deus est simplicissimus:ergo intellectio sim
plicissima:igitur non multa intelligit. ¶Ista uero argumenta iam fere omnia in superioribus sunt so
luta:quum etiam Auerroys hic & superius idem dicat:licet per alia & alia uerba:& quia diuersa uerba:
aliquid similiter in hoc loco contra ipsa inscribemus.Dum dicit si deus intelligit aliquid extra se : non
est maior ratio de uno q̃ de alio:conceditur.Quum omnes rationes dei ex parte ipsius equales sint : &
ueluti intelligit simplicia:ita & composita:hoc est ambas partes penitus distinctas. Nulla enim in deo
est obscuritas:seu ignorantia.& iccirco non intelligit hanc partem distinctam & alteram confusam.&
ideo intelligit composita simpliciter.idest perfecte absq; alio dubio precise:ut sunt composita : & sim
plicia tut simplicia etiam perfecte intelligit. ¶Et dum dicit non intelligit aliquid compositum :
igitur nec simplex quia tunc intelligeret multa : & partes essent causa intellectus . Adhuc hic po-
tius insipienter Auerroys opponit . Nam dicendo non intelligit aliquid compositum : igitur neq;
simplex:in iisdem uerbis nulla est ostensio : nequidem probatio. ¶Et quum subdit : quia tunc intel-
ligeret multa : conceditur . quia quum deus perfectissimus : & causa omnium rerum uniuersalissi-

ma sit: oportet quod perfectissime omnes res intelligat. ¶Et inferendo quod partes essent causa intellectus: quia aliter nō posset multa intelligere. Negatur: eo quod tanq̄ propositio absq; fundamento se habet: Quum deus ens per seipsum sit: & omnia alia ab eo dependentia. Vnde intellectus dei non potest a partibus: seu depēdentibus causari. Dum enī intelligit: nihil mouet: nequidem alterat: & i uno solo istanti omnia intelligit. ¶Vlterius ait: intellectus humanus sic se habet liberatus a materia: quod aliqualiter intellectus & res intellecta sunt idem: igitur in illo qui simpliciter est separatus a materia: q; aliqualiter intellectus & res itellecta sunt idem: igitur in illo qui simpliciter est separatus a materia: idē est intellectus & res intellecta. ¶Nos uero respōdendo dicimus: quod intellectus humanus secūdum ipsum Auerroym & Aristotelem nūquam liberatur a materia: ut manifeste probatur. Si dicitur de itellectu passibili eum utiq; materialem & corruptibilem ad corruptionē corporis sunt ymaginati: & si de intellectu uniuersali agente uel possibili hic assumere uoles: quum dicas quod ab eterno incessanter homines particulares sunt: & intellectus qui deforis uenit: tanquam lumen in his particularibus est: semp̄ infusus: ut aristoteles in moralibus: itellectum diffiniendo inquit. Intellectus est lumen quod deus ifundit anime: ideirco semper intellectus cum materia est unitus & nūq̄ omnino separatus penes Auerroysticam opinionem: & ideo eius oppositio incongrue posita. ¶Et dicēdo igitur in illo qui simpliciter est separatus a materia: idem est intellectus & res intellecta. hoc cum prima propositione precise coincidere uidet. Si enim idem est intellectus & res intellecta: oportet quod intellectus seipsum tantum intelligat: & nil aliud. Et in hoc loco uarii expositores: diuersa impropria adduxerunt ita inferendo. Dū angelus uel aliquis intellectus celum itelligit. ipse angelus uel intellectus est celum: & si elementum intelligit similiter est elementum: aut quod celum & elementum sunt intellectus: & si intellectus intelligit asinum uel capram: pro illo tūc est asinus uel capra: seu asinus aut capra intellectus. Nunc sic semper aliquis intellectus hominis intelligit aliquam capram: ergo semper aliquis itellectus hominis est idem cū capra: quod est falsissimum. Deus intelligit semper omnia: ergo omnia sunt deus: quod multomagis falsissimum. Verumtamen deus: deitas sua: essentia: bonitas: & sapientia idem sunt: & quia sapientia dei est ipse deus: uidetur quod si deus habet scientiam de dependentibus: illa dependentia sunt idem q̄d deus.

¶Sed respondetur deus & sapientia sua itrinseca: siue de se conuertuntur. Creature uero q̄uis opa dei sint: non sunt deus: nec secum conuertibiles: eo quod opera ad extra ipsius dei sunt: & similiter sciētia quam deus de creaturis habet: nō sibi intrīseca sed extrinseca: ideirco minime secum cōuertibilis. ¶Et si infertis: ut soliti estis: nos abstrahimus omnes res a corporeitate: & agimus ipsas uti intellectus noster est: respondetur. quod si uultis ut uobis credamus: in primis ostendite nobis potestatem: quā habetis ad faciendum res corporeas: spirituales: & spirituales corporeas: & postquā spirituales erūt: quod sint idem cum intellectu. Nam multa uere sunt spiritualia que nō sunt intellectus hominis. ¶Si aūt inconsiderate imaginari uultis: quod sicut lapis magnes attrahit ferrum: uos cum itellectu separetis: & faciatis res corporeas & spirituales: uana quidem consideratio: eo magis quod equus: lapis: & alia similia: corporea & composita sunt. Vnde si quis presumeret ipsa aliter intelligere q̄ se habeant: tū falsa & non uera fuisset talis intellectio. & ideirco unaqueq; res sicut se habet ad esse: sic & ad intelligi: & nō aliter. ¶Et dum dicit in intelligentiis quanto aliqua est simplicem & minorem habēs compositionem: tanto est perfectior: igit deus est simplicissimus: ergo intellectio simplicissima: igitur non multa intelligit: quia unaqueq; res quanto simplicior: tāto dignior: & causa alicuius dignitatis dignior aliis. Quoniam uero nulla dignitas adeo p̄fecta est sicut multa intelligere: igit simplices intelligētie: multa intelligunt: & deus quum perfectissimus: omnia. ¶Ad sextam oppositionem in qua inqt: si itelligit aliud: aut aliud: igit sua scientia est uniuersalis: & hoc non: quia tunc esset potentialis neq; particularis: qa p̄ticularia nō cadūt sub arte. Respondetur. Scientia dei uniuersalis est: quum ipse sit uniuersalissima omnium rerum causa: & auerroys tāquam pro determinato: dicit: absq; alia ratione hoc non: quia tūc potentialis fuisset. Quod minime sequitur: ut superius probatum est. Deus enim non intelligit per motū: & nunc unum & post aliud: igitur in eo non potest aliquod potentiale occurrere. & quum dicat neq; p̄ticularis: quoniam particularia nō cadūt sub arte: in hoc dicimus: quod sciētia dei quum simplicissima simplex sit: in se unica uel particularis est: tamen in ea simplicitate uaria intelligit: & hec ē sublimis perfectio. ¶Quod particularia cadant sub arte: aut quod artem habeāt uel sequant: patet: quia unusq̄sq; homo aliqua arte utit: & uarias artes in dies agimus: atq; in iisdem degimus. Sed hec de arte ad non artem sunt ad ephesios posita: & etiam omnia alia que in his argumentis ab Auerroy describunt. logicalia sunt: nec q̄cq̄ de philosophia continent.

Qualiter aristoteles ostendere conet q; mundus sit eternus: & q; obiectiones sue non ualēt: eo q; sensibus patet: icessanter totū mundū a deo gubernari. Cap. lxxxviii.

¶Aristoteles uolēs pro uiribus substinere: mundum esse eternum asserit. primum antiquum: nullam de his inferioribus curam habet: ex eo q; uideretur q; mundus ipse originaliter a seipso esset: quoniam per seipsum manere potest. ¶Ea uero intentio nullatenus cum aliis ab ipso concessis: stare potest. di

est eni:totum mūdum ab una sola prima cā depēdere:& ista inferiora omnium rerum seu totius mūdi partes sunt:iccirco si totus mūdus dependet:ista quoq; inferiora depēdent:nūc sic.in quibusq; momentis contingit aliquid esse quod prius non erat:ergo in qbusq; momentis particulatim istorum īferiorū a deo aliqua depēdēt.nemo potest esse saltem itellectualis efficiēs:quin id quod agit itelligat:itaq; deus quum purus actus & intelligens sit:assiduam de his īferioribus curam hēt:quandoquidem per intelligentiam dat eis depēdere:atq; ordinem manēdi & i prebēdis similibus optima cura denotatur. ℂQuod si forte opponeretur domus efficiēter ab architectore dependet:& filius a pre & tamen domus sine carpentario & filius sine patre manere potest:postquam edificati sunt:itidem & mundus sine deo: quoniā tanquā a causa efficiente dependet. ℂRespondendo ad eādem obiectionem dicimus q carpētarius instrumētatiue & accidētaliter ad uarias materias simul in tali figura congerendas occurrit:& pater similiter īstrumentatiue:quāquā naturalis aduenit:ad ponēdam materiam in loco:ubi mediante natura filius generari potest:sed domus aut filius nō assumūt primū esse ab his ultimis causatorib9:nisi ab elementis:& sic domus & filius animalium sine elemētis nullatenus manere possunt.elementa enim fundamenta nr̄a sunt:& similiter sine deo manere nō possumus quum sit prima origo per quam esse nostrū resultat. ℂEt q sine ipso manere nō possumus probat.tu concedis q mundus:seu omnis eēntia extra deum:p se sit impfecta atq; oī actu carens:nos & omnia depēdentia continuum ordinem & actus dimetimur:quapropter nullatenus hoc fundari potest:in ente imperfecto:a fortiori itaq; ex deo incessanter depēdemus:gubernamur:& substentamur.Quia non a nobis ipsis nec ab entibus imperfectis: igitur a solo deo.Et si infers q a secūdo antiquo gubernamur:hoc utiq; nullius est efficatie:qm̄ secundus antiquus:antiquum uero intelligas penes tuū uocabulum:non autem in re:eo q ubi non est prioritas & posterioritas ibi neq; antiqtas:neq; nouitas. ℂSed ad propositum secunda intelligentia dependens est a primo ente:& ideo p se nullam habet uirtutem essendi nec gubernādi:unde sequitur qd si secunda intelligentia aliquid his inferioribus administrat:est in potestate a prīo ente assumpta: & sic necessario sequitur:q primum ens ista inferiora intelligit:& q sub instituto ab eo ordie gubernamur. nam secunda intelligentia nihil potest ultra illud quod a superiori ente assūmit.taliter q si secunda intelligentia est gubernatura:atq; intellectura huiuscemodi inferiora:id utiq; sibi de superiori ente emanat,quapropter palam innotescit q deus intelligit omnia:& in sua potestate omnia itidem gubernantur:quippe quod:ueluti apertissime iam probatum est:sine ipso proculdubio nulla res esse pōt.

De Eodem.

ℂVndecimo methaphysice Aristoteles inquit primum principiū nihil extra se intelligit. ℂEt tertio de aīa si est aliquis intellectus in quo non est potentia ille nō intelligit priuatiōes nec mala:talis autem est causa prima. ℂHec uerba iuxta alia pricipia ipsius aristotelis exponēda sunt. quoniam secūdum ipsum primum pricipium seu prima causa:actus purus est ab omni potētia & compositiōe alienissimus.Vnde nō in alio aut alterius iuuamine intelligit:preterquam in seipso ad differētiam aliorum intellectualium.nā quāuis itellectus nr̄ itelligēs sit:de mēte aristotelis:nil potest sine imaginatiua uel fantasia intelligere;qua de re dicēdum est:q itellectus nr̄ aut unaqueq; intelligētia:in se aliquid de potentia continēs:alia extra se itelligit:quia simul cum aliis opatur.Sed primum pricipium p se solum qr purus actus:igitur in se & p se omnia cognoscit licet nulla alia res in ipso speculetur uel representet.tūc enim in deo esset compositio:quod absit a nobis:talia excogitari.uerum ī se immobilis manēs cūcta uidet atq; intelligit. ℂEt dicendo si est aliquis itellectus i quo nō est potentia:ille n̄ itelligit priuatiōes nec mala:talis autem est causa prima:nil aliud īsertur quam q itellectus ī quo nulla est potētia nullam potest priuationem neq; aduersum quicquam expectare:& quia prima causa nil cōtinet de potētia seu possibilitate nil oīo de priuatiōe uel aduersis expectat.& sic deus nullam priuatiōem nec mala intelligit: hoc est cōuersāt:cūcta enim actualiter ac delectabilia in ipso sunt:ideo q deus in se uel cōtra se nullū malum neq; priuationem cognoscit. ℂEt hinc nono methaphysice in eternis nō est malum nec corruptio nec peccatum. ℂQd autem de mēte aristotelis deus quecūq; sunt intelligat:in pluribus locis uideri potest.quemadmodum & in undecimo methaphysice. ℂA primo principio dependet celum & tota natura.& primo deus uidet omnibus esse causa & principium quoddam:& ī secūdo prima causa ē magis digna ī esse:& unitate quam oīa alia entia:quia omnia acquirunt esse & unitatem a prima causa. ℂItidem undecimo methaphysice scientia dei causat res sed nostra causat a rebus. ℂIn primo libro de celo & mundo.a primo ente singulis communicatum est esse & uiuer his quidem clarius:his uero obscurius. ℂVbi de regimine pricipum deo nihil est difficile & sine eo nihil est possibile fieri uel possideri. ℂEt subdit.deus gloriosus nil ociosum siue uacuum fecit in natura. ℂTertio rhetoricorum.Intellectus est lumen quod deus infundit anime. ℂCirca has auctoritates & alias similes nulla indigemus expositione:quum clarissime dicunt deum omnia gubernare:atq; esse prebere & curam de eis habere.

Quomodo ſm dicta ariſtotelis pateat:deum aliquid preter ſeipſum ītelligeꝛ. Cap.lxxxix.

Quod deus aliud a ſe ītelligat in uariis locis penes dicta ariſtotelis comprobari pōt:ait enim. nulla ſciētia melior & honorabilior methaphyſica:quia ipſa eſt maxime diuina:tum quia de deo eſt:tū qa ſolus deus eam maxime habet.Quum hic dicit Tum quia deus ſolus eam ſcilicet methaphyſicam maxime habet:palam fatetur:deum omnia ſcire.Quum in methaphyſica de omnibus rebus ſiue earum principiis agat:& quia deus maxime atqꝫ optime methaphyſicam ītelligit:multa quidem ac uaria extra ſe intelligit. Alibi deueniēdum eſt ad primum motorem:qui ſic mouet quod nō mouetur:& quia nō mouetur per ſolum uelle & intelligere mouet:& qcqd nō ē ītellectum:minime uolitum:& quū dicat aliud a ſe mouere:declarat aliud a ſe ītelligere. Item & primam cām deum uocat:ex quo oīa depēdēt. Et ſi reſpōderes:quod cauſa efficiēs ītelligatur:teneris ulterius declarare:quatenus aliqua cauſa edificare uel efficere queat:ſi edificatoria ſeu ab eo edificāda nō intelligit.alibi etiam tractādo de philoſophia Ariſtoteles alia ſimilia dicit:& ī moralibus plura:uelut dicēdo.Intellectus eſt lumen:quod deus infundit aīe:& ſi deus ipſum īſundit:aut īfundit p ītelligētiam:aut ignorantiam:nō per ignorantiam:igitur p ītelligētiam.Itaqꝫ iuxta philoſophicas ueritates:& quamplures etiam Ariſtotelicas auctoritates:multa deus ītelligit extra ſe. Et quis Ariſtoteles ī duodecimo methaphyſice aliter ſentire uideatur:cum auctoritatibus eius iſti oppoſitis facile poſſumus talem opinionem delere:licet alias rationes minime haberemus.ſed quia plures habemus ſimul cum cōceſſis ab ipſis philoſophis aperte poſſumus partē noſtram probare & tutari. Nūc autem Auerroym petere poſſumus:quum ipe atqꝫ alii irreligioſi ſimul cum religioſis cōueniāt:cūcta a deo depēdere:quomodo intelligat quod dignius ſit nihil ītelligere de illo quod operamur:ꝙ preciſe ipſum ītelligere.Nam prō intellectiōe eorum que agimus & que facturi ſumus:homines ceteris animalibꝰ digniores uocamur.& quāplura uilia aut īpropria ītelligimus:que a ſenſualibus nō ītelliguntꝛ.quonam modo deum perfectiſſimū appellare potes:ſi uaria oīno ignoras:preſertim quum ab ipſo ſolo ſint emanata:& nō intelligere quid agimus aut emanata a nobis ipſis ignominie & nō laudi adiicitur:& ſic neceſſe ē cōcedatur deum perfectiſſime ſeipſum & omnia alia intelligere:creaturis autem nulla eſt difficultas:neqꝫ iactura:quod a deo ītelliganꝛ:niſi laus & cauſa eſſendi ac perfectionis.

De Eodem.

Super hac diſſentiōe quidam theologorum noſtrorum aliter atqꝫ breuius exponūt: qualiter deus oīpotēs oīa ītelligat ita uidelicet ponēdo.omnia que deus nō ſunt:a deo depēdent:& ſic deus ſeipſum ītelligēdo oīa ī ſe ītelligit:igitur nihil extra ſe intelligit:& tñ oīa ītelligit.hec autem uia recte ſe habet ad ſubſtētādum partem noſtram:qnum enim deus oīa comprehēdat nō eſt īſerēdum:quod extra ſe aliquid ſit.Attamen quia creature nō ſunt deus:nequaquā de ītrīſeca eius eēntia create:patet:aliter cōſiderari deum & aliter creaturas.Quicquid enim nō eſt ītrīſecum nequaꝙ dici poteſt:quod oīno naturaliter recta linea emanatum:& illud quod naturaliter ab alio nō emanat minime ī ipſo repreſentari poteſt:creature nō emanāt ab ītrīſeca natura dei:igitur a natura ī ipſo nō repreſentanꝛ.Nā licet architector templum edificet:eo quod templum ad extra ipſius architectoris eſt:nō repreſentaꝛ ī eo: ꝗuis ſit cauſa templi.& ſimiliter quum deus & creatura tanquam ſinitum & īſinitum differāt :aliam atqꝫ aliam ītellectionem expetunt:uidelicet:ꝙ aliter īſinitum ꝙ ſinitum intelligaꝛ.quapropter deus in primis ſaltē origine ſeipſum ītrīſece ītelligit:& deinde creaturas:tāquam ad extra.ſed dum dicitꝛ ītelligendo ſe:hoc ſe deus eſt:& creature nō ſunt deus.igitur nō eſt eadem ratio ſeu cōſideratio in deo ſeipſum ītelligere:& creaturas.Sed ne ī errorem equiuocationis īcidamus:aperiendum eſt quidnam dicatꝛ:quod deus oīa ītelligit ſeipſum ītelligēdo.Quum enim deus prius & poſterius ī ſe nō habeat cūcta ſimul:uel in uno īſtāti uidet:ut ī nobis ipſis aliqualiter exemplari poteſt. Exemplum tale ē ī hoc īſtāti nos ſimul uidemus nos ipſos:equum:leonem:aquilam:murum:& alia his ſimilia.in quo quidem nulla eſt prioritas:neqꝫ poſterioritas:tamen res uiſe uarie ſunt:& nō idem:ꝗuis ab uno ſolo intuitu uideanꝛ:conceptiones uero a rebus uiſis diuerſe.& ſic deus ītelligēdo ſe omnia alia intelligit ſed diſſentio conſtāt: an deus aliquid intelligat quod ipſe deus non ſit.licet quod dum deus ſeipſum intelligit poteſtatem & uoluntatē ipſius ītelligit:& conſequenter omnia que uult:& potēs eſt ad operādum. Verūtamen aliter intelligit opa que ad extra ſunt:& aliter emanationes ītrinſecus.Et in hoc loco facile intelligere poſſumus:qualiter beati licet deum uideāt nō ex hoc ſequitꝛ quod omnia depēdentia ab ipſo:ī eo repreſentata uideāt. Illa enim que ſuper naturam ac per liberam uolūtatem depēdent:non ſunt de naturali ordine in eo a quo depēdent repreſentari.ideo beati tot gradus glorie habebūt aut uidebūt quot deus altiſſimus : ex ſupernaturali gratia prebere uolet.Sed per ſeipſos beati nequicquam in deo comprehēdūt : nec cūcta poſſunt tāquam repreſentata in eo uidere.Et conceſſo:quod in deo cūcta depēdentia tāꝙ in ſpeculo repreſentenꝛ:quum beati ñ poſſint totaliter ipſum deum comprehendere:nequidem repreſentata ī eo:& per naturam nulla creatura poteſt omnes alias creaturas preciſe intelligere:quum minime ipſas cō-

prehēdat:& ideo hec dignitas est solius dei omnia comprehēdere & itelligere.sed iter depēdentias qsq; nostrum habet perseitatem sibi propriam:& omnibus aliis alienam:& similes perseitates atq; primū esse nostrum ab ipso deo tantum noscūtur.quod si perseitas uel ultima proprietas aut uniuscuiq; intrinseca si ab aliquo extra deum intelligēda est:illi soli cuius est attinet. ℭ Alii nōnulli imaginati sunt qđ idee creaturarum quas deus de creaturis habet ab eterno:quodāmodo sunt medium inter deū & ipsas creaturas:per quod creature ad eē sunt deducte:eo quod he idee quasi ad ordinem creaturarū naturaliter aspiciunt.Sed absit a nobis de tali serie excogitari:quū idee eterne sint ipse deus:si ideas diceř maiueris & deus nil ad creaturas ordinaŕ.nisi quod creature solum ab ipso ordinantur.& sic i hoc loco rectius est quod dicamus:deus intuitiue ab eterno itelligit totū mūdum:q̄ dicere mūdus idealiter ab eterno est in deo.Nam illud quod eternum non est nō potest ab eterno idealiter:nec quouis alio modo:in aliquo esse.Sed deus intelligit quomodo mundum uult creare:& quia creatio nō est naturalis per intrīsecam emanationem:de deo ad creaturas nulla est relatio:quis creature in se ab alio dicanŕ: quum nō a se:sed depēdere:& creature idem sunt.Quapropter nihil est quod non sit deus aut creatura. ℭ Denique opinio Aristotelis & Auerroys ambigua ad religionē & irreligionem se habet:utrum deus aliqđ extra se itelligat:licet Auerroys semper religionem effugerit:Aristoteles uero tāquam maturior in methaphysica moderati9 scripsit.Quamobrem dicta eius in methaphysica aliqualiter ad nostram religionem reducere possumus.In moralibus uero totaliter:tūc enim senior :& sic cōmentator etiam quinto methaphysice de opinione Aristotelis ait dispositio primi pricipii est in quo sunt perfectiones:& nobilitates oīum entium nobiliori modo:q̄ sint i seipsis.Et hic cum multorum religiosorum opiniōe cōformatur:qui uolūt in deo omnes res esse perfectiori modo:q̄ in seipsis.Sed quoad ueritatem nil aliud est in deo preter seipsum:licet omnia intelligat.Verum precise sicut se habēt:itelligit:& nō aliter quia imperfectio & nō perfectio uocatur res aliter intelligere:q̄ se habent:quum intellectio sit cum re itellecta penitus adequanda.

Quomodo secundum philosophorū sentētiam:deus extra se itelligit:quum medians te intellectione moueat: Cap.xc.

ℭ Circa hanc materiam itelligētiarū religiosi & irreligiosi ferē idem fundamētū acciplūt. Dicūt eni quicquid per itellectum causat:quemadmodum se habet ad causandu:m:sic & ad itelligēdum : tñ deide quisq; eorum hāc auctoritatem ad libitum exponit. ℭ Theologi iquiunt:quod sicut deus omnia generalia & particularia causat:ita ea generaliter & particulariter itelligit.alii uero philosophi aliter sentiūt accipiētes pro fundamento:deus generaliter causat:ergo generaliter intelligere debet: & nemo p fecte est generalis nisi solus deus:igiŕ seipsum dūtaxat cognosceŕ potest.& taliter per hec eadem argumēta discurrunt:nō tñ declarant quid causa & quid uniuersale significet:i quo tota difficultas uersaŕ. Quum enim dicimus causam:respectu alterius intelligiŕ.quoniam nemo suiipsius:nec sibiipsi nisi alteri est causa.& sicut philosophi uocanŕ primam causam ex qua omnia alia depēdēt : manifeste cōsitenŕ cum oibus ipsis respectum siue respicientiam nancisci.Nō est enim causa sui ipsius:nisi suorum dependentium:quapropter cum ipsis respectum & cōuersationem habet.Si enim philosophi arguerent : qđ nihil a primo ente dependet:& non uocarent ipsum causam:possent melius eorum opinionem tutari. Quinimmo nō solum oia a primo ente confessi sunt dependere:& quod eis sit causa:uerum etiā aiūt: deueniendum esse ad unum primum motorem:qui sic mouet quod non moueŕ.Quibus cōcessis manifestaŕ:quod sicut a deo motum recipimus:& ab ipso quoq; mouemur.similiter intellectionem recipim9 & intelligimur.Quod si primus motor:ut dicunt:mouet:certum est quod aliquid extra se intelligit: eo quod propter itellectum mouet:& sicut unum cognoscit quod est particulare:ita & queq; alia: quum ī seipsis particularia sint itelligere potest. ℭ Ad aliud fundamentum in quo diximus quod declarādū erat:quid per uniuersale capiatur:asserimus:quod uniuersale significat quoddam cum pluribus iter se distinctis communicabile:illud autem quod uniuersale nūcupamus:semper ē unum tm̄:tñ pluribus cōmune eo maxime:quod si hoc primum i plura diuidereŕ:amplius uniuersale non esset presertim : quod primum ens particulare existit.quod si uni soli esse preberet:primum ens esset causa particularis:& nō uniuersalis.Vniuersalis enim intelligit id quod plura respicit:& nō unum tantum.quamobrē:iuxta uiā philosophorum:manifestum est:deum extra se diuersa intelligere:quippe quod eum uniuersalē causam appellant:& quia diuersa particularia sunt:deus plura particularia intelligit.si enim seipsum dūtaxat itelligeret:non propter hoc uniuersaliter intelligeret:nec esset uniuersalis causa. ℭ Verumtamen de opinione Aristotelis non potest dici:quod deus sit uniuersalissimus:nisi singularissimus:& sup hoc fundamento uocat ipsum infinite uirtutis ut in alio loco patebit.

Quod simplices uel separate intelligentie:possunt absq; speciebus cōpositis itelligeŕ, Cap.xci.

Aliud argumentum a philosophis adducitur: hoc est quod nulla res simplex aut separata potest quicquam extra se intelligere: in quo quidam theologi philosophos imitantur: & taliter probare intendunt: dicentes: si sentimus est per species sensibiles: & si itelligimus per itelligibiles: que quidem species realiter a sensibus distinguūtur: nec unum in aliud conuertitur. unde simul iūctis sensibus & speciebꝰ: unum compositum resultat. & quia ad sentiendum necesse est tales species habere: quicquid erit sepatū minime sentiet. Attamen in hoc loco diximus: magnam esse discrepantiam inter sensuale & itellectuale: eo quod sensuale de sua natura compositum esse significat: & per compositionem cognoscit & itellectuale separatum ac simplex: quocirca simpliciter intelligit. i quo nō possumus equalem comparationē agere iter simplex naturaliter: & natura compositum. Nihilominus accipiamus hoc idiuiduū sensuale: tāquā simplex uel per se distinctum ex quo unū solū est: & in alia parte ponamus sensibile: hic utiqꝫ: sentiens & sensibile prius erūt: q̄ species sensibiles: Nam species albedinis quas mediante uisu contrahimus: nō est aliud q̄ quedam representatio: qua cognoscimus: qualis res sit illa albedo. quam prius uidimus qua de re priusq̄ nobis species iudiciales seu representatiue occurrant: apti sumus ad uidēdum: & pariter res est disposita uideri: & i effectu ipsam uidemus: & similiter palpamus aut sentimus: anteq̄ per species iudicemus: an caro: uel pannus sit. id quod tangimus. Et quum aīa rationalis: uel angelus separati a materia intelligunt in instāti: seu primo intuitu species: quas tu dicis: sūnt posteriores ad illam intuitionem: & ab obiecto uiso. quod priusq̄ species attingāt: iam intellectus per primam ituitionem aliquid intellexit: & dato illo aliquid: danť & oīa deinceps aduenientia.

Quomodo simplicia propter simplicitatem: sicut composita propter compositionem intelligant. Cap. xcii.

Postremo autem uniuersaliori modo de sensualibus & itellectualibus tractabimus. Quisqꝫ enī natura aliquam conformitatem nanciscitur: que est quedam similitudo: per quā unumquodqꝫ alteri & cōmunicare & cōmunicari potest. & talis condictio est innata: seu itrinseca i quocunqꝫ ente cōposito aut simplici. Itaqꝫ quicquid est compositum adinuicem mediante aliqua compositione conuersatur: & simplicia propter simplicitatem. hic uero naturalis est ordo. Et quando non possemus hanc inter nos cōmunicationem: frustra eiusmodi dispositio innata nobis fuisset. Quod si philosophorū uiam assūmimus manifestius erit eo: quod ipsi de deo plurima arrogāter se itelligere presumunt: quem simplicissimū eē ymaginātur. Et quum species intelligibiles ab uno solo emanare nequeant: preterq̄ a re intellecta & intelligente: nequidem a deo hee species ꝓcedere manifestum est: quod res separata aliqd sine speciebus compositis intelligit: quemadmodum & nos qui compositi sumus & aliquatenus deum intelligimus q̄uis hoc sit ex eo: quod ipse uult. a natura tñ est aptus intelligi. Si enim ad hoc aptus non esset: minime possemus eum intelligere: siue de suo esse loqui. & hac uia tenendum est: quod anime separate & angeli intelligant: propter similitudinem: quā iter se habēt. & ita deus per talē similitudinē quā iter creaturas ī esse participat: & ꝙ ipse est causa omniū depēdētiū absqꝫ aliqua specie composita potest & debet oīa necessario itelligere. Demum autꝫ ꝙ anime rationales & angeli sunt perfecti in se: aut nō pfecti: non est dicēdū quod imperfecti. quum tot bona ab eis oriant: ut in rationali aīa comprebat: quū ipsa sit causa: ꝙ totus homo intelligat. & qcqd est causa ꝙ aliud sit tale nō mutādo speciem opationis: illud est maxime tale. Anima est principium propinquū p quod homo intelligit. ergo ipsa ē pricipium intelligēs. Nunc sic: qcqd de itrīseca natura hētur: ubiqꝫ conseruatur. Amplius quantomagis ad simplicitatē suā appropinquat tāto potiꝰ itrīseca sua exercere pōt. De itrīseca proprietate rationalis aīe est itelligere. ergo quanto potius a corpore separata: tanto melius potest intelligere. Nam ueluti plures uestes impediunt uelocitatem in cursū membrorum: q̄uis ad cōseruatōem ipsius cōueniāt. similiter membra discursus anime agrauant.

Quomodo per itrīsecas proprietates itelligamus. Cap. xciii.

Si omnino per species creatas aut representabiles intelligere debemus. sequitur nos non posse de deo cognitionem habere eo: quod ab ipso nō exeunt alique species: que non sint ipsemet deus. quaꝛ tenēdum est: quod deus ultro se nobis ostendat: & absqꝫ aliquibus speciebus innotescat. & hic magnum īteruallum inesse uidetur. Quoniam inter isinitum & finitum magna interest. Sed nō est dicēdū isinitā esse uiam: quum res alia isinita & alia finita. & in quoquomodo aliquam inter se conformitatem habēt. finitum enim ab īfinito depēdet: que depēdentia uel proportio sine aliqua conformitāte eē nō potest. Et si potētiam dependēdi a deo p eius uoluntatem habemus: quid nam obstat quod nequeat nobis potentiam tribuere: quod ipsum intelligamus. Quamobrem tenēdum ē itellectum hominis & āgeli aptū natum esse ad intelligēdum deum: deo tamen propitio. Si quis aūt inferret: quo pacto a nobis insi

nitum percipi poterit:quum intellectus noster sit finitus. Responsio est satis prompta & manifesta. res enim uisa & uisus non semper inter se adequantur in magnitudine:nequidē in potestate. & hoc experientia nos certiores reddit:quoniam oculus noster non est adeo magnus neq; potens ut celum:Nihilominus ipsum uidemus:non totum sed aliquam eius partem qua oculus satiatur. Nec est pars celi quam uidemus:quum celum totum unitum sit:imo dūtaxat pars inquantum uisus noster non comprehēdit totum celum. Sed per illud quod uidemus cum toto celo cōmunicamus. & similiter īter celum aut uisum est adequatio seu proportio eo:quod celum de se tantum prebet:quod oculus suspicere ualeat. nec aliter inter deum & intellectum creatum itelligere oportet. Quia deus ī seipso semper est īfinitus: & creature finite. quapropter illud quod ītellectus āgeli siue aie īspiciēdo deum uident:est infinitum. Intellectio autem ex pte creature semp finita. & quod precise ītellectus noster totum deum nō ītelligat: saltē cōtētat ex eo quod deus sibi elargit id:quod cōcipere potest:ī quo ītellectus cum ītellectione coequari uidet. quum nil plus illo quod accipit desiderare queat. hoc uero asserimus:dum ītellectus bene ītelligit quum habeat:quicquid sibi competit. Et si de deo aliquam perfectam cognitionem nancisci debemus: oportet quod p clarum uisum fiat. & ubi clarus uisus occurrit:nulla species seu ydea intermediat:ut in aliis locis diffusius demonstrabitur. Ideo aie & āgeli quum perfecti sint respectiue ad corpora perfecte possunt se uidere:& insimul communicare. Natura enim angelorum & animarum ratiōalium nō depēdēt ex natura corporum neq; aliquo composito elemēto quocirca non indigēt corporeis speciebus ī suis cōmunicationibus. Si enim se communicare nequeūt:natura eorum esset inanis:aut minoris perfectionis q̄ corpora:quod manifeste econtrario tenet. Vnde ꝓculdubio p̄supponēdum est :quod angeli & aie separate p simplicem suam naturam alterutrum ītelligi possunt absq; speciebus abstractis a reb9 uel ī sua separatione cōcreatis:quoniam similitudo aut species orta est causa intelligendi illud:quod est absens uel ꝓ illis:qui paucam habēt cognitionem. Verūtamen is cui inest expeditus intellectus : nulla specie īdiget ad cognoscendum species:que adsunt. Nam facilius cognoscere possumus Ioannem uel Petrum p̄sentialiter:q̄ p eorum figuras uel species. Et si dicis quod nō cognoscimus hunc hominem nisi figuram uel speciem eius:falso ꝓfers:quia clarior est hic homo q̄ quod eius similitudo : & id quod clarius est facile cognoscitur:& quod semp aia nostra nō uideat oīa p̄sentialiter:de eis reminiscēdo cōseruatur illud:quod in preteritis uidit. & obseruatio ī memoria ē tāquam impressio. Sed nō q; ibi quicquā de re uisa remaneat. Quoniam nihil de sigillo restat in cera:nisi quod ipsam signat:& p illud signū cognoscere possumus quale sygillū fuerit. & quia memoratiua potentia obseruare potest quicquid ī ea intellectus imprimit p cōseques rursus intellectus legit illud:quod īscripsit. Quāquam plerisq; uoluerint ītellectum separatum a quibusq; rationibus uel modis intelligendi denudari. Respondendo tamen dicimus:quod ī hoc modo nō erit ītellectus:nisi alia res ab ītellectu. Quoniam intellectus in eo quod ītellectus necessario oportet quod sit aptus natus ad ītelligēdum per ītrīsecam & simplicem suam naturā. & quanto plus a corpore denudatur:tāto ad ītelligēdum liberior:quia potius sue nature ꝓpiquus manet. Denisq; petimus an iste species concreate in anima erūt corporee aut spirituales. Si dicis quod corporee:turpe sonat:quoniā tūc aie separate atq; beate fuissent subiectum rerum corporalium:quod stare non potest. & si ponis quod species erūt spirituales iuxta uocabulum plures dabunt. & quicquid uere spirituale est utiq; ī se īdiuisibile. Ibi enim nō datur pars extra ptem. unde erunt plures res spirituales simul cum ipsa anima. & si plures iterum petimus quum de ītrinseca natura anime nō sint cur aīa potius cum eis ītelligit q̄ p semetipsam. Et si species sunt idem cum ipsa aīa tūc aīa p se intelligit. Sed dicendo quod sunt cōcreate. nequaq̄ idem si modo nō cōcedes:quod aīa facta sit maior q̄ erat:aut uero quod suapte natura has species habet:quod si sic tunc nullatenus potest ab eis separari. & ideo p se ītelligit.

Qua de causa theologi ī pricipio explanare utantur:qualiter pars sine eius repugnātia manere queat. Cap.xciiii.

Theologi ob maiorem honestatis cultum principio probar solēt dicta eorum posse sine aliqua repugnantia maner. Deinde ꝓbāt:quāto eis melius apparet. Et philosophi irreligiosi leges spernēdo locātur eo:quod religiosi philosophi moderate inscribūt. & credunt:uel saltem dicūt:ab ignorātia ꝓcedere. Namq; & illos timere dicunt:qui submisse uel humiliter loquūtur. asserēdo quod parum ī operib9 dignis & eminētibus preualēt. at sepissime uidemus superbos dilabi:& preualere humiles. & quoad ueritatem nescio que nam aptior uia a nobis ineunda sit:q̄ primitus aperiēdo qualiter ītētio nostra absq; repugnātia esse queat. Quum deinde minus remaneat ad probandum. Qui autē ī pricipio non bene īpedimenta cōsiderāt:nisi quod p fas & nefas probare uolūt:uel suam partem defendere: ostendunt se potius opinioni q̄ rationi īherere. Nam dicere quod est & īsup plura argumenta adiungere facile erit. Quod nusquā a sanctis cum perfidia exactum comperimus:nisi quod cum humilitate que honestiora ac ueriora eis uidebantur litterarum monumentis tradiderunt.

Prologus in libro destructionis destructionū auerroys contra algazelem.

¶Posteaq̄ totum hoc uolumē extra hāc partem perscripsi:fortuito quēdam libellum uidi:qui destructio destructionum auerroys contra algazelem intitulatur.quum enim hec sit differētia iter religiosos & irreligiosos:primo cēsui supra totum hūc tractatum pro corroboratione dictorum algazelis iscribere.Nam circa hāc materiam christiani:hebrei:& mauri simul aduersus quosdam philosophos nobis opponētes cōuenimus.Verum aliquantulo in eo libello legens uidi difficultatem fere in uno fundamēto uersari:hoc est utrum mundus creatus fuerit:quum rationes quoq; quas auerroys aduersus seruos dei adducit in pluribus aliis locis easdem asserit.& quia priusq̄ istam decertationem uidissem: huiuscemodi erroneas opiniones impugnaui.Nunc mihi facilius erit aliquid contra dicta auerroys exaggerare uel transcurrere.Quoniā autem hoc sub paucis consistit par; subnectam.nisi iquātum me idipsum uidissē ostēdam.Sed forte difficillimum erit tot uersutias & sagacitates eradicari:si modo dicer̄ noluerimus iniquitates.At uero reminiscens quod in rebus agibilibus libenti aīo semper cum uitiosis aut spernentibus leges i adolescētia occurrere & obstare consueui:hactenus licet senectuti inhaeream:idem desideriū remanet eo quod auerroys irreligiosus erat.& deum suum ignorabat.Semper enim maximam partem mei itētus aduersus eosdem obtinui. ¶Pauca uero dicta ab auerroy & algazele accipiā:nisi inquātū probetur uerum esse algazelis intētum.Et sicut auerroys & peripateticorum secta principiū sue doctrine a diuinis legibus & religiosis philosophis deduxerunt:& nobis aduersari ceperunt.ita & equum ē: quod eis opponamus.ut nusquam alii talem ignorantiā sectentur sicut isti egerunt q̄uis se se disertissimos esse excogitauerint.Sed quia in istis isimis & sensibilibus adeo impediti & offuscati erant:nō habuerunt locum cognoscēdi diuina:eo quod diuina & mūdana ualde sunt iter se dissimilia.Et hic oportune auctoritatem mercurii trismegisti adducere possumus.qui ita iquit.Impossibile est diuina & humana simul itelligere.Et alibi si deum intelligere cupis teipsum fac deum:qui quidem philosophus i altissimis & sapientia & pietate fuit aristotele prestantior. ¶Aliud quoq; poetarum exēplū isinuare possumus:ubi diuersas inferorum penas describunt:inter quas aiunt:quod quidā donec uixerunt dediti fuerunt cibis & potibus.& pro eorum punitione habent poculis quamplures diuersos atq; odoriferos fructus & aque liquores.usq; ad barbam pertingētes:& ualde sitiunt:& famescunt.nec eosdē nancisci possunt.Dum enim fructus accipere uolunt:donec caput extollunt:ut ore pertingant illicet effugiunt:& aqua itidem dum sitiunt ab eis distollitur.Quocirca assidue anime cruciantur i medio ciborum existētes:nec unquam desiderium placare possunt.Quod utiq; non immerito esset irreligiosis attribuendū. Nam eorum fantasia in cibis & potibus consistebat:quia sensibilia & transitoria tractabant: & sic semper ante oculos idē habuerunt:& nūquā ad sublimia animarū & uite necessaria ꝑuenire potuerunt.

Prologus Auerroys in libro destructionis destructionum cōtra algazelem:& responsio in plerisq; eiusdem prologi. Cap.xcv.

¶Ad propositum materie deueniendo decreui in prologo auerroys inchoare.Ipse enim multa illic tangit de algazele condolens.Verum inquit:quod potius diligēda est ueritas:q̄ algazel.& ut circa auditores plenam sibi fidem uendicaret.se ueritatis amicissimum fatebatur:qui demum feruenti aīo ueritatis aduersarios se expulsurū esse dissimulat.Sed non secus sibi q̄ ueneficis accidit.solent enim initio suorum operum moderata uerba proferendo signum crucis agere:ut alios in errorem alliciāt.Et qd auerroys talis sit:euidēter apparet:ubi se amicum ueritatis ꝯfitetur:& deum creatorem suum uituperat : & de hoc nulla indiget probatione.quum diuinis dignitatibus impugnet:quoniam naturaliter est absurdum nō esse unam solam primam causam:& etiam plures esse primas causas.Quod si mūdus est ab eterno:nulla datur prima causa:quoniam ab eterno neq; est prius:neq; posterius. ¶Et si mūdo talis contradictio attribuitur:erit diuine dignitati absonum:si uero de nihilo nihil fit:neq; aliquid in nihilum reuertitur:nequidem aliquid:aliquid simpliciter nouum agere potest:palam sequit̄ oīa equaliter esse ab eterno absq; prioritate & posterioritate inter ipsa quod uere est erroneum.Quapropter auerroym testari possumus potius ueneficorum seu opinabiliū q̄ ueritatis sectatorē. ¶Rursus doles de perditiōe algazelis:dicendo suam opinionem ualde periculosam & ambiguam esse.Peto hoc ipsum qua ratione:quādoquidem algazel principaliter sua uerba ad aliam uitam ista perfectiorem dirigit. Iccirco uult deum opificem suum honorare:ut celestis glorie locum adipisci mereatur . Tu uero qui rationalem animam imortalē esse negas:& quod eadem sit ratio.quod bonum aut malum faciamus.Si hoc abnegas recorderis:quod de anima scribendo dixisti unum solum intellectum cōmunem & eternum esse omnibus hominibus:tāquam una generalis itelligētia:ut sol ad nutriendum uel ad adiuuandum animalia :& penes hanc fantasiam nihil periculosum in hoc mundo facere possumus:eo quod neq; deus neq; natura no-

bis aliquam penam iponunt:nec minus hic cōmunis itellectus aliquod tormentum suscipere pōt:si est talis:qualis separata intelligentia. Vnde manifestatur quod malitia impulsus dixisti periculosam eē algazelis sententiam:quē & interdum laudas.falso tñ pronūciare uideris.nam talia effingis : ut leges in proluuiem seu declinationem multo maiorem deducantur. Quoniam autē hac tempestate non oēs algazelis libros reperimus:& tuam iniquitatem cognoscimus.quonam modo manifeste scirem9:quod fideliter ipsum exposueris:quia forte est fictio ex teipso potius adinuenta:ut per te religiosos destrui uidereris. Dicis enim quod philosophie cultum obseruas:ac si tua eēt mater. At uero ut mecum ipse imaginor nec est mater nec cōsanguinea. Quoniam philosophia est ueritatis scientia.& quia philosophia est pria summa & recta ueritas:auerroys nō est eius sed scandali filius.

Quod ut mūdus ab eterno esse posset condecens erat potuisse a seipso esse. & quum hec pars sibi desit.sequitur quod creatus. Cap.xcvi.

¶ Tractando utrum mundus principium habuerit honestum est:quod primo intelligamus:an in se ipso mūdus sufficiēs sit per se esse & gubernari. Quoniam autem irreligiosi hanc partē minime inspexerunt:nō pauca eos mentis caligo inuasit.quia ad hoc qđ bene intelligatur:necesse est:quod omnia in principio uideamus:utrū deus per se sit sufficiens ad creandum. Vbi dicimus quod multomagis sit a se semper esse & sine aliqua dependentia aut iuuamine:q̄ mundum nouum plasmare. Nam aliquid extra se facere apud omnes est facillimum.sed a seipso esse presertim sine iuuamine erit proculdubio difficillimum. ¶ Secundo est aduertendum an mundus per se esse queat. Et quia hoc satis initio huius libri probatum fuit:pauca subnectam. Dico tamen quod nec homo nec quodcunq; aliud animal elementum uel celum ualet ad per se essendum. Nemo enim seipsum perfecte extra unum ens intelligit.& ut quispiam per se esse queat oportet:quod omnia sua principia substantiam & accidentia distincte intelligat.& quia elementa celum stelle & planete non itelligunt se perfecte : nec sunt totaliter a quibus q; aliis distincta:nequidem aliquid istorum semper a seipso gubernatur:clare constat:non posse per se esse:ex quo dicemus:quod quecūq; sunt & de se esse nequeunt:sunt ab alio depēdētia. At uero experiētia comprobatur mūdum nō posse per seipsum esse. Vnde ab alio sequitur fuisse productum. siquis aūt dicit nequaquam constare non posse a seipso esse:respondetur:quod qui de seipso esse potest : oportet nullam contrarietatē reperiat:& infinitam habeat potentiam:seu omnia subiiciat:uel comprehendat:& sibi itidem omnia pareant:& ab eis minime necessitet. Quoniam autem mūdus compositus est de diuersis partibus:quarū una non alteri pacifice aut sine repugnantia paret:manifestatur mundum a seipso non esse:& iccirco ab alio. Si tamen infertur:quod ab alio sibi simili procedit:nō recte consonat. Nam si similis esset non ualeret mundum per se dare:neq; aliū producere. Quapropter necesse est ab alio dissimili & ualidiori dependere:& quia dissimile seu alterius nature uel substantie:decet quod sit distinctio inter esse prime cause & esse mundi eo:quod mundus non emanat a deo tāquā a propria substantia:& tali modo quelibet causa est prior sua dependentia. Que quidem prioritas in instanti assumpta:uel quod dicatur in tempore aut puncto:differens erit de eterno ad principiatum:& sic anteq̄ philosophi irreligiosi sua argumenta fundarent:hanc partem uidere debuerant. Nanq; aliter frustra est elaborare. Et si irreligiosi hoc negare uolunt:honestum est:quod probent quomodo mundus per se esse queat. ¶ Siquis uero non assentiet in deo non esse prius & posterius preter instans tantum:ita ut sepissime diximus in principio tanquam exemplum aspiciāt aliam cōmuniorem uiam : que a quibusdā religiosis assignatur dicentibus deum uoluisse ab eterno mundum creare:& absq; motiōis uoluntate ipsum creasse & permanente illa uoluntate nihil nouitatis interuenire potuisse. Deus enim in actu uoluit mūdum ab eterno creare:& sibi placuit:quod mundus in tali instāti determinaretur. Et siquis dicet:qđ ista determinatio erat nouitas:Respondet:quod nouitas est ex parte mundi & non creatoris : ex eo q; deus nil aliud determinauit:q̄ illud quod ab eterno in mente sua obseruat:quia semper idē sub una & eadem ratione expostulat:& uolendo creat:& determinatio seu nouitas est ex parte mundi & nō creatoris. Sed hec est uia aliquantulo latior. Deus enim non habet prius neq; posterius. Quapropter nō ē inferendum:quod ab eterno uoluit:& quod denuo tāquam per discursum determinauit. Quoniam in eo non est nisi unū solū instans:& in creaturis prius & posterius. ¶ Et sic ista uia dato quod bona tamen parum restricta. Nam quum dicit ab eterno deus habuit illud idem consilium creandi mundum:& nō mutauit ipsum:quousq; creauit.in his uerbis significat uidetur:q; deus per tempus discurrit:seu de priori ad posterius.& iccirco dicendum est:quod inter deum & creaturas nullum ē medium :nequidem inter eternū & creatum. Et quia deus semper est:& non habet prius nec posterius:quo ad ipsum nō potest dici:quod habeat prioritatem antequam mūdum creet:tamen est semper:& creature non semper: Sed esse suum non respicit prius neq; posterius. Quamobrem nō est dicendum sibi quicq̄ noui accide

re in creatione mūdi uel aliter. Quum omnia sua i uno solo istāti sint: licet ex parte creaturarum eo q̄ pricipium habemus: deum dicimus esse: priusq̄ quod nos simus: & etiā de facto deus datur: quando non sumus: hoc est in quando eterno & nos non sumus i quando eterno sed principiato.

Quomodo deus nec antiquus nec iuuenis sit: nec sibi aliquod accidens interuenire potuit: dum mundum creauit. Cap. xcvii.

¶ Prima questio iter algazelem & Auerroym cōsistit: utrū ab antiquo nou9 effectus euenire potuit. Ego autem nolo taliter accipere. Nam si dicerē primū antiquū: itelligerē primū creatū & sub tpe trāscurrēs. & sic deus neq̄ antiqu9 neq̄ iuuenis. Q m̄ antiquū denotat: qd sit uetus seu plurimos annos habens: & iuuenis paucā etatē presupponit. ¶ Deus uero non mēsurat tpe nec senectute: nequidē iuuētute: ideoq̄ dicā deū posse nouū effectū creare: q prius nō erat. Et ad hoc probādū uerba philosophorū itersērā: ubi aiunt: quod deus est summe simplex: primū ens: & nō cōpositū nec cōponibile: cui nullū accidēs interuenire potest. & pariformiter dicūt: quod eternus. Nūc autem circa p̄dicta attēdamus: & uideamus: si deus est etern9: nō habet pricipiū neq̄ finem. Et si sibi nō sunt hec duo extrema: nō potest medio discursiuo fungi. quoniam apud eū oīa sunt in uno istāti: qd si summe simplex nulla qdē nouitas uel compositio accidere potest. Iccirco iuxta philosophorum dicta. Deus potest mundum creare & agere: quod nihil ei de nouo accidat. Quoniam nouitas est ex parte mundi qui prius non erat. Sed postmodū est & sub tpe discurrit. Verū i deo nō occurrit tempus ante: nec post: unde nil sibi interuenit quod semp nō sit: qa hodie aut heri circa nos itelligitur: & i deo nō est prius neq̄ posterius. ¶ Attamen q̄plures dū cōcipere nequeūt hoc presens i deo esse haud parū uacillant: & p tempus discurrunt ac si deus i numero annorum ambularet. ¶ Aliā philosophorum auctoritatem habemus dicentem deueniendum esse ad unum primum motorem: qui sic mouet quod non mouetur. & penes hec uerba deus in alio & extrinsece operatur: nec quodpiā sibi contingit. Itaq̄ pōt mundum creare: q̄uis non moueatur: nec sibi aliquid accidat.

De quibusdam uerbis contumeliosis quibus Auerroys utitur Algazelem lacessendo: & quod nemo operari potest: si ad illud opus possibilitatem non habet: Cap. xcviii.

¶ Auerroys in sua respōsione multis cōtumeliis Algazelē lacessit inquiens. Valde admirādū est de hui9 hoib9 sermonibus: quoniā ipse uoluit sup thalamū philosophorū ascēdere uel sedere: ut esset inter eos cōnumerādus: & forsitā Auerroys imaginabat: quod philosophi eius irreligiosi essent pricipaliores i toto orbe terrarum: & ubi maior laus ibidē inherendū. Sed nō solum perypatetici in hoc mundo gloriam sunt adepti: immo & quāplures alii. dico aūt in hoc mūdo pp illos: q alteri9 bonū siue spem abnegāt. Quādoq dē nihil honoris nec quietis i ipso hēre potuerūt. Nec perypatetici solū sunt philosophi: q m̄ plerīq̄ alii fuerūt: & sunt: & erunt. Quod si Algazel sedit quādoq̄ sup thalamo irreligiosorū philosophorū cognita alia maiori ueritate surrexit & idē abiit. Assidue eni i isima & erronea opiniōe assistere magna pigritia denotatur: & ex magna pigritia magnū oritur peccatū. Et hic nō assummā uerba Algazelis quemadmodum decreui iā superius me iuxta p̄priā determinatiōnē p̄cessurū. Quocirca tātummodo uacabo ad probandum: quatenus Algazel ueritatem sequutus fuerit. Hic enim discordia inter eos uersatur: utrum in deo sit possibilitas an necessitas aut uero ecōtra: & peto Auerroym: quid p possibilitate intelligat. quoniam hic nō recte declarauit: cum possibilitatem dicat ad futuras opatiōes. Et possibilitas dupliciter capitur: possibile siquidem pro potestate seu ualitudine ad operandū de presenti absq̄ respicientia ad futurū iuxta uelle: & possibile potentiale inquantum quod creature non possumus opera nostra perficere in uno solo instanti: nisi partim in hoc nunc & partim in alio. Et secundum primum modum dicimus: quod deus habet possibilitatem idest potestatem operandi quicq̄d uult de presenti. Q uia impossibile est qd q̄spiā id: qd neq̄t: faciat. Si uero deus mouet: hēt mouēdi possibilitatem eo: qd mouet. Et qa mouet: seq̄tur quod potest. Si eni nō posset nequaq̄ id faceret. Sed hec possibilitas uel potestas quod idē est i deo i uno dūtaxat istāti eterno attribuit. Et sic q n̄ irreligiosi dn̄t habuisse possibilitatē ab eterno. Vnde si creare debuerat necesse erat possibilitatē ad actū deducere. Sequitur quod in deo accidens seu nouitas itercideret. Que tandē isima imaginatio est i deo temporalē discursum attribuendo: uidelicet quod si mūdū creatur9 erat: oportebat mutationē recipere maxime qd philosophi cōcedūt: quod deus absq̄ quod mutet siue imobilis manēs aliud moueat. & qa aliud mouet: palam sit illud tale esse sibi extrisecum. Quocirca est determinata differētia prioritatis. & sic comprobat in creatione mundi non esse ponenda accidentia in deo. Quū enim de motu nihil deo accidat. Sequit q̄ minime de creatione aliquid noui interueniat.

Quatenus uelle sit per intrinsecam uoluntatem & nolle: per alienam & coacte. Vnde ostēditur deum maximam habere libertatem. Cap. xcix.

¶ Vtrum deus uolūtario an necessario operetur aliquid explicabitur: q̄uis hic parum quum alibi de eadem differētia scribamus. & ī pricipio dicimus: quod uelle est quoddam desiderium seu appetitus ad aliquid delectabile. & quia uelle ab itrīseca delectatiōe uel delectatiōis auiditate emanat: necesse est qd tale uelle liberum sit & nō coactum eo ꝙ iter uelle & nolle nō est dādum medium. Vnde dicimus quod unusquisq; per uelle aut nolle operatur. Et quia uelle per itrīsecam uolūtatem oritur. & nolle ex alteri9 ui uel potētia clare apparet: ꝙ qui coacte agit: siue nō libere cōtra propriam uolūtatem agit: quicquid agit. Et quia deus summe simplex & prima causa a nullo cogi potest: ut ad extra operef. & cogi nō potest nisi ab altero: & tale alterum non datur: ergo deus ex proprio uelle absq; aliqua coartatiōe uel necessitate operatur. Nihil enim sibi deest: nec aliūde accipere potest: nequidem ab aliquo sibi quicquam elargiri. Quod si de proprio & itrīseco esse loqui uolumus: aliter est sentiēdum. Deus eni est necessarius ī seipso: uelit aut nolit. Sed semper uult esse: quia bonus & nos quoq; dum uiuimus sumus: uelimus aut nolimus: & ad aliquid extrīsece faciūdum semper per uelle aut nolle operamur: tamē uelle pro nostra determinatiōe: & nolle pro aliēa potētia: seu quod ab alio cogimur. Sed aduersus deum nemo occurrere potest. Quapropter sincere per proprium uelle operatur: presertim ꝙ ubi est itellectus: ibi uolūtas: & absq; alterius coartatiōe semper suis operibus dominatur. Vnde apparet ī deo liberam esse uolūtatē. ex quo nemo eā premere potest. Circa mūdi creatiōem nūc nō me amplius extēdā eo ꝙ ī aliis locis latius scripsimus. hic uero solū aperietur uia seu modus: quo pacto aduersus opinionē philosophoꝝ irreligiosorum nos tēdere debeamus: qui & diuinas dignitates abnegāt. Vnde ante omnia necesse est meminisse ī deo nō esse prius nec posterius: & quod mūdus nō sit sufficiēs per se esse: & ī aliis itidem locis. oportet ꝙ ad rerū pricipia deueniamus: ī quibus irreligiosi nullam habēt nec ostēdere possunt efficaciam. Sed per respectus simplicitatis cōpositiōis & motus uariādo plura argumēta adducūt. Verumtn̄ ī prima origine & fundamēto paucā aut fere nullā habēt probādi efficaciam. & ideo sunt ibidē cōstrigēdi. Si enim affirmāt mūdū esse ab eterno: nullū qdem ī eo ordinem assignare possunt. Quū de diuersis partibus īuicem differētibus mūdus cōstet. Quocirca non oēs ab eterno sunt equales. & si nō equales minime ab eterno: quod est manifestum: quia mundus ex pluribus componitur: & necesse est ut deueniatur ad unum primum summe simplicissimum.

Vtrum sit unicus intellectus aut plures. Cap. c.

¶ Posteaq̄ Auerroys & algazel aliquid de nouitate mūdi ī discursu tractauerūt de aīa seu de itellectu disputāt. Vtrū sit unus an plures: & Auerroys totaliter abnegat esse plures: nisi unicum gubernātem istū & illum hoiem uel omnes simul. ¶ Algazel plura exempla adducit: ꝙ si esset unicus: ea que unus intelligit: alius quoq; intelligeret. Auerroys hoc reprobat dicens: pōt esse ꝙ sit unicus itellectus ī pluribus & diuersis corporibus: ut materia ī pluribus manet loco subiecti: in quo quādā auctoritatē platonis adducit: & deīde exempla de albedine & luce. Sed quia ait sicut albedo ratione corporis separatur: falsum recēsemus. primo ꝙ nescit nec alicubi istruit utrum albedo corporea uel incorporea sit. Secundo ꝙ non explicat quatenus inter se differant hoc albū & illud albū. Rursus qa istud exemplū nequaq̄ adducit ad ꝓpositū. quoniā albedo est totaliter diuisibilis & corruptibilis: & intellectus aliter se habet & albedo plurificata est. Et si intellectus est in eodem modo etiā sunt plures intellectus. Quapropter exēpla Auerroys tanq̄ falsa & deceptoria tenenda sunt. hoc eni album totaliter ab illo albo distinguitur ex eo: ꝙ diuisibile & corruptibile: intellectus uero incorruptibilis & indiuisibilis ergo idem sibi obicit. Et Auerroys nō respōdet algazeli: si unicus est intellectus: q̄ sit cā: ꝙ qn̄ petrus intelligit nō itelligit Alphontius. Quemadmodum uero tractando de anima late scribimus si unicus esset uno itelligente: oēs alii itelligerēt nec cū aliqua discrepātia. Si eni est unicus eternus & simplex absq; aliqua differētia operabitur: in quo non erit aliqua disparitas de isto hoīe ad aliū hoīem in mō itelligēdi sed si de sensibus exemplū assummere uolumus: quanq̄ sint cōpositi: parua ē differētia iter sensum uni9 & sensum alteri9 ī mō sentiēdi. Q m̄ si ego audio oēs itidē circūstātes eodē mō audiūt uel cū pauca differētia: sensus uero nr̄i uniti sūt ī supiori pte: uidelicet ī materia uel substātia. Et q̄uis ī supiorib9 causis uniti sint: ī pticularib9 sunt dispares: nihilomin9 ī opando cōformanf. Sed itellect9 nr̄i ut patet multomagis iter se differūt. Nō eni distinguunf utpote sensus isti9 a sensu alteri9. Quapp quū itellect9 simplex sit: si fuisset unicus uniuersalis: oēs uno mō itelligerēt: qd aliter expif qa unusq̄sq; ī suis opib9 itellectui cōpetētib9 uarius est a quibusq; aliis. Namq; aliquis inter plures manere potest: qui solus intelliget & deinde eorum quilibet suo modo diuerso intelliget: quod non fieret: si unicus esset intellectus. Nec est dicendum ꝙ a uariis corporum dispositionibus proueniat. Si enim decem uel uiginti homines in sua ultima dispositione & sanitate simul ponimus: semp multum & differēter iter se intelligent. ergo hoc tale intelligere differenter ab intellectu & non a materia procedit. Materia enim omnium illorum hominum apta est ad recipiendas intellectiones: ex quo fit: ꝙ si unic9 eēt itellect9 equaliter itelligeret. & ꝓbaf qa illud qd nūc Ioānes itelligit: hic ad horā martin9 itelliget: & ēt ī eodē pūcto itelligef possūt. qa mēbrorū dispositio ītegra ambob9 ē: ut uno mō & ī eodē istāti itelligāt. & sic diuersimode itelligef nō ꝓuēit a materia

neq unico intellectu.plures ergo dandi sunt particulares itellectus.Non enim solum apparet diuersos esse in particulari:uerum et q nō emanēt ab aliquo alio generali:ut sensus ab una substātia proceden tes.Sed q quilibet intellectus in suo esse uel creatione principium accipit ab aliorum esse distinctum.

¶Et quū Auerroys cōparet intellectum cū prima materia dicēs:q potest esse in pluribus hominib9 sicut materia subiectum i pluribus hoc utiq ad ephesios.Materia.n.est diuisibilis & extensa per quātita tem molis seu habēs partem extra partem & itellectus uero non:nisi totum ecōuerso.

Quomodo Auerroys ostendere debuerat locum:ex quo unicus intellectus suffice ret ad gubernādum omnes homines uel eum tanquam infinitum imaginari:ut ubi q maneret. Cap.cl.

¶Hic ab Auerroy interrogandum est:si intelligit unicum uniuersalem itellectum i quibusq homi nibus:ubi nam eum collocet:quoniam sicut philosophi de intelligentiis loquūtur: uolūt eas in celo su pra orientalē partem situare:& quod illinc celos moueant.Tandem tot itelligentias assignant : quot & orbes diuersis motibus imaginantur:dicēdo unam itelligentiam posse unum motū tantū administra re.Et quum hec opinio tantopere diuulgata sit:ignoro qua ratione Auerroys dicat unicum intellectū in diuersis hoībus tot intellectiones causare:& quod eas diuersimode administret.Quum intellectus sit eiusdem nature cū itelligētiis:& una ipsarum nō potest nisi unum mobile mouere.igitur nec itellectus: & homines quidem uarii sunt ac diuersos motus peragunt.Si autem unicus itellectus tot uaria guber nat ubicunq ea sunt:ipse quoq erit:& non in solo celo apud orientalem plagam:ut aiunt. ¶Quod si nō aliud argumentū haberemus satis hoc sufficeret.Nam si penes opinionē istorū una intelligentia potest:unum tantū particularem orbem unius celi administrare & in ipso orbe unum dumtaxat mo tum dare & non uarios.Quomodo igitur una intelligentia eiusdem nature potest tot uaria in uariis hominibus causare & administrare. ¶Et si forte infers quod intellectus agens seu uniuersalis in om nibus hominibus tanq̄ in una sola specie administrat:similiter ac potius dicemus:q potest una sola in telligentia in quibusq orbibus unius celi:qa orbes illius in minori numero q̄ homines sunt & sub una specie.Dicunt enim celum de orbium congregatione tanq̄ specie constare.Nonnulli tamen hic inter uallum ponere uolunt assignando partim uirtualiter & partim presentialiter: sed de hoc iam uisum fuit in aliis locis:quibus demonstrauimus necesse esse:quod aliqualiter unaqueq res presens sit:ubi operari uult.Et prosequendo in hoc modo dicimus:quod homines sunt diuisi atq separati inter se & unus ua lde remotus ab aliis.Peto an intellectus uniuersalis separetur ad administrandum homini:qui est ab alio rum presentia remotus. Et si dicis intellectum separari falso profers: intellectus enim indiuisibilis est. Quod si infers tunc in illo homine ab aliis diuiso non esse intellectum etiam repugnat. Quia experiē tia stat in oppositum.Nam semper unusquisq homo intellectualis est.Et si dixeris intellectum esse ubiq tūc isnitus & magis q̄ tu de deo concedis.Et si uis itellectum esse i hoībus tātum & ubicunq ipsi erūt minime hoc ipsum manere potest.Si enim manet i hominibus:qui iter se admodum sunt remoti.ita et necesse erit per totam illam distātiam quod itellectus sit ubiq diuisus uel continu9. Et si ubiq ad cuitā dam ociositatem i natura necesse erit:quod ubi fuerit itellectus ibidem operetur:hoc est per uias mon tes prata arbores & animalia:que iter homines & homines degūt. Quod nempe fabulosum esset scili cet:quod itellectus taliter ad itelligēdum extēdatur. ¶Sol uniuersalis est circa omnia inferiora:peto nūc utrum aliquādo deficiat ubi alias esse solet. & quod deficiat uel absit omnibus constat. Quando enim est i altero hemysphērio:aut supra antipodes:nos totaliter deserit:& quādo i aliqua cauerna: seu edificio sumus:sol a nobis disiungitur:& tamē non dicimus q pro morte separatur: nisi q sicut sol est unus:quis ad plura uniuersalis:neq ubiq esse:nec aliquo modo potest semper super uno solo loco eē. Nāq eius officiū est ut nos dam potest tāgat : & denuo ad alia progrediatur:quapropter nullo modo subsistētas q sit unicus tm̄ intellectus i oībus hoībus.Itaq cōfitēdū erit:qd glibet hō pticularē itellectū ab aliis diuisum hēat. ¶Alia similiter & quāplura exēpla adducere possem9:ueluti de stellis & elemen tis ostēdēdo qliter nō opanē nisi ubi suis radiis attigūt:seu ubi cōtinua substātia preest. Quū uero ele mēta diuisibilia sint una ps pōt ab alia diuidi & remanere atq ibidē opari.Sed itellectus nō pōt p par tes diuidere.eo q idiuisibilis qm̄ ubi ps ibi totū.Quāobrē unus itellectus neq i oībus hoībus eē:dūmō n̄ sit i mōtib9 collib9 & uallib9.qd uere ē absurdū & si p totā circūferētiā celi lune situat9 atq extēsus: ēt p oīa elemēta extēdit radiādo:ut cū hoīb9 cōtinuari possit:qd itellectui repugnat.Iā eni uidem9:qd quum sol sit plurium generabilis semper eandem condictionem obseruat calefaciendo & illuminan do cunctos presentes:& reliqua generalia idem agunt.ex quo apparet non esse unicum intellectū uni uersalem:sed plures & particulares. ¶Secundum quosdam philosophos prima materia est multipli cata in quibusq particularibus corporibus ad minus in illis : que sub concauitate celi continentur:& prima materia in se est una.Quapropter inferri posset unicum intellectum eodem modo circa humāos esse.Talis uero oppositio ad rem nostram & nō aduersariorum agit.Si enim materia est i diuersis par ticularibus erit quoq continua & in tota celi cōcauitate & etiam i ipsomet celo:dummodo celum de

una prima materia cum elementis constet. Quinimmo hoc modo omnes pariter materiales atq; con iuncti erimus. Quocirca si unicus intellectus tanq̃ prima materia necessario: conueniret: q̃ arbores la pides elementa & quelibet alie species essent intellectuales: quemadmodum materiales sumus: quod fal sum est atq; erroneum: quod unicus intellectus sit in pluribus hominibus ueluti una sola prima mate ria in multis particularibus.

De pluribus inconuenientiis contra tenentes unitatem intellectus. Cap.cii.

¶Auerrois in hoc loco indignatus contra religiosos multa incompossibilia applicat: & non solum in lege uerum etiam in naturali philosophia. Quoniam secundum ipsum: aut alios sibi similes philoso phos: intelligentie indiuisibiles atq; immobiles sunt: saltem immobiles de loco ad locum: Et si unicus in tellectus numero in omnibus hominibus: esset necessario diuisibilis & plurificabilis. Dicunt enim hunc intellectum esse in quibusq; particularibus: tanquam in fundamento: ergo necessario talis intellectus erit diuisibilis & plurificabilis. Quia diuisi plures homines sunt: & similiter oportet quod mobilis sit. nã corrupto hoc homine: oportet q̃ ab ipso itellectus recedat: & quod dum aliquis generatur ad eum ua dat: & he transmutationes locales sunt. Sed de sole comparatiunculas agendo: nihil prodest: ut iam in pluribus locis demonstrauimus: quia sol non associatur magis alicui corpori: q̃ inquantum corpus co ram sole assistit. iccirco intellectus: quum non sit infinitus: nec ubiq;: q̃uis in celo apud orientalem par tem maneat: non potest esse in omnibus hominibus. & inferendo quod sit ubicunq; homines sunt: si est unicus indiuisibilis intellectus: oportet necessario quod sit per quascunq; uias existentes iter homines: qui separati manent: quemadmodum dictum est. & ista opinio ferme idem erit: cum illa opinione tenẽ tium hominem in communi. Nihilominus homo in communi uel natura melius stare potest: quum ip sum diuisibilem imaginentur: & ideo: sicut Auerroys presumebat: se maximum esse philosophum: debuis set potius probare: quatenus possent sue opiniones admitti.

Quod Suessa non uidetur equali bilance inter algazelem & Auerroym: in hoc libello exposuisse. Cap.ciii.

¶Super hoc libello destructionis destructionum nouiter commentatus est Augustinus nyphus de suessa: & fortasse fideliter commentatus est. Tamen aut quod ego fallor: aut quod ipse quantum potest partem Auerroys substentat. Nos uero in opinione nostra confirmamur. Quippe quod & ĩ principio sui prologi se quodammodo philosophum ascribit condolens & dicens: paucos hac tempestate philo sophos esse: qui philosophiam defendere conentur: & inter alia plura cuiusdam similitudinis recordor: quã inter cõem & ꝑticularẽ intellectũ subnectit: in quo apud religiosos & irreligiosos philosophos ma gna consistit difficultas: & ibi suessa tenere uidetur partem intellectus uniuersalis: & talem compara tionem agit dicens. ¶Quemadmodum columna est dextra aut sinistra non ꝑ se nisi mediante ordi ne plurimorum hominum nec ulla in ea nouitas reperitur: ita & intellectus diuersos homines aspicien do est anima in pluribus. Hec autem comparatio in duobus potissime discrepat. primo quod columna non est dextra nec sinistra: & nec ipsa nec eius pars ĩ uno neq; in diuersis hominibus manet: nisi quod nos dicere possumus dextram uel sinistram columnam respectu nostri. Et isto modo sicut in columna non est dextrum nec sinistrum: uidetur nullum esse intellectum: nisi inquantum nos ita esse dicimus. ¶Quod si infers per accidens esse dextrum aut sinistrum in columna: respondeo: in columna non esse tales considerationes: & condictiones nec per accidens nec per substantiam: & in nobis reales & sub stantiales intellectus sunt: q̃uis nec dextrum nec sinistrum ponamus. ¶Preterea ista non est compa ratio secundum mentem Auerroys: quia dicit intellectus est in actu licet uniuersalis: ut omnes guber nare queat: & hominibus intelligentiam prestare. iccirco comparatio columne non est ad propositũ: maxime: quod: ut iam ostensum fuit: intellectus indiuisibilis est: & si unus solus atq; uniuersalis: impossi bile esset: quod similia accidentia particularia pati posset. Quamobrem similitudo uel comparatio lu minis & albedinis aliisq; huiuscemodi: sine proposito sunt: eo quod generabiles & corruptibiles: & ideo multocies uniuntur: & quandoq; diuiduntur: intellectui uero non accidit aliquid simile: unde apparet suessam honestius pro legibus q̃ philosophis irreligiosis in hoc loco dixisse: licet quod postmodum in aliis operibus aliter atq; rectius sentire ostendit.

Altercatio uel disputatio inter Algazelem & Auerroym: utrum dandum sit infini tum. Cap.ciiii.

¶Magna inest altercatio inter Algazelem & Auerroym: utrum sit dandum infinitum? & in hoc de quo altercantur nullo pacto infinitum inueniri potest. Semper enim magis ac magis da ri posset: nam pro animarum multitudine & motuum celi accipiunt; & tandem Auerroys in sua

probatione deficit. Quoniam penes argumenta eius dari potest infinitum: hoc modo: quod fugiendo infinitum numerum motuum & animarum dicit: ea que hodie sunt cras non erunt: quoniam in priuationem tráseũt: & quo ad hãc uiam cõcedit: quod si durassent omnes aĩe ĩ particulari: que fuerunt sunt & erunt fuissent infinite. Et hac parte concessa: sat est nobis ad intẽtum nostrum obtinendum. Quia accipiemus illas que fuerunt sunt & erunt: & unum infinitum facient: licet non sint omnes anime in uno tempore: sed in diuersis temporibus in actu. Vnde infinite precipue: quod est alia differentia seu diuisio inter hos philosophos ad nostram corroborationem spectans: & talis est: uidelicet: utrum anime in particulari remaneant? Quocirca Auerroys incongrue suum intentum est consequutus: tandem quo ad ueritatem pro nulla istarum uiarum possumus infinitum assignare: semper enim ibi augere possumus: quoniam similia multiplicabilia sunt: sed quia nos ea augere ac minuere possumus: infinita esse nequeunt.

Quomodo penes rationem & easdem auctoritates: quas alibi philosophi scripserũt: necesse sit infinitum assignari. Cap. cv.

¶ Quod autem infinitum sit aliter est probandum: sed pro nunc dupliciter infinitum probabo. & in primis unum duntaxat infinitum esse posse: plura enim infinita repugnant: & ueluti iam superius ꝓbauimus: mundus a se esse non potest: & quia non a se: & uidemus ipsum esse in actu: manifestatur: qd̃ ab alio procedat: qui non est sibi similis. Quoniam si similis eum formare nequit: & quia oportet quod dissimilis sit: & non eiusdem substantie: necesse erit quod creator uel formator sit distinctus priusq̃ mũdus. & quia mundus est posterior: habet principium & ad formandum aliquid nouum uel quod prius non erat oportet quod simul cum uoluntate creandi infinita sit: potestas ad causandum siue ad deducendum illud uelle ad similem effectum. hic enim infinita est distantia ex parte non essendi: quum ibi non sit: unde principium assumatur: igitur infinitus est qui tale opus agit. ¶ In secunda uero probatione aliquam uiam philosophorum accipiemus: eo quod ipsi confitentur deum primum ens: summe simplex: ac perfectum esse: a quo omnia dependent. Peto nunc si deus est summe perfectus & simplex: nec quicquam sibi accidere potest: & cuncta ab eo dependent: quonam modo in maiori quantitate nos eum considerare possumus: citra id quod est. Quum enim summe perfectus ac simplex sit: plus habet q̃ nos numerare uel considerare possemus: & totum hoc est in actu de presenti. Quoniam non potest quicquam esse magis ante nec post: neq; nos ualemus ad considerandum aliquid quin sub deo cadat: seu quod sub eo non intelligatur: & talia sunt necessaria ad uerum infinitum: quum sit unus omnia comprehendens. At uero propter multitudinem nequit infinitum fundari: nec est aliud infinitum preter illud cui aliquis terminus poni non potest. nam penes quoscunq; sapientes: omnia a deo dependent: & iccirco omnia sub eo continentur. Quod si dixeris numerabo & distictiones faciam: Recordare: quod iam dixisti omnia a prima causa dependere sub qua cuncta continentur: omnes numeri: omnes distinctiones: atq; omnes considerationes. & ista non comprehendunt suam primam causam: quamobrem prima causa infinita est. Quoniam non est aliud infinitum: preter illud quod omnia complectitur: & a nemine comprehendi potest: nec sibi aliquis terminus constitui: nisi quod semetipsum intelligit. Et quia deus hec omnia a philosophis concessa possidet: palam restat: quod infinitus sit & ubiq; manens. Quod latius in suo loco demonstratur. Videlicet ꝙ nihil facere: nequidem imaginari possumus: quin cadat uel intelligatur sub prima.

Qualiter cum deus actus purus sit: necessario est infinitus: & in modo intensiue: non autem extensiue. Eo quod equale habet posse esse: uelle: & intelligere: & quod per opera immediate ab ipso exorta: probatur: infinitum esse: cum in uno solo intuitu ordinem intrinsecum sempiternum atq; infallibilem in dependentibus ponit. Cap. cvi.

¶ Nunc uero per ea que in superioribus capitulis posita sunt: sub paucis probare possumus: deum infinitum esse. quoniam primus omnium rerum: & primo oportet unũ tantum esse: nam si plura: tanquã pria ponerent: nullũ primũ esset: ná in eo mõ qd̃ plura infinita ñ concedũtur: nec qdẽ plura pria. & qa penitus primũ: sequitur simplicissimum eẽ: siue ab oĩ cõpositõe alienissimũ. Quamobrem non de actu & potentia constans: sed de actu solo: uel de potentia sola. Cum actus & potentia duas naturas non autem unam solam dicant. Et due nature simpliciter prime: stare nequeunt: nisi una tãtum. & quia una & non plures oportet perfectiorem quam cogitari potest esse. qua de causa deus non est potentia: imo purus actus: & in puro actu nulla daẽ extẽsio. qm̃ extẽsio ꝓprietas materie est: & ubi nulla extẽsio nulla acq̃sitio nil magis nil minus ĩdies fieri põt: nisi id qd̃ ẽ nũc & semp. Ná si de9 ĩ discursu tanq̃ de pri9 ad posteri9 seipũm & oĩa alia ĩtelligeret: nullatenus actus purus esset: cũ ĩ eo tũc magis & minus in

dies contineret:quod in actu simpliciter puro stare nequit. Et sic dum cõceditur deũ infinite durationis esse:ut recte loquamur:de hoc nũc assumẽdũ est:nõ autem de aliqua itẽsa duratione: cum actus purus nullam habeat extensionem:& tamen duratio dei seu uita:quis de uno solo istanti absq; prius & posterius dicat : eodem instanti & semper considerando in hac sempereternitate fere tanq̃ extensio representatur nobis:capiendo in modo nostro sed in deo nulla est extensio. Et id quod nullam habet extensionem omnia ea que potest semper in hoc nunc potest quoniam nil indies sibi uendicare quit : cum nulla compositio nulla adherentia ei accidere queat . & quicquid per discursum: scientiam : aut aliquid aliud acquirere potest : componibile est : atq; magis & minus in se recipiens : que proprietas de materia est:non de puro actu. ¶ Et quia deus purus actus : proculdubio constat posse in uno solo instandi ea que semper:& pariter si assumendo semper in duratione in uita aut aliusmodi infinitus est: omnino infinitus in uno solo nunc : quoniam extensiue nullo modo infinitus esse potest cum nullam habeat extensionem . De communi sententia phylosophorum est infinitus extensiue : ergo multomagis est concedendum intensiue. nam cum prima materia generabilis & corruptibilis sit infinita:in potentia extensa ad plures uniones & diuisiones agendas tum congregandi & tum disgregandi : multomagis actus purus:cum multo perfectior intense infinitus . quoniam actus & potentia contrarii sunt: seu in natura omnino diuersi. Vnde si potentia sic uel sic per extensionẽ in dies operãdo infinita cogitari potest:per uiam retrogradam actus purus infinitus capiendus est. uidelicet: absq; aliqua extensione atq; acquisitionibus in dies assumptis. Quocirca concedere oportet deum intensiue infinitum esse : cum nullam habeat extensionem. ¶ Sub quo ordine Aristoteles in libro de bona fortuna ait. Deus bene uidet preterita presentia & futura. Et animaduertendum est : quod in actu puro idem est uisio intellectio cum essentia uel esse ipsius actus. nam si actus purus non esset:omnia preterita presentia & futura unico actu uidere non posset:quoniam operatio infinita est quum non tantum totus mundus:sed seipsum deum & omnia que fieri possunt:simul intellectu comprehendit. Et quia in ipso deo magis & minus non datur : quia actus purus necesse est concedere esse suum intensiue: uidelicet : in hoc presenti infinitum esse. Cum operatio eius intrinseca infinita sit:que intriseca operatio :& deus idem: non autem aliud & aliud . ¶ Et ut facilius concipiatur qualiter deus intensiue infinitus sit aliqua exempla de operationibus nostris:hic adducemus. Nam quamuis ualde compositi & imperfecti simus : multa unico actu in hoc presenti intellectu comprehendimus:que infinita sunt: aut aliquos modos infinitatis habent. dato quod confuse intelligamus:sed tamen uerum. ¶ Nam hec est uera: de presenti & a nobis intellecta. omnes homines sunt rationales:& nullus fuit homo:est:neq; erit : quin rationalis sit. Vnde unico actu cognoscimus:preterita:presentia:& futura. ¶ Hec est uera. omne animal est substantia animata:hic de uariis animalibus intelligimus:sub qua intelligentia preterita : presentia: & futura:cadunt. ¶ Etiam uniuersalius intelligimus : ita dicendo. totus mundus constat de actibus : & potentiis:& suis adherentibus. ut sunt forme:materie:actiones:& passiones:tanquam partes integrales simul in debita correspondentia congregate. Vnde unico actu presenti:totum mundum intelligimus. sed quia imperfecti sumus:atq; nimium compositi:scire nostrum non conuertitur simpliciter cum esse nostro. sed in deo quia perfectissimus scire & intrinsecum esse simpliciter conuertuntur. Et quia cognitio eius infinita:intrinsecum esse:uel essentia etiam intensiue infinita. ¶ Amplius de sententia sapiẽtium atq; de necessaria ratione:primum esse a quo omnia dependent perfectissimum est : & sic a non nullis actus purus:ab aliis bonum:a quibusdam unitas ens exemptum : & per similes denominationes denominatur. Causa:quia cum primus omnino sit simplicissimus:simplex est:& summa simplicitas idem quod actus purus est . In actu puro uero nil magis nil minus datur : unde concedere oportet posse & uelle esse equalia in deo:nam si hoc magis & illud minus:non esset deus perfectissimus seu actus purus.

¶ In qua equalitate uirtutum seu perfectionum infinitas arguitur. ¶ Nam a natura omnibus entibus intellectualibus:uelle uno solo actu de hoc presenti:omnia que fuerunt:sunt:& erunt:comprehendere. Tandem ĩ creaturis deficit potentia:sed non deficit omnino omnis cognitio de preterito & presenti:& etiam scimus futurum esse:dato quod distincte nesciamus:quomodo erunt ea que uentura sunt. sed uoluntas nostra integre seu plene uellet intelligere in hoc nunc omnia que fuerunt:sunt & erunt. Vnde si intellectus noster cum ipsa uoluntate equipararetur : unico presenti actu infinita intelligeremus. ¶ Nunc sic. In deo sunt equalia uelle intelligere & posse:concedendum est: infinitum intensiue esse. Quoniam uelle intrinsecum:& esse seu essentia ipsius conuertuntur. & quia uelle infinitum substantia uel esse infinitum. ¶ Et inferendo quod uoluntas dei cum posse conformatur: & quod posse est finitum:hoc negatur tanquam falsum a natura. Cum omnes res saltem intellectuales uellent omnia unico intuitu comprehendere. & cum deus summus intellectualis sit:si per exemplum ab his inferioribus ad superiora ascendendum sit : omnino asserendum est : deum in summo gradu uelle omnia que fuerunt : sunt : & erunt : unico intuitu comprehendere . Vnde potius est dicendum in summo perfecto:quod posse assequitur absolutam uoluntatem: quam quod uoluntas declinetur: ut cum esse limitato equiparetur:cum hoc penitus contra naturam uoluntatis sit. & posse omnia unico actu com-

prehendere:non eſt contra naturam ſummi perfecti. Q m̄ uelle ea que perfectionem dicunt ubiq; recte
ſonat:preſertim ubi per nullam naturam limitari poteſt. ℂTandem infinitatem uolendi atq; infini
tam eſſentiam in deo probamus : eo quod infinitam habet intellectionem. ℂDum uero de natu-
ralibus agimus:ut de angelis:de animabus rationalibus:de celis:elementis : animalibus: aut ſimilibus:
limitatas perfectiones ponemus : eo quod aliquam limitationem a natura ſiue per primum ens poſi-
tam habent. ſed cum deus per ſeipſum exemptus ſit:& primus omnium rerum ſiue naturarum: a quo
limitari poteſt:non a natura non a ſeipſo. quia nullus agit ſiue generat ſeipſum. a quo ergo limitatur?
Et cum eſſe exemptum de neceſſitate infinitum : omnia alia uero finita : quomodocunq; aſſumantur.
Licet quod plura ſundamentaliter:ut angeli:anime:celum : elementa:ſine ſine durabunt . eo quod in-
fluxum & fauores continue a deo habent . ſed de ſe perpetue eſſe nequeunt : quoniam nulla res pre-
ter deum ad eſſendum per ſe ualet:nec quidem duratio in diſcurſu ſine ſine ſignificat infinitatem. quo
niam plures res perpetue aut ſine ſine ſunt : & infinitum unum tantum eſſe poteſt. ℂPreterea per
uiam motus:ſiquidem multi multa dicunt:aſſerendo quod ſecundum Ariſtotelem : & ad accommoda-
tam rationem . prima cauſa inuenitur : eo quod iuxta hunc ordinem non datur motus ſine motore :
nec quidem econuerſo. Et quia primum celum non habet:unde moueri:niſi a prima intelligentia. & pri
ma intelligentia eſt primus motor:ſeu prima cauſa:dicendum eſt:quod cauſa prima particulariter:non
autem uniuerſaliter mouet. Et quicquid ad unum opus tantum determinatum finitum eſt: prima cau-
ſa eſt huiuſmodi:uidelicet:ad primum celum tantum determinata : ergo finita. ℂSed contra hanc
obiectionem plures habemus auctoritates atq; naturales rationes. ℂEt in primis ita dicimus ſecun-
dum Ariſtotelem. eſt deueniendum ad primum motorem:qui ſic mouet:quod non mouetur. Vnde hoc
conceſſo nullatenus primus motor omnium rerum mouet naturaliter ſecundum quod alii motores mo
uent. Nam omnis naturalis motor:ſaltem aliqualiter in mouendo mouet : deus mouet & non moue-
tur:igitur non eſt naturalis motor:nec quidem ad ſimilitudinem eius aliqua intelligentia poteſt moue
re. cum hoc mouere & non moueri:de motore primo ſit. Et ſic cum nullo alio habet ſimilitudinem: per
que alie intelligentie moueant. ℂQuocirca conceſſo quod deus mouet & non mouetur : pariter
concedendum ipſas uoluntarie non autem neceſſario mouere . Et cum uoluntarie & uoluntas ſit ab-
ſoluta:non ſuper unum celum deus mouet aut rectius prouidet:ſed pariter ſuper omnes alios motus .
Et hoc conſormatur cum communi ſententia aſſerente : omnia a deo dependere . Et ſi ipſe tantum ad
mouendum unum celum determinatus eſſet:alii motus non dependerent a prima cauſa. Vnde prima
intelligentia mouens ſupremum celum:non eſt deus:cum in primo eſſe ſic uniuerſaliſſimus ſuper om-
nes operationes ſit : non enim ad unum ſolum opus determinatum : & habet poſſe ſuper omnia pro-
uidere:eo quod mouendo ſeu operando nil defatigatur : & omne naturale agens in agendo aliquali-
ter repatitur:deus in operationibus ſuis nil mouetur:ergo nil repatitur:cum nulla operatio ubi repa-
tiatur ſine aliqua alteratione datur. & alteratio ſic ſic motus eſt:deus operatur ſine alteratione uel mo-
tu . Conſtat in agendo nil repati:& quicquid ſine motu agit : atque repatione eſſe exemptum eſt . &
quicquid eſſe exemptum : infinitum : cum ſuper omnia abſolutum. ℂQuamobrem dum per uiam
motus naturalis primum motorem querimus : nullatenus in aliquo particulari motore : uidelicet ad
unum opus tantum determinatum quieſcendum eſt . Cum omnis naturalis motor in mouendo aliqua
liter moueatur de loco ad locum ſimul cum re mota motio ad ubi aut ſaltem alterationes . & quia in re
bus mobilibus ſic uel ſic non inuenitur ultimata ſeu ſumma perfectio : arguimus : hec omnia mobi-
lia ab aliquo ſupremo immobili atque exempto aſſummere ordinem eſſendi:atq; manendi . Cum nul-
la res mobilis ſeu alterabilis per ſeipſam eſſe poſſit . Et ſic poſtquam per motus & motores ſuper om
nia naturalia decurrimus : & inualida ipſa reperimus : ad unum ſolum eſſe exemptum : ſupremum :
ſuper omnia prouidens : deuenimus. ℂNam dicendo quicquid mouetur ab alio mouetur : intelli
gendum eſt ab aliquo ſuperiori:adminiſtratur . omnis naturalis motor aliqualiter in mouendo moue
tur:ſequitur omnem motorem naturalem. habere aliquem ſuperiorem omnino immobilem: per quam
uiam ad unum ſuperius exemptum:ſuper omnia adminiſtrans deuenitur. tamen libere prouidet : nam
cum primum eſſe omnium rerum actus purus ſit : nullo pacto aliqua adherentia in eo ſtare poteſt : ſal
tem intrinſeca. Et omnis neceſſitas:aſſummendo in eo quod aliter non poteſt ſe habere:intrinſeca eſt.
unde ſi deus neceſſario mouet celum aut aliquem alium actum : in rebus dependentibus operatur : ne
gandum eſt quod actus purus ſit. Cum hec operatio neceſſaria : in aliis proculdubio compoſitionem
intrinſecam dicat. probatur de ratione naturali & ſententia ſapientium:deum eſſe actum purum con
ſtat nil in aliis rebus neceſſario operari. Et de tali eſſe exempto ſuper omnia gubernante: conſiderauit
Ariſtoteles:dum dixit. ℂDeus bene uidet:preterita:preſentia:& futura. & in libro de regimine prin
cipum ait. ℂDeus glorioſus nihil ocioſum ſiue uacuum fecit in naturam. Et in libro de bona for-
tuna . ℂDeum dignificamus exiſtentem dominum : ut digne diſtribuat bona : & mala : uideli-
cet deū oramus ut premia ipēdat bōis:& penas malis. & in his auctoritatib9 n̄ in eo mō qđ in phyſica:
ſed ſecūdū religioſos circa altiſſima loquut9 ē. nā dū de phyſica agebat ī tpe iuuētutis uī fuiſſe. ℂNūc
enim aut qđ opa iuuenum placēt:aut uero ad deteriora deducti ꝑ maiori pte:ea q̄ peiora ab Ariſtote

le tradita in gimnasiis nostris principalius leguntur. ¶Amplius negantes infinitatem dei nimium in operibus eius ad extra instant:ita asserendo.Deus mouet primum celum:& mouet ipsum immediate idest sine iuuamine uel interpositione alterius auctoris:& quicquid immediate operatur:cum aucto re suo similitudinem habere debet.deus mouet celum primum immediate :& motus celi non perficitur totus immediate uel sine aliquo medio: sequitur deum non esse infinitum. Cum de infinito sit sine me dio uel tarditate:quicquid uult perficere. ¶Sed hec obiectio quamuis a pluribus fiat:sub paucis atq; facillime solui potest. ¶Et in primis ita dicimus.a natura repugnat duo infinita esse:& si motus celi infinitus intensiue esset:aut sine aliqua morula totus perficeretur:tunc duo infinita darentur: uidelicet deus:& motus celi:quod stare non potest. Vnde oportet aliam uiam inter infinitum & res finitas inuenire:ut simul conuersari possint. Quoniam infinitũ non potest causare alterum infinitum : & nulla res per ea que fieri non potest:cognoscitur:nisi per ea que operatur uel operari potest. ¶Quocirca reuertendum est:ubi negantes infinitatem dei dicunt ipsum deum mouere immediate:que proprietas soli infinito siue esse exempto attinet:omnes alie res uero mediate mouent:aut operantur: ea que actu ri sunt.Nam cum omnia a deo dependeãt semper ab ipso: aliquod iuuamen per continuum influxum tanquam medium exposcunt.Et quia deus immediate operatur : potestatem infinitam essentialiter in seipso dicit.& sic in omnibus operibus suis ubi immediate agit : opus ab infinito operatum est. ¶Et sic in sacra scriptura habetur ipse dixit & facta sunt:ipse mandauit & creata sunt . Et cum solo uerbo seu uoluntate quicquid uult operari infinitatem in seipso denotat. ¶Tamen operata ad extra sem per finita exeunt.Eo quod plura infinita non conceduntur:sed unum tantum infinitum. ¶Nam in eo modo quod deus ex parte sua ab eterno creat:eo quod prius & posterius non habet:nisi unum solum instans:quod eternum dicit in quo deus operatur ¶Et tandem creature principiate exeunt : & nulla earum eterna:pariter finite : quoniam principium habent . & nil principiatum potest eternum esse:& nullum eternitatis infinitum.Et nihilominus per creationem seu dependentiam : per primum signum essendi unum solum supremum exemptum super omnia : hec dependentia esse cognoscimus . Et quia dependentia siue create non ualent ad essendum per se.Eo qđ finita ĩ essendo atq; posse sunt: necesse est concedere:eam primam causam de qua omnia hec dependent intensiue esse . eo quod sine medio operatur:& producit nouum esse sine aliqua materia:substantia:uel accidente presupposito:que operatio per nullum finitum auctorem fieri potest.Et quod deus creet nouum mundum : nulla materia presupposita:in locis suis patet. ¶Preterea iuxta processum Aristotelis:dum decurrendo per omnia entia causam primam querit:necessario probatur : deum intensiue infinitum esse . Licet quod hec uerba non dicat.uidelicet:intensiue & extensiue sed omnino infinitum denominat ipsum : & tandem actum purum.In quo nullam ponit extensionem . In omnibus aliis rebus siquidem aliquam considerat extensionem:eo quod dum mouent mouentur:& secundum Aristotelem ipsum.Quicquid mouetur habet partem in loco a quo:& partem in loco ad quem : per ipsum omnia preter deum mouentur. igitur omnia preter deum habent partem extra partem:& quicquid partem extra partem habet: tãquam de actu & potentia constare dicit:siue de actu & possibilitate.nam si de actu & potentia non constarent:tanquam deus se haberent:uidelicet actus purus : nulla res nisi deus actus purus : sequitur omnia alia partem extra partem habere:licet aliqua res magis & aliqua minus. ¶Incorporea siquidem magis de actu:& minus de potentia:& nil de propinqua corruptibilitate : nec quidem de magnitudine moli ueluti corpus est. ¶Corpora uero multum de potentia & parum de actu habent:nimium de magnitudine moli:presertim dum composita sunt:& de natura generabilium:& corruptibilium . Vnde quia inter dependẽtia una res multum de actu:& parũ de potentia habeat:alia uero econuerso:quedam res sine magnitudine:siue extensione uocantur respectiue ad alias:que de magnitudine moli constant.presertim dum de re & re composite :non constant nisi in una simplici natura considerate. Et si angeli & rationales anime:quia incorporei & absq; compositione de re & re sunt:quamuis de actu & potentia constent:simplices eos uocamus:atq; sine magnitudine uel extensione : & tamen quia dũ mouent:mouentur:arguunt in se aliquam continere extensionem:seu partem extra partem . Et ubicunq; pars extra partem ibi iuuamen & detrimentum ad extra uenientia : cadere possunt. ¶Et quod ita sit:probatur.nam angelus.& rationalis anima indies de acquisitis ad extra uenientibus: magis & magis scire possunt:& in his que acquirunt gaudere.Et quia gaudent in acquisitis etiam tristari possunt : a natura sumendo .Et si nullam haberent extensionem:impossibile esset quod indies aliqua noua sibi uendicare possent : nec quidem in his acquisitis gaudere : uel tristari. ¶Quapropter male imaginantur : qui dicunt animas rationales se habere : tanquam punctus penitus sine aliqua extensione : nam si omni extensione carerent actus purus tanquam deus essent non sunt actus purus :igitur aliquam habent extensionem in qua gaudium & supplicium cadere possunt . ¶Et ubicunq; gaudium & supplicium ibi aliquod expostulatur auxilium ad extra eueniens . Eo quod res necessitate durare possint : & quod omnes res preter deum necessitate sint : patet dicendo : quicquid mouetur ab alio mouetur : quoniam ab alio moueri auxilium est : cum sequatur per seipsum non ualere . Vnde querendo summum perfectum deuenimus ad unum primum qui mouet:& nullatenus moue

tur:eo quod actus purus in quo nil magis nil minus cadit.& sic nulla acqsitio:nulla augmentatio:nul
la diminutio:nulla obliuio in deo ingredit:sed eadem que sunt nūc & semper. ℂEt hoc semper in eo
dem modo se habet absque acquisitione & obliuione omnia comprehēdendo simpliciter:infinitum i
tensiue dicit de quo operante manendo immobile de necessitate omnia alia que sic uel sic mobilia sunt
auxiliū manēdi exposcunt. ℂEt quod deus infinitus sit in operibus eius probatur. Cum opera eius i
mediata in uno solo istāti ordinem assumant:ab ipso deo infallibilem:per semper:& ordo sempiternus
tantum quod mūdus durabit:a nullo constitui potest:nisi ab infinito auctore:unde concedendus au
ctor infinitus omnino est.de quo omnia infallibilia ordinata assumunt eam infallibilitatem sempiternā:
sequitur deum infinitum esse:& quod talia infallibiliter in uno solo intuitu ordinata inueniantur latissi
me in omnibus generibus & speciebus:patet.Nam idem ordo quē in principio deus posuit:nunc ma
net:& semper quod homines generentur durabit.Et generatio nō cessabit:si deus eam non prohibet:
& in eo modo quod ordo in specie hominum durat:deomnibus aliis condictionibus imediate p deum
positis itelligēdum est.& tamen in respectu nostro non in hoc presenti:sed iam per plures annos elap
sos si ordines intrīseci semper infalibiles in omnibus speciebus positi sunt & ordo seu proprietas semp
durabilis in rebus trāseuntibus per tempora priora & posteriora:de necessitate ab uno solo auctor in
finito ordinatur. ℂEt si diceretur quod natura hoc agit:eam naturam denominamus infinitā .& qa
infinita:oportet quod actus purus sit. Vnde natura ponēs ordinem sempiternū intrinsecum:in omni
bus speciebus actus purus & deus idem est.Et sic dum infinitatem dei experiētia cognoscere uolumus:
ordinem sine fine infallibilem:quē in speciebus ponit:aspiciamus:cum hoc nullatenus fieri posset a na
tura:nec quidem arte:nisi infinitā intēsam potestatem haberet.nam hec ordinatio specierum nō fit in
dies:nisi in pricipio mūdi:Ipse deus dixit:& facta sunt:ipse mādauit & creata sunt.& quia i diebus nō
crescunt nō minuuntur intrinsece seu eēntiales proprietates specierū proculdubio constat ipsum deū
in uno solo intuitu posse ea:que semper:& posse infinite:eo qd sine fine uno solo ituitu omnia ab ipso
immediate acta perficit.nam ordo itrinsecus specierum pfectus est.licet in nobis temporaliter decurre
re uideatur:eo quod in dies ipso utimur.sed per deum in uno solo intuitu constitutus:atq per semper
conseruatus:quod nullatenus fieri posset:nisi deus infinitus itēsiue esset. ℂEt hic uideri potest quid
species in primo signo sit:quam nōnulli realem formam abstractam denominant:ueluti humanitatem:
& equinitatem:fere imaginando se habere:tāquam formas istorum particulariū:p que unusquisque sub
specie humana natus est homo.& sub equinitate equus:que forme imaginarie sunt tamē assumpte per
ordinationem diuinā in ipsa natura posite ad generandum particularia:semper in uno & eodem mo
do in quacūque specie:uidelicet:ad generādum.& in tali modo quod iste homo sit homo:ueluti & ille
non magis nō min9:& ita posteriores ueluti & priores. ℂSed hic ordo extra ordinatorem ipsius tā
quam caracteres sigilli i cera se habet.aut ea que ad extra sentimus:aut ad intra intelligimus:in memo
ria nostra descripta.& tñ nisi de sigillo remanet in cera:sed per impressionem in ipsa cera factam appa
ret ibi sigillum extitisse:& pariter ea que intelligimus uel sentimus:i memoria ipsa describimus. sed nō
ponemus easdem res quas sentimus in memoria nostra:sed caracteres ad similitudinem concipimus.unū
habetur nō esse colores in memoria nostra:sed species colorum.& sic quia proprietates intrinsece atq
infallibiles rerū per preceptum dei cōstitute sunt:& non est in rebus ipsum preceptum:tanquā res nisi
similitudo ut caracteres in memoria de his que concipimus:si caracteres species uocātur:eo quod ad si
militudinem pcepti se habēt:& tamen non sunt preceptum ipsum.exempli gratia.princeps agit quod
dam edictum quod oēs habitatores in dominio suo semel in die ueniant ad templum.hoc edictū signi
ficat uolūtatem principis:sed extra uoluntatem ipsam nulla res realis est:nisi uerbū tantū:quod a sub
ditis auditur:per quod uolūtatem principis concipiunt.Vnde in eis remanet quidam caracter seu spe
cies:ad similitudinem uolūtatis principis.uerūtamen extra animam subditorum & uolūtatē principis:
nulla res realis datur de hoc uniuersali precepto:quod dicit ad omnes subditos. ℂEt in eodem mo
do species quas nos denominamus p ordinationē dei in creaturis:essentialiter positā assumimus.

De Eodem.

ℂPreterea dum dicitur deus & natura nihil agunt frustra:de immediatis a deo actis:& etiam de im
mediatis a natura capiendum est.Opera imediata dei non tantum in creatione rerum cōsistunt:quod
est primum signum essendi oīum dependentium:sed etiam in ponendis intrisecis proprietatibus insal
libilibus in oībus creaturis.unde fit.qd creatio & essentiales proprietates rerum dependentium:imme
diate a deo depēdēt:& sic per nullum prosperum & nullum aduersum hec duo augeri uel diminui pos
sunt.nam semper res essentialiter durabūt simul cum itrinsecis proprietatibus suis:si forsassis aliter de9
ordinare nolet. ℂAlia opera uero post ista adueniētia:operatiōes creaturarum sunt:licet sub uniuer
sali prouidētia diuina acte sine qua creature nil operari possumus.& hic rectius uideretur dicere:quod
nos operamur per medium prouidētie diuine:seu sub iuuamine ipsius:quam quod deus operatur per
medium creaturarum.nam postquam in primo signo creature sunt:& in signo secundo assummūt im

mediatas proprietates a suo creatore:In signo tertio audiut preceptum uiuedi iuxta proprietates specierum suarũ.& etiam hoc preceptum imediate a deo tributũ est.Sed in quarto signo dũ creatur operari debemus:quandoque adimplemus preceptũ:& quandoque nõ:presertim dum in uolũtariis operaturi sumus.nam i naturalibus si ab aliquo accidẽtali obstaculo nõ impedimur:semp preceptum dei ad conformitatem ꝓprietatum intrinsecarũ adimplere cupimus. ¶ Verũtamen postquam in uia sumus opera que agimus:quandoque impediuntur:unde in fine sepenumero monstra eueniũt:tñ in pricipio semp recta.nam homo & mulier nũquam equũ uel leonem generant:sed semper hominem.licet quod sepe aliquo îterualIo adueniente ueluti in dispositione elementorum:aut influentia celorum: quod generatum ab homine & muliere monstrum nascatur.& tamen homo penes ĩfallibilem ordinem per deũ positum:obseruat. ¶ Elementum aqueum semper aquam generare appetit:si fortassis ab aliis elemẽtis nõ impedit.& quomodocũqꝫ sit i pricipio dum generat semper generat aquam:sed postmodũ eueniente aliquo extremo frigore congellat in glaciebus ipsam aquam:unde fit mõstrũ.& sic gelu grandines recte aqua monstra uocari possunt:quia nil aliud sunt:quam aqua cõgelata:cum de ratione liquida esse deberet.Nihilominus elementum aqueum in simplicitate sua nil frustra agit cum semp aquã generare appetat:& ipsam generat.sed cõtingit mõstrũ fieri:causa alicuius aduersi ad extra uenietis:sub qua contingentia multa frustra fiant.nam super optimum pricipium casu fortuito eueniente monstrũ edificare frustra aut sine proposito est:& sic homo semp hominem & equus equum generãt.Vnde deus & natura nil sine proposito:nec frustra faciunt:dum immediate operantur. ¶ Nam creare poneř ꝓprietates intrĩsecas atque ĩfallibiles in creaturis:& iubere eis quod similia sibi multiplicent in proposito & optimum est. ¶ Natura siquidem imediate etiã semper bonum quoniam uera.Nam natura nil aliud est:quam proprietates essentiales creaturarum:& cum proprietates ipse iuxta speciem semper recte agũt non impedite ab aliquo ad extra ueniente obstaculo:ut uisum est.patet naturam nil sine proposito agere:eo quod immediate a deo ordĩata:& sic errare nõ potest:sed postquam ad opera nostra deuenimus:sepe erramus & alter alterum facillime ĩpedimus.Licet quod sub prouidẽtia diuina agam9: & per preceptum diuinum iussum habeamus:sed operatiões nostre sepissime fallaces:& indies mutabiles.Nam dum aliqua bona ad cõmunem usum multorum : & etiam paucorũ sancimus ad similitudinẽ ordinationum dei ab ĩtrinseco in creaturis positarum ordinamus.sed parum cõstitutões nostre durãt. Verumtñ cum hee ordinatiões directe ad plures:tãquã species:ad similitudinem specierum naturaliũ se habẽt.Cum aliquam cõstitutionẽ ordinamus:& eam per aliquos dies obseruamus quãuis mala sit cã cõsuetudinis:uidetur a natura esse ĩ nobis cõstituta:qua de causa principes & alii homines semp bona & nũquam mala cõstituere deberẽt.eo quod postquam ordinationes i cõsuetudine sunt :aliqualiter tãquam a natura tribute se habẽt.licet quod dirrumpi possunt:& indies dirrumpuntur.eo quod ordinatores ipsarum cõstitutionum imperfecti sumus.& cum per opera ad extra unaqueque res qualis ad intra sic cognoscitur:omnes creature per opera que ad extra directa agimus:quales ad intra sumus approbamus.& quia opera nostra omnino corruptibilia atqꝫ iequalia de hodie ad cras probatur: oĩa dependẽtia ab ĩtrĩseco corruptibilia uel declinabilia ad nihilatiõem esse:nisi a deo tãquã ab actu puro atque infinito cõseruaremur:eo quod opera.Quoniam ipse solus nos obseruare potest.cum tantũmõ opera ipsius ĩmediata:semper infallibilia & sine additiõe uel diminutiõe sunt.uñ per opera imediata dei:quãuis tãquam ad extra actu probatur ipsum ĩfinitum esse.

Qualiter ĩfinitũ ad extra nõ potest ĩfinita opera causare:& quod tarditas motus nõ causatur a prima causa:nisi a corporibus que mouẽtur. Cap.cvii.

¶ Quicũqꝫ tenẽt nõ esse dãdũ infinitũ inter quãplura alia:unum argumentum adducũt. Quod arbitrantur plurimum uigoris habere:iferentes.Quod si deus esset infinitus:ĩfinite atqꝫ in ĩstãti operaretur.& aiũt primã causam esse primũ motorẽ:& quod primũ celũ moueat non libera uoluntate : sed necessario:& ubi necessario de tota potẽtia operatur:& uidemus motũ celi in spacio tẽporis fieri: & non in ĩstãti.Vñ patet quod primus motor non sit infinitus.si eni infinitus esset:in ĩstãti moueret.sed respõdẽdo dicimus.exẽplũ ab eis assumptum nullius efficacie esse:& hoc modo procedimus.quia ut iã probatum est unũ tm̃ infinitũ esse potest & nõ plura:Infinitũ eni presupponit oĩa comprehendere : & nullo mõ cõprehendi:itaqꝫ unũ tm infinitum:& propter cõtradictionem unũ ĩfinitũ nõ potest aliud causare.& q̃uis i ĩstãti occurrat cum ĩfinito:effectu sibi ĩtrĩsece competẽte:non potest causare:quod alius sua opera in ĩstãti adimplere queat:nec quod ĩfinita sint.& propterea:quod licet deus infinitus sit:opera ĩfinita causare nõ potest.Vnde respondẽdo ad motum celi:qui i tempore sit.Videmus manifeste : quod ab oriente discedere in occidentẽ tẽdendo:nõ est operatio prime cause:nec alicuius ĩtelligentie in eo: quod transitio nisi corporis celestis:neqꝫ ipsa prima causa est que transit:& quod deus i ĩstãti occurrat ut mouere faciat.transitus ab una parte in aliam est sibi ad extra & temporale:quum opus celi sit.Quoniam autem celum est illud quod transit & nõ deus dicẽdum est:ut supius patuit.quod uirtus mouens celum sit eiusdem celi:& quia creatura & corporea atqꝫ finita:& corpus mouere debet:nullibi ualet ad

reuoluēdum ĩ istāti totum celum.hoc est quod sine mora sol:aut aliqua pars celi ex oriēte ĩ occidentem transeat. Quapropter manifeste patet:quod q̄uis deus ĩsinitus sit:nihil sibi ad extra ĩsinitū esse potest: eo quod unus solus simplicissimus atq̧ ĩsin.tus est.& sic in operibus suis in instanti agit:queādmodū de creatiōe dicimus. Verūtamen in operibus creaturarū cū aliqua mora uel tarditate motū & alia opari sinit:q̄uis celum in eo quod semp totū simul mouetur:& nulla pars eius est quin assidue moueatur:asse rēdū est:totū celum in istāti moueri.nam per nullum instās quicquam ipsius in motu manet: Sed dum partē extra partē & locum ad ubi consideramus:in acquisitione talis ubi tempus preterit.hec autē om nia sunt corporea opera & nō deo intrinseca. Demū erroneū est considerar̄ q̧ deus sit motor particu laris alicuius celi:ut in aliis locis plene ꝓbar̄.

De Omnipotentia dei. Cap.cviii.

¶Vt breuiter & secūdum philosophiam probemus deū esse oĩpotentē:oportet illud mediū accipeṙ: quod secuti sumus ad probādum ĩsinitatē:ita dicēdo.Deueniēdum est ad unum primum ens:a quo oĩa alia dependēt:& hoc probatū est & ab oĩbus philosophis cōcessum aut saltē ab illis qui aliquē modū ĩ telligēdi habēt.Ratio eni & experiētia nos coercēt ut perueniamus ad unū primū ens perfectū oĩno ĩ depēdēs.Quod uere in se a se & per se est.Et q̧ cetera ab eo emanēt patet:ipsum q̄scūq̧ potētias sub se concludere:cuncta enim sub eo degunt uel depēdēt:& oĩpotēs nō est aliud q̄ omnia in se concludens: & quia oĩa ab eo originē trahunt:sequitur quod ipse solus sit oĩpotēs.eo q̄d nihil extra ipsum intelligi mus nec ulla res attingit ad id:quod deus itaq̧ oĩpotēs unde minime ĩtelligēdū est: quod ipse patiar̄: nec quod ĩ se contradictionem recipiat ullam.Quoniam hec difficultas aut passiones & non potestas sunt licet cadāt & gubernētur sub potestate dei:ipse eni in creaturis potest passiones ponere:quia dicē do nō potest se passibilem agere hoc utiq̧ certum est:quum nemo seipsum per ĩtrĩsecā originē cogat. ¶Et deus est impassibilis:eternus necessarius:atq̧ oĩpotens:in oĩbus illis:que facienda sunt:quapro pter nō est potēs ad illa que nō sunt agenda. Tunc enim esset cōtradictio & nō omnipotentia. Vnde apertissime patet deū esse oĩpotētē:eo quod omnia sub potestate sua complectitur: nec finem ĩ eo nul lum applicare possumus.

Qualiter deus oĩa aliena ĩ operibus suis expellit Cap.cix.

¶Vidimus quatenus deus potest quecūq̧ sunt agēda. Quoniam ĩsinitā habet potestatem seu ualī tudinē:& penes hoc fundamētum est nobis aperta uia ad ĩtelligēdū:qualiter deus ĩ suis actibus secūdū naturam se habet:& pro nūc tale prĩcipiū assumimus.Deus ē primū ens atq̧ ĩmediate a se aut sine de pēdētia siue ĩherētia.Et quia talis est a natura:necessario ĩquātum ad ipsum spectat sine aliquo medio operatur. ¶Preterea ĩter ipsum & creaturas nullum est mediū:unde oportet quod sine aliquo medio agat.nam quemadmodū creature diuersis mediis ĩdigēt ad operādum:eo quod dependētes & mediate sunt:ita pro natura sua deus oĩa media ad operādū excludit:q̄uis gratiam uel potētiā creaturis largia tur ut aliqua opera peragāt:Assidue tñ hāc gratiam ĩpēdit ĩmediatā:aut quod nullū ĩstrumētū inter il lam gratiā & deū occurrat.Quoniam eā tm̄modo per solū uelle exhibet.At quum uelle ad extra libe rū sit:queādmodū alibi probamus:patet:deum ubiq̧ ĩmediate agere:quātū ĩ seipso est. ¶Quoniam aut oēs creaturarum potētias sub se cōprehēdit:tū etiā potest ĩmediate quicquid creature per media possunt:& multomagis ac perfectius. ¶Et q̄uis ipse medio creaturarū aliqua opera faciat : ĩproprie tñ dicitur talia deū facere:nisi quod gratiā creaturis cōcedit ut ea oportuno tēpore exigāt. Gratia ue ro ĩ se semper est ĩmediata:& quū gratiā dare uelit per quā alii quicquā agere possint:multoquidē faci lius potest cū uelle & potestate sua eūdē effectū agere:quē creatura. ¶Et hic nō sunt adducēda exē pla ĩter creaturā & creaturā ut dicēdo:supius nō potest producer̄ totū illud:quod ĩseriori cōpetit.hoc enim accidit eo quod quelibet creatura mediata est.uñ diuersis mediis in suis operibus ĩdigēt.deus aūt nullo ĩdiget medio ad hoc uel ad aliud faciūdū:quia p suū uelle tm̄ agere debet:uñ sine medio potest: q̄cq̄d cū aliquo medio creature possunt:& multo pfectius.

Quomodo exemplis demonstretur magna bonitas:in lege religiosorum super irreli giosorum opinione. Cap.cx.

¶Quoniā in hoc libello disputatio est ĩter algazelē & auerroym ut pcipiatur quis eorū ueritatem ostendat unū tm̄modo exēplū interserā:quod clarā differētiam bonitatis demonstrabit:ĩ lege religio sorum sup irreligiosorum sentētiis.& in hoc modo asserimus:quod nullus uerus religiosus dabit spem: quam post hāc uitā de alio mūdo expectat.licet omnes huius mūdi diuitie sibi darētur:& philosophi.si ne religiōe uiuētes uniuersam spem quā de alia uita prestolantur:paruo pcio exponerēt .& quia sua a deo uilipēdūt:palam cōsitētur nō tāquā bonā ipsam habere.& quia nos nostrā dūtaxat reputamus bo

nam:ostēdim9 nos p̄stātiorem legem tenere q̄ sit aduersariorum opinio. Rursus irreligiosi de ignauia redarguēdi sunt nolētes inherere ubi nihil amittunt:& magnū lucrum operiri possent:si autem asserūt ueram opinionē eorum esse. Respōdemus quod impossibile sit ut talia probēt. Impossibile est eni quēpiam hominem:quo ad humanas uires omnia naturalia ac diuina secreta pcipere. Quum homo nō sit ubiq̄:neq̄ oīa experiat̄:nequidē seipsum perfecte cognoscit uel formationē:isu mitates: & sanitates:& itidem ignorat que sibi accidere debeāt:& quādo moriturus sit:nec scit quādiu uiuere posset. Que quidem difficultates per aristotelem satis manifestantur:dicētem. ¶ Sicut se habet oculus nycticoracis ad radios solis:ita & itellectus noster ad ea que manifestissima sunt nature.& alibi.ea que scimus est minima pars illorum que ignoramus. Quod si ipsi annuunt fere nihil sciri:qua ratione negar̄ poterunt in ignauiā nō decidere quum nolint fidē adhibere:quod eorum anime regem siue gloriam sint habiture. Quoniam magnum erit detrimētū negare:si uerū esset.quapropter tutius ē tenere qd̄ alia uita post istam perfectior sit futura:& de hoc nullū scandalū occurrere poterit.

Quomodo a philosophis legē negātibus cauere debeamus:ex quo sine spe degūt. Cap.cxi.

¶ In fine huius materie cunctis prenuncio ab irreligiosis philosophis precauēdum:ne in laqueū cadatur:eo quod a quacūq̄ spe sunt semoti:& q̄ odibilis desperatio sit apud oēs inotescit. Quoniam dū aliquod animal in tali termino uidemus dicimus cauere ab eo:quia furibundū ac desperatū est:& propter talem horribilitatis defectū:dicimus irremissibilē esse culpam uel peccatum illius aīalis:eo tempore perpetratū. Quoniam autē irreligiosi philosophi tales sunt:nequaquam eos p̄sequi debemus:imo potius redarguere:licet quamplures probi uiri religiosi philosophorum errores mitigare uelint fortasse pietate & misericordia ducti:aut quod proueniat quod illi q̄ irreligiosos philosophos reprehēder̄ sciūt nolūt:& alii uolūt & cōdecētē uiā ignorāt. Quidam uero nō audent. Quocirca assidue in sensibilibus inuoluti sunt:& quis sensibilia dicamus:propter hoc nō sunt demōstratiue probata:plusq̄ religiosorū itētio. Quod patet:ubi de philosophorū astrologia p̄soluimus:eorum opiniones tractando. Nulla eni lex est minus probabilis:& in illis fidem adhibent in quibus nulla est utilitas:& quum primū aliquā possunt utilitatem nācisci:denegāt.de q̄bus nō est utiq̄ sana nec utilis doctrina expectanda:& hic p̄prie dicere possumus dubiū piculosum esse;& nequicquā bone expectationi consonū.

Petrus montius ad Ioannem andreā uarronem:contra sectam alpharabii & aliorum similium. Cap.cxii.

¶ Quum pluries mi uarro d̄ sublimitate cuiusdam libelli alpharabii multa mihi attulisses:ut tibi & mihi satisfacerē.cū uidi & quod de sentētia eius mihi uidetur:in hoc capitulo iquātū potero sub paucis tibi referam. Vale. ¶ Alpharabius siquidē i suis pricipiis:platonicos philosophos siue alios ātiquiores egyptios imitari uidetur. In prio eni gradu primā causam ponit:i secūdo secundā:i tertio intellectum agentē.hic autē contra plurimorum philosophorū sententiam proculdubio procedit. Quippe quod & oēs de aliq̄bus & pluribus angelis:siue itelligētiis ad gubernādos celos:seu ad cōtēplādam primā causam scripserunt:& deinceps de itellectu agēte assignauerūt.si talis itellectus uniuersalis ponedus est.deniq̄ dū uult ad alia particulariora inter itellectū agētē & adeptū siue ad cogitatiuā descēdere: minus utiq̄ ad p̄positū & sine probatione scripsit. Quum enim asserit omnibus hominibus unū solū itellectū icorruptibilē & eternū esse dādum:& nō plures ad itelligēdū: Vult palam dignitates hominum obscurare.nam quāto res ab itrīseco potius p̄ticularis:tāto dignior. Quod probatur. Arbor enim est magis īdiuiduata q̄ lapis aut terra ista quam cernimus:& equus particularior plāta:& manifeste equus ē plāta prestātior:& homo itidem equo:q̄uis cōmune bonū in pluribus sit potius laudādū:q̄ i paucis. Quisq̄ tū plus de suo intrīseco bn̄ficio:q̄ de alienis gaudet. Nūc uero ad rē nostrā. Si enim unicus itellectus uniuersalis dūtaxat icorruptibilis ē:& p̄ oēs homines itelligit.nos p̄fecto de dignitate seu p̄fectōe sua parum uel nihil letabimur:si penitus aliquo icorporeo & icorruptibili nobis p̄prio caremus. nullaten9 enim corruptibile gaudium ad felicitatē puenire potest.nam felicitas ultimus finis est:& finis ex eo qd̄ cū pricipio cōuertitur.& ad ipsum redit est ceteris durabilior. Quoniam uero in hac cōpositiōe parū durare possumus:& semper uaria atq̄ cōtraria appetimus:nulla quidē cōdictione in hoc mūdo felicitate potiri possemus. ¶ Proinde dum i hac corporea compagine sumus ultimate restamus ab originibus nostris alienati:& unaqueq̄ res suam petit originem:sic ultimate:quia esse debet.& icciřco necessario oportet nostrā compositionem dissolutum iri:si debet ad suam primā origīnē reuerti. Quū eni de uariis cōstamus penes naturalia merita assumēdo:nō i una sola origīe gauderemus.nā quelibet pars suam naturā seu fundamētū expostulat:de quo totū complectit̄. Gratia exempli:terra nō potest plene in ignis uel aeris sphera gaudere:neq̄ ignis & aer in aqua uel terra:nisi ignis in igne: & sic de reliq̄s. Vn̄ cōcedēdū ē est oportere:quod ista compositio dissoluatur:ut p̄fectū ab iperfecto depuret̄. Quoniam circa naturalē cursum sicut impfectū cū p̄fecto unitū in gradus p̄fectiōis ascēdit:ita & supremum cū i

feriori cōiūctū aliqualiter a suis gradibus declinat.& quia corpus hominis añ aīe unionem pauci ualo
ris cognoscit.ut semē generatiuū & p separationē inter membra & animā corpus quoq; inualidum re
manet:& festinatim putrefactione consumit:patet cām unionis anime supra naturā suā in bonitate ex
celluisse:& de forma siue anima intellectuali:quoniā icorruptibilis alio modo capit.Quia in cōiūctiōe
corporis remisse pfectiones sue remanēt:& sicut in separatōe corpus ad ima deducit:ita & aīa siue uir
tus dās perfectionē corpori in sublimiorē gradum ascēdit.Tūc eni omnem curā de īfimis & corrupti
bilibus dimittit:& in suā pfectissimā originē reuertitur:aut reuerti debet.Sed dum hic anime cū corpo
ribus uiuūt:cōtra naturā esse dicimus:quod ad celū lune ascendamus:ut ibi cū itellectu uniuersali agē
te uiuamus.quod si ītellectus uniuersalis ad nos descēdit:nequaquā hic est locus gaudēdi tāquā in ulti
mato fine.quia ista supnaturalia & a solo deo tributa fuissent:& nō ab aliquo alio.& i similibus fabulis
philosophi irreligiosi tāquam de fide & nō quo ad naturā narrāt:& negare leges dei & a seipsis uelle
eas fundare cōtra ius pcedūt:quoniam ad philosophum attinet suas facultates pbar.¶ Et quū alpha
rabius omnes legales rephēdat:eo quod secūdū uarias regiones diuersas adducūt uias ad cōsequendā
ultimatam felicitatem. ¶ Petēdum est qua de causa minus q̄ irreligiosi suam itentiōem pbauit.Deus
enim omnipotēs ppetuam ac sempiternam felicitatem nobis prebere potest: & ad nostram originē re
ducti iuxta naturam gauderemus.sed secūdū alpharabiū & alios similes:si nec a deo tributū:nec a na
tura emanatū nequaquam uera quiete potiremur. ¶ Et comparatō iter irreligiosos cōmunis:que ab
alpharabio adducitur:d sole occurrēte ad illuminādū uisum nostrū:multis modis dissolui potest & pri
mitus penes litterā argumētū accipiemus.quia dicūt sicut sine lumine solis uidere nequimus:ita & sine
itellectu agēte itelligere nō possemus.Nos uero sine solari lumine uidere possumus:ut patet cū cādelis
& aliis artificialibus ignibus & lucidis lapidibus.Lupi quoq; & felles ex seipsis sine aliquo lumine extri-
secus aduenīēte uidēt:similiter circa comparationē asserēdum erit:quod itellectus noster pticularis a se
ipso:uel a prima causa:seu aliquibus naturalibus:sine aliqua occurrētia intellectus uniuersalis itelliger
potest. ¶ Preterea si nos uidere:audire:tāgere:odorare:aut gustare oportet:necesse est.q aliqua cor
pora ad sensationē nostram occurrāt.quod icirco puenit:quia nō quotiescūq; uolum9 sentimus :sed
semp quod uolumus:hoc uel illud intelligimus.quia ad intelligēdū nō oportet quod aliqua extrisecus
occurrant.Quoniā autē eiusmodi effectū uariū inter operatiōes intellectus & sensuum cognoscimus:
cōstēdum erit:quod itellectus incorporeus & īcompositus sit.si enim compositionem haberet nullate-
nus sine cōcurrētia pricipiorū ipsius itelligeret:& si corporeus esset:pculdubio fuisset compositus. &
quicquid de uariis cōstat diuersis mediis ad operandū idiget:& itellectus noster nec idiget hoc neq; il
lo ad itelligēdum.itaq; tenēdū est quod simplex & icorporeus sit.nam p effectus recta fundamenta co
gnoscimus:& nō aliter.& quod i nobis similis uirtus sit:ut de itellectu seu anima rationali & pticulari
dicimus:facile comprobatur.Impossibile est enim natura icorporeum seu spirituale incorruptibile & p
durabile cognoscere.si itellectū icorporeū & icorruptibilem nō haberemus:ut satis i unione & māsiōe
corpis & aīe nostre comprobatur.Quoniam licet diu simul degāt nūq̄ alter alterum recte cognoscet:
psertim corpus animam:eo quod imperfectius est:& si eiusdem natur proculdubio cognosceretur. Nā
causa grauitatis quam in nostra itriseca compositione sortimur:ad cētrū declinamus: & ppter humi-
ditatem i cōpositiōe cōiūctam sitimus:si humiditas iterdum diminuitur:aut alii humores ipsam supera
re uolūt:& nos quoq; gloriam appetimus icorruptibilē:quod apparere nō potest:si aliqua uirtus con
formis inaccessibili felicitati nō esset i nobis intriseca. ¶ Et ex pte corpis corruptibilia seu mutabilia
assidue cupimus:icirco religiosi ad hāc cognitionē deducti:licet diuersimode de uia iquirendi felicita
tem sentiant:oēs tñ in hoc cōueniūt.Quod ultima uel pfecta quies p animabus & nō p corporib9 sit
expetēda:& si p corporibus miraculose & a solo deo gratiā illā emanatā eē dicimus.Sed irreligiosi cir
ca naturalem discursum in hoc mūdo manētes dicūt se felicitatem expectaturos:quod fieri nō potest:
quum uaria atq; aduersa nobis frequēter intercidant. ¶ Et si cogitatiua tm̄ cum itellectu agente uni
uersali uniretur:tunc cogitatiua:siue itellectus possibilis itelligeret:& nō homo : quod philosophorum
doctrine impugnat.Et dato quod sine discursu i istāti debeamus quecunq; itelligibilia sunt itelligere:
quum nos omnes de corporeis membris simul cū animabus cōstemus:ipossibile est penes naturalia me
rita.sine discursu operari.Corpus enim tempus ad operandum petit:& tempus morā operationum de
notat. ¶ Rursus & alterum maximum icōueniēs sequitur.nam si ex frequēti consuetudine itellectus
noster passiuus q̄uis corporeus cum intellectu agēte icorporeo uniri queat:nolo dicas reuniri:quoniā
ab ipo nō emanamus:nec alias secum uniti fuimus:concedēdum erit:quod equus:canis:& alia his simi
lia aīalia:i nostra cōuersatiōe assueta:post uarias & assiduas frequentationes:quicquid nos intelligim9
ipsa etiam intelligere possunt.Quod si homo cum itellectu agēte unitus omnia absq; discursu intelli-
git:bruta animalia itidem cum hoībus unita sine discursu cuncta itelligibilia intelligent:& facilius sen
sualia cum hoībus i unione cōuenire possunt:si anima nostra corporea est:q̄ ipsa anima cum intelle-
ctu agēte.ibi enim de corporeo ad incorporeum de corruptibili ad incorruptibile extat dissimilitudo:
& cum sensualibus si oēs corporei sumus.cōsequenter magis cōformes .Si enim corruptibile & incor-
ruptibile plusq̄ genere differunt:& uaria genera penes naturalia merita nequeunt in uera unione cō

uenire:sicuti ad generandum simul & in aliis huiusmodi intrinsecis:multominus conuenient illa:que p corruptibilitatem & incorruptibilitatem plusq̃ genere differunt. ℂItem & aliud si species nostra habet ideam uel intelligentiam agentem:consequenter omnes alie species uniuersalem intelligentiam & eternã super se habebunt.& quicquid debet super uoluntariis operibus administrare: decet quod intelligens sit.Et quum equus & alia sensualia uoluntarias atq; uarias operationes nanciscantur:dicemus: quod cum sua uniuersali itelligẽtia uniti:sine aliquo discursu cũcta dinoscẽt.Que tñ absurda sunt:& sine probatione a priori uel posteriori relata:scilicet:quod bruta in talem pfectionẽ deuenirent:nec aĩa nostra si de se corporea est. ℂDeniq; ad cõparationẽ de sole factam reuertamur.Ad quod dicimus: quod sol disponit obscuritates siue medium ad uidẽdum tñ ipse nõ uidet p nos nec quouis alio modo: ut in cãdelis euidẽtius apparet.& si uera dicẽda erit comparatio:talis itellectus positus media disponet ut itellectus noster itelligat.Ipse uero nõ per nos ĩtelligit.nec sequitur qđ in seipso intelligat. ℂItẽ absq; sole uisus noster & colores in actu sunt:& non per ipsum de potẽtia ad actũ reducti:& probaẽ.lupus uidet colores sine aliquo lumine:& in illo instanti nos non uidemus ipsos.unde asseritur:quod eodem tempore iidem colores sunt in actu uisi:& in potentia tanquam non uisi.quod est contra rationẽ & experientiam & quicquid sensibus patet.per se dependere potest.icцirco concedendum erit: quod colores sine sole aut alio lumine in actu sunt:pariterq; animalium uisus.Sed multi ac uarii uisus iuuamine luminis idigẽt:ut colores uidere ualcãt:nec aliter ꝑ uirtute comparationis de itellectu uniuersali: dato quod aliquis sit:cũ nostro particulari itellectu se habet:oportet autem quod maximam similitudinem sortiantur.Oculi enim nostri corporeum lumen petunt ad disponendas uias uidẽdi:eo quod oculi corporei sunt:& similiter si itellectus uniuersalis incorporeus:aut spiritus est:decet: quod anima nr̃a incorporea seu spiritus sit.nãq; aliter non recte cõuenirent:nec natura coniungi possent.q̃uis ens perfectissimum siue ĩfinitum:eo quod oĩpotẽs quomodocũq; uult:ualet ad fauendum & cõiungendum. At uero uniuersalis intellectus quẽ homines imaginati sunt minime ẽ ĩfinitus. quapropter a natura ꝑ nobis deum exorare potest:aut aliam similẽ custodiam habere:ut a q̃busdam religiosis ferẽ de angelis custodientibus homines:non tamen inferunt quod angeli p nos itelligãt:nisi quod iterdũ admoneãt. Quocirca concedendum est:quod si detur intellectus agens unicus:tanquam custos humanitatis:hoc erit causa similitudinis:quam anime nostre secum habent.quod si hoc negatur in ideis platonis incideremus.Sed tũc cõtra aristotelicam opinionem:& ponere intellectum uniuersalem ut per nos omnes ĩtelligat:nil aliud est q̃ ideã sup quacũq; specie effigurare.Si enim sup humana specie ipsam ideã habemus:nulla occurrit ratio ad probandum:quod quelibet alia species sua uniuersali idea careat:ꝑ ipsarũ specierũ gubernatione. ℂEst autem admirandum quatenus nonnulli ex peripatheticis ut alpharabius dum ad scribẽdũ animũ appulerunt:iuxta peripatheticorum ĩstituta de superiori ad inferius ceperint:quemadmodum de intellectu & quibusdam ideis usi sunt ut de itellectu agente.nam si intellectus multiplicabilis esset in omnibus hominibus:tanquam abstractus:siue idea se habet.de quo quidẽ si aliter irreligiosi senserint : quia philophi nominabantur istius intellectus principium aut nostram in eo necessitatem ꝓbaturi erant.Nos autẽ ꝑ similitudine animarũ quã cum deo tenemus:possumus uniuersali iuuamine & particulari ipsius dei institutiõe sine alia uniuersali idea itelligere.& frustra est fieri per plura:que possunt fieri per pauciora.Quod si adducĩ quod peripathetici supponũt uniuersalem intellectum tanquam principium:& quod nulla facultas suum principium ꝓbat:si non p suam saltẽ p alias probent idipsum taliter se habere.Tamen dum asseritur:quod nulla scientia pricipium suum probat:ĩtelligiẽ de illis principiis:que omnibus palam fiunt.Sicuti quod celum & stelle moueanẽ:& quod homo animal sit:& domus ianuam habeat.nihilominus si quisquam hoc negare uolet demonstrationibus cõprobatur.Sol enim & alie stelle nõ semper a nobis in uno & eodem clymate uidentur.& sic quia homo moueẽ alia huiuscemodi animam habere dicimus:ex qua animal sit:sed ubi sensus nõ attingunt ut ad uniuersalem itellectum:semp presupponitur:quod fundamentum nostrum a priori aut certius a posteriori probemus.& quia hoc a peripatheticis actum nõ est:quinimo & leges abnegãt:minime sunt in similibus audiendi. ℂDenuo si unicus intellectus est dãdus eternus ad itelligendum in omnib9 hominibus:in eternis siquidem nõ decet magis & minus imaginari:& si talis intellectus de intrinseca ratiõe habet quod per nos intelligat:quandoq; magis & q̃nq; minus itelligit.Quum nos nũc magis & nunc minus intelligamus:& plerũq; nihil.Quod si forsitan fertur quod hoc magis & minus intelligere non nascitur ab intellectu agẽte:prompta siqdẽ responsio assignabitur.nam si unus eternus atq; idiuisibilis prebet nobis quecũq; itellecturi sumus:& tãquam origo ipse prius saltem prioritate nature ea intelligit:impossibile est:quod de una re cõtrarias itellectiones alliciat.& nos uidemus iter plures homines simul manentes unum intelligere & alium nõ intelligere:aut quod penitus cõtrario modo intelligũt: quod nullatenus potest ab uno intellectu & idiuisibili naturaliter emanare.Si enim plures in cõspectu solis sumus omnes calorem sentimus:& sic de humido:frigido:& sicco:quod si ñ omnes equaliter tamẽ una & eadem uia sentimus:eo quod similia occurrẽtia ab uniuersalibus causis proueniũt.Si uero un9 itellectus uniuersalis est:ex eo quod icorruptibilis:multomagis omnes homines ipsum conformẽ intelligeremus. ℂEt dum iquiũt itellectus agẽs itellectum possibilem de potẽtia ad actum reducit:& quod

dum res corporeas intelligit:ipsas a quacūq; materia abstrahit:& spirituales facit.id utiq; ridiculum ē: quoniam soli deo competit:de spirituali in corporale conuertere:& corporeum in spiritū.Et si cōcede tur dādam esse eiusmodi conuersionem:tunc falsam diceremus esse talem itellectionē.uera enī itellectio habetur:dum res itelligimus uti sint:& a natura sua abstracta nō id quod sunt:Sed aliud itelligeremus & cōsequēter falso. ¶Deinceps forsitā alpharabius ipse nota falsitate de huius mūdi felicitate in dila tāda itentione sua ad moralem ordinem plurima deducit:cum hominibus hic uiuētibus comparando animā nostrā:post separationē asserēs hoies:qui uti decet rectam curam habent:docti siunt.& plerūq; in reges ad gubernādos populos sunt cōstituti.& alii ignari qui in spurciciis degunt:totam uitam ser uituti implicāt.& ita anima que in bonis operibus hic uixerit cum itellectu uniuersali agēte unitur: & separata a corpore i icorpoream & icorruptibilem trāsit:ubi semp gloria fruitur. & anime que hic ma le uixerint i corruptione corporis:in quo manēt simul corrūpūtur.Ista tamē exemplaria sunt ut bene faciamus:& non naturalia.Nos uero de principio corporeo uel icorporeo:seu corruptibili aut nō cor ruptibili loquimur.Nam quicquid de se est corruptibile penes naturalia merita:nullibi potest incorru ptibile fieri.& in diffinitiōe hominis satis utiq; due nature propalantur:altera scilicet mortalis & altera immortalis:quum dicat animal rationale & mortale:& ratio de se ubiq; incorruptibilis ē:Corpus uero mortale. ¶Alia que in principiis alpharabii scripta sunt ferme omnia ab his principiis:& aliis simili bus.emanare ifert. ¶Et quū religiosorum uia honestior ac ꝓbabilior sit:de naturali ratiōe ipsam as sequi debemus:penitus eiiciēdo obscuritates:i quibus picula iminere possunt. ¶De modo scribendi etiam alpharabius cum aliis pluribus platonicam opinionem sectantibus congruit : hoc est de supiori ad inferius inchoādum.forte imaginādo:quod obseruata hac uia omnino a priori & non a posteriori sciētia probetur.Nos tamen lōge aliter sentimus.Nam sicut alienati ab originibus nostris p aliqua me dia sumus:decet quod eisdē occurrētibus semper ad originem siue principium reuertamur. ¶Deus omnipotens tanquam summa origo cūctis depēdere ꝓbet:unde oportet quod in ordine de principio ad principiatum cognoscat:creature uero ecōuerso:nō enī sumus in primo signo depēdendi uel essen di:Iccirco si ad ipsum ituri sumus per media aliquāto alienata est trāsigendum.& inde quenam ueritas sit:facile elici potest.Quoniam sepenumero differt modus scribēdi:ab ipsa uia acquirendi & cōcipiēdi scientiam nostram.Vt stat exemplo.Siquidem ad cognoscendum deum pluribus effectibus indigem9: assumpta tamen aliqua scribendi cognitione:facile sic incipietur. ¶Deus omnipotens ab eterno to tam mūdi machinam considerat:& inter alia depēdentia:intelligentie seu angeli ad cōtemplandū ip sum deū digniores sunt:& exinde animam:celū:elemēta:atq; hominem:describimus.hoc autem in mo do intelligendi nostro:idem est in eo quod prius & posterius:ac si diceremus hominem:elementa:celū: animam:angelum & deum.hec enim omnia effectibus:siue experimento:potissime cognouimus.

De illis qui in scholis nostris temerario irreligiosorum philosophorum opinio nes legunt. Cap.cxiii.

¶Quidam & fortasse quamplures sunt:qui i gymnasiis publicis irreligiosorū philosophorū opinio nes absolute & tāquā ueras legunt:quacūq; postposita temeritate.Miror autē:quomodo inter religio sos tot mala tolerētur.Scribimus:& miramur de illis:qui procul a nobis manēt:& qui inter nos degūt illesos dimittimus:quis ipsi nō apte infideles uocētur.Sed quonā pacto quēquam iudicare poterimus? nisi secundum opera in eo perspecta. ¶Christus enim inquit.talis amor quale opus:& ubi thesaur9 tuus:illic & cor tuum.Cōmuni ꝓuerbio dicitur ubi cor:illic & oculi.Attamē moderni philosophi qua condictione poterunt honeste contra aduersantes legem disputare?Quū plerīq; discipuli:que audiūt accipiūt:& post plures dies falsa doctrina imbuuntur.Difficile est enim quod ad sanctā uiam redire ua leant:quū nō sat sit dicere christianus sum:eo quod fides sine operibus mortua atq; inanis est.qm̄ quā plures hebreorū & maurorū iter nos audimus christianos nūcupari.& quo ad rem eos mauros uel he breos esse cognoscimus.quod si isti qui aliquā legem aut spem uite eterne operiūtur:ob timorem. suam intrinsecam opinionem uerbis abnegant.Quanto magis illi q̄ nulli legi assentiunt nec post hanc ui tam aliam esse arbitrant.Consentimus quod philosophi nostri legāt & aperiāt opiniōes irreligiosorū philosophorum:ut eorum nobis fundamentum innotescat:& facilius legem nostram tueamur:heresim excludēdo.At uero in pricipio lectionis aut postremo magister si religiosus est:tenetur suos discipulos quotidie auertere ne in quēquam errorem icidāt.Quod si nō pluribus uerbis saltem paucis eis aperir̄ & edocere:q̄ tutior uia nostra sit.Quoniam autem altiorem legem tenemus:merito id quod melius est assequi debemus. ¶Sunt etiam quidam uolentes in calceo uno plures pedes habere:qui ad cōfirmā das religiosorū & irreligiosorū leges iuigilauerūt:quod est impossibile.Quū in primis fundamētis i q̄ bus tota difficultas cōsistit nimiū differamus.

Responsiones dictis siue opiniōi cuiusdā hebrei nomine helye. Cap.cxiiii.

¶Inter alios qui nostra tẽpestate contra leges scripserũt:fuit qdam nomine helyas hebreus: qui de unitate itellectus uel eiusdẽ plurificatiõe quãplures opiniones narrauit:atq; inter alias suam posuit in qua quidẽ plura puerilia sunt cõtenta. Assumit dicta aut respõsiones ab illis:qui nullam in litteris operam nauarũt. Que uult omnibus religiosis attribui:& inter alias reprehẽsiones quas adducit aduersus religiosos nimiũ assistit:anime creationem exprobãdo. Et asserit. nos ita esse dicimus. que sit ratio:ẽ qa deus uult. hic autẽ interrogemus an dicẽdum sit deum uelle an uero nolle:quoniam quicquid agit uolens aut nolẽs agit:nõ coactus:quia oĩpotẽs aut sup omnia. unde a nemine cõstringi potest nec iuitus reddi. extrinsece oritur ac libenter ab itrinseco. Et quum nihil deum exanger queat:sequitur necessario eum libere ac libẽter operari. Quod si hic irreligiosos poscimus. cur ipsi & alii nunc pñtes sunt & ñ fuerũt prius per mille annos:& dãt operã ad adiscẽdas litteras:nec reges sunt:nequidẽ mechanicis artibus utuntur. Ad quod respõdebũt:quod uolũt philosophiam potius q̃ aliam facultatem proseq. quod si respõdent hoc natura ĩnatum:petimus:cur potius hoc q̃ illud & eos nunc & nõ ĩ aliis tẽporibus generauit. Quaproter dicẽdum est uel quod natura agit hoc necessario:aut libẽter:si necessario:prius ẽ: & si libenter:asserũt:queadmodum & nos de creatione dicimus:hoc est:quod per uolũtatem dei causetur. Attamẽ nos quãplures alias rõnes assignamus ut dicẽdo:qđ sicut deus bonus est:bona uult agere: & de ratione bonitatis debet:& ideo mundum uolendo & non nolendo creauit.

Quare tenemus:& approbamus:animarũ nostrarũ creationem. Cap. cxv.

¶Penes animarum nostrarum creationem aliqua uidetur obscuritas:ꝑ illis maxime qui hec infima respiciũt:dũ enim nesciũt exire extra materiam & formam & earum consideratione:que unibiles ac separabiles sunt:ꝑ generationem & corruptionem:eis arduum uidetur de nouitate rationalis aĩe posse ĩtelligi. Nos uero postquam probamus uniuersalem creationem esse:eo quod omnia extra deum principium habeant:parum de tẽpore aut ĩstanti creationis anime nostre rationalis explicabimus. Tamen id quod melius est accipimus. Si eni anima nostra in pricipio mũdi est creata:uidetur sine ꝓposito ee:eo quod perfectionem suam nancisci nequit:donec cum corpore uniatur:& quod nequeat prius pfectionem suam adipisci patet. Quia aut quod causa alicuius perfectionis aut imperfectionis unitur:non imperfectionis:tũc enim nollet se cũ corpore unire:igitur perfectionem expectat. Quocirca de ratiõe debet principium habere in eo tũc quando hoc corpus est organizatũ uel dispositũ ad se cum aia uniendum. Et quod aia nõ sit prius creata:pluribus experiẽtiis comprobat. quũ enim simplex & incorruptibilis sit:penes quascũq; naturales rationes recordaret de illo:quod uidit aut intellexit:anteaq̃ corpori uniretur. Sed quia nullius reminiscit:patet nõ fuisse pri9:hoc est:anteaq̃ esset corpori unita. Et de hoc auctoritatem Aristotelis habemus dicentem. ¶Principio anima nostra siue intellectus est tãquam tabula rasa in qua nihil est depictum:pariterq; uidemus in illis quos spiritatos uocamus:qđ spiritus multa dicũt:que ab antiquo extra corpus illud uiderũt. Et ita quoq; anima nostra faceret si prius esset creata q̃ istud corpus generatum fuisset:in quod ipsa ĩfundi debet. Sed ad euitandam prolixitatem alias ꝓbationes de anima dimittam:eo quod in quarto libro huius uoluminis erit sermo precise de anima:& ibi deo auspice quid anima sit demonstrabimus:& quod simplex:ingenerabilis. & incorruptibilis: tũ ẽt quod plures sint rationales anime.

Quod nos nõ destruimus philsophiam nec eius principia sed potius approbamus & conseruamus eam in proprietate sua. Cap. cxvi.

¶Hebreus ille de quo superius mentionem fecimus uult querimoniis ostentare:nos omnem philosophiã & sua principia deuastare:& idem ostendit se credere:quod aristoteles de nouo philosophiã fecerit. nec uult quod dicamus deum creauisse mundum. Et in hoc errore quãplures irreligiosi inciderunt: credẽtes:philosophiam esse solũ illud:quod Aristoteles dixit:& quod philosophia per ordinationẽ Aristotelis sit. Ipse tamen Aristoteles aliter sentit. Asserit enim:quod per nostram affirmationem aut negationem:nihil sequitur in re. Et itelligitur:quod nos affirmando uel negando non facimus res ueras neq; falsas. Et sic Aristoteles tantũmodo enarrabat condictiones:que sibi proxime:seu uere in natura uiderentur. Ait etiam quod intellectus noster se habet circa naturam aut manifestissima natur:sicut oculus nycticoracis ad lumen solis. & alibi illud quod scimus:est minima pars illorum que ignoramus. & q̃uis Aristoteles multa bona dixerit:nos non tenemur eum assequi. sed nonnulli suorum sequaciũ ignari penitus:dum aristoteli opponimus detestantur:inferentes:quod nos cõtra multa per se nota ꝓcedimus. Nos uero: quemadmodum & in alio loco uidebimus:omnia principia intelligere uolumus nec ĩmerito. Et in hoc passu semper irreligiosi philosophi tedio afficiũt:quia dum eorũ principia ab eis plerunq; presupposita denegamus:nesciunt illa probare:nequidem alia inquirere: Iccirco communiter & quasi semper sequaces doctrine irreligiosorum presupponũt ueras esse eorum premissas:aut pricipium ab eis assumptum. Quoniam autem ipsi nobis impugnãt:nos quoq; eis merito aduersari debemus:ma

xime tenendo:deum tanq̄ opificem uel auctorem. Et alii habent Aristotelem plura presupponentem: eo quod ipse quodámodo determinate scribit. Si homo est:igitur substantia est: & postmodum non p bauit necessarium nec manifestum:quid substátia:& quid accidens:qualiter uno modo:& qualiter alio: nisi quod presupponit & narrat ea tantum. Et dicendo substantia non recipit magis & minus: nos utiq; palam uidemus unum hominem maiores atq; magis perfectiones recipere:q̄ unus equus:& etiam quod unus homo plus alio homine:& quod nullus homo per se manet: q̄uis iste homo & ille homo hic equus & ille equus substátia sint. Rursus sequaces eius habent:nos non uidere substantiam:nec aliquo sensu sentire. Et Aristoteles tenet:quod non possumus aliquam sciétiam nancisci nisi uia sensuum. constat itaq; ipsum non probauisse:quod homo sit substantia. Nos enim uidemus homines. Et si illa que ui demus accidentia sunt:accidentia:& non substantia. erunt homines. Que uero accidentia:& que substantia sint:alibi oportunius demonstrabitur.

Responsio ad alios opponentes contra legem ueluti Galienus. Cap. cxvii.

¶ Alii etiam:ut galienus:Mosen:& sequaces dei:redarguunt:ita inferentes. facile est quibusq; questionibus respondere taliter dicendo:scilicet:quia deus uult:hec autem nō est ratio:& ideo assignari oportet cur quelibet res:& qua ratione se habeat uti nos agimus. exempli gratia. Si petimus cur oculi palpebras teneant cum superciliis:respondendo quod deus uult:non uidetur ad petitionem satisfieri. hic uero intellectis terminis:aut ambarum partium intentionibus:facile conuenire possumus:& cognoscere:sicut irreligiosi petunt:de mediis operantibus iussu alicuius alterius. Et religiosi de principio & fine respondent. Quoniam autem nemo adeo iniquus est:quum concedat naturam esse illam que intrī sece laborat:aut ita q̄ nos uidemus exponit. & talis natura ñ est pría materia nec forma:hoium:clemētorū neq; celorū:sed suprema natura:quā nos deū noiam9. & qa suprema:& pría:nullus eá cōprimere pōt. iccirco liber agit qcqd agit:& quia liber:libēter. At qa bonū appetit bonū opari:deus bonū agere debet:tamen libere:quoniam ad beneplacitum. & hac de causa postq̄ religiosi experti sunt hunc hominem non posse per se esse:nec aliquid noui producere:nisi inquantum aliquid operatur iuxta ordinē dei:quem alii appellant naturam:attenti sunt ad primum principium & finem rerum: hoc est qd deus uult:uidelicet:quia deus solus talem ordinem statuit:& in prouidentia sua omnia sustentat. nec quispiam id aget. Adducimus:quod frustra fiunt per plura que possunt fieri per pauciora. & super hoc fundamento:quod uerum & infallibile sit plura de mediis contingentibus describere possumus:quemadmodum & irreligiosi.

Quomodo religiosi dicant deum creauisse mundum de nouo:& non quod de nihilo fiat aliquid. Cap. cxviii.

¶ Quamplures impediti restant penes auctoritatem Aristotelis dicentem ex nihilo nihil fieri. Ipse enim de hac propositione nihil declarauit:& quo ad ueritatem diuersimode intelligi potest. Iccirco tenetur Aristoteles aut sequaces eius ad probādum siue ostendendum:quo pacto hec dicta ualere queāt: & contra nos efficacia esse:de creatione agendo. Ibi enim unum principium interseremus. Vnde non nihil absolute neq; intelligimus ut causam efficientem:proprie aut cōmuniter dictam:que unum accipit & deinde aliud agit. quia in creatione non ita se habet. hoc debuerat Aristoteles probare & declarare ne sequaces eius in dolo uel indeterminate manerent.

Quo pacto creatio de aliquo facto intelligatur & non de nihilo. Cap. cxix.

¶ Quid competat philosophis & religiosis super hac propositione probare: quod de nihilo nihil fiat:& etiam quo pacto causa efficiens accipiatur:iam superius explicauimus: & in huiuscemodi passibus non tenemur respicere:tanquam in auctoritatem dicta Aristotelis:immo potius econuerso. Ipse enim multa aduersus legem testatur. Deinceps dicemus:qualiter creatio de aliquo intelligatur: & non de nihilo precise:& postmodum:quatenus causā de qua omnia dependent accipiatur. De nihilo nihil fit bene ac uere sonat. Sed hic non dicitur non potest aliquid:quod est aliquod nouum agere: quod prius non erat:& in hoc modo nos dicimus deum per potentiam & uoluntatem suam nouum mundū creare:qui antea non erat. Et hic non habemus nihil per principium nisi deum: qui est perfectissimum fundamentum atq; omnia comprehendens. Verum est quod ex parte creaturarum nō erat aliquid: sed ex parte dei sunt omnia necessaria ad creandum. Quia omne potens ac per se potest dare nouum esse aliis:Tamen hic assignabimus unum exemplum. Qualiter nos qui paruuli sumus possumus aliquid noui agere: quod de se nullam originem aut principium habeat. Hoc modo accipiendo: ego salio saltum unum:pero an iste saltus fuerit in aliquo loco sic uel sic inquantum saltus:& dico quod non. Sed quod precise fuit nouiter productus. Et si dicis dispositionē uel aptitudinē habemus ad ꝓducēdū hūc

saltū:similiter nos asserimus deū eē potētē:aut ualidū ad ꝓducēdū mūdum nouum. Nam quum saltus actus noster sit:pariter & mundus actus dei:& sicut saltus habet nos in originem aut fundamentum:si militer & nos deum in creatione. Quapropter non ex nihilo per partē originis:nec sequitur quod de beamus esse eiusdem substantie cum deo. Quoniam actus saltem extrinsecus non conuertit cum agen te:quemadmodum uidetur in exemplo posito. Quoniam saltus ipse non est de essentia nec de natura nostra:sed tanq̄ res producta extrinsece. Et si inferetur saltus imperfectus est & parū durat. respondet quod saltem est qualitas ueluti qualitates bene uel male operādo generamus:que licet imperfectum ha bent esse iuxta potestatem nostram:& durant usq; adeo ipsas administramus. Nam si semper in saltu essemus:etiam saltus semper duraret. Quocirca probatur quod quū deus semper in uno & eodem in stanti manet:& pfectus est:res pfectas producere potest:ac semp in uno instanti eas gubernare. Nam si ipse cessaret ueluti nos in saltatione agimus:totus mundus deficeret. Sed quia ex parte sua de presen ti tantum agit quicquid agit facile est simpliciter nouum producere:& ipsum substentare. ¶ Aristo teles secundum aliquos expositores in duodecimo methaphysice:uidetur tenere quod prima intelligē tia scilicet deus secundam nouam intelligentiā absq; aliqua presupposita materia ꝓducat: & talē mo dum productionis nos creationem uocamus:qui uero intelligentiam inter res dependentes dignissi mā creare potest:a fortiori uniuersum mundum. Quū de rebus inferioribus ab intelligentiis cōstet:& stante quod Aristoteles dixisset:primā intelligentiā sine alia p̄supposita materia secundam ꝓducere: tenendū est:quod dū dixit de nihilo nihil fieri loquebatur de rebus limitatis atq; agentibus per motū: & non de deo. nā secundū eūdē Aristotelem:deus absq; aliqua sua motiōe mouet. hic autem alii tenēt: quod Aristoteles intelligebat producere effectiue:tanq̄ artifex:& non formaliter:aut quod si formali ter ꝓducebat:deus secundā intelligentiā de sua natura ꝓducebat. Nos uero dicimus quod nulla istarū obiectionū stare potest. Si enim deus secūdā intelligentiam de intrinseca sua natura ꝓduxisset: simili ter & secunda intelligentia fuisset deus:quod longe aliter est tenendū. ¶ Ad alterā uero obiectionē dicentē:quod deus effectiue & non formaliter ꝓducat:ad substentandū eiusmodi opinionē assignare oportet:unde dependeat esse formale secunde intelligentie. Quia si formaliter est intelligentia priusq̄ dependeat efficiēter ab intelligentia prima:tunc sic:aut quod ipsa intelligentia secunda in primo si gno formali est per se:aut formaliter ab alio dependet:priusq̄ a deo effectiue procedat. Quorum neu trum stare potest. Solus enim deus est per se formaliter:& nulla alia res neq; est aliquod ens supra deū: de quo intelligentia secunda formaliter dependet. igitur secunda intelligentia a prima in suo primo si gno essendi dependet. & non per intrinsecam naturam dei:nisi p meram uoluntatem:tanq̄ ad extra:ut in aliis locis latius ꝓbatur. Quia ubicunq; est productio necessaria:productū est simile ꝓductori in in trinseca natura:& q̄a mundus ñ est similis deo in natura intrinseca:patet de libera uolūtate & non in uito uel necessitate ꝓductum. & per uoluntatem solus deus potest aliquid ꝓducere:licet nō de sola uo luntate nisi penes uoluntatē. Quoniā potentia cū uoluntate occurrit:oportet autē necessario ad hoc quod aliquis creare queat:in ipso scire & posse cum uelle equalia esse. Et quū solus deus hanc dignita tem habeat:ipse solus & non alius creare potest.

Quod quum posse uelle & intelligere in deo equalia sint:melior pars ineunda est:& quia ens a se per naturam sine aliquo medio operatur. Cap.cxx.

¶ Forsitan nonnulli dicent:conceditur quod in deo quia ens perfectissimum: uelle & posse equalia sint. Sed nolle illud quod non potest:& quia creare non potest:creare nollet. Sed cōtra hanc obiectio nem iam plura habemus:ab omnibus concessa. Quum deus ens perfectissimum omnium uocetur: & esse & posse atq; alia his similia cum ipso deo conuertibilia. & quia deus per seipsum est & esse potest: ad quicquid uult est potens. ¶ Ulterius res perfectior seu pars semper imperfectiorem precedit:quū autem deus perfectissimus sit & impartibilis atq; in uno solo instanti absq; priori & posteriori: de ne cessitate solum uult illud quod melius est. Tum sic uelle creare est perfectius q̄ non posse creare: igitur posse debet assequi uelle. Quum ista perfectior uia sit:& non uelle non posse: Licet quod aliquid agere in contradictione dignitatis ipsius dei:esset declinatio a potestate & non potestas. Sed creare uel mun dum nouum producere maxima laus est in deo:& ipse semper que meliora sunt agit. Ad facilius ape riendum quid melius sit concedamus omnes:mundum non esse eternum:& quod solus deus eternus: petimus quod melius sit creare mundum an non creare:hic apud omnes responderi oportet:melius eē ipsum creare: quum melius sit esse q̄ non esse:ideoq; deus id quod melius est uellet:& posse suum cum uelle adequatur. Quoniam hec dignior pars est: & in ente perfectissimo minime potest aliter se ha bere. ¶ Et quum in hoc loco simus ad restringendum hāc materiā:optimam habemus dispositionē: taliter ꝓsequēdo:queādmodū creature ī modulo suo ad eē suū se habēt:ita & deus ad suū eē. oēs enim creature siue oia depēdētia:quū nō p se sint:sed ab alio depēdeāt:& ī eo quod depēdētia uaria īter se colligata sunt:de hoc sequit̄ necessario:q̄d ī opibus mediū opandi querāt:q̄a quū p se nō sint:nequaq̄

per se simpliciter operari possunt. Nam sicut ad esse occurrunt aliqua media extrinseca: & non pro
prie intrinseca per se ad conformitatẽ: dum opari debent: oportet quod ad illud opandũ de hoc acci
piant: & illud agant: quum enim principiata sint ex eo quod idem est depẽdẽtia: & principiatũ: decet
quod semp in aliquo fundamento manente assistant ad hoc quod opari queant. ¶ Nunc uero ad al
teram ptem p se deueniamus. Vnde necessario confiteri oportet: ens p se sine aliquo medio ad extra
aut unione naturali intrinseca uel extrinseca cum alia re. Quod sicuti ẽ per se sine alio: per se sine alio
operatur: nãq; aliter nullatenus ad conformitatem nature ipsius oparetur. Quoniam immediate esse
& mediate operari incongrue se habet: & consequenter in nobis absurdum esset ponere in aliqua re
illud: quod a natura non decet. Vnde apertissime circa naturalia merita probatur: quod deus in operi
bus suis non assumit de una materia seu re ad producendum alteram. Iste enim ordo de rebus depen
dentibus & non de re per se presupponit: quod si irreligiosi ad cognoscendas rerum naturas non at
tigerunt: que nam ab eis in his infimis probatio adducitur: ad ostendendum: quod deus nouum crea
re nequeat: quum nullo medio in opibus suis indigeat: nisi intrinseco uelle tantum. ¶ Et hic aliquã
possumus applicare similitudinem: & in primis unam auctoritatem pauli & alteram Aristotelis pone
mus. Paulus per ea que uisibilia sunt ad inuisibilia deuenimus. Aristoteles autem primo physicorum.
que sunt clariora apud nos sunt ultima circa naturam. Et si oportet quod de magis ultimis aut im
perfectioribus ad perfectiora & in natura sublimia procedamus: iuxta has sententias religiosorum &
irreligiosorum simul conuenientes exemplum conforme seu significatiuum ad creationem ponemus.
In pluribus hystoriis proborum uirorum de quibusdam hominibus legimus: qui in nomine dei tantũ
sine alio medio de morte in uitam resuscitati sunt: & non solum in lege ueteri seu mosaica & lege chri
sti: immo & alii: qui neq; hebrei neq; christiani erant nisi serui omnipotentis dei suo nomine mortuos
resuscitabant sicuti de apollonio theoneo philosopho legitur. De bramanis etiam ob eorum bonita
tem in assidua diuini numinis contemplatione manentibus multa miracula legimus que egerint utpo
te quod a terra in contemplatione subleuati: & in iisdem miraculis ut de operibus christi in euangelio
cantatur tantummodo uelle dei occurrit: uti christus dicebat: lazare ueni foras. Qui & in hoc resusci
tatus. Si autem opponeres: quod hic non post nihil aliquid sit nisi de mortuo uiuus: respondetur: quod
nunc de modo operandi mediate aut immediate loquimur: & in resuscitando mortuos non solum sit
illud: quod natura fieri non potest immo & sine medio factum. Quum autem a deo facile sit uelle crea
re q̃ uelle mortuum resuscitare & cuncta hec solo uelle dei intrinseco fiunt: dato uno aliud est conce
dendum: licet nouum creare perfectius sit tanquam perfectissima & notissima circa ipsum deum: quo
niam resuscitationes eo quod infimiores apud nos sunt: omnino clariores: per hec tamen ad sublimia
deueniendum est. ¶ Insuper secundum Aristotelem deus siue prima intelligentia primum celum mo
uet non ui corporea nec aliquo uirium tactu ad corporalium similitudinem: nisi quod sola intelligen
tia & uelle mouet: a qua quidem prima intelligentia totus mundus gubernatur: nam deueniendum est
ad primum motorem de quo omnes motores mouendi uirtutem assummunt. & quia concesso ab om
nibus deum per intellectum mouere celum: oportet etiam confiteri: quod nouum creare potest nulla
materia anteposita. Quum enim perfectissimus & infinitus sit perfecte intelligit: quid sit nouum pro
ducere: & quia habet posse & uelle equalia cum intelligere: sequitur quod nouum potest creare.

Quonam pacto quidam homines per maximum quid assummant: dum audiunt contra Aristotelem aliquid opponere: & ꝙ cum Aristotele ipso religiosi conuenire nequimus. Cap. cxxi.

¶ Nonnulli debiliter respicientes: qualiter res se habeat: pro re maxima accipiunt dicendo: non te
neo aristotelicas auctoritates: quocirca plerisq; minantur asserentes: si hoc dices in studiis lapidabũt te.
Quinimmo qui talia ꝑferre inter religiosos audet: quodãmõ paganus reputandus erit & non uere re
ligiosus: quia simile sibi simile appetit. Et hic non satis est inferre: quod in philosophia oportet Aristo
telem tenere. Si enim lex uera est ab ipsa oportet: quod fundamentum philosophie accipiamus. Vnde
aristoteles non est ad ꝓpositum nostrum neq; est licitum approbare eum: dum nõ capit itẽtionem sub
creatiõe fundatam. Et quis nominãdo philosophum p excellẽtiam de aristotele itelligatur penes anti
quam cõsuetudinem: fortasse si quis recte cõspiceret: quid ꝓprie philosopho comperat: aliter iuenire
tur eo: quod philosophus clarus esse debet & nõ obscurus ambiguus uel cautelosus. Quod si quisquã
iter sapiẽtes cautelose & ambigue scripsit: aristotelis pricipatum obtinuit: ut i scripturis uite eius de
mõstratur. Attamẽ iquãtum plura tetigit pre ceteris philosophis & etiã iquãtum plurima deseruit. In
ter irreligiosos merito primus philosophus est nominãdus. nõ tamẽ i uia aut cõsuetudine philosophã
di: & quod plus ueritati q̃ aristoteli iherẽdum sit: p eũdem demonstratur admonẽtem: amicus platonis
sed magis ueritatis: & nos utiq; nõ magis tenemur aristoteli q̃ ipse platoni: & q̃uis pleraq; deseruisset:
plura ẽt ab eo abscõdita: Quia tãq̃ mercator uerba sua elimabat: & reuẽdebat. Iccirco siqs ea cõplecti
uoluerit: decet cũ sudor & tpis iactura acq̃rat: dũmõ ipa adipisci poterit. Sepissime enĩ uerba aristotelis

diuerſimode ſonare uidentur:quod utiq; a uero aut mediocri philoſopho fieri non debet.nam ſi aliquā utilitatem dare uoluerimus:quanto citius tanto melius.& res omnimodo obſcure & ambigue difficiles ſunt & tarde:ut ab aliquo comprehendi queant.

De eodem.

¶ Quidā uero aſſerunt.Veritas nō īpugnat alteri ueritati.lex diuina eſt uera: & philoſophia uera. igit ſimul ſtare poſſunt.Iſta ꝓpoſitio ſiue argumētū abſolute aſſumptum bene ſonat.Sed nos petimus de quali philoſophia itelligat.An de philoſophia a lege ſeu creatione depēdēte:an uero de eterna ſiue abſq; principio:ut Ariſtoteles inqt.Si de philoſophia depēdēte a lege p creationē:ſi una pars eſt uera altera ſimiliter erit uera.Sed eterna & principiata oppoſita ſunt:& ga contraria nullatenus ſimul poſſunt eſſe uera. ¶ Quod ſi opponeres extra hoc pūctū creationis oēs ꝓpoſitiones Ariſtotelis cū lege ſtare poſſunt.hoc idē eſt ac ſi diceres p̄ter oīa dicta Ariſtotelis cum lege cōueniūt:nā de creatiōe non tm̄ de una re itelligimus:niſi de oīb9 extra deū.& hinc ortū hēt qđ deus oīpotēs ſit:aut nō: & oīa adminiſtret & pfecte itelligat.aut nihil p̄ter ſeipſum & primū celū.hinc ortū habet:qđ aīa nr̄a imortalis ſeu icorruptibilis ſit uel generata & corruptibilis. ¶ Hic fundatur:quod poſt hāc uitam ex bonis operibus iſtic edificatis remunerandi ſumus:& ex malis cruciādi:uel nihil mali aut boni habituri:& in ſimilibus principalibus lex cū philoſophia Ariſtotelis differt.& ideo nō poſſunt eſſe ſimul uere & licet in modo uidendi uel audiendi in hoc loco conueniamus.Quū in primis principiis de quibus uidere audire & omnia alia dependent diſconuenimus:nil penitus ualet iſta parua atq; infima conuenientia.

Quatenus lex noſtra per propoſitiones neceſſarias & per ſe notas ſcientia ſit:& non opinio. Cap.cxxii.

¶ Vt uideamus utrū lex uniuerſaliter aſſumpta neceſſarias ꝓpoſitiones p principia ſua habeat:deueniēdū erit ad primā rerū originē.Quia quēadmodū i aliis locis declaramus ibi tota difficultas noſtra cōſiſtit tali mō ſiquidē a ꝓpoſitiōibus neceſſariis diſcurrēdo ichoabimus. ¶ Prius eſt eē q̄ nō eē.Prius pfectū q̄ imperfectū.Aliquid agit aliqd.Perfectū ens ſatis pfectā rē extrinſece ꝓducere poteſt: ut ſuperius demōſtrat:& ad cōformitatē potētie ꝓductoris oīa principiū ſuū natura expetūt: & ſecum uniri optāt.Etiam neceſſario oīa tenent obedire & laudare cauſas:p quas ſunt preſerti primā:quia principalior & ceteris preſtantior.Similiter totus mundus ab una ſola cauſa depēdet.Vnū ſolū ens eſt per ſe:& illud ſolū purus & pfectus actus.Eternū ſine principio ſine & medio diſcurſiuo dicit.He ſiqdē ꝓpoſitiones ſaltē apud oēs ſapiētes note & neceſſarie.Quod ſi eas reſpicimus:palā inueniemus leges ſeu ordinationes a deo creaturis illatas.Et inueniemus principiū mūdi atq; unū ens tm̄ eē eternū.Ab Ariſtotele dumtaxat i hoc paſſu poſſumus intētionē ſuā accipere:q manifeſte tenuit de mūdo nō haberi principiū.Quoniā aſſerit oīa a prima cauſa dependere:& quod prima cauſa ſit actus purus ſine aliqua compoſitione:dicit:prima cauſa eſt dignior quibuſq; aliis entibus in eſſe & unitate:quoniam omnia ab ipſa eſſe & unitatem accipiunt.Scientia dei cauſat res.Sed noſtra a rebus cauſatur.Omne mouens naturale mouendo mouetur. ¶ At nunc uidere poſſumus:quid dicta Ariſtotelis ſignificent: & taliter inchoabimus.Cauſa manifeſte dicitur reſpectiue ad extra uel extrinſece.Quoniam ad aliud refertur. Et diffinitio primi entis propriam diffinitionem habet per intrinſecam & non extrinſecam naturam. & ideo dicendo primam cauſam neceſſario intelligitur:omnia alia poſt ipſam eſſe. & quia non de natura eius,ibi eſt diſtincta ſeparatio.Cuncta enim cauſata ſunt deo extrinſeca:& quia extrinſeca nullo pacto poteſt eſſe naturalis dependentia.Vnde uoluntariam eſſe oportet.& ſimiliter ut ait dependere manifeſtat principiari.Quia dependere dicit:ab alio originari in primo eſſe. Et hic adducere poſſumus. Scientia dei cauſat res: & a prima cauſa eſſe & unitatem accipimus. Preterea omne mouens naturale mouendo mouetur.Et deueniendum eſt inquit ad unum primum motorem:qui ſic mouet: quod non mouetur.igitur deus uoluntario & non naturaliter mouet.Quoniam uero ſemper deus eſt:& ipſe maximus potuit aliquod nouum producere.Attamen non adeo perfectum uti ipſe eſt. nam prior plures dignitates q̄ poſterior nanciſcitur. Quapropter ſicut ſibi ſoli competit actum purum eſſe:etiam eternum competet.Quia ubi plura inherentia aut compoſitiones extant:non poteſt ibi eternitas fundari.& dicendo prius eſt eſſe:q̄ non eſſe.& perfectum prius imperfecto intelligitur:quod mundus non ſit poſt non eſſe:immo poſt ens perfectum & eternum.Quoniam non eſſe non habet prius nec poſterius. nequidem inſtans preſens eo:quod priuatio & carentia dicitur. ¶ Ceterum omnis uniuerſalis cauſa tradit leges cauſatis. Deus eſt uniuerſalis cauſa. igitur leges cauſatis ſeu ab ipſo dependentibus impendit.Quod ſi negatur:faciliime pōt maior ac minor probari.Nā ꝙ deus cā uniuerſalis ſit: apud oēs cōſtat eo:qđ oēs dii aut dii uocati ab uniuerſali adminiſtratione atq; cōi bono hoc nomen aſſummūt. Prima cauſa ſeu ens primum & actus purus eſt huiuſmodi: ergo inferioribus leges ſtatuit & admi-

nistrat. ¶ Prima siue maior uel quod omnis uniuersalis causa causatis leges tradat: atque ipsis administret sensibus: comprobatur. Namque omnis causatio est super causato ordinatio seu dispositio. & legē nil aliud esse dicimus: q̄ ordinationē inter superiores & inferiores. Deus secundum sententiam omniū sapientium est prima causa atque utilissima: & sub tali intentu de eo loquimur. proculdubio manifestat: φ ipse precise suis dependentibus leges super omnes alias causas impendit.

Quod uisis his principiis coacti sumus tenere legem. Cap.cxxiii.

¶ Visis his fundamentis & aliis necessariis principium mundi probantibus oportet cōcedamus & cōfiteamur: legem esse scientiam & non opinionem eo: quod necessaria principia per se nota habet. nam probato mundi principio aut eius dependentia probamus nos debere orationi cause. ex qua dependētes sumus & non tantum uia naturali immo naturali & uoluntaria omnes natura principium nostrum tenemus: & appetimus. & propterea philosophi irreligiosi per hanc uiam iuenerūt: quatenus nō possumus felices esse aliter: q̄ per unionem cū prima causa idest cum intellectu agente: quanquā ipsi decepti fuerant dicentes & credentes posse in hoc mundo uniri: Quod nullo modo esse potest. Quemadmodū in quarto libro tractando de anima demonstrabitur. & ista unio aliquo modo oportet quod sit: & eam nos legem appellamus. Sed sicut obscurā nec oībus cōmunē inuenimus ad uoluntariam legem pertrāsimus: quis natura nos illam inuestigare edoceat. Principio enim inueniendo mundū ad extra dei aut non de eius substantia cognoscimus ipsum esse creatū per uolūtatem prime cause & non naturaliter. Quamobrē pariformiter de lege intelligendum erit. Non enim subditis cōpetit leges agere: quibus mediantibus suis dominis inseruiant: immo domini inter ipsos & subditos suos leges regulas & institutiones agunt: per quas se cōmunicare debeant. & quia natura nostra non est adeo digna quod uoluntatem dei percipiat: ut experientia comprobatur. decens erat deum reuelasse nobis sua archana & uiam: qua possimus ad ipsum peruenire. & hec est propria lex inter deum & homines. nam quemadmodum rationales sumus: legem distinctam & rationalem petimus. & postq̄ hoc nobis est manifestum: decernimus qualis lex uera sit. Quia q̄uis fere omnes natura cognoscant debere ad orationem causas ex quibus dependent: quidam adorauerunt celum: quidā solem & aliqui lunam: & taliter discurrendo. Iam uero omnes cōmuniter cognoscentes unam esse primam causam. Videmus que lex in se dignior sit: & auctoritatibus amicorum dei conformior. De lege autem nullum est dubium: ergo est scientia: & q̄uis nō probemus precise quecunque legem insequunt. sat est principia propalare. Quod ab irreligiosis nō fit. Et sic non est asserendum in naturalibus tria esse principia: scilicet materiam formam & priuationem. Quoniam illic diuina prouidentia tanq̄ principalis causa occurrit. Quia aliter non dependeremus ab ipsa: q̄uis hec tria itelligamus in generationibus & corruptiōibus unionis: que sunt cōmunes nature & nō de primo simplici esse. Quocirca maxima inest distātia iter ista principia ab irreligiosis philosophis posita: atque inter prima a deo depēdētia. Et dicēdo deueniēdū eē ad primū motorē a quo oēs dependemus affirmamus iter ipsum & nos legē cōsistere & sciētia dei causante res eiusmodi sciētie obediendo lex resultat. Deus ē nobis prior & sub ipso degimus. igit legē necessario ab eo illatā poscimus. Deus ē cā prima. Quūque oia alia causat necessario: oia causata debēt causatori parere. & obedientia laudabiles atque optimas regulas expectat: & tales regule lex sunt. Vñ patet q̄d necessario legem a creatore nostro nanciscimur. & iccirco non est opinio sed uera scientia eo quod necessaria & optima.

Quo pacto Aristoteles in moralibus scribens confitebatur manifeste legem a deo illatam atque uoluntariam. Cap.cxxiiii.

¶ Oēs hoies natura deducti ad tractandū de bene ac beate uiuēdo fumositates fantasiarū destituūt. & ideo oēs de rerū natura scribētes debēt iterdū de moribus hoium aliquid annotare. Quēadmodū enim moralitas est propria facultas nostra: tractādo de ipsa palā cognoscimus. Quid simus & q̄d possimus. Moralitas enim de uirtutibus meritis & demeritis ac de bono & malo aīe & corporis infert. Quo circa facile nobis demōstrat: q̄ fragiles simus: & q̄ assidue diuino auxilio idigeamus: & hic docemur obedire & deū orare. Verūtn̄ i naturali philosophia uel i alieis naturis tractādo: quū nō sit nobis ꝓpriū uarias temeritates cōmittimus. Itaque a ꝓpria natura semoti i multos errores labimur: qa nō ē nostrum iudicare: q̄liter mūdus se hēat i depēdētia ex pria cā: nec q̄uo materia & forma sint i prima uniōe: nec si celū ē motū p ītelligētiā uel suā itrinsecā & ꝓpriā naturā. ideoque Aristoteles donec i alieis naturis scripsit: legē atque uniuersalē dei itelligētiā ad plura & plures quoque aīas nr̄as eē denegauit: & libertatē i pria cā eē abnuit. At uero i moralib9 q̄cūque legales tenem9 cōcessit: post uarios itaque discursus ut arbitror q̄ meliora & tutiora erāt uēdicauit. ¶ Tractādo de ꝓprietatib9 elemtorū ait. Aīa īfundit corpori iussu dei: & si iussu cōsequēter p uolūtatē: & i rebus sibi extrīsecis itelligit: & curā ipsarū hēt. Tertio ethycor. hō inqt: ē pricipiū suaꝝ opationū. ibidē bonū uolūtariū ē illud: q̄ ē simpliciter ē bonū. Vltra. nos sumus domini nostrarū operationū ex principio usque ad finē: ubi nos liberos eē affirmat. Et q̄d deus

maxime operetur libere. Ipſe enim ſolus ſimpliciter bonum agit. Quinto eiuſdem libri inquit. Sacrificare diis ſimpliciter eſt naturale. Sed ſacrificare huic iſti uel illi eſt ad placitũ. Et hic aperte cõſitet legẽ: quo ad naturam & artem. Primo polyticorum naturam ait omnia animalia preter hominem feciſſe: & ibi de homine quemadmodum & nos denunciat. Quinto principem deicolam eſſe debere. ¶ Sexto quoq; polyticorum oportet in ciuitate aliquos eſſe curam deorum habentes: utpote ſacerdotes: in quo leges approbauit. Tractando de regimine principum Deo nihil eſt difficile: & ſine ipſo nihil eſt poſſibile fieri: uel poſſideri. Religioſi uero nil aliud dicimus de potentia & prouidentia dei. ¶ In eodem libro tunc homines regem timere ſolent: quando uident ipſum timere deum. Quod ſi timere debent: oportet ut legem habeant: qua eum aſſequantur. Idem deus glorioſus nihil ocioſi uel uacui egit in rerum natura: & hic conſitetur deum ſuper naturam eſſe: & quod ipſe omnia intrinſece & extrinſece operatur. & non ut alii ſequaces Ariſtotelis intellexerunt. ¶ Tractando de bona fortuna dicit. Deus bene uidet preſentia preterita & futura: in quo ueluti & nos aſſerimus teſtatur: ac ſuam intentionem aperit: quod ſit in preſupponendo: quod deus uidet omnia ſiue intrinſeca ſiue extrinſeca. ¶ In libro de pomo & morte ait. ſepius philoſophia uidet mihi res diuina. & iſte titulus libri cõformatur cũ pricipio: quod nos tenemus de ingreſſione mortis in primo parente: & uidetur ſibi quod philoſophia ſit res diuina: ex quibus dictis & auctoritatibus conſtat: quod deum adorauerit. Tum ſeptimo politicorũ anima precioſior eſt corpore & omni poſſeſſione & oibus aliis bonis. Deinde felicitas perfecta eſt uſus uirtutis. Vnde conſtat Ariſtotelem animarum opera & non corporum cõmendare. Et de pomo & morte ait ſapiens debet letari & non dolere de morte ſua. Et ſi ipſe gloriam anime poſt mortem corporis non expectaſſet: nequaquã dixiſſet. Quod de morte letandum ſit. Itẽ ait philoſophia docet homines ſuum cognoſcere creatorem. Et hic creationẽ concedit: & quid de creatore noſtro habituri erimus explicat. Et hec cognitio lex erit. In eodem libro. Beata aia que non fuerit infecta prauis operibus huius mũdi. Preterea. Ve anime peccatrici: que non habet poteſtatẽ redeundi in locum ſuũ eo quod turpia opera corporibus delectabilia aſcenſum eius ſurſum impediunt. Quod ſi non teneret niſi unicum intellectum uniuerſalem: aut ſi anima eſſet corruptibilis: non poſſet hoc dicere. Si enim unicus & eternus impediri nequit: nec corruptibilis anima i celum aſcendere: q̃uis hic bene uiuat. Iccirco tot circumſpectis decet Ariſtotelẽ irreligioſum approbare & Auerroym tanq̃ iniquũ. Demum tenendum eſt: quod iamdũ hic Ariſtoteles de moralibus ſcribebat: ſenex atq; in pluribus expertus erat.

Quod plura ſundamenta in lege noſtra tenemus. Cap. cxxv.

¶ Quidam arbitrantur quod nos preciſe incipimus deducere legem noſtram a chriſto poſt aduentum ſuum: & quod ipſam ſine alia priori conſideratione capimus: & proculdubio longe aliter nos habemus. nihil enim citra precipuum fundamentum aſſummimus. Iccirco poſtquam plurimas propoſitiones de lege neceſſarias cum pleriſq; aliis cum chriſto colligatis habemus tanq̃ firmiter tenenda eſt. Vnde per longum diſcurſum affirmare poſſumus: aut quod chriſtus fuerit extreme uerus: aut extreme falſus: non extreme falſus: Quoniam ſecundum quod apud omnes nationes innotuit plurima bona peregit nec in eo quicquam mali reperierunt: ut in lege per eum ordinata apertiſſime demonſtratur & quia extreme bonus non poterat omnino mentiri: ipſe quoq; multa dixit que nos in lege obſeruamus: igitẽ neceſſario uera. quapropter lex eſt ſcientia & non opinio nequidem confuſa credulitas.

Quo pacto fides intelligatur & quod in quibuſq; rebus fidem habemus. Cap. cxxvi.

¶ Forte hic aliquis dicet fidem non poſſe naturalibus mediis probari quia ſecundum plurimorum ſententiam fides eſt illud quod nec uidere nec tangere poſſumus at nos dicimus fidem preciſe ſumptã intelligi pro re indubitata cum probatione uel ſine probatione. Attamen nulla res eſt cui talem fidem adhibere debeamus quin prius habeat aliqua demonſtratiua principia in quibus fidem noſtram fundamus. nemo enim ſaltem in hoc mundo uiuendo in ſphera ignea extitit nihilominus dicimus haberi ſciẽtiam quod ignis in ſphera ſua ſit calidus leuis & rarus quandoquidem per partes igneas quas uidem⁹ propenſius diiudicamus quale fundamento eius ſit non uidemus ſolem ſuper hemyſpherio quod nos inferius uocamus ſed dicimus quod ibi lucet & calefacit ſicut dum in noſtrum hemyſpherium peruenit pariterq; de lege diuina aſſũmimus. exempli gratia moſes in nomine dei altiſſimi mare rubrum aperuit ut populus iſraeliticus pertranſiret. chriſtus redemptor mortuos reſuſcitabat & de quinq; panibus paruulis quamplura hominum mi'ia ſatiabat. aquam in uinum conuertebat & alia plura huiuſmodi miracula agebat & hec omnia ſolis uerbis ſine aliqua medicina uel artificio. Et uiſis ſimilibus operibus argumentum accipimus Chriſtum omnino uerum meſſiam in lege promiſſum fuiſſe: quibus omnibus congregatis quendam fidelem habitum agimus: ſcilicet quod Chriſtus uerus redẽptor & non fictus erat. Quod ſi dicis hanc fidẽ eſſe de illo: quod non uidemus. Reſpondetur qđ ẽt credim⁹:

quod sphera ignea sit calida. Quia dicimus omnis ignis ē calidus & omnis homo rationalis: & de hoc scientiam habemus: quis nemo nostrum uideat omnes ignes: nequidem omnes homines. Sed per partes fundamentum a quo emanant iudicamus eo magis: quod fides i qbusqꝫ certitudinib9 nostris occurrit. Si enim cinerem uel lignū ad carbones redactum cernimus: dicimus ignem ibi interfuisse: & hoc ꝑ scito tenemus: quanꝗ ignem ipsum minime uideamus: tā & si quandoqꝫ nō credamus soli uisui & manibus: proinde tangimus ad maiorem certitudinem: an cinis sit illud quod uidemus uel alia res: & tangendo certiores efficimur: de quo exemplum in uerbis Christi habemus dicentis ad discipulos. Tāgite & uidete. Quia spiritus carnem & ossa nō habet: sicut me uidetis habere. Qui etiam thome dixit. Quia uidisti me thoma credidisti. Hic uero non tantum Sanctus Thomas oculis inspexit: immo & ad maiorem certitudinem manibus tetigit: in quo per sensus discipulus certior factus fuit: quod erat Christus magister eius. Quinimmo in illo instanti in eo quod uidebat: sine dubio credidit ipsum esse uerum deum & hominem. Quocirca non per solam fidem sine monstrabili fundamento est lex nostra: ut non nulli sibiipsis persuadent: nam si per solam fidem sine aliquo monstrabili fundamento esset: tunc fuisset irrationabilis opinio: quod secus se habet: quum omnes perfectiones in lege nostra per suū intrinsecum fundamētum adinuenimus. Christus quoqꝫ cum discipulis loquens ait. Hoc dico uobis: priusꝗ fiat: ut quum factum fuerit credatis: & hic factum propter opera sensibus manifesta accipiebat. Quocirca probatur nos posse de illo quod uidemus uerā fidē hēre. Similiter & alibi ad iudeos. Si nō creditis mihi: operibus meis credite: & eius opera uisibilia erant.

In quo fides a spe differat. Cap. cxxvii.

❡Fides a spe & ceteris uirtutibus differt. At uero magnam cum spe concomitantiā habere uidetur: ꝗuis semper spes de futuro intelligatur: siue de illo: quod habituri erimus. Et fides de preterito presenti & futuro intelligitur: Quemadmodum in articulis fidei demonstratur dicentibus. Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi & terre. & itidem in dei filium credimus: & in spiritum sanctum: & sanctam catholicam ecclesiam. & dicendo creatorem celi & terre de preteritis operibus intelligimus. Similiter & in sanctam ecclesiam credendo de ordinationibus in ipsa iam factis percipimus. Credim9 christum de maria uirgine natum: & deinde mortuum & sepultum: & quod postmodum a mortuis resurrexerit: Quod utiqꝫ de preterito intelligitur. De presēnti credimus: qđ sit deus pater deus filius & deus spiritus sanctus: non tres dii sed unus deus. & credimus semper deum fuisse ac fore: uti nūc est. Et hic fides pro credito assummit: ueluti in symbolo athanasii patet dicēte. Quicunqꝫ uult saluus esse ante omnia opus est: ut catholicam teneat fidem: & subdit. Fides autem catholica hec est: ut unum deum i trinitate & trinitatem in unitate ueneremur. Et credere quod deus sit & tres persone in una sola unitate: non est spes: nisi quod ab illo spes beatitudinis oritur: arguendo de bonis operibus bonū ē sperandū: Fides idest credere in deum & opera eius est bonum opus. igitur debemus spem de gloria pro fide nostra consequi. Tamen decet quod legem seruemus uti ipsa iubet. Nam fides sine operibus mortua est. Quemadmodum Sanctus Iacobus testatur. & sic interdum possumus fidem habere: & non spem. Quia licet credamus: quod christus deus & homo ac uerus humanorum redemptor. Si male operamur nullā spem de gloria habere debemus. Quum ipsemet christus dicat: quod pexími in inferis sepellirentur. Tenemus in fide nostra: aut credimus: quod isernus sit. nihilominus nullam spem de ipso presupponim9. Quoniam de malo nulla est spes nisi timor. ❡Angelus damnatus credit deum esse omnipotentem: tamen non credit precise quod bonus sit. & quia de bonitate dei dubitat: in perpetua damnatione iacet. Et ideo fides uera gratia uel donum dei est: pleriqꝫ enim ad ueram legem non attingunt. & qui uera lege carent: fide quoqꝫ uera carebunt. Lex enim a uero creditu uel fide oritur. Quapropter si falsum credemus: falsam legem possidemus. & quod in uera lege maneamus: est utiqꝫ maximum dei donum. Et quia fides fundamentum legis est: manifeste ipsa potissime est gratia a deo illata. Quoniam plures legem habent. & quia non credunt in eam uti debēt: nihil prodest. Sed ubi fides cum feruore refulgat: semper adiuuat. & de hoc plures auctoritates in euangeliis tenemus. ut dum christus samaritane dixit. Mulier fides tua te saluam fecit. Similiter quando sanctus petrus dixit credo quod tu sis christus filius dei uiui: qui in hunc mundum uenisti: & non dicit habeo spem: aut credo quod dabis mihi gloriam. nisi credo quod tu sis talis: idest filius dei uiui. licet in modo loquendi fidem accipiendo pro spe intelligatur. Ait enim habeo fidem in amico in domino in patre uel matre eo quod meis necessitatibus subueniunt. Sed tunc istud uocabulum stat pro fide & spe. nam prius credimus amicum bonum esse: aut qđ nos amet: & super hoc spem fundamus de bono uel auxilio: quod ab amico uel a patre expectamus. tñ semper oportet: qđ de amico confidamus: credentes per opera in eo ꝓspecta qđ oino bonus sit: & postmodū spē de auxilio suo assequit. Dum enī aliquē pexímum cognoscimus nullam amplius de eo spē habemus. Quamobrem cognito per opera dei: quod summe bonus sit indubitáter de eius bonitate credimus. & ꝑ cōsequēs spes nobis resultat de pmio: dūmō recte iseruiuerimus. Tādē beati: quū i goria sint:

non uidetur spem de gloria habere eo:quod iam certi sunt de cōfirmatiōe in bonum. & spes semper sub aliquo dubio uersatur:saltem de tempore:quo esse debeat. Et fides non sic se habet. Semper enim de presenti est stabilis & fixa sine aliqua ambiguitate. & sic beati semper fidem habebunt uel creditum. Quod deus sit summe bonus:& quod ipsi in uita beata sine fine durabunt: & tunc beatorum fides cō pleta erit. Quia illud quod nunc uidemus comprehendit:& similiter quicquid absconditum nobis est dimetit. Nunc enim penes naturalē rationem scimus nos debere nostram primam causam amare ado rare & credere. Quoniam ens perfectissimum est:a quo cetera dependent. Et est de articulis fidei cre dere in deum & opera eius. Et hi articuli secundū naturam probantur:quod boni & necessarii sint. Di cimus autem necessarii ad honestum & naturalem ordinem obseruandum. Quum enim unum ens sit & esse potest per seipsum & reliqua in uirtute illius oportet: quod illi primo & summe perfecto quisq̧ nostrum obediat. ¶ Diffiniendo fidem non contradicendo aliis diffinitionibus dicere possumus: fi dem esse affectum siue confirmationem in bonum irreprehensibile iam iudicatum. ¶ Fides ē habitus acqsitus a pluribus optimis exemplis:que de aliquo uiderimus uel audiuerimus. ¶ Fides uera aut sum ma est in summo bono affectio indubitata:& preceteris semper tenenda. ¶ Fidem dicimus dum om nia alia presupposita in uno solo optimo & indubitato credimus. ¶ De inauditis uero seu inuisis nulla nobis fides resultat. Iccirco quandoq̧ per scripturas aut uerba parētum uel amicorum credim9: & alias per opera proprio uisu collecta.

¶ Quonam pacto intelligendum est:q̧ Sanctus Thomas intellexisset dum digitum immisit in latus xp̄i & qualiter omnes propositiones patentes sensibus seu abscondi te a priori uel posteriori probari possunt licet in aliquo opere tanq̄ ad extra semper feramur. Cap. cxxviii.

¶ Quidam exponentes auctoritatem Christi loquentis ad Sanctum Thomam ita aiūt. Aliud erat illud quod Thomas uidebat:& aliud id quod credebat. Attamen saluo meliori iudicio asserere possu mus hunc apostolum credidisse:Christum fuisse mortuum & de resurrectione seu uita post mortem du bitasse:& ad hoc quod resurrectionem crederet:immisit digitum in uulneribus & tunc resuscitatū chri stum atq̧ uiuum tangebat taliter credendo. igitur idem erat illud quod & uidit & credidit. Deniq̧ su per illo quod uidemus aliquam fidem post rem uisam maiorem addimus. Quoniam beatus Thomas corpus tantum resuscitatum atq̧ animatum uidebat & tangebat. Sed minime oculis corporeis neq̄ manibus diuinitatem sentiebat. sed quia resuscitatum ipsum christum uidit & tetigit: festinatim credi dit deum esse. Verūtamen non sine fundamento. nam mortuos resuscitare est de sola dei potestate. & quum xp̄s per se & non per alium resuscitatus:a sensibus demonstratiuum argumentum:beatus Tho mas capiebat ad credendū indubitate deū esse:licet oculis corporeis diuinitatem non uidisset. ¶ Sed ī hoc loco saltem potius uidetur Thomas dubitasse:quod fantasticum & non uerum christi corpus ui derit:q̄ de diuinitate si ipse Christus erat uere resuscitatus licet quod mittendo digitum in fixura clauo rum simul cognouit esse christum ac uerum deum & hominē. Ideo inquit. Tu es dominus meus & deus meus. & quod anteq̄ corpus tetigisset:fantasticum ipsum esse credidisset:per uerba eius patet. Quum di xerit nolle credere nisi manus in fixura clauorum siue in latere poneret. & tactus manuum non est de diuinitate:sed corpore tantum:licet quod per ea:que uidet & tangit:certior factus est christum deum uerum esse. Et similiter contigit dum alii duo discipuli irent ex Iherusalem ad emaus: qui in partitione panis christum cognouerunt esse uerum deum & hominem. Quum prius de eius resurrectione dubita uerunt. Nota uero resurrectione in creditu diuinitatis ipsius christi confirmati sunt. ¶ Vnde proba tur qualiter non per opinionem nisi per premissas ueras christianam legē tenemus atq̧ approbamus. Et si peteretur quales hic sint premisse. Respondendum est quod ipsius Christi opera ac sanctorum au ctoritates. Et iste modus probandi in omnibus scientiis nostris fit. ¶ Gratia exempli dicimus: omnis homo est animal rationale & mortale:petrus est homo:ergo petrus est animal rationale & mortale. Pe timus nunc an nos uideamus rationalitatem in se ac mortalitatem. Ad quod respondendum est:quod non nisi quod solum opera eorum hominum uidemus:per que de iure ipsos rationales & mortales ap pellamus. Nam dum uiuunt distincte atq̧ ordinate operantur:& in fine omnes moriuntur. Et quicun q̧ talia ad extra agit ab intrinseco rationalis & mortalis est. non uidemus deum:sed per opera ad ex tra probamus deum esse. Et si infertur patet sensibus:quod homo animal rationale & mortale fit. Ite rum respondetur:quod ab ītrinseco non uidemus animalitatem & rationalitatem: nisi tantum opera ad extra: per que probamus talia esse fundamenta:ut diffinimus. Et si dicis quod quicquid uidere non possumus:est de genere fidei:hoc utiq̧ nequaquam contra nos: immo potius in roborationem. Licet quod per opera ad extra fundamenta ex quibus ortum habent:cognoscuntur atq̧ ꝓbantur. ¶ Et in ferendo quod ea que sensibus patent:ꝓbari nequeunt. & neq̧ fides. hoc cōcesso asserēdū ē:qđ nil ꝓba tur. Quum omnia sensibus pateant:aut sub credito maneant. aliqua ac plura ꝓbanī. ergo ea q̄ sensib9 patēt:aut sub credito sunt:ꝓbare possum9:ut assummēdo aliquā ꝓpositionē p se notā facile uideri pōt.

Quoniam cognitis terminis quid magis & quid minus dicat:hec propositio est p se nota. Omne totũ est maius qualibet sua pte. Que quidem sensibus patet cognitis terminis. Sed nũc ita probetur dicẽdo. omne cõtinẽs est maius quolibet suo contẽto. Totum est continens quãlibet suam partem.ergo est maius ipsa. Negatur. Tũc ostendetur sensibus;quod est ultima probatio:contra quam procedi nõ potest.

❡Probet quod ignis calidus sit cognitis terminis:hoc est:quid comburere & quid calefieri insert.& dicatur omne comburens est calidum.ignis comburit ergo ignis est calidus. Negaẽ minor quod ignis calidus sit:ad experientiam iuxta premissos & cognitos terminos ponas manum in ipso igne:& tũc totum argumẽtum uerificabitur. ❡Quod album & nigrum differãt:est propositio per se apud omnes nota. Nihilominus probatur ita dicendo.omne fuscum differt a claro:Nigrum ẽ fuscum:& albũ clarũ. ergo album & nigrum differunt. Si negatur conclusio ostendatur.nigrum & album & sensibus cõprobatur differentiam esse. Quicqd currit mouetur.propositio per se nota est.attamen probari potest taliter assummendo:omnis cursus dicit transitionem de loco ad locum.oĩs transitio de loco ad locum ꝑ supponit motum.ergo quicquid currit mouetur.quum de loco ad locũ trãseat.si negatur ad sensuum demonstrationẽ deueniẽdum est. ❡Nũc uero ad ꝓpositum nostrũ de fide seu lege reuertamur. Vñ ita dicimus. Quicũq; solo uerbo infirmos sanat & mortuos resuscitat:deus est. Christus solo uerbo sanat infirmos:& resuscitat mortuos.igitur Christus est deus:quandoquidem habetur. Ipse dixit:& facta sunt.& de uno solo deo tantum hoc itelligi potest. Et si negatur:quod Christus solo uerbo infirmos sanat:& mortuos resuscitat.deueniendum est ad sensuum experientiam. Ipse eni ait. Tibi dico paralytice surge:tolle grabatum tuum:& ambula. Atq; ita actum est. In resurrectione Lazari. Lazare ueni foras.& Lazarus resuscitatus foras uenit. Vnde uerba Christi opera ad extra sunt:per que intrinseca diuinitas ĩ eo manẽs cognoscitur. ❡Et si opponeretur quod omnes homines hec opera Christi nõ uidemus:minime ex hoc infertur uera non esse. Nam ꝑ plures gentes uariarum nationum eo tempore manentium confirmatum:est uerũ fuisse:& plures istorum hominum sancti sunt.atq; christi scripturẽ approbant eũ optimum esse.& quia optimus mentiri nõ potuit:ut superius uisum est.& ipse dixit se eẽ idem cum deo patre.& pater nõ est filius neq; filius pater.ergo pater & filius sunt due persone:similiter de spiritu sancto affirmat. Quum dicat discipulis se eẽ eis missurum paraclytum seu spiritum sanctum.qui a patre ꝓcedit.& etiam dicit quod ab ipso Christo accipiet. Itaq; nos in optimis christi operibus tanquam in ꝑmissis fundamur in una sola diuinitate tres ꝑsonas eẽ.& quod christus optimus fuerit per omnes hystoriographos de ipso scribentes comprobatur.quod si hec hystoria negaẽ:multomagis omnes alie hystorie denegande. Christi enim hystoria preter hystoriatores pluribus miraculis confirmata.quod non fit in aliis historiis.& non tantum ipsum christum uerum redemptorem humanorum esse post eius natiuitatem comprobatur:imo & per plures annos ante natiuitatem a prophetis & sanctis patribus approbatus est.nam de futuris saltem contingẽtibus nullam ueram scientiam haberẽ possumus. si modo deus ipsam non reuelauerit:De christo fuit uera scientia in prophetis ante natiuitatem ipsius ergo a deo reuelata ❡Nunc sic:quicquid a deo reuelatum est:uerum:Aduentus christi est reuelatus a deo ergo aduentus xp̄i est uerus. Quod reuelatus sit sensibus probatur.dum sacras scripturas legere & contẽplari uolumus. ❡Vlterius ãlique hystorie sunt uere:hystoria de christo est uerior quacũq; aliarum rerum hystoria.igitur hystoria de christo est uera.quod uerior sit probatur. Nam de ipso tantum ante aduẽtũ per plures sanctos a deo illuminatos ẽ prophetizata:& nulla alia. Vnde sequitur aliqua hystoria datur uera.ergo hystoria de xp̄o uerissima. Maior scilicet quod aliqua uera hystoria detur:sensib9 probatur. Nam in tẽporibus nostris uidemus plures ueras hystorias scribi.ergo alique hystorie uere sunt. ❡Preterea nos non sumus ueriores:q̃ erant in aliis tẽporibus ut in scripturis & sententia multorũ apparet. Nos sepe ueras hystorias scribimus.igitur in aliis tẽporibus sepe ueras hystorias scribebant.hystoria de christo est uerior:q̃ que in alio tempore scripta sit:ut uisum est.ergo uerissima.habetur in ipsa christũ solo uerbo egros liberasse:& mortuos resuscitasse.sequitur quod christus est deus.quum hoc sit opus soli deo attinẽs. Tamen conceditur:quod quidam alii homines in nomine dei mortuos resuscitauerint. sed christus uere per seipsum:& quomodocũq; fit:mortuos resuscitare euidenter probat unionẽ maximam esse inter deũ & homines:que unio per legem causatur.& sic probatur legem a deo illatam haberi. ❡Similiter ĩfirmitates sanare:& spiritus malignos extra humana corpora eiicere per uerba dei ꝓculdubio diuinam legem in hominibus positam approbat. Nam similia opera a natura non fiunt:neq; fieri possunt:ex quo probatur diuinam legem haberi. Constat igitur legem nostram non in uano sed in fixo fundari. ❡Et si opponeretur non constarconmibus de sanctitate christi:aut quod uerus de9 & homo esset. Responsio siquidem prompta est taliter dicendo:quod multa sunt uera atq; oĩno ꝓbabilia:que omnibus hominibus nõ constãt. Non enim constat omnibus:quod deus sit.& tamẽ quod sit facillime probari potest:neq; oẽs cõcedũt:aut sciũt:quod anima nostra differẽs sit ab anima equi uel aliorum brutorum animalium.& tñ differens est. Neq; omnes sciunt animam nostram esse rationalem uel irrationalem mortalem uel ĩmortalem corpoream uel ĩcorpoream:nihilominus rationalis ĩmortalis atq; incorporea est.& omnia hec probari possunt .ut in quarto libro huius uoluminis patebit.& etiam in tertio de trinitate tractãdo deo auspice ꝓbabitur.qualiter a natura tres persone in uno solo primo

ente ſint neceſſarie:& non magis neq; minus eo:quod deus quum ſumme ſimplex ſit:duos actus intrin
ſecos tantum habere poteſt:ſcilicet ſeipſum intelligere & amare:nō autē plures. Et nullus actus pfectus
dari poteſt:quin aliquid producat.& ſi intrinſecus neceſſario intrinſecam productionē producit:ut in
tertio libro clarius patebit.& hoc probato a natura aſſummendo ac uiſo xpi opere tāquam ad extra.
nō eſt dicēdum legē noſtram ſeu ſidē non probari. Nāq; abſurdum eſſet eam tenere:ſi abſq; aliqua ex-
periētia uel rationabili ſundamēto proſequeremur. Vnde patet plura probari poſſe:& eſſe meritum ea
tenere:& aſſequi. Nam proculdubio probamus aſſequendos eſſe optimos patres aut principes:& tamē
hoc cognito plures filii ac plures ſubditi nō aſſecuntur. patres optimos neq; pricipes:qua de re ad ſup
plicium deducunt. Et ſi puniunt:qui bonos ſequi nolūt. qui bonum aſſecūtur merent.& taliter fides in
deo q̄uis probetur:aut ſciamus bonam eſſe:de genere meritorio eſt ipſam aſſeq. Sed forſitā qui hoc ne
gant aliud q̄ pſerunt itelligi uolūt. ſicut dicendo. ſi deus oīno nobis ſe oſtenderet:& ipſum ubiq; clara
uiſione ac ſathanā & iſernum uideremus oīs libertas a nobis penitus eſſet ablata. Quāobrem nullū ma
lum agere poſſemus.& ſine libertate nullus mereri poteſt. Hec autem uiſio ſeu libertatis ablatio:n̄ eſſet
de genere probationis. ſed de clara uiſione tantum ſemotis omnibus obſcuritatibus. Verum in ſide dū
hic manemus aliter ſumus. quia q̄uis ꝓbari poſſet:etiam qui ipſam nolet denegare poteſt:ut ſit. dum ab
aliquibus dicitur nos animā nō habere:& quod ſi habemus rationalis nō ſit:niſi ut brutorum anima.

¶ Et quod melius ſonare uideatur:dum dicitur legem noſtram ꝓbari poſſe:q̄ aſſerēdo non poſſe:ꝓ
bari a natura patet.& etiam circa maiorem partem hominum conſonat. Quia dum dicimus: quod nō
poteſt ratione ꝓbari:& totum id quod credimus uidere nequimus. In his uerbis negationum fides ſal
tem ignorantium gelidatur. nam qui paucā habent doctrinā:imaginant quecūq; in libris inueniunt:
uel a predicatoribus audiunt uera ac probatiſſima eſſe.& ita ſub uerbis uel ſcriptis aliorum tāquam in
fundamēto probato credūt:ſe credere:& quod dicāt ſidē non probari:nequidem probari poſſe iſipiē-
tes a ſide ſua aliquatenus declināt. Iccirco melius ſonat:dum aſſeritur legem ſiue ſidem probari poſſe:
q̄ dum negatur. Et quod probari poſſet per ſacram ſcripturam probat. quum yſayas dicat. niſi credide
ritis minime intelligeretis:in quibus uerbis aſſeritur:quod ſi firmiter credimus ea:que credimus intelli-
gimus. Nūc ſic:quicquid in primo creditur:recte creditum intelligi poteſt. legem dei credimus:ac recte
ipſam credere poſſumus. ergo ipſam intelligere poſſumus. ¶ Preterea quicquid creditum poteſt eſſe
intellectum.& quicquid intellectum probatum. Et quod omne intellectum probari poſſit: conſtat ſenſi
bus atq; intellectibus. Que enim non intelliguntur probari nequeunt. ergo quicquid intellectum ꝓba
tum de genere intellectionis eſt:poſſe ꝓbari. ſides cadit ſub genere intellectiōis. ergo ſides probari po
teſt. Quum habita ſide intelligere queat. Vnde circa auctoritatem ſacre ſcripture ſides ꝓbari poteſt at
q; eſt probanda. ¶ Sed fortaſſe primi qui probari nō poſſe dixerūt:deficiēdo in ꝓbatione ne alii a le
ge ſeu ſide in modo perſuadendi declinarent:ut non deficerent:dixerunt:quod ſi ſides probari poſſet
tūc in ea meritum nō eſſet. Vbi autem hoc fundari queat neſcio. Quia dato quod non uocaretur ſides
dum ipſam probaremus:eſſet lex diuina atq; ſcientia.& ſcientia de genere bonorum eſt:& legē dei aſſe
qui de genere meritorio. Nam iuxta naturam probare poſſumus bonum eſſe proximo in neceſſitatibus
ſubuenire eo:quod de ſpecie noſtra.& ſi bonum in alio operamur:bonū ab aliis in nobis ipſis expectā
dum eſt. Et tamen ſi proximo ſubuenimus meremur:q̄uis probetur bonum eſſe. licet quod dum in hac
uita ſumus:ſemp aliqd abſconditum nobis eſt:in quo fides eſt habenda:ut ſuperius exemplauimus. ſed
ꝑ ea que ad extra ſunt intrinſeca probantur. dato quod clara uiſione ipſam non uideamus: ut beati ui
dent. Quoniam ipſi maniſeſtam habent ſcientiam.& tamen ſi in ſtatu illo nō eēnt in bono confirmati
& peccare poſſent:etiam mereri. ueluti de luciſero habetur:qui clara uiſiōe deum uidebat. Nam ſides ſi
ne operibus mortua eſt.& in rebus probatis bene operari poſſumus.& ubicūq; bōa opatio:ibi merito
rium oritur:eccleſia approbat & inquantum poteſt ꝓbat. legem ueram eſſe:& ſides uera in ipſā lege ē
contenta. Vnde probando bonam eſſe legem:ſidem atq; legem probamus. Quoniam omne bonū pre
ſertim:ſi ſimpliciter bonum ab aliquo optimo ſundamento ortum habet. Lex chriſtiana ſimpliciter bo
na:quia ad ſeruiendum deo & ad beneſicium animarum ſimpliciter tendit. ſequitur quod optima.& q̄a
optima a ſolo deo emanat. homines enim nullum optimum agere poſſumus:niſi dum ſub iuſſu dei am
bulamus.

Qualiter opera antiquorum que abſq; errore aīarum ſunt ſemp obſeruari dēant. Cap.cxxix.

¶ Dummodo mala nobis non eueniant aſſidue tenemur antiquos cōmendare. Quoniam in ſudori-
bus eorum multa bona iam in lucem colligimus. Quapropter ubi contra legem ſeu bonum animarum
ueteres nō proceſſerūt. ſemp utiq; reſeruanda ſunt eoꝝ opera:ut eadem nobis ſint ſpeculo. nam dū re
cte aſpicientes libros ediſicia & alia huiuſcemodi uident. qui nullam legem tenebāt. haud parum ad eo
rum imitationē flagrant:ut merito agere debēt. quia non modo contētamur cum antiquis altercando
ſuper cognitione prime cauſe ac totius nature:immo & ipſos nimium ſuperare arbitramur. Illi eni uni
uerſaliter de parte nobiliori noſtra. que īmortalitas anime eſt:penitus ignorabant. ſemper autem ꝑ ex

tollendo & magnificando eorum nomine seu ꝓ honore speciei quotidie magna capessebant.& inquã tum poterant:ad eternitatem opera dirigebant.& hoc citra quamplures libros ab antiquis sapientib9 editos magna edificia hac tempestate comperimus.que quidem nostris equata ferme icredibilia sunt: ut p totam romanam urbem atq; alibi apparet.uerumtñ ob causam nõ respiciendi aut bñ agendi ea dem a pluribus deuastantur.& super tali diruptiõe uarii uaria sentire uidentur.Nõnulli aiũt: qđ existẽ tibus gentilium edificiis homines ad ipsa contẽplanda diuertũt:& templa nostra relinquũt:ideoq; gẽ tilium edificia delẽda.Et alii nullam inter magnum & paruum differentiam assignãtes:nisi in eo quod eis utilitas de presenti accidit nihil superius respiciunt.& sic lapides & alia huiuscemodi diuidunt q̃ ꝓ pter cultum speciei nostre nimium seruanda erant.Si enim nos per artem inquantum possumus natu ram imitari debemus:antiqui utpote romani & alii antiqui similes admodum uenerãdi sunt. Quoniã eorum edificia.quodãmodo naturales montusculi uidentur.& ipsos delendo maxima iniquitas contra bonum seu magnum itercidit.quod profecto quo ad naturam & bonos mores male cõsonat eo quod his similia sunt quorũdam hominum sudores:& quod ipsi pro se acquisierunt de iure ipsorum ẽ:& nõ nostrum.quamtalis eorum intentio fuerit:sufficit.quod pro nostra necessitate illa bona capiamus, dũ modo antiquorum opera nõ destruanẽ.quod si nobis nõ placuerint:ipsa ad libitũ dimittamus:& alia meliora faciamus.omnis enim nostra auctoritas uel laus nõ in deperdẽdo plurima aliorum consistit: nisi in peragẽdo alia lucidius ac melius:seu in faciẽdo ea que penitus sint antiqs prestantiora. quod si talem uiam iniremus omnes unanimes aut saltem quamplures conarentur ad quãcũq; ociositatem eui tandam.& assidue ad res magnas atq; honestas inuigilarent.& tũc ãtiquorum labores nobis eẽnt spe culo.nam queãdmodum de lege seu animarum beneficiis meliora nãciscimur.similiter & ubicũq; inni timur ad aliquid peragendum debemus laudabilius atq; honestius antiquorum opere peragere.Demũ que ob reminiscentiam dimissa sunt eo quod ad laudem bonorum operũ edificata.si eis subuenire no lueimus:saltem dũ p se durare poterũt:dimittẽda sunt.Et si quis magna uoluerit ipsa iquirat:& sciret eo quod si modo indagata fuerint:in natura haud secus q̃ ab antiquis & predecessoribus inuenietur. In montibus enim quamplures lapides adeo magni & etiam maiores sunt q̃ apud romanã urbẽ. & iõ si quisq̃ eos fortasse uolet.Vadat ad abstrahẽdum ipsos proprio sudore:quemadmodum & ueteres facie bant.Q̃ m̃ in similibus rebus non tollimus illa:que plane ad usum multorũ sunt ꝓducta:nisi illud dum taxat:quod in montibus neminẽ iuuat.

Finis prime partis Secundi Libri.

Vtrum añ creationẽ tp̃s fuerit & qualiter ad ipsum intelligamus. Cap.cxxx.

¶In hac secunda parte nonnula capitula plane scribemus iuxta religiosorũ sententiam:aliquid dẽ illo perscrutando:quod circa mundi principium fuisse dicimus:& in principio tractabitur: utrũ in pri mis diebus fuerit tẽpus.Quidã enĩ super hac materia ualde disceptant dicentes:nondum erat sol neq; luna:ut dies a nocte segregaretur:seu aliqua diuisio resultaret inter diẽ & noctẽ atq; inter unã diẽ & aliã.sed iã pria uerba in byblia contenta asserunt.Principio creauit deus celũ & terrã:ex quo intelligi mus omnia alia elementa fuisse inclusa:aut saltẽ manifestatur:quod fuerit materia hec & illa corporee uel mundi substantia:& iccirco q̃uis lux a prĩo instanti creationis non fuerit:tñ erat tẽpus inquãtũ ipa eiũ durationis in discursu ut ad presens pluribus modis tẽpus accipimus uidelicet. ¶Tẽpus dũ ma lũ siue bonũ habemus. ¶Tẽpus dũ sero uel tẽpestiue dormitũ imus. ¶Tẽpus dũ expergiscimur uel surgimus. ¶Tẽpus bonũ quando nec extrema frigiditas nec siccitas nec pluuie siue calores nisi quoddã tẽperatũ mediũ. ¶Tẽpus uero peximũ:dũ gelat aut uenti repentini atq; turbines iminent. ¶Tẽpus pro etate annorũ ac pro diebus. ¶Tẽpus pro hyeme uere autumno & estate. ¶Tẽ pus autẽ proprie assummendo intelligimus pro spacio uel duratione corporũ:quis separari nequeat: nec illud quod nunc est:postea erit:imo solũ unũ nũc de presenti:quod successiue decurrit.Nos & enĩ per discursum illũ cuncta mensuramus.Veluti uias per passus agimus.dico tñ:quod intelligimus tãto spacio uel discursu tẽporis stetisse:quanto sufficeremus ad iter agendũ per centũ aut ducentũ passus. pariterq; tẽpus ĩtelligitur pro certo spacio:qđ nos horã uocamus:que usq; ad uigesimũ quartũ nume rũ unũ naturalẽ diẽ efficiunt:& idẽ est:quod unus gyrus uel una celi reuolutio circũcirca mũdi rotun ditatẽ.& ita diuidimus uel distinguimus tẽpus & spaciũ siue tarditatẽ cũ hac mensura areologii intelli gimus:& non ex causa.quod sol mane exeat & noctu in occidens ingrediatur.& sic intelligimus ubi di cit primus aut secundus dies:& quod tẽpus de preterito presenti & futuro presupponatur nemo ha bet ꝙ preteritũ & futurũ sint nunc:nisi qđ unũ fuit & aliud erit.& sic dicimus primũ diẽ cepisse prius q̃ secundus distantia seu interuallo uiginti quatuor horarum:quis plures auctores habeant:quod de9 in uno instanti uniuersum mundũ creauerit.licet Moses ut a populo intelligeretur dierũ & noctium spacio ascribat:& connumeret.

Quomodo tempus sit indiuisibile & quod de eo non habemus nisi unum nunc de presenti. Cap.cxxxi.

¶De tēpore nihil habemus preter unū nūc de p̄senti:semper enim est unum instans continuum:de quo nullam omnino partem diuidere possumus eo:quod preteritum diluitur & futurū nōdum uenit. Tamen semp in p̄senti quelibet mensura ingreditur:quoniam si a nobis ponēda ē post tēpus implet: q̄uis citius q̄ possimus metiamur:quia retrogredi nequim9:licet temporis siue spacii preteriti recordemur.quis extrinsecus uideatur considerādo:quod tēpus aliquam diuisionem pro fine & principio punctorum & horarū habere deberet:& in hoc loco de incipit & desinit tractare & intelligere debemus:q quidem termini nil aliud presupponunt q̄ .i. diceretur:nō possumus ita uelociter pronunciare incipit: quod anteq̄ finiamus nō conueniat econuerso promere uidelicet hoc desinit:quia incipit & desinit extrema siue contraria sunt:& ut oēs facilius intelligant:tale exēplum ponemus.Accipiatur corpus rotūdum:& ponamus sup ipso digitum nostrū:qui uelociter circūcirca corpus decurrat:incessanter desinit in una parte:& incipit in alia.& inter illud icipere & etiam ab illa parte desinere imediate se habet:qa nullum iteruallum demorādi digitus agit:ponamus nūc:quod quicquid restat post digitum : desinit.& illud quod est ante:nōdum est.nam respectu ipsius digiti:nil aliud ē de toto illo corpore q̄ id:quod manet sub digito p quocūq; instanti & similiter de tempore intelligimus.qa nil aliud ē q̄ demoratio operandi. ¶Et sic diffiniēdo moram dicere possumus. ¶Mora est spaciū in quo corpora operatiōes suas soluere possunt. ¶Mora est discursus :nētalis in quo principiū mediū & finis ingredit. ¶Mora est consequutio motus siue durationis corporis. ¶Aut aliud exemplū nō minus q̄ si esset fons:ex quo assidue uideremus guttam aque emanantem:que in exeundo euanesceret:& quod gutta prius nō esset:nisi quod incessanter generaretur.& emanaret ac deinceps in instanti aut sine aliquo medio trāsiret:quia nasci in una parte.& in aliā subterfugere esset totum simul:nihilominus semper in illo instāti quascūq; creaturas madefaceret. q̄uis in modo inuisibili atq; insensibili in presenti esset in certo discursu appareret:quē maior pars illius gutte aque tetigerit:& in hoc modo circa tempus dicimus:quod licet unum solum punctum de presenti omnes habeamus:non possumus asserere quod preteritum uel futurum nobis resultet.At uero nobiscum quoddam opus a dispositione tēporis causatum remanet. quia aliter nō essemus tum iuuenes & tum ueteres:nam licet in uno puncto maior labor uni homini q̄ alteri esset.si translato illo presenti in nihilū redigeretur:parua etatis differentia inter personas & personas ostenderetur.Verumtamen q̄uis tēpus pretereat:opus in eo factum remanet.Et qui magis uixerunt:maiorē cursuum impressionem in augmentatione uel diminutione receperunt. Quod si tempus recte uoluerimus diffinire dicemus. ¶Tempus est spacium nobis durationē exhibēs de primo ad ultimū. ¶Tēpus nil aliud preter tarditatē & interuallum eē dicimus. ¶Tēpus assumitur ubi operando non ī instanti:sed prius ac posterius itelligitur:licet de tēpore unum solum nūc habeamus:tn̄ in pluribus nūc diuiditur.& hoc nūc nō est illud:quod erat neq; futurū erit. ¶Alterū exēplū uisibilius de cādela ardēte ponemus.quod omnibus aspiciētibus sine scrupulo patebit ita dicēdo: accēdatur cādela:& aspiciamus ī ipsam in inferiori parte flamme:nihil de lumine uidemus:& in superiori icessanter consumitur:aut in nihilum tēdit:& semper est quedam modica flamma de presenti per nouam emanationem:& per alterā partē dissoluitur quo melius apparet cādelam aspiciēdo:& taliter precise de nunc tēporis intelligimus:quia nihil de preterito nec de futuro habemus:preter unum nūc de presenti semper durans.& tamen de nouo adueniēs.& in hoc exēplo facillime uideri potest.quid dicat incipit & desinit.nam equaliter & incessanter in una parte uidebis incipere:& ī alia desinere.& tamē semper ibi aliquid de presenti.

Quid eternum quid euiternū & quid temporale sit. Cap.cxxxii.

¶Hic utiq; facillimum erit recte respiciētib9 ad cognoscēdum:quid tēpus sit & pro maiori declaratione ab ente superiori inchoabimus.Vnde dicimus deum esse eternum siue eternalem:& eternum nil aliud est q̄ duratio sine principio:nec p̄tem extra partem respicit:aut unam durationē siue aliam rem prius & aliam posterius:& ita eternum & res eterna itelligitur.Itaq; eternū quecūq; sibi competūt posset in uno solo instanti indiuisibili absq; priori & posteriori operari.Euiternum enī principium significat & in quoquomodo medium discursiuum habere.nam angeli qui euiterni sunt:de loco ad locū pertransire possunt:& q̄uis per cursum tarditatis nō uadant.Saltem ibi est prioritas & posterioritas nature:& ueluti angelus est nunc in uno ubi:Quod prius erat in alio.Et hec uarietas mediū est atq; in quoquomodo discursiuum.Angeli quoq; mereri & demereri potuerunt.Que quidem dispositio inter eos medium extitit ad bonum uel ad malū finē.Quoniā uero bonū uel malū finē adipisci poterant:sequit̄ nō continuisse omnia sibiipsis competentia in uno solo instāti:licet angelos euiternos uocemus. Quū sint ingenerabiles & incorruptibiles indiuisibiles & īmortales:& etiam icipiēdo in īstāti quicquid acturi sunt agūt.& nihil per eorū durationem senescunt:nec proprie habent partem extra partem:& dici

mus proprie eo quod omnes res extra deũ de actu & potentia constãt.& ubi aliquid de potentia ibi significatur aliquid de partibus:licet indiuisibile.Et ita gradatim ad corporalia descẽdendo dicimus tẽpus & res temporales:ut pote angelis euum per duratiõem resultat:& ipsi euiternales sunt sub eisdẽ cõditionibus iam tactis:pariter & in corporibus tempus pro duratiõe figuramus : & res temporales que hanc durationem uel tempus possident.unde diffiniendo tempus. ¶ Tempus est duratio habens partem nimium segregatam a parte:& quod una non comprehẽdit aliam.Et ubi est acquisitio partis post partem ibi discursus:qui p transitionem de extremo in extremũ intelligitur.& ideo tempus nil aliud ẽ q̃ duratio transcursiua acquirendi partes durantes extra partes.Res aũt temporalis est illa:que ĩ operibus suis tardat:idest quod non comprehendit omnia opera sua nec durationem sub uno istãti.Quia partem extra partem complectit.Vnde oportet quod per discursum uadat ex una parte ĩ aliam.Quãobrem sub hac tarditate uel discursu tempus ymaginamur:hoc est moram operãdi:& ubi mora & acqsitio partis extra partẽ:illic & aliqua defatigatio nullo ultimo fine existente in uno solo instanti. & ubi non est ultimus finis:ibi nec ultima quies.& ideo quidam in suis operationibus corpora defatigant:saltem ad ultimum finẽ tẽdendo per tarditatis discursum.Vñ patet tempus esse corporalem cõdictionẽ.ex nostra tarditate operandi emanantem:& propterea tempus nõ est proprie res substantialis:nequidem accidẽtalis.nisi qualitas ymaginaria ex eo q̃ nos imus ad acquirẽdũ uitã nostram siue perdurationem & gradatim partem extra ptẽ:quia non comprehẽdimus oẽs duratões & opera simul . Si eni oẽs comprehenderemus:eterni aut saltem euiterni essemus:scilicet omnia nostra sub uno & eodem instanti aut cum pauco discursu comprehendentes:quemadmodum de angelis dicimus.Quocirca opatio tarda aut cum pluribus mediis idem quoq; sunt. ¶ Etiam diffiniẽdo tempus & motum dicere possumus motum esse rerum mutationem siue operationem:quam res faciunt transeundo de loco ad locum.& tẽpus est rerum corporalium subsequẽs duratio. ¶ Quum uero uulgariter dici soleat.Tempus omnia consumere:non est intelligendum:quod res incorporeas seu simplicia corpora consumat . aut qd ea:que non sunt composita de partibus contrariis destruat.& sic quũ celum:stelle:& elementa non sint in spheris suis composita ex partibus contrariis:nequidem ĩ uariam speciem extra primam suam originẽ translata non senescunt:quis cum tarditate laborent.& aliqui elaborando defatigantur.& iõ senectus animalium potius prouenit ex uaria specie:in quam translati manemus q̃ a defatigatiõe. Quapropter dicendum erit:quod si angeli & anime de contrariis partibus constarent:& essent ĩ uariam speciem citra eorum principium transmutati:longo euo senescerent:& separationem peterent.Nam quelibet ps continuo suum appetit principium.Iccirco non existentibus nostris corporibus ut in elementis se habent:non potest in hac specie aliqua duratio diu permanere.oportet eni in suam primam originẽ uel naturam redire.Quum semp eam intrinsece expostulent.

Quod inter creationem & confirmationem angelorum aliqua tarditas uel morula extitit. Cap.cxxxiii.

¶ Viso de tempore euo & eterno:deinceps facillime intelligi poterit: Vtrum iter creationem & confirmationem angelorum aliqua morula fuerit:& quod fuerit satis utiq; probari poterit.nã quicquid habet principium:habet & medium:& ad finem tendit:& quod angelus omnia in uno solo instãti neque at:ex eo patet:quod non est ubiq; nec comprehendens omnia.Et quum sit hic in tali modo:quod pro illo tunc non est alibi euidenter:sequitur non posse in uno instãti omnia. Vnusq̃sq; enim ubi est ibidẽ operatur.Et quampluribus in primo angelorum statu occurrentibus:necessario illic fuit aliquod prius & posterius:non tm̃ prius & posterius natura:uerum etiam tarditate.q̃uis hec tarditas non sit adeo ꝓlixa ut temporalis.Sed ibi omnino uaria consideranda sunt.primo creatio soli deo competẽs.& ibi angeli potuerunt liberum arbitrium consequi.& preceptum obediendi deo peragere.Sed deinde oportebat:quod angeli tanquam principiati sup pcepto & arbitrio eius dato considerarent:in quo lucifer cognouit:se esse dignam creaturam:& quod alius ipo maior & hic consequenter de ascensu suo deo equauit plus eo:quod sibi competebat pspexit:in quo elegit:quod sibi nõ competebat & ĩ eadem electione peccauit.Deinceps scriptura dicit magnum fuisse prelium inter bonos & malos angelos.Et quia in celo mali fuerunt in abyssum detrusi:& boni in gloriam confirmati:tenendum est ibi aliquam morulã extitisse.multa eni principiata mediata & finita fuerunt.

An angeli ante tp̃us aut simul cum tpe sint ꝓducti. Cap.cxxxiiii.

¶ Peti solet:an angeli sint in tpe:aut uero sine tpe ꝓducti.& hoc duobus modis intelligi potest. Primo quod si ꝓducti fuerũt ante tp̃s aut ante celum & terram:tunc diceretur:quod eẽnt in euo ꝓducti:quod sine aliquo cursu uel gyro intelligitur:q̃uis semp aliquod spacium significet:quod uere principiũ habet:& p medium ad aliquem finem tendit.Alio modo ãgelorum creatio sine aliqua prioritate & posterioritate intelligitur eo quod deus in instanti opatur:in quo nullus discursus intercidit.hic autẽ nul

ſum eſt dubium:quoniam celi elementa aut aliqua corpea non ſunt in tpe creatá. Et deus uolens ſine
prioritate & poſterioritate creat:atq; i hoc modo celi & elemēta cum aliis creaturis ſine tpe ſunt crea
ta.quia illic nulla mora ſeu duratio ingreditur quapropter dicendum eſt prius ille res corporeas q̄ tē-
pus.nam prius a deo formati ſumus:& deinde per nos ipſos diuino iuſſu operamur. quoniam autem
in primo ſigno nō ſumus opera noſtra:quia a deo in īſtanti.ſequitur neceſſario: quod ante ſumus:&
poſtea operari incipimus:ut durare mouere aut alia ītrinſeca agere.Sed in inſtāti poſtquam creati ſu
mus:incipimus per noſmetipſos manere.& illa manſio erit tempus uel acquiſitio iter gradus noſtrarū
durationum.& hic creature corporee ab incorporeis differentes.Ipſe enim indiuiſibiles ſunt nec par
tem extra partem habentes.& ſic euiterne.Nos autem qui corporei ſumus:partem poſt ptem poſſide-
mus.Iccirco tpales ſumus:q̄uis in creatione omnes equaliter in inſtanti creamur.quū omnes opus dei
ſimus. ¶Solet dici deum & angelos eſſe in tpe inquantum quod ſunt:quando tempus ē. Sed hoc ñ
ad propoſitum:quoniam nunc ego ſum:& infernus eſt:nec recte diceretur.Ego ſum in inferno eo ma-
gis:quod tempus non eſt res poſitiua:in qua quiſquam maneat & ſic ille res que indigent loco ad ma-
nendum poſſumus dicere:quod in tempore maneant.quum tps ſit corporum proprietas uel tarditas
ad adipiſcendam durationem ſuam:& hec condictio non eſt alia res a corpore:niſi quod illud corp9
ſit tale aut tali modo ordinatum:hoc eſt habens partem extra ptem.Quapropter deus & angeli non
ſunt in tempore:quia non in loco uel corpore.licet ubi corpora ſunt ibidem maneant.Quocirca dici
poteſt angelum manere:ubi tpus uel locus.& quod in loco & extra locum opari poteſt:non quod an-
gelus locum in opatione ſua tāquam in ſubiectum uel ſinem reſpiciat:niſi quod ubi locus ibi opatur.li
cet quod ſi corpus mouere debet aut alia corporea operari:tunc nequit motum in inſtanti pficere.
Quum tarditates corporis obſtent.Si uero angelus p ſe operari debet:in inſtāti aut ſine mora opera
tur.Et de creatione nihil repugnat creari quando corpora ſeu tempora uel prius aut poſterius.Quū
creare actiue ſit ex parte dei:& ipſe ſemp atq; ubiq; poteſt.

Quo die ſex dierum angeli ſint producti. Cap.cxxxv.

¶Videtur quod non habeamus aliam auctoritatem circa angelorum creationem:preter q̄ ubi deus
dicit in primo die ſiue initio creationis:fiat lux.& ferme eiſdem uerbis utitur de ambobus iſtis luminari
bus ſole & luna:que uiſibilia & corporea ſunt:quod experientia comprobatur:illud nomē hominis eis
conuenire.At uero angeli quum inmateriales & incorporei ſint:non poſſunt colorem recipere nec cor
poraliter illuminare.Quāuis aliqui predicare ſoleant:quod anime noſtre poſtquam ſanctificate fuerit:
multo magis q̄ ſol illuminabunt.Que quidem pars difficilis erit:ſi eā uoluerimus penes corporeos ſen
ſus accipere.Quoniam anima nullos radios nec uiſibilem ſplendorem nequidē corporalem habet.
¶Lucem uero intelligimus pro quacūq; magna perfectione materie aut corporee uel icorporee ſub-
ſtantie.Iam enim conſueuimus homines honeſtos ac magne doctrine lucem nuncupare: & non quod
lux ſint:q̄uis ita eis nomen imponitur oſtendendo:quod preualeant:& qa anime noſtre a natura ſunt
ſole digniores ille:que in gloriam bonis operibus tranſmigrabunt:perfectiores erunt ceteris corpeis
luminaribus.Quocirca honeſte dicere poſſumus:quod anima multo magis q̄ ſol illuminabit: licet non
ſit corporaliter ſed propter ualorem & dignitatem.Et ita intelligimus ubi ait:fiat lux.Nō eni erant ra
dii ſeu qualitas quibus illuminandi eſſemus introeundo p diem i aliquas cauernas nec cōtra nocturnā
obſcuritatem uel caliginem:imo quod erat ſubſtantia magne perfectiōis & propria aliarum creatura-
rum adminiſtrationi:quemadmodum & ſol & luna.Quod nō ſolum ex eo quod luminaria lucida ſunt:
uerum etiam pp uiam & ſubſtentationem:quam aliis creaturis pbēt:decet quod luminaria dicantur.&
quod āgeli boni fuerit prima die a malis diuiſi ſatis apparet. Quoniam ī tertia die palam aſſignatur
creatio ſolis & lune:ut noctes a diebus ſeparenť.& in hoc omnes communiter cōuenimus:quod ange
li eodem pūcto cum celo & terra ꝓducti fuerint.Quidam etiam tenent multo prius fuiſſe creatos.Ta-
men de hoc nulla autentica ſcriptura mētionem facit. ¶Nō ſolum uidetur ſecundum ipſam ſcriptu
ram quod āgeli nō ſint creati ante celum & terram:immo & ratione cōſentaneum.Si enim deus ange
los ante celum & elemēta creauit:angeli quum intellectuales ſint:admodum dei potētiam & magnitu
dinem cognoſcēt.quia deum añ mūdi creationem uidiſſent.& tūc lucifer nō peccauiſſet eo:quod ma-
gnitudinem dei cognouiſſet.Quod ſi īferimus ipſum ante celi creationem peccauiſſe:nō ē uerisimile.
Quum plures auctoritates habeam9.quod lucifer & āgeli eius ſint a celo ꝓiecti atq; ad īferos obſtruſi
ſiue in cētro terre deſtinati. ¶Preterea ſi angeli i creatione mundi affuiſſent quandoq; ſpiritus mali
gni plurima alia dicētes etiam de creatiōe loquerētur.Quamobrem tenēdum eſt celum & terram ut by
blia teſtatur īter ceteras creaturas primitus fuiſſe creatas.

Cuius corpis ſit tempus:& quod ꝓprie ſit rerum corpalium mēſuratio. Cap.cxxxvi.

¶Si tempus eſt rerum corporalium menſuratio:plura tempora eſſe conſtat eo:quod res corporales

plures ac diuerse sunt. Quia una res nõ habet oĩno eandem mensuram durationis cum alia. Sed queĩl bet propriam ac determinatam mensuram sortitur: que est tp̃s aut duratio. Quocirca tempus uel mẽ sura durationis in uniuersale & pticulare distinguetur. ¶Particulare ĩproprie dicitur tp̃s: Quoniam tp̃s accipimus pro duratione mundi & principio usq; ad finem aut sine fine. Et ita quando tẽpus dici mus: ꝑprie intelligemus ꝓ duratione aut mẽsura primi seu pricipalis corporis uel celi: sub quo cetera alia corporalia degunt aut dimetiunẽ. Quapropter accipiendum est tẽpus pro duratiõe primi celi: si unum est prius alio. Nam celum dat locũ & iuuamen cunctis aliis corporibus. Quoniam fine ista dura tione reliqua deuastarenẽ. & nõ sic sequeretur p corruptionem mensure aliorũ corporalium. Licet eni tp̃s aut duratio unius hominis deficiat: nõ propter hoc tempus aut duratio alterius frustrabitur. sed si duratio celi destrueretur: omnes inferiores species: aut iuxta mũdi cõcauitatem manẽtes deficerẽt. pa tet igitur quod tp̃s uniuersaliter omnes accipimus & ꝑprie ꝓ duratiõe primi corporis: ut iam explana tum est. hoc autem p modũ mensurandi intelligitur. Quia aliter unũquodq; corpus tempore suo: uide licet duratione p gradus acquisita potiẽ: ut iam supius enucleauimus. quũ uero celum sit durabile: & ce tera corporea sub se comprehẽdat: sue durationi attendimus. & sic dies & noctes enumeramus. deinde horas puncta & minuta circa cursus solis & non secundum opera nostra ex eo: qđ minus ordiata sunt: cito corrũpuntur. q̃uis cursus celi aut duratio nihil erit ad durationẽ nostram. si celum suis radiis ali quam nobis utilem influentiam non irradiaret. Vñ non est aliquod tẽpus in celis: neq; alibi nobis uitã aut durationem prebẽs: nisi idipsum celum simul cũ elementis sub diuina ꝓuidentia. ¶De uita quo q; possumus idem: quod de tpe assignare. qa pp uitam uiuimus: & particularem uitam habemus. & tua uita nõ est alterius. nec est una uita: que omnino cũctis conueniat. tamen est dãda una uita: que pticu laris & unius sit: sub qua omnes uiuimus. & inquantum sub ipsa uiuimus: generalis est. Vna tñ in sc: & particularis apta ad omnes alias uitas substentãdas. Nõ quod sit cũctis uiuentibus propria: dico autẽ p intrinsecam naturam. Si enim ꝑpria esset: nõ destrueret aliquam uitam: quin ista prima uel eius pars deperiret. sed quum ipsa sit omnino prima: de qua omnes alie depẽdent. quum sit uita dei sub qua om nes degimus. & mẽsuram essendi ac uiuẽdi propriã habemus. quando absolute de uita loqmur: de prio ente uel de deo ĩtelligetur. Quocirca dũ christus hoc aperiret inqt: ego sum uita: & lux. uita: per quam oĩa depẽdentia uiuunt: & lux p̃ quam esse & ordinem assumimus.

Quomodo in eodem instanti secundum diuersos respectus nec quouis alio modo an gelus in pluribus locis stare potest. Cap. cxxxvii.

¶Quidam probare uolentes quod angelus in uno & eodem instanti in pluribus locis manere que at: nõnulla exempla adducũt. contra religiosos posita: tenentes plures esse itellectus: & ob hãc causam aliquid in sequenti capitulo assignare oportet. Dicunt eni animã nostram esse in manu dextra atq; in sinistra: & tñ non est diuersa siue alia a se: & ita exemplantes: duo assũmunt & inquiunt. eẽ duplum ad unum & dimidium ad quattuor. Vnde uidetur quod penes diuersos respectus & quiescerẽ in uno secun dum unũ respectum: & alibi mouere secundum alium. ¶Hic uero tãtũmodo adducta sunt exempla colorata siue superficialia. & nõ cum intrinseco fundamento. Et prius dico de anima. Quoniam licet in manu dextra aut sinistra maneat: ibi totaliter tãquam forma in unico subiecto degit. Itaq; si in cor de & cerebro intelligere uoluerit: respondẽdum est ipsam esse extensam in toto corpore: aut totum ip sum comprehendere: & in toto corpore tãquam in pũcto se habet. quia unusquisq; homo inquantum homo est indiuisibilis. & propterea anima nõ respicit nos: ut uarias partes nisi ut unũ solũ subiectum. Quocirca ad hoc quod recta comparatõ fiat: opus esset: quod diuersa loca fuissent unum solũ subiectũ angeli: quod stat oppositum. Quamobrem inanis ẽ & sine aliquo proposito talis comparatio. ¶Et quo ad exemplum de duobus ad quatuor & ad unum dicẽdum est. quod duo semper sunt duo: & respe ctus ille ad duplum atq; dimidium imaginarium est: & non in re. Quia aliter esset in se duplum & dimi diũ eodem instanti & in uno subiecto: quod nullatenus manere potest. & idem de angelo. Quia nequit in uno loco quiescere & in alio mouere. Quoniam unicus & indiuisibilis. & hoc secundum angelorum naturam. At uero diuino numine multa alia fieri possunt: ut de corpore Christi dicimus. quod non ha bet respectum ad loca: quemadmodum & in tertio libro patebit. & ideo in pluribus uno instanti mane re potest eo: quod omnia loca obediunt. Sed respectiue ad christum totus mũdus est tanquam unus mi nimus locus atq; indiuiduum ueluti corpus nostrũ ad animam & ibi non est consideranda locorum di stantia erga Christum. In angelis uero aliter se habet. Ipsi enim pure creature sunt: & Christus deus & homo. & quum Christus deus sit totus mundus tãq̃ unũ solũ indiuiduũ ei obedit.

Quatenus auctoritatibus & rationibus comprobetur angelos esse: q̃uis de creatione & esse eorũ uarie sententie habeantur. Cap. cxxxviii.

¶Satis utiq; arduum uidetur ad naturaliter probandum angelos esse eo: quod non assidue sensibus

nostris ostenduntur:licet apud ueteres philosophos tam religiosos q̄ irreligiosos comperimus quāplures scripturas angelos eē affirmantes.ut apud mercurium trismegistū pythagoram socratem platonē & plerosq; alios rerum dissertores. Aristoteles ēt intelligentias siue angelos esse ad mouendos celos testatur:& dato quod in multitudine uel non multitudine angelorum aliqua sit dissensio in cōfirmatione:quod sint oēs sapientes:una conueniunt quāplures etiam auctoritates sanctorum ueterū & modernorum legimus. Et quū dicimus sanctos esse eos:quippe tāq̄ fide dignissimos denominamus. Sacra scriptura testatur. Abraham uidit tres uiros:quos angelos fuisse tenemus.destructiōem eni sodome & gomorre p angelos intus ī ciuitate uisos factam fuisse scriptura cōmemorat. ¶De Iacob legitur: quod angelos uiderit:deinceps p alios sanctos patres discurrēdo:qui in lege nature & scripture uixerunt.& in lege gratie tenemus quāplures auctoritates:que narrant uisos fuisse angelos ut super conceptiōe natiuitate baptismo & passione christi:atq; in pluribus aliis locis plereq; sunt auctoritates sanctorum uirorum p quos angelos:uisos fuisse asseritur:nec dicere possumus hos uitiosos seu uilis condictionis extitisse:ut dubitemus eorum uerba uera esse.quum inueniamus:quod quicūq; magne auctoritatis & sanctitatis in quauis lege fuerunt:angelos esse affirmant. Et quod non oēs assiduam experiētiam ac perspicaciam de angelis habeamus:similiter in qualibet aliarum rerū accidit. Licet enim omnes homines Rome & Iherosolimis non steterint:stultum est abnegare has esse ciuitates. Quū sine dubio sint. Et cognoscimus quod aliquo tempore triumphauerint propter edificia:que in eis cernimus. Et quando quis abnegare uoluerit christum in mundo stetisse:tot utiq; & talia eius uerba ꝓpalabimus.quod palā unicuiq; erit in mundo:fuisse quēdam hominem magne excellētie:qui talia opera peregerit:ut litterarum monumentis comperimus eo:quod non modo ī codicibus legitur:uerū etiam nobis memoria patrum ad filios remanet:ut de moyse platone Aristotele & aliis similibus dicimus.non tñ quod nostrū quisquam eos uiderit:& sic credere oportet:quod angeli sint.quis nō ab omnibus hominibus uideātur p̄terq̄ ab illis:quos deus diligit:& facile etiam naturali uia ꝓbari potest angelos esse uia spirituum:de quibus assidue experimur.plerunq; enim ī hoīes īgrediūtur.& idem de aliis spiritibus penatibus nūcupatis.& hāc materiam diffuse ī quarto libro de aīa tractaturi sumus.

Qualiter penes naturalia merita angeli ponendi sunt.eo quod inter spiritualia siue intelligentias nulla sit discontinuatio. Cap.cxxxix.

¶Vltra illud quod in lege de esse angelorum tenemus:& auctoritates sanctorum uirorum & religiosorum etiam quamplures antiqui philosophi ut superius diximus ad angelorum cognitionem deuenerunt:tum equidem ob sanctitatē eorum qui honestissime degebant.& tum quo ad naturalem ordinem assumendo. ¶In rebus corporeis pro nature cōmissione nequicquam uacui est attribuēdum .& ad hoc:quod non sit uacuū oportet:quod oīa corpora inter se tangentia de primo ad ultimum cōsequātur.nam si īter celum & terram nihil esset in natura:uacuum diceremus. Quia distantia aut corpora discontinuata stetissēt. Verum secūdum naturā necubi datur nec circa sapiētes nostros admittitur. nam licet duo extrema īter se nō tangantur ꝑ cōtinuato medio īcessanter intrinsecas cōmunicatiōes habēt. & sub tali ordine uniuersa machina mūdi tanquā una sola res ītelligitur:quippe quod a primo celo secūdum tāgitur:& a secūdo tertium usq; ad elemēta:& elemētum igneū frequenter cū celo lune & sphera aeris contiguat:& aer cum aqua:& aqua cum terra & animalia seu oīa corpora composita cū elemētis & celis semper continuant:& sic īter nos & primum celum nulla est discontinuatio.sed presupponatur.quod superiora elementa a medio auferantur:tunc omnia superiora & inferiora irregulata manerent.& quia in tangibilibus talem ordinem necessarium atq; laudabilem cernimus per illa:que commēdabilia & uisibilia sunt:ad inuisibilia pertransimus. ¶Et quum iste ordo a primo ente siue a prima causa sit positus:& prima causa incorporea seu spiritus est:decet ut concedatur:quod prio in se ac sibi similibus ordinem dignum prebeat : atq; administret & deinceps in remotioribus. ¶Et quia anima nostra intellectualis & incorporea est:ut in operibus suis patet. Quoniam intelligimus & sine corporibus ad extra concurrentibus anima operatur:oportet confiteri : quod inter nos & causam primam continuatio sit. Quia rationales anime cuiusq; hominis tanquam in una sola specie constitute sunt.& species siquidē genus petit:& in quibusq; generibus gradatim alie species superiores & alie inferiores. tamen continuatio inter digniores ac deteriores species. Et quum inter nos & causam primam ī modo spirituali:si aliam speciem in medio non apponemus:discontinuatio est:ad naturalem ordinē obseruādum necesse erit dari hanc speciem mediam:quam antiqui philosophi heroes seu angelos nominabāt. nam demones q̄uis eiusdem generis cum heroidibus sint:aut uero idem in specie ex consuetudine infima obtinent.& nuper diximus quod ī modo spirituali.si angeli supra nos nō darentur:inter humanos & deum esset discōtinuatio. Quia cōtinuatio in spiritualibus seu incorporeis per claram & incessantē continuationem intellectus est.& inter animas nostras dum hic cum corporib9 unite:& deum pro parte animarum est discontinuata intelligentia siue cognitio.igitur alia species media ponenda erit : que semper a natura sine quacūq; discōtinuatiōe in dei seu prime cause cognitiōe assistat:& p hāc supiorē

speciem cum primo ente incorporeo continuatam: gradatim inferiores etiam cum sublimibus cõmunicamus. Quoniã uero in cõtinua cognitione demones speciẽ hominis precellunt: quãplures demones deos domesticos seu inter nos conuersantes uocauerunt. & sic per ordinem nature satis probare possumus. Quatenus inter nos & deum species spirituales ponende sunt: ne in rerum natura continuatio dirumpatur: quod maximũ esset incõueniens. ¶ Insuper & omnes animas rationales eiusdẽ speciei esse dicimus: & quũ speciem ponimus: necessario genus est assignandũ. & ubi genus: ibi uarie spẽs. nam sicut species de particularium multitudine constat: similiter & gen9 de specierum copia: Circa qđ: sub animalium genere simul cum brutis sumus. Sed in altera parte: uidelicet: in rationalitate a brutis differimus. Et quum he potentie rationales speciem a brutis separatam gignunt: quisnam adeo rudis: qui penitus denegare queat: quod in altero genere rationali siue intellectuali non conueniat. Et hoc genus quandam cõmunẽ resultationem a uariis speciebus esse dicimus: in aliqua similitudine congruẽtibus: & species animabus nostris similes angelos nuncupamus: qui naturali ratione dandi sunt. nã genus & species correlatiue se habent: & iccirco dato uno aliud inde necessario sequitur.

Quod plures angeli possunt esse eiusdem speciei. Cap.cxl.

¶ Viso per rationem & penes theologorum & philosophorum auctoritates: angelos esse. nunc sciẽdum est utrum plures angeli possunt esse sub una & eadem specie? & hic uario modo sentitur. Religiosi enim maximum angelorũ numerũ assignare uolunt: & irreligiosi paucos eẽ iquiũt: eo qđ ipsos ad motũ celorũ appropriãt: & ppea tot ãgelos assignare uolũt quot celorũ orbes eẽ imaginant. Et dicendo quod unusqsq; orbis uarius sit in specie a qbusq; aliis orbibus: si orbes uarii sunt: ẽt angeli siue intelligẽtie mouentes hos orbes uarii in specie esse debent: uel quod dicatur unaqueq; species per se. Et ista uidetur quod sit Aristotelis & sequacium intentio. Religiosi enim seu tenentes mundi creationem: maiorẽ angelorum numerum presupponunt: & non principaliter causa mouendi celos: sed ad magnificandũ continuo deum omnipotentem. Et quia sub hac intentione possunt plures angeli uno & eodem officio fungi: oportet quod sub una & eadem ratiõe sint creati. Quod pluribus modis probatur. Exempli gratia unus artifex plures gladios struit inter se similes: eo quod ita unum sicut & alium laborat. Gladii p seipsos nequeunt alios gladios sibi similes in specie generare: neq; habent locum seipsos multiplicãdi: & tamen plures gladii sub una specie sunt. Itidẽ de deo asserimus. nã ex eo qđ oĩa ab ipso depẽdẽt: & dependere non est ex uelle aut potestate dependentiũ: nisi ex causa dependentiam exhibente: sequitur deum posse plures angelos uel quascunq; alias creaturas sub eadem rõne creare. & quũ sub una ratione per consequens eiusdem speciei erunt. Similiter secundum religiosos saltem deus potest per se quicquid potest: quibusq; inferioribus occurrendo. & hoc patet ex eo: quod ipse omnibus principium essendi prebet. Quum nullus queat per seipsum esse: nisi deus: & quia ipse nobis esse prebet: etiam dat species & alia bona que possidemus. Siquis autem dicet speciem tantũmodo per propagationẽ intelligi: eo quod unusquisq; sibi similem in specie generat. Respondemus: quod hoc non semper ualet: ut patet inter asinum & equam: qui filios generant: & tamen non sibi similes in specie. Vnde probatur: qđ simile in specie nõ precise a generatione oritur: nisi a simili ratione. & ideo quum asinus non generet in equa cum eisdem rationibus uel proprietatibus quibus asinus & equa generati sunt: alterius speciei filios producunt. Vnde tenendum est plures posse esse angelos in una specie: quum deus sub una ratione ipsos creet. Similiter respondendo irreligiosorum opinioni: credentium: quod ad mouendos uarios orbes oportet dare diuersos angelos in specie: dicimus: hoc non esse ad propositum: debent uaria corpora mouere: ergo motores uarii in specie. Quia homines unius speciei sumus: & diuersas corporum species mouemus. ¶ Vlterius per animam motiuam aut uim sensualem quamplura animalia uaria in specie mouemur: & quod corporea ui moueamur tractando de anima innotescit. & idem de angelis dicendum erit. Quia licet eiusdem speciei sint: sine contradictione & repugnantia possunt uarios orbes mouere. quis in quoquomodo perseitatem considerando: ex eo quod unus non est alius: nec esse põt: quisq; erit species per se: quoniam ab omnibus aliis distinctus. Idem uero de hominibus dicere possumus. Quia imaginando diuersas complexiones: magnitudines: & paruitates: uarios colores atq; alias proprietates dicere possumus. Quod secundum quid inter homines uarie extant species. Attamen nõ uarie species proprie dicte. & quemadmodum de hominibus asserimus: de angelis quoq; presupponere possumus. & potius de una specie ex eo quod angeli sunt hominibus simpliciores: nam uarie compositiones semper uarias proprietates causant: & aliter etiam dicere possumus si pro materia tantum in specie sumus: cuncta quidem dependentia erunt in specie: quum aliqualiter materiales. quoniam quicqd mouetur ab alio mouetur sic uel sic: & quia omnes intelligentie preter deum in mouendo: ipse quoq; a deo aliqualiter mouentur: aliquid de materia habere significant. & sic circa hanc sententiam: angeli in specie sunt: quoniam aliqualiter materiales.

Quod rationabiliter de puncto: siue ordinatiõe creationis mundi: Mosi credimus. Cap.cxli.

¶Posteaq̃ naturalib9 rationib9 probam9:mundum habere principium:eo quod per se esse nequit: de tempore seu puncto creationis prophetis credimus.inter quos moses primus recensetur. Siquis autem dicet:mosen non interfuisse:dum deus mundum creabat.Respondetur:quod non credimus mosi ac si p seipsum loquutus fuerit:nisi tanq̃ ,ppheta iussu dei uerba intimans.Iccirco quũ deus p̃sens erat in creatione:& ipse iubet mosi ut uerba sua enarraret:scriptura mosis ñ tanquam a seipso ordinata tenetur:nisi a deo instituta.Quoniam autem prophetas duntaxat uiros optimos appellamus: postquã eorum opera cognoscimus:inueniendo quod deus multa miracula per manus mosis egerit:asserimus: quod moses amicus dei erat:& in iussu ipsius ambulabat:& quia neminem adeo probum uirum reperimus qui melius de institutione mundi uel ita probe dixerit secundum rationem:de necessitate mosi credimus. ¶Quidam aiunt quod i litteris peritissimus fuerit:& de hoc nullam autenticam partem habemus:in qua eum eruditum fuisse appareat:inquantum pluribus litteratum facultatibus studuerit. Quoniam dum paruulus & tenere etatis esset:ad pharaonem regem aufugit:& deinde pastor fuit. Vnde nõ constat pro uerisimili:quod fuerit litteris peritus:sed doctus:eo quod tale elegit officium.At uero oues custodiendo non debebat studere:nec cum doctis conuersari:qui dum populum israeliticum redemit: iam erat sufficiens ad gubernandum.Deus enĩ i eũ inspirauit:& multocies secum loquutus est:nihilominus in montibus per seipsum aliqua secreta nature nosse potuit.Verumtamen materia de qua scribit altior est illo:quod cursibus naturalibus competit.

Qualiter non appareat mundum creatum fuisse:ante illud quod scriptura testatur. Cap.cxlii.

¶Iam initio huius libri probauimus unam tantummodo: primam causam esse:ex qua omnes creature principium assumimus.Deinceps non scribam diffusius in hac materia:immo sub paucis monstrabitur:utrum sensibus uel rationi offendant:tenentes mundum esse adeo nouum: ut scriptura testatur. Breui tamen dicimus nobis sat esse:solum scire mundum habuisse principium.Sed quo tempore creatus fuerit:non est nostrum iudicare.nam secundum philosophiam:seu naturalem rationem: non fuit per discursum nature:nisi sola uolũtate dei productus.& semper ea que fortuito uel a casu fiunt:ignoramus:dummodo in actu fieri non uiderimus.q̃uis aliqua edificia perspiciendo cognoscimus:an noua an uetera siue antiqua sint.Sed propter hoc nescimus:quando facta fuerint:& ita de mundo dicimus. nam si determinate aliqua recta ratione non possumus quando creatus fuerit cognoscere: saltem productum fuisse constat.Similiter respondemus opinioni eorum:qui aiunt: mundum fuisse creatum multo prius q̃ scriptura testatur.Et huiuscemodi argumentum adducunt:dicentes.Si deus fuit semper qua ratione tanto tempore stetit:anteaq̃ mundum formaret:magna tamen eorum uanitas est: eo quod nõ animaduertunt neq; perspiciunt:quodlibet tempus in presentia diuina esse:& non unum prius alio.Iccirco tantum sibi fuit creare mundum in uno instanti:sicut & alio. Quum enim non habet prius nec posterius:non expectat tempus ad creandum:& sic in instanti ad libitum creat.& licet cum magno annorum numero:ante illum quem nunc habemus:iam aliqui homines in illo principio fuerant: qui etiã dicere potuissent:non esse nisi decem uel quindecim annos:quibus factus sit mundus & alii in alio tempore quinq; milia aut aliusmodi:quemadmodum & nos nunc dicimus.Quod si eternũ considerassent etiam eis uideretur:quod tarde formatus esset mundus & in hoc modo probamus:quod non sit maior ratio :nequidem necessitas: mundum fuisse creatum ante illud quod nos dicimus: q̃ tunc siue postea. Quocirca scripturis inherendum est:& maxime illis que ab hominibus iuste ac sancte uiuentibus: seu a prophetis:facte sunt:qui q̃uis creationi p̃sentes esse non potuerunt:rationabile uidetur:quod eis deus hoc secretum demonstrasset:quemadmodum & multa alia aperuit. Quod si hanc uiam deseruerimus: nullibi certam notitiam habere poterimus:quando mundi principium extiterit. Si enim aliqui scripserunt:mundum fuisse pluribus elapsis annis:ante illud quod in byblia continet: nullus istorum auctorum magne sufficiẽtie fuit:nequidem a suis ueneratus:ut auctoritate dignus:tam de philosophis q̃ de hebreis loquendo:nequidem aliquis auctor inuenitur qui prior mose extitisset.immo omnes posterius & q̃uis in dictis suis inferre uellent: quod mundus per plura miliaria annorum creatus sit: non propter hoc sequitur uerum esse. Quum nullum librum neq; aliud signũ de tot annis ostẽdere sciunt. Iccirco Moses tanq̃ uir Sanctus & inter alios ueteres auctores antiquissimus est preceteris approbãdus.

Quod homines ad imaginem dei creati sumus. Cap.cxliii.

¶Dicimus nos esse ad imaginem & similitudinem dei formatos: & alibi nimium infimi seu dispares experimur.Ipse enim est creator omnipotens:infinitus:sine principio:medio:& fine:in seipso sempiternus:atq; ubiq; manẽs:sine aliarũ rerũ ĩpedimento .Nos uero nullã istarũ dignitatum obtinemus. ¶Aliter tñ accipiẽdo dicere possumus nos eẽ ad imaginẽ & similitudinẽ dei creatos:q̃uis nõ totaliter sicuti ip̃e est.nihilominus omnes creaturẽ ad imaginem dei sumus:cui soli & nulli alteri eas formare

conuenit. Quapropter unaquęq; representat facturam aut signum sui creatoris. Quemadmodum omnes magistri:ut pictores:quandam similitudinem seu aerem in operibus eorum immittunt : per quam apparentiam picture ille diuerse sunt:& ab aliis aliorum artificum differentes. Vnde aliqualem nobis cognitionem illorum prebent:qui eas depinxerint uel fecerint: & taliter considerando omnia sunt ad imaginem dei creata:sed uidetur solum de humanitate nostra dixisse. ¶ Ait enim: faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram. Quoniam autem ad maiorem gubernationem & gloriam : q̃ alie creature extra angelos apti sumus:consequenter maiorem locum habemus:ad ostendendum nos esse ad imaginem creatoris plasmatos. Quia sicut ipse omnibus superstat & gubernat omnia : ita & in prima hominis institutione iussit:quod subiceret cetera animalia:atq; ipsa itidem gubernaret. & semper circa rationem cuncta sensibilia superamus:& quanto magis de intellectu & ratione:potius ad similitudinem dei. ¶ Et accipiendo secundum animam rationalem solum uidetur cum deo maiorem: q̃ cum anima & corpore similitudinem habere. Ipsa enim est incorporea:inuisibilis:& intangibilis:sine corruptione & partibilitate: Que quidem conditiones ad similitudinem sui creatoris diriguntur. Plures enim auctoritates ueteris ac noue legis demonstrant:quatenus propter bona opera que fecerim9: filios dei fieri meremur. ¶ Moses dicit Habraham: Isaac:& Iacob:filios dei. Sanctus Ioannes in euangelio & dedit eis potestatem:filios dei fieri. & proprie intelligimus filium pro quadam similitudine: quã creatura cum suo generatore sortitur. & in hac ultima parte solum intelligimus similitudinem:dum bonum agimus. Secundum plurimorum sententiam i creaturis aliquam similitudinem adinuenimus:qua in cognitionem dei deuenitur. sicuti in anima tres sunt potentie:ad similitudinem trinitatis : & intelligentia in homine ad similitudinem creatoris. ¶ Vlterius quidam ponunt creaturas esse: tanquam uestigium dei:dicendo. Vestigium pedis est similitudo ipsius pedis. & uestigio pedem cognoscere possumus : quod aliter se habet. Quoniam uestigio nunquam pedem:nec figuram eius cognosceremus. nisi quod ipsum sepius uidimus uestigium facere. Deinde dicimus:hoc est uestigium pedis. Sed tale signũ potest unam superficiem causare:aut aliam rem:que non assimiletur pedi. nisi duntaxat in illa inferiori superficie:eo quod uestigium non se habet ad uestigiatorem:sicut simile ad assimilatum: nisi ut locus ad locatum. Quia pede imprimente in luto uestigium:illud est sibi tanquam locus:& pes ut locatum. & ita uidetur:quod non possumus deum cognoscere. ut per uestigium tantum. Attamen dicendum est quod in creaturis tales conditiones reperimus:quibus nobis innotescit creaturas ab alio depẽdere. Quemadmodum enim cognoscim9 nequaquam a nobis ipsis esse:sequitur manifeste nos aliun de dependentiam ducere:scilicet ab alio:qui est per se:& omnino independens:& unus tantum:& nõ plures. nam alii nequeunt tale opus efficere:& quia unus tantum quamcunq; creaturam uidendo : de creatore reminisci debemus:dicendo:hic stetit deus:hoc enim est opus eius:eo quod nemo alter tale uestigium agere potuit. preterea aduertendum est ꝙ inter imaginem:similitudinem:& uestigium multum interest. Quoniam imago assumpta per modum sculpture multomagis distincte representat: quam uestigium. similitudo siquidem super imaginem & super uestigium quoq; fundatur: sed potius similitudo in imagine conformat̃:quam cũ uestigio:nam uestigiũ tantũ est impromptatio rei in superficie:in modo uerso quam res ipsa se habet & sic impromptatio:i modo concauo remanet. Vnde oportet ut qualis illa impromptatio fit recte agnoscamus. ꝙ aliquod corpus liquefactum aut saltem tenerum super illam concauitatem gitemus. siue promptem9:& hec uocat̃ tantũ figura uel imago proprie dicta:sed impromptatio ut pedes in puluere:non est uera imago pedis. qm̃ nõ assistit ibi aliqd simile pedi:sed tantũmõ est signũ ꝙ ibi quãdoq; pes stetit:aut aliqd aliud corpus in superficie ad similitudinem plante pedis factũ:sed imago pedis i sculptura facta semper assistit fere:ueluti pes est:& palã ostendit an de carne:osse:de luto:ligno:aut de lapide sit:uestigiũ uero non ostendit si fuerit ipromptatũ de pede de carne ossibus pelle & neruis:an de aliquo ligno uel lapide. & insuper si imaginẽ pedis uidem9:statĩ cognoscimus an ibi sit integrũ aĩal:uel pes eius tantũ:per uestigiũ enĩ hoc agnoscere nequimus. Vnde patet multomagis:uniuersalẽ:atq; confusam cognitionẽ esse rex:per uestigiũ:quã per imaginẽ:q̃uis ponat̃: ꝙ totũ hoc aĩal in puluere:in luto:aut gesso:impromptetur in modo uestigiandi. nunquam erit ita cognoscibile:per id uestigiũ:ueluti per imaginẽ:super illud uestigium gitatam:aut manu factam i sculptura ad imaginem ipsius animalis.

De Eodem.

¶ Rursus dum dicimus:creaturas cum deo habere similitudinem:non intelligim9:genericã:nec specificam similitudinem:nequidem quouis alio modo strictiori:sed latiori: Secundum quod inter causam uniuersalissimam & extrinsecus causatã:ut domus suo architectori assimilatur. Quũ parua ibi sit similitudo. Et conceditur:quod homo siue architector materialis generabilis & corruptibilis:sit ueluti domus: non tamen eodem modo. Et quia deus non conuenit in aliquo genere formali: nequidẽ materiali cum creaturis. nostra quidem similitudo nimium est ab ipso deo differens:tamen ad similitudinem eius producti sumus ; eo quod a nullo alio q̃ ab ipso, & oportet quod semper causatum ad suum causatorem

aliquam habeat respicientiam:& ista relatio seu aspicientia:est directa similitudo ad ipsum creatorem. Verum nulla est in creatore cum creaturis similitudo. Quum nullatenus ipse sit positus ad significandum creaturas.& sic non potest ad ipsas habere relationem. Creature uero ex eo quod posite sunt per ipsum deum & ad ei seruiendum:oportet necessario:quod relatiue ad deum tanquam ad causam se habeant. Vt in secundis intentionibus satis patet. Terminus enim seu nomina i uoce uel in scriptis sunt ad significandũ relatiue hominem:equum:& similia in re. Homo autem per primam intentionẽ assumptus:uel equus:itidem non aspicit secundam intentionem:seu nullam habet relationem ad illam intentionem.& sic multominus deus. Quum actus purus sit atq; ab omnibus compositionibus alienus nullam ad creaturas relationem habẽs. Et quod in causatis sit similitudo ad causantia:patet. Si enim aliquam domum uidemus:cognoscimus aliquem hominem architectorem eius fuisse. Sed licet uideamus hominem architectorem:non cognoscimus per hanc uisionem an domum fecerit. Quia non habet relationem ad domum.& itidem in omnibus creaturis:quum ipsas aspicimus:& iam habemus scientiam: quod per se esse nequeunt cognoscimus:quod relatiue se habent ad aliquod ens superius:& per se. Sed licet uideremus deum:non cognosceremus quod aliquid causaret. Quod est contra multorum opinionem. Quoniam uero qui talia tenent concedunt:quod in deo nulla sit relatio:etiam confiteri oportet: quod ipsum aspiciendo non possumus creaturas cognoscere:naturaliter loquendo:si ipse per reuelationẽ nollet nobiscum hec cõmunicare. Quoniam uero actus purus est:& ab omnibus compositionibus alienissimus: quibusq; relationibus ad extra caret: & sine relatione nequaquam potest unum pro alio dignosci.

Quomodo deus meliorem potuit creare mundum q̃ creauit. Cap.cxliiii.

¶Nonnulli tenere uidentur:deum non posse meliorem mundum creare q̃ creauit. Sed quo ad ueritatem i hoc modo potentia dei admodum limitata fuisset:pro tam absoluto magistro. presertim quod in aliis locis aiunt:deum esse omnipotentem. Quod si uerum esset: non posse meliorem mundum uel creaturas creare:facile sciretur:quanta sit eius potestas ac bonitas. nã sequeretur cum eadem mensura & bonitate creaturarum esse limitatam: licet concedamus unamquamq; rem secundum genus & speciem suam integram perfectionem nancisci:sed non quod exinde deus totam suam potestatem ad nos formandos poneret. Quum infinitos gradus contineat. iccirco sibi adeo facillimum erit maiori bonitate qua nunc est mundum decorare:q̃ & in creando mundum nouum:qui nondum erat. Et quũ esse sit perfectius q̃ non esse:& deus perfectius fecit creando mundum:q̃ si non esset: etiam super bono melius potest agere siue addere. Et hec inter omnes magistros uel artifices communis regula extat: quod quodãmodo possunt eorum opera meliora facere:q̃ faciunt. Sed posita sufficienti perfectione in quacunq; re facta artifices acquiescunt. Quia aliter in infinitum discursum procederent. & similiter deus omnia iuxta species rerum scilicet iuxta illud ad quod eas creauit bona egit:ipse tamen non attigit ad suum ultimum gradum:creaturas bonitate donando. Quum enim potest plures q̃ creauit plasmare: meliores etiam posset. ¶Quidam theologi concedunt:quod quo ad singularia potest deus aliquas creaturas meliores agere q̃ egit:non tamen:si totum mundum simul acceperit. Attamẽ hic recte respõdere possumus:quod deus potest totum mundum accipere:& ipsum in perfectionem:tanquam unicum particulare augere:utpote si unus tantum esset homo:aut alia singularis creatura. Quod si potest:quẽadmodum ipsi aiunt:pticularia in bonitatem augmentare:crescente isto illo & alio totus mundus bonificaretur:& sic necessario mundus esset melior q̃ nunc est. Mundus enim non est aliud q̃ omniũ creaturarum congregatio:igitur deus potuit mundum meliorem:q̃ nunc est formare: & ipsum de nouo ad libitum augere. Verumtamen in hoc loco & aliis similibus deceptionem maximam latere constat que cõtra legem nostram ac naturalem ueritatem penitus se habet:& deceptio latens talis est:q; plures moderni auctores sequentes Aristotelem:asserunt:q; omnis homo necessario sit animal rationale & mortale. Sed q; non sequitur augustinus est homo:ergo augustinus ẽ necessario animal rationale & mortale quia contingit sibi animal rationale & mortale esse:pariter sub hoc assumpto inquiunt: de particularibus non haberi scientiam:eo q; particularia necessaria non sunt:& in hoc loco uidelicet q; deus nõ potuit meliorem mundum creare q̃ creauit super eadem uniuersali necessitate fundari uidẽtur. Quod preterea in lege hereticum est:& contra naturalem ueritatẽ. Nam sensibus apparet qualiter sub eodem ordine necessitate & contingẽtia qua augustinus ẽ homo:similiter & unusquisq; homo. Beatus Thomas ẽt alibi plura necessaria preter deum uidetur ponere:sed non adeo manifeste ueluti ista. Videlicet q; omnis homo sit necessario animal rationale & mortale: & Scotus aliiq; plures eadem uia declinant. Verum assumpto hoc fundamento aut potius falsitate de facili cognoscere possumus: qualiter nullam uim habere possunt argumenta istorum asserentia:q; deus non potuit meliorẽ mundum creare q̃ creauit. Quoniam de uniuersali & necessario mũdo presupponũt:licet abscondito modo dicãt: & per hãc uiam facile uideri potest:qualiter de particularibus scientiam habeamus: non autem de aliquo necessario uniuersali:ut in quinto libro diffusius patebit.

Quod licet deus creaturas perfectiores creauisset: propter hoc in naturam diuinam minime conuerterent. Cap.cxlv.

¶Sunt & alii aliam arguendi uiam capessentes: dicendo. Deus non potuit perfectius mundum creare q̃ creauit: eo quod inter deum & creaturas non est dandum medium. Vnde si creature quicq̃ plus illo quod sunt ascenderent: essent dii: & non creature. & ideo necesse erat: quod deus certam ac determinatam mensuram creaturis imposuisset: ad hoc quod creature essent: quia aliter condictionibus creaturarum carerent. Hec autem imaginatio: dato quod colorata sit: non tamẽ uiam obseruat circa prius assumptum presuppositum: quod infert. Vtrum deus meliores creaturas agere potuit: an uero deos facere: nam si eas magnas paruas aut malas siue bonas producit: creature sunt: & non dii: & ubi dicunt non esse dandum medium: hoc est manifestum: quicquid enim est: deus est: aut creatura. Tamen qd nõ detẽ mediũ: nullũ incõueniẽs sequit̃ ad euitãdũ: qd creature ñ potuissent melius ꝓduci. Nõ est enĩ maius mediũ iter deũ & formicã q̃ iter deum & ãgelũ: q̃uis ãgel9 magis q̃ formica: diuine similitudini ĩhereat. Angelus uero est creatura & formica itidẽ creatura: & unaqueq; a deo sine aliquo medio ꝓducta: ñ p creaturarũ potentiã: nec p mensurã quam ipse petunt: eo quod ante creatiõem non erãt: & sic nihil petere poterant. Sed quia deus propria uoluntate creauit ut sibi placuit ita prebuit creaturis mensuram aut bonitatem sicuti uoluit: non tamen inquãtũ potuit. Quapropter intelligẽdum est quod plus potuit q̃ fecit. ¶Et dubitando qd in diuinam naturam transformati fuissemus: si modo deus nos meliores produxisset: hoc nequaquam ad propositum neqdẽ cum aduertentia dictũ. Quicquid enim creatum est: non potest ad infinitum peruenire: q̃uis in discursu temporis nimium ascendat. Semper enim finitum: & creatura erit. Vnde constat deum potuisse mundum multo meliorem creare q̃ creauit: & qd ex hoc non preterisset creaturarum limites. Non enim sequitur creature habent ordinatos gradus: igitur si quicquam ascenderent in deum transirent: & dicimus non ualere: eo quod ultra signum in quod gradus creaturarum attingunt: incomprehensibilis est: uia graduum ad ascendendum in diuinitatem. Quum deus infinitus sit: sine principio: medio: discursiuo: & fine: creature uero semper has omnes partes continent: uidelicet: principium: medium: & finem. Quocirca impossibile est quod in deum ascendant. Quoniam non per se sunt sed per alium: & qui non est per se: non potest esse deus. Vnde apparet creaturas habere locum crescendi in bonitate: non tamen ascendendi in deum. nam quũ inquiunt si deus augmentaret creaturas in bonitatem: augeret ipsas super creaturarum proprietatibus: tunc stare posset quod fuissent dii: Deus autem non potest alios deos facere. Quia narios deos: aut infinita uaria esse omnimodo repugnat. ¶Vlterius in hoc loco nonnulli inquiunt: ꝙ deus ĩ una anima uel in una sola creatura non potest creare plures gradus perfectionum: quam in anima christi. Verumtamen ꝙ in pluribus creaturis potest plures gradus perfectionum ponere: quam in sola anima christi: aut ĩ ipso christo inquantum homo. ¶Nos uero dum de perfectione creaturarum agimus: non de similitudine graduum sed immo principaliter de sublimi gradu: ad quem nullus alius nequaquã omnes simul attingere ualent: intendimus: de quo exemplum in quadam epistola pauli habemus dicentis nescitis ꝙ hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt; sed unus assumit brauium. ita ꝙ quamuis multi homines plures passus quam unus solus apponant in uia: in uno solo qui omnes alios precedit remanet ultimata perfectio. & sic non datur brauium multitudini hominum currentium: nisi tantummodo qui omnibus precedit: pariter si in altitudine saltamus: & unus solus attingit ad decẽ cubitos: & nullus ali9 ascendit ad illum gradum: nunquam alii salientes possunt in perfectione cum illo solo equiparari. licet in multitudine graduum saltandi: ipsum superent: sed in perfectione nunquam possunt cum illo qui superius attingit adequari. ¶Et ita christus inquantum homo: habet supremum gradum: ad quẽ nulla alia creatura: nec quidem omnes simul in perfectione attingere possunt: licet in multitudine graduum maiorem habeant numerum.

Quod Christus & mater eius non potuerunt esse meliores q̃ fuerunt: ut infra latius patebit. Cap.cxlvi.

¶Sanctus thomas tractando de hac materia: quoddam argumentum insinuat: quod alibi est sibi cõtrarium: dicens. Deus potuit agere quod mater eius peccatum non contraheret: & tamen contraxit. Melius uero fuisset quod nõ peccasset: & quo ad hoc abnegat: quod peccauerit: eo quod deus id quod melius esset perfecturus erat. Licet Beatus Thomas alibi econuerso de domina nostra teneat. ¶Sed ad propositum redeundo dicimus: quod solum apparet de quibusq; creaturis: Christum fuisse adeo bonum purum & perfectum: quantum deus agere potuerit. Quoniam humanitatem cum uerbo diuino cõstituit esse unã solã ꝑsonã: pariterq; eius mater iter puras aut solas creaturas ꝑfectissima extitit. iccirco nulla alia creatura põt pertingere ad cõprehẽdẽdas christi & matris eius dignitates: ut

ulterius patebit. ¶ Alii aiunt unam animam non esse perfectiorem altera: & in rei ueritate non apparet: unde queant sufficiens fundamentum accipere. Et quis inferat: quod si una anima est altera melior: non erunt eiusdem speciei siue essentie: nisi diuersarũ. hoc non est ad propositum. nam clare cernimus: in qualibet specie esse quedam particularia aliis meliora: manente eadem specie integra aut indiuisa: quod si differentem speciem accipiunt: eo quod unum particulare sit aliquanto melius ac deterius alio: in hoc modo unumquodq; particulare per se erit species. ¶ Quod si forte aliam partem posuerint dicentes anima inquantum anima est equalis cum alia. Respondeo: quod nos de meliori aut deteriori loquimur: & non de anima inquantum anima: sub methaphysicali consideratione. Et quando acciperemus: Anima inquantum anima intelligeretur: ut saltus inquantum saltus: ex quo palam fit meliorem saltum esse illum: qui uiginti aut triginta pedes comprehendit: aut uallem pertransit: q̃ sit ille qui solum attingit usq; ad septem uel octo pedes. & in medio fouee siue in luto labatur uel supplantat̃. & hi duo saltus ambo particulares sunt: & in eo quod sunt ambo saltus: est tamen alter eorum melior & alter peior. Quod si arguere uolumus: inquantum essentia: non est melior anima beate uirginis q̃ alia cuiusq; peccatoris: respondetur: quod ista essentia ita se habet ut de saltu diximus: aut de quacunq; alia specie. Quoniam essentia anime beate uirginis non est essentia anime Mahumethi nec ab una & eadem massa proueniunt. Quia unaqueq; earum per se diuina uoluntate est creata: & quia uoluntario ac distincte una est ab alia producta: & non quod ab aliqua cõmuni essentia emanet manifestatur unam meliorem & aliam deteriorem esse. Si autem allegare uolueris totaliter dicẽdo: essentia inquantũ essentia. Respondemus: quod hic de meliori aut minus bono loquimur: quoniã manifestum est: quod essentia creaturaũ nõ sit adeo bõa sicuti diuina ẽentia ĩquãtũ ẽentia nec aliter. Et dicere ĩquãtũ ẽentia ẽ uti q; illorum: qui nesciunt quid dicant. Nihil enim est quin tale sit atq; distincte cum suis condictionibus. Quum uero una anima sit ab alia distincte producta: altera quidem melior & altera peior esse potest. q̃uis eiusdem speciei sint. particulariter enim create sunt: & alia melior alia deterior esse potest. ¶ At tamen qui dicunt quod omnino in essentia omnes anime sunt idem: de simplici creatione dubitant: ponentes aliquas species eternas: non tanq̃ materia: sed quasi tanq̃ materia. Que exemplar sit in totius mundi creatione. Quod erroneum esse dicimus in lege: & philosophia. Similiter si de essentia corporea nostra proprie assumere uolumus: unũ corpus quoq; melius in essentia q̃ alterũ. Quoniã tantũmodo essentia unicuiq; est in eo instanti: quo ad indiuiduationem deducit̃. Nam essentia materialis que nunc est in nobis: dũ in elementis seu in celis manebat nõ erat proprie essentia nostra: & probatur: quia ualde differens ibi se habebat q̃ ad spẽm nostram reducta. & sic facile uideri potest qualiter unum corpus est altero melius in essentia & una anima melior altera propinq; ac proprie assumendo.

Qualiter nonnulli dubitantes: quod essentia creaturarum mera ac libera dei uoluntate sit creata q̃plures errores cõmiserint: asserendo; quod inquantum essentia deus non potuit creare mundum meliorem q̃ creauit. Cap. cxlvii.

¶ In hac materia an deus meliorem mundum creare potuisset q̃ creauit: quum plures ualde decepti sunt. Quum dubitent uel dubitare ostendant: creaturarum essentiam esse creatam: & sic ipsam pro re eterna a natura ponũt. Quod in lege hereticũ est: & falsum in philosophia. Quoniã unũ solũ ens eternũ esse potest: qa unũ solũ per seipsum ut in propriis locis apertissime propalat̃. iccirco dũ isti inquiũt: p gratiã seu accidens potuit deus meliores q̃ produxit creaturas ꝓducere: nõ aũt natura uel essentialiter praue utiq; decipiunt̃. ¶ Et ꝓbat̃ ita procedendo. Aut quod essentia creaturarum est creata: aut non creata. Si dicis quod creata. nostrum habemus intentum: Si increata: respondes: hoc erit contra omnes sapientes: qui dicunt totum mundum a deo dependere. Sed quia omnes religiosi ueri concedũt quãcunq; essentiam preter deum esse creatam: de hoc siquidem dicendum est. Vnde rursus perimus: aut quod mundus libera ac mera dei uoluntate creatus: aut uero necessario. Si libere: semper per gratiam in quocunq; signo: & nunquam per naturam: & ubicunq; per gratiam: ibi libertas: & ubi libertas ibi magis & minus dari potest: & sic deus potuit essentiam istius anime meliorem alterius essentia creare: aut totam essentiam hominum meliorem eo quod est. ¶ Et si infers quod necessario deus mundum ꝓducat: tunc nos omnes dii erimus: nulla enim est naturalis omnino necessitas preter illam que est itrinseca: & unusquisq; intrinsece sibi similem producit. nam de toto posse suo operat̃: ut de patre in diuinis in generatione filii dicimus: & de patre & filio in productione spiritus sancti: ac de omnibus patribus in filiorũ generatione. Verũtñ extrinsecus non est talis necessitas: non enĩ naturalis ubi libera uoluntas occurrit. Ignis quia non est liber & naturaliter comburit: semper de toto suo posse comburit: sub qua fantasia Aristoteles & alii quamplures ex suis sequacibus imaginati sunt: quod deus de toto suo posse mundum produceret. Vnde si homo plus illo quod est ascenderet: non fuisset homo. Combustio enim si super species comburendi ascenderet: aut potentia ignis id ageret: nequaquam combustio uocaretur. ¶ In deo autem longe aliter se habet: Quoniam esse hominis non equi-

paratur cũ potentiis ipsius dei:quum deus non creet ipsum de toto suo posse:nequidem naturaliter :
nisi libere & per gratiam.& sic potest hominem homine perfectiorem creare.& talis perfectio ascensio
est:& quod unum alio sit perfectius:patet:per omnes homines discurrendo. Et si responderes hoc per
gratiam fieri:nos quoq; assereremus:ut iam probatum est:quum omnes creature siue earum essentie : in
quocunq; signo:a deo per gratiam & meram uoluntatem dependentes simus. ¶Preterea:quia non
nulli per quodcunq; paruũ inconueniens inquiunt:deus non potest hoc agere: de similibus aliquid ui
dendum est.ueluti dum asserunt:deum non posse creare chymeram:quod creatura non sit creabilis: &
celum mobile. ¶De chymera siquidem pro nihilo uel aliquid equali deo assumendo concedimus:deũ
non posse ipsam creare.tamen posito quod sint ueluti imaginationes nostre aut descriptiones : dum
de ipsa excogitamus uel loquimur:facillime deus potest eam creare.quoniam id quod nos attingimus :
ad edificandum sic uel sic faciliter a deo creari potest. ¶Et dum infertur deus nõ potest taliter agere
quin creature creabiles sint:in primis respõdetur nullam creaturam esse creabilem.Quoniam id quod
iam creatum:nullatenus amplius creabile.& ante creationem nulla est creatura:& non esse autem non
creabile:non increabile:& quum ante creationem solus deus sit:& ipse penitus increabilis constat nul
lam creaturam esse creabilẽ.Quum creare simpliciter nouum producere dicat:quod prius nec sic nec
sic erat:& non esse creabile non est. ¶De celo siquidem facilius patet posse per potentiam dei peni-
tus immobile fieri:& quum hoc non repugnet:in lege habetur:quod aliquando uoluntate dei celi ab
omni motu quiescent:licet quod deus non põt agere:quod ipsemet non sit habilis uel potens ad creã
dum mundum.sed non propter hoc mundus ex parte sua creabilis:nisi quod deus est potens ad creã
dum:& repugnat ei impotens esse. ¶Demum si deus noluisset creare mundum:ubiq; repugnaret qd
mundus crearetur.Quum per nullum uelle:nullam potestatem creature esse possunt:nisi per uolunta
tem & potestatem dei.unde remota ipsius dei uoluntate:impossibile esset creaturas creabiles esse.Quo
niam eo tunc nulla fuisset creatura.

Quo pacto probetur:deum posse aliquam creaturam creare : que per essentiam deũ
uideat:quum omnia in creaturis in primo signo per gratiam sint:& quod omnis res
siue essentia necessario est prius in actu q̃ in potentia: & qualiter intelligatur mate-
riam nunq̃ a forma separari:idest ab existentia:& q prima materia imaginario & nõ
in re assumatur atq; qualis sit.

Cap.cxlviii.

¶Per similes uias ut superius uisum est:uidelicet:dum proponit deum nõ posse meliorẽ creare mun
dum:q̃ creauit:plures alii errores ab antiquis & modernis cõmissi sunt.Veluti inferẽdo:qd deus nõ po
test creare aliquẽ angelũ uel aliã creaturã:que per essentiam deũ uideat sine gratia uel lumine sup ip
sa essentia addito.Sed hi essentiam eternã sine existẽtia imaginant: quã neq; bonã neq; malã siue per
fectam uel impfectã:nisi essentiã tantũ dicũt. ¶Verũ qd nulla essentia sine existẽtia detur neq; dari
queat:in quinto libro tractãdo de uniuersalibus deo auspice ꝓbabit:neqdẽ aliqd opus a deo imediate
emanatũ põt impfectũ eẽ:quũ deus summe bonus ac pfectissimus:& p opa ad extra qualia intrinseca
sint cognoscimus.Vnde si essentia absq; existẽtia daf a deo imediate emanata q̃ neq; bõa neq; mala:ar
guit deũ iperfectũ esse:qd est absurdũ.nã quũ ipse solus sit actus purus atq; pfectissimus:ipossibile ẽ ali
qua ab ipso iperfecta opari.Licet qd aliqd potius pfectũ & aliqd minus:cũcta tñ a deo dependentia in
modo suo pfecta:omnes res mundi:oẽ esse atq; omnes essentie in primo signo essendi p nouã creatio
nẽ a deo dependent:& deus est perfectissimus ac purus actus.Sequit quodcũq; opus imediate a deo in
primo signo essendi existere:ac bona eẽ:& hic habet qd oia inquãtũ sunt:bona sunt.Et licet tale bonũ
naturale uel bonũ entis i cõmuni locutiõe dicaf:ac si ab aliquo uniuersali eterno emanaret:nequaquã
simpliciter ita tenendũ ẽ:nisi figuratiue tãtũ.Quoniã solus deus uerus naturalis:capiẽdo p eẽ eternũ
aut necessariũ esse:sed i creaturis uel depẽdẽtibus lõge aliter cõsiderãdũ.Quũ oia cõtingẽtia sint:nõ
qd cõtingat creaturis in primo signo esse:nec deo contingit:qa prius & posterius nõ habet . Sed cõ
tingere dicimus:eo quod creature possunt eẽ & nõ eẽ iuxta liberã dei uoluntatẽ. Quoniam quicquid
ad extra operamur cõtingẽter:quandoqdẽ põt esse & non eẽ.& qa mundus est ad extra dei: & non p
intrinsecã emanationẽ productus:deus ipsum creare uel dimittere potuit.Ideo super hac ambiguita-
te cõsideratus mũdus est cõtingẽter.Quoniã nõ necessarius necessitate itrinseca aut simpliciter assum
pta:q̃uis necessitas secũdum quid uel bene esse.Nãq; oẽ bonũ:bonũ agit.Deus ẽ optimus & est bonum
creare mũdũ:cõdecẽs ẽ ipsum creare.Attamẽ libera uolũtate & sub hoc ordine maior necessitas ẽ:qd
angeli & hoies creentur q̃ lapides:formice:musce:& similia:eo quod potius digniora q̃ indigniora exi
gẽda sint.Sed de intrinseca dei necessitate nil magis cõpellit ad creandũ angelũ q̃ muscã:quoniam ex
pte depẽdẽtiũ neqequã i creatõe occurrit.Habito nũc quaten9 oia pter deũ cõtingẽter sint:ex eo qd
oia depẽdẽtia:& pariter i eo qd sunt:bõa eẽ oia:& bonũ qcqd a deo imediate ꝓductũ:oia a deo depẽ
dẽt:igit qcũq; sunt bõa sunt. ¶Preterea de9 ñ hẽt pri9 & posteri9 quo ad se simpliciter põt i aliquo
signo creare eẽntiã:ergo i eo signo põt creaf ipam pfectã.qa aliter nõ eẽt act9 pur9: nisi ex hoc nũc

in aliud nunc transiens ut materialia faciunt. ¶Et si isertur ꝙ aliud est essentia: & aliud bonum:uel
quod nullatenus cōuerti possunt:hoc nēpe negaf. Quicquid eni est:ex eo quod ē:bonū est. ad differētiā
de nō esse:essentia est differēs a nō esse:ergo itrinsece bona. Bōa i aliquo gradu per intrinsecum esse:&
deus nō habet limitem siue impedimētum quousqꝫ extēditur sua potestas:sequit̄ quod dum potest crea
re angelum bonum per eēntiam i tribus gradibus:potest eum creare i decem uel i oibus qui postea su
per ipso apponi possunt. Quoniam angelus nullam essentiam:nullum esse:nullam naturam : de seipso
habet. Nam quicquid est i angelo per simplicem ac nouam creationem a deo productum est:& quicqd
p nouā creationē p gratiā:nō autē p naturam ut de operibus celoꝝ & elementorū seu mūdi cōsidera
tur:quia cōcesso:qd ea que i primo signo essendi assumimus naturalia sint:oportet naturalia itelligere:
ex eo quod durabilia atqꝫ itrinseca & pluribus cōmunia. Nihilominus p gratiam dei tributa. & q̄uis ea
que i primo signo creationis dātur naturalia & nō de gratia appellari soleāt: si recte discernere uolu
mus:hoc primum est maior gratia:q̄ aliquod aliud postmodum adueniens. nam potius est nouum esse
assumere:quum prius neqꝫ sic neqꝫ sic eramus q̄ deinceps super hoc esse : aliquas perfectiones capere.
¶Rursus quicquid liberum presertim si bonum per gratiam assumptum reputatur : oīs essentia uel
totus mūdus habet nouum esse a libera dei uolūtate:igitur per gratiam & nō per naturam. quoniam
natura tāquam emanatio per necessitatem dicit:& quelibet emanatio necessaria itriseca: nos nō sum9
itrisece a deo emanati:ergo nō necessario sed cōtigēter. Nostra enim creatio i libera uolūtate dei cōsi
stit:itaqꝫ nō naturaliter creati sumus:neqꝫ aliquam naturalem essentiam ante creationē presuppositā
habemus. sed a potestate uolūtate & itellectu dei simpliciter creati sumus. i quo signo creationis:quum
creare seu creatura gratia dei sit atqꝫ opus ipsius:i illo primo signo ab itriseco potest esse si deus uult
usqꝫ ad ultimum perfectum:quod i creaturis dari potest. Quoniam proponere essentia sine existentia
neqꝫ bōa neqꝫ mala:& deide essentia existēs per esse:ac bōa tātū imaginaria sunt per gradus quos nos
per opus itellectus agimus. ut i quito libro tractādo de esse essentie:& esse existentie ac de uniuersalibus
patebit. Hic autem dicimus:quod facile est ponere. Equinitas tātum est equinitas. Sed quomodo hoc in
telligatur:aut iuxta fantasiam talia ponētiū stare queat:protinus difficile. At uero ad casum nostrum
cōcedere oportet:quod si deus per aliquam gratiam creaturis additam post signum creatiōis potest
ab ipsis uideri:potest etiam per essentiam:uidelicet per itrisecam naturam:quam deus per nouum esse
creaturis tradit. & tamē dicimus tradere in modo loquēdi nostro:ac si nos prius fuissemus: & deiceps
deus daret nobis esse. Nihilominus itelligēdum est:deus ponit nos i nouo esse: quo prius non eramus:
quod equidem esse primum nostram itrinsecam materiam denominamus. tamē gratia dei est : licet su
p ipsa aliā & aliā assumeref possemus. Verum i primo signo eēndi si deus uult oia perfecta simpliciter:ab
itrinseco potest cōcludere. Nulla enim est icōueniētia seu repugnantia ex parte dei nec ex parte solis:
quod i eodem signo simpliciter quo sol est:sol etiam sit lucidus & i eo signo quo celum est celum sit ex
tēsum:sit magnū:ac super oibus elemētis existēs. Licet creature i modo nostro cōsideremus i cūctis re
bus uarias prioritates ac posterioritates:que i re neqꝫ priores neqꝫ posteriores pariter & alia realiter di
stincta:que idem sunt:ueluti uera diffinitio cum suo diffinito:quemadmodum alibi patebit. ¶Verū
tamē creature itellectuales i uariis signis perfectiōes suas capiūt:eo quod libere ad operandum create
sunt:sub qua libertate aliquod proprium meritorium:aut malum demeritoriū:acquirere possunt. Quē
cōmunem ordinem dicimus naturam itellectualem:qua obseruata nullus angelus:siue alia creatura:si
ne lumine addito deum uidere potest. Et tamē si deus uult potest creare aliquem angelum uel creatu
ram:sine libertate ad agēdum bonum & malum. Sed de necessitate omnino ad bonū tēdens: & hec ne
cessitas ad bonum fuisset natura illius angeli. Vnde probatur quod sine aliquo lumine addito angelus
uideret deum per solam essentiam a deo tributam seu creatā. Nulla enim essentia datur : quin deus uel
creatura sit:& quicquid deus summū optimū:& quicquid ab ipso creatum bonum. Nequaquā uero ima
ginā da est aliqua essentia uel esse uniuersale:preter hoc uel illud particulare. ut hic deus hec creatura :
quemadmodum postea uidebitur. Namqꝫ oia preter deum depēdētia sunt:& quicquid depēdēs ab ipso
depēdere elimitatur. Quocirca solus deus absolutus:quum ipse tm̄ a se i quo absolutum stare pōt:nullū
preter deum a se:igitur nullum absolutum uel sine limitatiōe:nisi deus:& ubicūqꝫ limitatio ibi existētia.
¶Tādem multi timētes irreligiosorum opiniones:aut qui nesciūt ad mera rerum pricipia deueni
re:pleraqꝫ falsa in opinionibus suis concludunt. Veluti imaginando quamlibet essentiam esse eternā:&
tamen hoc in philosophia falsum:& in lege hereticum:ut patet: agēdo quod deus nō potest mūdū ab
eterno creare. ¶Nequidem ualet inferre:quod mundus sit ab eterno in esse potentiali . Quoniam
tunc necesse esset assignare alium mundum in actu continentem in potentia istum qui nunc est: quia
impossibile est absolute quod aliqua res sit prius in potentia q̄ in actu:quum potentia ad futuros actus
dicat:& omne futurum presupponit aliquod antecedens . ueluti presens & preteritum nec preteritum
sic uel sic esse potest quin in actu realiter ac formaliter fuisset neqꝫ presens datur sine existenti actu . Po
tentia dicit ad futurum preteritum & presens:sunt priora futuro & sunt in actu:palam constat: omnes
res prius esse in actu q̄ in potētia. Quanq̄ hic plerīqꝫ inaspiciētes decipiant̄:& fere oēs:cōsiderādo: fi
liū i potētia patris eē anteq̄ generet̄:& tn̄ falsa cōsideratio. Quoniā nihil ē i patre qd sit filius : si forte

nõ dicis quod ille pr̃ seu hõ:ẽt est filius alicuius alterius patris.Sed hic non loquimur de tali filiatione:
hec enim in actu est.At dicendo filius est in potentia patris priusq̃ generet:intelligẽdũ ẽ iste hõ ẽ apt9
uel potens ad generãdum filium:& aliquid quod nũc est in eo:sperma siue aliqua alia pars quãdoq; p
generationem trãsit in filium uel alium hominem.Sperma uero nõ est filius:neq̃dem filius fuit aliquan
do sperma.Et tamen illud sperma existens in actu:erat in potẽtia trãseundi in filium.nihilominus de fu
turo dicebat.Quamobrem sensibus probat unãquãq; rem prius esse in actu:q̃ in potẽtia:quum actus
dicat de presenti & potentia ad futurũ.Eo magis quod nulla res in se dicit potẽtiam neq; est in poten
tia trãseundi in aliud:dum obseruat eam speciẽ:in qua de presenti manet.sed per dissolutionẽ illius spe
ciei intelligitur in potẽtia trãseundi in aliud:tñ de futuro indicat:Ideo prius in actu q̃ in potentia.
¶Nũc sic:nullus mũdus datur prior isto qui in actu de p̃senti existat:ergo iste mũdus nũquam fuit in
potẽtia. ¶Neq; est dicendũ quod mũdus erat in potentia dei anteq̃ ipsum creauisset:quũ deus non
habeat prius & posterius:quoniam actus purus. Vnde nil potẽtiale datur:quia idee intrĩsece in deo:ip
se deus sunt:& deus actus pur9. Vñ oportet quod hic mũdus sit in actu ab eterno uel simpliciter in se
aut in alio existens:uel quod simpliciter sit ĩ actu creatus & prius in actu q̃ in potentia nõ dat:creatio
eterna in actu ergo multominus in potentia:eo quod prius actus q̃ potentia.Nam si diceretur ut in si
milibus exemplatum est:ego sum prius habilis ad currendũ:q̃ curram.Respõdetur. quod illa habilitas
est in actu de presenti:& cursus de futuro.habilitas uero currẽdi nõ est cursus.& si dicis quod ĩ cursum
transit:concedis:quod prius in actu fuit habilitas:& deinde transiuit in alteram speciem:que uocatur
cursus:Verum in eo tũc nõ est amplius habilitas neq; prius erat cursus:sic uel sic nisi habilitas in actu.
Ideo ubiq; prius actus:q̃ potentia.& in hoc loco uideri potest:qualiter falso presupponatur:dũ dicit:
quod essentia neq; bona neq; mala:si de presenti essentiam assumere uoles . Quoniam oĩs essentia aut
omne esse de presenti in actu est:& tamen si de postero consideras uidelicet ad futuros actus tendente:
imperfectum dicit:& quicquid iperfectum aut quod potest nõ esse nõ est denominãdum bonum saltem
simpliciter.hic cibus est in potẽtia transeundi in carnẽ animalis:& indẽ in potentia trãseũdi in aliud:
inquãtum nõ est de necessitate trãseundi oĩno in carnem animalis:sub hac consideratione hec poten
tia non infert q bona neq; mala seu perfecta uel iperfecta:& tñ inquantum cibus quia de presenti exi
stit bonum dicit essentialiter formaliter & materialiter:in esse in ente:aut quomodocũq; ipsum in hoc
nũc consideres.sed cõsiderãdo de illo quod quãdoq; erit & potest esse & non esse:sub illa imaginatiõe
neq; perfectum neq; imperfectum.Nihilominus omnis essentia atq; omnes res in presenti bõe:sed sub
cõsideratiõe de illo quod nondum sunt neq; bõe neq; male. Verum inq̃tum materia aut forma funda
mẽtaliter que nunc est in spermate trãsit postea in animal in terram in herbam ĩ arborem uel similia:
Vbiq; est bona de preterito presenti & futuro:quomodocunq; cõsideretur:fundamẽtaliter assumpta:
quia nũquam illud fundamẽtum de naturali ordine potest ñ esse:& id quod semper est:naturaliter ca
piẽdo:ubiq; iuenitur bonum.Sed actus cõtingẽtes ĩ ipso fundamẽto quia possunt esse & nõ esse:dum
sunt perfecti nũcupãdi:dum uero nõ sunt imperfecti. ¶Et sic dum dicitur q essentia aut materia:ñ
existit de actibus aduenientibus in ipsa materia:per aliquam trãsmutationem itelligẽdum est:nõ autem
de materia uel essentia propria fundamẽtaliter capiẽdo:nisi de actibus ei cõtigẽtibus. ¶Et ĩ hoc lo
co satis itelligi põt:qualiter dicatur materiam nõ separari a forma secũdum esse:sed secũdum imagina
tionem.Quoniam hic formam pro actu uel existẽtia assumit.Ita quod hoc modo forma actus & existẽ
tia cõuertũtur:aut idem sunt.& quia omnes res aut omnes materie semper existũt sic uel sic capiendo:
dicitur:nõ separari a forma idest.ab actu existẽdi.nam dato quod materia proprie dicta:uidelicet:ge
nerabilis & corruptibilis de specie ĩ speciem trãseat:per quam trãsitionem plures existentias deperdat:
nũquam tamen oĩ existẽtia atq; figura priuatur:quia ubicũq; materia inuenitur in declinatõe uel aug
mentatiõe aut in specie perfecta:ibi existit. Veruntamẽ ex eo quod materia deperdit existentiam:quã
ĩ una figura uel specie habet secũdum imaginationẽ:quam super illa prima specie agimus:separat ab
illa forma:actu uel existẽtia.sed nõ quod realiter ab omni actu manẽdi seu existẽdi ĩ hac uel illa specie:
separetur.Et hoc modo intelligẽdum est quod materia nũquam a forma separatur:idest ab actu existẽ
di:& quod pro illa forma Aristoteles nõ intellexisset:probatur:ex eo quod ꝓpositio eius uera sit.Quo
niam assumendo formam ueluti pro anima intellectiua sensitiua uegetatiua motiua augmẽtatiua & si
milibus:materiam uero pro corporibus que corrumpi & generari uidemus:sepe ac sepius materia rea
liter capiẽdo a forma separatur:& uerba aristotelis absolute dicunt materiam nũquam a forma separa
ri:sequitur ex eo quod uera sint:quod de actu existẽdi ipsius materiei:hic forma itelligatur. ¶Preser
tim quod ubi ait q nũquam separatur:sequitur prius esse in actu existendi q̃ in potentia. Nam oẽ com
positum de materia & forma in actu est:& quicquid separari debet:necesse est quod prius sit unitum.
¶Et hic nõ dicit quod nunq̃ datur materia sine forma:nisi quod nõ separatur. Vnde de existẽtia seu
actu manẽdi intelligendum est.quoniam proprie assumendo materiam & formam:sepe una sine altera
datur:nihil autem sine existẽtia preterq̃ imaginario. ¶Ex quo sit quod in celis non imaginamur ue
ram materiam esse:& quod nunquam separatur ab una & eadem existẽtia:nisi forte diceremus de hoc
ad illud transire:penes aliquos uarios motus.& uidetur hãc fuisse intẽtionem aristotelis : quod in celo

nõ sit materia:nisi forte materia secundum mutatiõem de loco ad locum:eo quod celũ diuersos habet cursus. Sed quod non transit de specie i speciem:nequidem generatur uel corrumpitur: materia ipsius nõ separatur a forma idest ab una & eadem existẽtia:secundum esse nec secundũ cõsideratioñe. Materia uero elementorũ separat̃ ab existentia uel actu circa imaginationem nostram:eo quod ꝑ putrefactionem & generationẽ de specie in speciem transit:hãc dimittẽdo & aliam acquirẽdo: & in hoc dimittere separationẽ imaginamur:& tñ ubiq; existit seu in actu est:& actus forma & existẽtia fundamentaliter idem sunt:uniuersaliter capiẽdo. Sed postremo assignãdo differentiam inter res digniores & indigniores:alias formas & alias materias appellamus. ¶ Et quẽadmodum actus diuersimode capit̃ itidẽ & materia. Nam qñq; materiam dicimus pro substantia iperfecta:uel trãseunte ex hac specie i alteram: & alias potentia denominatur materia. Et in hoc loco animaduertẽdum est:quod potẽtia:simpliciter itelligẽdo:nũquam datur in re nisi imaginario tantum. qm̃ potẽtia nõ dicit de presenti:& nil quod de futuro expectatur adhuc est. Vnde oportet quod imaginario capiat̃:& non in re. Iccirco recte dici potest materiam non esse in actu:uidelicet potentiã. eo ꝙ imaginaria de illo quod erit. sed uere aut extra simplicẽ imaginationem nulla materia seu potentia separatur a forma:idest ab existẽtia:ut superius uisum est. ¶ Vnde melius aut saltẽ clarius diceretur:hoc est potens ad transeundum in aliud quod nondum est:uel ad operandum aliquid quod nõ operatum fuerit:q̃ dicendo est in potẽtia ad aliud:de illo quod nũc est. quum impossibile sit per illud instãs quod aliqua res sit aliud de illo:quod est in actu. sed imaginãdo quia interdum dimittit illam speciem & transit in aliam:p illam trãsitionem imaginamur quandam potentialitatem seu possibilitatẽ:que nõdum est. Talis uero possibilitas nũquam datur in re: quũ semper de futuro dicat:& nunquam illa que futura expectantur sunt:assumẽdo semper futurum: nequidẽ illud quod de presenti dicit:potest non esse in actu uel existẽtia. Demum imaginario prius res sunt in potentia q̃ in actu. Sed in re aut uerũ assumendo prius in actu q̃ in potẽtia simpliciter:uel quomodocunq; sit:tanto quod esse assumamus:& taliter de prima materia intelligendum est:uidelicet:q̃d non sit in actu sed in imaginatione nostra tm̃:ad id quod in futurum erit. ¶ Et pariter in quacunq; re compositionem de actu & potentia considerare possumus extra deũ:qui actus purus: & tamẽ actus infert de ꝑsenti:& potentia ad futurum:eo quod oĩa depẽdentia aliter atq; aliter se habere possunt:& quicquid potens ad transeũdum ex hac similitudine in alteram:denotat ab intrĩseco compositionem. dato:quod potentia non sit in re:nisi imaginaria tantum:& tamen res ipse semp realiter assumpte trãseunt:ex hoc modo se habẽdi in alium. & quia deus semper idem absq; aliqua uariatione se habet: ipse solus actus purus:& sic capi potest qualiter dicatur omnes res preter deum de actu & potentia constare:seu aliqualiter de forma & materia:hoc ẽ de magis ꝑfecto & minus perfecto. Nam semper sic uel sic existere perfectum est quod actus uocatur. Sed posse uariari aut in diuersam operationẽ uel speciẽ trãsire:imperfectum & tanquam materia:uidelicet:tanquam corruptibile uel inconstans:& quia oĩa dependẽtia incõstantia:penes illam uarietatem materialia uel potentialia uocantur. Sed ĩ eo quod semp existunt forma uel actus:& tanto magis aliquid forma uel actus appellatur:quãto minus ad corruptionẽ uel uariationem declinat. & quoniam elementa & constantia de elementis nimium uariabilia ac generabilia & corruptibilia:ipsa proprie inter oĩa dependentia materialia. Celi anime ratiõales: & angeli: quia ĩcorruptibiles q̃uis aliqualiter in operibus uarientur immateriales uocari possunt:inquãtum non corrumpũtur. Verum aliqualiter materiales uel potentiales circa uariatiões operãdi. Nihilominus realiter:nulla res dicit compositionem de actu & potẽtia:quum potentia nunquam sit in re:nisi imaginario tantum:per transitionem quam creature faciũt de hoc modo manẽdi in alium. ¶ Sed de eadem materia que nunc est in hac figura postmodum trãsit in aliam:nõ in aliam que nũc est: nisi in aliã que in futuro erit. ¶ Vnde sit quod potentia seu prima materia:de qua nunc loquimur:se habet tãquam relatio de hoc ad illud:& tñ nõ uera relatio. quum nõ dentur ambo extrema in re: nisi semper unum tantum intelligas hoc uel illud:& uere relatiões duo extrema seu fundamẽta realiter assumpta ꝑsupponunt. Nihilominus quia semper substãtia generabilis & corruptibilis tendit ex hac forma uel figura ad aliam futuram:que nõdum est:considerando super ac respicientia appellamus ipsam potẽtiam seu primam materiam:primam quia priusq̃ sit i re. Quapropter recte dicitur:quod materia nõ est hoc neq; illud:quum non tendat hec respiciẽtia magis ad unam formam q̃ ad aliam:idest ad trãseundum in unã speciem potiusq̃ in aliam per dissolutionem istius:in qua ipsa materia uel substantia nũc manet. ¶ Et quod etiam Aristoteles de simili materia intellexisset satis cognosci potest:ut dum primo physicoꝝ ait. Materia non cognoscitur nisi per analogiam. idest ꝑ comparatiõem ad formã:que analogia nil aliud est q̃ relatio uel respicientia de hoc modo manẽdi in alterum:qui nõdum est. Vnde proprie materia in re assumẽdo:est substantia transmutabilis de figura in figuram. ¶ Et prima materia est illa habilitas transmutationis. sed quia illa habilitas existit de presenti:nam tota illa res seu materia existit:& ad aliã tẽdit. imaginamur illam habilitatem esse in sola potentia nõdum existẽtem. Sed illud nõdum de illo q̃d erit intelligẽdum est:non enĩ de illo quod nũc est. Nũc enim tota illa habilitas siue materia existit:& tamen quia futura respicit aut tẽdit ad transeundum in aliud quod nõdum ẽ:imaginamur ibi illud q̃d quandoq; erit:tãquam esse potẽtiale. Verum imaginario tantum. ¶ Et sic etiã in primo physicorum

habet. Materia nõ est sua potentia: quia potẽtia ẽ in genere relationis: materia uero est in genere substantie: intelligendum est ꝙ potentia nõ est proprie materia: sed relatio ad futurum: & relatiões per se assumpte imaginarie sunt dũmodo totum ipsum subiectum nõ assumeremus pro relatione: inquantum totum aspicit aliud extremum. nam totus hic pater aspicit totũ hunc filium: & totus hic filius totũ hũc patrem. Relationes autẽ tãquam per se a patre & filio distincte imaginario tm̃ sunt: quas nos per opus intellectus fundamus considerãdo hanc mutuam aspicientiam patris & filii. IcCirco relationes simplicissime sunt: quum imaginarie tantum. Nihil enim habent de esse: nisi iquantum nõ esse dicimus. ¶ Ita ꝗ prima materia quũ per potentiam ad futurum seu per relationem capiat simplex omnino ẽ: quum nil de se contineat nisi p imaginationem nostram dũtaxat: & quod talis potẽtia uel pria materia imaginaria tantum sit: ut exposuimus: per concessa ab omnibus sapiẽtibus patet. quippe quod asserũt omnia entia preter deum de actu & potẽtia constare: prima materia etiam p omnes agẽtes: de ipsa nõ cõstat de actu: nisi de potentia tantum. & prima materia nõ est deus: sequitur alia preter deum esse nõ cõstantia de actu & potentia. & si materia depẽdens nõ constans de actu & potentia dat: itidem est dãdꝰ actus depẽdẽs ad ingrediẽdum in ipsam: etiam ĩcompositus. non datur aliqua res preter deum incomposita: constat quod prima materia imaginario assumatur per analogiam seu relationem ad futurum. Materia enim pluribus modis capitur: ut iam tactum ẽ. ¶ Et sic dum Aristoteles ait. Materia appetit formam: sicut femina uirum: & turpe bonum. de materia reali intellexit eo quod substantia generabilis & corruptibilis ab ĩtrinseco semp amat. ex hac figura in aliam transire atꝗ uarias formas assumere. que de se proprie nõ sunt materia: quemadmodum aĩa intellectiua & sensitiua. Sed hic de substãtiis realiter existentibus intelligimus: nõ autem de imaginariis siue relatiuis. ¶ Etiam realiter capiendo pria materia alio modo intelligẽda est: uidelicet: pro re ab intrinseco patiẽte. Vnde dicimus nos esse in prio signo nostro aptos ad conuersandum: & cõuersari ad agẽdum ĩ aliis & patiẽdum ab ipsis. ¶ Communicare & cõmunicari deus potest: qui tñ pati non potest. unde cõmunicare & cõmunicari nõ significat proprie de materia constare. Verum unũquodꝗ patiens aut quod pati potest ab intrinseco: aliquid de materia continet. & quia oĩa depẽdẽtia sic uel sic pati possumus: omnia realiter ab intrĩseco materialia continere comprobamur. licet hoc potius materiale & illud minus. Sed quecũꝗ pati possunt: aliqua ab intrinseco cõcludũt. nec ĩtelligas quod in omnibus sit compositio de materia & forma tãquam de re & re: nisi quod omnia dependentia substantia uel accidentia: aliquatenus sunt imperfecta. At non sunt me perfectissima: uel actus purus. Ideo ob istam impuritatem materialia dicimus. sed quia etiam aliqualiter perfecta formalia uel actus.

Cur melius est quod res sint in pricipiis naturalibus: quam quod nõ sint. dato: quod in aliquo particulari male operent: in quo particulari bonum esset: si nunꝗ deducerent. Cap. cxlix.

¶ Visa superiore materia: facile intelligi potest: quomodo assumẽdũ sit: dũ dicit: quod sit melius esse: quamuis damnet: quã non esse. Et aduertas quod hec questio sub paucis manet: atꝗ omnibus respiciẽtibus clara est. nam dũ in commune: quod a nõnullis in esse essentie dici solet. semper melius esse quam nõ esse: dato: quod ad inferos descẽdatur: uerũtamen hoc esse quod ad inferos cõdemnatur particulare est. quoniam nullum uniuersale cõdemnat. unde potius ad uniuersale: quam ad particulare attẽdendum est: & uniuersale dicimus nũc p quodcũꝗ principiũ ĩ pluribus transmutabile: de specie in speciem transeũdo. ¶ Exempli gratia: materia que nũc est in me & in te: in principio mundi erat in elemẽtis atꝗ in Celis. In Celis ĩtelligas inquãtũ ab ipsis aliquam influentiam ueluti calidum frigidum & similia deducimus: & postmodum iter principiũ totius mundi & generationem meam particularem materia ĩ me manẽs in aliis pluribus particularibus fuit: & post dissolutionem meam ĩ plura alia trãsibit. Vñ posito quod ego male operatus sim: & damnari merear: uniuersalior pars curanda est: uidelicet de elemẽtis: arboribus: herbis: cibis: & de animalibus: in quibus iam materia mea extitit ubi multa bona operari potuit. & in futurum operatura est: per uaria particularia transeundo. quoniam a natura loquẽdo: corpora nostra non descendunt ad inferos: ut ibi crucient: & si descẽdũt: non semper morabunt cum nõ semper peccauerint. licet quod secundum legem corpora male uiuentium cum animabus simul post resurrectionem sine fine punientur. sed talis pena particularis atꝗ accidentalis est. nõ autem de ordine simplicis nature. Et sic his similibus melius fuisset non esse quam esse ĩ hac particularitate. nam quãuis ego nunquam essem: materia que in me existit: in aliis pluribus fuisset: in quibus recte operata stetisset. ob ꝗ opera nature laus adimpletur. quoniam praua opera ipsi nature nullam adducunt commendatiõem. concedimus tamen totius mundi ornamẽtum esse: quod plura particularia oriantur: diem bonum operatura sint: nam si nasci bonum est: decet quod deinceps bene operemur: & qui male operatur totã sue natiuitatis bonitatem deprauat: nõ ipsius materie bonitatem fundamẽtaliter assumptam: sed inquãtũ ĩ hoc particulare transiet. quoniã uero principia simpliciter assumpta aut in eo signo: quod a solo deo depẽdent: maximam habẽt uirtutem: eo quod deus summus bonus: unde necesse est omnia ab ipso immediate operata bona esse. Vnde cõcedendum est: quod totus mũdus constat de tot pfectis gradibus.

& cum unaqueque creatura gradum uel gradus dicet in ipsa natura: si fundamentaliter defecisset: toti9 nature perfectio minueretur. quoniam quilibet nostrum totius nature est pars: & non potest pars defi- cere quin detrimentum fit totius: & est asserendum quod totus mundus gradibus perfectis eentiarum seu quátitatum rerum constaret: Concedere oportet: melius esse hunc hominem particularem condé- nari: quam quod esse manés in ipso non fuisset in natura rerum. ¶ Licet quod numerus determinat9 graduum non dicet taliter perfectionem: quod in aliis pluribus numeris non colligissent: eádé pfectio nem aut parum distantem. Et sic deus nõ est compulsus ad creandum múdum: de tot gradibus determi natis: & tamen in recta mensura Creauit ipsum: que mésura táquam natura mundi habetur: & ea q̄ pri cipia naturalia sunt nullatenus deficere debent: eo quod túc difficultas in ipsa natura assignaretur.

¶ Concedendum tamen est deum super naturalia siue primam ordinationem alias posse apponere: sub quo fundamento habemus: omnes recte uiuentes post hanc uitam í animabus & corporibus super celum ducendos esse: quod a natura extar̄ minime potest. Cum super Celum huius múdi terminus nõ sit: Et nos partes sumus integrales nature. unde fit: quod positi super celum tanquam alienati a nostra natura sumus: de corporibus tantum intelligendo. nam anime ratione sue perfectionis super celum ha bitature sunt: a natura sumendo ut in quarto libro agédo de anima patebit. sed corporibus nostris nõ tantum ascensus super celum prohibitur. imo etiam ad illud attingere posse aut saltem extra spheram igneam transire: eo qđ nos ex quattuor elementis sub concauitate celi cõstamus: & p̄ naturam ad ipsa redituri sumus secundum corpora: nõ enim super celum & si ascendimus: ut lex permittit: & etiam rõ causa unionis anime & corporis: ibi per gratiam non autem p̄ naturam corpora manebunt. ná nullú corpus presertim generabile & corruptibile super celum ascendere potest: neq; manere contentú: posi to: quod ascédisset eo: quod unaqueque pars corporis nostri: suam expostulat originem & eleméta ipsa incessanter omnes partes itegrales cõuocát. Et si nos super celum mansuri sumus: deficientiam in ele- métis adducimus. Vnde oportet q̄ deus omnipotés corporibus super celum manétibus per gratiam p̄ beat contétum: & elementis ut sine aliqbus suis ptibus manere uellét. ¶ Et in hoc loco facile cogno sci potest. Qualiter digniorem atq; superiorem naturam celo anime habét nostre: eo quod incessanter super celum ascédere uellemus: ut quid ibi sit cognosceremus: quod a corporibus: nullatenus emanari potest: cum multo íferiora Corpora ipsa sint celo. Verútamé causa uniõis seu quod anima rationalis & corpus humanú unú ídiuiduum faciát: & digniorem. partem deterior assequi semper debet: corpora etiam simul cum animabus super celum ascédere appetút. quoniam ibi est totius mundi pars dignior: & quod dignius est oés a natura amamus: eo magis quia rationabiliter corpora male uiuétia simul cú animabus in íferis cruciari tenétur: pariter bñ uiuétia super celum ascédere debét. ¶ Deniq; ad pri mam questionem nostram reuertédo dicédum est: quod si hic homo simpliciter atq; in particulare crea retur: & quod esse suum nõ fuisset mutabile de hoc in illud: si est malus: esset melius quod núquá fuisset. nam illud quod semper malum est: deterius est: quam nõ esse. Sed cum presupponimus quod oés res in aliquo pricipio uel mansione sunt bone: melius dicimus esse quamuis male: quam nõ eé. simpliciter assu mendo. Sed hic potest capi questio maxima ita dicendo. Ponatur quod lucifer í esse primo suo neq; bo nus neq; malus: nisi tátum ad hoc uel ad illud ambiguus aut prorsus malus creatus: & semper erit talis & nõ potest de specie í speciem tráSmutari: aut de hoc particulare in illud: p quas uarietates í hoc uel í illud faciet bonum: asserédum est: fuisse melius quod nunquam lucifer fuisset sic nec sic: quam esse: eo qđ semper í malum. Et pariter de animabus nostris dicédum est assumendo quod create sint: & unaqueque anima í uno corpore humano tátum habitatura sit: ita quod si malú operatur: semper in penis mane- bit & sic melius esset ei nunquá fuisse secúdú quosdá irreligiosos phylosophos: aut salté ñ recte religio sos: asserétes: quod unaqueque ratiõalis aia sepe atque sepius ad administrádú uariis corporibus de ce lo descédit. est multo melius esse quá nõ esse: cõcesso quod in aliquod particulare faciat malú: eo quod per aliquod supplicium purgatur ascédit ad celum & deinceps infunditur in aliis corporibus & opera tur bonum.

Qua de causa aduertédum est: ne in quacúq; parua re dicatur: deus hoc ñ potest: ut a non nullis íferri solet: qui í aliis locis affirmát: deum eminétem posse quicquid oés creature atq; etiam perfectius. Cap. cl.

¶ Cõtra hos uero limitatores aut presumentes: potestaté dei limitare ob uaria eorum dicta inter se penitus incõpatibilia: multa quidem opponere possumus. Quádoquidem in primis hi oés asserút: deú omnipoteté esse ac posse quicquid sue oipoterie nõ repugnat. ¶ Vlterius iquiút: q̄ deus uirtualiter seu eminéter quascúq; creaturarum potestates cõtinet: & potest quicquid creature possunt ac pfecti9. Item deus nõ habet prius & posterius í istáti. & iuxta uelle operatur. ¶ Preterea totum mundú p̄ me ram aut nouam creationé dicunt esse: habere absq; aliqua materia uel substantia siue presupposita eén tia: & deinde horú principiorú iá cõcessorum ac similium obliti: in quocúq; paruo dubio eis occurren

te aſſerunt:deum nō poſſe agere quod aliter ſiat id quod ſit:de quo aliqua exempla ponemus. ¶ Di
cere ſolent:deus non poteſt agere:quod ſenſitiua anima ab animalibus hic manentibus ſepata:uideat:
audiat:guſtet:& ſimilia.que opinio ſtare nequit cum aliis ſuperius poſitis:ac per eos conceſſis.prio q̄d
quicquid creature cauſare atq; operari queunt:deus poteſt ac melius:anima ſenſitiua & corpus cauſa
re poſſunt uiſionem & uidere:ſeu corpus organizatum habet uirtutem in ſe:per quam poteſt ſenſitiua
anima uidere audire guſtare odorare aliaq; huiuſcemodi:ergo multomagis deus poteſt ſenſitiue anie
ſimilem prebere aptitudinem uidēdi & audiendi:& ſic de reliſquis. ¶ Vlterius concedunt quod crea-
ture tantum habent eſſe p nouam creationem:abſq; aliquo ſubiecto propoſito:Vnde ſequitur q̄d quā
tum ad creaturas non repugnat magis hoc q̄ illud.Quoniam iuxta determinationem ponētes ipſas
in eſſe eas elaborare oportet.deus eſt ponens in nouo eſſe ſenſitiuam animam:ergo poteſt quod ſepata
uel unita uideat audiat & ſimilia. ¶ Aliud exemplum dum chriſtus in cruce maneret Marie uirgini
dixit Mulier ecce filius tuus:ſuper quibus uerbis plures diſputationes occurrere ſolēt:an his uerbis ſan
ctus ioannes potuerit eſſe uerus domine noſtre filius:ſed hic dimittimus:quod fuiſſet uel non fuiſſet:&
dicamus utrum deus poteſt agere quod fuerit? ¶ Qui aſſerūt non poſſe:cōmuni oppoſitōe obiiciūt:
ut ſolent:hoc eſt:quod ſubiecta non ſunt ibi habilia ad recipiendam tantā perfectionem ab operatiōe
dei ortam.Vnde ſequeretur contradictio in diuina pōteſtate operari uelle ubi opus ſuum ſtarē nequit:
& ſimilia alia adducunt:cōtra que fundamenta diuerſimode obiicere poſſumus:& in primis p eundem
ordinem ſuperius poſitum procedemus dicēdo:quod maria uirgo & Sanctus Ioānes per primū prici
piū ſimpliciter a deo dependēt:ex quo oportet quod abſolute ipſius dei oīpotētie pareāt.nō ergo pe
nes marie uirginis:neq; dem Sancti Ioānis capacitatem:ſed quo ad dei poteſtatem procedēdū eſt:dū
dicimus deus poteſt aut non poteſt. ¶ Qua de re ſequēdo dicimus:totam naturam creatā agere po
tuiſſe:quod Sanctus Ioānes fuiſſet naturalis marie uirginis filius:ergo iuxta cōceſſa per iſtos auctores:
deus ſiue Chriſtus qui deus eſt:in cruce manēs:poteſt uno iſtāti tātam in ſuis uerbis uirtutem ponere
dicēdo:mulier ecce filius tuus:quod domina nr̄a fuiſſet uera mater ſancti Ioānis & ipſe filius. ¶ De
quo in ſacramēto altaris exēplū capimus.nempe quod in uerbis a chriſto prolatis hoc eſt corpus meū:
ſubſtātia que prius erat ī pane eo iſtāti ī carnem Chriſti tranſubſtantiatur:& tamen ipā eſt uera caro.
¶ Vnde teſtatur caro mea quam ego do uobis uere eſt cibus & ſanguis meus uere eſt potus. ¶ Et
per cōmunem uiam nature aliter q̄ per uerba caro & ſanguis generatur:& tamen quia deus uult:per
uirtutem in uerbis poſitam fit caro:aut propius ſubſtantia:que antea erat in pane:in Chriſti carnem
trāſmutatur.Et ſi argueretur in hoc modo:naturalē carnē nō eſſe:ſcilicet:communi uia nature genera
tam:Reſpōdetur:ſatis eſſe:quod caro ſit ac perfectior aliis carnibus per cōmunem curſum generatis.
Vbi uerificatur ꝓpoſitio:quod deus poteſt quicquid creaturē ac perfectius. ¶ Et hoc modo de mater
nitate & filiatione ī domina noſtra & Sancto Ioanne dicimus.Nam dato:quod opponeretur dicēdo:
deus poteſt quicquid creature uel natura creata:tota natura creata nō potuit:in illo inſtanti quo chri
ſtus ī cruce manebat operari:quod Sāctus Ioānes uerus eſſet domine noſtre filius:igitur circa conceſſa
nō ſequitur poſſe deum taliter operari:quod Sanctus Ioannes in illo inſtanti uerus Marie uirginis fi-
lius extitiſſet.Quum tm̄modo cōcedatē:quod deus poteſt illa que creature:& adhuc perfectius. Creatu
re nō potuerūt ī eo iſtāti:ergo iuxta ſimilitudinē nō ſequitē deū poſſe. ¶ Sed quo ad ueritatē explica
eius aſpiciendum eſt.Natura enim dependēs ſaltem corporea per curſus cū tarditate operatur:dum p
fectum opus edificare uult.nō eni ī iſtāti īdiuiſo:& deus ſiquidem in uno ſolo iſtāti quecūq; uult opera
ri poteſt:& extra hoc inſtans nihil poteſt:quia prius & poſterius nō habet. ¶ Neceſſe eſt igitur:quod
dum ſit comparatio:ideſt quecunq; poſſunt creature deus quoq; eminenter & perfectius:de creaturarū
oībus perfectis modis operādi ītelligēdum erit:per breues aut longos diſcurſus ut datū ē eis:& de deo
ī uno ſolo iſtāti.Si enim ī uno ſolo iſtāti nō poteſt nūquam poteſt.Natura creata p omnes ſuos diſcur
ſus operari potuit:quod Beata Maria fuiſſet uera mater Sancti Ioannis:ergo & deus idem in uno ſolo
iſtāti per eius oīpotētiam. ¶ Qua de re habetē ipſe dixit & facta ſunt ipſe mandauit & creata ſunt.
¶ Et īferēdo:quod nō oīno naturalis mater circa curſum creaturarū.Reſpondetur:quod perfectiori
modo potuit & perfectius ſiquidem propiiſſimū ſeu ueriſſimū dicit:& ſimilia operari non eſt contra di
gnitatem aut perfectionem alicuius magiſtri:ergo nō repugnat deo agere ī uno ſolo inſtāti:q̄d beata
Maria ſit mater Ioānis & Ioānes filius. ¶ Eo magis quod nōnulli iſtorū talia ponētiū ut ſcotiſte:tra
ctātes de rana generata per propagationem patrū uel ranarū:& generata ex uirtute ſolis cum longa
perfidia aſſerunt iſtā ranā ab aliis ranis generatā:& illā ſolis uirtute eiuſdē ſpeciei eſſe.Rana ab aliis ra
nis generata eſt naturalis:igitē & rana ſolis uirtute generata naturalis iuxta poſita iſtorū.Vnde ſequitē
quod deus agere poteſt ī eo iſtāti manente chriſto in cruce:quod dñ̄a noſtra eſſet uera naturalis mater
Sancti Ioannis:& Ioānes filius.Et ſi forte dicis quod nos nō intelligimus modos:quibus deus operatur
plane hoc conceditē.Nāq; abſurdū eſſet ponerē quod dom9 aut alia artificialia a nobis operata:preciſe
intelligāt qūo ipſa operamur.& ſic multominus nos opera dei preciſe ītelligere poſſumus:quū multo
maior diſtantia ſit inter deum & creaturas:q̄ inter nos & opera noſtra ſeu edificia a manibus noſtris
ſub tali figura edificata.eo magis q̄ cōcedēdo:ut contēdimus uerbū diuinū ab eterno genitū poſſmo

dum iuxta posterioritatem creaturarum:esse filiũ uerũ Marie uirginis.multo facilius uidet Ioãnes manẽre xpo in cruce filius beate Marie fieri.Finaliter de ponẽtibus similia ualde mirandũ est:eo quod de eadem re hic aiunt:& ibi negant.Nam inferre quod creature fundamentaliter incapaces sunt ad maiorem perfectionem capessendam:licet ex indirecta uia proculdubio inquiant:quod creature aliquod eẽ suum fundamentaliter ab eterno habent:quod a deo remoueri nõ potest.sed super ipso iuxta habilitates illius fundamẽti elaborare:ut nos ĩ edificiis nostris agimus.quia q̃uis optimum magistrum ad edificationem templi ponamus:si inhabilia sunt materialia ut lapides uel lateres calx ligna & similia:nunquã super his bonum templũ edificari potest.Quod tamẽ de deo & creaturis tenere hereticum est in lege.licet in abscondito conforme sit irreligiosorum opinioni:ponẽtiũ mũdũ eternũ esse ac necessariũ:eo modo quo est ex parte ipsius mũdi:atq; prime cause.sed religiosi aliter tenemus:& probamus.Quo circa religiosi qui istic cũ lege & illic una cũ irreligiosis procedũt:sane ostẽdũt:parũ a seipsis intellexisse nisi quod penes dicta aliorum ambulant:& dũ bona inueniũt:tãq̃ sua rescribunt.dum uero mala:si aliquãtulo inexplicata similiter.nõ ergo eis sed primis auctoribus attribuẽda sunt.Quoniam qui p se ualet ad querẽdũ & iuẽtãdũ:uaria de principio usq; ad finẽ:unũ dũtaxat finalẽ itẽtũ obseruat. ⁋Quo autẽ bonus esse queat primus intẽtus:ad diuine legis sequelam dirigẽdus est.quia quũ oĩa optima principia a deo depẽdeãt:necesse est fines ad ipsa principia reuerti. ⁋Per legem & omnes sapientes . in primis totus mũdus a deo p meram creationem secundum religiosos depẽdet:p perfectionem uero penes irreligiosos.Quapropter secũdũ unãquãq; uiã assumptã:ante omnia deum de ratione assecuturi sumus:Et quũ facillime probetur solum deum a seipso esse:in eadem probatione:constat:oĩa alia principiata esse:& a primo ente exempto per primũ esse depẽdere.Vnde assumpto huiuscemodi fundamento aspicientes maximã ĩ primo ente siue ĩ deo potestatem cognoscimus:& confitendo oĩa a deo dependere:natura & quecuis ordinaria sunt:aliquid de cunctis:sequitur ipsam naturã atq; eius ordinẽ a deo depẽdere.Deus nõ habet prius neq; posterius:igitur in uno solo instanti eterno ponit in eẽ naturã:& cetera alia. ⁋Omnes naturales ordines a deo depẽdẽt:& ipse dixit & facta sunt:proculdubio cõstat quod in hoc instanti etiã deus potest nouam naturã que prius nõ erat ordinare:& ex hoc nulla esset cõtradictio nature iam create.Deo enim repugnat aliquem deũ aliquod eternũ infinitũ aut omnipotens creare:sed super bono optima adiũgere nulla est repugnãtia:quinimmo apud omnes magistros laude dignũ atq; iter eos usitatũ. ⁋Gratia exempli augustinus scit cõmunem naturalẽ philosophiã:cuius sciẽtiam doctus est:nõ tñ ex hoc sequitur quod scire nequeat aliud superi9:utpote theologiam: ĩ qua perfectior augustinus sit.Agit aliquem librum qui sufficiẽter se habet:& tñ ĩ dies ab ipso augustino melior fieri põt.edificamus domũ bonã:quã postq̃ perfectã eẽ dicim9:inq̃tum domus perfectiorem indies agere possumus:ut deauratam:& si ista pfectio super bono ita cõmunis ĩ operib9 nostris habet:quanto magis deus ĩ suis operibus quũ omnipotens sit:& iuxta uelle operet:& optimũ super bono apponere nulla est repugnãtia.Nã utrũq; bonũ scilicet & optimũ a deo dependet .Vnde meliores q̃ sumus fieri possumus.Dii uero nõ:quum ipse solus ĩfinitus.Quapropter iter eũ & creaturas maxĩa extat graduum distãtia:per quã uero perfectionũ distãtiã nos extollere posset:si uult:non intelligas q gradus sint realiter positi inter deũ & creaturas:sed maxima imaginaria distãtia:eo q de9 nimiũ ac nimiũ super creaturis perfectissimus.Quũq; deus tam pfect9 & creature sue potestati obediẽtes:datur locus quod super esse creaturarũ multa bona deus apponat:quia obedientialem habem9 potẽtiã ĩ nobis ipsis recipiendi plura alia super illo:quod nũc sumus.ueluti in natura nostra manentes:idest hoĩes q leones simul adiũgant.Vnde erim9 hoĩes leones:ueri hoĩes:& ueri leones.at nõ soli hoĩes nequidem soli leones.ut ĩ Christo uerificatur qui est deus & homo.Si autẽ inferret.Nõ potest eẽ:aut repugnat deo:qđ homo manẽte homine sit leo:& non homo.respõdet:quod esse & nõ esse de una & eadẽ re simul ĩ primo signo contradictionis ponit:in quo qbusq; rationibus atq; ordinib9 repugnat:quod aliquid sit & nõ sit in uno & eodem instanti.Nostra uero disputatio non est de similibus:nisi an deus potest agere q manens iste homo hõ:etiã simul sit ferox.i.leo.Et dicẽdo nos intelligim9 manente ordine q nũc est:deus nõ potest agere q homo & leo ĩ uno solo ĩdiuiduo sint:tanq̃ una sola res.Respondet:uerũ esse secũdũ ordinẽ in creaturis actualiter expertũ:q stante ordine nequeũt aliud esse q̃ sunt:hoc est naturam duplicare uel perficere.sed in eo qđ creature intrinsecam & obedientialem habent potentiam concipiendi qcqđ de9 in eis apponere uult:& q deus ipse omnipotens sit in hoc nunc:ueluti semper ad operandum iuxta uelle.sub hoc intrinseco dei & creaturarum ordine consideratum:stante ordine idest potestate dei & obedientiali creaturarum potentia:absq; ordinis mutatione:deus potest nos in perfectionẽ extollere multis gradibus:plus illo quod sumus.

Quod christus nõ potuit per se ĩ hac uita mereri:nec demereri:ex eo q in prĩo signo sue conceptiõis:aĩa & corp9 eius pfectã unionẽ cũ diuinitate habuerũt. Cap.cli.

⁋Dicẽdo aĩam & corp9 christi ñ potuisse eẽ meliores q̃ fuerũt:hoc ĩtelligẽdũ ẽ:q de9 posuit hoĩem xpm siue humanitatẽ eius ĩ secũdo gradu post ipm deũ:& inter primũ & secũdũ nõ est dãdũ aliud me

diui:q̄uis anima & corpus christi nō equiparabantur diuinitati. Sed in primo instanti conceptionis hu manitatis christi: postquā fuit humanitas diuinitati coniuncta per perfectā unionem: patet necessario: qd Christ9 inquantū homo: erat perfecta creatura. nihil enim adeo unitū fuit diuinitati: sicut anima & corp9 christi & gloria seu bonitas nostra: in unione cū deo consistit: & q̄a humanitas christi non po tuit unire pl9 illo quod fuit in primo instanti aut signo conceptionis: igit̄ de9 non potuit ipsum perfe ctiorem facere q̄ fecit. Quoniā secū magis unire nō potuit. Et quia Christus etiā quoad creaturam ul timate perfect9 erat: postmodū in uita sua aut operib9 nec mereri nec demereri potuit: quo ad se: nisi tā tum quo ad nos. Nam sicut deus non habet prius nec posterius: nequidem mediū discursiuū: & nobis principium finem & uitam discurrentē prebet: nec sibi quicquam ob nostras operationes contingit: similiter Christus pro peccatis soluit: & nobis uiam glorie tradidit. At uero per se nullum debitum per soluit: nec gloriam acquisiuit. quia in se nullam habebat maculam: & plenus glorie erat. Ibi enim ē glo ria ubi deus se se ostendere uult: uel unire. & anima & corpus Christi semper presentialiter diuinitatem uidebant & cognoscebant: iccirco non potuit maiorem uirtutem in numero: nec in ualore adipisci: q̄ id quod in conceptione habuit. ¶Sanctus Paulus ait Christus factus est pro nobis obediēs usq; ad mortem: mortem autem crucis: propter quod: & deus exaltauit illum: & dedit illi nomen: quod est super omne nomen. hic uero intelligenda est auctoritas: quod deus in formatione anime & corporis christi: ipsum perfectum atq; humilem inspexit: tum ad moriendū: tum ad alia bona iuxta uoluntatem dei per ficiēda. iccirco prius q̄ christus conceptus fuisset: nomē sibi Iesus impositum fuit: quod est super omne nomē. & nō accepit hoc nomē post mortē: nisi añ cōceptionē. Vñ manifestatur: quod deus respiciebat bonitatem atq; intrinsecam dispositionem christi: inq̄tum ī se p̄fectus erat. & ñ quo ad opera: que post modū egit. Quapropter licet Christus nō fuisset mortuus nec ieiunasset neq; alia huiuscemodi fecisset: illam gloriam haberet: quā nūc habet. Quia propter nostras obligationes Christus nullū gradū ascē dit ad gloriā: quinimmo uult quod nos: ut tenemur: agamus: quū de illatis bñficiis laudem expostulet.

¶De p̄fectione domine nostre multa quoq; dicere possumus: quum perfecta ī conceptione fuerit: eo quod ad finem: ut esset mater dei. Tñ quādo cōcepit ipsum uerbū diuinū: potius fuit diuinitati unita q̄ prius erat. Vnde aliquid ī uita sua mereri potuit: licet nequaquā demereri. Semper enim diuina gratia obseruabatur: & hic sane colligere possumus: Christū & matrē eius supra oēs creaturas esse: quoniam multomagis diuinitati uniti. Anima enim & corpus Christi una persona sunt cū uerbo diuino: quocir ca nulla unio potest sursum ascendere: & dña nostra minus erat diuinitati unita. nā licet uerbū diuinū ī utero suo habuisset: nō agebat secum unam solam p̄sonā nihilominus maximā cū deo propinquitatē habuit pre ceteris creaturis post filium. Quapropter aperte dicere possumus deū nō potuisse perfectio rē q̄ creauit hoiem Christū creare: eo quod nequiuit ad se magis aliquam creaturā unire q̄ Christi hu manitatē uniuerit. neq; domina nostra potuit esse perfectior in secūdo gradu. sed de q̄busq; aliis crea turis dicēdū est: quod magis cū deo uniri potuissent: & quāto magis unite: tāto magis perfecte. Quam obrē tenēdū est: deū potuisse oēs creaturas preter Christū & matrē eius perfectiores creare: q̄ creauit. Tamen matrē in secūdo loco: q̄uis in illo gradu tm̄ superat oēs creaturas: quod maxima eēt temeritas quod quis p̄ferre audeat: eā potuisse aliquā maculā uel labē contrahere.

Quatenus in principio homo animalibus predominabatur: & animalia homini obe diebant. Cap. cliii.

¶In plerisq; locis aliquid de creatione mūdi explicauimus. In hoc autem capitulo dicem9: quenam fuerit inimicitie causa uel controuersia qua inuicem animalia utūtur: & hanc differētiā duobus modis considerabimus. primo circa legem. secundo naturā. & ī parte sacre scripture uidetur: quod oīa aīalia subiecta erāt homini. ¶Deus enim dixit faciamus hoiem qui piscibus maris & bestiis terre dominet̄: & superstet reptilibus ac serpentibus: Qui mouent̄ super eam. Quum uero deus creauit hoiem benedi xit: & iussit: ut crescerēt & multiplicarent̄: & replerent terram atq; subiicerent. ulterius dicit. ¶Vide tis hic oēs herbas que faciūt semen super terram: & unūquodq; lignū in seipso semē habēs: uobis erūt ī cibū. In quo manifeste constat quod si deus iubebat nobis: ut de cunctis plātis comederem9: nō erant eo tempore in illam maliciam procliues: quam post peccatū in multis herbis & arboribus experimur. & habito precepto dominandi omnibus brutis dicebat: quod deus nobis potētiam subiugādi prebuis set: dando eis obediendi istinctū.

Quod per peccatum homo dignitatem perdidit: quam super omnibus brutis anima libus tenuerat. Cap. cliiii.

¶Super hac materia pleraq; dubia moueri possunt: ut dicēdo. Quod q̄uis homo peccauerit: anima lia nō debuissent alias nouas conditiones capere. ultra illas: que fuerāt in creatiōe collate. Sed ex hoc aperte constat eis alium uiuendi modū cōpetere. Iam enim in pricipio homini datū erat priuilegium:

quod oīa aīalia submitteret:tāquā eorū gubernator & custos.Sed dū peccauit dignitatē perdidit. Vñ greges sine pastore restiterunt:& propter ministrorū perditionem:semp uidemus inter subditos diuisiones atq̃ discordias.Et quum in tali necessitate remansimus:idest ab amore dei alienati: rationabiliter natura prouidere debuisset dando unicuiq̃ animali instinctum ad se ab aliis tutandum:& aliquam agilitatem seu medium ad inferendum effectualiter remedium.Videmus : quod quedam animalia uitā conseruant:dum ueniūt ad habitandum circa uel i custodia hominū:ueluti sunt oues & alia plura animalia.habemus etiam domestica dispositionem habētia ad siluestrice uiuendum:ut porci:gallinę:anseres:boues:& equi.sed oues si non essent in terra:ubi non nutrirent animalia carnifera nō possent per se uiuere. ℭQuedam bruta propter asperitatem nemorum conseruantur:altera uero ex eo quod robusta:pleraq̃ parua abscondunt se in cauernis & foraminibus:& nonnulla aquas eligunt:& aliquę species ad spissuras montium uadunt. ℭAnimalia quoq̃ multum dissentiunt in mō offendēdi inter se: alia enī dentibus:alia ueneno:& alia leuitate tutant:& sic discurrēdo.

Quomodo animalia uenenosa non fecissent detrimentum:nec unum aliud ĩfectasset in prima innocentia. Cap.cliiii.

ℭQuidam petunt:Vtrum animalia que uenenosa sunt talia fuissent in prima innocentia seu lege innocentię.Respondemus:quod non.quia experientia probabitur:quod licet habuissent dentium dispositionem:eis utiq̃ inclinatio seu uoluntas male agendi defecisset:quod quotidie uidemus.qa q̃uis unus ursus hilariter ludendo brachium alterius creature ore apprehendat:nullum ĩfert malum: nec qcquam obest q̃uis mordere dissimulet.Sed dum irascitur obest.Alia animalia ut serpentes etiam uenenosa esse experimur.si uero in manibus capimus:q̃uis linguam extrahant & cum lingua & dentibus tāgāt:nullum uenenū emittunt:donec irascantur.Vnde uidetur:quod aīalia nō fuissent inter se nociua uel uenenosa in prima inocētia.Quia nūquam fuissent irata.Quātomagis quod dicer possumus de ueneno eādem maliciam cōtrahere:eo istāti quo irascunt.Quum hinc experiētiam habeamus de quibusdam animalibus feminini generis:quibus in cibum uescimur sanitatem cōseruantem:& quādo adest tempus coeundi ea reperimus uenenosa & etiam quilibet serpens plus officit uno tempore anni q̃ alio.Sed semp ad imponēdumuenenum ubi mordent:eos irasci oportet.Vnde uidetur non fuisse animalia ĩter se nociua.Quia dum homo quiete uitam degeret omnia bruta gubernaturus pariter & ipa quieta stetissent idem penes auctoritatem apparet. ℭNā deus loquens cum adā inquit.Quia audiuisti uocem uxoris tue & comedisti de ligno quod prohibui ne comederes:maledicta terra in opere tuo.Et sub hac maledictione tenēdū est:quod cūcta animalia:& fructus terre prauas proprietates uel conditiones acceperunt:ut uenenum uirus & alia nobis odiosa.

Cur quedam animalia naturali ĩstĩctu alia metuant:ac formident. Cap.clv.

ℭAssidua experiētia uidemus quedam animalia a natura aliis aduersari:& debiliora fortiora metuere.hic uero interrogari potest.Quonam pacto bruta ratione carentia in uidēdo cognoscer poterūt: quis bonum aut quis malum eis inferre posset:& experimur:quod oues a lupis effugiēdo cauere uolūt: dū ipsos cernūt.quod uariis modis contingit:tum per naturam:tum uero per accidens.sicut dum alicui rei obuiamus:que nō est nobis in consuetudinem.nam causa nouitatis precipue:si figura eius horrenda erit:uisu timemus:licet paruula sit.Quod si cum feris animalibus conformitatem habet : potius horrescimus & alias timeri accidit:causa promptitudinis:seu quod nō preuidimus q̃uis a re nociua nō sit:ueluti ab aliquo sonitu & circa experientiam magis aut minus timemus:& notis animalibus nociuis diligēter cauemus.Quippe quod & oīa aīalia que paruula sunt:ad quodlibet animal tanquā ad matrē uadūt:ut cibari queant.Verū experta aduersariorum malicia:unūquodq̃ iquantū potest alterius dolo & peruersitate diffugit.prius enī tāquā sensibus hebetes.Sed crescendo & in dies instictum & cognitionē itrīsecā acquirūt:quibus precipue seruari debēt:& ex hoc aduenit:quod oues poti9 lupum q̃ caprā uel aliquod māsuetū animal fugiunt.tam & si nullū eorū prius uidissent.& hoc nō imerito.Natura enī intrīseco ĩstĩctu plerūq̃ necessariis prouidet:ut patet.Quoniam uidētes hominē ossibus ac neruis optime cōpactū:i nobis ipsis concipimus quod fortis ac robustus sit:quod si in inferioribus ptibus subtiles possidet & fuerit lumbis & partibus superiorib9 munitus:eum quippe leuem reputamus:q̃uis omnes nē sciant causas assignare necquicquā explicare.Sed itrīsece quādam umbram habent illius:quod res ē.& similiter bruta de illis que sunt eis natura nociua:Natura quoq̃ debiliora fortiora formidant . quia naturaliter & a cōsuetudine lupus istruit filios ad oues:& alia his similia dilaniāda.Miluus ad pullos:& sic de reliquis.& parimodo oues aut gallinę:inquantum queūt filios admonēt:ut ab animalibus talis figure caueāt.Quemadmodū enī unū habet ĩstĩctū docēdi mala aliud:eo quidem potier:ad precauendum ab eis.Nobis uidetur gratam ac placidā factionē tenere:Sed experimur:quod oīa aīalia nos fugiūt eo quod aliqualiter eis representatur:membra nostra apta esse ad detrimētū aliis ĩferendum.quod multis

modis fieri solet. Verum est: quod contingit aliquas feras bestias in homines irruere: atq; destruere. hoc autem per aliquod accidentale inconueniens accidit: ueluti dum alia animalia persequimur: & cũ illa ira aut constrictione aduersus nos preliant: & etiam quandoq; corpora inueniunt mortua: & ea comedunt & deinceps occurrunt ad interimendum homines per se. Sed hoc raro contingit: preserti de uno ad unũ: & multominus pluribus hominibus ac brutis existentibus. ¶ Alio quoq; modo contrarietatem accipimus: ut inter duo extrema album & nigrum: & interdum in una & eadem specie. Quia albũ iuxta minus album ipsum consundit: & nigrum quod contrarium est agit: ut potius album elucescat.

¶ Homo insidiatur homini super omnia alia animalia & pre ceteris cum amat. Quocirca uidemus quod similes interdum similes diligunt: & alias nimio odio inter se sunt. Attamen animalia rapacia inter cetera horrendam factionem possident.

Quod i statu inocẽtie melius q̃ nũc finẽ nostrũ cognoscere potuissemus: licet semp p gratiã. Cap. clvi.

¶ In quarto libro de cognitione hominum multas causas ostendimus: & multos quoq; effectus & exẽpla adduximus: ex quibus apparet: quod non habemus quicquid nobis de ratione esset concedendũ. & ibi demonstrauimus quod ista necessitas accidentaliter causa primorum parentum peruenerit. Et hic q̃plures doctores tenent: quod uia naturali non possumus perfectam de fine nostro cognitionem habere asserendo: quod natura nõ põt plenã exhibere cognitionẽ de rebus sola uoluntate prouenientibus. precipue dum sit altior scientia q̃ ipsamet natura. Quoniã autem finis noster per claram dei uisionẽ perfectus intelligit: per consequens altior est cõmuni natura. Attamen in prima innocẽtia propinquiores creatori nostro eramus: q̃ in hoc statu simus. iccirco ibi partim per creationem seu intrinsecam naturã: & partim per confirmationẽ bonorũ operũ oẽs alias creaturarũ naturas extra angelicã excederemus. Verũtamen ad recte habendã de diuinis cognitionẽ: nequaquã deuenire potuissemus. Quoniam finitum nullo pacto potest infinitum sine eiusdem precepto uel iussu cognoscere sed quoad honestam rationem dicimus: quod quum deus hominem bonum plasmauit: & inter alia ad imaginẽ suam debuit noticiam qua saluari potuisset: prebere. Et quia deus bonus est: per consequens: quicquid bonũ est agit. & quum in nobis ipsis gratiam cognoscendi finem nostrum non inuenimus: dicimus: quod ex parte nostra uel dei accidat non dei: quoniam summe perfectus: igitur nostra. & in similibus modis fundamur: quod primi parentes nostri contra precepta creatoris ambulauerunt. Illi uero secundum scripturam ante peccatum habuerunt cognitionem: seu magnam cum deo conuersationem. Sed hoc ad libitum dei: & non per ualitudinem nature nostre. Quinimmo potius pro peccato & debilitudine nature alienati sumus: ex eo quod ad ambas partes declinamus. Quamobrem naturaliter loquendo usq; ad primum ens considerare possum9. Non tamen ita distincte ut agimus per reuelationes a deo & angelis suis assumptas. Licet secundum instinctum uel naturalem ordinem teneamur uni primo ac perfectissimo enti obedire. & semper bonum & nõ malum inter nos & alios operari. Si autem dicetur: quod quelibet creatura per naturam locum determinatum possidet: ad quem postremo itura est: utpote elementorum partes ad suas spheras: & quod homo itidem finem suum natura insitum cognoscere debet. hic uero respondendum est: quod homo finem supra naturam expetit: eo quod ad finem ut in fruitione dei gloria fruatur: plasmatus est. Quocirca dicendo de fine hominis non intelligimus: quod sit quedam regressio corporum nostrorum ad elementa: quemadmodum & bruta faciunt: nec anime ad celum simpliciter. nisi ad empyreum pro omnipotentis dei fruitione. & talem mansionem absq; oĩmoda gratia dei: nullo quidem pacto adipisci possumus. iccirco frustra fuisset cognitio: dummodo nõ possumus per ipsam effectum consequi. Attamen a natura unaqueq; res determinatã habet mansionem. dũ nil distincta cognitione ad operandũ haberemus. Sed ubi ratio operandi siue cognitio iter bonũ & malũ de bono ope pacto aliqđ p̃miũ ad gaudẽdũ sup cõmuni natura oritur: & econuerso de prauis electionibus atq; operibus obligatio penandi extra cõmunẽ naturalẽ ordinẽ nascit. Nihilominus ascẽdẽdo uel descẽdẽdo ultra naturalia merita: oportet q̃ legẽ diuinã cognoscamus & ipsam iuxta p̃cepta adipleam9 aut trãsgrediamur. Nã p nosipos naturaliter assumẽdo: nunq̃ ad tot bõa ascẽder possum9: neq; ad mala descendere. licet dicatur ad finem glorie nos esse creatos. Sed hic finis assumitur per aptitudinẽ a deo nobis traditam: & q̃ simul cũ lege dei ac nostra aptitudine potiamur: sub quo ordine ad finem glorie creati sumus non aliter: quum finis glorie nostre conditionalis sit: uidelicet: dũ iuxta precepta deum assequi uolumus: apti sumus ad consequendam gloriam.

Quale fuit primum luciferi peccatum: aut si in eo error inordinati appetitus: sit ab appetitu superbie diuisus. Cap. clvii.

¶ Inter quosdam doctores nostre religionis disputari solet: quale fuerit primum luciferi peccatum. Dico tamen: quoad mortalem culpam & ad tractandum in hoc passu: cũ aliqua facilitate: equũ erit: qđ initio septem mortalium peccatorum conditionẽ cognoscamus. Verũ est qđ in quolibet illorũ dicere

possimus omnium aliorum qualitates includi: eo quod nullo modo peccare possumus non contradi cendo diuino iussui.& quod non patiatur aliqualiter causa delectationis.Sed distincte dicimus primũ peccatũ illius speciei:que in illo actu nos ad malum principaliter mouet atq; irritat:super quo differen tia extat:Quapropter hic aliquas diffinitiones ponemus. ¶Dicimus peccatum luxurie esse quandã intrinsecam delectationem:qua membra inter se abutuntur. ¶Gulã nominamus tẽporis iacturã cir ca cibos:& semper siti & concupiscentia exangi:licet non pauca repletio facta fuerit. ¶Auariciam uocamus dum plurimas seculares diuitias acquirimus:& retinemus. ¶Superbia intelligitur dum ma iorem dignitatẽ q̃ nostre facultati conueniat exquirimus & quod impropriũ est uendicamus:seu quod nos ad sublimia opera citra uires nobis competentes offerimus. Quando enim sine aliqua alteratione res pauci laboris petimus: secundum qualitatem illius qui eas poscit nemo intelligit:quod sit superbia nec dicitur superbia uelle presumere quod possumus illos superare: quos in optima corporis disposi tione:& tum diuitiis:tum gentibus superamus.Qui uero debilis pauper & infime conditionis est: nul lo modo contra magnos ac prestantes uiros loqui poterit:quin temerarius habeat. ¶Et deueniẽdo ad cognitionem de primo peccato luciferi:dicimus:quod quum angelus liber erat:propter libertatem de necessitate aliquod desiderium possidebat ad per se operandum:ut melior uel peior fieri posset. nã libertas in se ad utrunq; est parata.Sed primus motus desiderandi non obligat ipsum ad culpam: ne- q; ad penam:quum naturalis in libertate sit:immo potius labor:quo premium mereri poterat:quan do appetitum expulisset cupientem super sibi competentia ascendere.Lucifer autem stabilita uolunta te & perseuerantia deueniendi altius illo:quod erat in peccatum superbie:obruit. non dico quod pri ma pars aut principium peccandi fuisset uelle se cum deo adequare:sed potius desiderium altioris glo rie:q̃ ipsos angelos decuerat:quem quidem errorem speciem superbie esse dicimus: licet maior culpa fuerit:quando palam dei magnitudinem respexit:contra quem contendebat. Verum est quod neces sario aliam partem habuit inter has duas a nobis assignatas:que cõmunis est ubicunq; peccamus. nam primo quendam appetitum seu naturalem uolũtatẽ habemus.hoc tamen non obstat creature: & deide deliberamus id:quod perficere cupimus:& pricipio deliberationis etiam peccatum simul incipit. Dum enim quid acturi simus consideramus:& in bilance ad ponderandum ponimus:nõ peccamus. At uero plerunq; contingit:quod ad deteriorem partẽ applicamus:& taliter de lucifero asserimus: quod dum il lam dignitatẽ adipisci exoptabat:natura precepit ut uidisset a quo dirimenda erat. Quoniam in hoc examine potius seipsum:q̃ creatorem dilexit.Quum aduersus dignitatem domini suam uoluntatem de terminauerit.Et eo tunc fuit culpa uel peccatum:& nõ prius.Et ista secunda a nobis culpa & superbie ramus appellatur.Quia contendit habere multo prestantiorem excellẽtiã: q̃ sue nature competebat. Quando eni homo aliquã mulierẽ carnali desiderio & libidine cõcupiscit:a principio usq; ad finẽ: di cimus esse peccatum luxurie.licet minus graue sit:cũ solo desiderio q̃ cum totali effectu: semper tñ erit peccatum luxurie.& q̃uis plurimas mundanas diuitias exoptemus:uel indagemus non oĩmodo supbiã intelligimus:eo quod speciei magis infime sunt ac minoris ualoris q̃ sint nostre persone. Sed tunc pec catum auaricie imputatur licet quod si per nos ipsos presumimus:posse eas sine diuino auxilio acquire re:tunc erit superbia.Quia tunc ultra potestatẽ nostrã querimus. Quoniã aũt lucifer de principio ad finem altiorem dignitatem quam sibi competebat uoluit:consequenter de principio ad finem in pec cato superbie uersabatur.

Quomodo ad diligendum aliquid oportet nos de ipso cognitionem habere:per quã lucifer peccare cepit i superbiam datus:quia quod maluerat cognouit. Cap.clviii.

¶Iã satis manifeste apparet:quod primũ peccatũ luciferi fuit.propterea: quod seipsum ultra modũ dilexit.Videmus aũt natura unũquemq; seipsum magis diligere:q̃ aliũ. Quapropter si lucifer nesciuis set preceptũ diuinũ:aut ipum deũ nõ cognouisset:nequaquã peccasse uidet.Sed qa uoluit cũ deo equi parari:patet:qd deũ particulariter cognouerit.Si aũt ifert:qd prius inordinate seipsum dilexit: q̃ co gnouisset id i qd ascẽdere uoluit:hoc utiq; aliter se hẽt.Nemo eni illud qd nõ cognoscit diligit: aut qd saltẽ se cogniturũ eẽ cẽset.Quãobrẽ decebat ut lucifer dignitatẽ dei cognouisset.Quã respiciẽdo sibi ipsi psuasit:qd i adipiscẽdo dignior fieret.Si eni dignitatẽ dei altiorẽ eẽ nõ cognouisset: sua tñmõ cõ tẽt9 fuisset.Q m̃ i eo qd creatura erat ualde dign9 ac pfect9 creat9 fuit.Quocirca p cognitionẽ quã de deo habuit:id desiderat cepit:qd sibi minime cõpetebat:adeo qd i peccatũ supbie icidit: & ibi simul fue rũt inordiat9 appetit9 & supbie crimẽ:qppe qd illa inordiatio aduersus creatorẽ: p supbia itelligitur.

Quo pacto aliqui peccata diffinire soleant. Cap.clix.

¶Quidam tractando de peccatis in generali ea taliter diffiniunt:ac si p se extra creaturas fuissent. Superbiam dicunt esse peccatum:quod tantum descendit:quantũ uult ascendere. Et ista diffinitio nõ est ad propositum.Quum nullus descensus sit adeo magnus:sicut ascensus in deum. Sed superbia est

quedam elatio:quam creature naturaliter generant:& in se non est peccatum:nisi quod ex ea nascitur quedam obligatio seu culpa:quam peccatum uocamus. Nascitur superbia in animalibus : ex eo quod se extollere uolunt:& alia subiicere conantur. Qui quidem appetitus est intrinsece generalis in quibuscunque creaturis:licet superbia manifestius ac propensius monstretur:quando cum ira associatur : una enim alteri i ascensiõe fauet.quis hi duo appetitus seu inordinationes inter se distinguantur. Nam pro elatione solum superbia intelligitur:que se plus debito extendit ac citra illud quod nobis conuenit uolentibus indebite alias creaturas subiicere:aut in dignitatem nõ nobis competentem ascendere: & hoc modo intelligitur superbia:dum irati sumus. Quoniam non intelligitur quod lucifer fuerit impetuose iratus:ad coequandum se creatori suo:nisi quadam ambitiosa temeritate. In modo purgationis peccatorum aliter diffinire possumus:peccatum enim suo contrario punitur sicut superbia:humilitate. & quia uult in altum ascendere in inferioribus partibus abyssi collocatur. Et gula fame & siti purgatur pariter:& unumquodque peccatum suo contrario puniendum : & assidue cognoscimus aliquam scintillam:que nos ad quodcunque istorum inconuenientium deducit. adeo quod ipsa potiri nequaquam anime imputaretur:dum nõ haberemus precepta aut cognitionem:que nobis talia prohiberent.

Quatenus appareat quod angeli quicquam ignorauerint:& in suo principio aliquẽ appetitum habuerint. Cap.clx.

¶Quidam uolunt angelos non potuisse peccare:nec per ignorantiam nec appetitum seu naturalem stimulum. Ad quod ita dicimus : quod angeli non habuissent liberum arbitrium : si sciuissent omnia:quatenus successura essent. Ignorantia enim nil aliud est q̃ integre non intelligere: id quod uolumus:uel id quod inde emanare potest. Quod si angeli integram cognitionem habendo totaliter peccare uoluissent:maior eis imperfectio extitisset:q̃ si cum aliqua ignorãtia creati fuissent. Et dicendo qd non mouebantur ab appetitu:seu desiderio naturali:oppositum patet: plus enim pro seipsis q̃ pro suo creatore uoluerunt.ex quo satis clare constat:quod ad hoc quod angeli libertatem nacti fuissent : decuisset ut aliquam in se ignorantiam & naturalem appetitum degustassent:in amando semetipsos aut alios odio prosequendo.

Quonam pacto per gratiam omnibus communiter promissam: obseruatis preceptis sine aliqua particulari gratia bonum meritorium agere possumus. Cap.clxi.

¶Solet disputari. Vtrum aliquis sola gratia legi illata sine alia particulari potest meritorium bonũ agere. Vnde secundum uarios auctores diuersa sentientes: nos quoque ex causa quod a pluribus agitatum potius propalari solet:hic aliquid dicemus. ¶In qua quidem materia nonnulli religionis nostre in suorum dictorum corroborationem:quandam auctoritatem de pater noster assumunt dicentem: & ne nos inducas in temptationem inferendo. Quod deus omnipotens aliquos uult saluare seu gratiam impendere:& alios uero non. Sed hic in primis de sensũ qualis sit ne nos inducas in temptationem uideamus. Si enim dicimus:quod deus nos ad malum deducit siue ad prauam temptationem impellit mẽtiremur. ¶Deus enim nullius causa mali est.& ulterius tenemus: deum uelle omnes homines saluos fieri:igitur exponenda est hec auctoritas:& ne nos inducas i temptationem: ut contra bonitatem seu iusticiam dei non erremus. Et primo dicemus:quod ne nos inducas a uerbis precedentibus ortum habet:dicentibus.& dimitte nobis debita nostra:sicut & nos dimittimus debitoribus nostris : & ne nos inducas in temptationem. Videlicet non permittas:quod in temptationem uel prauam cogitationem deueniamus. Quum enim debiles ac prompti ad declinandum iuxta placitum sensum sumus: recte dicitur adiuua nos ne penes malignitatem nostram aut appetitus declinemus. quia deus omnipotens est : & si uult potest nos liberare:que ad malum non uertamur. Ideo ne nos inducas domine quia potens es: & sub prouidentia tua tantũ operari possumus.non prebeas nobis locum declinandi in errorem:aufer a nobis prouidẽtiam tuã dum errare uolumus:ne errãdi potestatẽ habeamus. Quapropter ne nos inducas:idest aufer libertatem diuertẽdi ad malum. ¶In his uerbis enim oĩa hec fundantur atque intelliguntur:uidelicet & dimitte nobis debita nostra:sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. idest rogamus ueluti nos iniurias nostras dimittimus & per eas uindictam non querimus:que ita tu in nobis facias. Ne nos inducas in temptationem cum qua temptatione seu promissione ad inferos descendamus. parce nobis domine ut iniuriantibus nos parcimus. Etiam dici potest & ne nos inducas i temptationẽ: idest:ne nos inducas siue iudices ad penam circa merita nostra:ut i psalmo habemus. ¶Domine ne in furore tuo corripias me idest dum in peccato sum non iudices me:quia non tantum post mortem sed dum hic uiuimus:sepe deus finit uel locum prebet : quod in supplicia:causa nostrorum peccatorum ruamus.& sic ne nos inducas non permittas aut non des locum:quod ad penas impellamur. & in hoc modo ne nos inducas in temptationem intelligendum est. Quum in deo nulla iniusticia intercidat

dere queat.& si per se absq; alio medio tribueret gratiam saluationis huic:& negaret alteri: deus nollet omnes homines saluos fieri. tamen iuxta ordinem ab ipso deo sancitum uult quod omnes bene uiuentes saluentur: & praui homines condemnentur. ¶Et quia ordo & uelle dei est in uno instanti solo & eterno:quos uidet bene operari predestinat:eligit:& saluat.& cuncta hec in deo simul sunt:sed in respectu nostro gradatim. ¶Et assumpto hoc fundamento deueniendum est ad exempla:an sine particulari gratia ipsius dei:ad bene operandum ualeamus. Vnde in primo uniuersalem legem ponemus.Que aut particularis aut uniuersalis perfecta uel imperfecta. Si particularis unus tantum in ipsa saluari potest:& non plures. Si uniuersalis omnes homines conuocat. Si perfecta unumquemq; bene uiuentem saluat:si imperfecta neq; illud neq; aliud.Sed quum teneamus:quod lex uniuersalis & perfecta sit:concedere oportet: quod ipsam obseruantes secundum quod ad plures est extensa:nouiter sine aliqua particularitate extra legem adueniente saluentur. & quod bonum sine particulari gratia operari possumus.per concessa omnibus patet. ¶Dicunt enim:sicut in manu nostra est aperire fenestram ut sol ingrediatur uel ipsam claudere:similiter apti sumus ad gratiam dei siue ad expellendum & negligendum ipsam. ¶Et quia concedis:quod dum uolumus eam accipere possumus consequenter:concedis nos meritorium bonum operari posse. nam meritorium est taliter agere: quod gratiam dei nanciscamur.Quoniam gratia dei donum maximum est:& secundum te a nobis haberi potest:per communem gratiam in lege omnibus tributam. ¶Amplius dum ad sacramentum baptismi deuenimus:aut patres nos deducunt:anteq̃ baptismi gratiam adinueniamus per nosmetipsos mouemur: & hoc moueri bonum opus est. ¶Et quod bonum sit in catacuminis ad legem uenientibus patet.si per uiam moriuntur:quia licet sacramenta non assumant: pro sana uoluntate & diligentia assumendi legem saluantur. Tamen concedimus:quod circa uarios modos operandi uarios quoq; modos gratie seu glorie acquirimus:& in hoc quia particulariter & alter ab altero distincte operatur: similiter unusquisq; gratiam a deo distinctam:ab aliis recipit.Sed ponamus:quod duo homines manentes in uno & eodem cenobio:uel mansione:faciant omnino opera similia atq; equalia:tunc concedendum erit quod equalem gratiam a deo accipiant:licet gratia istius & gratia illius in respectu illorum recipientium diuise gratie sint.Sed equales atq; omnibus bene uiuentibus uniuersaliter promisse:& per hanc uiam circa omnes homines religiosos & irreligiosos:& rationabiles ac prauos legem nostram possumus pro perfectissima approbare:& liberum arbitrium nostrum defendere.Sed inuoluendo deus uult saluare: deus non uult saluare:dat huic gratiam & non uult dare illi:non recte nec secundum naturalem: nequidem moralem philosophiam se habet.& sic dumtaxat apud aliquos religiosos:qui nolunt res discutere aliqualiter stare potest: non tamen apud omnes. Et lex nostra quum perfectissima sit: oportet: quod circa omnes bona esse ostendatur.Et quia tenemus: quod nullum bonum irremuneratum neq; malum impunitum: asserendum est: quod gratia dei cum bonis operibus: & maledictio cum malis tanquam relatiua se habent.Et quum omnes homines hodie uel cras aliquando bonum faciant: si modo deus remunerator uniuersalis non fuerit: quisnam erit?Et remuneratio dei gratia eius est: & quia omnes homines quandoq; bonum faciunt:similiter & bonum a deo emanatum assumunt.neq; alius uerus iudex super omnibus operibus nisi deus.Iccirco opus est ut ipse iudicet super bene ac male uiuentes:& si partialiter uult hos saluare & alios condemnare:nullum aliud iudicium particulare nec uniuersale habere oportet.& lex de iudicio uniuersali saltem predicatur. ¶Et quum christus dicat de die iudicii loquendo:uenite benedicti patris mei ad recipiendum gloriam que parata est uobis a constitutione mundi:quia esuriui & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi bibere & sic de reliquis. In hoc loco ipse legislator absq; enygmate aperit nobis causam:qualiter gloria sit bene agentibus parata.Quum dicat:quia hoc & hoc bonum in me uel in nomine meo fecistis: & contra male uiuentes causam damnationis eorum declarat dicens. Esuriui sitiui nudus eram & incarceratus & non dedistis mihi ad comedendum bibendum cooperiendum & non uisitastis: ite in ignem eternum: ubi fletus & stridor dentium.& super hac materia uidelicet in quo saluatio & condemnatio nostra fundetur: nullo modo clarius loqui potest.& non dicit quia pater meus uos ab eterno predestinauit: nisi quod sic & sic in hoc mũdo uiuentes fecistis. ¶Preterea redemptor noster de obstinatione iudeorum loquens ait: Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent. ¶Paulus si legem non haberemus peccatum non habuissemus:& inferre quod lex sit causa peccati absit a nobis. Iccirco intelligende atq; exponende sunt auctoritates.nam dicendo si legem non haberemus peccatum non habuissemus:oportet intelligere:quod pro obseruatione legis ad gratiam dei uel ad gloriam dirigimur. & per transgressionem legis ad inferos declinamus.Lex enim non solum gloriam premittit bonis: immo & malis damnationem.& ideo si nulla res esset:que uoluntatem dei circa opera nostra non aperiret: quamuis iuxta aliquas delectationes sensuum uiueremus: peccatum non committeremus nec sine lege consequeremur gratiam. ¶Ioannes in euangelio: quod ait. In principio erat uerbum:subdit.Quotquot autem receperunt eum:dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius.Qui non ex sanguinibus neq; ex uoluntate carnis:neq; ex uoluntate uiri:sed ex deo nati

ſunt. Et in his uerbis Sanctus Ioannes late oſtendit. Qualiter omnes qui per legem chriſtum ſiue deum recipiunt: deus dat eis poteſtatem ut filii dei fiant. & ſequitur iis qui credunt in nomine eius. Quia nō tantum decet quod legem aſſumamus: ſed quod ipſum chriſtum credamus eſſe deum & hominem uerum ſaluatorem noſtrum. ❡Qui non ex ſanguinibus neq; ex uoluntate carnis: neq; ex uoluntate uiri ſed ex deo nati ſunt. ❡Hic pro natiuitate in baptiſmo recepta capitur: ut patet in uerbis ipſius chriſti ad Nichodemum dicentis. niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnum dei. ❡Dum per mediam ſamariam & galileam Chriſtus tranſiret: & decem leproſi ad ipſum occurriſſent: iuſſit ut ſacerdotibus ſe oſtenderent: & ſanati ſunt. Quoniam uero unus duntaxat q ſamaritanus ſiue alienigena erat ad referendas Chriſto gratias reuerſus eſt: alios nouem de ingratitudine redarguit: & alienigene ait ſurge & uade quia fides tua te ſaluum fecit: & conſimilibus uerbis erga alios qui beneficium ab ipſo accipiebant uſus eſt. nec inuenitur quod dixerit: quia pater meus ab eterno te deſtinauit ſaluus factus es: niſi ex eo quod recte egiſti tibi gratiam tribuam: & ſic iuxta hec uerba quum legem pro baptiſmo & fide chriſti accipiamus: ſemper poſſumus bonum meritorium agere: dum per propriam culpam in peccato mortali non ſumus: & adhuc in illo ſtatu licet remoti a deo ſimus largo modo bonum meritorium agimus. Nos enim in elemoſinis & orationibus, aliiſq; piis officiis ad gratiam dei conſequendam diſponimur: & talis operatio ad bonam diſpoſitionem eliciendam bonum opus nuncupari poteſt: quum meritum attingat: licet non perfectiſſimum. hic autem ſermo noſter de manentibus ſine peccato mortali agit. Quod chriſtiani ſint: deum credant: ac ſemper legem obſeruent. Nam ſtultum eſſet uelle inferre: quod per noſmetipſos filii dei fieri poſſumus: niſi gratia dei inceſſanter in nobis continuaretur. & iccirco nos ſemper tenemur pro preteritis ac preſentibus beneficiis: deo gratias agere: & pro futuris exorare. & quod iam habita in nobis conſeruentur: & cum his operibus aſſidue ſumus in gratia dei omnibus benefactoribus promiſſa. quis aliam particularem gratiam non habeamus extra legis promiſſiones tributam. In lege enim de ſimili gratia huic largita pro uoluntate ipſius dei & illi denegata ſine aliquo merito uel demerito iſtorum non inuenitur. Quoniam aut lex uera: aut falſa: ſi uera id quod promittit obſeruare debet: quod ſi non uera: licet bonum polliceatur nullum bonum impendere poteſt: ❡Lex autem uera poteſtatem habet remunerandi ipſam obſeruantes & trudendo in abyſſum tranſgredientes. Et ſic dum baptizati ſumus: credimus: & alia precepta dei adimplemus: frequenter bonum meritorium adinuenimus: non tamen per nos ipſos intelligas. niſi in uirtute legis: ſiue latoris eius. ❡Quoniam uero natura in tempore neceſſitatis: qui bonos habet amicos ab ipſis adiuuari ſolet: quum deus optimus ſit: ſi interdum accidit ſuos amicos in declinationem uergere: dum ſepe hoc non fit: deus protrahit ſiue retinet ne in malum labantur. & contra peruerſos propter eorum peccata interdum permittit: quod in ſcandalis precipitentur: dum hic uiuunt & poſt mortem ipſos ad inferos deſtinat. non tamen hec regula eſt abſoluta ut aſſeramus: deus uult hunc hominem ſaluum fieri & illum cōdemnari. Quippe quod eiuſmodi iuuamē aut promiſſio de ſupplicio & gehenna: pro operibus noſtris iam prius factis contingit.

De Eodem.

❡Quamplures petere ſolent: utrum in primo ſigno ſcilicet ad ſequendum liberum arbitrium naturale deus adiuuet aliquos: & deſerat alios? Hic quoq; dupliciter intelligendum eſt primum ſignum ſimplex & ſecundum. iam in quoquomodo compoſitum: & in primo ſigno equaliter deus cum hominibus & angelis ſe habet. Et ponemus exemplum in Petro & Iuda: qui in primo ſigno ambo apoſtoli Chriſti fuerunt: & eque liberi ad bene uel male operandum. Sed deinde quum Petrus ſemper ad bonum inuigilauit: in ſecundo ſigno Chriſtus particulariter orauit: ne fides ſua deficeret. Chriſtus enim particulari bonitate petri motus erat. Non orauit pro iuda: quia ipſe quottidie ad malum erat procliuis. Quocirca potius maledictionem ꝗ benedictionem expectabat. Sed Petrus quoniam bonus iam incipiebat particularem gratiam conſequi: & ſic non eſt dicendum: quod fides Petri in aliquo puncto perierit: quia gratia Chriſti ſemper cum eo erat. Licet uerbis tantum propter iudeorum timorem: ſuum dominum negauerit. Sed in precordiis nunquam fidem & amorem Chriſti deſtituit. Vnde merito ueniam adinuenit eo quod inuito & non ſponte negabat: & in ſimili loco deus particulariter bonos adiuuat: & malos excludit. Sed primo cum omnibus angelis & hominibus equaliter ſe habet. Verumtamen in his duobus primis ſignis: non eſt nobis gratia eundi ad gloriā. Vna enim eſt naturalis gratia ſimul cum libero arbitrio: & alia conſeruatoria pro aliquo bono exacto. Sed in tertio ſigno deus prebet particularem gratiam: que ultimate creaturas perficit: & hec eſt ſupra omnia opera noſtra: quis ſit in quoquomodo ab operibus dimota.

De conſcientia: de praxi: de ſynderesi: ac de originibus & operibus earum. Cap. clxii.

¶A natura errorum initia aliqualiter cognoscimus. Nobis enim est ratio discernendi: quid bonum & quid malum sit. Quum scientia concreata cum scire sit ad nos redarguendus: uidendo quod malum agimus & intrinsecas alias proprietates: quas theologi synderesim & praxim appellãt: que quidem potentie nobis innate sunt ad euitanda mala & capessenda bona: & he potentie inter se aliquanto differunt: Sed propinque sunt. Conscientia enim nil aliud infert q̃ bonum habitum uel dei timorem simul manentem cum illo: quod scimus. & manifestissime patet. nã in illo quod nescimus non reprehendimur de conscientia. & sic pueri & infani q̃uis ad libitum faciant: nemo dicit quod contra conscientiam uadant: ex eo quod scientia carent. Et qui scientia caret per consequens & conscientia ad illam rem condecenti. Et taliter uidetur conscientiam esse acquisitam per praticam simul cum scientia & q̄ non sit adeo intrinseca ut synderesis: nam synderesis in pueris inuenitur. & sepe in hominibus stultis atq̃ in brutis. quia aliquando malefaciendo aliquam habent contristationem. ¶Preterea in pluribus locis remordemur: ubi non sumus conscientie obnoxii. hoc autem est ignorãdo utrum peccemus. Quũ eñi ibi non sit scientia: nec proprietas inde progrediens: que conscientia nuncupatur. Synderesis de peccati lapsu metuens assidue admonet: quod ab erroribus caueamus. q̃uis paulatim operetur. Et dicendo fac de isto conscientiam intelligitur: fac uti decet id; quod scis: & quia scimus: quod; de patratis malis est habenda confessio & penitentia: hoc faciendo intelligitur conscientiam agere. Licet aliqui peccent nescientes an illud opus peccatum uel non peccatum sit. Sed dum non uadunt ad confessorem manent ad iudicium illius: unde habent tanquam prescitum uel determinatum: quicquid confessor de re illa determinat. Et tunc presumimus scire: quod peccauimus. Quocirca habenda est confessio: idest satisfactio de errore nostro ueluti sciuerimus. & taliter contra conscientiam unius quando aliquid diuinis preceptis aduersando perpetramus q̃uis omnino naturale non esset: nam scire presumimus legem esse bonam: & quod non debem9 ei impugnare. ¶Synderesis & praxis uidentur potentie simul a natiuitate nostra infuse: que in cunctis hominibus sunt. Qui uero in peccatis inueterati nil prorsus uidẽtur de conscientia habere: ammisso ac postposito quocunq̃ pudore: immo omnia mala sine respectu timore dei & conscientia agunt. ¶Synderesis autem in omnibus q̃uis pessimi sint frequenter admonet: ut a malo precauerant. Quod fortasse de eo interdum necesse erit rationem reddere. Et simul cum hac remorditione alia admonitio est a potentia praxis prouenïens. Nam sicut synderesis est data in admonitionem: ut a malo caueamus. simul cum ea praxis etiam est tributa: que nos semper ad bonũ hortatur. & sic natura omnes bonum amamus: & boni uellemus esse. Quamobrem dicendo opus: praxis aut factum cum praxi intelligitur: corde nobis suadente ad bonum: & iste due potentie naturales atq̃ simul sunt. Sed differunt ex eo quod praxis assidue nos cõmouet ad bonum peragendum. Et synderesis ut a malo caueamus. He uero potentie sine aliqua scientia speculatiua & pratica paucam utilitatem afferre queunt: eo quod paucam efficatiam dimetiuntur. Et propterea quia legem habemus: & ratione scimus quid agendum & quid fugiendum sit. praxis & synderesis nimia conformitate resultant. Nam dicente praxi elemosinam esse faciendam secundum naturam ex acquisita doctrina infert: quod facienda sit ex corde & non iactantia. sed sub dei amore. & quod illi sit danda: cui conducibilior nobis uidebitur: uel cognoscemus ea ipsum indigere. similiter & alias proprietates ad bene & recte operandum instruit. Et tunc praxis & operatio que agitur uera erit. Synderesis quoq̃ a natura dicit: caue ne occidas. Sed postmodum per artem cognoscendo quot mala aut occisiones oriuntur: cito nobis aperte ostendit malam esse occisionem. & sic contra hoc scandalum magnam in precordiis remorditionem sentimus.

Qualiter decipiantur: qui aiunt omnes fines esse bonos: quum aliquis ubicunq̃ reperitur malus sit: Cap. clxiii.

¶Pleriq̃ inquiunt omnes fines esse bonos. Que opinio manifeste erit difficilis ad substentandum. nam saltem nos experientia edocet longe aliter se habere eo: quod finis qui corpora ad perditionem & mortem deducit: & animas ad inferos compellit malus est. Si autem dicis nos in animis nostris tanq̃ bonum consideramus semper: Respondetur: quod nostra affirmatio uel negatio nihil in re agunt: nequidem consideratio bonum finem causare potest: opus malum perpetrando. Si enim dicemus uolo itinerantes interficere: ut diues efficiar: peruersa intentio opus & finis denotatur: Quod si presupponis diuitem fieri absolute est bonum: etiam falso profers. Diuitie enim huius mundi frequenter sunt male illi: qui eas acquirit. q̃uis bene sint acquisite: & semper pessime sunt: dum eas male adipiscimur. Itaq̃ malus est finis illorum: qui ad homicidium incurrunt. pro consequendis huius mundi diuitiis: seu pro aliquo alio. Vt luxuriari: epulari: & quamplura his similia scandala perpetrare. Nam si infers diuitie bone sunt: & boni itidem cibi. Respondetur: quod depopulatores & gulosi non amant diuitias principaliter propter ipsarum bonitatem nequidem tali fine mouentur nisi causa false delectationis ipsorum: & similiter gulosi: non quia boni cibi: nisi ut in eis appetitui suggerant. & ad libitum adimpleãt

Viator enim melior est denariis:quos ipse affert. Vnde si finis depredatoris bonus esset illud:quod melius erat:amaret:pariter & uoraces:si propter ciborum bonitates mouerentur:ipsos obseruarent.non enim ubi cito dirumpuntur transmitterent. Quod si fortasse talem opinionem tenentes imaginant:ꝙ quemadmodum omnia opera dei bona sunt:eidem & nostra nimium defraudant eo: quod inter opus dei & opus nostrum ualde interest. Quia licet omnes creature bone sint in eo:ꝙ sunt per creationem a deo non propterea intelligitur nec uerum est:quod denuo omnes bonum faciant. Solus enim deus est ꝑ se bonus absq; alicui9 inherentia.& per consequens ipse tantum male operari nequit. Alie autem aliunde bonitatem acquirunt . & quandoq; bonum & quandoq; malum natura agere possunt . Vnde apparet:quod ambigui creati simus ad bonum siue malum : secundum quod nos eligere uoluerimus . Quoniam libertas duo extrema inter se contraria respicit. Quod si quecunq; agimus in se bōa sunt : nulla nobis libertas resultaret:quum ad duo contraria dirigatur. Quia unusquisq; inter seipsum confitendo facillime cognoscet:qualiter aliquid agat.ad finem:intentionem & appetitum mali: non dico: quod uniuersaliter sine alia cōsideratione nō desiderem9:nec appetam9 unu summū bonū. Sed hic de particularibus operibus loqmur:in qbus quottidie uidemus:quod aliq uolūt unū uulnus pati uel duo uel tria illi quem odio habent excutiat. Dicūt tamen:quod ex bono fine prouenerint:& nos ipsum malū nuncupamus. Quia nullam aliam quietem utilitatem & fauorē citra id:quod habent: expectant nisi quod per iracūdiam eorū proximū interimerūt. Et interimere malū omnino est:ex quo necessario pater malū esse finem illius:qui tale scandalū perpetrauerit. Illi autem qui omnes fines bonos esse aiunt : de actibus idem asserunt. Sed eandem solutionem quam de incorrepto fine diximus contra inordinatos actus ponemus. Actus enim est medium ad finem:& talis finis quale medium. Quapropter si peruersi fines:media quoq; peruersa erunt. Si uero methaphysicales presupponere uolunt dicendo: actus inquantum actus eo:quod abstractus bonus est: & nos negamus actum abstractum seu uniuersalem . Quisq; enim actus est particularis de deo aut aliqua creatura. Quoniam autem quelibet res in se est particularis:etiam particulariter operatur:ut in quinto libro latius demonstrabitur. & actus particulares quoad sensum & intellectū plures esse constat:non tantū malos sed peximos. Actus enim:qui animas & corpora ī patriculari damnat:est in principio medio & fine malignus. Si uero actus boni sunt : bonum erit ad inferos descendere:quum actus sit. Vereor autem:quod talem opinionem sectantes pro se id boni nollent. Deniq; asserendum est:quod inter actus per libertatem emanantes :quidam boni & quidam mali recensentur.penes effectus ab eis causatos.hic enim causa:& causatum semper assimilantur. Quia si architector bene operaꝛ:bōa domus īsurgit.& si male cōsequēter mala. Quoniā dom9 nō precise ad magistrum nisi admodum operandi respicit. Et inferendo quod ex eo quod nos originaliter boni sumus:etiam uelle nostrum bonum erit:nequaquam hoc est tenendum. licet enim uoluntas in se semper una & eadem sit:actus eius uarii sunt. Et ubi uarietas ibi potest tum bonum & tum malū euenire . & ita nos secundum iudicium sensus & intellectus quandoq; bonum & quandoq; malum uolumus.& q̄uis uoluntas sit a deo creata:actus eius uolendi non a deo:Sed ab ipsa uoluntate sunt producti. Iccirco uoluntas & actus eius uarios habent auctores.& quod dispositio nostra naturalis seu creata apta sit ad bonum & ad malum satis manifestatur ex eo:quod deus omnipotens nobis libertatem & precepta exhibuit:que quidem frustra essent:si apti nati ad bonum & ad malum non essemus.precepta enim bonum iubent:& malum prohibent. Libertas uero ad bonum & ad malum ambigua. & ideo comprobatur nostram naturalem aptitudinem esse fundamentum bonorum & malorum actuum . Quia apprime boni sumus eo:quod liberi : & qui liberi uarias uias inire queunt . Itaq; cogitationes uel alii actus nostri quandoq; boni & quandoq; mali eo:quod in legibus mandata obseruamus nobis prohibentia aliquos actus agere:ueluti in lege innocentie ade & eue:ut de fructu uetito non comederent:& in lege scripture & gratie:quod non occidamus:nec aliena bona capiamus . peto nunc an procedere contra diuinum preceptum actualiter de fructu comedendo occidendo & depredando sit bonus actus an malus. Actus enim presupponitur contra diuinum preceptum tendens . Demū qui non intelligit: quod aliqui actus mali sint:contra sensum & intellectum uadūt eo magis:quod hec uerba . Non occidas in se positiua & non priuatiua sunt eo:quod in actu ac uere pronunciantur : nec in eorum sententia aliquod priuatiuum prohibent. Quoniam occidere actus positiuus est:& pronunciando:non occidas:inferꝛ:quod occidendo mee uolūtati aduersaris.

Vtrum malum aliquod fundamentū habeat. Cap.clxiiii.

¶Dicitur malum non habere propriam substantiam aut fundamentum per se diuisum:in quo fundetur. Sed similiter dicendum est:quod neq; boni neq; mali per nos ipsos sumus . Quia per creationem a deo tantum emanam9. At uero per creationem tantum nemo saluatur:nec condemnatur. hoc enim ad merita nostrorum operum spectat. Et inferendo quod illud primum esse sit causa:ut possim9 bonum agere:ita etiam est dispositio:ut malo abutamur. Si enim non essemus:nullum malum opus faceremus . Quod si presupponitur malum esse dumtaxat boni priuationem : hoc non ualet : quia licet

mali efficiamur:nunquam bonitatem fundamentalem a deo creatam deperdimus.Licet quod ſi ꝓpter conſuetudinem quandoq; boni ſumus:& poſtmodum pexime operamur.hic illo artificiali bono priuati ſumus:pariterq; ſi aliquando ſumus peximi:& deinde in bonum ambulamus:iſtud bonum erit priuatio illius mali:quod eſt falſum uocabulum.Quoniam illud quod eſt nullo pacto poterit eē priuatio. Quamobrem dicendo malum eſt priuatio boni:in ſententia preſupponitur iam ibi non eſſe bonum: & ideo priuatio:quod ſi malum quoq; eſt priuatio:erunt utiq; due priuationes.& nihil poſitiui.Quod eſt falſum.nam boni uel mali ſumus:& ſimiliter bene uel male operamur. & quia fundamentum a deo creatum eſt bonum & aptum ad acquirendum per ſuos actus gloriam uel penam probatur : quod hoc primum eſſe ſimul cum libertate ſit origo:in qua actus bonus & malus fundatur.Omnes enim actus in actu ſunt:quia operantur:& non ſunt in priuatione.& quicquid actuale eſt:bonũ uel malum uocatur: maxīe id qđ a libertate ortũ hēt eo:qđ meritoriũ ē uel demeritoriũ. ¶Et referēdo uerba ſupius tacta: dum dicitur malum nil aliud eſt q̄ priuatio boni:nil aliud eſt q̄ ſi diceretur:eſt de nihilo nihil.Quod necubi ſtare poteſt. ¶Rurſus de uirtute uocabuli quidnam dicat intelligamus. nōne priuatio alterius & deſtructio alterius idem ſunt.nam priuatio abſolute aſſumpta & priuatio alterius admodum differũt. priuatio abſoluta uero per ſe tantum aſſumpta tanquam nihil dicit.priuatio alterius enim res poſitiuam ſignificat:ideſt deſtructionem & omnis deſtructio poſitiua res eſt:ut liber.deſtructio deſtructionũ. medicina deſtructio infirmitatum.crapula ſeu multitudo ciborum deſtructio ſeu priuatio uite.tamen ei bi medicina & ſimilia:que alia deſtruunt priuatio illorum que deſtruunt ſunt.Et ita ſi malum eſt priuatio boni:palam ipſum malum aliquid eſt tanquam baculus priuans uiſum. quoniam omne illud quod aliud priuat poſitiuum eſt.non autem priuatio ſimpliciter aſſumpta.peccatum per aſſerentes nil eſſe: ē priuatio boni:igitur poſitiua res quum aliud priuat.

Quod uerum & bonum quum poſitiua ſint conuertuntur & non in accidentalibus a caſu prouenientibus. Cap.clxv.

¶Dum uerum & bonum conuertuntur dici poteſt:quod quecunq; ſunt bona ſunt. Sed in artificialibus aut his que mere accidunt.Quedam ſunt uera & tamen non bona.Bonum enim & uerum tranſcendente aſſumptum eſt conuertibile:in actibus uero noſtris pleraq; uera interueniunt:que tamen bona non ſunt.Quoniam ſicut actus liberi.oportet ut ambigui ſint ad bonum & ad malum. Actus enim noſtri non ſunt res poſitiue per ſe:niſi quod tanq̄ a caſu accidunt & tranſeunt:q̄uis in nobis corũ merita ac demerita reſtent:nam dum bene uiuimus gloriam meremur. Si uero male penam nanciſcimur Sed hic ſuper poſitiuo naturali meremur:ac demeremur.& ideo peccando ut hominem interficiendo aut aliena furtiue ſubtrahendo.Verum eſt:quod ſic agimus:cum bono tamen non conuertũtur. Quia malũ eſt hoiem inocentē occidere.Si enim contingit ābiguũ eſt ad bonũ & malũ:q̄uis aptitudo operādi.Quũ res poſitiua ſit:bona dicatur.Actus uero noſter eo:quod liber eſt omnino a principio uſq; ad finem ambiguus ad bonum & malum. Quoniam ſemper res reſpectiue ſunt bone aut male:iuxta illud quod reſpiciunt.Reſpectiuum enim ſemper ſe habet ut ſecunda intentio.& ſecũda intentio ad aliud dirigitur:& quod ad aliud dirigitur ſecundum illud:quod reſpicit:tanquam ad finem iudicare debet. Et hac uia facillime cognoſcere poſſumus de propoſitionibus ueris & falſis:ita aſſerendo.Quelibet propoſitio aſſumpta in prima intentione per ſuum eſſe proprium formale:eſt uera.& aſſumpta in ſecunda intentione quandoq; uera & quandoq; falſa in eo : quod recte uel indirecte diriguntur : quia ad aliud ſermonem dirigendo. Vt ſi dicatur.homo eſt equus:falſum preſupponitur. Et dicendo homo eſt rationalis:uerum deſignatur. ¶Quod ſi aſſerimus petrus currit:& non currit:eſt falſum: quia narratur de modo manendi petri.Sed ſi dicimus:petrus currit:& non dirigimus iſtam dictionem ad aliquid: niſi quod per ſeipſam aſſummimus in prima intentione ſemper erit uera. Nam formaliter has litteras & uoces habet:igitur uera. Tamen ſi ad aliud dirigitur dicendo petrus currit : & non currit :erit falſum.Similiter ſi dicitur petrus dicit mendacium:& nil aliud preter mendacium.aſſumptis his uerbis ſeu dictionibus in prima intentione:uerum preſupponitur.Sed ſi petrus uerba ſua ad aliud dirigit tum uera & tum falſa erunt : licet in rebus ueris tantummodo uerum occurrat. & in falſis uerum & falſum. Quoniam in mendaciis conſideramus uerum eſſe:quod falſitas in eis ſit : quamuis tale uerum non ſit de eſſentia mendacii.niſi quod falſum adeo pauci ualoris eſt quod de ſeipſo affirmare nequit. Quocirca aliquod uerum applicandum eſt : quod affirmet hoc uero ſemper in ſecundis intentionibus intelligitur. Quum in primis ut dictum eſt omnia ſint uera : ueluti dicendo homo eſt leo uel equus. Quia iſta dictio eſt uerum quod de tot litteris conſtet & ſit tali & tali modo pronunciata : attamen ſi ad hominem refertur erit falſa. ¶Et reſpiciendo ad hanc imaginationem ſuperius tactam. Scilicet nullum falſum manere poſſe : quin aliquod uerum ſit : per eius affirmationem aſſerere poſſumus. Quemadmodum a logicis dici ſolet. Si nullum uerum eſt:uerum eſt:quod nullum uerum ſit. Attamen uarii uaria ſentiunt.Et quum dicimus uerum eſt:quod nullum uerum ſit:hoc uerum non ponitur pro ſe:niſi pro affirmatione mendacii eo quod falſum manere nequit. dummodo per aliquod ue

rum non affirmetur:uel conseruetur.Ibi autem uerum est mendacio subseruiens & non solum per se:& icirco stare potest si nullum uerum est.igitur uerum est:quod nullum uerum sit .Videlicet.si nullum uerum est affirmamus:quod nullum uerum sit. ⸿Finaliter ubi uerum & falsum est:bonum & malum interuenit.& quod uerum & falsum sit:nil penitus dubitatur.itaq; nil ambigendum erit:quod res bone & male realiter sint.Bonum tamen non conuertitur semper cum uero:& falsum semper cum malo conuertitur.nam uerum in plus se habet q̃ falsum ex eo:quod interdum de falsitate affirmat . & tunc ille actus non cõuertitur cũ bono ueluti iste.siquis acciperet bona aliena & accipit:qa malus cũ malo conuertit.

Quid proprie pro malo aut peccato accipiatur. Cap.clxvi.

⸿Quũ dicimus malum est aliquid:oportet quid pro malo assummatur percipere.an positiuum formale an uero rationis respectiuum.& hic quidam aiũt:quod peccatum quedam qualitas sit.Sed disputatio consistit:utrum hec qualitas sit in re extra animam positiue:an uero ens rationis propter respectus:quos imaginamur. In quo ad principiũ deueniendum est:ubi dicimus:quod quelibet res ĩ sua origine positiue in eo q͛ a deo creata est bona.& denuo secundum opera nostra aliquãdo boni & aliquãdo mali efficimur.Quocirca unam a bono opere emanãtem qualitatẽ aut fere qualitatẽ generamus: aliã uero a malo:quoniam unusquisq; actus aliquã actionẽ substãtialẽ aut qualitatiuã generat:ne ianitas in natura detur.Bonum uero & malum tanq̃ genera se habẽt.& oẽ genus plures sub se species cõplectitur:dũ bonũ operamur ad aliquã bonorũ speciẽ dirigimur & si malũ ad malã.Actus uero qui legi diuine aduersantur mali sunt:& illi actus sunt ĩ re & super huiusmodi erronea operatione.deus omnipotens errãtem ĩ penam cõdemnat:quem tãquã alienũ seu extra amiciciam suam habet.& qui ĩ amore dei nõ assistit:ipse ꝓrsus sine aliquo respectu ẽ malus.Quũ totus sit pene meritorius.nã ex operib9 suis ad inferos destinatur:in quibus peximũ locũ esse dicim9.nõ quod centrũ terre in se peximũ sit.Sed peximũ imaginamur eo:quod illic spiritus puniuntur.& quod aduersus rectũ ordinẽ aut naturalẽ delectationem accidit:malũ uocamus.& in hoc modo malũ dicitur esse aliquid:incorreptos act9 accipiẽdo cũ meritis inde resultãtibus:idest illud quod nobis dat:aut demeremur incorrepte operãdo.

Cur malũ non sit proprie priuatio. Cap.clxvii.

⸿Iam primo libro satis explicatũ fuit:quonam modo peccatũ intelligatur.& hic breuiter dicimus. quod peccatũ nil aliud sit q̃ obligatio:quã de malis operibus nobis ipsis apponim9.non quod illic alia res positiua sit extra nos nisi quod ad penã obligamur.& hec obligatio:ut qualitas est ĩ re ex eo: quod taliter facti sumus:& q̃uis ibi non sit aliquod substantiuũ inherens nisi q͛ nos qualitatiue tales facti sumus:act9 q nos tales egit:positiu9 erat:q̃uis malus:qa effectualiter opabat̃:& operatio res positiua & nõ priuatiua est:quãquã multi iquiãt:quod peccatũ sit tanq̃ priuatio:quod stat exemplo:ut iter uidẽtes & cecos:licet peccatores ut ceci reputent̃:nescientes recte quo uadant.Cecus uero in se res positiua est.q̃uis uisu carens.& itidẽ q male agũt lucidis operib9 priuant̃.eo quod mala obscura sunt.Verũ in se non sunt carentia seu priuatio.Quoniam agens malũ totũ ipsum positiue malũ ẽ :tñ artificialiter. icirco ob hãc maliciã ad inferos descẽdit.& id quod habet uim deducendi ad inferos :non est priuatio.Quũ enim priuatio nihil sit:& nihil non potest quicquam operari.patet aliquod malũ non esse priuationẽ.nam proprie priuatio dicitur dũ aliquis illo caret.quod naturaliter habiturus esset . Dũ uero aliud habem9 ultra id:quod habituri essemus hoc utiq; nõ est priuatio simpliciter.hic enim non solum a bene operãdo cessamus:imo insuper in actu male opamur.& hoc operari ultra cessationẽ a bono aliquid est:ex eo quod act9.Cecus autem solũ a uisione cessat:non tamen in aliũ actũ trãsgreditur. & ita est uere priuat9 uisũ.Sed male agentes aliter se habent:quia ultra quod bonũ non faciũt:malũ in actu perpetrant.& qd peccatũ non sit omnino ut cecitas patet ex eo qd de cecitate seu priuatione null9 sanari potest.& de peccato quotiescũq; uolum9 diluimur & sanamur.ideo peccatũ poti9 ĩfirmitati q̃ priuationi assimilat̃.& infirmitas in re est in membris posita.Vnde potestatem habet deducẽdi corpora ad mortem.& peccatũ quoq; animam ad mortem trudit.hoc est ad inferos.Queadmodũ enĩ bonis operibus ad celũ extollimur.ita etiam malis ad inferos impellimur.Quod si inuestigare uolum9:ubi peccata fundent̃:quattuor fundamentales causas inueniem9. ⸿Primo libertatem & potentiam agendi ad libitũ nostrũ. ⸿Secũdo precepta que admonent ad faciendũ aliqd uno modo & ad aliud euitandũ alio. ⸿Tertio appetit9 nobis natura concessus:ut ubi placuerit inordinate uiuam9. Quarto impetus quo iussu diuino aduersamur.his enim quatuor causis perdurantibus semper dicere possumus peccatũ habere aliquod principiũ:sine quo generari nõ posset.Si autem peccatum omnino priuatio fuisset:non posset animas ad inferos deducere:ut iam dictum est:nec ibi maiores penas uni q̃ alteri exhiberet.Quũ priuatio nihil sit:& nihil neq; magis neq; minus habet.& nos iuxta legem & rationem tenemus:quod ex malis operibus una anima maius suppliciũ q̃ alia habebit. Quamobrem necessario aliqd opus malũ est maius & aliquod min9 . Quod si peccatum esset priuatio:non haberet has differentias:

Verũtamẽ moraliter accipiẽdo malũ uidet̃:quod nihil sit:immo & multo peius q̃ nihil:dũmodo hoc ipsum dici possit:& quod peccatũ per negationem prohibeat̃:nihil est ad rem.quia dicendo non intelli cias est uocabulorũ defectus.Quoniam uult inferre:quod occidendo malũ facies:& malum est penitus euitandum.quapropter effectus occidendi affirmatiuus denotat̃.& sic in negatione non peccat aliqs: nisi in actu affirmatiuo tantum. ℂSanctus Ioannes asserit.si dicimus quod peccatum nõ habemus: nos ipsos seducimus.quod si peccatum est nihil.quonam modo quisquam ipsum habere potest.a nullo enim id:quod non est:habet̃.si uero peccatũ esset priuatio:falso diceret̃ aliquid fecim9 male operãdo. sed uidemus:quod de erroribus nostris ut de re positiua confitemur. ℂDicendo & sine ipso factũ ẽ nihil.hic qdam accipiũt illud factũ est nihil ex eo:quod dyabolus effectus est malus.& quod ita malum pro nihilo intelligat̃:sed etiam dicere solemus:nihil fecimus:dum nequicquam operati fuerimus. & in hoc consonare uident̃ uerba illa passionis:ubi christus ait.& in abscondito nihil loquutus sum. hic enĩ non intelligimus christũ dixisse:quod aliquid mali egerit:quod tale fuisset:quale nihil. Quia semp ipse uerba efficacia atq; sancta loquebat̃.ex quo dicere uidet̃:in abscondito loquutus sum nil: idest nõ sum locutus.In aliis quoq; euangeliis.Sanctus Ioãnes:similia uerba de christo narrat.Vnde ipse dicebat nihil pro nõ feci:& idem intelligere possumus dicendo sine ipso factũ est nihil eo:quod omnia per deũ facta sunt:& nulla res est quin per eum facta sit rem positiuã itelligẽdo eo:quod peccatũ nõ est oĩno p se res positiua:nisi qualitas uel obligatio:quã male agẽdo super nos adducimus.

Quo pacto intelligatur bonum est esse & malum est non esse:& quod non absolute sed positiue. Cap.clxviii.

ℂDicẽdo bonũ est esse:& malũ est nõ esse:multa quidẽ itelligẽda sunt:quia nõ quecunq; sunt absolute:sed positiue bona ĩquãtũ quod primũ esse habent.Verũtñ deinde per cõsuetudinẽ multa sunt mala:nec est asserendũ absolute:malum est nõ esse.sed respectiue malũ:quod duobus modis patet.prĩo qd melius est nõ agere:q̃ male agere.Secũdo quia nõ esse seu nihil:nõ est bonũ nec malum:quis dicamus bonũ uel malũ respiciẽdo id:quod uolumus.Veluti dum dicimus bonũ est nobis nõ cenare. Sed nõ cenare priuatio dicitur.& ideo nõ potest esse bonũ neq; malũ.si autem respondetur:quod illud quod cõtrariũ est ĩ cenãdo:est mihi nociuũ.igit̃ nõ cenare est bonũ.Asserimus quod esse non tenet pro cõtrario nõ esse.Quia nõ esse nec est cõtrariũ nec simile.& ita unũ esse habet pro cõtrario aliud esse. si mõ cõtrariũ habere potest.Vnde dicẽdũ erit quãdo nõ ceno melius ualeo.Quia cena mihi obest:tamẽ dicimus bonũ respectiue:quoniã adueniẽte maximo malo nihil uidetur:quod minus malum sit.hoc autẽ nihil nõ accipimus tãquã positiuũ sed ymaginariũ tãtũ nostrã ĩtẽtionẽ dirigendo ad illud positiuũ qd uolumus seu nolumus:si quis enim ait nollẽ esse natus:nõ accipit hoc nolle pro uelle non esse.nisi quia nollet tot mala tolerare:& respectiue ad illud malũ uidet̃ sibi esse bonũ:quod natus nõ fuisset. & sic dũ nõ cenamus:sepe pro bono reputat̃ eo quod plura scãdala euitamus:que a cena causarent̃. Tamẽ semper ibi licet nõ tenemus:quedam positiua occurrunt:ut uelle cenã euitare ex eo:quod uelle cenã euitare & nolle cenare idem aut relatiua sunt.& semper si unũ relatiuũ est:pariter & aliud.Nam quotiescũq; istud uolumus:& illud dimittimus:unũ uolumus:& aliud nolum9.igit̃ uelle & nolle tãquã relatiua sunt. Quapropter dũ dicit̃ non cenare est bonũ:nõ intelligit̃ pcise de priuatione:nisi de cena:que erat nociua.Quoniã si hec oĩa totaliter fuissent priuatiua:nullũ bonũ neq; malũ occurreret.

Quod priuatio ex parte sua nihil sit:& quod alique forme & non omnes in nihilum redeunt. Cap.clxix.

ℂCirca aliquos negatio & priuatio nõ sunt oĩno nihil:& sic uidet̃ ĩter alios articulos parisius damnatos iste poni.scilicet quod priuatio sit penitus nihil.Verumtamen qa dicũt solũ sine aliqua explicatione:merito uidendum erit:quid priuatio & quid negatio ex parte sua sint.Vnde sub paucis dicimus priuationem nil aliud esse:q̃ considerationem de carentia uel nõ esse.exẽpli gratia puer natus est sine manu.Peto nũc an manus quam habiturus erat sit in rerũ natura.Respõdẽdũ est autẽ:quod sit materia.de qua manus fieri poterat:sed talis materia nõ est de essentia man9:sic uel sic.& ideo priuatioĩ ex parte sua nihil est extra nomẽ tãtũ q̃uis res priuata sit aliqd:ueluti orbus cui9 uisus in nihilũ euanuit ĩ eo:quod huic homini attinebat.Man9 enim scissa aut uisus inquantũ substantia sunt:nõ redeunt oĩno ĩ nihilũ nisi ad substãtias & proprias origines.Verũ ex parte hominis priuati nihil sunt : quia idem est dicere negatiue nõ habeo manus:ac si diceremus nil de manibus habeo:aut sum manibus priuatus.hic enim nõ imaginamur de re positiua:nisi de nõ esse.& quod debuerat esse.Male igit̃ opponũt dicentes concedo quod sit negatiue non tamen positiue.Quoniam inferendo Franciscus nõ est equ9:intelligitur:quod sit aliud.Sed ex parte negationis nihil est aliud:q̃ ipsa uerba negatiua uel negãdi considerationes.Si enim aliquid esset:necessario sequeretur:quod Frãciscus esset equ9.Et si nihil aut priuatio est aliquid:asserẽdũ erit:quod sit illud quod nõ est.licet act9 priuãdi:dũ res priuat̃:sit aliquid.& hoc quod

probatio nō sit pure nihil: procedit contra tenētes peccatum nihil esse. Dicunt enī peccatum nihil eē: & quod se habeat tanquam priuatio. Dānantur ēt dicentes formā non corrūpi in pure nihil: hic quo ꝙ sciendum est de quali forma dicat: quia si de forma in se positiua: ut de anima rōnali sensuali uegeta bili aut similibus falsum est dicere: quod in nihilum redigant: q̄uis aliter se habeant: q̄ in particularib9 se habebāt. Quū uero in se entia realia sint: & primū esse suū ut aliqd: ut ī aliis locis hui9 uoluminis pa tet. a natura nō potest reuerti ad id quod nūquam fuit. Solus enī deus creare & annihilare potest. nam tantū distat esse a non esse: quantum & nō esse ab eē. Quamobrem id quod p se esse pōt. non poterit p se omnino annihilari. Deus pōt semp p se esse. & tn̄ non potest seipsum annihilare. ¶ Aliæ uero sunt formæ: aut quod nos consideramus quod formæ sint: quæ in nihilum reuertunt: ueluti forma domus aut membrorum in modo situationis. Domus enī nō est aliud q̄ ligna: lapides & alia his similia: simul taliter ordinata. & separatis iisdem materialibus illa ordinatio seu proprius modus manēdi in nihilum euane scit ex eo: quod ibi nihil erat preter lapides & ligna. Et quia nihil erat non existentibus simul lapidibus nequaquam illa simultas alicubi esse poterit. quod est contra uniuersalistas. Dicunt enim formā istī9 do mus in aliquo uniuersali remanere. quod omnino longe aliter est sentiendum. ¶ Deniq; si de nega tione aliqd remanet aliqualiter uerum in se ē quoddam prouerbiū: quod dici solet: tu habes de asino. & probat penes hanc uiamita dicēdo. Tu es asinus. si accipit pro affirmatiua totaliter asinus es tu. & si negatiue aliqualiter es asinus. Negatio enī non est pure priuatio: & quicquid in significatione aliqd ue ri habet positiuum est. Vnde erit uerū: qd tu aliqualiter habeas de asino. Et si dicis quod negatio in si gnificatione nihil sit: asseris partē: quam nos affirmamus. Verba enim prolata aliquid sunt & positiua. Tādem hic nōnulli tāta pinguedine tumescūt. quod in solutione sua dicūt: homo cecus aliquid est. & iste homo qui nō est equus: est aliquid. ista uero ridicula sunt. qa nullus aliqualiter sapiens asserit: quod iste homo sit priuatio nisi tātum uisu priuatus: seu quod nil de uisu habet: neq; iste homo habet aliquid de equo: sed ī se iste homo aliquid est & aliquid: homo uisum nō habens. In ceco autem nihil ē de uisu: neq; ī homine aliqd de equo.

De Eodem.

¶ Plericq; illorū qui dicūt peccatū nihil esse in diffiniendo uocāt ipsum boni priuationem: & iisdem auctores īquiūt. Quod priuatio nō sit pure nihil: & si peccatum ut per diffinitionem istorū patet ē pri uatio. & priuatio nō est pure nihil: sequitur quod peccatū sit aliquid. ¶ Et si īfers nō diffiniri qd pri uatio nō sit nihil: nisi quod nō pure nihil. Respōdet quod nihil & pure nihil: idem significat. Quoniā ī illo quod nō est: non datur simplicius & compositius: tn̄ priuatio ī illo: quod apud oēs īspiciētes sona re uidet pro termino nō essendi est posita. Nō enim dicimus. hic homo nō uidēs est priuatus: quod nō est aliquid: neq; infirmitas uel actus occurrentes ad destructionē uisus sunt nihil. Sed ītelligimus: quod sine oculis nil penitus de uisu habeat: neq; secūdum naturā amplius habere potest. & īquātum omni ac tu & potentia caret: dicimus esse priuatum idest nil de uisu sic neq; sic habēs. & in hoc modo priuatio tāquam hic terminus nihil sonat. Quinimo potius uidet dicendum esse. quod priuatio sit pure nihil: q̄ aliquod aliud. Quoniam a peccato & aliis malis operibus de nihil habētibus ad multa possidētes insur gere possumus. Dum uero uisu manu aut quouis alio principali membro priuati: nulla est spes nec na turalis uia ad nos liberādos. ¶ Sepe itidem luce & nummis caremus & in infantia dētibus & alias sa nitate. At quia īterdū similia habere possumus: nō proprie priuatiōes uocantur: neq; homo post mortē est priuatus uita. Quū iam corpus illud nō sit homo: neq; aptum ad suspiciēdam uitam. Sed dū uiuētes aliquo principali membro caremus. quod nulla manerie recuperare possumus: de iisdem nos priuatos esse dicimus. ¶ Beatus thomas ac sequaces ipsius dum de culpa originali agūt: dicūt esse quādā scin tillā seu tabem tāq̄ si uenenū uel infirmitas in humanitate nostra posita: per quā oēs hoīes ī cōceptiōe sua maculati sunt. Ibi uero dūtaxat est dicēdū esse originalis gratiæ carētiam nō autem qualitatē sub stātiam aut aliquam rē positiuam eo: ꝙ nos nullū actum peccandi operati sumus. & ubi actus nō dat: nulla qualitas uel substantia ab ipso generata dici potest. Quocirca in Adam & Eua qualitas uel tabes positiua esse potuit eo: ꝙ in actu peccauerūt. Sed nos causa illius erroris originali gratia supernatura li promissa caremus. Quapropter habilitatiōis preceptum petimus ueluti baptismū. uerum de actuali peccato necessaria est cōfessio & penitētia. Nāq; oīs actus a natura loquēdo ne quicq̄ frustra ī natura fiat producit aliquod positiuū ad similitudinē ipsius actus. quia saltem cōcedēdum est ꝙ faciūt nos no uiter bonos uel malos ad similitudinem generationis. & hoc bonum uel malum meritoriū aut demeri torium: potest qualitas denominari eo quod operatio inanis nō fit: quoniam nil in natura penitus ua cuū seu inane datur. Vñ cōcedēdum est in actibus prauis aliquod positiuū oriri. & in originali defectu dūtaxat carentiam. Et qui dicūt actuales errores nil esse & originalē carentiam esse aliquam scyntillam protinus contra rationem procedūt.

Qualiter quies nō est propria priuatio motus:neq; inter ens & nō ens sunt gradus ī re:ueluti inter ens & ens sunt. Cap.clxx.

¶Aristoteles quinto phisicorum ait:quies est priuatio motus.tamen melius uideretur dicēdo : quies est mansio fixa:assummendo per cōtrarium motus:quoniam motus positiuus est:priuatio uero negatiua.unde nō potest esse quies neque priuatio alicuius positiui. ¶Quies uero perfectionem dicit:priuatio siquidem īperfectionem:& perfectio & īperfectio idem esse nequeūt. neque priuatio uere assumpta est perfectio neque īfectio non principium neque nō principiū.sed tm̄ negatio:& negatio nulli ē cōtraria:cum nō sit aliquid positiuū.sed simpliciter nihil.uñ duo positiua possunt esse cōtraria:eē & nō esse uero nō.quoniam non esse tm̄ ymaginarium est cōtrariū.& id quod cōtrariari potest: positiuū est. uel de aliquo reali subiecto predicatur & oīs uera predicatio cū suo predicato conuertiť.& sic dum de cōtrariis agimus:duo extrema realia ponēda sunt:ut dicēdo oīs homo currit:& nullus homo currit:& quia ista subiecta sunt positiua:sunt contraria.sed dicendo oīs homo currit & nulla negatio aut nulla priuatio currit.he propositiones nō sunt cōtrarie neque contradictorie.cū etiam in cōtradictoriis semper aliquod positiuū eit assignādum. ¶Et in hoc loco uidelicet dum de priuatione agiť animaduertēdum est:quod a nōnullis nimium hic terminus aut imaginatio priuatiōis dilatať.nam dicēdo qes est priuatio motus:nō potest capi per aliquod īperfectum saltē absolute loquēdo.nam deus omnipotens quies uera est.sed nō priuatio motus.quoniam priuatio īperfectum quoddā dicit. & deus perfectissimus atque actus purus sine aliquo motu alterationis augmētationis & diminutiōis semper operans ī actu: uñ nō priuatio motus per remotionē alicuius pfectionis.sed imo positiue actus purus appellať. ¶Licet quod quies late loquēdo in duobus modis capi potest alter eorum pfixum manere ad differentiam de rebus mobilibus.& alter per proprium modum quiescendi assumiť ut per māsionem perfectam seu simpliciter gaudio plenam.sed talis quies nullaten9 priuatio nūcupari potest:cum priuatio quoddam īperfectum dicat.& quies in hoc modo assumpta multo perfectior quam mot9 ē:quoniā dignius ē oīa clara ītuitiōe absq; aliquo discursu aut motu cognoscere:quam cum discursibus & motibus. ¶Quo circa dicēdum est postquam motus finit res que mouebať qescit:quiescere aūt opatio est.& oīs opatio positiua res.qm̄ quiesco quiescis per qescere habem9. ¶Quamuis nōnulli forsitan imaginādo quod oēs res operātes cum motu sunt digniores quā sine motu operātes quietē denoīauerūt priuationem eo quod imperfectā ipsam excogitabāt.dato quod positiuū sit:& sic aliqualiter priuatio sepenumero nūcupať causa:quod ad nihilū tēdere uidetur sed sub hac cōsideratiōe.potius motus ad nihilū tēdit: quā quies proprie dicta:cū quies perfectior:quā motus sit. ¶Nā quāuis in creaturis tm̄ affirmamus: quies est finis motus:& finis est quoddā optimū.Rerū priuatio siquidē optimū esse nequit.Quāobrem quies nō potest uere priuatio motus appellari nisi poti9 perfecta māsio. ¶Licet quod dum magis dilataremur de rebus potius perfectis & īperfectis cōsiderando oīa min9 perfecta possumus appellare tā quā priuata.exēpli gratia.tenebrā priuationē lucis.eo quod magis perfectus est aer cū luce quam sine luce:nigrū priuationē albedinis.hoīem ī obscuro positū priuatū uisione:& malū priuatū boni.sed oīa hec lato modo per priuatiōem assumūtur.nā quamuis homo ī obscuro manēs ī actu de presenti non uideat.nō ex hoc cec9 uocať seu priuatus uisiōe:quoniā ī re uidēs est.licet actu pro illo tūc nō uideat: sed quia semper quod aliqua lux ibi intersit.Ad illumināndū aerē homo ille uidere potest:homo ille nō uocať cecus:& sic nō potius ī nocte quā ī die aut dormiēdo quā uigilādo.ceci sumus:cū cecus ītelligiť dum ab oī spe uidēdi destitutus est:& parimodo aer.aut corpora que de se luminosa nō sunt corpora opaca:uocari debēt.aut illuminosi:apta nata tamē ad recipiēdum lucem non tanq̄ essentiale suum sed appropriatum per aliquod tempus:unde de cōsuetudie & modo loquēdi ī absentia ubi sol presentialiter nō est:aut aliquod aliud illuminosum corpus:obscurū dicimus:aut tenebram:& tamē ibi oīa essentialia illorum corporum sunt.& quia de se illuminosa corpora illa & semper ī apritudine propiqua ad recipiēdum lucem quotiēscūq; uenit:nulla ibi datur priuatio proprie dicta . cum priuatio postq̄ semel effugit:nūquam amplius recuperari potest:& sic quia terra:aer:aqua:de se nō sunt corpora illuminosa nō uocātur priuata luce.quamuis illuminata nō sint.qm̄ ita ad manēdū cum illuminatiōe uel sine illuminatōe a natura apta sunt.& de illo quod a natura semper nobis nō datur.q̄uis ipsum nō habeamus. minime priuati illo uocamur. Vnde fit quod talpa.quamuis animal satis sensibile sit : nō uocatur proprie ceca:neq; uidēs:ceca tamē cōsiderādo de aliquibus aliis aīalibus nūcupari potuisset.sed non ceca secūdū speciem talparum:nequidem iuxta quedam alia animalia idest cōchilia:que uidētia nō sunt:ita quod similia aīalia nō uocātur priuata uisione.cum de natura sua.uisum habere non debeant.nequidē ī similibus aīalibus.tum magis & tum minus perfectiones dātur penes uisionem.& ubi magis & minus nō datur:nō potest denominari priuatio.sub quo ordine possumus considerare de corporibus opacis in absentia lucis positis priuata esse:eo quod maioris perfectionis sunt.aut aliquid magis habent in presentia lucis quam ī absentia. ¶Sed nigrum non habet aliquid magis in presentia albedinis quā in absentia.nequidem homo habet aliquid magis operando bonum quam dum malum operatur . nā-

ueluti malum deſtruit bonum etiã bonum delet malum.unde ſi malum ẽ priuatio boni eo : quod ipſum
deſtruit aut diminuit:pariter bonum in operibus noſtris intelligas eſt priuatio mali quoniam ipſum de
ſtruit.uerũtñ in ſimilibus non daẽ propria priuatio.Cum ſemp quod uolumus de hoc ad illud tranſire.
poſſumus.& de priuatiõe ad nõ priuationẽ. nũquam reuerti quimus. ℂVerũtamen quia de natura
bonũ eſt noſtrum:malum ſiquidem alienũ:dum bonũ in nobis deleẽ.merito priuati uocamur.& quam
uis malũ deſtruatur.quia de ratione noſtrũ non ſit:nequaquam ex hoc priuati uocamur. ℂSed ani-
maduertas quod res que priuat : non eſt priuatio ſeu nihil.nequidem res priuata eſt nihil uel priuatio.
nam priuatio aſſummitur.p carentiam de illo quod eſſẽ debebat : non per rem poſitiuam capiẽ niſi p
carẽtiam.& carentia nõ dicit poſitiuum:& quicquid priuat poſitiuũ ẽ. ℂGratia exempli baculus uel
enſis rumpit oculum.enſis erit res priuans.atq; mala reſpectu ad rem priuatã.& pariter actus malus ue
luti occidere innoxium hominem aut bona aliena furto ſubtrahere & tñ actus ille aut ſimiles ĩ re poſi
tiui ſunt nõ nihil:ſed imo aliquid:& tñ priuant bonitate ſubiectũ:in quo ſimiles actus fundantur. & ta
men actus illi mali ſed nõ priuationes aut nihil. ℂVerũtñ in hoc loco quidam forſitã non ſatis ad-
uertendo ea que dicũt.nullam ponũt differentiam inter negationẽ affirmantem de re poſitiua: & ne-
gationem ſimpliciter aſſumptam:quod error eſt.quoniam negationes de poſitiuis rebus agentes:gra
dus inter ſe habent:cũ una poteſt eſſe magis falſa quam alia:non ex cauſa ipſarum negationũ. ſed tan
tum reſpectu ſubiectorũ de quibus negationes agũt.gratia exẽpli dicendo homo nõ eſt animal:& nul
lus deus eſt:hic maior falſitas concludiẽ in hac negatione dicẽte nullus deus eſt:quam dicẽdo null9 ho
mo eſt animal.quoniam magis uerum eſt quod deus ſit:quam quod homo ſit animal:& quanto malo-
rem ueritatem negamus.tãto maiorem falſitatem p eam negationem cõmittimus. ℂSed ſimplices ne
gationes uidelicet dum nullam rem poſitiuã ibi applicamus non eſt una negatio maior altera.nã dicẽ
do nihil eſt.& nõ eſt ens.nõ eſt maior negatio iſta quã illa. ℂEt inferẽdo ſicut ſe habet:ens ad ens:
ita nõ ens ad nõ ens:iter ens & ens danẽ gradus ſuperiores & inferiores:igitur parimodo iter nõ ens
& nõ ens gradus ſuperiores & inferiores danẽ. ℂNos uero concedimus quod ueluti ſe habet ens ad
ens.ita non ens ad non ens:ita ſe habere itelligas.ſub aliqua conſideratione ſed negamus quod inter
nõ ens & nõ ens.ſint gradus ſuperiores & inferiores;nequidem gradus equales poſitiue itelligẽdo:qm̃
ueluti inter ens & ens ſunt ſimilitudines per gradus poſitiuos:iter non ens & nõ ens ſemper p negatio
nem tantum capiẽdũ eſt.& ſi concedimus gradus poſitiuos inter hominem & equũ:ita eſt dicẽdũ nõ
gradus inter nihil & non ens:& cũ dicitur aliquid inter hominem & angelum eſt econuerſo aſſummen
dum eſt iter nihil & nihil.ut dicẽdo inter nihil & nihil nihil eſt.ita quod loquẽdo de poſitiuis reb9 per
aliquam affirmationem idẽ eſt.de priuationibus uero ſemper per negationem ueluti dicendo non eſt
non ens priuatio eſt nihil nõ res priuata.ſed priuatio nihil.unde priuatio non eſt hic nõ ibi non alibi:
quia nuſquam eſt licet quod aliqua ſubiecta ſunt priuata de aliquibus perfectionibus:quas habere de-
berent.ſed priuatio ipſa nõ eſt in ſubiecto non extra ſubiectũ cũ nihil in re ſit.

Qualiter homines ſimpliciter aſſumpti tanq̃ ſubiecta media ad bonas & prauas ope-
rationes nos habeamus:& quo pacto bonum & malum circa actus noſtros plano mo
do itelligantur. Cap.clxxi.

ℂHactenus multa iam dicta ſunt ſuper probatione:qualiter malum ſit aliquid:& in hoc capitulo ĩ
quantum poterimus itẽtionem noſtram planis uerbis aperiemus. ℂEt in primis ita dicimus:aut ho
mo in eo quod ſibi attinet poſt primum ſignum creationis eſt ſimpliciter aptus ad ſemper recte operã
dũ uel ſimpliciter ad malũ aut ad utrũq; medi9.Nõ ſimpliciter ad bonũ quoniã ſepe a rectis uiis deuia
re uiſus eſt.Nec ſimpliciter ad malũ quum aliqñ bonũ operetur.& ĩ uno & eodem homine he extremi
tates comprobantur.Ideo cõcedendum eſt hominem eſſe medium ad bene & male operãdũ. ℂNũc
ſic.ſi de bonis operibus remuneratio expectatur:& de malis pena:quomodo fundari poſſumus quod q
premiũ expectat ab operationibus eius bonus nõ ſit:quiq; penam ex operationibus non malus:Si eni
poſt operationes omnino medius eſſet:ideſt nõ declinãs magis ad bonũ q̃ ad malum:omnes homines
equaliter ad gloriam & penã deducerenẽ:Quod nõ datur.Ex quo ſequitur:quod operator in bonum
ab his operibus bonus ſit:& operator in malũ malus.Quocirca ſi bonus per acquiſitam ſuam bonita
tem ſaluatur:malus per maliciam condemnatur. ℂVlterius aut quod ſaluandi & cõdemnandi ſumus
iuxta bonitatem naturalem ſiue creationis aut nõ.ſi penes illam bonitatem que bonitas entis denomi
nari ſolet:oẽs equaliter ſaluaremur:uel poſito quod ibi maiores & minores gradus dentur ſaltẽ nullus
ad inferos condemnaretur eo:quod naturalis ſeu eſſentialis bonitas inquantũ ſimplex eẽ habemus:qe
quid eſt bonum eſt:que uero bonitas nullo accidẽte nulla natura dirumpi poteſt.nec in eo quod eſſen
tialiter eſt melius ſieri per opera noſtra.Poſſumus tñ:ſi uolumus:bonum per opera a nobiſipſis acquiſi
tum ſuper eſſentiali bono ſtatuere:tum etiam malũ ſuper illo bono. ℂEt ſi inferetur malum nõ poſ
ſe in ſubiecto boni ſubiectare.Reſpõdeo quod hoc bonum entis tãquam medium ad hoc & ad illud ſe
habet:ceu paries ad album & nigrum cõcipiẽdum & uolũtas ad uolẽdum & nolendũ. ℂQuãuis eni

bona ſit uolũtas:ſepe res que in ſe male ſunt exquirit. Vnde uolũtas que per naturam bona contingit
ſubiecto male operatiõis ſiue cupiditatis eſſe.& hoc modo eẽntiale bonum ẽ ſubiectum mediũ ad ope
rãdum iuxta libitum. ℂNon ergo dici poteſt malum eſſe boni priuationem:neq; bonũ priuationem
mali:dũmodo actuale bonũ per nosipſos nõ ageremus:ac deinde per alia mala opa dirũperemus:aut
quod in primis malum operaremur:& deinceps cum bono ipſum deuaſtaremus. At dum a pricipio na
tiuitatis per totum uite ſpacium malũ ageremus:ibi nuq̃ fuiſſet alicuius boni priuatio. quãdoquidem
nullũ acquiſitum bonũ deſtruximus: nec eſſentiale bonũ dirumpere poſſũmus. ℂVerũtñ quũ poti9
ad optimum finem q̃ ad peſſimũ creati ſimus:de ratione ſalubrior pars eſt imitãda.ſed animaduertas:
quod dũ dicimus ad finem glorie creati ſumus:nõ intelligas quod de neceſſitate ita ſit:niſi tñ ratõe &
creatoris uolũtate.ſed quia ſimul cum hoc in uia ambigua ſeu media ſumus ad bene & male operandũ
per nosipſos poſiti:non utiq; neceſſario ad finem glorie ſed ad gloriam uel penã ſecũdum quod ope
raremur. Precepta uero bonum operari iubent:& contra malum prouident. Attamen liberi ſumus & li
bertas medium ſeu ambiguitatem refert ad hoc uel ad illud.& ubicũq; ambiguitas ibi duo fines. Ideo
dato quod bonũ nõ operaremur:nõ agimus ſimpliciter cõntra fundamentũ noſtrũ mediũ aut ambi
guũ. Nã quomodocunq; operemur:iuxta illam ambuiguitatem pergimus. quum de ſe non prouideat
potius hoc q̃ illud ſecundũ quod primũ fundamẽtũ ambiguũ:nulla ĩ nobis erit bonitatis priuatio da
to quod male operemur. Sed merito quia potius bonum q̃ malum acturi ſumus. Bonitate priuari nũcu
pari poſſumus. At non modo priuati ſed magis infirmi. Infirmus eni in corporalibus infirmitatibus eſt
ſanitate priuatus Verũtñ potius de doloribus ſiue deprauatis humoribus q̃ de ſanitatis priuatione cõ
queritur. Videtur enim dari poſſe aliquem hominem:qui neq; ſanus neq; ĩfirmus ſit proprie dictus ni
ſi mediũ. Et licet omnino ſanus uel ĩfirmus dum parua eſt infirmitas q̃uis ſanitate ualidior parũ de ipa
conquerimur.& tñ ibi eſt aliqualiter priuatio ſanitatis aut pauca ſanitas manens. Sed dum dolores ual
de aſcẽdũt:nõ tãquam priuationes ſed praui poſitiui humores nos comprimunt.nec eſt dicẽdũ quod
humores ſiue dolores ſint nihil aut priuatio niſi res poſitiue. Vnde non tñ ſanitas deficit:uerum etiam
realiter malum ibi poſitiuũ exiſtẽs datur. ℂSimiliter male operãtes infirmi ſunt eo quod ſuſtinet ope
ribus ad malorum genera deducti:ad genera prauis operationibus cauſata intelligas ueluti recte ope
rantes ad bonorũ genera deducunt. ℂCirca abſtractores dici ſolet bonum a bonitate: & malum a
malicia:priuatus a priuatione:uidẽs a uiſibilitate:cecus a cecitate.ex quo imaginãtur huiuſcemodi ab
ſtractiões realiter dari. ℂSed quid cecus inferre uelit ſub paucis uideam9.ſemper eni prius de cõcre
tis q̃ de abſtractis diſcernẽdum eſt. Quum ex uiſibilibus & ſenſibilibus ad ĩuiſibilia eũdum ſit in diſcurſi
bus noſtris. Cecus in ſpecie noſtra capiendo nil aliud eſt q̃ iſte homo uel ille:qui nõ uidet nec uidet po
teſt eo:quod fracti fuerũt ſibi oculi:aut inhabiles habet ad uidẽdum & ĩ eo tunc homo dicit cecus:q; a
caſu euẽtũ ſit poſt natiuitatem:aut uero quod cecus natus. Verũtamen in iſto homine quem cecum de
nominamus nulla pars eſt priuata:ideſt qui realiter poſitiue ĩ actu ſit. Deficit autem uiſio ſeu uiſiua po
tẽtia:que de ratione eſſe debebat:nihilominus ille homo realiter eſt homo:& realiter nõ uidẽs & tamẽ
hoc nõ uidẽs nõ ĩfert priuationem ĩ ſe:qm̃ negatiue aſſummimus per uiſionem:que ĩ ipſo nõ eſt. Sed ĩ
hoc homine nulla pars priuatio:ſiue nõ ens dat. ℂNequidẽ uiſiua potẽtia que iam ĩ ipſo diruta fuit
eſt ad priuationẽ ſiue ad nõ eſſe deducta:niſi quod ĩ aliã ſpeciẽ trãſit:aut ſemetipſam ad aĩam mundi
uel ad ſenſitiuã ſubſtãtiã recolligit. Quapropter uiſio ipſa ĩ ſe nõ eſt priuatio neq; cecitas.nec homo ẽ
priuatio:niſi homo qui nõ uidet. ℂRurſus quod cecitas nõ ſit cauſa cecationis hominis probatur.
Quiſq; enim a natiuitate aptus eſt:ut cecus fiat.dato quod de preſenti uideat. At dum uidemus: nul
la ĩ nobis eſt cecitas cõcreta:nec abſtracta naturalis neq; accidẽtalis. Sed ceci eſſe poſſum9. Vnde ſicut
nos nũc uidẽtes ſum9.& per aliquã ĩfirmitatẽ ferrũ aut aliã cauſam obcecamur:etiã nos ipſi ſumus ce
ci.& nulla ibi eſt cecitas abſtracta neq; cõcreta.niſi quod homo ipſe cecus eſt. & quod ĩ homine uidẽte
nulla ſit cecitas plane uideri poteſt. Nulla enim res de preſenti ſimpliciter dari poteſt ĩ potẽtia:preter il
lã que nũc eſt ĩ actu de preſenti reſpectu futurarũ operationũ dicimus ĩ potentia eſſe. Sed de preſenti
oportet quod ĩ actu exiſtenti ſit:nulla eſt cecitas actualiter in homine uidẽte.ergo nulla ẽ ĩ eo cecitas
in potentia. Ideo quia homo eſt in actu de preſenti ipſe tãtum eſt ĩ potẽtia ad eſſe cecum ĩ futurum. Et
de hac materia ĩ libro quinto diffuſius tractaturi ſumus. Demum hic dicimus malum eſſe aliquid a ma
lis operibus acquiſitum ideſt pene meritorium. ſicuti a bonis operibus glorie meritorium acquiritur.
Et hic nulla pars eſt ponẽda negatiue ut cum fundamẽto medio ſeu ambiguo ad bene uel male operã
dum conformemur. Si enim iuxta fundamẽti ambiguitatem operamur:male agere poſſumus.& de ma
lo malum meritum oritur:ut experiẽtia probatur. Quia nõ dãtur malefactoribus ſupplicia eo: q̃d ſint
bona demeriti. Ex eo igitur quod malefactores mala meriti ſunt mala aſſumunt:ut boni bona. ℂTa
men aduertẽdum eſt quod meritum ad bonum & meritum ad penam qualitates ſunt: & non ſubſtãtia
quemadmodũ materia aut uera forma. Nam ſi meritum de malo aut bono ſubſtantiale eſſet. nullaten9
deleri poſſet. Sed quia qualitas que mala uel bona ſepe deletur:dum ĩ uia ſumus:ſeu dum hic uiuimus.
ℂItem de ratiõe fundamẽtorũ qualitates recipiẽtiũ eſt manere ambigua ad duo extrema recipien
do. Vt in opacis atq; groſſis corporibus comprobatur. Nam murus eſt medius ſiue indeterminatus ad

contrarios colores recipiendos:que accidentia sunt : Verũtamen nũquam duo extrema contraria in uno & eodem subiecto manere possunt.licet aliquis medi9 color ut albũ & nigrum simul cõmixta que faciunt colorem berrectinũ siue cinereum simul manere possunt. Attamen ĩ eo modo cõmixta nõ sunt oĩno contraria:nec una qualitas potest esse uerum subiectũ alterius qualitatis:preiertim si contraria:li cet in aliquibus hominibus sepe fiat habitus a pluribus optimis operationibus emanatus:qui postea est aliqualiter tanquam subiectum uel fundamentũ aliarum multarũ operationũ.ut uideri potest.Nãq; ali quis homo tam assuetus est ad contẽplandum deum ad audiendũ diuina officia ad ieiunandum & lar giendum elemosinas:quod ferme aliud agere nequit:aut sibi arduũ uidetur ab his operib9 cessare.Vñ habitus tanquam subiectum se habet:dato quod acquisita qualitas sit uerum.iste habitus nũquam erit subiectum praue operationis.nequidem aliqua alia qualitas subiectum sui contrarii.sed substãtiale sub iectum uiatorum:cõcesso quod essentialiter bonũ sit semper paratũ manet ad assummendum quãcũq; qualitatẽm albã uel nigrã siue bonam aut malã. Verũtamen nõ simul si protinus contrarie qualitates sunt ueluti de albo & nigro in eodem pariete exemplauimus.sed eo modo quo medius color in corpo ribus dari potest:seu nõ uere niger neq; albus potest etiam in hominibus aliqua qualitas dari:que ex trema nõ sit idest nõ oĩno glorie:neqdẽ pene meritoria.Sed partim de hoc & partim de illo. ¶Neq; subiectũ hominis potest aliquo ĩstãti manere quin aliquã qualitatem accidẽtalẽ habeat:quia sicut cor pus spissum & opacum nõ potest esse sine colore:qui qualitas est mini:ne essentiale hominis subiectũ si ne aliqua qualitate ab operibus nostris acquisita manere. Vnde tenetur:quod ĩ cõceptiõe nostra seu re ctius ĩ ĩfusione aĩe rationalis ĩ corpore de originali culpa a primis parẽtibus deducta maculamur cum qua aliquam debitoriam qualitatẽ cõtinemus.& ĩ baptismo deleta hac qualitate alia meritoria ĩ nobis ipsis generatur:que est ad assumendam gloriam. ¶Et si opponeret ĩ ĩfusione anime in corpore nul lam accidẽtalem culpam a primis parẽtibus causãtam euenire asserẽdum est:quod in eo tũc infusionis quãdam qualitatem glorie meritoriam recipimus.Non enim per substãtiam siue eẽntiam.Sed per qua litatẽ a lege & operibus nostris causatam saluãdi sumus uel condẽnãdi.& quia qualitas tam mala q̃ bo na presupponit peccatum siue meritũ supplicii est realis qualitas tãquam forma se habẽs. Vnde a qua litate ex bonis operibus generata bõi denominamur.Mali uero a q̃litate generata ex pessimis. ¶Ce cus siquidem ex deficiẽtia uisus tali nomine appellatur ueluti mancus a deficiẽtia manus.& loripes seu claud9 a deficiẽtia pedis.& tñ ibi nulla est positiua mancitatis qualitas. Vñ fit quod cecus seu deficienti uisus aut mancus nõ ex hoc est meritorius premii uel pene.Sed bonus & malus quia positiuam qualita tẽ habẽt glorie:aut pene sunt meritorii.licet quod homo recte operans totus factus est meritori9 ad re cipiendũ bonum:& male agẽs totus ad patiẽdum meritorius. ¶Deniq; ut cognoscer possimus an q̃ dicunt malũ nihil esse opinionem heracliti sequantur:quoddam exemplũ ĩ eis ponẽdũ est.quia quam uis sine culpa sint:& alapho.pugno:aut ense ipsos pcutimus conquerũtur:ut experiẽtia cõstat. ¶Pe tendũ est igit̃ cur cõquerant̃.Si oĩs pcussio bona qualiter de bono lamẽtant̃. ¶Et si talis pcussio ma la pariformiter dicẽdũ est de nihilo eos cõqueri.q̃d de rõne fieri nõ debet. ¶Quocirca sane cõstat huiusmodi opinionem nil prorsus ab opinione heracliti differre.ipe enim dicebat nil esse ĩ re nisi q; no bis sic uidet̃ esse.& isti asserũt nil esse malum nisi q; nobis uidet̃ esse malũ:q̃a saltẽ ĩ apparẽtia malum ali quid uidet̃.quũ ipsum tãquã aduersum uel scãdalũ sentiamus.

Qualiter deus oĩa bona siue mala sine aliquo sui defectu cognoscat. Cap.clxxii.

¶Quidã disputãtes utrũ deus omnia intelligat tenere uidẽtur deũ nõ cognoscere mala inquãtum mala asserẽdo:quod malũ priuationẽ denotat.& illud quod nõ est nequaquã est cognoscibile.Nos au tem asserimus quod oportet unũ esse:quod precise cognoscat:quot gradus sint de uisu ad cecitatẽ cor rupti.& si illud quod prius erat uisus remanet in aliqua materia:aut in nihilũ redigitur:& talia secreta soli deo sunt cognoscibilia.constat ipsum perfecte ĩtelligere:quatenus priuatio dicat̃. Verũtamen om nia mala non sunt accipiẽda tanquam priuatio:quia aliqua positiua & in actu sunt.& quicq̃d est actus in agendo nequit pro tũc esse priuatio:& occidere:luxuriari:blassemare & alia his similia positiua sunt ĩ actu.igit̃ non priuatiões.Quapropter necesse est:quod deus intelligat id quod ĩ actu est.Et siq̃s respõ det:quod per priuationem boni ĩtelligat:hoc est quod uidet deficere bonũ creature competẽs.& quod taliter deus mala cognoscit.hec utiq; oppositio non ualet.nam si sic esset:deus nõ cognosceret:quãdo homo occideret:aut cum muliere aliena coiret.& taliter de ceteris peccatis esset:nisi cognosceret nõ fe cisse bonum.Iccirco oĩbus peccatoribus tunc unam & eãdem penã exhiberet:Quod iustũ nõ est.Pec cata enim in quãtitate & horribilitate disparia sunt.& propterea dispares penas expostulãt. ¶Prete rea deus iussit nobis ut nõ occidam9:neq; desideremus res alienas.& quia signauit illa:que mala sunt: & sub precepto ea prohibuit:manifestat̃ ipsum mala cognoscere.nam multa sunt mala aut causa pec cati inquantũ cõtra precepta ambulamus.Et sic petẽdum est:an deus similia opera prohibeat tãq̃ bo na opera aut mala nõ tanquam bona.ipse enim summe bonus est.& semper uult bona.igitur tãquam mala prohibuit quicquid prohibuit.Et si respõdes quod cognoscere mala esset imperfectio:in deo hoc

secũdum rei ueritatem aliter se habet. Quoniam imperfectio alicuius rei non est ex parte uidentis illã rẽ nisi ex parte perpetrãtis turpia. & quando uisus nõ uideret illa: que de natura sunt uisibilia siue bona siue mala sint: tunc erit defectus uisus. quapropter deus q perfectus & independens est semp suas dignitates obseruat: hoc est ad cõprehendendum omnia que cõprehendendo intelligit. Si autem infertur: quod se intelligẽdo omnia intelligit eo: quod oĩa sunt in eo contẽta tanquam in speculo. & quod mala nõ possunt in deo speculari. Respõdemus bifariam esse cõsiderandã scientiam diuinam: uidelicet intrinsece & extrinsece. Et quum creature extrinsece & nõ de propria essentia eius sint: etiam sunt uise tãquam ad extra & nõ intrinsece: itaq non oportet quod omnes actus nostri in essentia diuina tãquam in naturali fundamento speculentur. Quoniam super natura creati sumus. hec autem opinio consormatur cũ philosophis tenẽtibus: quod deus extra se nihil intelligat. quod uidet contra rõnẽ sonare ita dicendo deus tantũmõ cognoscit creaturas inqtum in ipso speculant: & nõ aliter. unde necesse seqtur oẽs creaturas esse eternas ueluti nũc sunt. Nã si in deo nõ specularent: nõ cognouisset eas. quoniã id quod nõ est: in altero representari non potest: & per uos creature per representationẽ in deo ab ipso cognoscunt & nõ aliter. igitur eterne sunt in eo representantes: & quia nil tanq̃ ad extra cognoscit: neqdem potest aliqd creare uel producer: quod tanq̃ ad extra se habeat. Nam quũ deus sola cognitione operetur: nõ potest opari id quod non cognoscit. nil cognoscit tanq̃ ad extra manẽs: ergo creature non dantur ad extra: non ad extra seu extrĩsece sequitur quod eterne. hec enim representatio aut ẽ naturalis: aut tanq̃ ad extra causata. si causata ad extra: ad extra creature intelliguntur. si ad intra seu naturalis: est impossibile aliter se habere. Vnde quia deus eternus: creature pariter eterne. Quod in lege hereticum & error in natura: quoniam deus simplicissime simplex siue actus purus est: & a quacũq compositione alienissimus. Quamobrẽ si naturaliter oẽs creature ĩ essentia diuina tanq̃ in speculo uel origine representãtur cõcedere oportet: q deus nõ tm̃ compositus sed cõpositissim9. quapropter de ipso imaginãdũ esset: sicuti aristoteles de ĩtellectu materiali dicit: quẽ aĩam intellectiuam denominat: inquiẽs anima ĩtellectiua est locus specierũ ĩtelligibiliũ. Sed deus nõ est locus: non receptaculũ specierũ: neq aliusmodi nisi actus purissimus tm̃. Quocirca quomodocunq capiat negandum est: q creature ĩ essentia diuina tanq̃ in speculo uel origine representententur. Sed ponat iuxta assumptiõem istorũ: q bona & nõ mala ĩtelligat: & uidebimus qd seqtur. ita dicẽdo oẽs creature aut saltẽ maxima pars iam bõe & iam male: ergo de9 ipsas hic qñ bone sunt cognoscit: & illic dũ male ignorat. quod ludibrium ẽ. Nec est asserẽdum si deus cognoscit mala placet sibi: Deus enim bona uult & ideo mala prohibet: neq ipse est causa mali: quia quecunq agit sunt bona. hoc est nos creare. & post creationẽ dat libertatem ut ad libitũ faciamus. Quamobrem ĩ actibus nostris particularibus deus nõ est causa eo: quod liber nos operari permisit. At uero cum preceptis demonstrauit nobis quid agẽdum & quid fugiendum sit: licet nos quo ad uitam substẽtet: sed pp hoc nõ uult quod malũ faciamus: nisi quod uiuamus. & bene operemur. Attamen qñq uisis bonis operibus nostris deus in particulari adiuuat & permittit: quod meliora a nobis fiãt: uiso etiam malo opere nostro deus sinit ut ĩ deteriorem partem irruamus. Vnde nosipsi sum9 causa operũ nostrorũ potissima. Saltem religiosi nõ possunt dicer quod deus bõa & mala nõ ĩtelligat. Quũ in sacris scripturis plures auctoritates ĩueniamus. Qualiter deus oĩa bona siue mala intelligat: sicuti ubi serpẽs mulieri dicit. Scit enim deus q ĩ quocũq die de hoc fructu comederitis: oculi uestri aperiẽtur: & eritis sicut dii scientes bonum & malum. Vlterius ipse deus ait. Ecce adam quasi unus ex nobis factus est: sciens bonũ & malum. Etiam dũ caym occidit abel: dicit de9. quid fecisti uox sanguinis fratris tui clamat ad me d terra: nũc ergo maledict9 eris in oper tuo. ¶ Preterea de diluuio dicit. uidẽs autẽ deus quod malicia hominum excreuerit super terram. penituit se fecisse hominem. In exodo. Video q̃ populus iste dure ceruicis sit: dimitte me ut irascatur furor meus super eos & deleam a terra uiuẽtiũ: & faciam te ĩ gentem magnam. ¶ In sequenti capitulo iubens deus moysi ut iret cum populo in terrã promissionis. ait ei non ascendam tecum. Quia populus iste dure ceruicis est: ne forte disperdam te in uia. & cuncta hec & alia his similia proculdubio aperiunt: quomodo deus bõa & mala opera nostra uidet & cognoscit.

Quomodo intelligendum sit dum dicitur omnia per deum facta sunt: & sine ipso factum est nihil: eo quod si deus nõ esset nulla res nullus actus fuisset: & quod in uniuersali non autem totaliter in particulari oĩa prouidet. Cap. clxxiii.

¶ Dum de prouidentia dei agitur: quidam allegare solent. quod deus sup omnia uniuersalia atque particularia prouidet: seu occurrit. ita proponẽdo: omnia inquantum sunt: bona sunt: unde oẽs actus inquantũ actus boni sunt: omnia bona quomodocunq assummantur dependẽt a deo atque ministrãtur. constat deum oĩa uniuersaliter atq particulariter prouidere. ¶ Verumtñ hec uerba indistincte sonant: quoniam actus ĩquãtum actus penes abstractores neque bonus neque malus: nisi actus tantũ. ut per eosdem auctores pbat: cũ dicunt equinitas tm̃ equinitas est: non autem hoc neque illud: Vñ act9 uniuersaliter assumptus non bonus non malus: & sic nullam petit administrationem: nec quidẽ limita

tionem. ¶ Vlterius petimus cuius erit actus uniuerſalis.cum nulla res ſit uniuerſalis.nam nil aliud da
tur niſi deus & creature & deus ſingularis:atq; omnes creature particulares ſunt:& unaqueq; actio cũ
actore ſuo ſimilitudinem habet.Quocirca ſi actores particulares:neceſſe actiones particulares ſint.
¶ Amplius dum dicimus actus inquantum actus genus generaliſſimum eſt . Et omne genus genera
liſſimum habet ſub ſe genera ſubalterna:& quodcunq; genus ſubalternũ cõtinet ſub ſe plures ſpecies
ſpecialiſſimas:ĩ quibus ſpeciebus totũ ipſum ſuperius genus diuiditur ſeu dilatatur.ueluti animal ĩ hoĩe
& cane & in leone & ſimilibus:in quibus gradibus conceſſo qđ homo ſic animal & leo animal:tandem
cũ diuerſarum ſpecierum:homo eſt animal rationale ſeu humanum:leo uero animal ferox atq; irratio
nale ut omnia animalia comprehendantur. Vnde non ualet inferre omne animal inquantum animal
eſt ſubſtantia animata:quoniam hic capitur uniuerſaliter:aut in primo ſigno animalitatis: ſed non de
uenitur ad hoc animal & ad illud animal decurrẽdo:p ſpecies aliud inuenimus rationale & alterũ irra
tionale. ¶ Et pariter dum ad ſpecies actionum deuenimus aliquos bonos actus & aliquos peruerſos
reperimus:nam actus uel operatio non tantum per ſpecies ſpecialiſſimas diuiduntur.ſed etiam per ge-
nera ſubalterna:ut in predicamento actionis uideri poteſt : & in eo modo quod in generare edificare
ambulare multiplicare hoc genus diuiditur:pariter inſtruere & deſtruere tanquam genera ſe habent
& tamen inter ſe de principio medio uſq; ad finem diuerſa ſunt:nõ magna differentia cognoſcit iter
prebere elimoſinas huic homini:& deſtruere per mortem uel per aliquam aduerſitatẽ illũ: & inſtruere
plures habet ſpecies ſub ſe ut orare deum.edificare tẽpla ſubuenire proximo & ſimilia. ¶ Deſtructio
pariter uarias continet ſpecies ueluti hominem innoxium occidere:cũ muliere aliena coire: aliorũ bo
na depredari.& ſic alias uarias ſpecies in quibus locis nõ ſumus in actu inquãtũ abſolutus actus:niſi in
his actibus diſtinctis ſiue particularibus:unde ſit quod nõ oẽ animal eſt tm̃ ſubſtantia animata:quoniã
deueniẽdo ad ſpecies aliud rõnale aliud irrationale ĩ eo mõ de actibus p ſpecies diuiſi capiendũ eſt.nã
in hoc loco non habent omnes actus eadem principia media neq; finem.& ſic non ualet dicendo:hic
actus prebẽdi elimoſinas eſt bonus.igitur hic actus occidẽdi probos uiros eſt bonus:qm̃ hic nil de actu
in abſtracto intelligimus.niſi de hoc particulari actu. ¶ Et ſic in preceptis a deo aſſumptis:impẽdere
elimoſinas commendatur:& occupare aliena inhibitur:& non intelligas :quod tanquã nihil euitetur
niſi tanq̃ poſitiue malum.nam uanum eſſet dum diceremus age nihil:quoniam nihil infactibile eſt atq;
impoſſibile:quod fiat.& tamen dicimus:nil facias de iis rebus que fieri poſſunt:nã ſine ꝓpoſito uel ſtul
tum eſſet iubere ea:que nullatenus fieri poſſunt:& ſic cũ nihil poſſit fieri:nullum preceptũ mãdat:nec
qdem prohibet ipſum.ſed quia occidere homines:& occupare aliena ſunt res in actu : & poſſunt fieri
precepta:dico non facias hoc.quia de ratione nõ debetur.& quicquid cõtra rationem malum atq; cui
tandum:nihil autem non per rationem:neq; cõtra rationem:quoniam non eſt & eſſe nũquam fuit : eſt
nequidem erit. Vnde uanum eſſet iubere quod fiãt:aut euitentur ea que nũquã fieri poſſunt. ¶ Et dũ
allegatur euãgelium Sancti Ioannis dicens:& ſine ipſo factum eſt nihil.Imprimis uerba ipſius Ioannis
aſpicienda ſunt.Quoniam prius omnia per ipſum facta ſunt:dicit deinde:& ſine ipſo factum eſt nihil:
& ſi poſtmodum intelligis nihil per diabolum uel per malum:prima propoſitio non poteſt uerificari.
quoniam diceretur omnia per ipſum facta:& nõ omnia per ipſum facta ſunt.quod eſt cõtradictio:unũ
ad cõmunem cõſuetudinem loquẽdi occurrẽdum eſt:ĩ qua utimur dicere:oĩa hec opera ego feci . & ſi
ne me nil de his factum eſt.& alia pluries dicimus:attẽdite quod etiam ego uadã.quia ſine me nihil age
re poteſtis:& nõ ĩtelligitur.quod nõ poſſum agere peccatum niſi quod nõ poſſum operari aliquã rem
de illo ad quod uadunt.& ſic Chriſtus obſeruata cõmuni loquutiõe ĩquit.& ĩ abſcondito nihil loquutꝰ
ſum:uidelicet corã uobis loquutus ſum.& ĩ abſcondito non dixi uerbum aliquod. ¶ Verumtamen ut
clarius quid hec uerba dicant ĩtelligatur:oportet ad principium huius capituli reuerti:ut de prouiden
tia diuina ĩtelligamus.Vtrum in omnibus effectibus uniuerſale & particulare ad operãdum ſimul cum
creaturis occurit.nam qui in primis poſuerunt malum nihil eſſe ut imaginor cauſa ſaluandi .quod deꝰ
nõ ſit cauſa malorum operum fuit:ſed non eſt hec uia ſaluandi : cum deus cauſa uniuerſaliſſima om-
nium rerum ſit:ſine qua nil fieri poteſt:ſeu nulla res ſit:nec quidem operatur:& tamen hic uniuerſali-
ter aſſummendum eſt:gratia exempli:ſi deus non fuiſſet:aut non creaſſet luciferum: aut uero quod nõ
dediſſet ſibi poteſtatem ſeu libertatem uelle equiparari deo omnipotenti : lucifer per ſe non potuiſſet
eſſe neq; cum deo uelle equiparari:ſed eadem poteſtas cõmunis erat tributa omnibꝰ aliis angelis: & alii
qui uoluntatem amandi deum ſequuti ſunt.nam deus uult uniuerſaliter quod omnes bonum faciamꝰ:
& etiã uult quod libertate noſtra iuxta libitum potiamur:& in particulari uult quod bene agentes ſal-
ui ſint.& qui male operantur condemnentur:ſed prebere premium pro bonis operibus & ſupplicium
pro malis:opus dei particulare eſt.ſed bonum atq; malum operari particulariter noſtrũ: nã eandẽ po
teſtatem cõmunẽ a deo tributã:quã martinus habet ad agendũ bonũ:ſimiliter Andreas:aut alteram ſi
milẽ & pariter de poteſtate ad malũ operãdũ ĩtelligẽdũ ẽ.ſed cũ liberi ſimus ad operãdũ ea: que meri
toria & demeritoria iuxta ſpeciẽ noſtrã ſunt.unus opaẽ bonũ & alter malũ:ſed de iis ꝑticularibꝰ operi
bus nil deus ĩpedit:uidelicet nullũ auxiliũ nullã aduerſitatẽ ad hec agẽda ĩpẽdit nobis: & tñ in iuuami
ne prouidentie uniuerſalis hoc & illud operamur.nã ſi deus nõ ſubſtentaret nos:nil operaremur & ta

nem uult quod ſemp̄ bonũ faciamus.& in libertate maneamus.nã hoc & illud particulariter op̄ari no
ſtrũ eſt.cõceſſo q̃d in poteſtate dei ſubſtentamur.exẽpli gratia.nos ad operandũ ſuper aliquam terrã
ſubſtẽtamur & expoſcimus iuuamẽ ignis aut alterius caloris aeris & aque:ſine quibus elementis & ſtel-
lis nil aut ſaltẽ parũ op̄ari poſſumus.& tñ plura agimus que particulariter uocanť noſtra.nõ autẽ celo
rũ & elementorũ.& nihilominus uniuerſaliter aſſummẽdo ad oĩa op̄a nr̃a ſaltẽ corporea celi & elemẽ
ta occurrunt. ¶Et ĩ eo mõ ſine p̄uidẽtia uniuerſali dei nil boni aut mali agimus.nam ſine poteſtate
ab ipſo tributa & ſubſtẽtata nullã rẽ operari poſſemus.ſed deus non eſt cauſa mali:cũ ipſe bonos nos
faciat:libertatẽ tribuit nobis:& iubet q̃d bonũ faciamus.ſed poſtquã p̄bet libertatẽ ad op̄andum iuxta
poteſtatẽ ſeu aptitudinẽ:quã ẽt dedit nobis oſtẽdit q̃d bonũ & q̃d malũ ſit:p̄bet locũ latũ ad operan-
dũ iuxta libitũ.ſed hec ultima operatio ſiue bona ſiue mala nobis aſcribitur.nõ aũt deo. ¶Et hoc te
nẽdũ eſt ĩtellexiſſe Ariſtotelẽ.dum ait q̃d deus nõ ĩtelligit iſta ĩferiora:que ſunt ultimata: uidelicet ope
ra noſtra nõ ĩtelligit ideſt nõ cõprimit nos ad operandũ hoc & illud ĩ particulari: ſed p̄bet cõmunem
aptitudinẽ ad operandũ penes libitũ. ¶Licet quod aliquãdo tp̄e neceſſitatis particulariter ad ſub-
ueniẽdũ bonis occurrit:& ẽt contra peruerſos poſtq̃ multa peſſima egerũt particulariter occurrit : p̄
mittẽdo q̃d patiantur.ſed ſimilis particularis occurrentia miraculoſa eſt.non enim de communi ordi-
ne ſit.& ſic de raro miracula ueniunt . & ſemper que ſunt cauſa alicuius premii bonorũ aut ſupplicii
malorum eueniunt in uirtute:aut merito operationum noſtrarum preteritarum. ¶Et omnia hec in
exemplo operationis hominum cognoſcunť.nã ſine ſimilitudine uiſibilium nil de iuiſibilibus cogno-
ſcere poſſumus:ita quod qui iuiſibilia ſeu ſublima ſine comparatione iſtorum ſenſibilium inferiorum :
querit:in uanum laborat.Quocirca dum de prouidentia diuina agere uolumus . ſuper gubernationẽ
principũ ·cum ratione factã fundamur:gratia exẽpli:princeps tradit officium alicui ſuorũ militũ ſup̄
aliquẽ populũ.& dat ſibi poteſtatẽ liberã iudicandi ſuper omnes:ut poſſit liberare bonos: & ſuſpende
re prauos:& tñ ille preſes cum poteſtate principis ſepenumero comprimit bonos : & premiat malos.
ſed ad hec opera particularia nil princeps occurrit. & tamen ſub uniuerſali poteſtate ipſius principis
preſes operatur.ſed in fine adminiſtrationis princeps particulariter occurrit ad accipiendam rationẽ
de operibus preſidum.& tunc unumquẽq; in particulari premiat:aut punit ſecundum ea que fecit . &
reges bona & mala cognoſcunt. ſed quia mala de ſe ſunt exoſa : ſepe principes & etiam alii probi uiri
dicunt:nolimus hec inſulſa tolerare & etiam crebre dum maleſactores uolunt accedere ad principes:ip
ſi uoluunt capita.ut mala non uideant.& ſub hoc exemplo dicere poſſumus quod deus difformia non
uult uidere.ſed quod omnia uideat daro quod difformia:patet:cum ſcire & uidere dei idem ſit . nã prĩ
cipes huius mundi quamuis ſemper maleſactores non uideant:eorum uitam audiunt:& ad mortem ſeu
carcerem perpetuam condemnant eo:quod agere non poſſent.ſi peruerſa opera eorum non cogno-
ſcerent:ſic quia deus condemnat eos qui dum uiuunt praua agunt:oportet quod ipſos cognoſcat .
¶Et hic animaduertendum eſt.ut clarius uideatur ab omni malo:ſeu nihilo : quod omnes maleſacto-
res in ſeipſis mali ſunt.nam dum male operamur:non eſt culpa illius actus ſed noſtra:ut in exemplo ui
deri poteſt:ita dicendo.hic homo iaculat tellum contra alium hominem.tellum poſtquam exiuit a ma
nu agit ictum:cum quo occidit hominem.Ille ictus omnino eſt actus occidendi:& tamen tellum nullã
habet culpam:& nullum ſine culpa eſt malum . Vnde probatur qualiter homo qui uult occidere homi-
nem:& iacit tellum:eſt malus & tamen non eſt nihil:ſed aliquid.& ſi opponeres quod ex parte mali ẽ.
nihil reſpondetur:quod totus inquantum attinet a ſe eſt malus. & probatur cum totus integer condẽ
netur ad inferos.& ſi aliqualiter bonum eſſe extra bonitatem entis pars bona iret ad gloriam & ma-
la ad penam.ſed quia totus iſte homo uadit ad ſupplicium.& totus ille ad beatitudinem: proculdubio
conſtat totum iſtum hominem eſſe prauum:& totum illum bonum.& tamen iſte eſt homo & ille homo
atq; eiuſdem ſpeciei.

Quod deus non poteſt ſimplicem poteſtatem creaturis prebere ad nouas res crean-
das:quamuis queat creationem ipſam creaturis communicare:ideſt creando ex pre-
cibus creaturarum. Cap.clxxiiii.

¶Poſito ſuperius qualiter omnia per deum facta ſunt:& ſine ipſo nil factum : facile agnoſci poteſt:
qualiter deus non poteſt ſimpliciter prebere poteſtatem creaturis creandi:quamuis ſecũdum quid crea
tionem creaturis cõmunicare queat.Imprimis ſiquidem dicendum eſt deũ nõ poſſe creaturis uirtutem
creandi cõmunicare:cum ad creandum oportet uirtutem infinitam interuenire : eo q̃ nouiter nullum
fundamentum materialiter aut formaliter aſſumptum:ibi ſuper quo operetur interſit: & nulla creatu-
ra abſq; poſitiuo termino operari poteſt. ¶Inſuper q̃ nulla creatura per ſeipſam abſq; uniuerſa-
li dei prouidentia ſic aut ſic:quamuis in infimis rebus capiamus ad operandum ſufficit : & q̃d ĩ infimis
laborare nequit:multominus in ſublimibus:nam agere de terra lateres:& de lignis ſcamna facilis res ẽ:
ſaltem cõparata ad ſimplicẽ nouã operationẽ.ut ad operandũ ſcãnũ:nulla materia preſuppoſita & cũ
ĩ facilimis aſſiduũ iuuamẽ dei ad elaborãdũ experimus:ſine quo nil operari poſſumus: multomagis ad

nouas res creádas diuino auxilio indigeremus:& auxilium dei deus ipse est. Vnde non uirtus nr̃a sed uirtus dei tantum crearet. In secũda parte uero assumpto fundamento qualiter nos multa operari dicamus.& tñ nil in potestate nr̃a simpliciter assummẽdo nisi sub ꝓuidẽtia uel dei substẽtatiõe: dicẽdũ ẽ ꝙ ẽt creaturꝫ gratiá creádi a deo oĩpotẽte accipere possunt: nõ itelligas gratiá exẽptá tanꝗ a deo separatá: nisi ꝙ deus ad libitũ creaturarũ nouas res crearet. Veluti ꝓbet nobis potestatẽ siue gratiá ambuláḋi comedẽdi dormiẽdi.uigilandi & alia uaria opera perficiẽdi: sed potestas qua ambulamus nunꝗ simpliciter est nr̃a. Cum semper deus in actu nos administret seu substẽtet.sub quo ordine ẽt uidetꝛ: uirtutẽ creatiuá posse nobis cõmunicare.nõ ꝙ potestas creádi nr̃a sit.sed ꝙ deus creet qñ nos uoluerimus: ueluti de rationalibus animabus habetur saltem apud religiosos. quia dũ homo & mulier generant embrionem.deus nouá aĩam simpliciter ipsi creat.unde dicẽdũ est creaturam seu hoiem aliqualiter ad creandum occurrere.uidelicet ꝙ causa creationis sit. qa si homo & mulier nõ unirentur ad embrionẽ generádum: aĩa illa non crearet.& hoc modo deus creaturis creationem cõmunicarꝫ põt.sicut dum aliqua creatura amica dei dixisset.dñe deus crea alterũ solẽ: luná: lapidem: uel arborem: & deus mediante huius deprecatione iuxta petitionẽ crearet. ¶ Sed ꝙ deus daret potestatem creandi alicui creature: idest ꝙ non esset semper potestas dei.hoc nullatenus eẽ nequit. Cum sine auxilio dei sit. uel absolute ad nullũ opus operandum: neqꝫ ualere nec nullo momento durare possumus.quoniá in potestate dei tanꝗ in prima origine: cuncta fundantur.& ita in euangelico habetꝛ. sine ipõ factum est nihil. ¶ In aliis euangeliis quoqꝫ similiter christus asserit: ꝙ dum in ipõ non maneremus: nil agere possemus. manentes uero in eo multa bona aut quicquid petiuerimus opere complere quimus. ¶ Veluti ubi ait. ego sum uitis:& uos palmites: qui manet in me:& ego in eo.hic fert fructũ multum: qa sine me nihil potestis facerꝫ. ¶ Et subdit.si manseritis in me:& uerba mea in uobis manserint: quodcunqꝫ uolueritis petatis:& fiet uobis. ¶ Et alibi.amen amen dico uobis: qui credit in me opera que ego facio: & ipse faciet:& maiora horum faciet: quia ego ad patrem uado.& quodcunqꝫ petieritis patrem in nomine meo: hoc faciam. ¶ In his uerbis omnibus palam Christus redemptor noster promittit: dummodo in eo manserimus precepta sua obseruantes: ꝙ quicquid petiuerimus patrem deum omnipotentem in noĩe Christi fiat nobis: non tamen in potestate nostra nisi tantũmodo causa bonorum operum nostrorum simul cum petitione: quam deo agimus. Et cum Christus inquiat: opera que ego facio:& ipsa facietis:& maiora horum facietis: multa magna hic policitus ẽ.quoniam opera Christi resuscitare mortuos: cecos illuminare: atqꝫ his similia erant.& si maiora serui dei acturi sunt: dum simplici corde exposcerent: ĩ his maioribus nulla uidetur repugnantia de simplici creatione itelligi posse. sed ad huiuscemodi opandũ semper oportet deo seruire:& ipsum exorare: ut opera que petimus fiát. ¶ Et ĩ hoc loco auctoritates etiá quamplures de ueteri lege ad probandum quonãmodo causa bonitatis aliquorũ hoĩum de9 multa miracula opatus sit adducere possumus. semper tamen sub tali cõdictiõe ꝙ gratias deo ipi agamus: tribuentes ei bona atqꝫ magna que acta sunt. Vt sane uideri põt.ubi moses per iussum dei aquam a lapide ut populus uiuere posset extraxit. Verumtamen quia ostendit coram omnibus tanꝗ in sua potestate hoc fieri cõtra uoluntatem dei processit. Quamobrem in penitẽtia huius erroris uoluit de9 Mosen ad terram promissionis populum israheliticum reuertisse.in qua aduersitate apparet qua de re de9 non uult ꝙ magna per nos sine ipõ agere presumamus. sed magna dum ipsius precepta obseruamus.

¶ Vnde nõ in potestate nostra simpliciter assumpta operari possumus: imo semp sub auxilio uel dei substentatione agimus. quocirca non est disputandum tantũmodo utrum creature tanꝗ per se res nouas creare possent. sed imo ꝙ ad quácunqꝫ rem agendam auxilium diuinum expetimus & sic tali ordine cognito nõ est querendum: an accidens posset uel non posset substantiam creare: in quo nonnulli dubitare uidentur.& hoc tantum paruulũ apparet esse dubiũ.dũmodo aliud maius ne occurrisset. quoniam dato ꝙ intelligere quando hoc & quandoqꝫ illud contingenter euenire uideatur aliquid semper intelligere intellectus est. quoniam aliter intelligens nõ esset.& si aliquando sic neqꝫ sic intellectus intelligit: eo tunc ociosus in natura denominandus: qd enim stare nequit: cum in natura nil penitus ociosum datur. ¶ Nequidem dicendum sit intellectionem intelligere: sed quod intellectus intelligit intellectione tanꝗ cum instrumento intrinseco:& intellectus substantia est. Vnde non est arguendum: intellectio est accidens. igitur creare nequit: eo ꝙ creatura substantia est: que uero obiectiones paucam uel nullam uim adducunt. ut facile uideri potest: in primis quia non omnis creatura substantia est. quoniam accidentia quoqꝫ creature sunt. Vnde non uideretur inconueniens: si substantia substantiá creare posset. ꝙ etiam accidens ad accidens creandum potestatem sortiatur.& insuper quia intellectus est fundamentum omnium operationum: non autem intellectio:& intellectus substantia est:& ꝙ substãtia ubiqꝫ fundamentum operationum sit: facile uideri põt. ubicũqꝫ ellaboramus: nam non dicitꝛ ꝙ coitus ꝑ se generat hominẽ. sed hominem & mulierem coitu & cursibus naturalibus mediantibus generare hominem.& tamen contingit ipsum generari: nihilominus q̃uis sub cõtingẽti homo & mulier agant. substantiam generant. quoniam homo substantia est.& ita diceremus ꝙ intellectus nr̃ itellectione mediante auxilio diuino nouas res creare posset: nõ ꝙ creatio fundetur in potestate nostra tanꝗ in proprio: nisi aliqualiter inquantum deum exoramus: ut petitiones nostre adimpleantur.

Quonampacto absq; lumine diuino nullam sinceram ueritatem colligere possumus. Cap.clxxv.

¶Prospectis his que superius posita sunt facile de ueritatibus sinceris atq; de quacūq; ueritate uidere possumus: uidelicet utrū sine diuina illuminatiōe sic uel sic assumpta aliquā uerā notitiā rerū habere possumus: aut ī aliqbus lumine diuino īdigemus: & ī aliqbus nō. & qa hec pscrutatio diffuse a nonnullis theologis tacta est nos succincte aliquas scribemus lineas in roboratōe dictorū henrici de gandauo: qm̄ ipse dū de ueritatib9 sinceris tractauit: optime atq; multa subtilima dixit tali fundamēto assumpto: qd nulla res pter deū habet statū fixū. & de rebus istabilib9 ipossibile ē ueritatē fixā elicere. q̄ ppositio bn̄ ualet: q̄uis ī hiis uerbis nō posuisset. nulla res p seipam preter deū hēt stabile manere. sed per fluxū a deo oipotēti assūptū semp p cōtinuā puidētiā pseruanť plures res: & hn̄t imutabile maneř. sub quo ordine de hiis scietiā imutabilē habere possumus. sed hic ordo & permanētia eius nō cōsistit ī uirtute creaturarū: neqdē aptitudo siue potestas itelligēdi res mutabiles & imutabiles ē nr̄a: sed imo a deo omnipotēti: tributa nobis: & semper cōseruata. ¶Nā ueluti sine lumine corporeo nil uisus nr̄ uidere potest. neq; itellectus sine lumine diuino itelligere: neq; oportet semper uidere principiū illuminatiōis eo quod uideamus: neqdē de necessitate cōsequiť: quod oēs cognoscāt causas: q̄ pbēt oculis nr̄is uisionē. nā pueri & alii plures hoīes iā ad plenā etatē deducti nesciūt oīa necessaria ad uisionē nostrā: cū non cōsiderāt. oporteret oīno aliqd occurrere corpus illuminosum a natura aut p accidēs icēsum: & aerē in quo radii illuminosi iprimanť. attn̄ unusqsq; uidens cognoscit se uidere: q̄uis nō aspiciat. un̄ hoc prouentat qd uideri pōt: & tn̄ a uisiōe nr̄a plures cāe itrisece & extrisece occurrūt. qm̄ oportet aīatos eē: & hēre uisum atq; organa disposita ut uideř ualeam9: & īsup qd aliq corpora illuminosa. & aliqua diaphana: ī qbus illuminationes iprimanť. & ad uisionē occurrāt. sed ponať qd oīa hec scimus: q̄ mere naturalia apud religiosos denominātur: accedamus nūc superi9: ubi tota iacet hec difficultas. & uideam9 an sol lūa & alie stelle: ignis: & lapides: claritatē emittētes habeāt hāc claritatē ā se simpliciter uel a deo tributā. & aptitudo nr̄a uidēdi si sit a nobisipsis simpliciter: aut deus dedit. ¶A nobis nō ē dicēdū: quod a nobisipsis ad uidēdū potentes simus. qm̄ si a nobisipsis semper sine fine tales essemus: & semp ī uno & eodē mō uideremus: nō uidemus sine fine: nō semper quod uolumus: nō semper ī uno & eodē mō: un̄ pbať a nobisipsis uisionē nō habere: nisi a deo oipotēti nobis traditā. & pariter sol & alia illuminosa corpora a prima cā assummūt claritatē ordinē illuminādi & potestatem duratiōis sub cōtinua diuina puidētia: & posito quod deū nō uideamus: opera per ipsum sancita uidemus. sepenumero ī diebus nebulosis cōtingit nō uidere solem. & tn̄ opus eius uidemus: idest claritatē: sine qua nil uideremus: si aliquod corpus artificialiter nō accēderemus: quod ēt hēt pprietatē a deo assumptā illuminādi. unde oportet sic uel sic ad deū occurrere: si aliqd uisuri sumus: idest ad opera per ipsum sancita atq; cōseruata. ¶Et ita de itellectionibus ueluti de uisionibus itelligēdū ē: qm̄ aptitudo nr̄a itelligēdi: & oēs alie partes de qbus cōstamus a deo depēdēt: & aptitudo rerū siue ordo ut qualia sint itelligamus ēt a deo solo data esse: qm̄ sine ipso nulla res est facta: neq; sine ipso cōseruari pōt. ¶Nā cōcesso quod ī pricipio mūdi: aut quādocūq; uolueris: deus benedictus sanxisset. quod species humana sine fine duraret: & qd oīs hō sit aīal rōnale & mortale: nō ppter hoc ē dicēdū: qd si deus dimitteret speciē nostrā penitus p lectā ab oī diuina cōseruatiōe: quod oīno species humana non periret atq; anihilareť. & anihilata specie uel ī alterā trāsmutata: ordo atq; diffinitio eius anihilareť: nā diffinitiōes tanq; passiones in rebus subiectatis se habēt. Un̄ oportet subiecta asseq: gratia exēpli: de pane sit caro hoīs. & tn̄ illud quod pri9 erat panis ī carnem mutatū: nō habet amplius ordinē: nequidē diffinitionē panis sed carnis tm̄: insuper posito quod species nr̄a durat: si deus nō illuminaret atq; cōseruaret itellectū nostrū: nullatenus intelligeremus nos rōnales & mortales eē. ut ī pluribus isensatis cōprobať. qm̄ quod hō sit aīal rōnale & mortale & similia ignorāt. Un̄ de duob9 unū ē assummēdū: uidelicet: aut quod oēs cognitiōes & ordīes p primū signū eēndi a deo depēdēt. & sp ab ipso cōseruanť: aut simpliciter negare qd aliq res ī primo gradu eēndi depēdēt: a deo nō ē dicēdū: qd ī prio signo tot9 mūd9 a deo nō depēdeat: qm̄ nō tm̄ erroneū ī lege sed ī naturali cursu falsum: ut alibi diffusi9 patet. ¶Vel ē dicēdū: qd stāte ordie q naturalis ī cōi cōsuetudie appellať sine aliquo alio pticulari diuio lumie possum9 scire plures ueritates: sed hoc nil cōtra itētionem henrici ualet. qm̄ ipse lumē diuinū ponit sic uel sic assūptū cognitū uel nō cognitū: & p cōfusum p īualitudinē creaturarū absq; lumie diuio itelligit. ¶Un̄ uř absq; rōne ɔtra ipsum opponeť: q dn̄t opinionē suā sanctā atq; uerissimā n̄ eē. qm̄ aliter teneť erroneū ē. nā oīa nr̄a a deo depēdēt: & sine ipo nulla res null9 ordo fact9 ē: neq; sine ipo cōseruať: cōcedim9 qd obseruato ordie p ipm deū posito multa sentire multa itelligere sub īfallibili ordie possum9. sed nō ppter hoc seqť: qd oīa hec a deo nō depēdeāt: aut quod sine iuuamie ipsi9 has ueritates cognoscere possim9. qm̄ talia excogitare nō tm̄ ī religiosis sed ēt ī manētib9 sine uera lege uitupať. qm̄ ī oīb9 tpib9 iter oēs gētes aliquod superius adorāt. attribuēdo ei ptātē & ministrationē super oīa q̄ ī nobis sunt: ī qua adoratiōe palā oēs gētes cōsitētur: eē nostrū atq; doctrinā ab una sola re perfectissima depēdeť. ¶Et dū asseriť quod aliq sine lumie diuino cognoscere possim9 ut depēdētia oīum rerū ab una sola cā: negať: quod absq; lumie diuino q̄uis uidetur posse cognosci de itētiōe ponētium quod aliqua scire possumus absq; illuminatio

ne dei.nā dicēdo ītellectus noſter cognoſcit.hāc ueritatē neceſſariā eſſe:uidelicet hoīem eſſe aīal rōna
le & mortale:qđ homo ſit ī rerū natura.uel nō ſit eaq; ſemp neceſſaria uera. Vñ ita dicimus dato quod
nullus homo ſit.eſt neceſſario uera hec propoſitio:homo ē aīal rōnale & mortale.ꝓculdubio cōcedit.
qđ q̄uis deus nō creat mūdum eſt neceſſariū uerū dicēdo mūdus eſt ī alia eſſentia extra ipſum deū. &
dicimus extra:qm̄ qcqđ eſt ī mēte diuina:ab eterno deus eſt:q̄uis deus ipſe tanq̄ ad extra creaturas co
gnoſcat.ſed ī deo minime ſumus:qm̄ ſi eſſemus deus tanq̄ ſubiectū accidētiū ſe haberet quod ſtare ne
quit. ¶Eſt falſum proponere nos eē ī aliqua eſſentia aut eq̄ ꝑ creationē depēdeamus.& creatio ſim
pliciter ſit a deo:cōfiteri oportet:ſine ipſo nil eſſe:& nulla opatio eē pōt. ¶Preterea nōnulli ſequētiū
naturales ordines tanq̄ ſi a deo nō depēderēt. ſepenumero tēptāt limitare potētiā dei ſub quacūq; mi
nima cōſideratiōe:ueluti dicēdo ponant due albedines:deus nō pōt agere:qđ ibi nō ſint due ſimilitu
dines.& tādē qđ ſimilitudo iſtius albedinis formaliter diſtinguit:& ex natura rei ab albedine iſta & alia
ſimilitudo etiā diſtinguit ab alia albedine:ī quo diſcurſu iā hii auctores cōfitent: qđ una albedo nō ſi
milat alteri : ſed ſimilitudines manētes ī albedinibus ſimilant:uñ illimet q dicūt:qđ deus nō pōt agere
duas albedines:quia ſimiles ſint:aſſerūt:qđ albedines īquātū albedines nō ſimilant:niſi ꝑ ſimilitudines
tanq̄ per paſſiōes ꝓprias ſimilātur:& nō repugnat.ſaltē ꝑ potentiam prime cauſe quod primum poſſet
ſine ſecūdo manere:ſubiectū eſt prius quā ſua paſſio in naturali ordine.ergo per factorem atq; expo
ſitorē ipſius nature poteſt ſtare ſubiectū ſine ꝓpria paſſione.nā nō repugnat poteſtati dei:quod aīa ra
tionalis & corpus humanum: uniant ſimul abſq; riſibilitate:qm̄ de facto prius prioritate nature aīa &
corpus uniunt:quā ſint riſibiles.& prolōgata illa prioritate nature.fieri tpalis.& ipām dilatare non eſt
contra poteſtatem prime cauſe. ¶Vlterius petendū eſt de qua ſimilitudine hii philoſophi ītelligāt.nā
ſi iſta albedo & illa albedo īquātū albedines nō dicunt ſimilitudines:facile eſt ipſas ponere:qđ nō ſimi
lent:ſed per aliud & aliud ſimilari debēt:auferat illud aliud & aliud.ergo due albedines dari poſſunt :
q̄ ſimiles nō ſunt.licet qđ ſimilitudo de hoc ad illud:& de illo ad hoc:nil aliud eſt:niſi quod iſta albedo
ab ītrīſeco ē ſicut illa:& illa ueluti iſta.aut cū pauca differētia.uerūtñ nō idē:& in hac nō idemptitate
maiorē & minorē ſimilitudinē eē dicimus:ſub quo ordine q̄uis oēs hoīes de una & eadē ſpecie ſumus :
iſte hō ſimilat magis uni hoī:& minus alteri:& īferēdo quod unus hō nō ē magis hō quā alter.Reſpon
detur quod ī termino nō ē magis:neqdē magis per aliquā additionē ſup hoīem.ueluti dicimus magis
albū iſtū parietē:quā illū eo qđ magis de albedine ꝑ additionē aſſummit.ſed unꝰ hō nō aſſummit ma
gis ꝑ additionē de hoīe quā alter hō:ſed aſſummit maiorē ꝑfectionē hoīs:ſub q̄bus maioribus & mino
ribus ꝑfectiōibus unus hō ſimilat magis huic hoī & minus alteri.& ꝑ eūdē ordinē ſimilamur magis ani
malibus ſenſualibus:q̄ plantis & potius plātis:quā lapidibus tñ lato mō aſſummēdo ēt lapidibus aſſimi
lamur.elemētis celis & angelis ut ī eſſe ī eſſentia aut ī ente:& in hoc mō aſſummēdo repugnare uidet:
qđ deus crearet duas albedines:qđ aliqualiter ab ītrīnſeco aſſimilent.nō ꝑ ſimilitudines additas ſed ꝑ
ſeipſas. tñ qa una albedo magis ſimilat huic albedini quā alteri:īter minus ſimilantes ſolet dici nullā
manere ſimilitudinē:ueluti dicēdo hō iſte nil ſimilatur parentibus ſuis uel huic homini aut illi . & quia
nos preſumimus cognoſcere de ſimilitudinibus non eſt dicendū:quod deus non poſſit duas albedines
tantū prolongatas in duabus ꝑfectionibus creare:quod nō diceremus recte ſimiles eſſe:ſed īmo diffor
mes iuxta ſpeciē albedinis aſſummēdo: ¶Amplius dum dicitur ītellectus noſter penes naturalia de
cipi nō pōt:dato quod oēs ſenſus deciperent gratia exempli dicēdo. oīs paries eſt albus poſito : quod
uiſus & alii ſenſus affirmarēt.illico occurrit ītellectui nō eſſe ueram hāc diffinitionem.quoniam aliquis
paries albus alter niger alter rubeus.& ſic ī diuerſis coloribꝰ.& ita cognoſcit ītellectus cōtigere parie
ti eſſe album.ſed dicēdo oīs homo eſt animal rationale ſtatim ītellectus ſentit hāc propoſitionem ſemp
ueram.ſed hic quoniam uerba adducūt nō autem probationes.& ut rectius ea que dicimus cognoſcan
tur.ponatur quod oēs parietes que ſunt & hactenus ſteterūt ſunt facte de calce aut de aliqua alia re al
ba taliter:quod ſemper uiſus noſter uidet parietes albos eſſe:omnino diceremus albedinem ī pariete tā
quā accidēs ab ipo īſeparabile: ueluti nigredo dr ī coruo:ſed deueniamꝰ ad alia potiꝰ abſcōdita uelu
ti de baculo ſano poſito per lineam rectam ī aqua:quod aliqua pars ſit ītus & aliqua foris uiſus dicit:qđ
ſit ruptus capiēdo argumētum ab experientia:quam alias uidit.ſed rumpatur baculus : & ītellectus di
cit:quod nō eſt ruptus:ſed corruptus uidetur.unde patet quod ſepe ītellectus ſimul cum ſenſibus deci
pitur. ¶Ponatur etiam per caſum quod equus & equa generāt quoddā mōſtrum ī figura hominis:ī
tellectus noſter dum nimiū ipſum nō cōuerſaremus ſimul cū ſenſibus deciperetur:aut ſi aliq̄s malignꝰ
ſpiritꝰ.corpꝰ de figura hūana caperet:ītellectꝰ nr iudicaret hoīem eē:ſi mō ꝑ opa a ſenſibꝰ patētia ipm
ñ cognouiſſent:neqdē ſi mulier peperiſſet hoīem ī figura canis:ītellectꝰ nr ipm ñ cognoſceret:cōceſſo
qđ animā rōnalē haberēt.& ſi diceret qđ ītellectus ꝑ ſillogiſmū ſcit:qđ oē natū a muliere ſit hō:nos nō
curamꝰ de hoc argumēto qm̄ ī hoc loco de rebus ubi ſenſus decipiūtur ꝑticulariter agimus . & ſenſus
deciperent ī quocūq; nato a mulier:qđ nullā hēret formā humanā:ī tali caſu ēt ītellectꝰ deciperetur.&
necessarium nisi inquantum taliter de presenti se habent. Vnde patet qualiter omnia preter deum ali qualiter contingenter eueniũt: uel libera alicuius uolũtate. & quia nos aliqua attinẽtia preteritis p̃sen tibus & futuris cum sciẽtia nostra in uno solo instanti determinamus: multoquidem magis deus omnia fixa atq̃ contingẽtia de presenti absq̃ priori & posteriori uidet. uisio eni & scientia ipsius atq̃ eterni tas idem & oĩa sub eternitate comprehẽsa. quapropter arguendo taliter ponere possumus: oĩs scientia de presenti dicit comprehensionem preteritorum presentium & futurorum: scire dei est sciẽtia. ergo cõ prehendit preterita presentia & futura. ℭ Et si poneretur: quod scientia nostra nõ dicit de oĩbus re bus respondendum est: quod nullus nostrum comprehendit aut continet sub se omnes res mũdi. Itaq̃ scientia nostra nõ proprie uniuersalis: sed uniuersalis secundum quid. Deus comprehẽdit omnia entia uniuersaliter & particulariter capiendo. igitur scientia eius dicit de omnibus. & diffinitio sciẽtie dicit comprehensionem preteritorum presentium & futurorum. scientia dei est talis: & uniuersalissima. sequi tur omnia sub uno solo instanti de presenti comprehendere. ℭ Rursus omnis perfecta scientia com prehendit in uno solo instanti preterita presentia & futura. Scientia dei perfecta ac perfectissima. ergo in uno solo instanti cognoscit omnia preterita presentia & futura. ℭ Amplius ĩ tota rerũ natura ad unum summũ esse perfectissimũ necessario est deueniendũ. & perfectum esse nõ potest: si non est actus purus. & actus purus ab omni possibilitate alienissimus. & ubi nulla possibilitas uel potentia nil prius & nil posterius. Vnde fit q̃ primus motor siue primum ens simpliciter mouet. & non mouetur. & si uaria nunc in se contineret transitio ex hoc nunc ad aliud esset possibilitas in deo: siue motus non datus in deo possibilitas siue aliquid de materia. ergo nõ uaria nunc nequidẽ motus: & ubi nõ motus neq̃ pos sibilitas. nullatenus ibi prius & posterius stare potest. preter unũ solum eternum ĩstãs. unde erroneum est excogitare: q̃ deus prius sciat hoc: & postea illud. quum actus purus ac semper uno modo fixus ma nẽs sit. nam si nos qui compositi sumus simul generationes & corruptiones hominum cognoscere pos sumus: idest scientiam de hoc & illo simul continere multo potius deus cuncta in uno solo instãti uidet quippe q̃ simplicissime simplex est absq̃ aliqua compositione & intellectio eius ĩtrĩseca uisio atq̃ essen tia idem est. Quapropter nil per uariationem nostram deus uariat: neq̃ ex hoc nũc ad aliud nunc trã sire potest. Tandem hic ualde mirãdum est. q̃ tm̃ auctores inter se dissensissent. nam qui prius adduxit deum nil anteuidere. nisi omnia simul quo ad ipsum maximam dignitatem deo attribuit. & qui presciẽ tiam uel anteuidere dicunt deum: cõsiderãt tanq̃ ens de materia & forma compositum. quod error ma ximus est: & saltem inter religiosos absurdum: presertim quod nonnulli philosophi irreligiosi: ut aristo teles probant deũ actum purum esse nil de priori neq̃ posteriori cõtinentem: imo oĩa absq̃ prioritate & posterioritate possidẽtem.

De Eodem.

ℭ Dicimus quod omnes res sunt ĩ presentia dei in uno solo instanti sine priori & posteriori. & quod album & nigrum etiam differunt in presentia dei: atq̃ homo uiuus & homo mortuus: aut q̃ non sunt idem: q̃uis illud quod nunc est album postea transeat ĩ nigrum. Sed ĩ uno ĩstãti nõ est idem album & nigrum & tamen accidentia ĩ hac materia ĩterdum alba & ĩterdum nigra nõ uidentur prius a deo: hoc siquidem prius & illud posterius uerum omnia simul. ℭ Quocirca inter preteritum presens & futurũ apud nos aliqua est assignanda differentia coram deo: nõ ĩquãtum prius & posterius sed secũdum ma gis p̃fectum & minus perfectum ĩ ipsis reb9. nam preterita circa nos aut q̃ iam acta fuerũt: coram deo perfecta sunt. perfecta intelligas quo ad perfectum siue integrum actum. & ea que perfecta sunt: ubiq̃ repugnat nõ fuisse. & deus nil uult quod simpliciter repugnet. & sic nõ potest eẽ adam nõ peccauisse: quum de preterito dicat: tamen si deus nũc noluisset adam non peccauisset. quoniam uelle dei nõ mu tatur: nec aliud & aliud ĩ eo simpliciter datur. Sed quia deus concedit: quod adam sit lapsus iam de pre rito oportet: quod tãquam perfectum semper uerum sit. ℭ Actus p̃sentes nostri qui nõdum pleni uel qui in fieri uadunt coram deo nõ sunt perfecti. Iccirco aliquę partes eorum tendẽtes ad futurũ possunt non esse. Actus autem futuri concesso quod in presentia dei sint distincti: quales esse debeant. quũ nũ dum perfecti in seipsis possunt non esse. si deus uult. Verũtamen deus non uidet tanquã operata: nisi ea que creature fecimus agimus & facturi sumus. que enim nunquam fuerunt: sunt: neq̃ erũt deus ipsa nõ uidet tanquam in actu: nisi quod deus scit: quomodo esse possunt multa que nõ sunt. ℭ Vlterius nõ tantum plura in uno instanti cognoscimus preterita presentialia & futura. imo etiam simul apprehen dimus differentiam inter preteritum presens & futurum: gratia exẽpli. in hoc ĩstãti ego scio hũc hoĩem natum esse in tempore preterito scio q̃ nũc uiuit: & q̃ in futuro morietur. claram agnosco differentiã inter natiuitatem decursum usq̃ ad mortem: & mortem ipsam cognosco: oĩa simul apprehẽdo hoc ab illo distinctum. unde cognitio nostra nõ preterita non futura. nisi presentialis tm̃: q̃uuis res quas co gnoscimus quedam preterite quedam uero future sunt: cognitio enim semper de presenti. ℭ Vnde fit nullam assequi difficultatem aspicientibus ad comprehendendum qualiter deus oĩa in uno solo in stanti comprehendit hoc ab illo tamen semp̃ distictum. ℭ Ita q̃ dum dicitur deus cognoscit me cras

eſſe moriturum.hoc moriturum inquantum futurum ſignificat:non ex parte dei imo mei tm̄.& ſic di
cendo.Vnde negande ſunt omnes propoſitiones tanquam future reſonantes ex parte dei atq; prete
rite.quoniam deus in uno ſolo inſtanti preſenti omnia diſtincta cognitione cōprehendit. ¶ In hoc
loco enim aīaduertendum eſt:qr̄ facile nobis uidetur ſcire in hoc preſenti ea que in preterito facta ſue
runt:quāuis contingenter eueniſſent.& ſcimus ꝙ contingenter euenerunt.deniq; tāquam uera facta
ipſa approbamus.& ꝙ de futuris contingētibus nō habeamus cognitionem: uidelicet ut de preteritis
hoc contingit.qr̄ nos ꝑ tempus de prius ad poſterius tendimus.deus autem non per tempus non per
prius & poſterius decurrit.imo ſemper in uno & eodem inſtanti ꝑfecto atq; eterno permanet:in quo ī
ſtanti quid neceſſarium iuxta naturam per ipſum deum ordinatam.& quid cōtingenter ſit perfecte co
gnoſcit.unde ueluti erant preterita contingentia priuſquam fierent:in eo modo ſunt futura contingē
tia:priuſquam eueniant.qui ordo apud deum nil mutatur:quāuis res quo ad ſe de prius ad poſterius
mutentur.ſed contingenter uel neceſſarium eueniret:nullam ponunt uarietatem in dei cognitiōe.quū
ipſe omnia de preſenti uideat:nec quidem in cognitione noſtra potius contingentia quam neceſſaria
uarietatem apponunt:dum ipſam apprehendimus.qm̄ diſtincte ſcimus hoc naturale & illud artificiale
uel accidentale.& iſtud ab illo diſtinctum:tandē nullam apponimus neceſſitatē ꝙ hoc aut illud fiat aut
nō fiat.ſed illa que fiunt in illo ordine:quo facta ſunt:cognoſcimus.

Quonam pacto omnia preter deum contingenter habent eſſe:& ꝙ ubi contingētia
principii contingenter medium atq; finis:in quo ſimplex neceſſitas fundari non pōt
ꝑꝑ quod libertas noſtra operādi cognoſcit. Cap.clxxxvii.

¶ Viſo ſuperius qua de cauſa deus non poteſt hoc prius & illud poſterius uidere:niſi omnia ſimul ex
parte ſua.q̄uis in rebus ipſis uaria cōtingant.Sed ab uno ſolo inſtanti eterno omnia dependentia cō
prehenſa.Nunc uero reſtat aperiendum quatenus nos libere ſeu contingenter operari poſſumus.ſi ne
ceſſario quecūq; fuerūt ſunt & erunt i preſentia dei:ſiue in ſcientia eius ſunt.& ſcire dei falſum eſſe nō
poteſt.Vnde uidetur quod nos nil aliud.q̄ quod deus ab eterno ſcit operari poſſum9.Quoniam ad ne
ceſſitatem antecedētis ſequitur neceſſitas cōſequētis.Antecedens eſt ſcientia dei:& operatio noſtra cō
ſequēs:& ſciētia dei neceſſaria:ergo & operatio noſtra.Ad quod i primis ac ſub paucis reſpondetur.
quod hic nō datur uerum antecedēs & cōſequēs.quum de genere ad genus aut de ſpecie ad ſpeciem
trāſeat:Quia nō ſequitur deus habet ſcientiam.igitur creature ſunt.quum creature & ſciētia dei non
cōuertātur ſaltem ſimpliciter.& ubi ſimplicitas cōuerſiōis nō datur:unum ſine alio ſtare poteſt.preſer
tim prius ſine poſteriori.Creature nō cōuertātur cum ſimplici:ſciētia dei reſtat quod ſciētia dei poteſt
eſſe neceſſaria.& creature cōtingētes:concedit.quod ſi diceremus oīs ſciētia dei eſt neceſſaria:oīs crea
tura eſt ſciētia dei.ergo omnis creatura eſt neceſſaria.Sed quum hoc nō ſequatur.Videlicet quod crea
ture ſiut ſciētia dei ſimpliciter.ſequitur:quod neq; habēt proprietātes ipſius ſimplicis ſciētie.qua de re
nō ſequitur:deus ſcit neceſſario ab eterno quecūq; i mūdo cōtingūt:aut caſura ſunt:ergo cōtingentia
ſunt neceſſaria.cōceſſo tn̄ quod oīa depēdeāt a ſciētia dei.quoniam ſciētia abſoluta ita ſe habet ad id
quod poteſt fieri:q̄uis nō fiat.ſicut & ad ea que fiūt.quod patet taliter dicēdo.Iſte homo habet ſciētiā
edificādi plures domos:nō edificat ipſas:quia nō uult:& tamē habet ſciētiam quales eēnt:dum eas edi
ficaret:quas tādem edificat.petimus nūc utrum hec edificatio fuit de neceſſitate.Ad quod reſpōdēdum
eſt:quod nō:quum potuerit iuxta ſciētiam ſuā alias plures edificare:quas nō edificauit.nihilominus om
nes domus edificate neceſſario ab architectoribus depēdēt.quoniam ſine aliquo architectore non poſ
ſunt eſſe edificate.At nō ſequitur neceſſario ſunt edificate ab aliquo architectore.ergo ipſe neceſſario
edificauit eas:quādoquidem architector libere edificat.tn̄ edificium poſtquam operatum neceſſario ab
architectore depēdet:quum ſine ipſo eſſe nequeat.hec autem neceſſitas iquātum edificium eſt:& nō ex
parte edificatoris itelligitur. ¶ Pariq; modo itelligēdum eſt iter deum & depēdētia.quia omnes crea
ture neceſſario a deo depēdemus:quoniam ſine ipſo eſſe n̄ poſſumus:qui tn̄ nos liber creat.Libertas ue
ro & neceſſitas opponūtur.quapropter in uno ſolo ſubiecto ſimpliciter ſtare nequeūt.Deus eſt ſimpli
ciſſime ſimplex:ergo in ipſo neceſſitas & libertas ſimul ſtare nequeūt.Quod autem nos libere & nō ne
ceſſario creet i locis ſuis:ſatis probatur:ut ex proceſſu ariſtotelis & aliorum philoſophorum cōcipi po
teſt.quum deum actum purum denominēt.Quocirca poſito quod de neceſſitate prebeat cūctis rebus
depēdere:& oīa depēdentia ſunt ad extra alterius eſſentie a deo:nō enim intriſece ad ſaluādum hoc aſ
ſumptum:quemadmodum aſſumendum eſt.ſi uolumus ſaluare quod deus actus purus ſit. penitus abne
gare oportet:quod deus neceſſario prebeat depēdere.nāq; aliter ea neceſſitas fuiſſet in deo cōpoſitio:
atq; adherētia cū aliis rebus.Deus eſt ens primum exemptum ac ſimpliciſſimum a ſe ſine aliqua adherē
tia.igitur nulla neceſſitas in ipſo datur ad creaturas reſpiciēs.qua de re compulſi ſumus ad cōcedēdū
ſummam libertatem in deo:quoniam libertas nullam infert compoſitionem.ſed puram exemptitatem.
deus eſt ſumme exemptus.ergo libere operatur:quicquid operatur. ſaltem ad extra uel in creaturis.
¶ Et hic animaduertēdum eſt ut cōtra plura argumēta faciliime reſpōdere poſſimus:ꝙ aſſumpto deum

esse simpliciter exemptum simpliciter necessarium simpliciter infinitum.non sequitur quod dependen-tia sint simpliciter exempta non necessaria non īfinita.quoniam in pluribus sepe retrogrado modo se habent.Nam deus libere impendit dependere.& creature in eo quod sunt necessario ab alio depēdēt.

¶Sed ad alia principia eundo deus est simpliciter seu absolute necessarius.reliqua uero dependētia sunt contingentia. ¶Et quicquid habet principium contingenter medium quoq; & finem contin-genter habet omnes creature habent principium contingenter:quoniam non a se sed ab alio non cō tingenter ex eo quod in primo signo creationis aliter & aliter accidisset eis se habere. Verū contingē ter quia non erant.& per simplicem creationem in uno solo instanti fuerunt.At quoniam nō a se: sed ab alio hoc non a se contingenter dicit:Videlicet non necessario simpliciter.Nulla enim res ad extra operatur necessario per propriam naturam.Deus operatur per propriam naturam ubicunq; opera-tur.Dum agit in creaturis:agit ad extra.ergo liber.& quicquid liber & ad extra contingenter.qa po-test operari & non operari.In quo puncto aspiciendum est.Si enim opera nostra de necessitate fluūt: deus de necessitate nos creat.nam ita creatio cadit sub scientia dei.sicut & operationes. non potest eē creatio necessaria:quoniam in eo tunc ea necessitas fuisset compositio in deo:quod stare non pōt.quū actus purissimus sit.igitur creationes atq; operationes nostre ex parte dei.& quomodocunq; assumanť contingenter:& sub libertate causate sunt.non autem de necessitate nec mere naturales. nam si mere naturales a deo dependeremus:nos etiam dii essemus.ergo nō depēdemus ab ipso per intrinsecā ema nationem non per intrinsecam emanationem.sequitur quod ad extra.ad extra:ergo contingenter.Et deus nil ad extra simpliciter necessario operari potest.nam dato quod deus penitus uellet hunc homi nem saluari & illum condemnari:hoc contingenter:quia si uellet aliter agere posset.& quicquid aliter q̄ fit operari potest contingens denominandum.Deus potest creare mundum uel non creare:aut plu-res edificare uel unum tantum.sequitur quod omnia hec ad opus deducta contingenter facta.nā scien tia dei absoluta siue intrinseca cum ipso deo conuertitur.sed scientia quam de ipsis creaturis habet in q̄tum posite sunt in esse:talis scientia non conuertitur simpliciter cum deo.Veluti hec cognitio:petr9 & ioannes sunt talis ac talis proprietatis:quoniam he proprietates petri & ioannis non conuertuntur cum deo:dato quod a scientia dei uniantur uel correspondeant. ¶Et hec scientia dei unita cum eē creaturarum non est prius q̄ creature.sed scientia simplex dei & cū ipso omnino conuertibilis est prior creaturis.quoniam prior saltem in ordine atq; natura.Deus cognoscit intrinsecum q̄ extrinsecum. & super intrinseca cognitione considerat an mundus sit creandus.Super qua consideratiōe electio creā di fundatur & super electione operatio creationis.& dato quod actiua operatio creādi ipse deus sit:& deus & eternum conuertuntur.operatio ad extra principiata atq; casualis oritur:nō autē de mera ne cessitate.Contingentia uero & necessaria nimium differunt.esse nostrum habet ortum contingenter. sequitur quod oēs operationes nostre ac fines contingenter sunt.Vnde fit quod per naturam absq; lo gicalibus argumentis facile uideri pōt:qualiter nos libere operamur.& a libera operatione saluamur uel condemnamur.Et quum hoc natura pateat:multo quidem facilius rōne & experientia.Rōne quia quū ex mera uolūtate dei:ut uisum est creati simus:non consonat.quod deinde deus ipse istū hominē condēnet:& illum saluet.nisi quod penes merita unusquisq; saluetur uel damnetur.contingentia enim cum libertate recte stare potest.nō autem necessitas.& honestius est:quod deus nos liberos faciat q̄ ne-cessitatos.& deus agit quicquid melius est.de ratione oportet concedere nos esse liberos.experientia si quidem patet nos esse liberos:ut in examinādo intellectus uoluntates memorias uisum auditū & alios sensus nostros cōprobať.Quoniam omnes dicunt nos liberť operari:ut postmodum uidebiť.quocirca absurdū est tenere:qđ per scire dei unus nostrū saluetur:& alius condemnetur.Deus eni omnia uidet: & tñ ad extra liber quippe:quod ita cognoscit proprietates:que essent in mundo:quem potest creare ueluti in isto quē creauit.Nihilominus quia libenter hoc & illud scit proprietates alterius mūdi nunq̄ erunt.nō enim creabitur ille mundus.& tñ nō deficit sciētia dei. ¶In qua creatio simpliciter cōsistit: nō autē in scire dei simul cum aliqua materia.seu potentia adiuncta tāquam passiuum subiectū.nā dū de creatiōe agimus:cauendū est ne ad potentiam actiuam alteram coequalem passiuam ponamus eo: qđ hic sup naturalibus cursibus loqmur.Vñ incōsiderate inserť.ut a nonnullis fieri solet: quod deus ex parte sua potest plura infinita ꝑducere.sed qđ deficit ex pte passibilitatis:idest materiei.& hi sane con cedunt ac per obliquam uiam asserunt totū mūdū ab aliquo exēplari eterno eē assumptū:ñ enim per simplicem creationem productū.que loquutio saltē īter religiosos inhonesta est.& si causa assignandi plures pfectiōes ī deo isterť ipsum posse plura alia īsinita ꝑduceť:minime hoc pfectionē ī deo designat. quū prius cōtra ipsum dicat.nā plura īsinita a natura repugnāt.nēpe qđ īsinitū de se īsert simpliciter absolutū a nullo depēdēs nec adherēs.sed ī una exēpta simplicitate cūcta cōprehēdēs:& plura q̄ oīa cō prehēdāt:& a nullo cōprehēdanť dari nequeūt. ¶Vlteri9 quū post uarios decursus deueniēdū sit ad unū solū primū ac pfectissimū eē:illud tñ īsinitū qm̄ īsinitū eternū summe pfectū summe bonū & sum me exēptū cōuertunť:nullū depēdēs pōt eē summe exēptū nec summe pfectū.igiť nō īsinitum qa repu gnat ab alio depēdere.& summe exēptū eē nō exēptū neqđē īsinitum.& qm̄ deus non pōt aliquē deū saltem p extrinsecam potentiā uel emanationē producere:qn p depēdētiā sit:ꝓculdubio cōstat:qđ de9

P

nullo modo poteſt ſic uel ſic alium deum ſiue infinitum cauſare.nullum enim cauſatum infinitum:quū
cauſatum ab alio dependens dicat.& nullum dependens ſimpliciter abſolutū. ¶Et hic animaduer
tendum eſt ne in auctoritatibus philoſophorum irreligioſorum confundamur.ut ſolent quidam noui
tii.ſicut dum ariſtoteles inquit.In eternis non differt eſſe a poſſe: que uerba uariis modis intelligi poſ
ſunt.Si ab intrinſeco non differunt ab extrinſeco differunt.Deus enim de toto ſuo poſſe intelligit ſeip
ſum:& nulla eſt diſparitas inter intelligentiam dei & eius eſſentiam:& de toto ſuo poſſe intelligit ſeip
ſum:atq; amat ab intrinſeco:non autem ab intrinſeco.& deus multa libere atq; extrinſece operatur:ut
etiam per Ariſtotelem tractando de moralibus in pluribus locis patet. Sed dum de mere naturalibus
agebat merito iuxta opinionem quod mundus ſit eternus.dicere potuit quod in eternis nō differt eſſe
a poſſe.nā ignis inquantū poteſt comburere comburit.aqua humidificat:celū mouetur.& ſic de aliis in
telligendum eſt.Celum uero ab intrinſeco habet motum:& ignis combuſtionem.Ideo inquantū ignis
poteſt quocunq; attingit:generat ignem:atq; alias res in ſe conuertit.Que generatio ſimpliciter ex
trinſeca eſſe nequit.Sed deus cauſat res depēdētes.& nō generat ipſas:neq; in ſeipſum eas cōuertit.Vn
de etiam ab Ariſtotele habetur.Scientia dei cauſat res.Sed noſtra a rebus cauſatur. & non dicit quod
ſcientia dei generat res: niſi ꝙ ipſas cauſat. & cauſare ad extra intelligitur:propter quod uideri po
teſt operationē dei & operationē rerum dependentium ualde differre.nā deus ſumme exemptus eſt.&
quicquid de toto ſuo poſſe ab intrinſeco & extrinſeco operatur.probat uera exemptitate carere.Celi
& elementa faciunt de toto ſuo poſſe.ſequitur q̄d nō exempta non intellectualia non perfecta.& deus
ītellectualis exemptus ac perfectiſſimus eſt:quod ſtare nequit.ſi ad extra de toto ſuo poſſe ſemper ope
raretur. ¶Si autem expoſtularetur quomodo agnoſcere poſſumus:quod deus ſit infinitus: ſi res in
finitas non operatur. ¶Reſpondetur quod dum probamus deueniendum eſſe ad unum ens perfe
ctiſſimum:quod ſolum a ſeipſo:de quo omnia alia dependent:hoc eſſe a ſe & dare cunctis dependere
per primum ſignum eſſendi.probat infinitatem quandoq̄dē ad deducendum nouum eſſe: quod prius
ſic uel ſic nō erat.oportet infinitam potentiam occurrere.Sed non ſequitur.quod operatio exeat infi
nita:niſi quod uirtus ad producendū nouum eſſe ſimpliciter decet neceſſario quod ſit infinita.nos ꝓ
bamus creationem ſimplicē mūdi neceſſariā a ſolo deo actā. Seq̄tur ipſum deum eſſe infinite uirtutis
intēſiue.Quū in actu de preſenti creet nouum eſſe. Sed quia hoc nouum eſt in eſſe diſtinctum a deo
ſimiliter in infinitate diſtinctum.quoniam deus independens.& quodcunq; creatū dependens.& q̄cq̄d
dependens finitum.Quia non ſimpliciter exemptum.Vnus ſolus poteſt eſſe independens. ergo unus
ſolus infinitus.& quid infinitas dicat:in aliis locis clarius patebit.

Quo pacto in materiis ſcrupuloſis melius quod extrahere poſſumus ſit leuiter eas per
tranſire ac plano modo legem aſſumere. Cap.clxxxviii.

¶In materiis ſcrupuloſis id quod melius ab eis excerpere poſſumꝰ eſt ſimpliciter ac plane legē aſſu
mere:tanquam pro fundamento:quod ipſa uera ſit.& licet aliquis cogitet ſe ſufficientem eſſe ad ſpe
culandum:oportet neceſſario ac de ratione:quod primo conſideret uerum principium ſcilicet deum
eſſe.& ſi quicquam ibi attingere poteſt:illico clarificabitur de illo:quod querit.Quando enim per unā
uiam non poterit.deus per aliam inſpirabit.nam q̄uis pleriſq; ſit obſcurum. Quoniam deus cūcta de
preſenti uidet & non unum ante.& aliud poſt.Quum primum uolumus de ſcientia diuina & uolunta
te conſiderare:reperiemus eas eſſe concordes. & quod una dignitas non contradicit alteri. & in eo
dem loco inueniemus quo pacto hec lex a diuina uoluntate dependeat:quando autem non eſſemus li
beri nulla quidem lex eſſet.quia ſolum attendit ad imponendum ordinem in rebus: que poſſunt aliter
eſſe. ¶Diſcurrendo autem per hanc materiam opus eſt priuſq̄ ulterius procedamus atq; in alia con
trarietate ceſpitemus imaginari deum non eſſe in diſcurſu.ita quod ex una parte exeat & in aliam ten
dat: immo circulariter & integre aut ſine aliquo uacuo adeo: quod non poterimus imaginari unde
principium aſſumat:aut finiat: uel medium agat. & in ſimili cogitatione de uno corpore facienda in
eo quod corpus attingit ad comprehendendum manifeſte inueniemus. Quod in illa ſua quantitate
non habet prius neq; poſterius:imaginando deum hoc modo eſſe infinitum & ad hoc quod infinitus
ſit oportet ut omnia ſub ſe contineat. Et inueniemus:quod ſicut celum ſub eius circumferentia con
tinet elementa: ita & deus uniuerſam corpoream & incorpoream naturam.& tempus & euum cum
eis comprehendit. Prima enim cauſa non diſcurrit per tempus: ſed bene tempus ſub ipſa. & ſem
per ſine limitum ſuorum egreſſione: aut uero diuine circumferentie. Quod licet nimium diſcurra
mus ad unum primum de primo: & ad poſterius de poſteriori: ſemper utiq; primam cauſam inue
niemus: ut ad preſens ſine quacunq; mutatione. & quia eſt cum tali condictione non uidetur diffi
cile quod omnia preſentialiter ab eterno uideat. ¶Et talem comparationem adducemus: ut ſi po
natur unus homo in medio camere dilucide: & ſit tranſcendentibus atq; efficacibus oculis circun
datus: & neceſſario ſemper in actu alii poſſent in eadem camera plures uoluntarios actus age
re: ut cuiq; placeret ille: qui ſtaret in medio camere cum talibus oculis: ſicut diximus. neceſſa

rio omnes illas operationes uideret. Quanquam ipsarum artifices minime constringat: & a longe ui deat equaliter manentes: quemadmodum & propinquos. Quia omnes de camera starent in presentia sue uisionis. Ipsa enim uisio se in totam illam circumferentiam extendit q̄uis aliqui homines quoad seipos ante alios perstitissent. Sed uisio quum esset ita transcendens in uno instanti omnes equaliter ui deret: & tali modo (aut ut melius dicas) perfectius de9 de sua natura est ubiq3. & actus sine positiōe uel obiectione cuiusuis contrarietatis uider.

Cur diuina opera quoad creaturas principium habeant. Cap. clxxxix.

¶Ex parte creaturarū opus diuinum in eis discursum habet. Quia extrinsecum est sibi. Deus enim hominem plasmauit: cui medium uiuendi ac finem prebuit: legem quoq3 seu modum: quo uitam ducerent sanctis patribus statuit. Deinde iudeis legem dedit per manum mosis: quas quidem omnes demū in legem gratie transtulit. Et hic bene possumus tenere: quod deus intelligat res: quemadmodum gradatim aut discursiue proueniunt. & sic sepe operantibus creaturis: obstat quibusdam. & aliis gratiam impendit. aut qui peccauerint condemnat: qui autem benefecerint: ad gloriam deducit: in quo uidetur quod in hac parte actus de puncto in punctum: ueluti contingunt diiudicat. in quo exemplum habemus de Ezechia & quampluribus aliis. Nā deus dans sententiam contra eos: quoniam seipos humiliauerunt & misericordiam petierunt: penam immutabat. & ista est scientia: qua iudicandi uel constringendi sumus. Quia in die iudicii non dicet deus ite boni in paradisum. Quoniā ego uideo ab eterno quales futuri eratis nec malos in penam trudet dicendo. Quod eos eternaliter preuiderit. Sed premiabit aut opprimet unumquenq3 iuxta opera sua indies peracta: dicens malis tali die peperci uobis. & dedi locum glorie. deīde pluries reuersi estis ad irritandum me malis operibus. ite igitur in locum penarum ubi horror continuus habitat: & est fletus ac stridor dentium. taliter: quod secundum hunc ordinem diuinum dicemus deum nescire: que futura sint: nec reminisci ad inferendam penam preteritorū malorum dum de illis penitentiam fecerimus: de quo quamplures auctoritates habemus. Quod nos indies iudicat penes dispositionem: quam in illo tunc tenemus. & propterea bona opera quottidie facienda sunt. Quia in quocunq3 instanti diiudicamur. & non in hac hora pro illo quod preteriit: nec pro futuro. & nos locum semper habemus ad ponendum medium his tribus temporibus eo quod liberi sumus. Quod experientia comprobatur ex eo: quod semper de presenti possumus emendare opera preterita ex nostris manibus causata. Veluti agimus de una re: que non erat bono moderamine uel ordine instructa: ut in reparatione edificiorum uel aliorum instrumentorum: quod in his omnibus remedia de presenti ponimus. & quia tali libertate fungimur in aliis creaturis: que aliene sunt. multomagis nostris personis medium inhibere possumus eo: quod nobis propinquiores. taliter: quod nemo debet a bonis operibus cessare. & ut preterita emendentur presentia ordinare & futura munire.

Quo pacto deus nos liberos creauit. & bene uiuentes eligit. Cap. cxc.

¶Deus autem creaturas libera uoluntate creans: atq3 ipas liberas faciens & uidens in presenti opera bonorum & malorum bonos eligit: & conseruat: & postremo saluat. Ista tria uel quatuor uerba uidētur aliquibus difficilia: uerumtamen ignoro materiam frequentius usurpatam aut claram. Assidue enī illud idem agimus: & uidendo bonum & id: quod non est ita bonum. quicquid melius est eligimus: & ordinatim preseruamus: & denuo ponimus in aliquo digno loco: aut quod ultimam perfectionem exhibemus. ita & de deo dicimus quod non elegit creaturas priusq̄ ipsas cognouisset. Quinimo uidendo simul cum operibus que faciebant eligit pro se illas: que sancte uiuunt: & seruat in locis quibus creature non declinent: ut uerus amicus: qui in necessitatibus subuenit: & tandem eius gloriam concedit. hoc autem intelligitur: quod ab eterno statuit: ut boni aut qui bene uiuunt sui sint. & quod in fine eos ad gloriam deduceret: & malis econuerso ageret. & hunc ordinem etiam seculares domini obseruant. Nam qui boni uidentur eligunt: q̄uis electio eorum non sit adeo perfecta.

Quo pacto intelligantur uerba pauli circa electionem uel predestinationem & alia huiuscemodi. Cap. cxci.

¶Sanctus paulus dicit: omnes quos preuidit elegit: & quos elegit predestinauit: & saluauit. hec autē uerba electionem denotant: siue direptionem & saluationem esse respectu nostro gradatam. Vna scilicet pars est prima: alia media: & altera ultima. Sed etiam de preterito loquitur aut quod dicamus de illo: quod transiit: quia sanctus Paulus intelligebat ab eterno: ubi nō est prius neq3 posterius. Quoniam si de tēporali dixisset: auctoritas intelligeret de aliqbus preteritis: q talē gratiā adinuenerūt: & nō de p̄ntib9 aut illis: q uēturi sunt. Quod aliter ē sentiēdū. nā sanct9 Paulus generaliter de oīb9 hūanis

loquebatur. Vnde idem est dicere omnes: quos elegit: quod est uerbum preteriti: ac si diceret in instanti presenti illos: quos elegit conseruat. & quos pdestinat saluat. Quum oia uerba pauli dicāt de uno tpe aut instanti: ita de futura saluatione seu redemptione: quemadmodum & de preterita electione. Nā pleriq ex his qui futuri sunt: non sunt salui in actu ab eterno: q̄uis deus eos uideret saluandos fore. Quod ex parte eorum itelligitur. & eodem modo alios eligēdos ac predestinādos: semper tamen preteritum & futurum ex parte creaturarum assumitur. ¶ In his uero terminis scilicet prescitum ac predestinatum duo occurrūt: unum nūc de presenti ex parte dei: & discursus temporalis ex parte creaturarum. Et i hoc modo donec i uia sumus: uel in hoc mūdo uiuimus: possumus nos prescitos agere uel ad eternam penam cōdemnare aut saluare: si uolumus: & per hāc dispositionē uel libertatem theologi aiunt: possibile esse prescitos saluari: & predestinatos condemnari. Quisq enim donec uiuit: potest ad libitū agere: & deus secundum opera nostra iudicat. Vnde si bonum agimus: bonum iudicium habemus. Si uero malum ecōuerso. Attamē quādo dicimus prescitum possibile est saluari nō itelligimus de presenti nisi de possibilitate preterita uel futura quoniam dicendo sedentem possibile est currere: oportet intelligere: quod iste: qui sedet anteaq̄ sedisset: habebat possibilitatem currendi. & prosequendo illum cursum nūc currere & non sedere itelligitur. Quod si sedet causa quod currendi dispositionem habet: mere dici potest: sedētem possibile esse currere: tamē de futuro accipitur: & nō pro quādo sedet. nihilominus dicere possumus: nūc esse possibile. ipse enim possibilitatem habuit currēdi & sedēdi pariter: & i posterum possibilitatem habet. Dum uero sedet aut est cōdemnatus i actu: erit impossibile pro tūc aliter se habere. Illud enī quod est de istāti ac presenti necessario taliter se habere debet. Sed nō oīa necessaria eueniūt. Quia priusq̄ accidāt possumus prius pro posteriori determinare: aut unum pūctum pro alio. Et quoad hāc determinationē aut libertatem iudicādi prius disponēdo nos pro eo: quod uenturum est bene ualet iferre: quod ille qui nūc nō est in amore dei potest esse amatus: & i hoc modo logici utunē terminis obligationum: dicētes omne possibile est tibi admittēdum. Est possibile quod tu sis rome. igitur tu es rome. Sed respondendum est: quod si dicis de preterita aut futura possibilitate cōceditur. nō autem de presenti. Impossibile est enim: quod in illo instanti manens papie maneat rome: & sic quecūq sunt de presenti erunt. necessario concedenda: ita ut pro tunc se habent. & que fuerant de preterito iudicanda. aut ad futurum spectant: tum concedenda: & tum neganda erunt. Verumtamen inquātum possibilia fuerunt: aut erunt semper cōcedēda. Sed quod potuerunt aut possunt esse. Si uero de rebus cōtingentibus sunt: nō est dicendum: quod de necessitate proueniant. nisi quod possunt esse. & hic logici dicunt de sensu composito illud: quod de instanti presenti est i actu. & de sensu diuiso id: quod potuimus de preterito aut poterimus de futuro.

Quid libertas sit: & quod uariis modis accipiatur: & aliter in deo q̄ in creaturis. Cap. cxcii.

¶ Vt melius hec materia itelligat sciēdum est: quid pro libertate capiatur. Vnde asserimus: quod libertas uniuersaliter assumpta duo presupponit: scilicet uolūtatem ac potestatem simul eo quod uolūtas quicquid uoluerit cum potestate cōsequatur. Quia uelle per se nō dicit libertatem: nec potestas denotat libertatem a uolūtate separatam. Quoniam asserēdo: agimus quicquid uolumus. aut liberi sum9 ad operādum iuxta uelle nostrum. semper itelligitur: quod ibi sit uolūtas eligēdi: & potētia operandi eaq eliguntur. ¶ Sed deinceps alie particularitates i libero arbitrio occurrūt. Quia dicitur: est liber ad agendū hoc: aut ad nō agēdū illud: seu liber ad hoc & ad illud & hic i prima propositione altera pars accipitur tanq̄ priuatiua. Quia dicit ad operādū uel ad non operādum. & illud nō operandum priuatiuum est. Et in secunda propositione ubi asserit liber est ad hoc uel ad illud: ambe partes positiue seu affirmatiue sunt. Sed q̄uis hec differentia posita sit una pars in bonum & alia in malum intelligit. Nā si per libertatem nostrā in bono elaboramus: bonū resultabit: quod si malum opera qdem nostra etiam mala: que sunt ambe partes positiue ac priuatiue accipiēdo: si nō operamur qcqd nobis cōmissum fuerit: & de ratione debemus ad ipsum utiq malum erit. q̄uis nihil faciamus: nisi inquantum precepto nobis imposito aduersamur: quod est i actu bene agere. & preceptum nō adimplēdo culpamur. Vnde ꝓpter talē repugnātiam malum resultat. Attamen non est adeo peximū: non adimplere precepta. sicut in actu transgredi: ut blasfemando occidendo aut luxuriando: que i actu magis positiuo sunt. ¶ Preterea inter libertatem dei & libertatem creaturarum magna est differentia. Quoniā deus quū de se infinite bon9 & simplicissime simplex sit: peccare nequit. Nam summū bonū & peccatū nequaquā simul stare possunt eo: quod simplicissimū simplex in se non potest cōpositionē habere. Iccirco quū deus per suā intrinsecā naturā sit summe bonus: nec mereri nec demereri potest. Quapropter libertas sua non extenditur ad bonum & malum: nisi quod agit quicquid uult. & illud quod agit bonum est: quia non operatur per obligationem nisi per meram uoluntatem. & sic creando mundum facit bonum: nec fecisset malum quamuis non creasset ex eo: quod nulli rei est obnoxius. Tamen uidetur: quod melius sit creauisse mundum: q̄ si non creauisset: & sub eiusmodi respectu deus est laude dignus

& ideo sibi gratias habituri sumus. Sed licet nos non creasset: nullum errorem commisisset. & nos quũ ex parte nostra non habeamus intrinsecam bonitatem nec esse: nisi quod totaliter per principia nostra a deo dependemus. opus est ut ei obediamus: & quod per opera nostra aliquid mereamur. Quocirca si non adimplemus precepta nobis imposita peccamus. Si uero ipsa perficimus meremur. & sic patet nos habere libertatem: & aptos esse ad bonum & ad malum. ¶Hic autem nonnulli insipientes credunt libertatem esse ad faciẽdum se principes uel diuites. & ad consequendum omnia mundana que optant. In hoc & enim nullus sapiens dicit: quod sit propria libertas: quia hec non attinet precise ad proprium finem nostrum. & quicquid glorie uel pene competit omnes diuites & pauperes adipisci possunt. ¶Alii inquiunt ego uellem bonum agere & non possum: ergo non habeo libertatem. Nos uero dicimus: quod de iis nullus cõfidere debet: quum de seipsis adeo falsam opinionem sectent. ¶Aliã differentiam presupponimus a libertate ortam. principio enim libertas in se cõmunis est. Qui uero cũ ipsa bonum operantur in gloriam ascendent: in qua perfecte liberi erunt eo: quod quicquid uolunt semper agent. bonum enim uolunt: & bonum adinueniunt. & male operantes ad inferos condemnantur: ubi malum inuito patiuntur. & quia quod nolunt capiunt: nequaq̃ sunt liberi: tamen post mortem unusquisq; libertate caret ad bonum & malum. nam boni bonum & mali malum consequuntur.

Alius modus diffiniendi seu declarandi liberum arbitrium. Cap. cxcii.

¶Deinceps liberum arbitrium diffiniendo dicemus: quod nihil aliud sit q̃ potentia ad operandum accomodata secundum arbitrium nostrum. Sed tali modo diffiniẽdo liberũ arbitriũ est absolutũ & pluribus animalibus competens. Quocirca proprie accipiendo liberum arbitrium intelligimus: ubi est bonum meritorium uel malum obligatorium: & ita dicimus liberum arbitrium esse potentiam aptam siue liberam ad operandum secundum quod uoluntas nostra eligit: & ratio determinat. Quapropter in libero arbitrio proprie occurrit posse ad operandum uoluntas ad eligendum & ratio ad cognoscẽdũ. & sic res incognite & sine merito uel obligatione non sunt de libero arbitrio nostro: aut uero improprie. nam proprium liberum arbitrium non est aliud q̃ operatio harum trium potentiarum simul. & quod sepe simul operentur sensu atq; intellectu patet. & contra talem experientiam nullus progredi potest. si modo insanus non fuerit ut postremo demonstrabitur. ¶Hic uero dicimus: quod quotiescunq; aliqua res intellectui rationi & sensibus constat: est omnino ultime probata. Quamobrem qui dicit hoc est: quia necessario sic futurum erat: debet aliqua ratione probare: aut uero sensu: quod sic se habeat. Sed quia hoc fieri nequit: & nos palam aliter esse probamus his similes tanquam stulti reputandi sunt. Nos enim manifesta experientia sensus atq; intellectus intrinsece & extrinsece percipimus: quod ad libitum agimus: & non aliqua necessitate coacti & quod dicatur ita fiẽdum erat. maxime insanie imputaretur: Quum nullum habeat fundamentum. Et asserendo ad male operandum non esse libertatẽ: hoc tantum moraliter assumi potest. ut dicendo homo malus eo quod operatione rationis caret. nõ est homo scilicet non bonus. Quoniam fundamentaliter homo est: quis bonis operibus careat. & similiter nos liberi ad bonum & malum sumus. tamen qui male uiuit uidetur libertate carere eo: quod bono caret. & libertas est bona. Verumtamen si libertatem non haberemus: aut nobis naturalis potentia ad male operandum deesset. sequeretur quod male agendo de necessitate operaremur: quod erroneum ẽ. q̃uis quo ad precepta nullam peccandi libertatem habeamus. Quia mandata precise cuncta mala prohibent. tamen aperiunt nos potentes esse ad bonum & malum. Quoniam nobis iubent ut bonum operemur. & malum euitemus. Quod si liberam potestatem nõ haberemus: ad utranq; uiam: frustra essent precepta. Verumtamen moraliter dicimus: quod male agentes tanqnam serui sunt ab hoste illigati.

Qualiter experientia comprobetur uelle & nolle in quocunq; nostrum esse in quo libertas nostra ostenditur. Cap. cxciii.

¶Penes sapientes posito uno contrario aliud datur. & de contrariis equalis habetur doctrina. & opus liberum & opus uiolentum contraria sunt. Quapropter si unum est uerum: erit etiam alterum in genere suo uerum. Et quod aliquando uiolenter aut contra propriam uoluntatem seu libertatem patiamur omnibus constat: & presertim a negantibus liberam operationem nostram penitus affirmatur. Quo autem clarius ueritas dignoscatur & elucescat. In primis petimus sub qua regula uel monstratione uelle a nolle distinguant: quum sensibus pateat: quod sepenumero contra uoluntatem nostram aduersa patimur: ueluti siquis nos uulnerat: bona nostra accipit: aut quisquam mulierem uiolat. similiter & in altera parte sepenumero libenter iniurias contra alias personas obiicimus. & quando libere agimus: in nobisipsis gaudium sentimus. Dum uero inuiti operamur: aut sub aliquo aduersa patimur: nollemus. Si modo possemus: & tedium maximum in nobisipsis inuenimus. Velle autem & nolle contraria sunt. & quodcunq; istorum extremorum in nobis comprobatur: plane confiteri oportet: quod in animis tantum liberi ad operandum in his: que ad meritum uel demeritum

attinent sumus. Si enim contra ius & uoluntatem nostram mala patimur: nullum peccatum committimus. Sed qui scandalum infert contra eos: qui bona cupiũt committit peccatum. quia libere agit & suã maliciam cognoscit. & tamen uult: & sic peccat. Quoniam in libertate sua scandalose operatus est. Sepe contra uoluntatem esurimus: & sitimus. & alias causa ieiunii seu abstinentie libenter famem ac sitim toleramus. Et taliter in quibusq; operibus intrinsecis atq; extrinsecis uelle & nolle inuenimus contra uires nostras corporeas quandoq; causatum. & alias per anime & corporis uoluntatem. Et quia cuncta hec sensibus comprobantur. nullus qui sani intellectus sit potest libertatẽ nostram ad bene & male operandum denegare. ¶ Demum ad aliquod ultimum deueniendum est. in quo obstinatos restringere possemus: ut si argumentum uel aliam monstrationem habent ipsam ostendant. Nam ponendo in uerbis tantum: hoc est quia esse debebat sub nulla ratione cadit. Quinimmo multa sunt: que esse non deberent ut mala. Sed de necessitate uideamus: utrum omnia necessario eueniãt: uel libero animo seu potestate plura faciamus. & hic in intrinsecis probationibus sistendum est. Quoniam in signis ad extra omnibus patet nos liberos esse ad operandum: ut placet. Ita quod de intrinsecis discernere decet: Et ĩ primis dicimus: quod omnes homines tanquam iudices habemus rationalem animam sensus interiores atq; exteriores. petamus nunc dicta anime rationalis sub sacramento assumpta. Vtrum sepe leuem9 manum sursum deorsum dextrorsum & sinistrorsum ad libitum: quin a nemine comprimamur: intellectus iurabit: quod liberam esse intelligit hanc motionem: uoluntas dicit: libere iubeo: atq; operor ĩ memoria scribitur liberum esse hunc actum. ¶ Sensus interiores similiter utpote sensus communes aut plures: si plures sunt ut cogitatiua imaginatiua fantasia & extimatiua oẽs iurabũt liberã esse hanc manus motionem: sensus exteriores ut uisus auditus gustus tactus & olphatus pariter deponent: quod libera potestate manum mouemus. Nunc sic: nullum alium testem habemus intrinsecum neq; extrinsecũ ad probandum utrum libere an necessario operemur: omnes iurant: quod libere & nullus econuerso. Igitur illud quod intelligimus & sentimus intrinsece & extrinsece est potius tenendum q̃ proteruorum obstinationes: in quo palam probatur contra obstinatos uelint nolint: libero animo eos operari ĩ pluribus suis actibus aut saltem meritoriis uel demeritoriis. Quum nusquam cognoscant extrinsecus ab aliquo cohiberi. Ita quod non omnia que eueniũt necessario eueniunt: anteq̃ sint. Sed quecunq; sunt: dum sunt: necessario sunt: attamen plura sunt: que esse non deberent. ¶ Hec uero opinio quod quecunq; fiunt eueniũt ex eo quod esse debebant: cum heraclyti opinione ualde conformis est. Vbi asserebant nihil esse in re: nisi quod nobis sic uidetur esse. Vnde nos asserim9: quod non potest nobis aliquid uideri: si non sumus: & q̃a iste philosophus dicebat: nobis uidetur esse proculdubio: consitebaẽ seipsum esse eo: q̃d aliq̃d sibi uidebaẽ. cunctis hominibus ac sensualibus animalibus aliquid uideẽ esse. ergo sunt: quia aliter nil uideretur omnibus celis atq; omnibus elementis. Videẽ aliq̃d de cursibus ac suis proprietatibus. igitur celi & elementa sunt. ex quo sit male opposuisse dicendo: nihil esse: quũ de se dixisset: q̃d aliq̃d sibi esse uidebatur. Quoniã uidere actus est. & a non esse actus emanare neq̃t.

Qualiter in homine tantum latam libertatem esse dicamus eo: quod ipse solus inter intellectualia est in uia merendi ac demerendi. & sensualia absq; uera cognitiõe sunt & inanimata penitus sine libertate. Cap. cxcv.

¶ Dum de libera omnino libertate dicimus: tria ibi intelligenda sunt. primum quod sub cognitiõe intellectus cadat. secundum quod ibi aptitudo seu potestas operandi sit: ut placet. Tertium quod ad bonum & malum ambigue sint uie. Que uero condictiones simul in homine tantum inueniri queunt: ut facillime uideri potest. Deus enim liber est: cunctaq; recte cognoscit. Verumtamen locum male operandi non habet: quoniam ipẽ actus purus ac summe bonus. & quicquid agit est de presenti: & non de preterito neq; futuro. & ubi nulla extensio seu possibilitas de uno nũc ad aliud nunc contraria cadere nequesit. Igitur deus mala operari non potest: quũ ĩ eo nulla possibilitas seu pars extra partem sit: ĩ qua contraria manere queant. & q̃a necessario bonũ agit eo quod summe bonus: de malo nil ibi intercidit. tamen omnibus his concessis. quicquid deus uult: operatur. & cũcta eius opera bona sunt. & sic in deo summa libertas dicenda eo: quod sine aliquo ligamine errore aut obligatione. Sed ambiguitas ad bonũ & malũ in deo non datur. Semper enim respectu optimi mala est ambiguitas. ¶ Angelus bon9 q̃cq̃d agit: sub libertate agit. & q̃d agat cognoscit. q̃uis malũ operari nequeat eo: q̃d ĩ bono confirmatus. & ideo cã gratie a deo illatẽ: tametsi libere agat. ad solũ bonũ destinaẽ. Malign9 angel9 sub intellect9 cognitione. & libertate operatur. & tamen semper malũ eo quod maledict9 a domino. sub qua maledictione licet ad quecũq; agit sub proprio libito sit. semper utiq; sunt mala: seu quacũq; bonitate carentia. & sic nullus angel9 siue bonus siue malus ambigua ad bonũ & malũ libertate potitur. ¶ Sensualia animalia de cõmuni natura uolũt & nolũt: & que uolũt faciũt: que uero nolũt fugiũt. Sed quũ careant uera cognitione sciendi: quid bonũ & quid malũ penitus seiunguntur a libertate proprie dicta. Quapropter gloriam mereri & demereri nequeũt. q̃uis uapulationes aut alios stimulos praua uolentes mereantur. & aliquod premiũ ad beneficium corporum bona cupientes & sequentes: bona uero

in mō suo i eo:quod debēt hoibus subseruire. Hoies cognitionē habemus an bonū uel malū faciamus. Inter hec saltem inferiora maxima innata est nobis potestas ad libitum operandi: & ambigua uia ad hoc & ad illud idest ad bonum & malum eo:quod de rationalibus nos dumtaxat i uia meredi aut demeredi sumus. Deus aūt neq; mereri neq; demereri pōt. Angeli bōi & mali iā extra discursiuā uiā sunt confirmati. ⸿Bruta uera intellectione carent:sub qua iudicium ad premium uel supplicium assumendum est:taliter quod solus homo latam habet libertatem.concesso ut uidimus quod omnia intellectualia & sensualia circa uoluntatem seu uolitionem gubernemur. Nā licet intellectus in ordine prior potentia uel superior uoluntate dicatur:de cōmuni regula in primis intelligere uolumus: & deinceps intelligimus. Intellectus enim seu ratio inter bonum & malum discernit atq; cognoscit:& uoluntati iubet siue rogat:quod bonum eligat.& quid eligendum sit pandit. Sepe tamen uoluntas sub aliquo colore:quem fingere potest:quicquid sibi placet assumit.& non semper que meliora. Vnde rerum cognitio atq; consilium: quod bona capiamus & mala deseramus ab ipso intellectu prouenit.electio autem a uolūtate. Et ueluti i primis uolumus & postea itelligimus. pariformiter in fine uolūtas iubet itellectum quiescere:i his que uolūtati placēt. Nam quicquid principium iuxta naturalia loquēdo cum fine cōuertitur.& sic quia i uolūtate icipimus:per ipsam finire debemus. At uero i celis elemētis arboribus metallis lapidibus atq; aliis nō proprie animatis nullam ponimus libertatem pter intrinsecum appetitum:ac semper necessarium ad unum dumtaxat finem.

Quo pacto iuxta uulgarem opinionem atq; illorum qui negant quod prima causa sit libera pre ceteris consitentur esse unum:qui omnia intelligat. Cap.cxcvi.

⸿Ad aliam petitionem populo cōmuniorem deueniēdo:illud idem iueniemus:quod est superius. uidelicet ubi plures dicunt in illo istanti:quo homo nascitur inscriptum est in fronte quicquid i posterū continget. Quod si totum est:certū etiā erit uerū. Quod qui scribit hoc de pura & mera scientia comprehendit.& non quod a casu scribat. Dicunt enim:quod semper uerū scribit de illo quod nobis euenturū est. & tm̄ est nos scribi eo instanti:quo nascimur.ac si ab eterno facta nostra scripta essent. Quia etiam in natiuitate id quod futurum est in uno pūcto predicitur. Vnde apparet:quod idem penes hūc magistrum semper reperimus.quod non sit ante nec post. Sed quod simul uidet nos nasci,uiuere & mori. Nam scripto in natiuitate nostra quicquid habituri sumus ostenditur esse summe sapiens. Qui enim cuncta pronosticatur proculdubio ordinatus est sine quacunq; contrarietate: & esse non potest extra unum solum atq; infinitum:& quia infinitum est summe bonum: consequenter probatur ab eo nihil mali oriri posse. Iccirco non est causa mali quod nobis accidit. Malum enim quum perfecto bono nullo quidem pacto manere potest. Si uero deus omnipotens ordinasset alios bonos & alios malos. ipse utiq; malorum esset auctor: Quia tanquam causa respicit ad opus:quod a nobis est factum. & in se prius ac posterius natura haberet. Deus autem primo creaturam format: Secundo facit ipsam liberā. Tertio eligit penes opus ab ea causatū. Quarto predestinat. Quinto ponit in gloriam. Sed semper liberum arbitrium inueniemus esse primum medium nostre saluationis aut damnationis. ⸿Et qa deus ab eterno hos omnes gradus uidet:illi qui tali munere dignus est gloriam prebet. ⸿Habemus auctoritatem dicentem:qui fecit te sine te:non saluabit te sine te.ex quo ostenditur. Quod ipsum creare sit absolutum soli deo:& saluatio respectiua aut medium nostrorum operum. ⸿Quidam inquiūt: deus se habet ut figulus qui multa uasa struit. Quedam scilicet ad obseruādos preciosos liquores: & quedam ad turpes. Quocirca fas est deo de operibus suis aliqua ad gloriam & aliqua ad inferos destinare.hec autem comparatio non uidetur similitudinaria.uasa enim ad hoc uel ad illud sunt ad subseruiēdum hominibus:sed anime uel alie creature:que ad inferos descendunt:nullo modo deum laudant:nec inseruiunt.itaq; non est dicendum:quod in damnationem trudat. Immo ipe omnes homines bonos: ac ad finem ut gloria potiamur nos creat: & liberos tanquam per ultimum priuilegium nobis libertatem prebet. Vnde si male operamur nos ipos ad inferos deducimus. non enim uoluntas uel electio dei:ipe uero que meliora sunt agit.

Quonam pacto fortuna secundum Aristotelem intelligatur:& quomodo circa ponentes ipsam tāquā deam:& q nulla talis fortūa absoluta datur. Cap.cxcvii.

⸿De casu & fortuna multa ab antiquis scripta reperiūtur.tamē uarii uaria senserūt:tum i sentētia & tum i modo procedēdi. Aristoteles iter alios philosophos satis de casu & fortūa scripsit. Iam narrando opiniones aliorum antiquorum:& iam de propria itētiōe:opinio eius commēdāda est.quoniam ad bonum tēdit:cum nollet quod excusationem cum fortuna & casu ad male operādum assumamus: nisi quod a ueritate propria atq; libera commēdemur de bonis operibus:& de pessimis blassemenur: uerū tamē ultra hūc bonum itētum parum Aristoteles de fortūa & casu declarauit.& paucum cōtra affir

mātes ſimilia probauit.quoniam ī primis oportebat explicare quid homines per caſum:& quid per for
tunam aſſumerēt:& hoc oſtēſo decebat caſum & fortunam diffiniri.ſed quia priuſquam oſtendat habe
re cognitionem de caſū & fortūa uult ipſam diffinire aſſerēdo:quod per diffinitiōes patebit quid caſus
& quid fortūa ſit.& quo ad ueritatem ſecūdum rectum ordinem per prius oportet cognoſcere res qua
les ſunt ſub aliq̄ lata experiētia:& deiceps ipſas deſcribimus.poſtrēo uero diffiniēde ſunt.nā unaqueq;
bōa diffinitio ſuper aliquod precognitum fundatur:& tamē Ariſtoteles prius quam aliquid de caſū &
fortūa oſtēdat:ipſas diffinire uult aſſerēdo:quod ſunt cauſa per accidēs nō determinate aut agētes ad
itētum propoſitum niſi accidētaliter:quia ſine determinato itēto. ¶Exemplādo ueluti ī duobus ho-
minibus eūtes ad plateam:ut aliquid emerēt:& unus iſtorum eūdo ad plateam obuiat cuidam debito
ri ſuo:& ſoluitur ab ipſo:alter ſiquidem dum ad plateam ire uult cadit tegula uel lapis de tecto & fran
git ei caput.hoc & illud caſualiter denominatur.eo quod preter itētum iſtorum euntium ad plateam
cōtingēter euenit.& alia cōtingētia fortuita uocari ſolēt:& ſic nō cauſa ſed caſus appellatur. nam cau
ſa ſemper ſub aliquo determinato itēto aſſumitur.caſus uero pro pricipio icogitato . ¶Sed hic ani
maduertēdum eſt:quod licet ī primis cōponētibus caſum & fortunam cōuenire:quoniam ipſi nil dicūt
cōtingēter euenire.ſed immo oīa ex neceſſitate.& ſic nō ponūt caſum fortuitum:ſed dicūt nos caſum
fortuitum proponere.nam ipſi tātummodo fortunam ad libitum ſuper oīa noſtra operātem conſide
rāt:potētem iuxta uelle eam deſcribūt .tādem nō de uero ordine ſed immo a uoluptate diſtribuens
quicquid diſtributura eſt:prebēdo bonum huic & malum illi. ¶Vnde ſi penes hāc opinionem fortu
nam diffiniremus:dicēdū eſſet fortūa eſt cauſa ad libitum diſtribuēs abſq; iuſta proportiōe oīa que uē
tura ſunt ablata omni libertate recipiētium. ¶Vnde opinio aſtrologorum iudicialia ſequētium cum
opinione ponētium fortunam ad libitū operādi coincidit:aut ſaltem nimium conſormatur. quoniam
aſtrologi etiam dicūt:quod ſecūdum planetas diſponunt: ita nos bene uel male operamur : premium
aut ſupplicium de operibus noſtris recipimus:nō autem iuxta libertatem noſtram quod etiam opinio
ſequētium fata ſeu fortunam eſt:& Ariſtoteles cōtra fortunam tāquam deam omnipotētem . poſitam
iuxta uoluptatē abſq; aliqua ratiōe operātem.parum uel nihil dixit.neſcio quid fuit cauſa.niſi fortaſſis
quia de cōſuetudine eius ubicūq; aliqua ē magna difficultas:atq; ſubtilis leuiter trāſit: quod ſecus age
re deberet:ſed ad propoſitum noſtrum . quia ponentes fortunam imaginantur ipſam omnipotentem
eſſe.& partialiter operantem contra hoc fundamentum eſt exiſtendum . Vnde nō ſufficit inferre caſus
atq; fortuna denominatur.quando aliquid incogitatum nobis euenit.ut eūdo ad agrum:& inuenimꝰ
theſaurum.per uiam fodiendo in terra aut ab aliqua aqua currente diſcopertum:quia nos ſuimus cau-
ſa inueniendi theſaurum ipſum:quia ad agrum ire uoluimus : tamen quum non ſuper intentum inue-
niendi theſaurum contingit.quod cauſa illius inuentionis ſumus:nō enim a cauſa determinata : & ſic
talis inuentio theſauri aut dirrumpendi brachium per uiam:quia de raro euenit caſus fortuitus uoca-
tur.& tandem inuenire theſaurum fortunam bonam dicimus.Rumpere brachium uero malā. ¶Sed
hec uia uidelicet quod hec a caſu fortuito eueniat tantum negantium fortunam eſt non autem ponen-
tium ipſam:cum aſſerant omnia de neceſſitate euenire.& quod fortuna ſemp attenta ſit ad ſimilia cau
ſanda:hic proſpera & ibi aduerſa:unde nolunt quod nos ſimus cauſa eundi ad agrum aut uelle ire uel
nolle:niſi fortuna quod eamus ſeu maneamus:aut hoc uel illud operemur cauſa ē. ¶Et non tantum
in hiis inferioribus cauſam determinatam eſſe dicunt : ſed etiam in ſuperioribus:ut in celis & planetis :
unde ſol eſt planeta dignior quam luna eo:quod fortuna uult & ſol calefacit.apud nos hodie magis &
cras minus:quia fortuna uult:obſeruatur magis ordo in celeſtibus corporibus quam in hiis inferiori-
bus eo q̄d fortūa uult.Iſte homo ſepenumero recipit extrema bōa aut extrema mala:que a caſu eueni
re uident:& ille alter hō ſemp ī uno & eodē mō aut parū differēter ſe hēt:q̄a fortūa ita diſponit partia
liter operando. ¶Et quamuis omnes adorantes fortunam:ita diſtincte diſponere neſciant : hoc ar-
guere uolunt:ut per ponētia ab ipſis facile comprobatur. ¶Vnde etiam faciliime nos contra tenen
tes hanc opinionem falſam imaginationem eorum reprobare poſſumus.quoniam unum tantum eſſe:
omnipotens eſt.& iuxta uelle operari poteſt. & talis ſolus deus eſt : & deus ſummus bonus : atq; actus
purus:& quicquid actus purus non habet in ſe bonum & malum.quoniam tūc nō tantum compoſitꝰ:
ſed imo de contrariis cōpoſitus eſſet:& nullū cōpoſitum actus purus.unde abſurdū eſt inferre fortunā
tāquam deam.quicquid uult operantem ſe habere:cum ſolus deus oīpotens.& penitus liber :ad ea que
operanda uult:ſed ſemper bona uult quia optimus:licet quod nōnulli inſani dum malam curam in re
bus ſuis ponunt:dicunt deum partialem eſſe.ſed dum recte aſponeremꝰ ea que nobis eueniūt:quomo
do habuerunt ortum:& poſt natiuitatem proceſſerunt palam inueniemus.Iuxta ītellectus & ſenſus no
ſtros qualiter a nobiſipſis aut a ſimilibus particularibus hoc uel illud ortum habuerit:inquantum talia
particulariter eueniunt.& ſic bona ſunt operāda.quoniam de hac īfirmitate uel illa caſuali ab aliquo
cibo humore ferro lapide aqua aere igne fame ſiti aut ſimilibus ab hac compoſitione diſſoluturi ſumus
& bona temporalia non ſunt proprie noſtra niſi ad uſum per aliquos dies tributa : & quod hodie uel
cras ipſa perdamus:nil ex hoc de eſſentiali noſtro amittimus . ita quod bonum eſt agendum.& ſi bo-

num uel malum nobis euenit:nõ est blasfemãdus deus.sed imo cõmẽdãdus eo quod ipse semper bona agit.sed de nobisipsis quãdoq; laudari & quãdoque uituperari tenemur.non autem de fortuna aut casu tanquam de re determinata ad prebẽdum nobis tũc hoc bonum.& tunc illud malum.

Vtrum deus per misericordiam peruersis parcere queat. Cap.cxcviii.

¶Perscrutandum est utrum deus p misericordiam possit malefactoribus secũdũ ordinariam rationem parcere.ad quod dicimus i deo iusticiam & misericordiam equales esse:ac semp simul cõcurrere. & quia equales nõ potest aut nõ debet una alteri aduersari.quod manifeste apparet.quia dum aliquid ratione iustũ agere uolumus:ut cuiquam parcere:quem diligimus atq; desideramus aliquem habere colorem.quo sibi parcere possimus.Si enim colorem adinuenimus errãtem ultro absoluimus.Si uero aliter reperitur:quis misericordia moti de perditione sua condoleamus:opus est iusticie locum prebere.nãq; aliter iusticia penitus de misericordia conquereretur.quoniam nullam causam parcendi habet.quod si indulxerit agit id:quod nollet:ut iusticia contra ipsam ageret.& similiter quando peccator se taliter disponit:quod deus parcit:& iusticia nil aliud uult:q̃ sequi suum ultimum rigorem:tunc misericordia cõqueritur.quia dicẽdo rigorem intelligitur:quod peius q̃ possit fiat.Quapropter tenendum est deũ semper uti misericordia una cum iusticia nulla tamen istarum alteri cõtrariatur.& sic qui peccat nõ debet dicere deus me ad isernales cruciatus atq; stygios gehẽne reatus impellit.& coercet.imo quod ex peccatis solum & nõ aliter proueniat.

Cur deus & multominus aliquis princeps nullam habet potestatem absolutam uel talem quin sub ordine cadat. Cap.cxcix.

¶Quũ exposci soleat utrũ de potentia absoluta deus bonos ad inferos mittere possit & malos ad gloriam.uidendum est an in deo aliqua potestas absoluta sit ab omni ordĩe exempta:ad quod sub paucis respondendum est:q; nõ.quoniam deus purus bonus est nil de potentia in ipõ admixtum. ¶Nũc sic.omne bonum ordinarium:& econuerso.qm̃ hoc sine illo non datur.nam nil bonum quin ordinariũ sit.nequidem ordinatum:quin nõ sit bonũ.deus est summus bonus.ergo summus ordinatus.& ubi summa ordinatio non potest aliquod inordinatum manere.cõstat deum nullam potestatem absolutam preter ordinariam habere:qm̃ semper que meliora sunt agit.& oĩa bona ordinaria. ¶Verumtamẽ ubicũq; legi sue non aduersaretur.potest remouere omnia:que nũc sunt.ut deinceps aliter se habeant.tñ nõ tẽdẽdo ad deterius:nisi ut melius res se habeant:quam prius erant si fortasis propter errores creaturarum deus ipsas ad aliquod supplicium nõ cõdemnaret.eo q; bonos remunerarẽ:malos autem puniri sub ordine cadit.& econuerso agere:cõtra ordinem est.deus enim nil contra ordinem agerẽ potest: nam malum operari debilitas:nõ enim potestas est.deus est oĩpotẽs.igitur nullum malum operari põt. Vnde sit:q; stante ordine q; malum sit bonos ad iferos expellere:nõ cadit sub potestate dei q; talia fiãt.
¶Tamẽ si deus aliquam de hoc necessitatem haberet:uidelicet q; bene operãtes homines ad patiendũ in inferos descenderent.tũc caderet sub potestate dei q; boni ad supplicium eternum condemnarẽtur:qm̃ de quocũq; uero ordine ad maius bonũ attẽdẽdũ ẽ.deus habet necessitatem ut nos dato q; bñ operemur in inferno patiamur.igitur bonũ est:& sub ordine cadit:q; fiat:quoniam deus multo melior creaturis est.unde poti9 ad bñficiũ suũ aspiciendũ.quam ad bñficiũ creaturaꝝ:ut i nobisipsis exẽplo probaẽ.quoniam terram fundimus:arbores amputamus:& comburimus:sensualia animalia occidim9: & comedimus:atq; plura similia alia ad libitũ agimus.non ex hoc male operari arbitramur:eo q; nos multo digniores quam hec alie res sumus.& necessitatem habemus:ut ita in iacturam earum fiat.& isup talem etiam uidetur a natura & lege inueniri ordinem q; fieri debeat. ¶Sed q; boni ad iferos descẽdant nullibi inuenitur causa:quoniam deus non habet similem necessitatem:nequidem sub aliqua natura & lege fieri debet.quocirca palam constat deum non posse bñ uiuẽtes ad infernum condemnare: quoniam non inueniẽ magis bonũ propter quod fieri deberet.nam si inueniretur:de9 potuisset id agere:& egisset.qm̃ semper que meliora sunt agit. ¶Nũc uero in superiorib9 aspiciendo facillime de potestate absoluta principũ agnosci potest:ita procedendo deus quãuis summus dñs nullam habet absolutam potestatem:q; sub ordine nõ cadat:idest semper ad bonum operandum. igiẽ multominus iferiores dñi absolutam potestatem:quin sub ordine cadat habent:licet q; p uim seu uiolenter in uirtute subditorũ ipsos principes sequentiũ interdũ multa operanẽ:que sub ordine non cadũt:que opera absoluta denominari solẽt.ut interdũ dicitur hoc de plenitudine potestatis domini fit:quãuis hec uerba iterpretata ut interpretari deberent sub ordine cadũt.nam potestas plena uel non plena principis ad bonum in cõmuni operandũ & in particulari extendiẽ.qm̃ sub tali conditione gubernatio tradita ẽ eis: nõ autem ut uiolẽter ad libitũ iacturam contra populum operenẽ. ¶Concedimus unũquẽq; pricipem i dominio suo posse leges agere:& ipsas disrumpere.sed semp oportet hoc & illud sub ordine fieri aliqua necessitate urgente.nam innouare id quod malum est i preiudicium multorũ:quamuis sit bonũ

& utilitas alicuius particularis:tale bonum fieri nõ debet.saltem dum paruũ bonũ est ad iacturam que sequitur comparatum.sed dicamus ꝙ bona est lex iam acta nullatenus per principẽ qui eam constituit disrumpi potest stante necessitate ipsius legis.Si modo ĩ loco illius legis alteram perfectiorem priceps nõ tradit.qm̃ nullus habet licẽtiam:sic uel sic ad malum operãdum. ¶Et in hoc loco possumus ponere quẽdam casum ita dicẽdo.Imperator ponit sup subditos eũtes & redeũtes aliquod subsidium absq̃ aliqua necessitate.tamẽ in preiudicium multorum fit.quidam cõqueritur de hac iactura:inuenitur ĩ lege illa de plenitudine potestatis principis actum eẽ:iubet imparor ut ratio fiat huic qui de lege sua cõqueritur.Vtrum iudex contra patientem iniuriam:uel contra imperatorem iudicare debet. non cõtra patientem iacturam:quia iniuriatus est.& nullus sub ratione iniuriari potest.ergo cõtra imperatorem sentẽtiandum est eo ꝙ legem inordinatam sanciuit.& de iure contra omne inordinatum eundum est.

¶Irascitur princeps de sententia contra ipsum illata allegãdo:quonã pacto iudex cum subditus sit: potuit contra legem imperatoris dicentem.de plenitudine potestatis domini iudicare. ¶Ad quod respondendum est.ꝙ ipsemet imperator contra seipsum sententiam tradidit.quum legem per ipsum factam:an bona esset:in manibus iudicis posuit.qm̃ dicendo uideatur de iure utrum hic : qui conqueritr̃ rationem habeat:& ipse conqueritur de lege. sequitur:legem ipsam examinãdam esse:an bona uel mala sit:est in preiudicium illius hominis absq̃ aliquo alio maiori bono in beneficio aliorum hominum: constat esse iudicandum contra legem a principe factam.& ꝙ ita sit experientia patet.nam ubiq̃ dum aliquis princeps iniuriam ad libitum preter omnem ordinem infert:alius prĩceps successor soluit similia scandala.per antecessorem suũ acta:si bonus successor est.licet quia aliquando cã alicuius particularis lucri sibiipsis.non est eis cura soluere leges ab antecessoribus traditas.quãuis de plenitudine potestatis preter omnem ordinem in iacturam multorũ acte sint:tamen hoc pessimum est:qm̃ peccat:q eas agit:& peccant agẽtes ipsas obseruare.

Quot dies fuerint anni ante diluuium & quomodo parum differre poterant ab illis quos nunc numeramus. Cap.cc.

¶Circa aliquos differentiam inuenimus in cognoscendo:quot dies ãnus ante diluuiũ continuerit. quidam enim uolũt:quod esset unus ãnus hyems:& estas alius.& in alia parte quod de quatuor mensibus constiterit:alii autem lunares ãnos esse inquiũt.Quocirca aliq aiũt:quod un9 annus ex his nostris decem uel duodecim de illis iam preteritis continebat.Hec autem pars facillime repudiari potest secundũ naturam loquẽdo.nam de quibusdam illius etatis legit̃.qui filios generabãt anteq̃ decimũ etatis annũ de nostris habuissent:si modo ãni sui lunares erant:quod non conceditur penes ordinẽ natura nobis tributũ.Cui9 talem habem9 experientiam.quod sufficiet ad probãdum nobis datam fuisse potẽtiã generandi certo ac determinato alicuius temporis limite.& quod natura nequeat aliquo medio alium nouũ ordinem inhibere ab illo scilicet:quem deus principio statuit atq̃ mandauit:ut fieret:plura enim alia animalia uidemus:que filios generant sex uel septem mẽses habentia.ut sunt hyrci agni & alia bruta animalia in tribus aut quatuor ãnis.& fit in etatem ascendendo secũdum quod est species longioris uite:& finaliter uidemus.quod natura hominis non est ad generandũ usq̃ quo transeat ad minus per duodecim annos.Vnde necessario probamus:quod ãni ĩ prima etate erant multo lõgiores lunaribus: quemadmodũ ulterius patebit.Ante diluuiũ de quibusdã legitur:qui ĩ trigesimoquinto etatis ãno genuerũt:sicut iaphet:qui uixit triginta quinq̃ ãnis:& genuit xalem.& xales triginta.& genuit xaleth. & abeth uixit triginta annis.& exinde genuit ren.& sic quoq̃ alii ferme eodem modo.& unusq̃sq̃ illorũ diu uixit:& attingebant usq̃ ad sexcentos aut octingentos annos:& saltem necesse est secũdũ naturã quod duo ex istis annis essent:ut un9 ex nostris:nũc eni potentes sum9 ex quartodecimo ad quintum decimũ etatis annũ.Quoniam autem eo tpe uidetur:quod filios in trigesimo ãno generabant.oportet quod un9 illorũ annorũ saltem in se sex menses cõtinuisset.homo enim qui generaturus erat quindecim annos de nostris habuisset.Quia si anni lunares fuissent:de triginta mẽsibus filios generarẽt.qd secũdũ naturam nequaquam stare potest.Si uero eorũ anni de sex mensibus cõstabãt:quamplures illorũ hominum ad tricentos uel quatricentos annos de nostris attingebãt.& adhuc magis ueluti mathusalem.Moses siquidem nullam assignauit differentiam.& quod diutius perdurarẽt nulli est dubiũ.Deus enim dicit circa diluuiũ tam longam uitam homini dedi:qd creatorem suũ dereliquit.Deinceps ait sit uita eius centum & uiginti annorum.Sed quia deus in nulla re impeditur:postq̃ his uerbis usus est. & cessante diluuio quibusdam particularibus personis plures annos uitales addidit.ultra filios centum & uiginti in generali constitutos.Ante diluuium siquidem dum homines ad sexaginta uel septuaginta annos attingebant communiter filios generabant.& possunt esse quinque anni de nostris si sui lunares erant & tamen per octingentos aut nonagintos annos uiuebant.Vnde dato ꝙ quatuor menses essent unus annus in eo tunc per trigintos annos durabãt.Post diluuium uero in etate trigita aut quadraginta ãnorũ generabãt filios.& quidam ex his per quatercẽtum annos uiuebãt.Dimittemus de natura & ad hystoriam deueniemus:quia iam penes illud quod ad presens uidemus: in hominibus nõ

possumus cognoscere. Quod in aliqua etate uixissent per tot dies. Sed solum ex sacra scriptura accipimus. quam Moses scripsisse tenemus. ab initio mũdi usq; in suum temp9. & uitam antiquorum p ãnos diuisit: Quemadmodũ faciebat de illis: qui sibi coetanei erant. quapropter dicendũ est annos fuisse omnes in longitudine equales. ℂSi forsitã in hoc loco nõnulli inferre uellent: quod anni circa primos homines intelligebant secundũ quattuor tempora anni. primum uer estas autũnus. & hyems: Vñ dici potest unus ex nostris annis quattuor de antiquis continere: & sic p ducentos annos aut parum magis primi homines uiuebant: sed quod similes anni de ratione intelligi nõ possint. multa manifesta habemus: nam ab antiquo uelut & nũc oẽs dies omnes menses oẽs ãni iuxta aliquem pfectum cursum solis uel lune assumuntur: In quattuor temporibus que diximus nullũ perfectum cursum solis neque lune inuenitur: intelligas perfectum in aliquo tempore istorum. sed in tercentos sexaginta quinque dies atque tot horas solis cursus perfectus sit: aut uero in dimidio istorum dierũ: uidelicet dum sol decurrit. de tropico cancri ad capricornium. per quam latitudinem bis in anno trãsit. & sic possumus dicere esse duos annos uel duos discursus solis in uno nostro anno. sed secũdum quattuor tẽpora nullũ distictũ atq; pfectum cursum solis inuenimus: nisi quod secundum maiorẽ extremitatem caloris frigoris & temperiei: nos quattuor tempora describimus. tamen ãni uocari non possunt eo quod ad nullum perfectum cursum solis neq; lune assumpti sunt: unde iuxta rationem necesse est assummere annos antiquorum: quos Moses descripsit ueluti nostri assummũtur. aut saltẽ per dimidietatem iuxta cursum solis: nã perfectus cursus potest denominari dimidium quod nos uocamus & perfectus integer.

Qualiter uerũ subiectum in simplici theologia deus est: in quo non ingrediuntur omnes facultates simpliciter assumendo. nisi inq̃tum i primo esse omnia a deo depẽdẽt. Sed quum dependentia aliq̃d opus ꝓprium siue appropriatum habeamus: hoc i theologia dei non cadit.

Cap. cci.

ℂSecũdum quosdam auctores uidetur dici omnes propositiones omnia scibilia esse de ratione theologie: simpliciter theologiam assumẽdo. Sed ut facilius uideatur. utrum omnes facultates atq; oẽs propositiones de theologica ratione sint: primitus uidendum est de ipsius theologie subiecto: subiectum pro fine ut nos assumere solemus. & finem dum de theologia tractaturi sumus: semper de intrinseca & extrinseca dei cognitione imaginamur: intrinseca in eo quod deus exemptus & extrinseca seu ad creaturas respiciens: inquantum deus creator est. Sed quomodocũq; sit de essentia dei & operibus eius scire intelligimus: dum de theologia tractamus non autem de aliis rebus: & plura inueniunt: que deus non sunt: q̃uis oĩa ab ipso dependentia. Sed dependentia: & dans dependere nimium differunt. Vnde dicimus creare est deus: & creari creatura. Quocirca si deus est subiectum seu finis in theologia: opus ẽ ipsam theologiam in se cum deo simpliciter conuerti. Quum omnis bona sciẽtia cũ fine suo cõuertatur. & creari uel creature: quum deus nõ sint nequeunt esse finem seu subiectum i theologia. & id quod nõ est de subiecto minime in ipsa theologia recte poni põt. ℂCõcedim9 quod iquãtũ deus est creator: oẽs res per primũ principiũ ab ipso depẽdẽt: & nõ possunt per uerũ essendi principiũ cognosci. si modo aliquam cognitionem de creatore non habemus. sed tãtũ illa principia sunt opera imediate a deo depẽdẽtia. Verũtamen i operibus ad que creature occurrunt: sicut in generãdo corrumpẽdo uiuendo moriẽdo mouẽdo cibãdo interdũ orãdo & iterdum blasfemãdo: nequaq̃ sunt simpliciter a deo depẽdẽtia. & quia nõ simpliciter nec uere cadũt in theologicã facultatem. licet deus continue prouideat: quod operari possumus. neq; ex hoc sequitur a deo oĩno facta esse cũcta opera: que nos uidemus. Nã rex seruo iubet quod eat iudicatum super aliqua ciuitate: cui potestatem ultro operãdi concedit. Sed precipit quod bonũ faciat. & si postmodũ malefacit: ipsum punit. nõ igitur opus regis fuit mala serui operatio: q̃q̃ ab ipso domino operãdi potestatem assumpserit. & sic deus q̃uis prohibeat ut operari possim9: multa equidem agimus: que opera eius nõ sunt: & similia nõ theologia sed moralis facultas uel opus hominum de ratiõe uocãda. ℂEt si isertur: quod quicquid scit deus theologaliter: hoc ẽ per seipsum scit: & nil a rebus cõmotus itelligit: nequidem ab his itelligibilib9 aliquam perfectionem assumit. Sed poti9 quod res itelligẽdo perficit. hic nil ad propositũ huius facultatis. Exempli gratia nos multa itelligim9: que homines nõ sunt: nec ad moralitatis facultatem attinẽt. & facultas nostra uere moralis est. Dimittimus hic quod a rebus: quas itelligimus perficiamur: uel nõ perficiamur. & nostrum conceptũ insequamur: uidelicet quod multa itelligimus. que homines nõ sunt. licet quod quecũq; scire possum9 humane scientie attinẽt: idest humanus potest ea cognoscere: & eodem itellectu quo itelligimus hominem intelligim9: alia animalia elemẽta celos angelos ac deũ: & tñ sub alia ratione intellig mus hominem. & sub alia equũ: taliterq; dũ hominẽ intelligimus humanitatẽ noscimus: siue explicamus. & dum equũ equinitatem: Equinitas uero & humanitas: atq; cõsuetudines hominis & consuetudines equi de principio medio & fine differũt. quocirca multa cognoscimus: que nõ sunt de moralitate seu facultate hominum. & sic deus aliud cognoscit dũ seipsum intelligit: & aliud dum creaturas: & ubi ipse simplex finis est: nõ potest aliud & aliud dari. Deus est simpliciter subiectum seu finis. In theologia igitur nõ cadunt omnes fa

cultates atq; omnes propositiones in subiecto theologico cõcesso:quod omnia entia deus sint : aut ab
ipso depẽdentia:que uero ad extra oriunt deus nõ sunt.& quicquid nõ deus minime de subiecto theo
logie.Et si asseris inquantum ab ipso emanãt.de theologali facultate esse nequaquam hoc stare potest.
Nam deus eternus est.& quicquid creat seu operatur ab eterno creat.& tamen res ab ipso operate pri
cipiate extũt.At deus quum simpliciter eternus sit extra eternitatem operari nequit.& eternitas nil de
priori neq; posteriori refert:preterq̃ de uno indiuisibili presenti istanti.Nihilominus plures res ab ipso
create seu producte tẽporales sunt.& oẽ temporale necesse est in tẽpore operari:q̃uis ex parte dei eter
naliter & in uno solo instãti omnes creati simus.sed ex parte nostra principiati ac temporales eximus.
Vnde nõ sumus dii nequidem de intrinseca eius scientia.inquantum creature sumus.licet quod de9 p
suam simplicem essentiam nos cognoscit.ea uero cognitio deus est:nõ autem creatura:qa ego cogno
sco equum p intrinsecam proprietatem meam.& tñ ego nõ sum equus:neq; talis cognitio de equo as-
sumpta est de intrinseca hominis essentia:quãquam per hominis eẽntiam cognosci queat. qua de re fa
cillime uideri potest:qualiter deus plura cognoscit:que non sunt intrĩsece de theologica facultate assu
mendo theologiam pro essentia.& opus dei essentiam simpliciter.& opus immediate ab ipso solo ema
natum.Nam sub alia ratione cognoscit hominem sub alia elemẽtum sub alia celum sub alia angelum
& sic de reliquis.unde sequitur plures facultates & propositiones inueniri:que in theologia simpliciter
non concluduntur.Nam de cõmuni ordĩe sciẽtie diuiduntur iuxta res:& non res a dispositione scien
tie.licet quod scientia dei causat res.& nostra a rebus causatur.Verumtamen in eo quod liberi sumus:
multa agere possumus:que neq; de iussu neq; de uoluntate dei sint:ut latius patet tractando de scien-
tia dei circa creaturarum operationem.nec dicas prescientia:quoniam in deo nulla cadit prescientia.
quum omnia clara uisione de presenti uideat.tametsi inquantum ad aliud dependerẽ dicimus:nil a no
bisipsis operamur.& in hoc modo tanquam secunde intentiones nos habemus:idest nõ formaliter per
nos:sed ad aliud significatiue.Assumptus uero homo in se inquantum homo:equus inquãtum equus:
lapis inquantum lapis absq; alia respicientia formaliter se habent.& non materialiter tanquam prime
intentiones.ueluti petrus uel ioannes ĩ scripto aut ĩ uoce.nãq; assumpto hoc scripto aut uoce in se pri
ma intentio est.Sed significatiue ad hominem in re secunda intentio uocatur. ¶ Domus inquantum
talem habet figuram:precise ab architectore dependet:sub qua significatione tanquam secunda inten
tio se habet:idest ad aliud significatiua.Domus autem in se considerata tanquam prima intentio assu-
mitur.Vnde fit quod possumus uidere cognoscere & contemplari domum:q̃uis architectorem eius nõ
cognoscamus.nec de ipso animaduertamus.ex quo probatur:quod ipsa domus aliquã habet proprie
tatem sibi competentem.& ab architectore distinctam.Nam aliud est ponere lapides & ligna simul : &
aliud lapides & ligna simul manere.& contra uentos pluuias calidum & frigidum resistere:sub qua mã
sione atq; propria domus operatione ipsam a suo magistro distinctam cognoscere possumus.Nam do
mus ad intra seu in mente architectoris non est eadem domus:que postmodũ fit ad extra: quoniam in
magistro imaginaria uel in anima seu tanquam in esse essentie quodammodo in sola potentia ad futu
rum tendente:& ad extra realiter domus existẽter manet.& existenter tanq̃ in ultima specie ad actum
deductum & imaginarium ad aliud tendens nimium differunt. ¶ In quo facile cognoscere possum9
qualiter nõ omnia sint digniora ĩ suis causis:q̃ ad ultimas species deducta immo pro maiori parte mi
nus digna sunt quoniam in suis causis potentialiter se habent.& ad ultimatas species deducta in actu
existenti.& quod actus seu existere sit multo dignius potentia seu possibilitate omnibus cõstat:ut exem
plo uideri potest.quemadmodum dicendo:Dignior est domus ad extra q̃ in mẽte architectoris . quod
in mente imaginarie seu potentialiter se habet.& ad domum extrinsecus tendens.& si dicis quod di-
gnior in mente eo quod in digniori subiecto manet:minime hoc ualet.quia multa sunt in homine:ue
luti excrementa ac diuerse cogitationes.que pauci ualoris sunt:quanquam in optimo subiecto . & sic
nullus optimus magister contentatur:aut uere quiescere potest ex eo quod domum in mente edifica-
uerit:nisi extrinsecus ipsam elaborando:quia eo tunc finis eius ad actum deductus est . neq; intelligas
domum omnino ad extra ab imaginaria domo dependere.sed principalius ab ipso architectore reali
ter siue actualiter assumpto.& sic si architector manus non apponeret cumpluribus membrorum la-
boribus nunquam domum ad extra per solam imaginationem edificaret.qua de re architector a quo
domus ad intra & domus ad extra emanant dignior est:q̃ aliqua istarum domorum.At domus ad itra
non tanq̃ principium nec finis.sed tanq̃ medium a principio emanatum:& ad finem tendẽs se habet.
& medium de naturali cursu non est adeo dignum ut finis.Animalia ueluti corpora hominum in ele-
mentis sunt priusq̃ ad speciem hominis deducantur.& ibi elementa sunt non autem corpora hominũ.
tamen in eo quod ad futurum tendunt:omnia elementa sunt in potentia seu possibilitate transeundi
in corpora hominum.que proprietas uirtualis continẽtia dici solet.licet ibi quo ad ueritatem nulla sit
talis continentia.quum continere aliquid in se alienum habere dicat.& materia que nunc est in nobis
in elementis existens de propria specie ipsorum elementorum erat.nõ autem hominum. Verum essen-
tialiter seu potentialiter manebat ad transeundum in alteram speciem.At non solum illa pars que in
corpus hominum transiuit:quoniam omnia elementa similiter se habent.Vnde rectius diceretur:ele-

menta sunt apta ad transeundum in corpora animalium:q̄ dicendo elementa continent animalia uirtualiter. Nāq; in eo tūc elementa sunt & non animalia. ¶ Tandem corpus hominis dignius est ī humana specie positum:q̄ erat illa materia dum in specie elementorum manebat. Animatum enim inanimato dignius:dicūt ranam a sole uirtualiter esse contentam. In quo dicēdum est nullam ranam esse in sole. nisi quod sol habet uirtutem:seu aptus est ad cōcurrēdum in generationem rane. sed ī eo quod rana dignior est ad extra q̄ in sole. Ipsa uero uirtus solaris que nunquam transit in ranam. nisi ꝙ ad generandum ipsam occurrit. multo dignior est q̄ rana. ¶ Et sic deus seu diuina occurrentia ad productionem auxilium & operationem creaturarum multo dignior est q̄ creature. Sed absurdū est dicer̄ qđ aliqđ qđ ab eterno est deus:postea in creaturas transeat.

Prologus Tertii Libri.

¶ Varias in prīo huius uoluminis circa legum diuersitatem opiniones īseruimus. unde perspicue cōstat nos una tm lege saluos fieri posse. & non multis aut sine lege. In secūdo aūt de differētiis ac discrepātiis philosophorum religiosorum & irreligiosorum aliorūq; similiū. Verū in hoc tertio in quem aggredimur. de tribus legibus enucleauimus:ut de Mosaica christiana & maumetana:ac de his solū pertractabimus. quum he duntaxat pro legibus habeātur:licet alias opiniōes quidam sectent̄:qui nec unū solū deū esse confitētur:neq; firmam stabilem uel ordinatam opiniōem retinēt. Quoniam uero satis ī primo libro me probasse arbitror:quo pacto una tantū lege & nō multis saluemur. hic tres istas leges ī examen adducam. ut facilius percipiatur:que nam maiorem sufficientiā habeat:ī qua nos saluari possemus. Vt autem dilucidior declaratio fiat:quasdam auctoritates subnectam:q̄uis cōmuniter unusq̄sq; de lege tractando pluribus utatur:& ad libitum exponat. Quamobrem alique a me posite in pede litterę declarantur:que ex se erunt oībus aliquid legentibus manifeste. Primo aūt uidēdum est:que nam istarum legum plus uerisimilis sit. quod fuerit per plures ānos ꝓphetizata:anteaq̄ lex ipsa īstrueretur:aut uero an sit de oībus his tribus legibus uaticinatum. & similiter:que nam ipsarū maiorem efficatiā possideat ad uēdicādas sibi prophetias de uero messia uaticinātes. Deinceps quo ad naturalia merita uidebimus:que lex sit. que maiorem bonitatē intrinsecā contineat. & probādo hoc de bonitate uniuscuiusq; legis:perscrutabimur postremo de mysteriis ecclesię. Vt sciatur utrum illa que in ea cōtenta sunt cū messia ī lege promisso cōformētur.

Quod moses nō fuit promissus in humani generis saluatorem. Cap. i.

¶ In hoc tertio libro primum quidem de lege mosaica:aut de promissionib9 ī ea positis pertractabitur:ī quo ita breuissime dicimus:quod si īuestigare uoluerimus. per totam legem nature ab adā usq; ad Abraham nō inueniemus. Quod deus promiserit mosen esse saluatorem hoīum:& quod in Abraham ysaac & iacob deus filios possessiones & diuitias spōdere ceperit:nō enim dicit in celo se illis daturum gloriam:presertim per manus mosis uel cuiusq; alterius similis. Verumtamen deus multociēs patribus pro filiis priuilegium elargiebatur. ut essent populi israelis gubernatores & hoc pacto cōcedimus mosen fuisse promissum ad conferendum hebreis remedium:ipsos extra egyptum deducendo. ne in captiuitate pharaonis manerent. & aliquam metam uel semitam assequendi creatorem suum ostenderet: nō quod declarasset mosen aut quempiam alterum sibi similem omnino saluationem seu gloriam animabus esse daturum.

Quatenus maumetus & sua lex non fuerint sufficientes pro salute mortalium. Cap. ii.

¶ Hic uero maumetanam legem. post mosaycam ponemus:ex eo quod de ipsa parū scripturi sum9 quia nullus propheta dixit nec maumetus nec quispiā similis. quod redēptionē & saluationē humano generi exhibituri essent quo ad animas & corpora. lex enim maumetana manifeste his duabus partib9

impugnat.quod experientia demõstratur.omnes enim uitiosi corporalia membra destruũt:& similiter animarum merita deturbant.& de hoc ubi oportunius erit extense tractabimus:atq; illic iterũ mentionem faciemus de hebreorũ & maurorũ lege:in qua maiorem partẽ suarum consuetudinum iuxta legẽ assumendo explicabimus.& ideo hic breuiter de maumeto & Mose scribemus:ex quo enim non inuenimus auctoritates denũciantes:quod aliquis istorum uerus messias fuerit:nec tẽporis iactura admittẽda est in obscuris auctoritatibus exponẽdis.ubi nolũt palam uel placide cedere.& quia uidetur pphetas clarius de christo enarrare:p consequẽs de ipso latius dicemus eo presertim quod hebrei & mauri ñ in quiũt.qd pphete eorũ essent adeo digni:ut nos de ppheta nostro asserimus.

Quomodo ex prophetarum & sanctorum uirorum auctoritatibus ostendit: quod unus esset uenturus Christus aut messias ad dandum humano generi saluationẽ. Cap.iii.

¶Iam sub paucis diximus Mosen & maumetum non fuisse prophetizatos.nec promissos pro mundi saluatione:quis ipse Moses tanq̃ unius populi particularis gubernator haberet.& maumetus neq; fuit pro corporum reparatione.neq; animarũ salute promissus.Deinceps uidebimus.si nos habemus auctoritates dicentes:quod unus christo similis esset oẽs homines redẽpturus:Quoniam uero auctoritates sunt cõmuniter multis hominibus note aliquas particulares interseram.& quod facilius iueniãtur ĩ hoc principio simul ipsas collocabimus.& postmodum circa ultimũ de ipsis facilius disputabimus:que quidem auctoritates licet pauce sint:sufficient ad ostendendam uiam sup quo in hoc libro tractare itẽdimus & denuo ad naturalem rationẽ accedemus.Multi enim inueniunt assidue in auctoritatib9 disputantes:& finaliter unusquisq; eorum in sua opinione persistit:nec moram ullam protraham ad declarãdum quãcũq; auctoritatẽ:sed tãtũmodo eas assignabo:ut in textu continẽtur:i quo quisq; cognoscet potest:quod prophete de christo loquebãtur de saluatore ac redemptore nostro uaticinantes.

Auctoritates de Aduentu messie. Cap.iiii.

Isayas.

¶Tradidi corpus meũ uulnerantibus & genas meas uellẽtibus:& non uolui faciem ĩcrepãtibus & expuentibus me:& quasi uultu suo & aspectu abscondito:ubi deridebamus eum.uere langores nostros ipse tulit.& labores nostros ipse portauit.& nos quasi leprosum reputauimus eum propter nostras iniquitates.attritus est nostris sceleribus & disciplina pacis nostre super eum & liuore eius sanati sum9.& in ipso nostre iniquitates sacrificate sunt.Quoniam ipse uoluit:& nõ aperuit os suũ sicut ouis ad occisionem oblatus est.& sicut agnus coram tondente se obmutescet. ¶Deinde inquit.Quis narrabit illius generationem:quia separatus est a terra uiuentium:qui non fecit iniquitatem:neq; in ore eius inuentus est dolus.

David.

¶Dederunt mihi i cibum fel:& a ceto potauerunt me.

Isayas.

¶A planta pedis usq; ad uerticem capitis non est in eo sanitas.

Isayas.

¶Et hic deus noster suscipiet uerecundiam restitutionis:& deus ueniet & saluabit nos.tũc aperient oculi cecorum:& aures non audientium audient.

David.

¶Pater meus es tu & deus meus:& susceptor salutis mee:& ponam primogenitum excelsum super omnes Reges terre.

Zacharias.

¶Dicit dominus in die illa:dissipabo nomen idolorum terre:qui habitant in ea.

Zacharias.

¶Gaude filia Iherusalem:quia Rex tuus ueniet iustus:& saluator.sedens super asinam & pullum filium subiugalem.

Zacharias.

¶Vulneratus sum istis uulneribus in medio illorum qui me diligebant.

Zacharias.

Foderunt manus meas & pedes meos:& numerauerunt omnia ossa mea.

Isayas.

¶Rorate celi desuper:& nubes pluant iustum:aperiatur terra:& germinet saluatorem.

Isayas.

¶Puer natus est nobis:& filius datus est nobis:& factus est principatus eius sup humeros eius.

Isayas.

¶Veritas de terra orta est.& iustitia de celo prospexit.

Isayas.

¶ Audite celi & auribus percipe terra: quia dominus loquutus ē: Filios enutriui & exaltaui: ipsi uero spreuerūt me: Cognouit bos possessorem suum: & asinus persepe domini sui. israel autem me nō cognouit: & populus meus non intellexit.

Abdias.

¶ Inuestigauerunt res suas absconditas: & posuerunt te usq; ad terminum omnes principes terre: sub ualitudine tua declinauerunt te. & conati sunt contra homines pacis tue: Qui comedūt tecum: ponent insidias sub te.

Abacuch.

¶ In terris uisus ē iustus: & cum gentibus conuersatus.

Osee.

¶ De māu mortis liberabo eos: & a morte redimā illos: Ero mors tua o mors: morsus tu9. ero iserne.

Abacuch.

¶ Potentia in manibus suis: & illic fortitudo est abscondita.

Moses.

¶ Mulier si suscepto semine pepererit masculum: imunda erit septem diebus. iuxta dies separationis menstrue: & die octauo circūcidetur puer: ipsa autem triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis sue. & postq̄ ipse moses inqt. oēs mulieres cōcipientes semen. uidet denotari aliquā mulierem filiū parituā: absq; uirili semine. qd in uirgine manifestissime cōprobat.

Isayas.

¶ Ecce uirgo concipiet: & pariet filium.

Hyeremias.

¶ O uos qui transitis per uiam attendite & uidete: si est dolor sicut dolor meus.

Hyeremias.

¶ Veniet transiliens colles & montes: & cum paupertate regnando cum silentio dominabit. & egredietur a uase uirgineo.

¶ Hic quoq; auctoritates aliorum sapientium ponentur. quemadmodum in lege confirmantur: licet non ab omnibus sint tanquam in necessarias concesse.

Sybilla Agrippa.

¶ Hoc uerbum tangam: & permittet: & sicut radices germinabit.

Sybilla.

¶ Regnante quinto thauro in bethelem iuda: & nazaret annunciabitur qui nascendus est.

Sybilla Samia.

¶ Ecce cito ueniet: & in paupertate nascetur & bruta cooperient eum.

¶ Mercurius trismegistus interloquendo cum filio multa de humana regeneratione dicit. Vnde asserit ante regenerationem nullum saluum fieri: & in declaratione ad filium expetentem: quis esset regenerationis auctor ait: dei filius homo unius uoluntate dei & filius referendo inquit. o pater stupidum me reddidisti. Et prosequendo ipse quoq; id est uerbum atq; a pristino mentis statu alienatus. & prius iam dixerat ille: qui prius fuerat mens nuper factus hoc mysterium. & procedēdo multa ex deliberatione humanitatis & expulsione demonum per deum facta predixit. Et trismegistus sane hic de mēte diuina loquebatur: quam deum siue uerbum generatum uocat. & personam secundam in ordine rerum. Quocirca mercurius ipse palam cognouit distinctionem in diuinis personis: quemadmodū & nos christiani dicimus. & ultra regenerationem siue saluationem humanitatis factam: per filium dei plura dixit: que in lege nostra completa sunt. He uero auctoritates iam superius annotate omnes aperte narrant de aduentu natiuitate uita & morte christi. ac de iudeorum deuastatione eo quod non cognouerint messiam. Quoniam autem aperte omnes iste auctoritates in christo complete sunt. hic ipsas nequaquā aliter exponemus. Quicquid enim sensibus patet nulla alia indiget probatione. Iccirco unusquisq; p seipsum uidere poterit has auctoritates idem esse cum illo: quod in uita & passione Christi cōpletum fuit. Licet ulterius de aliquo disputabimus super iisdem auctoritatibus fundamentū accipiendo. ¶ Salomon in libro sapiētie. ¶ Et Esdra quoq; in tertio sui operis: quasi aperte totam Christi passionem enarrat: hebrei autem non concedunt: id esse a salomone & esdra prolatum: quod utiq; non est ab eorum condictione alienum: scilicet quācunq; auctoritatem non facientem ad suum propositum deprauare. Christiani uero doctores ne uideamur legem quodāmodo in opinionem tenere in scripturis: quibus aliqua ambiguitas reperitur: ut de earum auctoribus non posuerunt similes scripturas inter canones. & sic sybille ex eo quod sub lege mosaica nō erant non habētur: precise pro autenticis. Sed quo ad ueritatem integre auctoritatis sunt. quum multa uaticinate sint: que manifeste uera esse constant. nec solum circa aduentum Christi: uerum etiam penes alia antiqua ueluti in historiis demonstratur.

¶ Sapientia narrando de hebreorum ingratitudine ac de mentis caligine & inopia inquit. uita & nomen suū in uanum redibit: & pleraq; alia similia uerba ostendendo: qd semetipsos odio eēnt habituri.

¶Vlterius ait queramus iustum: qui nobis erit inutilis & cõtrarius nostris operibus. quoniam repro bat nobis precepta legis: & detrahit precepta nostre disciplinę: fatetur se dei scientiã habere: & uocat dei filius. qd graue nobis est. quia dissimilis ẽ uite nr̃e. & tãquã mẽdaces ab ipso reputati sum9: & a nr̃is uijs se abstinet: sicut de ineptijs & ita discurrendo. ¶Esdra in capitulo primo & secundo tertii libri palam ostẽdit: quatenus iudei essent per uniuersum mũdum eijciendi ac dispergẽdi. & quod deus alias nationes suscepturus erat: que maiori deuotiõe & cõstãtia seruirent. & hic reminiscebatur beneficiorũ: que illis fecerat dicens: nonne ipos ex egypto trãstuli ac de solitudinis habitatione: & illi irritauerunt me: & consilium meum paruipenderunt. & tu quidem disperge super eos omnia mala: quoniã legi mee non obedierunt. & sic narrando de beneficiis a deo collatis: ut superãdo plures reges in nomine dei. ¶Postmodum ait transferam me ĩ alienas gẽtes. & dabo illis nomẽ meum ut seruent legitima mea: & quia dimisistis me: ego dimittam uos: & si misericordiam petieritis: misericordiam nõ habebo: & de= mũ dicit hactenus congregaui uos: sicut gallina congregat pullos suos sub alis: & noluistis. nũc uero a facie mea eijciam uos. & quum oblationẽ adduxeritis: auertã faciem meam a uobis: & dabo domus ue stras populo: qui nascetur: qui nõ audiuit me. & credet mihi: cui signum nõ est ostensum. & faciet: quod precepi. & per talia uerba idem propheta discurrit. ¶Et in eiusmodi proposito proseq̃ ẽdo hec uer ba testatur. Nomina eorum iter gẽtes sint dispersa. & dissipabuntur a facie terre: quia testamẽtum meũ irritauerunt. Ego enim esdra a domino hoc preceptum habui ĩ mõte oreb. ut ĩ israel irem. & postq̃ ad eos perueni reprobauerunt me. & mãdatum domini paruipẽderũt. Et in eodem capitulo testatur uidis se inter angelos filium dei. Iudei autem nõ cõcedũt hec esse uerba esdre. Sed ut superius diximus istud cõmune: est debiliorem partem tenentibus: qui nolũt scripturas que in oppositum fuerint conficeri: al legando: Quod nõ sint ex ipsis auctoribus: de quibus nomen assumunt. Sed si meminisse uolumus illo rum: que ĩ byblia sunt: palam nobis fiet. idem de hebreis exilium expectari. Quum oĩa sancta atq̧ hone sta denegare soleant. quemadmodum ĩ byblia cõstat. & hoc maxime comperimus. ubi deus dixit mosi: ut dimitteret populum: & quod eum ĩ gẽtem magnam exaltaret. Moses uero diligẽs populũ & cogna tionem suam: magno feruore deum orabat: ut populum non derelinquisset ĩ quo manifeste demõstra tur deum uoluisse eos derelinquere & alias natiões ad sibi seruiẽdum deducere. ¶Et hebrei nõdum tot scelera perpetrauerant ut a tempore mosi fecerunt: usq̧ ad tempus: quo esdra scripsit. Quotidie enim uacillantes ibãt: atq̧ dietim labãtes ob maximos errores. Quapropter deus permisit: quod iudei deuastati essent: & in captiuitatem positi. Quam quidem maledictionem frequenter eos prosequi uide= mus: nec opponere possunt: quod nos de ipsis has contrarietates scribimus postquam eos in miseria & calamitate prospicimus. Quum hoc sit antiquitus inscriptum. & ipsi in perfidia penitus indurati erãt: dum essent destructi per manus Nabuchadenasor Regis Babylonis: Deus ostẽdit se prebere eis talẽ penitentiam: propterea quod cõtra semitas iusticie uitam degebãt. Quocirca prius Ioachim & thesau rum solum accepit: & in captiuitatem deduxit. In secũda dũ sedechias omnia edificia in Iherusalem dis siparet: regem & alios q̃plures hebreorum primates ĩ captiuitatem tradidit. In tertia autem ad ipos de uastandos rediit. & Ioachim hebreorũ regem ĩ exilium expulit: & in aliqua omnium istarum destructio num nõ fuit redempta Iherusalem per manus alicuius hebrei: ut iam elapsis tẽporibus solitum fuerat. Sed deus Persarum regibus inspirauit ut ciuitatem Sanctam Iherusalem reedificarẽt. In quo plane ma nifestatur dominum cepisse ab aliis nationibus seruitium: atq̧ eis suam hereditatem exhibuisse. Et hę nationes persarum nõ descẽdebãt a populo Israelitico. nam Cyro Artaxerses & Darius pricipes ĩ ge nelogia cum hebreis ualde remoti erant. nihilominus deus illis ĩspirauit eo quod eum cognouerunt: ac deuote seruierunt sine quacunq̧ mutatione. que in dies fieri solet. nec possunt hebrei inferre quod iam deus non posuerat principatum in manibus eorum: tum in diuitibus tum uero in pauperibus. Quin immo ad peximeuluendum plerunq̧ solliciti erant. nam si interdum sui parentes per aliquod tempus religiose ac sancte uiuebant. filii & nepotes precepta transgrediebantur. & alienos deos colebant. Vn de nequaq̃ ab illis expectabatur aliquid bono exemplari redundans. & postq̃ rex Nabuchadenasor Ihe rusalem deuastauit: nunquam in amore dei populus Israel amplius permansit. ¶Verba igitur Dauid non possunt percipi de corporali reedificatione murorũ Iherusalem. ex quo aperte ait. Tunc accepta bis sacrificium iusticie oblationes & holocausta. propheta enim in hoc significat: quod gentes aut ope ra sua erunt deo magis grata in illo tempore: q̃ antea. Quod in oppositum contra hebreos manifesta tur eo tempore: quo menia Iherusalem reedificata fuerunt. post destructionem Nabuchadenasor. & le circo dictum Dauid de sola spirituali reedificatione a redemptore nostro exhibenda intelligitur.

Auctoritates duodecim patriarcharum de aduentu saluatoris. Cap. v.

¶In duodecim patriarcharum testamentis apertissime christi aduentus & passio demonstratur: que a greca in latinam linguam traduxit magister Robertus grossi capitis episcopus niconiensis. & simili modo Paulus episcopus burgensis. has auctoritates ab hebraica in latinam linguam interpretatus est. & de hoc non possunt dicere: quod iudeorum scripturas non uiderit. Quia peritus erat: & per multos

annos hebreus fuit. tamen iudei nolunt his omnibus patriarcharum auctoritatibus assentire. Nos uero ipsas tenemus ex eo quod a probis uiris sunt tradite. & etiam ex hoc quia cum aliorum prophetarum dictis conformantur.

Ruben.

¶Pro nobis mortuus est saluator in bellis uisibilibus & inuisibilibus. & erit nobis rex in eternum.

Symeon.

¶Dominus deus magn9 uidebitur sicut homo in terra. & saluabitur in ipso adam: quia deus assumet corpus. & comedendo saluabit.

Leui.

¶Cognoscetur dominus iudicia faciens super filios hominum. Quoniam fractis lapidibus & obscu rato sole ac spoliato inferno in passione altissimi non credentes homines permanebunt in iniusticiis. & propter hoc in punitione iudicabuntur.

Iuda.

¶Nascetur uobis stella iacob in pace & egredietur homo ex semine meo & sol iusticie: ambulando cum filiis hominum in mansuetudine & iusticia.

Isachar.

¶Ambulante uobiscum deo celi cum hominibus in simplicitate cordis: omnia ferocia campestria seruituti subiicietis & submittetis predominiis uestris.

Zabulon.

¶Post hec nascetur uobis homo iusticie: ipse redimet omnem captiuitatem filiorum hominum: & deū uidebitis in forma humana: & ad iracūdiā prouocabitis: & eritis deiecti usq; ad tēpus cōsumatōis.

Dan.

¶Deus in medio illorum erit cum hominibus conuersando: & sanctus israel ī humilitate ac paupertate super ipsos regnando.

Neptalim.

¶Per sceptrum uidebitur deus inter humanos: habitator inter homines: ut saluetur genus israel.

Asser cum filiis loquens.

¶Cognosco quod peccabitis: & omnes eritis ī manibus inimicorum uestrorum: usquequo altissim9 uisitabit terram: & tanquam homo ueniens cum silentio bibendo & comedendo caput draconis rumpet. aqua saluabit populum israel: & omnes gentes: deus in utero absconditus. secundū hoc filiis uestris dicite quod ab ipso non discrepent.

Ioseph.

¶Vidi quod de iuda nata sit uirgo: & ex illa agnus immaculatus productus: & omnes fere ī eum ipe tum fecerunt: quas ipse demum superauit.

Beniamin.

¶Obseruate precepta dei: quousq; deus salutem suam omnibus reuelet. Iudicabit deus principaliter israel de iniusticia: quam fecerunt. Quoniam ipso incarnato non crediderunt.

¶Vt autem possimus per uarios discursus: que obscura in sacris codicibus uidentur euitare: clarioribus dictis inhereamus. & quia repperimus quamplures auctoritates in puro sensu litterali de aduētu Christi asserentes: quod uerus messias sit: licet postmodum aliqua dicta repperiamus: que diuersimode uarias sententias significare uidentur: nil nobis impugnat. Quum precipuum fundamentum in nostro fauore circa litteram teneamus. & in oppositum nulla est manifesta auctoritas: quis aliqua sint: que ob quandam significationem possint in fauorem mosis et maumeti adduci. At uero eiusmodi auctoritates in se prorsus obscure atq; indeterminate sunt: & aduersus christum nullam confusam reperimus: immo quamplures plano modo per ipsum nobis manifestantur. Iccirco satis quo ad auctoritates cōcluditur: legem nostram ueram in se esse: et alias superfluas: dubias: et fallaces: que tanquam opiniones uidentur: quum in se aliquam manifestam auctoritatem uel ueridicam rationē non habeant.

An uenerit messias: et si uenit: utrum sit christus? Cap. vi.

¶In auctoritatibus iam superius positis: due partes precipue patent circa messie aduentum. prima quod erat uenturus et cuius condictionis fuerit: et qualiter ab hebreis crucifigendus erat. Secunda qđ iam esset prophetizatus per multas ac uarias minas: de amouendo a iudeis sacerdotio ac prīcipatu. et deinde q; eos minime esset in populum dei habiturus. Nunc uero due alie partes dicēde sunt: quarum prima: an messias uenerit? secunda: an is qui uenturus erat Christus fuerit? Ad primā breuiter respondeo: scilicet: an messias uenerit et ad hoc cōmunē prophetarum sententiā assumā: q uerebant̄ ueniente messia regnū hebreorū fore desoládū. ¶De tpe aduentus qdā scripserūt: ut Daniel et secūdū ipum iā p plures ānos elapsos christi aduētus cōplet9 fuit: et sacerdotiū ab illis amotū eē experientia cōpro

batur. Quum iam plusquam mille & quingentos elapsos annos dispersi & sine principe degant. Si uero mille & quingenti anni hoc ipsum eis non persuadent: nequaquã arbitror aliũ ãnorũ nũerũ posse eos a mentis caligine liberare. ¶ Vltra hoc hebrei etiam absq; principe sunt: nec possunt rationabiliter denegare: in christo non esse completas prophetias: de uero messia uaticinantes. Quum enim in passione christi pleriq; iudeorum in eum crediderunt: palam affirmant: quod Christus magnam similitudinem cum messia uere prophetizato habuerit: & non potuit esse falsus: eo quod messie similis: ut postea explicabimus. Quandoquidem has omnes partes animaduertendo: scilicet: uitam & mortem Christi eo tempore quo uenturus erat: & maxime iudeorum dispersionem considerando: nullo quidem pacto negari potest: quod aduentus suus iam non sit preteritus. ¶ Viso quod saluator uenerit: restat ut intelligamus: an Christus fuerit seu quispiam alter. ad quam quidem probationem non opus est plures discursus agere: quoniam per effectus Christi prophetarum dictis conformes apparuit: uerum esse humani generis redemptorem. Aliam quoq; partem manifestam habemus: eo quod nemo alius fuit q messias dici potuisset: nec in re dicitur: quis mauritani habeant: quod maumetus uẽturus erat ad declarandã legẽ. Sed ex hoc non affirmant: quod fuerit maioris doctrine uel equalis cum Christo: nequidẽ ex tã nobili natiuitate & progenie. & ob hanc cãm plures christi auctoritates assumunt dicẽtes: qd christus pphetã suum maumetũ prophetizauerit tanq̃ declaratorem: quod falsum est. ut in processu denotabitur. Christus enim de seipso simul cum patre & spiritu sancto predicabat: & nobis salutionẽ pollicebatur: admonens: quod tueri nos debeamus a pseudo prophetis in nomine suo uenientibus. Vnde nobis constat: quod uerus messias erat Christus: & quod uenit in similitudinem: quam de ipso prophete predixerunt. Siquis autem hanc partem negare uoluerit: uideat quatenus nulla naturali ratione nec morali duo opposita simul tantam habeant similitudinẽ: quantã Christus cum uenturo messia. ppter quam impossibile erat preter Christum alterum fuisse messiam: nisi deus id uoluisset contra suam ordinatam iusticiam: & naturalia merita facere. Quod nullo modo est credendum & sic si hebrei aut infideles uellent hos passus speculari: maximopere timebũt christiane legi nõ inhererẽ. Quod nos nequaquã timere possumus q̃uis iudeorum & maurorum legibus minime assentiamus: eo quod cum messia in lege promisso nullam habẽt similitudinem. Et nos uere scimus: quod si Christus legislator noster uerus messias non esset: ex hoc non damnaremur: q̃uis eum sequamur. Si enim Christus fallax fuisset: deus nos decepisset mittendo Christum adeo similem illi: de quo prophete tanquam de uero saluatore pronosticabantur: & quod Christus saluatori similis sit: patet: ex eo quod nullus homo est quo ad humanas uires: qui differentiam sciat & cognoscat inter Christum & messiam: per prophetas denunciatum. Quapropter eum negando in maximum errorem incideremus: ipse enim secundum sensum & intellectum uerus messias est.

De causa quam iudei allegabant: dum Christum ad mortem tradiderunt: & usq; in hodiernum diem alii quoq; iudei allegant: & quatenus falsum denuncient. Cap. vii.

¶ Cum omnes christiani tot bona de Christo dicamus: & uerũ messiam esse affirmemus: etiam: ne sola affectiõe moueri uideamur: argumenta seu causas: quas iudei de morte christi adducunt: audiamus. In scriptura siquidem: quam nos inuenimus: duo principalia atq; inter se uaria posita sunt. Christiani uero inquiunt: conformia auctoritatibus: que de uita & morte messie scripta erãt: uidelicet: quod Christus in lege promissus hebreos reprehẽsurus erat: p quã reprehẽsionẽ & uitã ab eorũ cõsuetudine alienam ipsum morti traderẽt: quod ita factũ esse christiani iserũt. ¶ Iudei aũt uario mõ exponũt: asserẽtes: qd Christus se dei filiũ uel deũ fecit: pp quã blassemiã eũ occiderũt: allegãdo: unũ dñm deũ tuũ adorabis: & illi soli seruies. & etiam i codicibus christianorũ inueniũ: iudeos hoc dixisse. dũ christum morti traderent: & iudei idem nunc asserunt. tandem non negãdo: ex quo cunctis hominibus patebat: scilicet: quod christus alias multa bona egerit: in quo quidem tempore ob suam integerrimam bonitatẽ: iudei in regem elegerunt: sed quod dum in blasfemia peccauit se filium dei faciendo: ipsum occiderunt. Et ita exemplificant. Lucifer creatura dignissima erat: & in plurimis bonis peragendis dignitatẽ possidebat. Sed peccando ad inferos impulsus: & quod sic Christus bona egit donec se filiũ dei uel deum denominauit. & hoc est principale argumentum: quod iudei in accusatione Christi adduxerũt: & usq; in hodiernum diem adducunt. ¶ Nos uero contra hoc tripliciter procedere possumus: & ubiq; ipsum facillime delere. ¶ Et primo ita dicimus. ex omnium malefactorum consuetudine est aliquam excusationem inhibere: & sic non est credendum: quod iudei inquiant: occidimus Christum ex eo quod nostras peruersas consuetudines redarguebat. Secundo quod non erat de ratione ipsorum iudeorum cognoscere: an Christus dei filius eẽt. nam secundum legem eorum: messiam dignissimum expectabãt: & omnia miracula que de ipso prophetizata fuerant per Christum indies implebantur: & in simili modo operibus credendum erat: ut ipsemet Christus testatur. Si non creditis mihi: operibus meis credite. Tertio si Christus tanquam lucifer fuisset: in eo instanti: quo deum se fecit: a cunctis miraculis peragendis cessauisset: ueluti lucifer. Qui eodem instanti: quo se cum deo equiparare uoluit: ad inferos depulsus

est.& quia christus dicebat se cum deo parem uel idem cum patre:similiter si mentitus esset eodem in stanti ab omni gratia dei abiectus fuisset.Sed quia in toto illo tpe: quo eum predicasse inueniat:semp sese filium dei atqꝫ idem cum patre eē dixit:& usqꝫ in passionem & post passionem plura ac maxima mi racula fecit:necessario seqt:qd uer9 messias fuerit:& sancta opa pegerit.Ipse eni:ut i aliis locis diximus: pre ceteris hominib9 q fuerūt sunt & erūt:extreme bon9 uel extreme mal9 fuit.si suppreme bonus:nul lum malum fecit.si uero malus:nullum bonum.Per concessa a iudeis multa bona peregit: igitur nullū malum.& non tantum ipse:uerum etiam discipuli in nomine eius miracula faciebant. ¶Preterea si lium dei penes dicta prophetarum se agere poterat:& nos asserimus: quod omnes uere prophetie de messia in lege uaticinato in redemptore nostro perfecte sint:& quod nihil fecit:quin a prophetis prius de ipso uaticinatum fuisset.Dauid in nomine dei loquendo ait filius meus es tu ego hodie genui te. & quum dicat hodie genui:necessario de generatione diuina & non humana intelligetur.¶Amplius au diamus Hieremiam dicentem:ecce dies ueniūt dicit dominus & suscitabo germen iustū ex semine Da uid:& regnabit Rex:& sapiens erit.Et subdit.In diebus illis saluabitur iuda:& israel habitabit cōfiden ter.& hoc est nomen quod uocabunt eū deus iustus uel dominus. ¶Et Baruth.Hic ē deus noster & non existimabitur alius aduersus eum:hic adinuenit omnem uiā discipline:& tradidit illam Iacob pue ro suo & israel dilecto suo:post hec in terris uisus est:& cū hominibus conuersatus. Cōsideres nūc ista uerba que de uero messia inferendo:deū denominant:& nullum deum ac dominū preter christum in terris uisum: nec denominatum fuisse legimus. nam ipse solus opera deo competentia peragebat. ¶Et moses in deuteronomio ait:De gente tua suscitabit tibi deus ipsum:sicut me audies.& subdit: Ponam uerba mea in ore eius:& loquetur ad omnia que precepero illi:& hec auctoritas mosis etiam de deo in terris uiso loquebatur.Quia de gente uel humanis erat eum suscitaturus:& deus unus est & non plures:& sic Christus non dicebat se alium deum:nisi filium dei:siue idem cum patre.& quia i ter ris auditus:nullum alium deū nouimus:nisi christū de gente suscitatum. ¶Isayas quoqꝫ & in terris uisus est:& cū hoibus conuersatus.& alibi:Et hic deus noster suscipiet uerecundiā restitutionis:& deus ueniet & saluabit nos.Nūc uideatis:an deus si carnē non assumpsisset uerecūdiā pati potuisset?Et Da uid:Ponā primogenitum excelsum super oēs reges terre.Et quum in monte synai deus apparuit mo si negans ostensionem faciei sue:inquit: Tollam manum meam & uidebis posteriora mea. ¶Nunc scitemur quidnam aliud apud omnes posteriora significent q̄ intrinsecam emanationē:& ad uidēdū ipsum oportet ut sub aliqua figura sit nostre humanitati uisibilis & conuersabilis. ¶Abdias.Inuesti gauerunt res suas absconditas:& posuerunt te usqꝫ ad terminū oēs principes terre:sub ualitudine tua declinauerunt te:& conati sunt contra hoies pacis tue:qui comedūt tecū ponēt insidias sub te. In his uerbis quidnā aliud intelligi pōt?nisi quod Christus deus & homo erat.Nā sub nulla alia potestate om nino operamur:nisi sub potestate dei.Vnde dū contra christū processerūt sub potestate dei operaban tur.In quo uerificatur auctoritas de xpo loquēs.Sub ualitudine tua declinauerūt te. Et quum deus nō comedat neqꝫ bibat prophetizabat hoiem simul cū diuinitate esse:asserēs:Qui comedunt tecū ponēt insidias sub te quod in Christo uisum est. ¶At modo his auctoritatibus inspectis.Quidnā de mali cia iudeorum ambigere possumus?quū christus in lege promissus per os prophetarū: deus & primoge nitus uocabatur.Quod si negauisset:uerus messias nō esset.& hinc ꝓbatur quatenus iudei propter ma liciam eorū:ipsum morti tradiderit. Queādmodū & q̄plures prophetas ante Christū morti destinaue rant:ex eo quod hebreorū uitia detestabant. ¶Vlterius petendū est si alium messiā propter eorum maliciā occisuri sunt:quā excusationē de tali crimine adducēt.nam sine aliqua oppositione non occi dent eū & oino occisuri sunt:si Christus uerus messias non erat. Quoniā aliter prophete in noie dei mentiti essent:quod est erroneū talia scilicet inferre.& iccirco aut iudei ponēt cōtra messiā uerū quod se filium dei facit:uel aliud falsum contra ipsum allegaturi:ob quā falsitatē dispergendi ac deperdendi erant per uniuersum orbē terrarū.Si eni contra Messiā falso non opposuissent: sequeretur ipsum Mes siam falsum fuisse.Sed prophete testantur:quod iudei ex propria malicia messiam accusaturi erant: & traditurí usqꝫ ad mortem restat manifeste excusationes suas falsas esse: & Christus quem occiderunt est uerus humani generis redemptor:nec est inferendum:quod post perpetratum scandalum omnes iudei in messiam crederent:aut quod peccatū suum confiterentur.Quia tunc non essent per mundū disper si:ut prophetie narrant:& nos omnes perspicimus: Si enim peccata sua confiterentur:cum messias in lege ꝓmissus optim9 atqꝫ sanctissimus eē debet:iuxta natur sue bonitatē & itegritatē unicuiqꝫ de suis errorib9 cōfitenti pcit:& qd iudeis ñ sit pcēdū:& qd semp dispersi:sequit:qd ꝓphete i noie dei cogno scebant:quod iudei nunq̄ de patrato errore in christum lege promissum confiterentur. ¶Vlterius interrogandum est a iudeis quo crimine oppositurí sunt contra eorum messiam in lege scripture pro missum?Quoniam penes omnes prophetas messias hic de quo loquimur:super Moyse & ceteris homi nibus habetur. Et si optimus:ut scripture ferunt:minime erraturus:& tamen a iudeis occidendus :& mors scandalosa atqꝫ publica:ueluti per prophetas narratur: dari non potest citra occasionem in qua excusari possint:qui eam patraturi sint.Legitur quod messias perfector legis exosus esset hebreis:& uia

eius diuersa a uiis eorum.iccirco non est asserendum:quod nouus sit post passionem Christi futurus: quandoquidem iudei contra Messiam multa aduersa posituri erāt.Sed dicamus quod non fit dictur9 se esse filium dei:& tamen in eo peccatum assignant:per quod ad mortem ipsum deducunt. Videatur qualis error minus scandalosus sit:q̄ se filium dei denominare:quum filii dei sint quicunq; bene uiuūt: itaq; nulla est blassemia.Sed homines occidere uel depredari:& mulieres alienas arripere aut alia & similia dirimere nullatenus cōmentari possunt:quod bonum sit. ¶Tam & si Christus dicat:Non ueni ponere pacem sed gladium.hic enim gladius contra temporales delectationes assumitur ad hoc quod anime beatitudinem attingant. ¶Et sic Christus inquit:pacem meam do uobis pacem meam relinquo uobis:non sicut mundus dat:ego do uobis.pax enim huius mundi paucis diebus corrūpitur:& dū durat inqeta siquidem atq; iualida.Quāobrē quū supiora incorruptibilia & corruptibilia simul recte uendicare non possumus: oportet quod in membris nostris gladium & non delectabilia adducamus. Et sic comprobatur semper Christum ad uitam eternā tendisse: & loquutum fuisse in quo nulla potest reprehensio inueniri. ¶In euangeliis quoq; inuenit:quatenus iudei plures causas quesierint:ut Christum morti traderent.Veluti dum quandam monetam sibi dederunt:credentes: quod Cesarem blasfemaret.Quibus tamen respondens ait.Reddite que sunt Cesaris Cesari:& que dei deo. Vlterius sacerdotes de sequela:quam Christus in populo habebat conquerebantur:quem iccirco tanquam seductorē appellabant.Est autem:ut uidimus:& iniquorum hominum consuetudo causas querere ad colorandū: praua eorum opera.nāq; aliter coram populo ea adimplere non possunt.Quumq; in animo fuerit sacerdotibus & scribis de occidendo Christum:una siquidem ex utrisq; uiis assumenda erat: hoc est aut ad secrete aut publice ipsum occidendum.Mors autem abscondita non conformabatur cum dictis ꝓphetarum de morte ueri messie in conspectu populorum patranda uaticinantium. Vnde Isayas de uero Messia loquens:ait:& cum scelestis reputatus est.In qua quidem auctoritate:acquiescere possunt omnes false cogitationes hominum:interdum contra Christum aduersa machinantium.quod sit tāquam malefactor inter iniquos tormentatus:& ad mortem deductus. Quod si secus foret sane asserendum esset quod uerus Messias in lege promissus non fuerit:a prophetiis de ipso agentibus:deuiando: quod palam in conspectu multorum hominum moriturus erat. ¶Et si moriturus de ratione uideri potest: quia si secrete ipsum occidissent nullatenus clare probare possemus: quod in aliquo scandalo inuentus non fuerit:& ob hanc causam diuine promissionis quo apud omnes de eius innocentia constaret: Pilatus tanquam iudex ait. ¶Quid ergo mali fecit.nullā enim causam mortis in ipso inuenio. Quē uero tanq̄ innoxium uoluit postremo dimittere:sed propter iudeorum perfidiam morti ipsum tradidit. Quandoquidem iudei Christum se filium dei fecisse accusabant:per que uerba penes eorum legem moriturus erat.In quo tamen nil prorsus de seductione gentium contra eum opponebant: eo quod populum ad bene & non ad male operandum conuocabat.& quia hoc sciebat Pilatus atq; omnes alii habitatores Iherusalem:nullatenus audebant coram iudice quod seductor esset opponere.Et q̄uis opposuissent:ut quidam ignorantes interdum agere solent:hoc utiq; nil contra ipsius Christi dignitatem: eo quod Messias in lege promissus ad conuocandum ad se omnes homines:& ad docendum ipsos bene uiuere pollicitus erat.Quapropter si Christus non predicauisset ad se plures gentes conuocando: necubi tenere possemus quod Christus uel Messias per legē scripture promissus fuerit.

Quod extra christianos plures auctoritates tenemus:dicētes: Christū fuisse apprime dignū:uel Messie in lege promisso similem. Cap.viii.

¶Aliqui inferre possent:quod solum christiani dicunt:Christū fuisse Messie similem:ad quod respondendo dicimus aliter se habere.primo per id:quod a suis sequacibus scriptum reperitur.Secundo circa alios aliarū nationū & legū:licet nōnulli christianorū doctrinā paruipendant ob causam ignominiose mortis:quam Christus perpessus est.Nos uero illam pro fundamento tenemus: quoniam per prophetias ipsam conformem esse cognoscimus.Mauri uero sanctitatem Christi & sue genitricis ueram esse asserunt:sed uidentur quodāmodo dubitare:quod tali morte perēptus fuerit:in quo ipsi manifeste deficiunt:presertim circa prophetarum promissionē.hebrei tñ querūt Christo aliquos errores imponere:quum dicant se nescire:quisnam fuerit pater eius? Ad quod respondendo asserimus:quod Christus filius dei ac uirginis erat.Sed hebrei pro patre ipsius carnalem hominem ferunt. De uirgine non dicunt quicquam erroris inueniri:nisi quod eis ignotum sit:a quo filium conceperit:& iudei christum in regem elegerunt:propter sanctitatem & sapientiam:quam in eo perspiciebant: & non quod diuitias aut mundanā potentiam in ipso repperissent:quem tandem occiderunt quemadmodum & alios prophetas:qui sanctitate degebant:atq; eis ueridice loquebātur.Ioseph hystoriographus hebreus: de christo loquens:ueretur ipsum inter homines connumerare.nam maiori uirtute callere uidebatur q̄ humano generi competeret.Vnde concluditur penes christianos:mauros:iudeos:atq; alios extra legē uiuētes:christū fuisse similē illi Messie:de quo in dictis prophetarū legimus.

¶ Ultra litteras seu scripturas de natiuitate:uita:& morte Christi in Iherusalem:quamplures alii scriptores:qui christiani non erāt:de ipsius Christi excellentiis:litterarū monumētis tradiderūt: quē tēpore Octauiani imperatoris natum fuisse testant:& sub Tyberio crucifixum. ¶ Eutropius ī uita Octauiani Augusti:etiā in nonnullis locis de Christo agit:& fere oīa prospera saltē de uniuersali pace in eo tempore promerita:uult ad Christi bonitatem referre:ut dicendo.His diebus trāstyberim de taberna meritoria fons olei e terra exundauit:ac per totū diē largissimo riuo fluxit:significans ex gentibꝰ gratiam christi:tunc ēt circulus ad speciē celestis arcus circa solē apparuit.Igitur cū quadragesimo secundo anno firmissimam uerissimamq; pacē Cesar composuisset:Christus dominus in Bethleem natus est:cuius aduentu pax ista famulata est.Nam nullo tempore ante cesarē magis romana res floruit. Et postmodum de natiuitate predicatione & crucifixione christi mentionem agit. ¶ In uita Alexandri romani imperatoris plura de christo inueniuntur:ueluti:quod ipse Alexāder habuerit in oraculo suo effigiem Apollonii:Christi:Abrahe:Orphei:& quorundā aliorū:qui in deos uenerabantur.Quū uero excellentia Christi in bono & non in malo fuerit per plures auctores uariarū legū:constat christū esse uerū Messiā in lege promissum.quia si secus:oīno falsus.Quandoquidē se esse dixit qui uenturus erat: ad saluandū genus humanū:& qa bonus necessario uerus.Et quū post eius natiuitatē apud omniū romanorū īperatorū aures increbuerit:presumendū est hinc iudeorū destructionē per Vespesianū & Titū originē habuisse.Nā unusquisq; maximā iudeorū peruersitatē in occidēdo Christū cognouit.Quoniā uero malū punitionē expetere uidetur:plerunq; qui locū habet:ad eiusmodi inhibendā punitionē mouetur & quia Iherusalē sub romano īperio degebat: romanis īperatoribus de puniendis iudeis ob patrata scandala attinebat.Conceditur quod alia itidē mala siue inobedientiā erga romanos iudei cōmisissent:at uero non ex eo quod censum romanis non soluerint:sed quod tantā in morte Christi impietatē ostenderunt. ¶ Vulgo dicit Vespesianū ex eo qd infirmus erat:& ī uirtute uéronice liberatus ad delendos iudeos castra parasse.hoc autē quod autenticū sit nullibi īuenimus.Tādē per christū iam eis psecutio pphetizata fuerat:ppterea qd pphetas occidebant:& nō qd censum nō soluissent romāis.

¶ Insup pcise ī pluribus locis a pphetis de Christo in lege pmisso uaticinātibꝰ iuenit ultimā iudeorū desolationē fiedā eē:ex eo qd Messiā ī lege pmissum occideret. & quia tā ī iudeorū deuastatione q̄ in aliis ad Messiam spectantibus idē in Christo uisum est:confitendū erit: quod ipse sit uerus Messias.

Quod uaticinato Christo prius q̄ uenisset per multos annos:natura ostēditur: quod fuerit diuina uoluntate denunciatus.Natura enim non poterat nos ad capessendum eiusmodi cognitionem edocere. Cap.ix.

¶ Iā uero manifeste legē obseruātibus demonstramus:quod ad humanā redēptionē: Christus erat uerus Messias in lege promissus.nunc autē satisfaciendum est illisqui legibus fidem non adhibent: & quo ad naturales cursus aut iuxta fantasiam uiuere uidentur:pro quo tres particulas assignabo. Quarum prima:quod de christi aduentu per multos annos anteaq uenisset scriptū compertiebat:& non ab uno tantū homine:immo a multis:nec ab ignaris & peccatoribus: sed sanctis & peritis. ¶ Secunda quod licet in superficie sacra scriptura uideatur:qd sit historia tamē fundamētaliter cum ea possumus irreligiosos philosophos constringere:eo quod nulla natura celestis:elementalis:angelica:& humana: potuit Christi aduentū per tot iam elapsos annos cognoscere. Vnde patet per iussum diuinum fuisse: cui omnes nature parent. ¶ Tertia quod opera christi non poterant a solo homine fieri: qui dicendo:se filium dei esse atq; idem cum ipso:si fallax fuisset:nunquam gratiam habuisset ad tot miracula faciendа.Nos uero natura ostendere non possumus:christum uerum esse ad redimendum uniuersum orbem terrarum.Quia uoluntario effectus uel redemptio extitit:& non ex necessitate ipsius christi. Verumtamen ob necessitatem humano generi perspectam:quo remedio nobis opus fuerit cognoscimus: & id faciundum esse comperimus per illum siquidem:qui ad id potentiam habuisset.Vnde satis de aduentu ipsius christi comprobatur. Nam manifeste cognoscimus famem quam humanitas habebat: & quod illi necesse erat potens persona:que nobis mandata aut escas pro remedio nostre calamitatis tribueret.Quoniam autem ratione cognoscere poteramus:qualiter futurus esset is: qui nos redimeret: uiso christum has omnes condictiones in mundo habuisse:probamus necessario ipsum esse redemptorem.Quandoquidem ex necessitate res probamus:postq̄ sunt:eo magis quod de christo ut superius apparuit prophetizatum fuit:priusq̄ uenisset:quod futurus erat humani generis redemptor. & postq̄ uenit hec predicta uere conformantur: & quum effectus sui altiores ac prestantiores sint q̄ alii cuiusq; hominis non uniti cum diuinitate:constat ipsum inter deum & homines mediatorē fuisse. ¶ Deniq; dimissis omnibus operibus christi:que uidere nunc nequimus: ueluti mortuos resuscitare: uisum cecis prebere:surdis auditum:claudis recte ambulare:& similia:per uerba ipsius:que semper legimus: palam aspicientibus constat:qualiter christus deus & homo erat:aut quod deus loquebatur in eo:sed forsitan quod nonnulli nec aspiciunt qualia uerba euangelii sint:aut quod alii pleni presumptione ipsa nō existimant.sed ut uideamus:quantam in se habent perfectionem:atq; profunditatem: unusquisq; patien

ter ipsa contemplet:& doctrine aliorum sapientum comparet.quoniam hoc & illud ad claram senten tiam deductum:omnia que scripta sunt tanquam superfluitates comparatiue ad uerba christi in boni tate uident:licet qd multa ab aliis scripta:cā obscuritatis aut materiarū icognitarū:pria facie subtilia uideātur.sed ad beneficium animarum & bonum proximi deducta fere inania reuertuntur.uerba eni christi semper econuerso:in principio autem plane atq; clare sonant:sed in sententia altissima sunt: & in paucis ea que per plures commentationes aperire possumus:edocent :& quod potius omnia uerba euangelii aut maior pars:tanquam a casu incogitato dicta sint:ueluti in responsionibus tum ad disci pulos:& tum ad iudeos:& quandoq; ad alias gentes.nam quis alius excogitare posset:quod omnes ho mines.oportet sine presumptione aut elatione:tanquam paruulos fieri.si ad regnum celorum ascende re uolumus:quoniam de uirtute corporum nostrorum:ad querendum tantam beatitudinem non uale mus.Vnde anima est sequenda:ut ad celum ire possimus.& presumptio istius mundi non habet ortum ab anima:sed a corporib9. Vnde declinanda sunt corpora : ut anime ascendere possint. cum anima & corpus in bilance posita sint.Vnde si corpus magis ponderat:aut preualet ad inferos descendimus : si anima uero magis:ad celum deducimur . omnia precepta siue bone operationes : per uerba christi ad amorem dei & proximi deducta sunt.& cum hoc semper bonum necessarium:lex christi in numero scié tiarum cadit:& illud quod scientia:semper a natura & ratione cōmendandum. ¶Vlterius iubet ani mam idest uitam corpoream pro salute animarum proximorum:dum oportet ponere: & quod semper bonum pro bono:& bonum pro malo:reddamus.ita quod penes legem Christi:semper bonum & nun quam malum est agendum:& hoc bonum eo quod perfectius sit:iuxta delectationes corporum com missum:nisi ad beneficium animarum continue.Alii nonnulli auctores qui probi fuerunt multa bo na loquebantur:tamen non ita perfecta:nec quidem ad beneficium animarum semper: & tanta boni tas simul cum sapientia non attinet omnino iuuenibus: & christus dum uerba euangelii dixit iuuenis erat:nec quidem est inferendum:quod uerba ipsius prius ab aliquo alio auctore dicta sint:nec quidem a posteriore:quoniam nullibi inuenitur.& si inferimus quod alius ista uerba inuenit ipse tāquam deus cōmendandus est.quoniam nullus homo ad tot bona atq; profunda dicta:a natura atq; arte ualeret. nisi dum exemplar istorum uerborum:ab alio priore auctore haberet.& sic non solum aspicienda sunt miracula per christum acta: ut mortuos resuscitare : & similia . sed etiam uerba que ab ore ipsius exie bant:& in euangeliis scripta sunt:in quibus uidere possumus: super omnes creaturas : Christum per fectum esse.

Quod christus sit uerus Messias : & quod nobis reliquit legem qua eum ad gloriam assequamur. Cap.x.

¶Superius uidimus:quod nullus prophetarū uidet scripsisse:quod quispiā istorū ut Moses aut mau metus esset humane nature redēptor:& quod Christus uerus Messias in lege promissus fuerit . Deinde uidebimus:an nobis sufficiētē legē elargitus sit:ut in ea saluari possimus.Si eni hāc bonitatē nō reppe rimus:non est illa que in lege scripture erat promissa:quoniā in ipsa lege scripture nullus affirmat:Mo sen fuisse pro humani generis redēptione promissum.iccirco postq̄ habemus nostrā esse illā legē:que a sanctis patribus expectabatur:cōstat:meliorem esse illa quā ipsi obseruabant.& quia Messiā pro ultimo remedio expostulabant atq; uaticinabantur:si nostra minoris perfectionis est:manifeste innotescit fal sam esse.Sed si melioris:procuidubio ostenditur illā legē esse:quā prophete inquirebant. ex quo enim deus Mosi legē dederat:si alia lex istā precessura erat:oportebat:quod ab eodē creatore ordinata fuis set.Quod si Christus fallax fuisset:palā ac necessario ostēditur:quod sua lex esset iferior lege mosaica. Sed hic sub paucis demonstrare possumus:quatenus lex christiana sit mosaica perfectior.Nō eni igno rant suā legē imperfectā atq; inualidā esse ad gloriā hoies deducendos:quia nulla est eis manifesta pro missio.Nos uero tenemus & affirmamus:fidē nostrā eē uiā ad cōsequendā gloriā ; & queadmodū iam mentionem fecimus:nō potest qlq̄ nobis hoc in oppositū auctoritatibus uel rationibus probare.

Quod lex Christi:mosaice legi perfectionem dederit. Cap.xi.

¶Forsitan hebrei adducent dicentes:affirmamus:redēptorē uenisse:sed q; nō erat renouaturus:tū ponendo:tū remouendo aliquod preceptū ex illis:que in lege mosis scripta sunt . Nos uero responde mus:hoc esse cōtra naturā & rationē.Quū enī Messias potens sit ad nos redimēdos:etiā est super Mo se & aliis prophetis.Quāobrē manifeste fuisset incōueniēs nō habere facultatē ordinādi legem.Veluti sibi placeret.Quanto igitur magis ex eo quod aperte comprobatur:primā nō esse perfectā . Quippe qd minime possent i illa saluari:qa aliter nō expostularēt redēptorē.Vnde necesse erat:quod Christus pro nostra redēptione aliquā uiā daret:qua saluaremur.Si eni legē obseruaturi eramus : uti eā Moses precise colebat:nō oportunū erat Messiā uenisse ad tolerādos huius seculi labores.maxime: qa christ9 legem mosaicam nō destruxit:sed potius perfectionem exhibuit:nec aliquod preceptum i lege scriptu

re deleuit ad aiam ſpectás. Quod Chriſtus nõ preceperit cuſtodiẽdum: & etiam accuratius q̃ iudei. Verumtamen multas quoq; alias cerimonias aut precepta ordinata quo ad corpora: Chriſtus aimiſit. Quoniam principalis intentio ſua erat ad gloriam animabus ſine fine prebendam:& ad tormentan dum corpora: donec in hoc mundo degimus: ut poſt diẽ iudicii anime qete ſine ſine fruantur: adeo qđ nemo dicere poteſt: chriſtum tranſgreſſum fuiſſe aliquod preceptum de illis: que in ueteri teſtamento pro anime beneficio continebantur. ¶ In hoc loco iudei contra nos arguere ſolẽt aſſerẽdo Chriſtũ aliqua poſuiſſe in noua lege: que nõ dicũt perfectionem.& id quod perfectio nõ dicit ſuper illud quod in lege ueteri habebatur: nõ erat remouẽdum: cum in lege ſcripture perfector legis petatur. Etiã chriſtus ore ꝓprio inq̃t. nõ eni ueni ſoluer legẽ ſed adimplere. Vnde iudei inter aliqua alia de die feſto domini cõquerũtur: aſſerẽdo: qđ nulla ſit pfectio magis i die quẽ nos i noie dei ſanctificamus: quam eſt i die quã ſanctificabant iudei.& quia in lege moſayca obſeruabatur dies ſabati:& nos trãſiuimus feſtum domini ad alterũ diẽ: iudei dicunt hoc ſine ꝓpoſito factũ eẽ:& id qđ ſine ꝓpoſito: pfectionẽ dicere nõ põt. ¶ Sed nos reſpõdẽdo: i primis dicimus: qđ dũmodo in quacũq; ebdomada unũ diẽ in noie dei ſanctificemus: atq; a ſeruilibus laboribus iquãtũ poſſumus: quieſcamus: pceptũ dei adimplemus & inſerẽdo qđ oino hic dies debebat eſſe dies ſabati:& nullus alius: nequidẽ nos hoc negare uolumus. nam ſi ad alterã diẽ dies dominicus tranſlatus ẽ: nõ fuimus nos origo: neqdẽ iuenit: ubi Chriſtus hoc iuſſiſſet. ſed imo iudei ſteterũt cauſa: eo qđ Chriſtũ in die ueneris occiderũt:& ipſe pluries promiſerat diſcipulis ſe tertia die reſurrecturũ eſſe:& ut dixit fecit:& quia reſurrectio ueri Meſſie ẽ gaudiũ magnũ oium hominũ: ſanctiſſime per ſequẽtes Chriſtũ ſancitũ: fuit qđ illa dies in qua ipſe reſurrexit in noie dei ſanctificetur. nã ſi Chriſtus a iudeis occiſus nõ eſſet: aut q̃uis mortuus ſed nõ reſurrexiſſet: aut uere ſi i die ſabati reſurrexerat: nos diẽ ſabati ſemp ſanctificaremus. ſed qa Chriſtus tertia die reſurrexit: poſtq̃ ipſum occiderũt nos de ratione illũ diẽ ſanctificamus. ¶ Et nõ aſſumimus duos dies i quacũq; ebdomada ad obſeruãdũ ipſos i noie dei: eo qđ nõ uideat duos deos adorare. ſed unũ tm̃: qm̃ Chriſtus deus & hõ eſt:& non alius deus: adeo omnipotenti: ſed imo idẽ deus.& ſic ſequendo preceptũ legis ueteris: unum diem tãtum in quacunq; ebdomada in noie dei ſanctificamus. ¶ Aliqua alia feſta ſemel in anno etiã in noie Chriſti per eccleſiã ordinata ſunt: ut de cõceptiõe: natiuitate: de morte: reſurrectione: de aſcenſione: ad celũ:& ẽt cõmemorationem agimus de aliis hominibus: qui in ſanctitate deũ aſſecuti ſunt: ſed oia hec in laudẽ dei agimus. ¶ Baptiſmũ uere etiã de hoc ad illud p Chriſtũ mutatũ ẽ: ſed quod perfectius baptiſmũ ſit: quam circũciſio oibus aſpicientibus patet. Quoniã oẽ bonũ quanto generalius melius: baptiſmũ eſt uniuerſalius: quam circũciſio: ſequit quod melius & quod uniuerſalius ſit: probat quoniã tantũ maſculi circũcidebantur: mulieres uero nõ: eo qđ mẽbro idoneo mulieres carebant: ſed baptiſmũ in maſculis & feminis infundi poteſt. unde oportet concedere: melius eſſe baptiſmũ circũciſione.& etiam facilius fit:& quãto facilius bonũ: tãto melius. de cõfeſſione ſiquidẽ per hanc uiam intelligendum eſt: quod perfectior quam confeſſio iudeorum ſit: ut in loco proprio patebit.

De quibuſdam capitulis: que de auctoritatibus & uaticiniis loquuntur. Cap. xii.

¶ Dauid iquit. ¶ Notã fac mihi domine uiam in qua ambulẽ: & doce me facere uoluntatem tuam ubi manifeſte apparet: quod ipſe aliã ordinationẽ uel claritatem inquirebat citra illud: quod i lege moſis ſcriptum erat. ¶ Dauid inter alia multa quidem ad noſtre legis propoſitũ aſſerebat. Poſt ſexaginta & duas ebdomodas Chriſtus morietur & nõ erit populus ſuus ille: qui eum negabit. Et ſi recepturus eſt aliã gẽtẽ: qua ratione negabimus licitũ eſſe illis legẽ dediſſe in aliquo differẽtem ab illa: quam iudei obſeruant. Nec eſt dicẽdum: quo pacto ſcimus: quis fuerit populus: qui eũ negaturus erat. hoc enĩ aperte cõſtat: quia nõ dicimus nos negare: quẽ nunq̃ uidimus: nec nominari audiuimus. Sed illos qui nobis propinqui ſunt:& in ſocietate nobiſcũ uiuunt.& propterea nõ potuiſſet itelligi de aliquo populo: niſi de hebraico: qui Chriſtum negaturus erat. Quippe quod in lege eorum habebant promiſſionẽ uenĩedi inter illos: ut ſuperius uiſum eſt. Et quod hebrei preſumant nondum ueniſſe Meſſiam: propter hoc uerba eorum non ſunt efficacia. Quia ſecundum ſcripturas cum uariis tormentis & truculenta morte Chriſtum uituperaturi erant. Quod ſi nondum uenit: alium Chriſto ſimilem occiſuri ſunt. propter qđ multa quoq; eis mala & calamitates aduenient. In quo duplex malum expoſtulant. Si uero Meſſiam uẽturum in eorum amicitiam expectant. hec utiq; imaginatio omnibus ſcripturis de ſaluatore narrantibus contradicit. Que palam ſignificabant: iudeos a Meſſia increpandos. cui eſſent contumeliam illaturi. Hac uero etate q̃uis rurſus ueniret: proculdubio affirmare poſſumus: quod hebrei nequaquã ipſum reciperent. Tanta eſt enim eorum iniquitas aduerſus auctoritates cum Chriſto ſeu Meſſia conformes: quod nolunt eas ſentire neq; intelligere: imo totaliter deſtruunt exiſtẽte loci oportunitate: q̃uis eſſent auctoritates aliquorum ſanctorum patrum uel religioſorum ſue legis. ¶ Hyeremias ait ecce dies ueniet dicit dominus & feriam domui iſrael & domui iude fedus nouum: non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus eorum: ſed hoc erit pactum quod feriam cum domo iſrael. Poſt dies illos dicit dominus dabo legem meam & in uiſceribus eorum & in corde ſcribam eam:& ero eis in deum. Et ut he au

ctoritates facilius aperiantur:prius de pacto & patribus hebreorum quales sint perscrutabitur : & ad hoc nullo alio fundamento:nisi byblie auctoritatibus utar:in quo absolute aut principaliter omnes an tiqui & moderni uocamus patres:Abraham:Isaac:& Iacob:nec quenquã alium.& pactũ siue testamẽ tum nuncupabatur ordinatio circumcisionis:quã deus Abrahe dedit:pro filio suo Isaac:aliisq; in po sterũ nascituris.& quia circũcisio tanq̃ ianua amicitie inter deũ & hominẽ sola appellabatur : pactum aut testamentum:aperte hec circumcisio erat fedus in alterum nouum transferẽdum:nõ secundum qđ in patribus hebreorum erat:sed fedus nouum:quod deus pollicebatur domui israel : & nullum pactum nouum loco circumcisionis habuimus:qđ aliter q̃ circũcisio se haberet:preter baptismum Christi ad de lẽdum peccata illatum:& cum deo omnipotẽti cõfederãdum.Et dicẽdo post dies illos dabo legẽ meam in cordibus eorum:optime cõsonat uꝛ.Quoniã i aqua de spiritu sancto uel re spirituali & non in fer ro aeuto baptizamur.Quum autem i principio per spiritualem ianuam ingredimur ad uniendum nos cum deo:nõ potest dici:quod hoc non erat pactum nouum.Quod deus facturus esset. Et hic maxime tus quemadmodum & in aliis haud parum deceptus est:circũcisionem & non baptismum accipiendo. Quoniam nil de circumcisione dubitamus:quin ad alia diuersa dandus esset accessus : & de baptismo saltem magna est presumptio.Quod pactum nouum sit a deo premissum. & dicente ero eis in deum nos aperte asserere possumus:quod nullus alius deus uisus aut auditus sit in terris:nisi Christus. Ipse enim manifeste opera dei peragebat:& deus uocabatur & in eo quod Christus de diuina natura & hu mana constat:deus & homo est sicut prophete de uero Messia uaticinabantur:ut patet. Quia Dauid i nomine dei loquens ait:filius meus es tu:ego hodie genui te. & filius dei uel ab ipso genitus deus est. Quoniam quicquid est i deo uel ab ipso intrinsece generatũ:necessario est deus. Et hic non potest iser ri:quod Dauid de Salomone aut aliquo alio filio eius loqueretꝛ.qa dicit hodie genui te:& nullatenus cõ petit hominibus cognoscere filios suos illa die qua generant.& idcirco necessario est de deo intelligẽ dum.Quoniam in ipso solo est uera cognitio de generatione presenti absq; prioritate & posteriori tate. ¶Hyeremias:Ecce dies ueniunt dicit dominus & suscitabo germen iustũ ex semine Dauid:& re gnabit rex & sapiens erit.& subdit:in diebus illis saluabitur iuda:& israel habitabit confidenter:& hoc est nomen quod uocabunt eum:deus iustus:uel dominus.Cõsideres nunc hec uerba que de uero Mes sia agendo:deum denominant:& nullus deus ac dominus preter Christum in terris uisus atq; deno minatus est. ¶Moses in deuteronomio iquit:de gẽte tua suscitabit tibi deus ipsum sicut me audies : & subditur:Ponam uerba mea in ore eius & loquetur ad omnia que precepero illi. Et ista auctoritas mosis etiam de deo loquebatur:quia de gente uel humanis erat eum suscitaturus : & deus unus est & non plures.Sed in eo quod humanitatem assumpsit tanquam resuscitatus deus in terra uisus erat. Et Christus quo ad hominem de gente ortum habet aut suscitatus est:& deus est.Quoniam diuinus & hu manus simul:& dicendo sicut me audies : sane est tenendum non esse auditum alium deum in terra ni si Christum de gente suscitatum. ¶Isayas quoq; de deo loquens ait:in terris uisus est & cum homini bus conuersatus.Attende nunc si cognoscere uoles:utrum hec uerba uera sint? & consideres sub qua specie deum possimus in terris uidere:& secum conuersari.Non enim sub una sola natura uel specie di uina:eo quod inuisibilis est:quo ad nos:non sub specie angelica.Quia etiam est inuisibilis.nec est dicẽ dum:quod in alia figura uel specie animalium nisi sub specie hominis uidendus erat & conuersandus. Quum homo sit ceteris animalium speciebus dignior:& deus meliorem speciẽ suscepturus erat q̃ om nes alii:eo magis quod auctoritas asserit & cum hominibus cõuersatus.nec recte dici põt cõuersari dũ mõ i specie nostra deus ad assumẽdũ humanã carnẽ nõ ueniret. ¶Et hic optime cõformanꝛ uerba Christi ad discipulos dicẽtis:tãto tpe uobiscũ sum:& nõ me cognouistis.Philippe qui uidet me : uidet & patrẽ meũ.In quo qdẽ aperte christus loquebaꝛ apostolis:qđ sub humana specie deũ uerũ & oĩpoten tẽ uidebãt:ſm qđ iã ab antiqs prophetis uaticinatũ fuerat.Quia dicẽdo Christũ deũ & hoĩem esse:qui eum uidebat:diuinã & humanã naturã simul uidebat. ¶Isayas:Afferam filios meos de longinquo:& filias meas ab extremis terre:& omnes qui inuocauerunt nomen meũ: quos creaui pro gloria mea : in quo demonstratur omnes nationes sub amore eius degere:& quod ad eum supplices recurrentes salua buntur.Rursus in eodem capitulo.Nõ est absq; me saluator.In quibus uerbis palã nobis declaratur:q; querentes messiam solum hominem ad ipsos saluandos facillime decipiuntur.Et alibi. Non est deus iu stus neq; saluator absq; me.At uero hebrei si penitus insani non sunt : ualde debent de eorum errore timere:eo quod eis auctoritas minatur dicens:Nõ auferetur sceptrum de tribu iuda:donec ueniat qui mittendus est:& qđ iudei dispersi sint:& sine regali sceptro in aduẽtu christi omnibus constat. Attamẽ ipsi ad euitandam conclusionem dicunt:mortem Christi non esse causam destructionis eorũ:nisi aliud incognitum peccatum.Sed hac uia euadere nequeũt.Nã circa omnes nationes est diuulgatum : que fuerit causa perditionis hebreorum:quia Christum occiderunt:& etiã rationi consonat. uisis tot mi nis contra iudeos propter mortem Messie:& itidem usq; in hodiernum diem sub hoc nomine plurima mala patiunꝛ:nõ tantum a christianis:uerum ẽt ab aliis nationibus.Gentiles enĩ eos primũ persequuti sunt:& postmodum christiani & mauri.Quod si aliud peccatũ fuit origo:uidetur omnino impossibile quin detectũ fuisset:& quia probare nequeunt:quod aliud maximum peccatũ habuerint:cõcedẽdũ ẽ: qđ sint ob christi mortẽ dispersi. Tñ hebrei multiplicãdo in peccatis cum duritie cordis sepe asserunt:

byblia nō ita sonaꝭ ut nos in qbusdā locis exponimus.hoc autē itelligiꝭ ubi ipsi nequeūt suā opinionē
tutari.Iā uero nos a pluribus q linguā hebraicā nouerūt ueritatē de byblie traductiōe exhausimus : &
scimus manifeste:quid isferat sceptrū & alia huiuscemōi.Nōnulli autē ignaui ꝓ diffugiēda eorū disper
sione uerbis tm̄ aut ex eo:qđ pricipibus carēt temerarie dicunt:qđ sit ingens patria noīe iudea:in qua
multitudo iudeoꝝ habitat & multos habēt principes:& qđ a lapideo fluuio obseruaꝭ:ne qspiā ad necē
dū ptrāseat.hec autē fabula ridiculosa est:nec ab aliquo digno hystoriographo posita:eo magis qđ iu
dea ꝓprie dicta est iherusalem:& non alia.licet ꝙ nouiter inquiūt aliud regnum absq; lapideo fluuio
possidere que ēt uana propositio.

Quonā pacto hebrei plurimas adducant falsitates cā fugiēdi ueritatem legis: utpote qđ adhuc
regale sceptrū in quadā lōginqua patria ut circa indiā hēant ac de huiusmōi inaniis Cap.xiii.

¶De uiis fugiēdi quas iudei assumūt:ut in eorū ptinacia sistere ualeāt:multa qdē dicere possemus:
& tm̄ hic tria principalia ponemus.nāq; his solutis:alia facillime soluunꝭ.qn̄quidē maior labor in expel
lendis mendaciis consistit circa habendā cognitionē de illis:qui mentiri delectant.Sed postq̄ ipsos no
scimus:dato quod uerū qn̄q; dicant:nulla fide digni sunt.& sic qa iudei in iis que oībus palā constant
sub perfidia mentiunꝭ:nullibi eis adhibēda est auctoritas.quippe qđ unusqsq; homo amator ueritatis:
sub rōne disputat:nō autē cautelas querit:ut aliqualiter effugere posset:aut ex hac fouea in alterā trāsi
re.qm̄ sub rudi mō facile est negari:& aliqua mendacia in mō excusationis adducere : & quod facile sit
constat:quū oēs insipientes:aut q male faciunt semp aliqua uerba excusationis adducunt.Veraces ue
ro homines hoc nō faciunt:nāq; ubi euidentem rōnem non inueniunt:tacent:aut concedunt ea que
eis apponunꝭ. ¶Iudei siquidem dum ab aliqua prophetarū auctoritate cōstringuntur : ad ephesios
per fas aut nefas respondent.ut pote contra hanc auctoritatē dicentē:nō auferetur sceptrū de tribu
iude:donec ueniat qui mittendus est.Ad quod ꝑ longinquas uias respondent:qđ apud indiam uel pa
triam longinquam ab habitatione nr̄a iudei regem ac regnum magnum habent.Vnde non est dicē
dum:quod ab eis ablatum sit sceptrum regnandi.Sed quod tale regnum iudeorum sit:apud nos saltē
non constat.nequidem iudei qui hic nobiscum disputant:hoc probare queunt:neq; hispani qui ad in
dias uadunt talem inueniunt regnum:saltem ꝙ regnum de rōne denominari posset sub libera potesta
te iudeorum.Sed concedamus ita esse in hoc loco ut iudei dicunt:quid ad rem pro saluanda auctorita
te ꝙ iudei adhuc aliqđ regnū uel plura dn̄ia extra terrā ꝓmissionis possideāt.Regnū enī iudeorū pr̄ia
iherosolima est:siue palestina.Quoniā illa tm̄ est legitima sanctoꝝ patrū iudeorum:quapropter dato
ꝙ uniuersus orbis terrarū sub sceptro ꝓgeniei israelitice subiiceretꝭ.p̄ter terrā ꝓmissiōis:nullatenus sal
uare possent auctoritatē ꝙ ab eis sceptrū regnandi ablatū nō sit qm̄ sceptrū gubernādi de patria ꝓ
missiōis dūtaxat erat eis cōmissum:nō possidēt legitia suis pr̄ib9 ꝓmissa ꝓculdubio cōstat ablatum eē
ab eis sceptrū regnādi:penes auctoritatē assumptū:& sic uanū ē cā euasiōis iserꝭ:ꝙ adhuc aliqđ habēt
regnū.nā de habēdo ipsum uel nō habēdo nil repugnat.Quia postq̄ ꝑ mundum dispsi sunt cā maledi
ctiōis ex eo ꝙ messiā i lege ꝓmissum nō cognouerūt:nequaq̄ est repugnātia ꝙ in aliq̄ isula uel pr̄ia in
habitata iudei exules degerēt:& regē fecissent.Sed nō ex hoc intelligiꝭ eos nō esse exules.qm̄ extra pa
triā eis ꝓmissam eiecti sunt atq; i exilio manēt:& ubi ueꝝ sceptrū regnādi nō cōcediꝭ:ibi captiuitas.Et
si oīno iserreꝭ:ꝙ in eo regno nullū aliū dn̄m:nisi suū regē cognoscūt.ad primū argumētū reuertēdū
ē:ꝙ iudei solū habēt ꝓmissionē regnādi:sup patria palestia.Illa enī ē terra ꝓmissiōis atq; iudea:& nul
la alia.Iccirco extra patriā ꝓmissiōis deo oīpotēti sacrificare nō pn̄t.Constat igiꝭ ꝙ sceptrū regnādi ꝑ
diderint. ¶Alia excusatio in q sepe isistere solent ē:dū ꝓphete tanq̄ de p̄terito loq̄banꝭ ut dauid:De
derūt mihi i cibū fel & aceto potauerūt me. ¶Et Zacharias:uulnerat9 sum istis uulnerib9 i medio il
lorū q me diligebāt.Et alibi:foderūt man9 meas & pedes meos & numerauerūt oīa ossa mea.Et Isayas
puer natus est nobis:& filius datus est nobis:& factus ē pricipatus ei9 sup humeros eius.oīa hec & simi
lia iudei deducere uolūt:ad aliqđ exēplū priusq̄ auctoritates dicte fuerūt.sed unū apud oēs cōstat:ꝙ ꝓ
phete oēs dū de saluatore seu messia in lege ꝓmisso loquebanꝭ:hec uerba ꝓmebāt & nō aliter & i lege
ueteri unus messias i lege ꝓmissus:nō āt plures.Vn̄ eadē ē sn̄ia loquēdo de p̄terito p̄senti & futuro:nā
q; ēt plures auctoritates ad futurū ꝓnūciate de eodē messia iueniunꝭ:& q̄dā alie de p̄senti.De p̄senti ut
hyeremia dicēte o uos q trāsitis ꝑ uiā attēdite & uidete:si est dolor sicut dolor meus.Et de futuro idem
hyeremias:Veniet trāsiliēs colles & mōtes & cū paupertate regnādo:cū silētio domiabiꝭ & egredieꝭ a ua
se uirgineo. ¶Et osee:De māu mortis liberabo eos & a morte redimam illos.ero mors tua o mors:
morsus tuus ero iferne.Sed ne uideaꝭ qđ ꝓphete incongrue locuti essent uaticinātes de uēturo messia
in uerbis p̄teritū significātibus:qualiter hoc fiat:aperiēdū ē ita dicēdo. ¶Secūdū oēs sapiētes:de fu
turis cōtingētib9 nō ē determinata ueritas.& qm̄ ꝓphetie sub uera determinatione cadūt:& nihil ha
bem9 oīno p̄fectū:nisi ꝙ iam oīno finitū:& nil finitū si p̄teritū nō significat:recte ꝓphete de uero mes
sia narrātes tāq̄ de p̄terito loquebanꝭ.nā dato qđ maior certitudo sit in actibus p̄sentibus q̄ in futuris
nōdū presentes dicunt oīno perfectum.nā si dicimus genero generas edifico edificas hoc in fieri cōsi
stit:& id qđ in fieri nondū perfectū.Licet quod dicendo:homo est animal rōnale de p̄senti loquimur.

& tamen de illo quod iã prius per actus preteritum fuit:intelligim9.Et sic ꝓpheta in ꝑsona dei loquẽs: inqt:ego hodie genui te.& hic non poteſt dici de extriſeca opatiõe.Sed de intrinſeca tantum quando quidem extrinſece operationes nõ poſſunt generationes uocari.Et deus quũ prius & poſterius nõ habeat:ꝑter unũ inſtãs eternũ:de ꝑſenti ab intrinſeco generat.& tñ quia perfectũ generatũ q̃uis in hoc iſtãti generetur:Verba dicũt ego hodie genui te.Nã ſi diceretur hodie genero te: ſignificaref in fieri. Quapropter nõ oio ꝑfectũ:& in deo nullũ iperfectũ:igif cõcedendũ eſt:ꝙ oia deo attinẽtia ponẽda ſunt:ſaltẽ qñq; tãq̃ ꝑterita ex cã integritatis aut ultimate ꝑfectionis.& qa meſſias ſeu redẽptor mũdi i lege ꝓmiſſus eſt ꝑfectiſſimus:oportebat ꝙ in actibus ſibi cõtingẽtibus tanq̃ de ꝑterito narraretur.& tñ aliqñ de ꝑſenti & alias de futuro:eo ꝙ cognoſceref nõdũ meſſiam ueniſſe:& ꝙ oẽs he locutiones ꝑteri te ꝑſentes & future de eodẽ ſaluatore dixiſſent:patet iudei nõ ſub rõne imo potius in obſtinatõe funda ri uelint. ¶Vlterius ſepenumero iudei qui prauiores ſunt inter ſuos ꝑdicãt:& itidẽ noſtris opponũt nullũ chriſtũ ſtetiſſe:& tanq̃ de re noua inqunt:de quali chriſto dicis mihi nũq̃ ipſum audiui: neqdem aliqua inuenif autẽtica ſcriptura:ꝙ fuerit. ¶Ad quã obiectionẽ ſeu potius ꝑtinaciã ſub paucis rñde mus:qd cõtra negãtes ſenſus cũ baculis ferro igne & aliis ſuppliciis eũdũ eſt.nã ꝙ chriſtus i mũdo nõ fuerit eſt ipoſſibile abſolute:poſito ꝙ deus de abſoluta potẽtia nõ confundiſſet intellectus ac ſenſus ho minũ.ſed dimiſſis hoibus in naturali eoꝝ rõnalitate:eſt impoſſibile ꝙ fuiſſet in mũdo talis error: circa oẽs gẽtes:ponẽdo aliquẽ hoiem:quẽ ſecuti ſunt.& i re nõ dari.Nõ eni hic imaginamur aut ꝓponim9 chriſtũ fuiſſe hoiem abſtractũ:inuiſibilẽ aut ipalpabilẽ ſup celo aut in abyſſo:niſi hic homo & deus. tñ ꝙ deus ſit iuxta ꝓphetias de ipſo narrãtes:atq; in ſuis opibus fundamẽtũ capimus.Sed ꝙ hic hõ uiſibi lis fuiſſet apud oẽs cõſtat:qm̃ maxia eẽt demẽtia excogitar:qd totũ iperiũ romanũ domiator orbis ter rarũ:& greci q i ſapiẽtia uigebãt tñ erroris cõmiſiſſent:ꝙ uano auditu creditũ adhibuiſſent.ꝓponen do aliquã rẽ que nõ fuiſſet.Nũq̃ eni abſq; aliquo ꝑſpecto fundamẽto:uiſa ẽ aliqua maxia adoratio uel ſequela.Nã iudei Abrahã:Iſaac:& Iacob:ac moſen uiderũt:& in lege p eos a deo tradita ãbulaf dicũt. Mauri in maumetana & taliter unuſqſq; in aliqua re uiſa aut qd de neceſſitate ita ſe habeat fundaf.Iõ q idola adorabãt uiſa ꝑfectione ſolis lune & alicuius alteri9 ſtelle:atq; hoiũm:ipſos adorabãt.nec unq̃ aliter cõtigebat.Sed deĩceps aliquo pricipio iuxta ſenſus aſſumpto diſputatur:an recte uel falſo id qd iſerim9 capiam9:nã certũ ẽ ſolẽ eẽ:Sed maxim9 error ipum uelle i deũ adorare.& ſic certũ ẽ:ꝙ moſes: chriſtus:& maumetus in mũdo fuerint.At qs eoꝝ uerior aut i deũ adorãd9 ſit decertatio cõſiſtit .Nos eqdẽ de chriſto i duobus fundamur.prio i ꝓphetiis q̃ i ipſo chriſto cõplete uidenf:aut ſaltẽ nulla rõne iudicari põt:ꝙ ibi ꝑfecte nõ ſint.& duo cõtraria ñ poſſunt tãtã ſimilitudinẽ ſimul hẽre:ueluti chriſtus & uerus meſſias.Aliud fundamẽtũ nr̃um i opib9 ipſi9 chriſti mãet:Multo eni maiora ac ꝑfectiora ſunt: q̃ hoibus cõueniũt.Et uiſis ꝓphetiis ſimul cũ euangeliis & ꝑceptis chriſti ſemp ſimpliciter ad bonũ aia rũ tẽdentibus:maxia uidef temeritas audere ipſum chriſtũ denegare:& ꝙ nõ ſit deus & hõ. ¶Tãdẽ chriſtiãi nunq̃ negam9 moyſem & maumetũ fuiſſe:nec mauri dicunt chriſtum nõ fuiſſe.Vnde iudei qui ſimilia oib9 manifeſta negare audẽt:tãq̃ ꝑfidi & inutiles uilipẽdẽdi ſunt.

Quo pacto ut omnes ſaluentur lex chriſti ſit ſectanda. Cap.xiiii.

¶Perſpicue uiſum eſt:quatenus meſſias daturus erat hominibus aliquam legem uel ordinationem : que nobis eẽt uia ſequẽdi ſalutẽ noſtram.Vnde manifeſtaf in ſua lege:illos ſaluari:qui precepta obſer uare uellent.nam q̃uis ex progenie habrahe yſaac & Iacob originẽ traherent:nõ ex hoc euitarẽt qn condemnentur nolentes obedire:& ſuum redemptorem cognoſcere.de quo multa exempla aliaq; his ſimilia tenemus.Quia bene affirmamus omnes ab adã emanare.tñ quidam ſunt domino grati:qdam uero econuerſo. ¶De filiis ade propinquis quidam ſuo genitori familiaris & amicus.alius uero inobe diens:& idẽ dicimus de filiis Noe & Iacob:ac de multis aliis ſanctis patribus.Iacob enim cõgregatis fi liis in ultimo dierum ſuorum.maledixit ruben:benedixit autem iude:& ambo a ſuis lumbis deſcẽderũt pater uero ſignificabat:quod unus eorum mereref gloriam & alter penam:& deueniẽdo ſimul ad totũ populum Iſrael:aperte oſtẽditur:quod qui legem obſeruabant boni ac perfecti reputabantur. Alii autem qui contra ipſam inſiſtebant:tanquam peruerſi exiſtimabantur.At uero prouincie Iheroſolomitane promiſſe fuerunt hebreis apud egyptum manentibus. Sed ad ipſas poſſidendas Ioſue & Caleph ſolum intrauerunt:ceteri uero qui ab egypto exiuerunt & aſſenſerunt ad regrediendum in captiuitatem:mortui ſunt in deſerto:propter ſcelera & peccata in dominum : uolentes in captiuitatem redire abſq; quod in deum credere uoluiſſent:qui pro eis tot miracula fecerat : & hoc modo dicimus : quod q̃uis redemptio in generali promiſſa fuiſſet:ſemper intelligitur:quod remedia adipiſcerentur qui ſaluatori obedire uolebant.Quemadmodum enim dicimus de Ioſue & caleph tenemus etiam de quibuſdam aliis ſpecialibus:qui chriſtũ cognouerũt:& i lege ſua ſaluati ſunt.Dico ãt de illis qui ex hebreorũ genere emanabãt:& in multis aliis locis habemus:quod deus magna eis ſe illaturum beneficia ꝓmitte bat.Verũ ſub hac imaginatiõe uel cõdictiõe:qd eum aſſequerentur : ueluti pluries pollicitus eſt dauid regi:progeniei:& ſuis ſucceſſorib9 ſempiternum regnũ:dũmodo uias & legitima domini obſeruarent.

Quod Iudeis redēptio & īperiū erat promissum:si mō bn̄ uixissent Cap.xv.

¶Dixit deus salomoni.Dedi tibi cor sapientie:super omnes preteritos & futuros:hoc autem scire so lum durauit usquequo precepta domini seruauit.quia in ultimis suorum dierum de malo in peius am bulabat:circa mulieres inuolutus.legitur quod deus saul elegit in principem Israel:qui dum noluit pre cepta dei assequi & obedire:ab eo dignitatem abstulit: & duobus annis duntaxat per deum regnauit. Sed deinde permisit ut maligno spiritu uexaretur & finaliter consensit ut in manibus suorum inimico rum moreretur:unde comprobatur quod uiuentibus his principibus qui in malum diuertebant : deus permittebat ut dominiū perderent:& quod ad alias personas esset translatū pariq; mō ad alias gentes redēptionē trāstulit:quanq̄ principaliter aliquo tp̄e fuerit populo israeli ꝓmissa.Attn̄ sub hac codictio ne ꝓmissa:quod semp bn̄ atq; honeste uitā ducerent.

Quod redēptor uenturus erat ad omnes uniuersaliter redimendos:& non ad ali quos in particulari. Cap.xvi.

¶Condecens esse uidetur:ut deinde perscrutemur:an licitum fuisset:quod messias ad hebreos tan tummodo redimendos uenisset:ita ut ipsi imaginantur.& hoc uidetur i quibusdā locis sue legis: quod fa[illegible] ante aduentum christi:qui ueniebant cum illis ad habitandum:& sue legi parebant: fiebant habi les ad potiēdum ipsa:quod aperte declaratur ubi circumcisio data fuit Habrahe. ¶Deus enim pre cepit quod ipsam allienigenis secum morantibus exhiberet:& q̄uis in illo tempore non habuerint pre ceptum benefaciendi aduenis suam legem participando:ex hoc non intelligitur:quod messias debuis set huiusmodi condictionem obseruare:eo quod perfectam legem promiserat.Quod si particularis eēt uel non extenderetur ad omnes:nullo quidem pacto bona nuncupari posset neq; integra : ex quo nō contulerit beneficium cunctis sequacibus suis.Quum ex una specie omnes prouenīamus:& quo ad ue ritatem iuxta precepta prophetarum constat:quod uocabant redemptorem potentem scilicet & piū: qui eorum misereretur:& quod solum ueniret ad redimendos aliquos homines in particulari:sequere tur:quod non sit eo modo quo prophete scripserunt.& quum uenturus erat per uoluntatem dei om nipotentis:oportebat ꝙ non adhereret alicui causā affectionis uel odii:sed ꝙ omnibus ipsum assequi uolentibus bonum elargiretur.

De iudeorū erronea opinione arbitrantiū:quod differentia inter unū & aliū popu lum ex parte dei proueniat. Cap.xvii.

¶Possent hebrei super hoc adducere : quod alio tempore uocabatur deus israel:& hebrei populus dei:& quod non elargiebatur aliis gentibus portenta:nisi habrahe progeniei.tamen legimus de qui busdam a natione habrahe descendentibus plures remansisse non ingredientes in populum israeli ticum:ut cognatio ismaelis & esaul q̄uis habrahe pollicita fuerit benedictio pro se & successoribus . & hac uia manifestatur hebreos defraudari.Ipsi enim censent quod differentia inter alios & alios popu los ex pte dei proueniat:& quo ad merā ueritatē differentia solū ab operibus & fide hominū causat.

Quod in presentiarū nos non sumus in aliqua obscuritate:ut non possimus in gene rali creatorē nostrū cognoscere. Cap.xviii.

¶Nullum in presentiarum est nobis obstaculū:quemadmodū antiquis fuerat.qm̄ per uniuersum or bē terrarū unū esse deū totius mundi creatorē & gubernatorē cognoscimus.Si mō in aliqua īsula for tuito nō fuisset saltē in nr̄o hemisperio ut in prio libro explicatū est.& qd̄ deinceps in orbe ī modo se quendi aliquā differentiā sortiamur.uerū cognoscimus unū solū deū esse.& non plures:unde in contu meliā diceretur:quod generalē legē non tribuerit in qua omnes saluari potuissemus.Quum uniuersa liter eum cognoscamus aut dicamus:quod abstulerit nobis ignorantiā quā incurrebant illi qui idola adorabant.Vn̄ admirandum est de tanta iudeorū cecitate & mentis caligine:uel potius inhumanitate uolentiū presumere:se tm̄mō & non alios fore saluandos:nec recolūt quot nefanda scelera tēpore pro speritatis assidue aduersus creatorē patrabant.Si autē inspicere uellent uti decet:Inuenirēt Adā & Euā a deo fuisse creatos atq; susceptos:& demū delectos & q̄plures ex aliis eo tēpore uiuentibus:aut ex illis qui in pria etate erāt religiose uixisse.Noe uero rediit ad renouandū mūdū:& fuit deo familiaris.quo circa appet qd̄ oēs habuerim9 antecessores:q meruerūt qd̄ dn̄s generalē legē traderet:qua saluari pos semus:ex quo apte oñdit hebreoꝝ iniqtas & inuidia:credētiū ꝑ eis solū redēptionē fore:quū oēs hoīes unū creatorē cōfiteamur. ¶Preterea hebrei nō dederūt hāc uniuersalē cognitionē:quia an̄ aduētū christi tāquā Idolatre tenebant:& ut q̄sq; alioꝝ populoꝝ reputati erāt.nā breui tp̄e quo deus nō ꝓse quebat eos:mulieres allienigenas ducebāt ꝓhibitas:& idola una cū mulieribus adorabant:ut Salomon

& pleriq; alii. ¶Hebrei uero nequaq̄ tanta ui potiebantur: ut potuissent cunctis gentibus cognitionem prebere unum tantum esse deum & non plures. Christus itaq; fuit qui idola eiecit & nomen & potentiam dei per uniuersum mundum manifestauit. quod si falsus propheta fuisset hoc utiq; impossibile esset penes naturam: immo etiam contra omnem diuinam ordinationem: quod adeo suppremum beneficium tot gentibus dederit. Tamen hic multa mala aduersus hebreos imaginanda sunt. nam de duobus in unum saltem errorem incidunt: quod intelligitur: quod ipsi non credunt deum suum esse omnipotentem creatorem celi & terre: a quo omnia dependent: aut uero quod extreme iuidi & auari sunt: de alienis bonis. Cuncta enim a deo dependentia de ratione ab ipso & non ab alio quietem expectāt: & quia omnes homines rationales & beatificabiles sumus: que est causa quod hebrei presumant deum nobis gloriam esse negaturum si bona agimus. Nos enim creature dei sumus: quemadmodum & iudei. Quapropter ob eorum maliciam presumendum est: quod particulares deos habuerint haud secus q̄ antiqui Romani greci troyani egyptii & alie nationes. Et si iudei moderni deum suum talem ymaginantur nos nolumus ab eo gloriam: nisi ab omnipotenti deo creatore celi & terr̄: a quo omnes dependemus. & quia unus solus deus est intrinsece & extrinsece supra omnes ab uno solo & nō a pluribus legem & gloriam petimus. Quapropter super hac consideratione quidam dixerunt omnia animalia saluatum iri: ex eo quod deus uniuersalis benefactor. est tamen dimissis aliis de hominibus qui deo inherere uolunt nullum est dubium quod saluentur. Et ideo hebreorum malicia pluribus modis manifestatur. Quia nullus philosophus creationem concedens: negabit deū non esse daturum legē cuiq; bene ꝑperandi: atq; ipsam expostulanti.

Quod ad reminiscentiam nos depictas imagines tenemus. Cap. xix.

¶Per uerba mosis promissa erat lex perfecta non in tabulis uel imaginibus manuum artificialium: nisi in cordibus hominum: in quo quidam uolunt christianos redarguere propter manuales imagines: qui quidem non satis nec oportune fundamentum nostrum respiciunt. Non enim imagines manufactas adoramus: nec in eis deum ueneramur: nisi quod quum Christus deus & homo sit & alii plures homines fuerunt sancti: propter eorum laudes aliquam figuram agimus: ne de illorum sanctorum bonitate obliuiscamur. Non tamen dicimus: quod ista figura manufacta Christum rep̄sentet formaliter uel materialiter per primam aut secundam intentionem: nec est signum Christi ut inquiunt de signo posito ante tabernam: quod significat illic esse uinum. Nos uero non asserimus Christum magis eē in hac imagine q̄ alibi: Tamen est signum ad habendam reminiscentiam: ex parte nostra. quia uidēdo illam figuram de christo recordamur: & sic etiam de aliis sanctis: ut de alexandro aut cesare figuras uel effigies agimus: non quod ibi alexander aut cesar sit: nisi quod per tale signum de suis rebus gestis & meritis recordamur. & per medalias malorum etiam de suis uitiis recordamur Quocirca bonos probitate cōmendamus & malos scelere deturpamus: & deficiente nobis hac reminiscendi manerie: raro possemus illorū meminisse: quos imitaturi & quos deposituri essem9. At uero imagines ueneramur: eo quod respectu boni sunt posite & potius unam q̄ aliam respicimus: una enim magis q̄ alia est similis illi rei quam nos de Christo memoriter tenemus. Sed inquantum imagines possumus eas proiicere: atq; comburere: dummodo in Christi aut cuiusq; alterius sancti ignominiam non fiat. Tunc enim peccatū fuisset: sicuti esset: si templum deuastaremus. Quia templa pro locis oportunis ad adorandum creatorē nostrum facta sunt. & quoniam plurima extant templa: eo quod non possumus omnes homines in unum concurrere: decet quod uaria nomina templis imponamus: ut intelligatur de quo templo loquamur. Nam dicendo domina nostra de laureto: de monte serrato: & guadalupe: non intelligitur: quod sint plures Beate Marie: nisi una plures habens domos & templa. Et hic ut sciamus ad quam domum profecturi simus: quandoq; dicimus dominam de laureto: & quandoq; dominam de monte serrato. ¶Et circa sacerdotes & summos pontifices aliter q̄ de imaginibus sentimus: ipsi enim Christum in administrationem representant: iccirco honoramus eos: & fidem adhibemus: maxime in potestate eis per christum tradita. ¶Aliam adorationem habemus absolutam: que nec est signum: nec representatio: hoc est sacramentum altaris. Quia idipsum tanquam deum adoramus: absq; quod oratio nostra in aliam partem dirigatur tenentes: quod christus sicut erat in cruce sit etiam ī hostia consecrata. tamen adoramus eum inquantum credimus unum solum deū esse: & quia non possumus hoc sensibus elicere: deum in cordibus nostris adoramus: & non plures deos nec homines. quemadmodum antiqui: nisi unū deū tantum creatorem celi & terre: & sic adimplemus uerba mosis. Quoniam ex quo Christus uenit proiecta sunt ydola & false adorationes: & omnes unum deum & non imagines manufactas adoramus: ut ante Christi aduentum ueteres faciebant. Sed quia penes prophetarum dicta Christus erat uerus legislator: & per plura cognoscimus ipsum esse deum & hominem: oportet in hostia consecrata suum corpus adorare. Ipse enim dixit: hoc est corpus meum. & ubi corpus Christi ibi diuinitas: quoniam de9 & homo.

Quod experientia patet:in cordibus christianorũ legem dei esse illatam. Cap.xx.

¶De auctoritate mosis dicentis:Dabo legem meam in cordibus eorum:si aspicerẽ uoluerimus: nulla erit dubitatio:quin de christianis intelligatur.quod tali modo patet.Datum est nobis cognoscere res ad perfectiones suas tempore necessitatis:aut saltem in simili tempore:potius q̃ in alio cognoscuntur. Et lex nostra nullas diuitias & nullum gaudium in hoc mundo spondet:nisi membrorum assiduas de fatigationes.& quia legislatorem nostru sequimur in penuria & sine mũdanis diuitiis:probatur : quod lex seu fides nostra:non in tabulis lapideis:Sed in cordibus nostris scripta sit. ¶Preterea aliud potissimum argumentum de fide nostra habemus:quod sit in cordibus scripta:& exemplum est huiusmodi. Quia q̃uis aliquando ecclesie ministri male se habeant:fides nostra semper firma ac stabilis manet: qđ absq; maximo miraculo esse non potest.Nos enim non adhibemus sacerdotibus fidem ut iudei & mauri:ipsi enim sacerdotes habent tanquam ualde extrinsecus administrantes:ieccirco non dicunt quod representent personam dei:neq; credunt:quod peruersos illigare queant:nequidem peccata penitentibus uenialiter relaxare.& nos tenemus sacerdotem christri personam representare : & in hoc mundo suam habere ordinariam absoluendi & ligandi potestatem.Et ultra istud precipue hac tempestate uidemus:quod aliquis ex prelatis & aliis ecclesiasticis plurima mala cõmittit:& ferme omnia peccatorũ scelera perpetrat:quod non est absconditum:nisi in modo quo omnes christiani sciunt aut possunt scire. Vnde tenemus:quod non recte insequuntur euangelia in operibus suis.Sed quia repperimus christum dimisisse apostolis & pontificibus potestatem administrandi & distribuendi sacramẽta & prerogatiuas ecclesie:semper eis plenam fidem damus:ut si sancti essent:quod est impossibile secundum naturam & rationem:si deus in cordibus nostris stabilem legem non posuisset.Quod per hebreos satis patet.nam licet pro eis deus q̃plura miracula palam egerit:dum per aliquot dies cessasset omnes aut plerięq; eorũdem hebreorum:ipsum denegabant.& nos nolumus hominem propter potestatem a deo illatam negare.ieccirco nobis manifestum est:legem dei scriptam esse in cordibus nostris.nã licet in operibus suis sacerdotes deficiant:nos semp legẽ dei in cordibus nostris obseruamus.

Examen inter leges.

¶Hactenus uidetur nos magnum processum de lege Christi fecisse:nunc uero licitũ est de qualibet aliarũ simul cũ lege Christi perscribere.Quia si in examen ponantur:manifestius patebit:quenã maioris uigoris sit:& quoniã nostra intentio erat de inquirendo & indagando messia:ubi probauimus nec mosen nec maumetũ esse:succincte de ipsis & legibus suis explicabimus.

De perfectione quã quelibet lex in se habet:& prĩo de mosaica. Cap.xxi.

¶Ad euitandas argumentationes:pro nunc quascũq; auctoritates dimittemus:in quibus uerũ aut falsum non existit:eo quod prophete dixerunt.nisi quod in re ita aut aliter se habet:& ad hoc rationabile est nos scire:qualis unaqueq; lex in se sit:quum quisq; asserat a deo legem suam esse promissam & confirmatam.& hoc est quedam perfidia:sicut dum solis manibus lapidem dilatare aut mollificare uoluerimus.& hac de causa leges hic accipimus:ac si facte fuissent sola trium prophetarum auctoritate. & pro cognoscenda dignitate & bonitate illarum uidebimus:quem ordinem quelibet ipsarum legum complectatur:ut credamus inquantum ad suam ordinationẽ uel ad merita :spectat. ¶Et primo de lege mosis inchoabimus.licet pauca sim de ipsa dicturus:alibi latiorem mentionem agimus.Nos & enĩ christiani non negamus legem mosis diuina uoluntate illatam fuisse.& quod in aliquo tempore non fuisset bona.dico tamen bonam in eo gradu qui sibi attineret:& non perfectam:eo quod nondum cõpleta erat:ut non solum patet per omnes principales prophetas:ac multorum sapientum testamenta: uerum etiam & in hoc tempore iudei messiam expectãt:ut eos redimat uel a captiuitate deducat.Quapropter non est conueniens alia argumenta inferre ad probandum:quod quãdo lex sua maiorẽ uim habuit imperfecta fuerit:tunc enim homines aliam nouam legem aut remedium ad se saluandos presto labantur.Et inferendo:quod lex mosaica occulte habebat uirtutem dandi animabus salutem: Respondetur:quod ex hoc cõuenit legem totaliter esse perfectam atq; ab omni spurcicie semotam.Quia gloria huiusmodi condictionis est:quod nil sibi deest:nec secum aliquam imperfectam partem complectitur.Vbicunq; enim bonum & malum ibi assidue differentie contingunt:& ad dandam sine fine quietem:oportet totam legem ad unum finem tendere absq; contrariis qualitatibus.quia opera que gloriã mereri debent:necesse est quod inquantum possunt sint similia.Si enim cum una manu facimus elemosinam:& cum alia latrocinium:per similem elemosinam nõ sumus in statu gratie .Quoniam competit manũ dextrã porrigẽdo ad elargiẽdũ paupi unũ denariũ:qđ sinistra ad subleuãdũ diuitẽ si fortassis cadit uoluam9:& talis pfectio ĩ lege hebreorũ nõ ẽ ingrẽda:licet pcepta hẽat ad obseruãdũ ieiuniũ:& ad carnales delectatõẽs deserẽdas.Sed qđ pdest si post hoc illis cõcedit:ut sanguinẽ pximi bibãt bõa extorquẽdo:tũ feneratiõib9 & usuris:tũ uariis ac diuersis deceptiõib9:q̃uis iudei dicãt iter se nõ ẽẽ licitũ

fenerari;Sed solum cum alienis. ¶Circa castitatem lex eorum nec premium ullum: nec condecētem limitem in cibis ponit. quocirca principalius premium: quod expectant uel quod deus spopōdit est filiorū multitudo: tēporales diuitie: & esce: que sensualitati delectabiles & iocunde sunt.

Quod lex principaliter pro animabus & nō corporibus intelligatur. Cap. xxii.

¶Superius aliquam mentionem fecimus de lege corpori & anime competenti. Deinceps in alia parte strictiori inchoabimus: in qua de animabus pertractabitur. lex enim diuina nō respicit corpora prīcipaliter extra solas animas. Nam quo ad corporalem uitam ita possunt gentiles aut isideles hebrei uel christiani delectari. habentes de deo noticiam ac si nihil de eo audiuissent. & iccirco hac uia probamus deum principalius dedisse precepta pro salute & uita animarum: q̄ corporum. & quia ita res se habet: necesse est quod nos circūspecte uiuamus in modo animabus & non corporibus condecenti. Nam corpus & anima semper contrariantur: eo quod de diuersis substantiis constant. quemadmodum enī pars nostra sensibilis tota est corporea: & in rebus corporalibus misceri cupit: ac de iisdem cibari exoptat: ita anima quum spiritualis sit: spiritualia querit: & a corpore omnino aliena. Res enim corporales corruptibiles sunt: uel saltem minoris perfectionis q̄ spirituales: & propterea ad consequendam incorruptibilitatem & perfectiōem: decet: quod circa anime beneficium uiuamus. Et si uolumus hebreorum legem diligenter speculari: nullam in ea conformitatem cū anima repperiemus. quoniam secundum legem eis cōcessum est quod in quoquomodo mulieribus filiis cibis & tēporalibus diuitiis delectari q̄ant: & non solum nos eniti debemus ad gloriam: uerum etiam decet: ut quotidie penitentiam de aliquibus criminibus faciamus. quia quo ad nostram imbecillitatem beatus is: qui se a peccatis abstinet. Quod si uolumus de nostris sceleribus purgari: & inuoluti sumus in delitiis: que tales infirmitates causare solēt: impossibile est: quod in aliquo tempore exoluti simus. immo semper ad maius debitum declinaremus. Itaq; lex mosis non est sufficiens ad tribuendam iudeis gloriam: quoniam in acquisitione diuitiarum & filiorum imersi: quum de his similibus ꝓmissionē futuri premii habeant.

Memoria contra hebreos. Cap. xxiii.

¶Cum hebreis disceptare uolentes: debent tria presupposita precipue assumere. Quorum primum quisnam pro se magis habuerit auctoritates Christus an moses? Secundum quis dignior fuerit? Tertiū que lex melior sit penes naturalem rationem? ¶De prima parte nullum est dubiū: quod christus per se plures habeat auctoritates ante aduentum suum q̄ moses. ¶Si autem inquis: quod de christo non narrant: asserimus: ut patet: quod saltem de ipso aut de alio omnino simili enarrāt. ¶In secūda asserimus: christum digniorem fuisse q̄ iudei de mose dicunt. Nos enim deum & hominem Christum uocamus: & ipsi mosen hominem tantum fuisse ferunt: & per opera Christi multa maiora atq; utiliora in cōmuni extiterunt: q̄ per opera mosis. Nam moses legem dūtaxat populo israel prebuit: & ad cognoscendum unum esse deum Christus per uniuersum orbem terrarum aut p maiorem partem legem suam dilatauit: & omnes propinquos & alienigenas ad salutem uocauit: & cognitionem dei altissimi & causam abiiciendorū ydolorum adhibuit. ¶Tertiam partem de perfectiori lege dicimus: in qua sat est assignari: quod nostra tanto melior mosaica sit: quanto anima est corpore prestantior. Lex enim nostra anime inheret: & mosaica ad corporale beneficium tendit: ut in processu demonstrabitur. q̄uis hebrei dicant: legem suam miraculis fecundam: & quod iccirco non debent eam deserere: nisi ob aliam magis miraculosam. Sed uiso illo: quod de mosaica & christiana lege scriptum est: inueniemus legem christianam esse multo miraculosiorem mosaica. ¶Quod si iudei inferunt quod nō credunt omnia que de lege nostra scripta sunt: magnum argumentum presupponitur: eo quod eam & christiani & pagani scripserunt. nec tantum post mortem Christi: uerum etiam in uita eius denunciabatur: quod ipse sit plus homine: & quod omnes in eum non crediderint. similiter dicimus: quod neq; omnes nationes in mosen uel miracula sua. Quia non solum alie nationes incredule erant: immo etiam quamplures iudei negabant & despiciebant mosaice legis miracula. At nos concedimus ueram fuisse legem illam: Sed quod ad optatam & meliorem aliam referebat. Seu inspiciendo: quod alia perfectior expetebatur: aut propheta qui legem illam perficeret. nos in christum credimus: quum omnia signa habeat: que de uero messia referebantur: in quo hebrei deturbati propter temporis diuturnitatem aut eorum duriciem ubi q; ad ephesios respondent: ut dicendo: prophetam esse uenturum ad liberādum ipsos a captiuitate babylonis. Attamen illa liberatio manifeste erat imperfecta: ut de corporibus dicunt: & etiam erat liberatio reliquorum in captiuitare manentium: & non dicebatur de preteritis nec de futuris. quoniam nō omnes hebrei fuerunt: sunt aut erunt in captiuitate babylonis. Quapropter non erat perfecta nec communis redemptio. Messias uero a prophetis uaticinatus commune atq; omnibus integrum remedium daturus erat: & non sub paucis diebus: sed semper: ex quo necessario oportet: talem liberationem esse

animarum & non corporum. Corpus enim cito corruptibile est:& anime semp uiuunt.& ideo Christus tanquam uerus redemptor legem nobis tradidit:qua possemus a quacunq temporali & eterna captiuitate liberari.& ex hoc non fregit legem Mosis: Quinimo eam potius quo ad corpus & animam perfecit:quum honesta uita corporum sit illa:que circa animarum salutem uersatur. ¶ Rursus quamplures prophete:qui in hebreorum prosperitate messiam expostulabant:rogantes:ut cito ueniret:nō erāt in captiuitate babylonis. Vnde manifestum est quod ipsi animarum redemptorem:aut optimum uiatorem bene uiuendi exquirebant:& sic dauid inquit. ¶ Notam fac mihi domine uiam in qua ambulem quia in te speraui. ¶ Tandem oībus auctoritatibus demissis dum euangelia aspicimus:ibi solum cognoscitur Christum super omnes creaturas optimum esse:& si falsum messiam se denominaret:optim9 non esset:est optimus:igitur uerus atq sup oēs creaturas obediendus.

Qualiter probatur:& a iudeis conceditur:omnes animas ipsorum iudeorum in inferis sepultum iri:eo q sacrificare ante aram extra terram promissionis nequeunt. Cap.xxiiii.

¶ Dum contra hebreos in arguendo occurrendum sit:semper quo ad uires in clarioribus quam possumus insistendum est.presertim quum aliqua ab eis concessa inueniuntur:contra duritiem seu perfidiam iudeorum agentia super omnia alia sunt explicanda. ¶ De similibus enim ab hebreis concessis:in periudicium ipsorum potissimum est.ubi ipsi concedunt:& etiam patet experiētia per eos assumpta:extra terram promissionis eos non posse deo omnipotenti sacrificare: ¶ Hoc assumpto de damnatione animarum iudeorum nil ambigendum est:ut probatur ita decurrendo:de precepto mosaice legis erat:si quis peccatum cōmittebat:debere offerre aliquam uictimam sacerdoti secundum peccatum in quod lapsus fuerat:deinceps sacerdos sacrificabat uictimā ipsam ante aram & orabat deum:ut offerens a peccato saluaretur.alio modo uero:secundum determinationem legis:peccata solui nō potuissent.q dicas per confessionem:uel aliusmodi. ¶ Deficit nunc sacrificium iudeis:quia extra terrā promissionis degunt:& sine sceptro regali manent:sine quibus duabus partibus simul sacrificare nequeunt.quisnam de perditione sempiterna animarum eorum dubitare potest?eo magis: quia ipsimet hoc concedunt:uidelicet peccata eorum nō posse solui:nisi per sacrificium & orationem a sacerdote oblatum ante aram:non fit sacrificium ante aram postquam a terra promissionis proiecti sunt: constat omnes iudeos qui in toto tempore hoc:mortui sunt:in inferis sepultos esse & arguendo q in aduētu messie liberandi sunt a captiuitate corporum & animarum:tam mortui quam uiui:hoc tarde erit secundum uiam quam nunc uidemus:& si a casu aliquis magnus princeps ipsos ad terram promissionis reuertisset:ut quādoq per reges persie actum fuit:neq ex hoc manet:iudeos qui extra terram promissionis mortui sunt saluari posse.quoniam ad saluationem eorum:necesse erat offerre uictimam appropriatam secundum peccatum cōmissum ut super illud signum sacerdos per particulare peccatum illud deum orare potuisset.ponatur modo q iudei ad terram promissionis reuertūtur.quis per peccata sua uictimam appropriatam offerret:ut sacerdos per ipsos defunctos oret?nullus erit:qui peccata particularia mortuorum sciat.proculdubio constat:omnes iudeos extra terram promissionis mortuos in inferis sepultos esse.ubi absq fine manebunt:si fortassis messias in lege promissus iterum nō uenerit ad ipsos redimendos.quoniam ipse super animas & corpora hominum in hac uita manētiū:& ad alia trāslatorum plenam habet potestatem.sed nullus alius princeps habet potestatem ad liberandum animas iudeorum:que ab hac uita insolute a peccato discedunt. ¶ In hoc loco enim maximum argumentū christiani capimus ad probandum descensionem christi ad inferos:in triduo ad liberādas sanctorum patrum animas.quoniam inde soluti erant.tum quia legem perfectam non habebant:ut per ipsos pateret perfectorem legis expostulando:tum quia aliqua peccata cōmiserāt per que fortasis uictimam appropriatam ante sacerdotes non obtulerant. Vnde condecens erat animam Christi simul cum diuinitate ad inferos pro liberandis animabus sanctorum patrum descendere. & ibi sufficiebat anima sola: eo q in sinu habrae non erant corpora & anime hominum simul:nisi anime tantum. super faciem terre uero:quia anime & corpora simul uiuentia:opportuit anima & corpus christi simul adessent. ut homines ibi manentes liberarent.simili modo autem oportet q messias a iudeis spectatus agat.si quādo q uenturus.aliter anime eorum absq fine in inferis tormento cruciabuntur: quod ipsi iudei nullatenus negare possunt:nequidem negant.licet maxime sperare dicant.tamen quum per tantum tempus non uenit:ut ipsi eum uolunt:neq est amplius spectandus.unde merito inferre possumus:prouerbia a maioribus nostris tradita uera esse in communi locutione:habetur.hoc tanquam anima iudei deperditum est:quod uerum hoc prouerbium sit:per omnes iudeos in lege scriptur expertos approbatur:quū omnes anime eorum ad inferos descendant ad patiendum: eo q sacrificare extra terram promissionis & regem in ea dominantem nequeunt. ¶ Et in hoc loco super omnia alia de duritie iudeorum manifestam cognitionem capimus.nam cum inter religiosos anumerantur:sub nulla ratione nullo colore tantum manifeste in damnatione animarum ambulare possunt. quum omnis religio ad ani

mus potissimum super corpora tendit:sub quo ordine nil est corpora dilaniare: dum anime salue sint. Iudei utiq; utrunq; perdent:de uituperatione corporum eorum omnibus cõstat: de perditione anima rum uero ab ipsismet propalatur unde tot malis prospectis:& nolle ad uiam saluationis conuerti:uere dure ceruicis denominandi sunt non dure ceruicis per fortitudinem membrorum.quoniam omnes in hac tempestate pauci ualoris sunt:imo dure ceruicis quia inique anime.unde habetur omnes ignotan tes maligni cordis.Iudei secundum legem scripture & experientiam quam uident penes animas & cor pora in perditione sunt & sub ignorante perfidia semper sistunt:tanquam uani atq; profugi in hac ui ta & altera annumerandi sunt. ¶Verumtamen iudei qui in hac tempestate sunt: per seipsos allegãt dicentes:deus misericors est:non uult ꝙ iusti per peccatores patiantur: maiores nostri peccauerũt per quos extra terram promissionis sumus.ipsi tamen innoxii pene sunt.in qua defensione eo modo se ha bent ut negantes originale peccatum:per primos parentes successores contrahere: quod in lege erro neum est similia inferre.Et ita circuncisio per manum habrahe tradita est iudeis: ut ab originali pecca to per primos parentes causato:solui possent.In hoc tempore iudei nullum habent sacramentum per deum traditum ad soluendum errorem in eis remansum a parentibus suis perpetratum:per quem erro rem extra terram promissionis hic illic exules sunt.nolunt concedere aliquam in eis obligationem esse non sacrificant:non orat sacerdos pro ipsis ante aram:constat:peccata sua irremissibilia esse: quoniã dicunt obligationem non habere de illo quo manifeste obligationem habent.Et ꝙ ita sit probatur.nã posito ꝙ iudei qui nunc sunt nullam habeant obligationem in maledictione parentum suorum:sequi tur:ꝙ de9 agit malũ nõ reuertendo ipsos ad terram promissionis:ut extra seruitutem exeant non resti tuit eos:& deus nõ potest malum agere:sequitur iudeos in hoc tempore uiuentes:aliquam culpam con tinere in demerito suorum parentum.Vnde nulla oratio:nullum aliud opus eorum supplere potest: ꝓ sacrificiis et oratione per sacerdotes ante aram oblatis. ¶Christiani autem quamuis terre promissio nis heredes simus:quia legem pfectam habemus: hic illic et ubiq; sacrificare possumus. quoniam deus omnipotens legem cõmunem omnibus hominibus tradidit: per totum orbem terrarum habitantibus quoniam si cõmunis lex non esset non perfecta:nequaquam a deo omnipotente illata esse uideretur.

Quod falso presupponitur:dicendo:Christum & Mosen per scientiam Chabale aut si milium miracula fecisse. Ca.xxv.

¶Iudei qui docti & periti sunt uidentes Christi miracula adeo nota & quampluribus nationibus diuul gata:ut euadere queant:apponunt:Christum fuisse doctissimum in chabala que est eorum philosophia & quod illa sit scientia per quam plurima miracula fieri possunt.Nos uero asserimus quod hoc argu mentum sit illorum:qui fallacias querunt aut ueritatem denigrare cupiunt ueluti prospicimus: in here ticis dicentibus:quod moses doctissimus erat in arte magica: & per eandem doctrinam mare rubrum aperuisse & alia huiuscemodi egisse.Alii quoq; heretici dicunt planetarum influentia:& quod Christus etiam hac uia operatus sit.Attamen quod hec opera Christus & moses egerint:proculdubio manifestat sed non in magica uel astronomica arte:nisi in potestate dei.At redeundo contra hebreorum dicta aimus:nõ apparere quod Christus multas litteras didicerit nec quo ad naturam potuit. Quũ Ioseph qui pater suus dicebatur pauper erat:& qui pauper est:nequit ĩ paucis diebus maxime in adolescentia plura memoriter complecti uel adiscere preceteris:qui per multos annos studuerint.Et Christus nõ so lum tunc quum trigesimum etatis annum agebat eundo per mundum ad predicandum ostendebat se omnia efficaciter scire:uerum etiam in pueritia: quando Ioseph & beata Maria ipsum perdiderunt: quem tandem inter doctores sapientissime disceptantem reppererunt. Que quidem sapientia nõ po terat in ea etate a Chabala nisi ab omnipotenti Deo emanare. ¶Preterea si hec scientia chabalista rum adeo perfecta est:cur iudei per ipsam nullum miraculum agunt:quum pleriq; eorum sint chabali ste:& si quod Christus agebat ipsi facere nequeunt:saltem id in parte agant.At quia nihil agunt asse rendum est eorum opinionem contra Christum manifeste esse falsam:dicendo:quod per scientiam cha bale miracula fecerit.Si uero hebrei inferent quod nunc nequeunt propter exilium miracula agere:di cemus quod neq; hoc faciebant per illam chabale scientiam:dum erant in propria patria : nequidem olim deficiebat eis modus studendi apud Hyspaniam:ubi tum diuitiis tum fauore circa proceres haud parum ualebant.Et si aiunt quod prophete eorum miracula per scientiam chabale faciebant legi eo rum impugnant quia secundum legem scripture Deus sibi seruientibus inspirabat:& gratiam faciendi miracula contribuebat:& Christus hac uia usus est ueluti per euangelia & actus apostolorum constat:q in nomine Christi sine scientia chabale plurima miracula fecerunt.

De Christiana lege:ac de sua integritate:& perfectione. Cap.xxvi.

¶In hoc secundario examine christianorum legem ponemus:licet non extendar ad scribendum que sit corporibus angusta & animabus amica & suauis. Verum asserimus quod nemo potest tam aspere i

lege nostra uitam ducere:quod eiusdem precepta contra sensualitatem corporum transgrediatur.dū modo per nimiā abstinentiam seipsum non occideret.Quoniam obseruatis decem preceptis pro maiori perfectione habemus christi preceptum. ¶Quod bona nostra uendamus & pauperibus impartiamur:atq; ipsum sequamur.& finaliter quod suo nomine ubi oportuerit moriamur: quemadmodum & ipse pro nobis:& hic mori intelligimus cum patientia sine iracundia aut proximi detrimento.Nobis autem non conceditur uenia ad aliquam corporalem ultionem:nec ad peruertēdum animos nostros aduersus illos qui nobis contumeliam inferunt:sed quod solum eis ignoscamus & deum pro salute rogemus.possumus utiq; mulieres ducere ad substentādam generationem:non tamen plures uxores:nec quod cum eis dissolute coeamus. ¶Laudamus matrimonium sed multomagis castitatem eo quod iā non est nobis multarum personarum magna necessitas.Sed sanctorum uirorum inopia. Et si quisquā ex hoc inferre uellet:quod si omnes castitatem obseruaremus genus humanum periret respondemus quod non est nobis necesse preceptum ad substentandam generationem. Quoniam appetitus noster quotidie ipsam stimulans multiplicat:& q̄uis nullum premium pro castitate expectaremus: merito obseruanda est.& ideo in lege nostra hoc pro bono signo ostendimus: habito tamen primo uirginitatis fundamento. ¶Amplius non habemus tantam latitudinem ut possimus comedere uel bibere: nequidem carnalibus concupiscentiis uti:aut pro sensibilitatis delectatione temporalia adipisci . Sed solum similia assumere possumus:ad solam uitam substentandam:qua possimus aliam maiorem quietem consequi.& quod de nostris mulieribus quimus solum illud quod ad generationem spectat assumere:similiter decet quod de bonis tēporalibus ad mediocriter nos substentandū acquiramus.nō tñ in aliqua istarū partiū scribimus felicitatē esse.In alio ēt principali passu nostrā legē sufficientē esse demonstrat:habemus enim:qđ sancti patres alterā sua perfectiorē expectabant.Nos uero nequicquā petimus ultra illud:quod lex nostra in bonum premittit.Quoniam impossibile uidetur nos perfectiorem regulam intelligere:ad animarum propositum.

De insufficientia uel ignorantia legis maumetane. Cap.xxvii.

¶Inter alia maumetane legis incōuenientia:quatuor precipue assignare possumus. Primum quod lex ipsa finit ut quisq; tot uxores habeat:quot educare poterit.Quidam ex illis inquiunt:quod ista lex non iubet peccatum contra naturam puniri:& an uerum uel falsum sit effectibus comprobatur:quū non puniantur tale scelus patrantes:& similiter quod septem uxores tenere possunt. ¶Secundum est quod legem suam armis defendunt. ¶Tertium quia ultimam felicitatem in cibis ponunt: & nō solum donec in mundo uiuūt:uerumetiam quum ab hac uita migrauerint : quartum & principale qđ maumetus non est de populo israelitico:nequidem inter iudeos natus neq; educatus: quod est contra Messiam in lege promissum.Sed quis nam uidit hominem se intromittentem uel deditum mulieribus: qui liber seu clarus esset in operibus membrorum:forti ac strenuo uiro competentibus .Quod si actus carnalitatis & gula corporeas partes destruunt:que eis appetitum & concupiscentiam prebent: quantomagis uitia erunt animis aduersa atq; insensa.postquam totaliter sunt eis exosa . Que uero in illis deuotio experitur:qui ad mulieres sepissime declinant:quos uocando rarissime aut inter somnia uel extra tempus respondent:& pauco momento quamplures mutationes faciunt.nam feruenti animo diliguntur & confestim cessant.Quis enim inferret nil deesse illi legi que uult armorum impetu tutari?Quū natura aut consuetudine datum sit:qđ qui deteriorem ptē possident:nolunt rationi obtemperare.Sed potius uiolentis armis decertare. ¶Maurorum lex sub precepto habet sine aliqua cōsideratione uel declaratione:quod armis tueatur & tale preceptum apud quoscunq; rationales est inhonestum: & magne arrogantie.Quam nos pro grauiori peccato reputamus. ¶Lex uero que in precepto peccati fundata est nullum animabus meritum expectat.Circa tertium inconueniens ubi ponunt in cibis felicitatem:uideamus:in quibus personis similis consuetudo repperiatur. Sed quia hoc omnibus est manifestum:non opus erit plura subnectere.Attamen solum dicimus quod apud insimos & uilis conditionis inuenitur:& mauri non solum in hoc seculo uerumetiam in alio ciborum gloriam expectant: uolētes se a cibis abstinere dicunt ieiunium esse non comedere in die:& per totam noctem deuorare. Vellē quod isti scirent referre:quo pacto gloria esse queat aut integra requies:ubi necessitas bibēdi & comedendi inerit?Si enim nos cibare debemus necesse est quod interdū famem & sitim habeamus . Demum dicimus:quod ualde inhonesta esset illa gloria in qua simul tanta gentium congregatio extitisset : & essent corporalibus cibis nutriende.Tunc enim secundum naturalem cursum deberent digerere : atq; ipsos extra mittere.& talis modus manendi uaria corporalis delectatio esset: & non animarum.& similē gloriam quandoq; diuites in hoc mundo habent:tamen imperfectam atq; indigētem eam esse cognoscimus.Nos uero gloriam dicimus:ubi nihil deest:nec quicquam de nouo expectatur . Quisq; enim de presenti possidebit:quicquid diutius desiderare poterit.Nam q̄uis corpora ab elementis sint composita post diem iudicii non sunt gubernanda:per naturalium cursuum dispositionem nisi dūtaxat per solā dei prouidentiam.Quapropter ad substinenda corpora non opus est corporalibus cibis.hoc autē di

co postq̄ resurrexerimus. Quoniam tunc corpora animabus subiicientur. De quarto in hoc loco tantummodo ponimus: quod per legem scripture nullatenus apparere potest: aliquem alienigenam a populo israelitico esse redemptorem humanitatis.

De quibusdam auctoritatibus legis ueteris: quas mauri in suum fauorem similitudinarie adducunt. Cap.xxviii.

¶ Mauri quasdam auctoritates adducunt in corroborationem suarū intentionū: sed nequeunt cum illis de eorum lege similitudinem ueritatis ostendere. Vbi deus inquit: dirigendo uerba sua ad Mosen: ueniet alius aut suscitabo alium prophetam tibi similem. Dicunt illi maumetani: quod hoc de suo propheta intelligatur. Nos uero asserimus: quod in uita: preceptis: & uia conducendi gentes: mosi fuit dissimillimus: nisi arguere uoluissent maumetum mosi similem: ex eo quod legislator. Sed tunc quicunq̄ falsas leges constituerent: ut arianus & pleriq̄ alii: essent mosi similes. Vnde euidenter apparet: quod potius pro colorāda opinione tales auctoritates capiunt. Et ideo mosi similem dicemus esse Iosue: aut Dauid: qui conseruatores aut defensores legis & populi hebrei fuerunt. Vbi autem deus ismaeli gentē magnam in successione spopondit: uolunt mauri ꝙ pro multis in sua lege intelligatur: & quod dominus hoc in benedictionē dederit. Attamen hec uerba in sensu uident illis similia: in q̄bus dicit q̄d Isaac benedixit Iacob & dedit illi principatū: unde humana redēptio resultaret. & Sauli diuitiarū benedictionē: uel terrarū fertilitatem: & simili mō plures gentes fuerūt ismaeli ꝓmisse: utpote i illa etate seruis dei quamplures diuitie & filiorū copia concedebantur.

Quo pacto mauri quasdam auctoritates legis gratie allegare uolunt: credentes suā sectam per ipsas probare. Cap.xxix.

¶ Circa nouum testamētum mauri de quibusdā euāgeliis auctoritatibus disputare uolunt: arbitrātes illas in sue legis propositum deducere: que q̄dē econuerso se habent: & hi pro principali fundamento accipiūt: id quod in euāgelio dicit. ¶ Quū uenerit paraclytus quē ego mittā uobis spiritum ueritatis: qui a patre procedit. uolūt quod pro mahumeto intelligat: inferētes: ex hoc quod spiritus quē nos intelligimus: idest deus: semper oportet quod sit ubiq̄: & de nouo i aliquē locū non ueniat: & in euangelio dicit: ꝙ nōdū in hoc mundo steterat. Sed si i hac particula: agareni euangelice auctoritati assentiunt: decet: quod in aliis quoq̄ idem exigant. Quoniam tenentur rationabiliter modum & intentionem assumere: quatenus hec ab euangelistis proferebantur: quo possint maioribus & clarioribus auctoritatibus inherere. ¶ Si autē respicere uolunt: apertissime inuenient Christum dixisse ad apostolos loquendo: quod mitteret ad eos paraclytum spiritum ueritatis daturum eis fortitudinem & doctrinam eundi per uniuersum mundum ad predicādum & declarādum legē suā: quod effectualiter apostoli demonstrauerunt: quum dicat: q̄d repleti spiritu sancto oēs linguas alienigenas: ac uarias intelligebāt: & loquebantur. & hoc i illo tūc fuit: & nō i aduētu mahumeti. Post uero apostolorū predicationē per multos annos mahumetus natus est: qui nec illorū uestigia nec christi sequutus: ut q̄spiā affirmare possit: ipsum fuisse discipulū aut imitatorē legis Christi. Et si Christus ꝓmisit se i mundū ꝓ paraclyto Mahumetū esse missurū cur eū misit adeo sibi dissimilē uita & preceptis? Et hic asserimus: quod si Christus mahumetū pro sue legis cōfirmatore misit: ipse mahumetus oimō imitator fuisset: quēadmodū & apostoli: q intrinsece discipuli Christi fuerūt. Quocirca maurorū leges nō adeo ut uidemus a lege Christi dissentirēt. ¶ Et Christus inq̄t. Quū uenerit paraclytus quē ego mittā uobis spiritū ueritatis: ipse perhibebit testimoniū de me. Mahumetū aūt nec spiritū ueritatis fuisse nec rectū de Christo testimoniū attulisse cōperimus. Et q̄d mahumetus nō uenerit ad apostolos: aperte cōstat: Christus uero ad ipos se uenturū promiserat. Quapropter spiritus sanctus quē nos esse dicimus tertiā ꝑsonā i diuinis: missus fuit ad apostolos & nō mahumetus. ¶ Preterea Christus dū discipulos ad predicādū mittebat: iussit ut in noīe patris filii & spiritus sancti baptizarēt. Quoniā aūt mahumetus nō erat nō debebant i noīe eius baptizare: & insuper preceptum habuerunt baptizandi in aqua & spiritu sancto: & aqua qua baptizabant non erat aqua mahumeti: eo magis quod ipe circumcisionē accepit & non aquam loco baptismi. & sic patet error maurorum loquentium de auctoritate paraclyti spiritus ueritatis.

Quod paraclytus missus & delegatus apostolis: quē spiritum ueritatis dicimus: non fuit ipse mahumetus. Cap.xxx.

¶ Vt ueritas de hac questiōe elucescat reuertemur: i quo Agareni mētionē faciūt de paraclyto: Ibi enī iferūt: nōdū extitisse i mūdo illū q mittēdus erat. ¶ In euāgelio fit mētio dū Petrus Christo respōdēs ait. Credo dñe q̄d tu sis filius dei uiui: q i hūc mūdū uenisti nō q̄d filius dei ubiq̄ nō eēt. Sed q̄a humanā carnē taliter assumpsit ꝙ prius nō assumpserat. Dicit Petrus q̄d i illo tpe i mūdū uenit: & simili-

ter spiritus sanctus anteaq̃ ad apostolos missus fuisset: nõ ostendebaẽ aperte in hominibus. & quia tũc sub aliqua specie uenit in qua uideri potuit: & maiora premia dedit q̃ prius solitus fuerat. uidetur sub hoc respectu consonare spiritum sanctũ: nõ uenisse prius in mũdũ. ¶ De christo plures auctoritates extant aperte affirmantes: nullum redemptorẽ esse preter seipsum. ¶ Sicut ubi ait: qui nõ manducat meã carnẽ & bibit meũ sanguinẽ: non habebit uitã eternam. ¶ Et cũ martha loquẽs dixit. Ego sum resurrectio & uita. Et ad apostolos respondens. Ego & pater unum sumus. Alibi qui uidet me uidet & patrem. ¶ In consecratione: quã ĩ pane fecit dum cenaret cum apostolis supra hostiam & calicẽ: ostẽdit se esse diuinam personam. Nãq; aliter nullam sibi fidem discipuli adhibuissent & quibusdam etiam peccatoribus dixit. Ite in pace: & remittuntur uobis peccata uestra. ideirco sibiipsi tantam excellẽtiam attribuendo. Curnam assentire debuerat quod homo uilis cõdictionis: ut mahumetus: suã legẽ peruerteret & de nouo institueret. ¶ Finaliter maximus error in mauris propalaẽ. qm̃ penes eorũ dicta prestantior fuit Christus: quũ teneant quod fuit diuina inspiratione genitus: & quod domina nostra ante partũ in partu & post partum semper fuit uirgo: quas quidẽ dignitates aut perfectiones nequaquã a mauris attribute sunt mahumeto: nequidem matri. ¶ Et si Christus est dei afflatus ut ipsi inquiunt: erit de necessitate uerus deus. nam quicquid est in deo: aut ab ipso per inspirationẽ siue emanationẽ oritur: est esse suũ: & si ex dei afflatu uirgo cõcepit: queadmodum & ipsi affirmant erit utiq; diuina substãtia que in aliã speciẽ cõuerti nequit. Quũ principio medio & fine careat. adeo q̃d Christus eẽt deus & homo: ut in precedẽti rõne cõcedũt. ¶ Preterea in ueteri testamẽto nõ expectabaẽ nisi unus messias: & constat non fuisse mahumetũ: eo q̃d nõ adimpleuit que in sacra scriptura prophete de Messia uaticinabantur. & sicut mahumetani cõsitenẽ christũ bonũ fuisse: aperte in suis rationibus ostendunt fallacẽ esse eorũ opinionẽ: aut sectã. Si enim Christus dei filius ac uerus redemptor nõ fuisset: deterior esset: q̃ quispiã in mũdo natus. Vnde per quamcũq; bonitatẽ que in christo inueniri possit: necessario oportet: quod eum totaliter perfectum habeamus: & quod mahumetus a christo precepta sua acceperit: necesse est cõcedant: nos in lege christi saluari posse. Quia in duabus legibus saluationẽ esse repugnat. Quũ in primo libro probatũ sit: quod in una lege solum & nõ in pluribus saluari possumus. & ꝙ aut christus fuit summe bonus: uel summe malus: eo quod se filium dei fecit: non summe malus ut patet: igitur summe bonus: & ideo in ipso dumtaxat saluari possumus.

Qualiter non intelligatur quod mahumetus uenerit ad dandam christiane legi perfectionem: ut Christus supra legem Mosis posuit. Cap. xxxi.

¶ Aliqui ex mahumetanis allegare possunt: Mosen dedisse legem: & christum uenisse ad ponendum in ea perfectionẽ: & quod idem de mahumeto super lege christi sit intelligẽdum. Sed contra hoc tenemus: quod Moses & alii prophete unũ solũ Messiã uenturũ uaticinati sunt: ad dandũ integram humano generi pfectionẽ: & Christus nihil dixit quo significari potuisset aliũ ꝓphetã: seu mundi redemptorẽ post ipsum eẽ uẽturũ. Quinimmo admonebat ut a falsis ꝓphetis in noĩe suo uenĩẽtibus caueamus maxime: q̃d nullus redimere potest: si modo diuina persona nõ fuerit. Mahumetus uero solus hõ erat & nõ deus & hõ. Et sui quoq; aiunt: q̃d aduersus alias nationes certamẽ iniuerit: & bellũ corporale nõ fit ad animarũ salutẽ. Quod si a Christo missus fuisset: esset utiq; christiane legis doctor. Sed quia nihil cũ textu euangelii: nec quouis alio christianorum expositore cõformaẽ: patet mahumetũ nõ fuisse a christo missum: nec quod amicus. ¶ Similiter & uetus testamẽtum cõtra mahumetũ testaẽ. Ait eñi nõ esse uenturũ aliũ ꝓphetã post Zachariã: & mauri mahumetũ appellãt ꝓphetã: qui q̃dem nullam cũ aliquo prophetarũ similitudinẽ habuit. ¶ Benedictõ que in pricipio Ismaeli concessa erat: solũ fuit ad possidendas gentes magnas. Denuo in nulla parte ueteris testamenti habemus: quod deus de illo recordaretur ut de Abrahã Isaac & Iacob agebat: imo potius cõstare uidebatur: quod successio Ismaelis fuerit tanq̃ inimica populo descendenti a recta linea Abrahe.

Quod Ismaelis progenies non erat heres: ueluti progenies Isaac. Cap. xxxii.

¶ Quod Ismaelis cognatio non erat in hereditatẽ successura ita ut cognatio Isaac patet: ubi Sarra ait filius ancille non erit heres cũ filio meo. & deus mandauit Abrahe: quod cum uoluntate Sarre conformaretur. Quocirca manifeste ostenditur Christũ & Mahumetũ non posse simul esse heredes Abrahe: nec Christũ debuisse hereditatẽ illã mahumeto polliceri. Quoniã a deo erat prohibita & non solũ Messias fuit recta ac legitima linea Abrahe illo tempore promissus: Verũetiam per plures annos euenientes suis successoribus concessa: ut Dauid: & sue progeniei. Que nimium ab illa ismaelis erat remota. Quãobrem manifestatur mahumetum non fuisse inter deũ & homines mediatorẽ: nequidem ĩ humana natura promissum. Siquis autẽ diceret duos esse Messias in lege promissos: hoc utiq; falsum. omnes enim patriarche & prophete: de uno tantum uaticinati sunt: qui uenturus erat per rectam lineam ab Isaac usq; ad Dauid & suos successores: qui procul a linea ismaelis erant.

Discursus iocosi in lege mahumetana. Cap.xxxiii.

¶Si quisquã uolet legem mahumetanam ludibrio cognoscere:legat:ubi mahumetus presupponit: se per maximam regionem itinerasse pedestrem atq; equestrem:associante eum angelo gabriele:& iumentum in quo equitabat dicunt inter mulum & asinum constare:& quod mahumetus una hora pro quindecim milibus annorum dietam fecerit:quod est suorum miraculorum initiũ. & asserit quod apud Iherusalem proficiscendo iumentum in humeris mahumetũ assumpsit in celum ascendendo:ubi angelus gabriel tetigit ianuam celi:& custos quesiuit.Quisnam esset & quem secum duceret:cui angelus inquit.Angelus & mahumetus.& concesso aditu iuit pulsando usq; ad septimum celum. de ostio in ostiũ in quo magnam angelorum multitudinem uidisse ferunt.& quod unus illorum equalis erat magnitudini orbis:& alios millies maiores prospexerit:q̃ sit uniuersus mundus & quod unus erat habens centũ milia capitum:& in quolibet os & lingua:& similiter mahumetus ait:quod quũ primũ attigit: deus super humeros manus imposuit.& tantã fuisse manuum intensissimam frigiditatem: ut usq; ad ossiũ meduilas penetrauerit:& quod tandem misit eum in terram ab angelis concomitatum: quorum hec sunt nomina:uidelicet:Arothes:& Marothes.Qui in terram uenerint ad dandam mortalibus doctrinam: tria in sua lege precepta obseruari iubentes.primum quod nemo homicidium perpetret. ¶Secundũ quod nequaquam aliquid quod iniustum sit dicatur. ¶Tertium quod uinum non bibant. Qui demum per aliquot dies populum gubernando:fuerunt a quadam muliere inuitati:que inhonesta erat & uenustate decora:& contra uirum suum cogitando iudicium quesiuit ut eis fauerent:& cum multis precibus ad conuiuium inuitauit.quo splendide preparato:angeli recusabant uinum bibere:& solum cibos ac potus assumebant.& mulier uariis blanditiis & dissimulationibus eos seduxit: ita quod uinum biberunt:& ad temulentiam deuenientes nimio uini calore instigati:secum coiuerunt.

Quatenus false sint mahumeti narrationes. Cap.xxxiiii.

¶Quenam manifestior fabula & poetica fictio excogitari potuit:q̃ asserendo:angelum portam celi tetigisse:ut intus ingrederet̃ ac si angelus apertione in rebus corporalibus indigeret. uel quod celũ portas habuisset.& ubi de angelorũ magnitudine narrat:si tales magnitudines sortiebantur corpora les erãt:quod nullo modo de angelis dici potest. ¶Vlterius si uidebat angelum manentẽ inter celũ & celum falso constat dicendo:quod esset maior uniuerso orbe terrarum.Si enim maior esset: nullo pacto celum potuisset ipsum concludere.Et ubi scribit de angelo tot ora & linguas habente:nullus prosecto poetarum ad eiusmodi uarietatem attigit. ¶Et quod angeli scilicet Arothes & Marothes uenerint ad dandam in hoc mundo doctrinam.Quenam probatio adducitur ad asserendum:quod in conuiuio crapulati sint:& postremo cum muliere carnalem copulam habuerint:Quum angeli nec compositi nec corporei sint.

Quod non sit inferendum:illam legem meliorem esse cui maior pars populi inheret: quia plerunq; uitiosam partem uulgus eligit. Cap.xxxv.

¶Quidã arguere uolentes:ita inquiunt:opinio mahumetana multas gentes ad se allicit:ex quo apte uidet̃ aliquã in se principalẽ bonitatẽ continere.& super hac argumentatione breuiter uidebimus. Verũ maior pars hominũ perfectiorẽ partẽ assequatur:& ad hanc difficultatẽ nõ plurimis dilationib9 nec antiquis seu modernis historiis indigemus.Nã experto constat:qa plerunq; uidemus q̃plures mortales sese in deteriorẽ partẽ applicare:& paucos qui ueritatẽ assequi uelint. ¶Legitur quod alias oẽs homines aut fere oẽs sine rõnali lege uiuebant:suũ creatorẽ minime cognoscentes.ut quando turris babylonis edificata fuit:& tẽpore diluuii pauci inuenti sunt:qui sancte & honeste uixerint & deueniendo ad hebreos:qui unũ omnipotentẽ deum colebant iste erat minimus populus respectu illorũ q deũ negabant.& idẽ de quibusdam egyptiis regibus inscribitur:qui magnã partẽ orbis terrarum sub eorũ ditione subiugarunt:q̃uis nullam ueram legem habuerint.& per eandem uiam de grecis & Romanis dicimus.Nam q̃uis inter ipsos quamplures fuerint pretores primiperi uel imperatores:q se terrarũ dominos nuncupare presumebant.nõ ex hoc apparet quod serui dei fuerint:nec ab eo illuminati:nullam de ipso noticiam habendo:nequidem amore prosequendo.Hebrei aũt qui legem a suo creatore illatã tenebant.quottidie oppressi sunt:quũ pauci ipsum assequerentur:q̃uis diuino numine multos hostes miraculose deuicerint.Vnde uidetur quod licet mauri plurimas occupent prouincias:non ex hoc sequitur eos sub perfectiori lege degere.presertim quod si quenquã in suã sectã deducunt: armis aut diuitiarũ seu corporaliũ rerũ promissionibus deuinciunt.Lex uero christianorũ:quãdam asperitatem ostendit:& ideo omnes uitiosi eam metuunt.similiter dicimus:mahumetani sectam paucas sub se prouincias possidere respectiue ad alios:qui extra illam sunt ueluti christiani hebrei & alie gentes:que suũ creatorem non cognoscunt.Nam quo ad ueritatem maior est christianorum q̃ maurorum copia: simul

accipiendo Europā Asiam atq Indiam incolentes. Verūtamen non hac ratione inferimus legē nostrā esse ceteris prestantiorem & perfectiorem:nisi ob bonitatem quam in ipsa repperimus.

Quatenus mauritani suam legem interpretentur:quemadmodū & nos de nostra agimus:& qualiter effectibus confundantur. Cap.xxxvi.

¶ Mauritani sue legis auctoritates exponere uolūt:sicut & nos legem nostram interpretamur:ut dū dicimus deū manus & pedes habere:atq dextrū & sinistrū: & simili modo ipsi in deo corporeum accipiūt.sicut ubi maumetum reprehendimus dicentem: quod deus imponens manus suas super humeros eius:adeo frigidas habebat:quod usq ad ossium medullas penetrauerit.& quod cerimonie quibus utūtur sunt a uulgo:& non a peritis intellecte.Sed quo ad ueritatem:nos non disputamus de illo quod literati dicunt:nequidem de illo quod insipientes asserunt.Sed altercatio est supra id:quod sua lex cōtinet: & quid sit illud quo utuntur: nos enim bene scimus quod aliqui inter mahumetanos philosophi sunt:& habita cognitione naturalis philosophie:negare oportet deum esse corporeum: & etiam quod homines post hanc uitam comedant & bibant:& sic de aliis huiuscemodi. Attamen uidemus : quod eorum lex talia premittit:& ipsi quoq dum uiuunt idipsum predicāt. Itidem iuxta obitum quedam signa demonstrant:qbus suadent:quod pro re uera hoc habeant:idest de alterius uite delectationibus in corporeis rebus. Quoniam cum funeribus suis inter sepulturas exculenta & poculenta ponere solent:& quo ad rei ueritatem debemus in illis fidem prestare:que in sua lege continentur : atq in illo quod faciunt suam legem sectando.nam quo pacto asserere possumus:quod lex sua non affirmet : deum esse corporeum:& itidem angelos & animas: quia posteaq̄ peccatum patrauerint sine aliqua benedictione aqua solū corporea:credunt:quocunq crimine & macula mundari:ac si immundus pannus essent. qui aquam pro abstergenda spurcicie expostulat. Quum enim anima incorporea sit:decet:quod spiritualiter accusetur:& spiritualia remedia suscipiat.& quia peccando delectationem recipimus : intrinseca est habenda penitentia ut recordemur:& statuamus nunquam nos amplius peccaturos . Et mauri adornant membra que peccauerint:ut denuo maiori feruore redeāt:& huiusmodi lauacrum sepissime inter inhonestas personas repperitur.& ex hoc non intelligitur aliqua suorum peccatorum alleuiatio.

Quod nullus christianus neq iudeus:concedit legem mahumetanam aliquo tempore bonam fuisse:& quod nostra ante alias approbanda sit. Cap.xxxvii.

¶ Non tantū lex mahumetana in lege scripture siue ī byblia auctoritatibus caret : uerūetiā absolute sunt contrarii:omnes sequentes fundamenta in quibus lex mahumetana fundari dicit. Que fundamenta lex mosaica & christiana sunt.& uidemus ad sensum quod nemo hebreorū nec christianorū uult cōcedere:quod dicta mahumeti possint a lege scripture uel gratie emanare.& circa mosaicam & christianā legē aliter nos habemus:Christiani enim & mauri concedūt & approbant legem mosaicā primitus bonā fuisse:& hebrei & mauri tenēt legē christianā quodāmodo bonā:aut saltē timēt:qd fortasse bona sit. Attamē uario mō sentiūt. Quia hebrei uidēt legē christianā aut Christū cōformari cū illo:quod in lege ueteri de uero Messia dictū erat. Et mauri ā lege Christi fundamētū accipiūt & non dicūt qd lex Christi preterierit:nisi qd Christus mahumetū miserit ad pficiēdū & declarādū legē suā. Itaq mahumetana lex est ab alioꝝ sniā ualde aliena:extra suos sequaces. ¶ Inter mosaicā quoq & christianā alia differentia repperit. Quoniā christiani & mauri dicūt:legem Mosis alias fuisse bonā. Sed qd iā pterit : & hebrei etiam hoc uerent. Proinde hebrei & mauri inquiūt legem nostram de presenti esse bonam: si quandoq fuit aut erit:propter quam causam qsq eorū post legem suam christianam approbat. Et qd christiani legem scripture post nostrā accipiamus:& nō mahumetani. ¶ Hoc modo hebrei habebūt unū testimoniū extrinsec9 ad probandū suam legem:& christiani siqdem duo. Quoniā hebrei & mauri citra suas nostram collaudant:Mauri uero nullū habent testem.

Qua de re christiani plures testes habeamus ad substentandum:quod lex nostra bona sit:q̄ quod iudei & mauri. Nos enim prophetā habemus ab Abraam Isaac & Iacob descendentem:ac prophetiis adheremus. Mauri autem in omnibus econuerso & iudei substentare nequeunt:Christū non fuisse uerum Messiam. Cap.xxxviii.

¶ Quū sepi9 tāq̄ p exēplū psuasiuū ponat:qd christiāis iudeis & mauris ad examē deductis:christiāi multo maiorē testiū nūerū hēm9:q̄ iudei & mauri simul:q̄nquidē eoꝝ qlibet post legē suā nrām approbat. Sed ne ī solis psuasiōib9 māere uideamur:nōnulle cause ostēdēde sunt qliter hoc fiat. Nā si de opinīōe tm̄ sine aliqua rōne moti parū ē:plures eni opiniōes īter hoies danť:q̄ absq fundamēto:& pauci ualoris sunt. Ne aūt hic ī simili errore uersari uideamur:rōnes assignāde sunt:& ī primis ad legē ueterē ē occurrēdū. Quoniā ipa ē fundamētū ī quo debem9 ī pricipio fundari. Nāq aliter pene ut ceci am

bularemus.Et quũ ipsa lex de ꝓgenie Habrahe:Isaac:& Iacob:pfectorẽ legis ꝓmittat nõ aũt alienum nasciturũ:nutriẽdũ & moriturũ:iter ipsos iudeos.oportet qđ Messias oino saltẽ i his tanq̃ i principiis cõformet.Quia aliter nõ secũdum scripturã:imo econuerso ipsum Messiã assumeremus. ¶Nũc uero assumptis his principiis ac deinceps uiso p oẽs nationes:Christũ esse natũ iter iudeos: & i eadẽ ciuitate qua natiuitas eius ꝓphetizata erat:uixit inter ipsos hebreos:& similiter mortuus ẽ:uixit atq; obiit ita ut prophete de uero Messia prophetizauerunt.quis ab aliquo negetur quod ipse sit uerus Messias circa omnes:est tenendum ipsum esse uerum redẽptorẽ & nõ aliũ:nec esse de aliena progenie nisi per lineã rectã ab Abrahã Isaac & Iacob descendẽs.Vnde palã cõstat q; christiani nõ agimus deũ alienũ: nisi deũ Abrahã Isaac & Iacob.nec Habrahe legitima occupamus.Sed legitimũ suũ tanq̃ principẽ totius mũdi assequimur:hec utiq; laus & nõ blassemia hebreorũ est:quũ regi de eorũ ꝓgenie obediamus & assequamur.Si uero iudei suũ regẽ abnegauerunt:nos nullã culpam habemus:quũ unusquisq; teneatur bonũ querere & inuentũ assequi.Nos iter deos romanorũ & aliarum gẽtium:deũ uerũ quesiuim9: quo tñ nõ inuento deũ Abrahã Isaac & Iacob creatorẽ celi & terre assumpsimus.Nam quũ ipse totius mundi creator sit:& nos creature sumus:ẽt deus noster & creator est. Quocirca de iure ipsum assequi debemus:& si iudei de hoc conqueruntur uere inuidi sunt. ¶Sed quomodocunq; sit : hebrei uidentes nos principẽ de ꝓgenie Abrahã Isaac & Iacob assequi:& secũdũ scripturas legis ueteris fundari : nõ possunt opponẽdo qđ christiani cõtra rõnẽ i hoc negociemur.Vnde coacti sunt cõfiteri ita dicẽdo : si lex nostra iã trãsiuit:i christianã legẽ trãslata ẽ.Christiãi eni ꝓphetã uel pricipẽ de ꝓgenie Abrahe Isaac & Iacob assumpserũt:& ultra hoc plures testes iudeorũ assequunt:uidelicet:ex iis qui iudei nati sunt q; christiani apostolos uel discipulos christi appellãt:ut Petrũ Ioannẽ Paulũ & alios quãplures:& nil a regulis p christũ & discipulos eius traditis deuiãt.Qua de causa nullatenus ostẽdũt legitima nr̃a occupare:sed tanq̃ milites ad seruiẽdũ ꝓgeniei nr̃e deducti.Ipsi uero nõ pricipes nisi serui esse dicuntur.Quapp cõqueri nõ possumus:qm̃ legitima nostra minime occupãt:nisi tm̃ pricipẽ nostrũ sequuntur:& multi ex iudeis nostris christũ secuti sunt.Itaq; non totaliter deus deseruit iudeos:preter eos forsasse:q cõtra oipotẽtẽ deũ idurati erãt. ¶Cõtra mauros ecõuerso iudei sentiunt: eo qđ alienigene sunt:& legislator suus nõ descẽdẽs ex populo israelitico nõ natus nec educatus iter ipos iudeos : neq; dẽ i patria:ubi uerus Messias promissus erat i natiuitate aut morte:cũ Messia nil cõformat.Vnde oportet ipum tanq̃ falsum ꝓphetã reprobare:& q̃uis cõcederet similẽ mosi fuisse i ducẽdis gẽtibus:non ex hoc adducitur aliqua similitudo:quod Messias in lege ꝓmissus sit.Nã moses & alii prophete:non postulabãt Messiã eis similẽ:sed nimiũ ac nimiũ pfectiorẽ.Vnde hebrei coacti sunt ad asserendũ: qđ lex christianorũ melior q̃ mahumetana sit. ¶Mahumetani eni uisis auctoritatibus in byblia positis : necessitati sunt ad cõfitẽdũ iudaicã legẽ iã finisse & i aliã pfectiorẽ transiisse:& sic christianã approbãt : post ipsam uero mauritanã asserendo:qđ Christus mahumetũ miserit ad declarãdũ qđ ultimate facturi esse mus.Quod stare neqt ut i pricipio aperte ꝓbat.Quũ mahumetus circũcisionẽ & nõ baptismũ assumpserit:& Christ9 inqt tanq̃ ultimate:qđ q baptizat9 nõ fuerit:& ipum crediderit cõdẽnabit.Lex mahumeti nõ iubet baptizari neq; christũ asseq:ꝓculdubio cõstat:qđ de doctrina christi oẽs mahumetãi cõdẽnant:& nõ tm̃ p euãgelia:uerũ ẽt p oẽs apostolos ipsius christi apparet falsam esse mahumetanam sectã.Quãobrẽ null9 honest9 iude9 antiqu9 nec modern9:mahumetanã sectã approbat neq; approbauit. ¶Christiãi uero qñ diceremus legẽ nostrã nõ eẽ uerã mosaica erat assumẽda: opponẽdo queadmodũ & hebrei qđ forsitã Messias nõdũ uenit:qđ nec natura nec uera moralitate stare põt. Quoniã a natura nõ possunt dari duo pcipue cõtraria oino simillima.Christus & Messias ꝓmissus i lege:si non sunt idẽ sunt penitus ualde cõtrarii:ergo nõ possunt esse similes:sunt simillimi ergo idẽ. ¶De cõsuetudine seu moralitate bonorũ hominũ narrat:uerũ ẽ atq; clarũ.ꝓphete erãt optimi:& naticinati sunt de Messia hoie Christo simili:ergo Christus est uerus Messias:& sic mõstratur fundamẽtũ:qualiter christiani plures testes q̃ iudei & mauri simul habemus:ad probandum legem nostram esse ueram.

Quod de Mahumeti historia diuersimode narratur. Cap.xxxix.

¶Mahumeti historia multifaria describitur:uerũ in fine parua est differẽtia. oẽs eni auctores de ipso scribẽtes dicũt:ex ꝓgenie ismaelis mahumetũ duxisse originẽ:& quod natus sit in Arabia: que ambo fundamenta nimium sunt a promissione Messie semota.Quoniam ex semine Isaac oriundus:& i iherosolomis aut ibi nasciturus.Vnde uidet in his duabus partibus:mahumetum esse potius antichristo q̃ Messie conformẽ.Antichristus eni ex progenie ismaelitica atq; in partibus Arabie nasciturus est. De genitore uero & affinibus ipsius mahumeti apud nos minime repperitur quod quisquã sanctus fuerit: imo in oppositum plerunq; dicit.Mauri aiunt quod defuncto patre mahumeti a quodã auunculo suo mahumetus ipse educatus fuerit:& quod qbusdã mulionibus iherosolomitanis trãseũtibus uenũdatus fuerit & cum illis mysterio functũ fuisse: & magnam partem legis scripture & gratie didicisse. ¶Secundum quosdam auctores patri eiusdem mahumeti nomen erat Abdala.& matri Anima filia Aiop: que mahumetum in oppido Attaripio peperit:quod est circa domũ Meche & est in Arabia:& qđ pa-

ter suus erat amicissimus cuiusdam hebrei in arte mathematica seu astronomia periti:& in hebraica & christiana facultate doctissimi. Dicunt quod illo anno natiuitatis mahumeti per uniuersam prouinciā fames extitit:& hebreus ille astronomus ipsum fore prestantem uirum pronosticabatur: quem iccirco accuratissime circa utranq; legem instruxit scilicet hebreorum & christianorum: & consilium dedit ut legem suam iniret:eo quod christianorum & hebreorum aspere: & quod in faciliori & sensitiuo appetitui suauiori magna gentiū multitudo prosequeretur. & in eadē historia narraē mahumetū in egypto fuisse ubi cū christianis & hebreis conuersabatur:& quotidie ambas leges adiscebat:precipue cum quodam monaco de Antiochia nomine Ioannes:qui hereticus erat:& contra christianorū & hebreorum leges conabaē:& mahumetum instruxit. Deinde sergius monacus qui arrianicā sectam est assequutus: & Anestoriani quoq; opinionem sectatus:qui etiā a monacorū consortio aufugit:& in Arabiā se contulit ut mahumetum adinueniret:atq; ipsum falsam opinionem doceret. Et iste sergius calliditate astutus & sagacitate maximos ac nefandos errores suggessit & quod initiū assumpsisset ab hebreo astronomo seu mauro:uel quodam presbytero qui romam petiit a Ioanne monaco uel sergio aufugiēs: adeo quod omnes historie in hoc potissime conueniunt:q̄d mahumetes uersutus homo fuerit:& in quibusq; uitiis ualde dissolutus.

Quod qui legem mahumeto tradidit:aut consilium dedit hereticus fuit:licet quis cēteri uarii sensus sint. Cap.xxxx.

¶Quemadmodum iā superius diximus de principio seu origine legis mahumetane:postremo omnes conformanē. Quod magister mahumeti fuit hereticus:a roma diffugiens: qui se in aphricam cōtulit:& quidam inquiunt fuisse quendā presbyterū:qui apud romanam urbē beneficia obtinere non potuit & sic tanq̄ omni spe destitutus & ecclesie aduersarius:quesiuit quo pacto obesse potuisset. Quidam dicunt:quod fuit quidam cardinalis Nicolaus nomine:unus & septē dyaconis romane ecclesie: qui uidens non posse in petri sedis optatū peruenire:multos errores cōtra eam suggessit ac suos discipulos edocebat. ¶Christiani suam peruersitatem perspicientes ipsum in carcerem truderunt:in quo calamitose extremū diem clausit:ex qb9 q̄dā condiscipulus restitit maurus nomine:qui doctus atq; expertus circa omnia mala in Aphricam peragrauit:& ibi incoluit:tanquam heremita. Assidue tamen dissimulabat:se in Christi nomine sanctam uitam ducere: & sic mahumetus in puerili etate gregem pascendo mauri heremite comertium iniuit. quem maurus instruere cepit:& uiam dedit qua Rex fieret medio cuiusdam thauri cui mahumetus escas & potū in gremio aut fimbriis largiebaē. & ad comedendum genuflectere instruxit:tum etiam albam uel candidam columbam in aure cibandam. Vnde thaurus & columba in consuetis locis comestum ueniebāt:quapropter hoc prospicientes imaginabātur:quod colūba esset spiritus sanctus:qui ad aurem loqueree:& quod thaurus sanctitate ipulsus ac si propheta esset inclinabatur. ¶Alii aiunt:quod electus fuit rex:eo quod per consilium mauri heremite:omnes cū illo thauro luctabantur:& per consuetudinem quam thaurus habuerat:solum se a mahumeto prosternari permittebat: & condictio erat quod qui thaurum proiiceret rex efficeretur. ¶Mortem uero eius quisq; affirmat fuisse potissimā causam carnalis delectationis:quā cum muliere alienigena habuit: & q̄d illic captus & occisus fuerit. Dicunt etiam mulierem que ipsum necauit iudeam fuisse:& quod ad hoc ipsum oportunitatem habuit. Quia rogauit ut clam nocturnis horis uenisset:& idem scriptores asserūt: quod sine aliquo consensu aut macula eiusdem hebree una cum parentibus regem mahumetū occiderunt:& quod unus pes reseruatus est:quo mauris persuaderent reliquas membrorum partes ab angelis fuisse ablatas:& quod dum mulier pedem tenebat:in suis manibus remansit:& ille est pes quem ī domo Meche adorant.

Quod redemptor non erat daturus contrarias leges:& quod christiana solummodo sit deo accepta. Cap.xli.

¶Probauimus solam christianorum legem esse perfectam:ac determinate ad honestam uitam corporum:& perfectam animarum gloriam tendere. Et quum ipsa sola perfecta sit:quisnam denegare poterit:ipsam solam etiam non esse adeo acceptabilem:nec ullam aliam preter ipsam. Deus enim non debet uni speciei contrarias leges:immo unam tantum perfectam impendere: & quemadmodum in alio superiori capitulo probauimus. si lex nostra non est ita bona ut mosaica:nequaquam a deo nobis erit illata. Si uero est aliquanto melior:necessario erit illa quam prophete expostulabant. Et postquam procul dubio uidetur circa quascunq; honestas & laudabiles nationes: longe meliorem & laudabiliorem esse legem christi:q̄ sit lex mosis euidenter. sequitur neminem debere merito opponere ipsam non esse ueram nec a deo illatam. Quoniam autem christus nulli alteri huiuscemodi effectus:nisi diuine persone competentes produxit. decet suis uerbis fidem adhibere. Si enim fallax fuisset necessario iisdem ope

ribus ab eo exactis careret. ¶ At uero de lege mahumeti non est ambigendum. an sit illa in qua prophete asserebant nos fore saluandos: nam quum circa quodcunq; sanu iudicium sit multo deterior lege mosis: non potest esse illa in qua lex scripture perficienda erat: & quia deterior tanquam erronea eiicienda. Stultum est enim tenere quod mahumetus esset mose dignior.

Cur in lege christiana nos inclinare & parere oporteat: q̃uis dicamus & probemus legem nostram mosaica & maumetana meliorem. Cap.xlii.

¶ Iam enim satis preuisum est: quantum lex christiana in auctoritatibus & preceptis: mosaicam & mahumetanam superet. tamen cum tota hac bonitate in roborationem sue perfectionis semper iubet nos subiicere: ne in elationis errorem labemur. & q̃uis dicamus nos legem habere a christo deo & homine illatam: ex hoc non inferimus: posse aliquam tumidam aut mundanam elationem: quinimmo membris submissis ac pacificis animabus oportet nos legislatori nostro inseruire. & quia ipe est perfectionis causa: & nos omnia mundana deserere oportet & spiritualia assequi: proculdubio lex nostra nimium est ab aliis diuisa. Quoniam hebrea & mahumetana: q̃uis aliquando bona mandent: alias plurima scandala admittunt. Rursus bona per illas leges ordinata nõ mere spiritualia: sed corporea & intermixta sunt: quocirca uidentur cum una manu bonum agere & cum alia proximum subiicere aut depredari: & ideo post plures discursus necessario ad unum finem est deueniendum. Vnde dicimus: quod manifeste lex nostra mosaicam & maumetanam excellit: saltem quanto anima corpore prestantior. Lex enim christiana ad beneficium animarum semper & ubiq; uacat: Alie uero principalius ad acquisitionem diuitiarũ filiorum & corporum. Et homo quo ad animam deo similis: & non quo ad corpus. Quamobrem felicitatem que a nobis expectatur spiritualem: non enim corpoream esse dicimus. ¶ Et etiam iuxta omnes sapientes philosophos felicitas nostra in gloria animarum: & nõ corporum consistit. Quoniã aũt lex christiana corpora omnino constringi atq; expoliari iubet: & animas sanctitatem induere: cõstat quod amica & familiaris animarum sit: alie uero corporum: ex quo manifeste probatur: christianam dũtaxat legem esse: & alias sectas potius nuncupandas. Quapropter sequaces earum infideles appellari possunt. Iam enim in primo libro probauimus: in una lege tantum & non in pluribus saluari posse. Et quia christiana est melior ac perfectior: ipsa sola tenenda: & omnes alie non leges sunt: sed erronea mandata.

Quomodo Christus in hoc mundo cum magna perfectione & abstinentia corporis uixerit. Cap.xliii.

¶ Forte aliqui dicere possent Christum non uixisse adeo religiose: ut christiani tenent: hec aũt obiectio nullam i se efficaciam: nec quicquam uerisimile continet: quemadmodum enim superius diximus: non solum per scripturam: quam christiani habent innotescit. uerum etiam per dicta quorundam hebreorum gentilium & maurorum. ¶ Vt dum Ioseph narrando de christo dicit. an licitum sit hominem esse nuncupandum: & in epistola quam lentulus ex Iherusalem ad senatum & populum romanum transmisit: in qua christi physonomiam describit: inter alios preclaras de ipso excellentias enarrat. ¶ Tertulianus qui circa romanas leges & institutiones peritissimus erat: mentionem agit de quadam epistola pilati ad tyberium imperatorem: de morte & resurrectiõe christi: & plerisq; aliis miraculis que fecerat. Quocirca tyberius christum admodum ueneratus est: & locum predicãdi suam legem tradidit: & illos puniendos iussit qui christianis obstarent. ¶ Vespesianus quoq; & tytus habita de sanctitate christi uera informatione moti fuerunt ad deuastandum Hierusalem ut dicitur: & quia erat tempore quo multi in morte christi affuerunt: uidetur: quod imperator de christo: ac de illo quod iudei aduersus eum fecerant plenam noticiam habuit: nec est aliter tenendum: quod se ex tanta distantia terrarum cum simili exercitu mouerent ad faciendam de hebreis ultionem. & licet alia auctoritas non fuisset: solum constat per experientiam illorum qui christum presentialiter sequebantur: Et qui i successione subsequuti fuerunt: sufficiunt ad comprobandum: christum in maxima abstinentia sanctissime uixisse. nam fere impossibile diceretur: quod tanto tempore in mundo remanserit: nec uidissent eum quicquam mali patrasse: Si uersutus homo fuisset: aut saltem aliquem errorem in lege uel discipulis suis posuisset. Tandem uidemus: quod a principio usq; ad finem opera cum uerbis conformant: & quod aliqui eum blaffement: nil mirum est: scilicet malignos aduersus bonos detestari. Sepissime enim contra deum naturam & suos genitores conqueruntur. At uero his similibus cuiusq; legis sectatoribus nullam fidem adhibemus.

De probatione: ex uerbis & operibus christi qualis fuerit. Cap.xliiii.

¶Non tantum christus recta opera peregit:uerum etiam uerbis nobis declarauit:quid de operibus sentiendū sit:inquiens. ¶Arbor bona bonos fructus facit.quod itidē confirmando ait.Si non credi tis mihi operib9 meis credite.Scilicet si bona sunt sequimini ea:& si nō bona abiicite. ¶Alibi si opa in eis nō fecissem:que nemo alius fecit peccatum non haberent:& hic satis aperte ac domestice christ9 loquutus est.quia ex quo opera eius coram omnibus manifesta erant sat fuisset sine argumentis ad ꝓ bandum se esse eorundem operum auctorem.experientia uero apud omnes ē mater rerum:& qa chri stus non solum in uerbis:uerumetiam iudicio operum stare uolebat:quisnam poterit cum de pseudo ꝓ pheta reprehendere?& dicendo quod fecit opera:que nemo alius fecit:palam ostendebat se scire om nia per alios gesta:& quia nō dicit feci opus quemadmodum & alii prophete.Sed quod pre ceteris ex cellentiam indicat nulla restat ambiguitas:an uera uel falsa sit eius doctrina quāquā dicere possemus: quod etiam prophete quandoq; mortuos resuscitabant. ¶Vt heliseus propheta.Attamen id magis laboriose aut non adeo absolute faciebant.Quoniam heliseus manus manibus:stomachum stomacho & os ori super mortuo imponebat. Christus autem uerbis & suo uelle tantum sanabat:resuscitabat: & imperabat uentis:mari:elementis:ac ceteris creaturis.Icciro non uidendo alium similem aut meliorē legislatorem necessario opus esset tenere:christum fuisse uerum messiam atq; humanitatis remedium.ꝓ pterea alii prophete de raro:& tanquam accidentalia & non propria miracula faciebant. Christus ue ro suapte natura. ¶Et hic manifesta differentia ostendebatur inter uerū messiā & prophetas. Quū prophete antiqui ad denunciandū redemptorē uenerint:in cuius nomine aliqua miracula exigebāt: non tamen ita maxima:nec perfecta sicut Christus.quod minime est apud infideles abscōditum. Quū uero non sint ad suscipiendam ueram doctrinam dei capaces:ualde admiranť de mysteriis:que nos in lege nostra perscribimus:dum enim infideles attingerent ad intelligendum:quo pacto deus sit trinus in personis & unus in essentia & deitate:Et qualiter persona diuina in utero mulieris carnem humanā assumere queat:& cum diuinitate humanitatem unire:omnia alia faciliter cōcederent.& talis dubitatio est ignorantium consuetudo:siue condictio.Quum enim in intelligentia deficiunt:semp cum duricie abnegant:& he partes ad quas non attingunt:a christianis sufficientissime sunt explicate .de quibus q dem declarationibus nos quoq; aliquas tangemus.Sed tamen hic dicimus:quod īfideles: q̄uis propter peccata non attingant in cognoscendis mysteriis dei:que in christiana lege cōtinentur : saltem id qd nesciunt experunt ut sciant:& tūc de facili christo fidem adhibebunt.Quum enī lex in se circa omnes bona sit:necessario uera & quia uera:sēqtur qd oēs alias excellebat:eo quod christus se deū & hominē esse fatebatur & moses & maumetus solū homines.

Qua de re non uidetur debere dici:non posse fidem probari.& quod si probaretur: pro ea meritum non haberemus.& quod lex & omnes alie res:quanto meliores tan to probabiliores.

Cap.xlv.

¶Nonnulli qui legales dicuntur totam uidentur abhorrerē philosophiam:quod iuxta naturalia pre cepta male sonare uidetur:philosophia enim idem est cum intrinseca operandi ratiōe:aut qua res fiūt uel fieri debent.Et si lex ab intrinseca ratione ꝓtrahitur:nescio qualiter bona esse potest.& tamen mul ti asserunt:nullum meritum in ea esse:dum probari posset.Verum ubi hec ratio fundetur: saltem apud maiorem partem hominum ignoratur.Et forsitan ab iis:qui eam posuerint. ¶Quum Christus uer9 messias in lege scripture promissus inquiat:quia uidisti me thoma & credidisti me:beati qui non uide runt & crediderunt. ¶In altero loco si non creditis mihi:operibus credite & alibi si opera non fe cissem in uobis:que nemo hactenus fecit:peccatum non haberetis:nunc aūt quia uidistis & audiuistis: excusationem de peccato non habetis.Apostoli etiam in aliquibus locis de christo loquentes asserunt: scimus quod testimonium eius uerum est:& etiam dicunt:quod que de christo uiderint scripserunt . Et quicquid uidemus seu aliquo sensu tangimus:experientia probatur.Quūq; apostoli dicant se scripsis se ea que uiderint:sub hac opinione ab aliquibus posita dicēdum est:quod apostoli christi nullum me ritum habuerunt:concesso q de uisibilibus & probabilibus meritum non habeatur.sed cōtra hoc mul ta in promptu inuenimus ut christi uerba:& experientiam:ubicunq; aliquid sub fiducia operamur.fi des enim non est primum fundamentum seu initium in quo incipimus:nisi aliqua bona operatio : per quam fundamentum seu rem ex qua resultat bonam uel non bonam esse cognoscimus. Que tādem si bona est fidem siue fiduciam stabilimus:intelligas recte ipsa operando:& in necessariis nobis subuenien do:& hic in quarto gradu spes adiungitur:q per amicitiam cum illa re bona aliquid boni habituri su mus.Vnde in primo gradu:operatio ponetur:in secundo res ipsa que operatur:in tertio fides:& in qr to spes.Et sic necessario sequitur:quod non in sola nuda fide:uerum in re per opera iam bona cogni ta:fidem ipsam fundare debemus.& probatur.quia in rebus ignotis aut que in malis operationibus no scuntur.nunquam fidem proponi dicimus:preterq̄ in notis & bonis.nec quicquam cognoscere possu mus:quin aliqualiter ab operibus incipiamus.& sic in deo & non in dyabolo fidem habemus. ¶Sed quum Christus dicat Beati qui non uiderunt & crediderunt:contra sentētiā nostram aliquod uidetur

accedere dubiũ.Vnde hoc itidem explanandum est.prophete enim seu sancti patres dum hic uixerũt
non uiderunt corporaliter christum incarnatum:& tñ ipsum crediderunt.sed non intelligas quod ab
solute absq; alio fundamento antecedenti christũ crediderint.Nã deus itrinsece corda bonorũ homi
nũ tãgebat:& tũc ipsi ad extra ꝓnunciabant ea que a deo erant iposita.& hoies q spiritum propheti=
cũ a deo nõ habebant:sub prophetarũ doctrina acqescebant.ut in qbusq; facultatibus datum ẽ.qa sa
pientes seq debemus:quo ab eis doctrinam hauriamus.Gratia exempli:dum inuenimus hominẽ in ar
te grãmatice peritum accedimus ad adiscendũ doctrinam quam habet:si eã ignoramus:aut uero pue
ros ad eandem disciplinam tradimus:& taliter ab antiquo & moderno uulgus doctrinam sapientũ ui
rorum simul cum scripturis assequi debet:& scripture tangibiles sunt.Sed si peteretur:quidnam in scri
pturis potissimum:nisi quod credatur:ueluti dicẽdo In principio creauit deus celum & terram:que uer
ba necubi sub ꝓbatione manẽt quãquã in scripturis uisibilia. ¶Sed respondẽdo ita dicimus: quod
creditum nostrum non in his uerbis assumit initium:hoc est in pricipio creauit deus celum & terram.
nisi in moysis operibus:que in uirtute dei miraculosa erant.Et uiso quod per naturam probatur unũ
solum deum oipotentem super omnia esse:& quod in illius primi entis uirtute:moyses multa miracula
egit:que ab aliquo nature cursu euenire nequeunt.merito aut de ratione credẽda sunt uerba moysis:
dum ait in principio creauit deus celum & terram atq; alia his similia.Quinimmo potius creditũ no=
strum confirmamus.quia cognoscimus qualiter unũ ens tñ a seipso esse potest:ex quo sequitur quod
omnia alia sub aliquo principio creata.Iccirco lex aut uerba moysis cum ipsa natura palam cõformã
tur.Deinceps omnes ꝓphete aut qui inter alios magni fuerunt:multa de aduẽtu christi loquuti sunt.
Deus enim hoc eis denunciabat.& in ipso aduentu:aut dum ipse christus inter nos in hoc mundo uisi
biliter uixit plura operatus est:in quibus nunc fidem nostram fundamus.quoniã uero optimus nequa
quam potest a bonitate deficere:in quo quidem stabili bono stabilita fides omnino fundãda:& hec est
differentia inter fidem dei seu quam de deo habemus:& fidem quã de aliis rebus operimur. Quia q̃uis
hominem bonum cognoscamus:& sub huiusmodi cognitione fidẽ in ipso habeamus.quisq; eñi indies
mutari potest:fides quam in ipso habemus nullatenus stabiliri poterit:eo quod aliqualiter de firmitate
bonitatis illius hominis dubitamus.Sed quia deus summe perfectus:nequaquam dubitare possumus:
quod ipse mutetur aut quod de bono opere ad malum transeat:& sic in deo tantum absolutam ac sim
plicẽ fidem habere possumus:quicq; in fide quam de deo habet uacillare solet:diuina cognitione caret.
Quod si aliquantulo per hanc uiam quam nunc scribimus aspiceret:carere non posset. Quoniam ne=
cesse est:qđ deus sit & bonus.ulterius quod bonum bonum operetur:iccirco i exptis de fide nullum in
lege occurrit dubiũ. ¶Sed reuertẽdo ad principiũ huius capituli:posito quod fides ꝓbari nõ posset:
quomodo fides uocaretur?quum de natura & consuetudine fides sup aliquo bono & iã noto fundet̃ ta
liter:quod fides sine hoc fundamento assumpta:precise secta seu opinio & non fides erit. ¶Preterea
quod forsitan peius sonat:si fides nullã habet probationẽ:cur unam legem alia meliorem eẽ dicimus?
quoniam per absolutum sine aliquo medio probationis ipossibile est melius & nõ tam bonũ cognosci
aut quod inter hoc & illud distictio manifesta fiat.Vnde sequeretur eandem esse rõnem.haberi fidẽ in
deo q̃ in capra.Si enim sola fide saluatur absq; alia probatione uel cognitiõe:nullatenus dici põt deũ
esse meliorem capra.Sed quia tu concedis & probas:quod deus melior q̃ capra & queuis alia res sit: iã
hic confiteris qđ fundamentũ legis tue probas:nec absoluto creditu ipsum tenes.Ideoq; haud parua ẽ
legalium uerecundia:asserentium non posse legem probari.Que enim quacũq; probatione carent:cõ
tra rationem procedunt.Et sic primi auctores nostri aut qui in lege scripserunt tum argumentis:& tũ
experientia sensibus manifesta procedebant.& hoc modo nos de rõne acturi sumus: christianam legẽ
probare uolentes.primum siquidẽ in prophetis assumenda auctoritas:& deinceps in operibus Christi:
ex pluribus hoibus ac uariarũ regionũ iscriptis.tũ & memoria ex patribus ad filios deducta: & pre ce
teris.qa lex ipsa optima ẽ.Si aũt a falsis seu fictis scriptorib9 tradita fuisset:ꝓculdubio eẽt ipossibile:qđ
bona.Et si imediate ad articulos fidei deuenire uolumus:ẽt ibi aliquẽ articulũ mõstratiuũ atq; necessa
riũ iueniemus:sup quo oẽs alii articuli fundent̃.In pricipio articulorũ dicimus:Credo i unũ deũ pr̃em
oipotẽtẽ.Quia pre cũctis entib9 ẽ articul9 necessari9 atq; ꝓbabilis:quũ de9 & pria cã ex qua oia alia
depẽdẽt idẽ sint.Vñ uerũ est & natura necessariũ credere & amare deũ:tanq̃ summũ patrẽ.Quocirca
de ueris ac necessariis dicem9.Deus ẽ credẽdus atq; amãdus:qa summe bonus & pria cã: ex q̃ p primũ
esse depẽdem9:& iacto hoc fundamẽto qlibet ali9 articul9 sup opib9 ab isto prio emanatis:& circa ho
mines qñq; uisis ꝓbant̃.Et ẽt logice uel argumẽtatiue assumptũ ꝓbari põt:ut dicẽdo:qsq; optimus pr̃
a filiis credẽd9 ẽ.De9 ẽ optim9 pr̃:ergo a nobis tãquã a filiis credẽd9.Q đ filii sim9 ꝓbat̃.Quicqd eñi
ab alio p primũ eẽ depẽdet.tãquã fili9 hẽtur.Nos a deo p primũ eẽ depẽdem9:igit̃ de9 pr̃ nr̃ ẽ. ¶Et
sic mercuri9 trismegist9 deũ duab9 denoiationib9 appellat:qrũ altera bonum & altera patrem:ideoq;
primus fidei articulus monstratiue:seu necessariis propositionib9 probatur. ¶Preterea oẽ principiũ
cognitionis nostre a sensibus siue operibus effluit:ut probat̃.si enim petrus est homo:petrus est animal
rationale.Quia omnis homo est animal rationale.Sed dũ maior negaretur quod ois homo sit animal
rationale:oportet quod ad opera sensibus factibilia occurram9:Dicẽdo:quod ois homo est rõnalis:ex

operibus ĩ isto illo atq; alio cõprobatᷣ:& illud quod sensibus patet tãquã oĩno de ueris tenetᷣ:& eo mõ quo iã exẽplauimus de christo taliter arguẽdo dicemus. si christus est deus: christus est uerus. qa qcqd ẽ deus est: uerũ ut cõstat experiẽtia:& ad ꝓbationẽ minoris: qđ christus sit uerus deus: ẽt in suis opibus ostendũ est: nulli siqdẽ alteri q̃ deo cõpetentibus. Et null9 ad opandũ id qđ suum non est operari ualet. Quod si opponeretᷣ nos nõ uidemus christũ in figura hoĩs quonã mõ p effectus ipsum scire possumus. Rñdetᷣ: qđ sub hac positione pariformiter nos in europa manẽtes dicemus: apud indiã non esse hoĩes. & dato qđ sint ꝙ nõ rõnales. Sed qa plures hoĩes de europa dicũt se apud idiã stetisse: & scripturas ẽt hẽmus de indianis narrãtes:& qđ rõnales sunt: tãquã ꝑ scito atq; idubitato hẽmus. similiter oẽs ĩ philosophia disputãtes tãquã de uero asserũt: aristotelẽ esse philosophũ: & tñ q in hac tẽpestate sumus: aristotelẽ non uidimus. Nihilominus p scripturã eius & memoriã de patribus ad filios deductã: quodãmõ mõstratiue arguimus: aristotelẽ fuisse philosophũ. oẽs eni scribentes ut ipse scripsit philosophi sunt. Maior operibus probatur:& minor quoq; ab iisdẽ: pariterq; qđ deus sit pure uerus:& christus sit deus: operibus cõstat. & qcqd pure uerum: id utiq; necessarium: atq; impossibile aliter se haberᷣ: hoc est impossibile esse falsum:& qa christus pure uer9:& ipse dixit quecunq; in articulis fidei atq; in euãgeliis habenᷣ: tãquã scita & monstratiua tenẽda sunt: eo qđ christus tanq̃ deus operabatur & multi prophete etiã de ipso uaticinati sunt:& quãplures alii eo tpe quo inter nos uixit scripserũt: quod deus & homo erat: & hac uia q̃uis aliquantulo a longe incipiamus: possumus quoscũq; fidei articulos ꝓbare. ¶ Nã oĩs nostra doctrina per sensus inchoat:& sentire operatio est: Ideoq; ab opibus sciẽtia nostra ortũ habet. Vñ christus merito ac naturaliter inquit. ¶ Si non creditis mihi opera que ego facio aspicite:& p ea dũ recte aspexeritis: necessario mihi credetis. & sic etiam ait. Si opera ĩ eis non fecissem: que nemo alius fecit: peccatũ non hẽrent. Itaq; iuxta uerba christi fides nostra in eodẽ principio fundatur: quo & scientia: idest in operibus: hoc autem de iure naturali fit. Que eni uentura sunt: quatenus oĩno se habebũt ignoramus. Sed de rectis operibus bona expectamus. nã si optĩe terrã colimus & tẽporalia necessaria occurrũt ciborum fertilitatem expectamus:& tamen futura: seu aduenientia sub aliqua fide manẽt. Nihilominus hec fides aut spes in labore manuũ nostrarum fundatur: simul cum prosperis temporalibus: que iã uidimus. & qa oẽs fines boni cũ suis pricipiis conformantur:& nos de bonis operibus premium optimum futurum expectamus: similiter ex bonis opibus fundamẽta: ex qbus oriunᷣ cognoscimus. tñ fides nostra seu creditum in operibus ad extra exeũtibus fundatᷣ. Dũ eni hoĩem uidemus maximũ pondus subleuare: maximã uim continere asserimus:& tñ nos non uidemus eius ui: nequidẽ leuitatẽ. sed dũ aliqs hõ multum in altitudine saltat: aut magnum pondus subleuat: asserimus leuẽ esse aut fortẽ: & tñ subleuatio ponderis nõ est oĩno ille homo. Sed per id quod uidemus: ipsum hominẽ aut subleuatorem fortẽ esse affirmamus. & sic fixure in christi latere pedibus ac manibus non est deus: nõ resuscitatio: sed tactis illis fixuris beatus thomas cognouit christũ resuscitatũ esse:& quia resuscitatus: consequenter uerus deus & homo. ¶ Nequidẽ uerba que deus exclamãdo promebat dũ lazarũ resuscitauit: de9 sunt. Sed per ea uerba & opera ab omnibus circũstantibus uisa: asserẽdum est: qđ q talia agit deus est:& hoc modo facile concipi potest: quomodo fides nostra intelligenda sit:& qualiter in opibus p sensus expertis primitus fundetᷣ: eo quod bonos fructus a bona arbore natos esse arguitur. Nõ eni põt arbor bona fructũ malũ agere: neq; arbor mala bonũ fructum. Ideo a fructibus siue operibus extrinsecus exeuntibus qualia intrinseca sint itelligimus. attñ aliqualiter id quod intrinsecum est: sub fide manet. eo quod per aliud idest per opera & non p se apud nos simpliciter cognoscitᷣ. & de similibus operib9 quod christus deus & homo sit plura sensibus patẽtia inuenimus: p quã uiã monstratiue arguerᷣ possimus: quum sensibus pateant aut interdum patuerint. non enim sequitᷣ nullus nostrũ uidet nũc cesarẽ iperatorem: ergo cesar nunquam fuit. Nam per uerba ex patribus ad filios deducta: ac p plures scripturas fuisse cõprobatur. tñ cesar per nullum ꝓphetam ab antiquo ꝓphetizatus:& quia ipsum fuisse credimus: multo quidẽ magis de christo credẽdũ est ex operibus: que per ipsum acta iuenimus. Et quod omnino ad credendũ in operibus fundari debeam9: p beatũ iacobum ac per ipsum christum uideri potest. ¶ Nam iacobus inquit fides absq; operibus mortua est: idest fides absoluta aut quod ea que credimus non operemur: tanquam uana aut sine utilitate reputanda:& qa fides nostra opera expostulat: necesse est cã cõformitatis: p mediũ alicuius opis ipsam fidem colligamus. Nam si nostre fidei perfectio in nostris operibus consistit: nullus negare potest: quod in aliquo perfecto opere nostrum precedente non consistar.

¶ Vnde Christus. Beati qui audiunt uerbum dei & custodiunt illud. & non asserit esse beatos qui uerbum dei audiunt: nisi qui audiunt & obseruant. & uerbum quod audimus est alicuius operatio: Ideo fides nostra primitus in sanctis operibus: que uidemus fundatur. aut ibi argumentum assumit ad cognoscendum quale sit fundamentum: a quo oriunᷣ. Quapropter audire:& preceptorũ iussum nõ exeqᷣ: tanquam res mortua est aut sine fructu. Et idem Iacobus super euangelio christi affirmat dicens. Fides sine operibus mortua est:& propterea non tantum credere & baptizari decet: sed quod omnia alia ꝓcepta euangelii adimpleamus: si salui fieri uolumus. ¶ Etiam quod de cõmuni opinione in operibus cognitio nostra consistat: ac fides quiescat: probari potest: p ea q̃ iudei cõtra redẽptorẽ nostrũ adducebant. Quũ eni christus quendã iuuenẽ cecũ natũ liberauit: aut uisum ei dedit: iudei iterrogãdo ipsum

adolescentē:quisnam ei oculos aperuerit:noluīt concedere christū fuisse:asserēdo impossibile esse quod homo peccator simile opus egisset:& similiter aiūt.Nos scimus qd deus nō audit peccatores:& hic ꝑ ponebat qd christus eo quod in sabbato male se habentes curabat peccator eēt.sed nulla lege staf po test:qd malū fuisset homines in sabbato & in quacūq; die curare licet excogitarent peccatū eē:die sab bati curari.& qa christus cecos sanabat & mortuos resuscitabat:ꝓculdubio uerus & non mendax erat: & qm̄ uerissimus:quecūq; dixit uera:in qbus fides nostra fundaf:& opa siquidē monstratiua sunt.

Quonam pacto in ꝑterito ꝑsenti & futuro lex diffiniri queat: & quatenus diffinitio pauli intelligaf:& qd fides ꝑ opera probari potest. Cap.xxxxv.

¶In capitulo ꝑcedenti atq; in pria parte secūdi libri:multa de fide posuimus.Verūtn̄ quum fides tā tum necessaria in hominibus sit:& sepe sepius quid sit implicato mō:enarref:adhuc de ipsa cā maioris explicationis aliqua scribere possumus:& inter alia nōnullas diffinitiones adducemus: licet qd christia ni sup diffinitione a Beato Paulo adducta acquiescere possumus.At dum secundū oēs gentes diffinir uellemus:& quod unusqsq; ea que dicimus intelligat:alias diffinitiones simul cum pauli diffinitione ad ducere possemus.ac declarare:quid ipsa pauli diffinitio inferat.Nam promendo:fides est substantia re rum sperandarum:argumento non apparentium.ista diffinitio se habet tanquam substātia uel funda mentum:in quo futura fundanf uel acquiescunt:Ideo hoc mō nō diffinif fides:per primū signū essen di:nequidem per originem ex qua emanat.Sed per illud ad quod tendit diffinif.Vt dicendo homo est substantia uel subiectum accidentiū:aut melius quia potius homini soli est dicendum:homo est substan tia idest subiectū doctrinarū:uidelicet in quo uere doctrine a casu uel accidentaliter acquisite fundan tur.Et hec uera diffinitio hominis est:inquantū ad futuras operationes tendit.quoniā ipse solus ad ue ram doctrinam acquirendam aptus:& in ipso dūtaxat doctrina ab actibus acquisita fundatur:aut ī an gelo itidem fundaf. ¶Hec autem non est prima nec secunda hominis diffinitio:quum non dicat de eo a quo per primū principium essentialiter constamus. & sic dū ꝑ pricipia precedentia ab illo quod nunc sumus:saltem primum prioritate nature dicendum erit. ¶Homo est animal congregatum:ex anima rationali & humano corpore. ¶Sed diffiniendo in eo statu quo sumus in hac humana spe cie:dicimus:homo est animal rationale & mortale:& ista diffinitio tantummodo sine aspicientia futuri aut preteriti datur.Quoniam dicendo homo est subiectum doctrinarum:idest:in quo doctrine acqui site fundantur:aut de anima & corpore compositus ad futurū uel ad ꝑteritum tendit.Sed promendo est animal rationale & mortale:solum de presenti indicat & hec uerior aut potius propinqua. ¶Nā in rebus compositis ut exemplatum est:quum aliquid contineamus de preterito:aliquid de presenti: & aliquid de futuro:merito per tres diffinitiones diffiniri possumus.Deus autē quia simplicissime simplex duas tantum diffinitiones habet.prima & essentialis quoad seipsum solum:sicut dicendo: deus est ens exemptum:deus est actus purus:deus est ens a se. ¶Et secunda diffinitio:uel tāquam ad extra ponē da est:utpote:deus est causa prima:deus est omnia gubernans:deus est in quo omnia uiuunt uel acqui escunt.& sic in ipso non dantur tres diffinitiones:sed due tantum:in creaturis uero tres ponere possu mus. ¶Nūc uero assumptis exemplis iam adductis:facile de fide quid dicat cognoscere possum9:dū per tria tempora siue gradus ipsam diffiniremus.Vnde in prio signo ab eo ex quo orta est diffiniri de bet.Secūdo autē inqtū de presenti in se significat.& tertio respectiue ad futura in ipsa fide tāquam in substātia uel subiecto qescētia.& sup hoc tertio mō diffinitio beati pauli fundaf.Nā dicēdo fides ē sub stantia rerum sperandarum argumento non apparentiū nil aliud infert:q̄ si diceref fides est fundamē tū:per quod spem de futuro premio habemus.Quoniam spes etiam ē simul cū fide de ꝑsenti:quāquā in ipsa fide fundef.Vbi enim non datur fides:idest creditum quod bonum sit id qd agimus uel assequi mur:nulla ibi fuisset spes de futura remuneratione.Vnde necesse est quod fidem habeamus in qua spes fundef.Tamen oportet qd prius sit subiectū q̄ res ī ipso subiectata:& prius nullatenus a posteriori ori ri potest:licet aliquanto persici non autē oriri per uerū principiū.oportet enim quod prius sit substan tia:aut hoc uel illud corp9:q̄ quod albū uel nigrū.Nihilominus ꝑ ipsam albedinē uel nigredinem cor pus persicitur:& tamen nō habet ortū ab his coloribus. ¶Et eo mō fides ab spe perficif: qa per spē quam habemus fortius in fide confirmamur:neq; ex hoc fides ab ipsa spe prouenit:quū spes sit fide po sterior.nāq; in ipsa fide fundatur.Itaq; recte dicitur Fides est substātia idest subiectū ī quo spes nostra de futuris remunerationibus acqescit. ¶Et dicendo argumento non apparentium:certum est:quod de futuris acqsitiōib9 nō palā apud nos apparent:qa nos tm̄ ꝑsentialia uidemus. ¶Verū qdē aliter assumēdo:a natura fides ꝓbari pōt.A natura enī de bōis opib9 bonū expectaf.Vn̄ argumētū fundaf possum9:oēs hoīes semp bn̄ uiuētes de naturali ac diuino ordīe ꝑmiū expectāt:iste hō semp bene uiuit aut bene agit:ergo remunerationē expectat. ¶Nūc hoc assumpto:qd a nemīe negari pōt ēt fidē bo nā eē ꝓbabif:& qcqd oīno bonū ac semp īfallibilē sciētiā causat:aut de ipō perfecta habetur scientia. Fides fundaf ī sanctis opibus:que optima sunt:ergo fides optima.& quicquid optimum:in scientiarum genere ponendum.& tamen in eo quod aliquid super ipsa fide de futuro expectamus: ibi argumentū non omnino apparentium accedit:eo qd uera remuneratio nr̄a nō ī hac uita; Sed in alia expectatur.

& quia dum hic uiuimus remunerationes de actibus in hac uita peractis:non uidemus:est argumentũ non omnino apparentium sensibus:sed apparentium secundum rationem natura & lege collectam. ¶ Diffiniendo per preteritum ac de presenti aliter assumimus ita per precedentia diffiniendo. fides ē cognitio fundamentorum collecta per actus ab ipsis fundamentis ortos. Quoniam hoc est primum fidei fundamentum. & sic tenendo ad primā originem hoc modo recte diffinitur. Vnde oportet quod semper fides ad opera que uidimus uel audiuimus occurrat:ut fixa manere queat. quoniam per opera ad cognoscendum qualia fundamenta sint facillime transimus. ex quo fit quod si opera christi aut dei semper ante oculos non habemus:qualis ipse christus fuerit cognoscere nequim9:nec fixam fidem de ipso in animis nostris obseruare. & eo tunc oblati de bonis operibus dei:fides dirumpitur:& dirupta fi de etiam omnis spes euanescit. ¶ Fidem diffiniendo quo ad seipsam non respectiue ad preteritum neq; ad futurum dicemus:fides est habitus uel qualitas omnino semper fixa ad bonum tendens. Fides enim recte dicta nunquam super malo fundatur:Sed semper in bono aut saltem sub colore boni super quo a nonnullis dici solet:habeo fidem seu spem quod iste homo qui semper male agit una die suspen deretur. Et talis fides non in bonis operibus fundatur. Sed spem habet quod quandoq; per iustitiam que bona est:& iam a nobis cognita malefactores punirentur. Itaq; fides semper in bono & nunquam in malo fundatur:aut saltem sub colore boni. ¶ Latrones spem habent:quod in uirtute suarum depre dationum diuites fient:& quia ditari in quoquō bonum est de actibus furandi aliquam spem habent: aut fidem in ipsis actibus. Tamen ea fides uana ac peior q̄ mortua. fidem quoq; habent ꝙ nunquam a presidibus capientur:& si caperentur ꝙ ab industria uel amicorum precibus euadeř possunt: ita quod etiam malefactorum fides semper in aliquo remedio fundatur:licet ꝙ hic fides titubat non fixa neq; in cessanter ad bonum tendens & sic non fides uocanda:& ubi non recta fides minime recta spes datur. ¶ Nec stricte assumendo fides aut spes in male uiuentibus denominari potest:quoniam fides proprie dicta dumtaxat super omnino perfectissimo fundatur. Nulla res perfectissima datur: nisi deus: ergo ab operibus dei tantum fides colligi potest. ¶ Sed si diceretur quomodo sciemus qualia opera dei sint: respondetur:quod omnia illa que in creaturis seu dependentibus stare nequeunt:aut in uirtute ipsarũ creaturarum fieri:dei sunt. ea igitur que super cōmuni natura fiunt opera dei sunt per que deum optimum omnipotētem atq; actum purum esse cognoscimus:& quia optimus pro bono bonum prebet: & quoniam omnipotens quicquid uult agit:attamen semper bonum quia optimus. Quoniam uero act9 purus semper in una & eadem perfectione perdurans:& in hoc tātum uidelicet in deo fides fundari potest. Nam quum fides immutabilis in se dicatur:oportet quod super īmutabili subiecto fundetur. omnia preter deum sunt sic uel sic mutabilia:igitur ī eis fixa fides manere neqt. ¶ Et hoc assumpto :de christianorum iudeorum & maurorum fide satis uideri potest:nam qui legē nō habet minime fidē. lex christianorū est tantum lex:ut superius probatur. quoniam alie secte sunt. ergo christiani tātum fidem habemus. & hec est uia ad probandum quid fides dicat:& quid in ea credendum sit. Namq; absolute dicē do fides est substantia rerum sperandarum argumento non apparentium ita competit hebreis & mauris:quemadmodum & christianis. Et quo ad rei ueritatem non ita intelligendum est. Quia solum iis qui ueram legem habet ueram fidem adipiscitur:& fides non potest nisi in uerissimo fundari. Ita quod qui uerissimam legem non habet:fides sua uana est:aut potius est dicendũ ꝙ nullam habet fidem. quum fides non in errore fundetur. ¶ Et hic facillime uideri potest:qualis fides nostrorum puerorum atq; rudium hominum sit. Nam dato quod christum aut deū per explicatam doctrinam non cognoscāt: quia ipsa fides est optima:& oēs christiani baptizati sunt:fides eorum est bona quandoquidem in bono sub iecto fundař:licet quod inquantum possumus opera Christi cognoscenda sunt:ut per ea ipum christū stabiliter:& cū feruore credamus. & sic plures paruuli ac rudes homines audito a patribus a predicatoribus:uel ab aliis sapientibus de christi bonitate:concipiunt quod deus & homo sit:& ipsum amant:ac super illo audito fidem fundant:& eius bonitatem credunt. si autem lex falsa esset:nullam haberemus fidem:sed uarias & garrulas opiniones tantū. Et animaduertendū est:quod dum paulus inquit fides est substantia hic in similitudine substantie capiř:eo quod ī ipsa fide spes futuri premii fundatur. Nihilominus fides habitus siue qualitas est. Verum in modo conseruandi spem:haud sec9 q̄ substantia se habet. ¶ Et respondendo nōnullis asserentib9 quod legem seu fidem probare non possum9: in primis ita dicim9:q̄d nec ipsi econuerso probauerūt:nisi q̄d tm̄ propositiones adducūt:dicendo:lex probari nō potest. si lex aut fides probareř nullū meritū in credēdo uel tenendo ipsam haberem9. Sed q̄d in reb9 quas probam9 aliq̄d meritū uendicare non possim9:nusquam probatū est. & econuerso multa probamus. Et si infertur quod monstratiue non probam9. Respondendum est:ea que sensib9 patent ultimate monstratiue probanř. ¶ Per Christum habemus a fructibus eorum:idest ab operibus cognoscetis eos. Tum etiam per omnes sapiētes doctrina nostra habet ortum propter quia:uidelicet ab effectib9: nunc sic quod deus sit per effectus probatur:& pariter quod optimus est summus cūctis dans esse. Vnde palam sequitur quod ei obedire & eum amare debemus. & hec est uera lex inter deum & creaturas: & fides super lege uel operibus fundatur. quocirca qui legem negat nil credit : & quicunq; ipsam recte constentur:eam credunt. probatur . Lex ergo & fides. Quoniam lex dei optima & ipsam credere

optimum:& quicquid optimum esse tenendum apud omnes constat. Vnde probatur lex atq; fides: nihilominus unusquisq; credens in deo simul cum operando ea que credit: multa bona meretur. Attamen plures sunt: qui quum non ualeant ad probandum ea que uolunt: dicunt esse impossibile: quod probari possit & in maiori excusatione inquiunt: quod si probaretur: nullum sequeretur meritum. In quo arguitur hoc assumpto: quod in rebus optimis melius est non posse probari q̃ probare: eo quod sine probatione meritum & cum probatione sine merito: quod male sonat. quamobrem dicendũ esset: lex mahumetana multo minus ꝓbabilis q̃ christiana: igitur multo maius meritum in credendo ipsam: que inhonesta fantasia esset: Res enim quanto perfectiores tanto probabiliores: quum falsitas nullatenus probari queat. ℂEt si diceretur multa in lege christiana improbabilia esse: ueluti de trinitate & aliis articulis: dato quod unum solum deum probemus. Respondetur: quod sicut per opera que in mũdo uidemus: non habere principium ab animalibus: elementis: celis & similibus: probam9: unum solum deum esse: pariter in opere Christi probatur: ipsum esse deum & hominem: ℂEt sic tanquam sapientissimus aut omnia sciens inquit. si non creditis mihi: operibus credite: & credetis quod ego i patre: & pater in me est: In quibus uerbis omnia comprehenduntur. Nam dicendo operibus credite: nil aliud ẽ: q̃ opera que ego facio diligenter aspicite: & tunc omnino credetis: quod ego in patre & pater in me est. Et per opera uidebitis: quod opera que ego facio dei sunt & a nemine alio q̃ a deo fieri possunt. ut ipsemet Christus testatur: inquiens: si opera in eis non fecissem que nemo alius fecit peccatum non haberent: & cuncta hec monstrationes sunt: licet propter quia: quemadmodum & alie sciẽtie nostre oriũtur. Semper enim per opera extrinsecus exeuntia causas uel fundamenta cognoscimus. Quoniam ab operibus in pluribus hominibus uisis collectum est unumquẽq; hominem esse animal rationale & mortale. Ideo a pluribus experimentis scientia facta est: dicens: est homo: ergo animal rationale & mortale & pariter de christo est dicendum. Vtpote Christus in uirtute propria est sanans omnes langores uelu ti dare auditum surdis: uisum cecis: & uitam mortuis. ergo est deus. quoniam ex operib9 eius probatur: ut per opera hominum: quod omnis homo sit rationale animal: & in his operibus lex nostra consistit. scimus ipsam probare: igitur & fidem. quia ubicunq; res probata datur: necessario ibi fides aut certitudo quod ita res se habeat. ℂEt si infertur quod fides tantum de presenti & preterito probatur non autem de futuro: Rursus asserimus: ut superius uisum ẽ: quod per naturam & legem de bono fundamẽto bonum opus expectatur: & de bono opere bonus finis probatur: igitur fidem etiam de futuro eẽ tenendam. ℂSed presupponamus: quod probari nequeat: ut noscatur quot mala in eo tunc orirent̃. Nam si lex probari non potest nisi ipsam tantum credere sine probatione quonam modo cognoscenda hec lex credenda: quod equidem est impossibile absq; aliqua probatiõe a nobis posse cognosci. Vñ sequeretur quod omnes homines tam insulani seu antipodes qui nullum deum cognoscunt: tam mauri & tam iudei q̃ christiani saluarentur. & nos per ipsam legem quam sequimur econuerso tenemus: ergo sub aliqua probatione manet hoc esse assumendum. & illud dimittendum. qua de re Christ9 redemptor noster inquit si non creditis mihi: operibus credite & ibi fundemini & tũc palam cognoscetis qd a me non loquor siue operor: sed pater qui in me est idest deus in quo ego sum: & ipse in me operatur: & que per opera patent sensibus cõstant: & quicquid patet sensibus perfectissime apud nos probatur.

ℂQuod autem in una sola diuinitate tres persone sint: non plures nec pauciores per intrinsecos actus dei a natura probatur. ut in sequentibus agendo de trinitate patebit. ℂCirca ascensionem christus ait: pater uenit hora clarifica filium tuum: ut filius tuus clarificet te. Et subdit hec autem est uita eterna ut cognoscant te solum deum uerum: & quem misisti ihesum Christum. ego te clarificaui super terram: opus consumaui quod dedisti mihi: ut faciam: & nunc clarifica me tu pater: apud temetipsum claritate quam habui: priusq̃ mundus esset: apud te manifestaui nomen tuum hominibus: quos dedisti mihi de mundo: tui erant & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt: & nunc cognouerũt: quia omnia que dedisti mihi abs te sunt: quia uerba que dedisti mihi dedi eis: & ipsi acceperunt & cognouerunt uere quia tu me misisti. ℂIn toto hoc euãgelio plura optima ac sublimia contenta sunt. nam super ipso totam legem nostram aperire possemus. quum hic de eternitate dei & principio mundi dicat: de unitate diuinarum personarum ac de pluralitate. Tũ etiam de equalitate inter patrem & filiũ: inquantum deus & minoritate filii inquantum homo. De operibus christo attinentibus: & de cognitione quam de deo mundus habuit per opera ipsius christi. ℂNam quid aliud est dicere pater uenit hora clarifica filium tuum ut filius tuus clarificet te: q̃ postulare pater appropinquat hora da mihi gratiã quod in assumptione ad celum in eo quod homo sum miracula fiant: ut discipuli corporalibus oculis cernentes me uideant ad celum ascendere atq; sedere a dextris tuis: idest tecum simul manere: & in hoc opere etiam nomen tuum clarificabitur: uidelicet: dilataretur in cognitione hominum. Quoniam hactenus nomen tuum obscurum aut indeterminatum in cognitione hominum extitit. Et quod ita sit patet: ex eo quod ante aduentum Christi pauci homines in mundo de omnipotenti deo cognitionem habebant. Et quid aliud sit: hec autem est uita eterna ut cognoscant te solum deum uerum & quem misisti Iesum Christum: quam ea que omnes sapientes de uera seu summa gloria

dicant. Nam si deum non cognoscimus gloria potiri nequimus. quoniam in uisione ipsius summa feli citas cōsistit:& si ipsum uidemus:eū scimus. qm̄ ubi nescimus tarde aut nūquā ire possumus:& sic Christus inqt. ℭAmbulate dū lucē habetis:priusq̄ tenebre uos cōprehendant:nā q in tenebris ambulat nescit quo uadat. Vñ oportet qđ p opera christi uie dei clarificentur:ut ad ipsum ire sciamus. & dicēdo ego te clarificaui sup terrā:opus cōsūmaui qđ dedisti mihi ut faciā:ostendit qđ iā in terris p opera christi plures habuerāt clariorē cognitionē de deo:q̄ prius habebāt:& tñ qa oē opus quod deus pr̄ cōmisit ut christ9 apud nos egisset:erat iā cōsūmatū seu pfectū. Ait:uenit hora clarifica filiū tuū:idest deduc ipsum ad celū in mō quod oēs discipuli miracula ascēsionis uideāt:& poti9 tuā potestatē ac bonitatē cognoscāt:& uideāt qđ tu me misisti:eo qđ si a te nō exirē:non extolleres me in celū cum maxia gloria.

ℭEt quū postea dicat:& nūc cognouerūt qa oia que dedisti mihi abs te sunt:qa uerba q̄ dedisti mihi dedi eis:& ipsi acceperūt & cognouerūt uere:qa tu me misisti. hic apertissime asserit qđ q uerba dei audiūt assumūt uel custodiūt:cognoscūt:qđ deus pr̄ christum miserit:& hic nō dicit qđ credūt:nisi qđ cognoscūt & tñ oēs cognitiones sup opere ipsius Christi fundari iubet:& sic Sanctus Ioānes ait. Scimus qđ testimoniū eius uerū est:& ea que scimus testamur. Vñ asserēdū est qđ apostoli & alii plures discipuli sciebāt Christū esse deū & hominē p opa ab ipso emanata:quū a nullo alio fieri poterāt pterq̄ a deo. Quāquā:ut in aliis locis pbamus:de intrinsecis semp aliqd credendū est:p ea que ad extra uidemus. Nemo eni nostrū uidit rōnalitatē:& p opa que ad extra uidemus dicimus scire oēs hoies rōnales esse. ℭTñ hoies qui in hac etate sumus minus affirmatiue q̄ apostoli de Christo scire possumus:& qa minus tanto quidem magis opus est in creditu fundari: q̄uis semper indies hic illic in nomine Christi miracula fiūt. sed forsitā nō ita euidētia uelut erant:dum hic Christus apud nos uixit:aut anteq̄ ad celū ascendisset. Ita qđ necesse est:ut in auditu de patribus ad filios tradito uniuersaliter fundemur. & in hystoria narrāte de aduētu messie:conceptiōe. natiuitate:uita:& passiōe eiusdem messie:siue christi. Et quū iā in secundo libro uisum sit aliquā hystoriā esse ueram:ut de presenti pbat̄:hystoria:agēs de Christo uerissima. Nā saltē apud credentes & nō credentes ipsum:iuenitur qđ multa bōa egerit. Quū uero non potuerit esse cōmunis nisi extreme bonus aut extreme malus:qa filiū dei se fecit aut idem q̄ deus: nullatenus bonū & malū ager̄ potest:nisi bonū solū aut malū solum. fecit aliqđ bonū ut per oēs patet: ergo semp bonū & nil de malo. Et hoc assumpto non tm̄ credimus christum deū uerū & hoiem esse:sed scimus quod est. ℭDeniq̄ religiosi quidnā aliud argumentū querimus preter experientiā:quā in lege ueteri & noua habemus ad itelligēdū:quonā pacto fides nr̄a producatur:& fundetur:iudei enī per miracula i noīe dei a mose & aliis prohetis acta deo oīpotenti credebāt:discipuli Christi & alii hoies q ad uidendum ipsum occurrebant:semper in miraculis ipsius quiescebant:atq̄ fidem capiebant: ueluti in nuptiis dum de aqua uinum fecit:& de quinq̄ panibus & tribus piscibus quinq̄ millia hominum satiauit:& multa ciborum ipsorum fragmenta adhuc remanserunt: & dum lazarum resuscitauit: & sic per similia miracula agendo:apostoli & alie gentes christo credebant:ut in euangeliis manifestatur.

ℭOpera illa enim sensibus patentia erant:quamuis diuinitatem christi alii homines non uiderent. tādem quia a natura scimus bonam arborem bonum agere fructum:ubicunq̄ autem aliquam arborem bonum fructum producere uidemus:& semper:scimus ipsam arborem bonam esse quum bonitas eius intrinseca per fructum ad extra exeuntem:propalatur. licet q̄ bonitatem arboris inquantum intrinsecam uirtutem oculis corporeis non uideamus. tandem intellectu seu ratione manifeste cognoscimus: arborem illam ab intrinseco bonam esse:quāuis secundum sensus bonitas intrinseca illius arboris sub fide maneat:concesso:q̄ opera ad extra exeuntia uideamus. sed intellectus qui per illud quod ab intra emanat:& foras exit:intrinseca cognoscit:non manet oīno super fidem immo super certitudinem: & ita discipuli redemptoris nostri uidentes opera a Christo emanata:cognoscebant Christū ipsum deū & hominem esse:licet q̄ creditū suum in operibus miraculosis fundabatur:& quia opera non sunt omnino persona ipsa de qua ortum habent:oportet semper fidem habere in hoc fundatam: ad illud tendentem. ita q̄ opera christi aspiciēdo:penitus credimus ipsum deum & hominem esse: licet q̄ ipsum hominem discipuli:& alie gentes:uidebant:diuinitatem uero non:sed per opera diuinitas cognoscebat̄: nam nos non uidemus animam:tamen in aspiciendo aliquod corpus per operationem eius cognoscimus:an animatum uel inanimatum sit:& testamur talem cognitionem sensibus patere. & ita de Christo asserendum est:constare discipulis:per opera ipsius deum & hominem esse.

Cur dum diligentia explicare uolumus:palam inuenimus:qualiter redemptorem humanitatis oporrebat omnino deum & hominem esse:non autem hominē solū nō angelum solum non deum solum. Cap. xlvi.

ℭDum de aduentu Christi leuiter consideramus:nonnulla dubia occurrere uidentur. Vt dicendo: nonne deus potuit hominibus de suis erroribus parcere:aut saltē aliquem angelum uel hoiem ad redimēdū uniuersum genus hūanū mādare:eo qđ deus ipse nō assumpsisset carnē & animā humanā tanq̄

inſtrumentum ad nos liberandum.hoc prima fronte nonnulla dubia adducere uidetur.Sed dum pro-
fundius diſcernimus:omnia hec & alia ſimilia tanquam inualida eſſe repperimus. ¶Nam ſolus deus
optima operari poteſt.Ipſe enim tantum optimus ac ſummus:& ſaluare ſummum op9 eſt. Vnde apud
omnes ſapientes habetur:quod melius eſt bonum eſſe q̄ eſſe.quum uero eſſe a ſolo deo deducimus:ne-
ceſſe eſt quod ſaluatio uel ſumma quies ab ipſo tantum deducatur.Si enim in eo quod minus eſt no-
luit nos creare per angelos:celos:aut planetas:preterq̄ per ipſum ſolum abſq; aliquo adherēte medio.
ubi magis eſt de naturali ratione:oportet quod ab ipſo ſolo deo oriatur. ¶Habemus enim in prin
cipio creauit deus celum & terram.& alibi Ipſe dixit & facta ſunt:& non iuſſit angelis neq; hominib9:
quod mundum patrarent:niſi quod ipſe ſolus cuncta creauit.& quum melius ſit ſaluare aut ad ſummā
gloriam deducere:q̄ ſimplex eſſe prebere.proculdubio conſtat quod ſolus deus nobis parcere poteſt :
ac pro peccatis iam commiſſis ſoluere.accipiendo tamen ꝙ ſit melius ſaluare quam creare:uidelicet bo
num eſſe per ſaluationem:& ſolum eſſe per creationem. ¶Verumtamen concedendū eſt quod deus
poteſt preceptum imponere alicui angelo uel homini:& deinde quod angelus ipſum preceptum diuul
get hominibus.Sed oportet preceptum dei eſſe & non angeli uel hominis.quoniam ſolus deus omnia
comprehendit & uere ligare atq; abſoluere poteſt.Qua de re ſemper ad deum deueniendum eſt : dum
modo perfectam legem uel ſaluationem habere uellemus.Quumq; deceat omnino ab ipſo ſolo omnia
optima emanare:ipſi ſoli deo gratie referende ſunt:& ſi per angelum aut hominem legem aſſumme̅re
mus:qua ſaluandi eſſemus:ipſum in loco dei adoraremus:& tamen lex dei & non angeli eſſet . Vnde
condecens eſt quod deus ipſe immediate perfectam legem nobis tradat:qua ſaluādi ſimus: quemadmo
dum eſſe per creationem tradidit.Nam deus:ut in ſacra ſcriptura fertur:de honore ſuo Zelotus eſt:nec
uult quod alius ſuum honorem occupet:ex quo habetur non eſſe adorandos deos alienos : nec ſolem
nec lunam preter unū deū creatorem celi & terre:& ſi alius preter deū nos ſaluaret ſiue ad gloriam de
duceret:ille omnino eſſet adorandus:& aliqualiter circa nos cum deo equiparandus .Quum omnia ꝑ
fecta noſtra in fine conſiſtant:& finis noſter eſt ad gloriam aſcendere:& ibi ſemper remanere. Quūq;
hoc ultime perfectum:oportet quod a deo ſolo immediate eueniat. ¶Sed hic contra chriſtianos ali
quid opponi poteſt.Quum dicamus:per chriſtum nos eſſe redemptos:atq; in eo ſaluandos:& non ap
pellamus ipum ſolum deum:ſed deum & hominem:& tamen dicimus a ſolo deo ſaluationem dari poſ
ſe.cui obiectioni aſſumptis iis que in lege tenemus:facile reſponderi poteſt:quoniam in lege chriſtiana
duo potiſſime habemus.primo redemptionē:& ſecundo ſaluationem.nam prius a captiuitate redimē
di ſumus:q̄ ſaluandi:& redimere de ſe aliquam ſolutionem:in ſatiſſactionem alicuius debiti ſignificat :
& deus ſiquidem nullum debitum ſoluere poteſt:quum actus purus immutabilis atq; impaſſibilis ſit: &
quia ſumme iuſtus contra ius ambulare non poteſt. ¶Primi parentes noſtri peccauerunt:per quem
errorem ad ſupplicium condemnati ſunt:non tantum ex eo quod in comeſtione fructus contra prece
ptum peccauerunt:ſed forte principalius atq; irremiſſibilius.quia cōuocati ad iudicium coram deo mē
titi ſunt uolentes culpam propriam ad alios transferre.Et quum in confeſſione aut iudicio coram pre-
ſide:tanquam pro ultima ſententia audimus:Adam & Eua poſtquam omnipotenti deo mentiti ſunt : ī
excuſatione peccati non potuerunt amplius pro ſe nec pro aliis gloriam mereri: & nullus alius homo
preter adam ceteros alios ſub ſe continet:Vnde non poteſt pro ipſis ſoluere:& parcere ſolus deus po
teſt.Iccirco de uero ordine in quo admirabile conſilium inuenimus:oportuit:quod deus aut aliqua di
uina perſona que ipē deus eſt:aſſumpſiſſet in ſe humanitatem : ideſt rationalem animam & humanum
corpus ad ſoluendum pro omnibus hominibus:eo quod deus pati non poteſt.Sed nos non adoramus
nequidem tenemus iſtum hominem tanquam indiuiduum uel rem per ſe:niſi ſimul cum deo . Anima
enim & corpus chriſti ſimul cum diuino uerbo una ſola perſona cum ipſo ſunt:nō autem plures.Qua
propter non adoramus aliquam creaturam:neq; ipam denominamus ſaluatorem:niſi chriſtum deum
& hoiem:ſimul ī una ſola indiuiduatōe ſiue pſona:tn̄ redēptor uel ſolutor erroris hoium ex pte huma
nitatis ē ſaluator īquantū deus:& tn̄ īdiuiſo hoc ab illo totū chriſtū adoramus. ¶Et ſiiſerꝛ deus pōt
peccatores abſq; alia ſolutiōe ad gloriā deduceꝛ:Rn̄dēdū ē:hoc cōtra ius eē:& deus nil cōtra ius agit.
Vn̄ oportebat de duob9 unū:aut qđ aliqua pſona diuina aſſumeret hūanitatē:ad ſoluēdū ꝑ ſceleribus
nr̄is:aut uero qđ nos in penis ppetuo dimiſiſſet.melius ac laudabili9 eſt ſaluaꝛ q̄ ī penis dimitteꝛ :& de9
id qđ meli9 ē ſp agit:cōcedēdum eſt qđ erat nos ſaluaturus. ¶Nā ueluti circa pricipiū rerū ſi petere
mus:cur hoc & illud:qa calidū aut frigidū tale operaꝛ:ſed ultiate cur de9 mūdū creauit:qa placuit:cur
placuit:qa ſumme bon9:& bonū ſemp bonū agere uult:quis ī libertate ſit.& ī eo gradu qa deus bon9
& ipſe ſolus nos ſaluaꝛ poſſet:oportuit ī ſeipſo humanitatē aſſumere:ut nos recta uia ſaluaret. ¶Et ī
hoc loco iudei atq; mauri ualde decepti ſunt.quū ab hoib9 ſolis perfectā legē ſeu ſaluationē expectēt:
qđ nec natura nec rōne ſtaꝛ pōt.& ſic oēs ꝓphete de uero meſſia uaticinātes:tanquā de re miraculoſa
loquebanꝛ.Vt iſayas:& ī terris uiſus ē:& cū hoīb9 cōuerſatus.& ſimilia nō poſſunt de hoībus ſolis:tan
quā miraculoſa enarrari.eo magis:qđ ſi aliqs hō ſaluator oīum hoium fuiſſet:cur nō moyſes:dauid:ha
braham:Iſaac:aut Iacob:quū tātopere amici dei fuerit.Quēnā hoiem a natura pfectiorē iſtis expecta
re poſſemus:niſi deus ſecum cum hoiem aſſumpſiſſet.& qm̄ null9 iſtoꝝ ſanctorum patrum ſaluator hu-

manitatis:sed ipsi potius miraculose uerum Messiam seu redemptorem expostulabāt: tanquam eorum dominum:quis ambigere potest deum non esse denominandum? ¶Et hic non principalius eo quod sine peccato:immo potius potentissimum conuocabant. Vnde inconsiderate loquuntur: qui dicunt: quod si domina nostra omnibus peccatis fuisset immunis: ipsa quoq; fuisset humanitatis redemptrix. Sed hoc in deficientia uel mendicatione rationis adducitur:quoniam Beata Maria de naturali ordine non comprehendit sub se omnes homines:qui fuerunt sunt & erunt:& quia non comprehendit: non potest iuxta uerum ordinem pro ipsis soluere:nequidem est deus:aut cum ipsa diuinitate in una persona unita:ut omnes homines saluare posset. Quamobrem concedendum est:saluatorem ac redemptorem nostrum deum & hominem esse. ¶Quandoquidem de solis hominibus allegandum esset omnis homo mendax:atq; maledictus homo qui in homine confidit:& omnino decet uerum esse humanitatis redemptorem:& quod omnes homines in ipso confidentes benedicti & non maledicti simus. In solo homine hoc stare nequit:nec solus deus pro debitis nostris soluere potest:igitur oportet:quod saluator noster deus & homo sit. Et si dicimus quod saluatione non indigemus:inferendo nos peccatum nō habere:nosmetipsos decipimus. Quoniam errores nostri sensibus patent:& patentia sensibus per ultimatam probationem probantur:eo quod apud nos manifestiora:nequidem est dicēdum quod errores nostri a deo originentur:ipse enim purus actus ac bonus:& ubi purus siue omnimodo simplicissimus bonum & malum dari non potest: in deo datur bonum:ergo nullum malum: quum simpliciter dicat unum & non hoc & illud diuersum. Vnde constat peccata nostra a nobis ipsis causari: & tamen beatificabiles sumus:eo quod rationales:& ubi ratio uiuendi datur: ibi beatitudo expectatur. ¶Non pōt ad beatitudinem peruenири ubi peccata dantur:& nos sepe peccata committimus: igitur si ad beatitudinem ituri sumus:necesse est:quod deus:ubi inualidi sumus:pro nobis soluat atq; parcat. non potest parcere si homo solus:nec pro omnibus soluere:nequidem deus potest per uerum ordinem pro debitis nostris soluere:positis peccatis in hominibus. sequitur quod per deum & hominem redimendi sumus: & ad ueram gloriam deducendi. ¶Amplius iuxta potius causalia:aut magis extrinseca assumendo: in lege ueteri inspiciendum est. in qua etiam palam inueniemus:qualiter omnia magna atq; optima deo referenda sunt:ueluti dum per manum moysis deus populum israeliticum ab egypti captiuitate liberauit. Nihilominus deus semper pro seipso omnes honores uoluit. Vnde quia Moises in extractione aque a lapide deo gratias non retulit coram ipso deo peccauit. Quapropter non habuit gratiam deducendi populum in terram promissionis. Et si in liberatione uel redemptione corporum:deus uult aliquem angelum uel hominem secum in amicitia coniunctum assumere: quantomagis in animarum redemptione aliquem perfectum hominem tanq̄ instrumentum assumit. Et quia omnes amici ut Moises & alii homines:quandoq; a recta uia declinabant:q̄uis in operibus non omnino perfectis elaborarent: quia circa corporea oportebat quod deus multomagis ad se uniuisset aliquod humanum siue humanitatem ad redimendas animas:eo quod multo perfectius opus:q̄ de corporum liberatione. Nam sicut p elationem seu uoluptatem membrorum:Adam usq; ad ultimam sententiam maledictionis declinauit: necesse erat quod redēptor seu solutor usq; ad finē uel mortē humilis aut patiēs in cunctis aduersitatibus contra delectationem corporum stetisset. Quumq; hoc tantū omnino perfectissimum opus: quia ad summam quietem uel beatitudinem tendit:opus est quod homo mediator cum deo sit coniunctus: quantum potest. Deus potest assumere humanitatem in se idest animam rationalē & humanū corpus: & necesse erat quod assumpsisset:ut per rectam uiam uniuersum genus humanum redimeret: atq; saluaret:concedendū est:quod hoc fecit:ex eo quod semper deus id quod melius & rationabilius est agit.

¶Et quod corpus & anima christi sint magis cum deo coniuncte:q̄ aliquis alius homo:in suis operibus comprobatur. Nam concesso quod alii homines quandoq; in nomine dei miracula egissent; aut sub aliquibus incantationibus cuncta hec parua erant:& non proprio nomine acta: nisi deo omnipotenti conuocato:aliquibus aliis diis aut demonibus nuncupatis. Sed coniurationes demonū atq; deorum extra deum omnipotentem:omnes proculdubio superstitiones sunt. ¶Et sic licet quandoq; aliquis effectus ab incantationibus eueniat:hoc tantum est:ex eo quod pro maiori damnatione incantatorū deus permittit quod aliqua ibi fiant. ut in pharaonis regis incantatoribus habetur: quod deus p mittebat:ut aliqua miracula fecissent:ad indurandū cor pharaonis:& quod ad ultimā deperditionē ueniret. ¶Alii qui prophete aut sancti extiterunt:nō tanquā per seipsos: sed in maximis precibus deo actis miracula agebant:christus uero in uirtute propria:licet quod quū uerissimus humanitatē suā confitendo minorē deo seipsum fatebatur:sed inquantū deus equalē cum patre siue deo omnipotenti atq; idem cū eo:& ipse dū patrem conuocabat: aut aliqua magna operaturus erat:non prestigiosa uerba nequidē abscondita:sed palā deū patrē uocabat. Vnde non est inferendū:ut a nonnullis legē fugientibus inferri solet:quod christus in uirtute aliquorū uerborū absconditorū miracula egerit. Nā uerba q̄bus ipse utebatur:nos quoq; semper promimus:& non semper miracula agimus:ueluti ipse. tametsi qui in sanctitate degunt:in noīe christi & uerbis eius:adhuc his tēporibus multa bona faciant:in curandis infirmitatibus & in tutando se a periculis. Hec uero oīa ī uirtute dei fiunt:nō aūt dyaboli. Qui enī demones in noīe ipsorū demonū coniurāt:nil ꝓrsus faciūt. Quinimo tanq̄ lamie seu uenefice se habēt:&

fic non in re:sed in fantasiis uel superstitionibus opus suū consistit. Apostoli christi ī nomine eius multa miracula fecerunt: quod non fit in noie alicuius alterius prophete. Si eni Moises Helyas aut alii prophete in nomine dei miracula operati sunt: sub nomine istorū prophetarū nullū deinde fit miraculū. nequidē est dicendū: quod in cōiurandis diis hoc egerint: aut uirtute proprie scientie. nam si Moyses in uirtute proprie scientie fecisset ea que fecit: potius sibiipsi q̄ alteri nomen attribuisset. Sed quū prorsus scribat hec oīa in uirtute dei egisse: & uerba quibus utebatur interserat: potius hoc quod inuenimus tenendū est: q̄ que a nonnullis prestigiosa querentibus adduci solent. & quod propria uirtute aut scientia: sub aliquibus nominibus contenta non operaretur: satis patet: ubi sub iussu dei aquam a lapide extraxit: & quoniā in eo tunc deo gratias non retulit: peccauit atq; punitus est. ¶ De aliquibus aliis extra ueram legem uiuentibus: etiam multa prestigiosa ab aliis similibus enarrari solent. ueluti in Italia de petro de abano: asserēdo ipsum ambulasse in nubibus: atq; putheum de loco ad locum imutasse.

¶ In Hyspania de Don Henrico de biglienа: quod homines in pannis: uel muris depictos: conuocabat: & ueniebant: quos tandē hinc illinc cū litteris aut aliis annunciationibus imittebat. Dicūt quod ut regi cōplaceret: Hectorē & Achillē resurgere fecit: & corā rege uenire. Verū hec omnia circa populū aut insipientes habentur: quoniā solus deus similia operari potest: non autē natura nec aliqua que in natura sunt. ¶ Et de similibus qui prestigiosa egerunt: aut quod dicatur operatos esse: appollonius Thianeus inter primos est annumerandus: attamen fortasse probus uir fuit: si in nomine dei altissimi ambulabat: de ipso autem nullā sequelam: ac nullā doctrinā inuenimus: nisi dūtaxat uitā quandā quā philostratū scripsisse aiunt. Sed ad libitū facile est multa scribere. Attamen quū a pluribꝰ cōprobata non inueniuntur: dubiosa sunt: maxime dū scriptor rectū ordinē nō obseruat. ¶ Asserit philostratus quod Apollonius rome apud quosdā Imperatores steterit tempore Vespesiani & Dyoclitiani: atq; mortuos resuscitasse: & alia quāplura miracula egisse. & quod egisset ualde dubitandū est. Quia dum eo tunc roma florebat: q̄plures ex romanis & aliis nationibus de ipso Apollonio mentionem fecissent: quēadmodū & de christo: licet in patria remota & inter gentes debiles: ad romanos cōparatas uixisset. Asserit fugisse a carceribus: & ad ipsos regressum esse ut placebat. At similia de Ioanne de bactaflo sepe dici solent: & quod hectorē resuscitare fecerit. posita uero hac resuscitatione: reliquе resuscitationes cōcedi possunt. Nam dato uno inconuenienti plura sequuntur: aut concesso uno ipossibili: omnia alia cōcedere possumus. ¶ Vlterius ī miraculis Apollonii iquit: quod quidam eius discipulus captus amore cuiusdam formose puelle: ac diuitis ī bonis huius mūdi: ipsam ī uxorē ducere uoluit. & tamen conuocatus Apollonius ad nuptias dixit: omnes apparatus ac puellam siue spōsam inanes esse. eo quod diabolus sponse figuram assumpserat: & diuersa ornamēta auri & argenti parabat: que omnia ī apparentia tātum erāt: & sic Apollonii iussu cūcta euanuerunt. Alia die Apollonius audiuit duos passeres inter se garrulantes: & consociis suis dixit: uultis scire quid passeres illi loquuntur. Vnus dicit alteri: quidam Asinus ueniens oneratus cum tritico cecidit extra portam ciuitatis & triticum hinc illinc sparsum est. eamus ad comedendum de ipso. Dumq; homines iuerunt: ut experirētur an uerum esset: inuenerūt id quod Apollonius dicebat. & hec sunt inter miracula de uita Apollonii per philostratū posita. Sed qualia sint a quocunq; homine sani intellectus facile cognosci potest. Vnde similia prestigiosa abiicienda seu comburenda sunt: ne insipientes homines cōturbēt. nam de cōsuetudine peruersorum: est contra bonos mores multa ascribere: dum possunt. Ideo qui leges omnipotētis dei abnegant: plura miracula a deo Ioue: Marte: demōibus: & similibus acta describūt. & quia a solo deo uera miracula fieri possunt: quicūq; a uia eius deuiat: ueneficus ē aut magus. ¶ Nec opus est quod humani generis saluator magicis artibus utatur: preterq̄ sincera ac uera doctrina. Ideoq; nullus magus deus & homo esse potest: Quinimmo contra iussum & mandatum dei hi homines ambulant.

¶ De uariis modis quos leges ad cultum dei habent: & quo pacto christiani cum ueteri testamento conformes simus: in habendo tres personas in uno solo deo. Cap. xlvii.

¶ Iam ī precedētibus capitulis: multis modis probauimus: qualiter lex mosaica & mahumetana ī seipsis perfectionem nō habēt: nec secūdum ratiōem nature: nec penes cōsuetudinem: potest quispiam in eis saluus fieri: licet quascūq; cerimonias & sua precepta obseruet: & ratio est: quod nō habēt modum expellēdi uitium per suum cōtrarium: & pariformiter probamus leges eorum nō esse a sufficiētibus personis illatas. Que humanitatem saluare potuissent: licet moses ex parte dei legem dederit. Sed idē christus egit: & persona eius: & persona mosis: nō erāt equales: eo quod moses cōmunis creatura: Christus autem deus & homo. quocirca digniori cōpetebat ut humanitatem redimeret. In alia parte cū mauris & hebreis haud nimū differimus. Quia nos tres personas ī uno solo deo adoramus: & ipsi unā tantū colūt. Et iter alias partes ī hac potissime declaramus: christianos esse diuine uoluntati propīquiores mahumetanis: & iudeis: eo quod deus plus nobis q̄ aliis de suis archanis reuelauit. Quia cognoscēs eē unā tātū primā causam: quisq; cū pauco labore pōt ad hoc attingere: ut iā philosophi naturali uia sine aliqua lege ꝓbāt. Sed quoniam post aduentū christi deus multa miracula fecit hominibus: per que deum

possumus facilius & magis proprie cognoscere: q̄ antiqui. cur igitur infideles suam ignorantiam tegere queunt? quum ita ignari sint: sicut & ueteres circa creatoris cognitionem. Quamobrem christiani tanquam domestici uel propinqui sumus in exponendo & intelligendo creatorem nostrum: & alie gētes tanq̄ alienigene. Quapropter rem indistinctam accipiunt dicendo: est: dum non aperiunt: quomodo sit uel quatenus se habeat. Et hic sequaces christi omnes aliarum legum theologos summopere excellunt: & non solum legales sed etiam irreligiosos philosophos. Ipsi enim in tota philosophia eorum non potuerunt de deo habere noticiam: nisi quod unitas seu prima causa atq; purus actus sit. Quod nempe christiani cognouerunt & insuper plures alias dignitates quo ad naturales rationes: ut iam aliquos uidimus tractando de prima causa: & in tali loco christiani non tantum legem: sed potius naturalem rationem emulantur. In quo omnes antiqui ostendunt: se infimos esse in cōsiderationibus suis respectiue ad christianos.

De quibusdam auctoritatibus legis nature: & scripture: que significant in deo plures esse personas. Cap. xlviii.

¶Principio: ne a lege deuiare uidear: aliquas auctoritates legis scripture interserā: inferentes: quod christiani nequaquam illi oppugnamus. Sed quod laborauimus ad intelligendum: sensus aut substantias: que in ueteri testamento obscure erant. Quia nondum uenerat tempus reuelandi ipsas: licet in eo non ueniamus: quod distincte dicat patrem: filiū: & spiritū sanctum: ut nos i nouo testamēto tenemus. Sed bene sufficit scriptum esse: quod sint plures persone: q̄ una in diuinis: sicut in creatiōe mundi: ubi dicit. ¶Spiritus domini ferebatur super aquas. i quo apparet plures fuisse personas. ¶Alibi faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & in hoc i plurali loquitur. Postquam primi parentes peccauerunt dicit deus. Adam quasi factus est nobis similis sciens bonum & malum. in quo inferre non possumus: quod dominus cum aliquo angelo loqueretur. Quoniam serpens nō dixit Eue: quod comedendo de arbore angelis esset similis: sed suo creatori: & quando fructum acceperunt sub eadem condictione comederunt: hoc est: quod tales essent ut deus. Vnde non conuenit quod cum angelis loquēdo dixisset. Adā factus est nobis similis: sed quod deus eiusmodi uerbis īter personas suas utebatur.
¶Post diluuium īcipiētibus hominibus turrim Babylonis edificare i campo senaar dicitur. Descēdit dominus ut uideret ciuitatem & turrim: quam edificabāt filii Ade. & i sequēti ait. postquam ita est: uenite & descēdamus & eorum linguas cōfundamus ne quisquam linguam proximi sui ītelligat. ¶Quidā tenēt qd illic deus cū angelis loquebat: aut unus angel9 cū alio: & saltē quo ad illud: qd littera significat aliter se hēre uř. Qui postq̄ dixit cōfundamus eorū linguas: redilt ad idē uerificandū. & iccirco nō licet ītelligeř: qd angelis dixisset: Descēdam9 simul ad hoc faciūdū: quis i hoc dicto descēdam9 aliqs dubitař posset ita dicēdo. Deus est ubiq; & nō ascēdit neq; descēdit p aliquā partē sed i mō ītelligendi nostro ascēdere & descēdere dicimus. In aliis quoq; partibus tenemus: quod deus in nube ad mosen loquutus fuerit: & preceperit ut in terram promissionis ingrederetur cum populo: quem ab egypto trāstulit: dicēs. Mittam angelum percussorem ut te comitetur: & nō ibo tecum: quoniam populus iste dure ceruicis est: ne forte disperdam te: & dissipem i uia: & hic bene ostēdit manifestam differētiam īter opera dei & angelorum. & hoc modo ītelligi potest. ubi dicitur. Venite & descēdamus. ¶Aliter argumētum assumi potest: quod licet in diuinitate sit una persona tantum: uoluit uti terminis ac si esset in societate: quemadmodum & nos plerūq; agimus. Nam q̄uis unus homo solus scribat dicit: nos facimus: dormimus: uigilamus. Sed in hominibus recta est hec loquutio: q̄uis non loquamur causa ornamenti aut humilitatis. quia quicquid uni particulari homini conuenit: cunctis aliis mortalibus conuenit. Et hoc modo dicendo indigeo cibo & potu: & teneor creatori seruire: similiter intelligitur alios homines natos esse sub eadem necessitate. & intelligendo huiuscemodi condictiones: quas inter nos habemus licite possumus ponere nos in plurali: licet soli scribamus. Et qui in oppositum faceret uideretur maiorem sibi gloriam comparare: q̄ quod agere deberet: eo quod scribere uideretur: ac si solum sibi similes res contingerent. & quia agibilia communia sunt: etiam in plurali de ipsis loqui possumus. & in deo lōge aliter se habet: quia id quod sibi competit nulli alteri est proprium. ¶Propheta Dauid scribit. Dixit Dominus dn̄o meo sede a dextris meis. & nō habemus ubi Dauid cognosceret aliū dominum preter deum & Saul: cui Dauid interdum obediuit: de quo tamen Saul intelligere non possumus. Quia nullum alium dominum Dauid obseruabat: cui iussisset Saul: quod ad dextram suam sederet: nec minus quod Sauli deus ad ipsum dixisset. Quoniam in ultimis diebus uite sue ualde fuit a creatoris sui amore remotus: q̄uis in hac parte non necesse sit disputare: eo quod idem propheta palam ostendit de deo fuisse loquutū: i quo satis apparet: nos nō īsistere & aduersari ueteri testō. Dicimus enim tres esse personas i diuinis: quoniā aperte īscriptum est q plus q̄ una: similiter i discursu temporis reuelauit deus quibusdā sanctis uiris patrem: filium: & spiritum sanctum: esse in uno solo deo. & de istis personis in subsequentibus capitulis aliqua succincte scribemus.

Qualiter christiani fundamenta propinqua assumant in ueteri & noua lege: ad ponendas tres personas diuinas in uno solo deo seu essentia. Cap.xlix.

¶Auctoritates quas superius adduximus: de pluribus personis i deo nō uidētur esse principium: per quod in primis christiani cōmouemur ad imaginandum trinitatem personarum in deo omnipotenti. hoc enim principium a Christo tanquam uero Messia in lege promisso assumptum est. Nam quum in sui laudem plurimas prophetias legimus: inter quas nonnulli prophete deum ipsum appellabant: uisis operibus eius cum dictis prophetarum conformibus: argumentum assumimus: quod falsus esse non potest. & simul cum operibus aspicimus: quod prophete aliquando de Messia seu humani generis redemptore uaticinantes de deo in terris uiso proferebāt. ut iam tractando de prophetiis superius diximus. ¶Hyeremias iquit: ecce dies ueniet dicit dominus & feriam domui israel: & domui iude fed9 nouum: non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum: sed hoc erit pactum quod feriam cum domo israel. Post dies illos dicit dominus: dabo legem meam & in uisceribus eorum & in corde scribam eam: & ero eis in deum. ¶Aspice modo: qualiter hoc esse in deum intelligi queat: nisi pro unito cum humanitate nostra: quum in his uerbis dicat: feriam domui israel & domui iude fedus nouum. Vnde manifeste de unione seu confederatione cum humanis plusq̄ prius erat: deus hic loquutus est. Et sic in conformatione istorum uerborum. ¶Isayas de deo in terris uiso loquens ait: in terris uisus est & cum hominibus conuersatus: & quia pro miraculo narrat in terris uisus est: non de homine solo: sed de deo sub humana specie loquebatur. ¶Moses: de gente tua suscitabit tibi deus ipsum: sicut me audies: & subditur: ponam uerba mea in ore eius: & loquetur ad omnia que precepero illi: in qua quidem auctoritate sine enygmate: de deo & homine simul loquutus est. Quū dicat de gente tua suscitabit tibi deus ipsum: sicut me audies. Quia suscitare & audire de homine dicit. Nam de gente hominem refert: deus uero de persona diuina: quod nequaq̄ hominibus competit. ¶In monte synai dum deus Mosi apparuit negans ostensionem faciei ait: Tollam manum meam & uidebis posteriora mea: & dicendo posteriora manifeste assumitur pro re ab intrinseca emanatione descendente: & quia itrinseca emanatio derationе filium uocari decet. Quoniam uero deus est nostris oculis inuisibilis: oportebat quod in humana specie: fuisset uidendus. ¶Et hoc significare uidetur dum Ihesus assumpsit Petrum Iacobum & Ioannem & ascendit supra montem excessum: ubi apparuerunt Moses & Helyas loquentes cum eo: & alium deum uisibilem preter Christum non habemus: in terris apparuisse. ¶Et Dauid ponam primogenitum excelsum super omnes reges: Et quum primogenitum dicat circa omnes de filio intelligitur: & ubi filius ibi pater & pater & filius due persone sunt & non una sola. ¶Deinceps positis atq; examinatis Christi operibus cum prophetarum dictis de uero Messia uaticinantibus: & q̄ ipse Christus dicebat se esse dei filium: cuius opera testimonium perhibebant: plures homines & mulieres ceperunt credere & predicare Christum deum atq; hominem. ¶Sanctus Petrus ait: credo quod tu es filius dei uiui qui in hunc mundum uenisti. ¶Sanctus Ioannes in principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum. & alii etiam plures similia affirmabāt. ¶De modo unionis seu identitatis redemptor noster in euangelio: quod in uigilia assumptionis cantatur loquens cum deo patre uel patre suo apertissime omnia enarrauit: ut dicendo: hec est autem uita eterna ut cognoscant te solum deum uerum: & quem misisti Ihesum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus consumaui quod dedisti mihi: ut faciam. & nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quā habui: priusq̄ mundus esset apud te manifestaui nomen tuum hominibus: quos dedisti mihi de mundo. & subdit: & nunc cognouerunt: quia oīa q̄ dedisti mihi abs te sunt: quia que dedisti mihi dedi eis: & ipsi acceperūt & cognouerunt uere: quia a te exiui: & crediderunt: quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: non pro mūdo rogo: sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt: & mea omnia tua sunt: & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. ¶Et in promissione spiritus sancti ad apostolos: etiam Christus iquit: ego rogabo patrem & alium paraclytum dabit uobis: ut maneat uobiscum in eternum spiritum ueritatis. & quia aliū de sibi simili intelligebat: & quoniam similis: sequitur: quod eiusdē essentie cum patre & filio: & in iisdē omnes apostoli atq; alii doctores ad predicandum uel scribendum de trinitate sunt fundati.

¶Excusatio. Cap.l.

¶Est utiq; nobis de trinitate difficillimum: quum incorporea: iuisibilis: & itāgibilis: sensibus atq; ab itellectu creato icognoscibilis: nisi iquātum deus reuelatiōe nobis aliquod pricipium ad itelligēdū prebuit. Nos autem nō iueniēdo alias personas: que omnino similem ordinem sortiātur: quemadmodum i diuinis iter patrem: filium: & spiritum sanctum dicimus: dū de trinitate loquimur: nō presumimus precise iscribere: qualiter persone diuine se habeāt. At uero quoad nostram imbecillitatē dicimus: quanto proprius possumus. Iccirco dū nō attingimus ad declarādū quicquid uolumus: & q̄uis nō semper recto gradu ueniam circa ecclesie seriem exposcimus: & datur. Sed tamē quod quātum possumus theologis

nominatis a spiritu sancto inhereamus: & sub hac maiorum nostrorum doctrina nos etiam aliquod uerbum proferre possumus:& iudicio nostro quicquam adiicere.

¶De fundamento a diuinis philosophis assumpto iuxta distinctionem personarum in deo. Cap.li.

¶Iam i secūdo libro tractādo de prima causa nōnullas auctoritates posuimus:ī quibus thelogi christianorū uidētur cū antiquis philosophis cōformari:qui de rebus diuinis agebāt.ut fuerūt Mercurius Trismegistus:Plato:& Enthymeus:& q̄uis nō scripsissent adeo aperte seu distincte de diuinis:ut deinde theologi nostri fecerūt:i fundamēto parū discrepāt Mercurius & Plato:quos potius diuinos q̄ humanos appellare possumus. ¶In diuisiōe oium rerū deū & mētē diuinā posuerūt:tanq̄ pro architecto re mundi:& quod secundū i ordine post primū:Et ab his auctoribus aut saltē mercurio:aperte dicitur deum habere fecūdā naturā supplētē pro masculo & femina ad generādū ītrisece.sicut iam ī secūdo libro latius exposuimus.Et quū affirmēt esse mentē diuinam aut uerbū rem secūdā & distinctā a primo origināte:fatētur:quicquid nos de trinitate dicimus.q̄uis ipse nolit:quod mens & deus absolute cōuertātur:aut idem sint:Tamen quādoq; cōcedūt:quod dū mens respicit primū ens:aut deum: est idem cū ipso.Vnde nos facillime probamus:quod si mens diuina quandoq; est deus:semper erit talis. Nā quū deus eternus & īdiuisibilis sit:nō oportet nūc ī uno modo & postea ī alio se habere.Vlterius quū mens diuina architector siue factor mundi sit:oportet necessario deū esse īsinitū:& quia nō potest nisi unū tātum īsinitum dari:per cōsequēs mens diuina siue architector deus & īsinitum cōuertūtur:atq; idem sunt.licet per operationē ītelligēdi generādi aut īspirādi ī una sola diuinitate aliqua sit distinctio: & hoc manifeste probatur.Nam si aliquis extrinsece debet aliquid producere: oportet quod prius intrinsece producēs sit:& deinde ī actu rē ab ītrinseco producat. Quocirca philosophi qui ante aduentum Christi de hac materia scribebāt:ī prima causa ponebāt fecūditatē supplētem pro masculina & feminina natura:& mētem seu uerbū:quod ipsi uocabant:aut rē secūdā ī rerū natura quā nos filium dei uel uerbū ēē dicimus. ¶De spiritu sancto quem nos ponimus:hii philosophi minus aperte loquuti sunt: tamen quādoq; aliquid de ipso dicebant quēadmodum etiam ī byblia scribitur.& sicut ipsi dicūt mentem & spiritum nos personas nominamus:per generationē & aspirationem distinctas.Sed nos quoq; dicimus quod dū filius patrē respicit est idē cū ipso:& hoc idem est in deitate essentia:infinitate: potestate:& eternitate:& idem spiritus sanctus ī hoc modo cū patre & filio eadē res est:& etiā pater cū filio & spiritu sancto:& ī hac cōsideratiōe nulla est distinctio.Sed distinctio est inquātum pater generat sibi similē:& pater & filius mutuo amore spiritum sanctum īspirant. Tamen ibi nō sunt plures dii:eo quod una sola substātia indiuisa occurrit:nec generat seipsum:nisi quod īquantum generat pater est & generatus semper patri suo similis enascitur:& nunquam omnino dissimilis.

¶Quod ad creandum de nouo:necesse est unum esse intellectum:qui seipsum & omnia alia intelligat: ex quo secūda persona in diuinis emanat:quā nos filium aut uerbum dei dicimus. Cap.lii.

¶Circa cōdictiones aut personas:quas in trinitate ponimus:aliquid uidimus tractādo de prime cause proprietatibus:in quo manifeste probatur:neminē posse esse creatorē aut dantē nouū esse omnino: dūmodo nō perfecte ac distincte se ītelligit:& quod ī eodem īstāti omnia alia sine īpedimēto ītelligit: nec potest quispiam per seipsum esse si nō absolute & perfecte semetipsum intelligit. Nā per seipsum esse res perfecta est:& nō ītelligere est imperfectio.iccirco qui est per se perfectam habet intellectionē.Quoniā uero eiusmodi perfectio ī uno dūtaxat deo excelso reperiri potest:quum perfectam de se ītellectionē habeat:necesse est quicquā ītrinsecū producat:& quia se productū ītrinsecum per uiam ītellectiōis ītelligit:necessario erit producēti simile.Dum uero nos ītelligimus: quādam similitudinē nostram producimus.Verūtamen quū imperfecti simus: & īperfecte nos ītelligimus etiā productio similitudinario erit īualida.In deo autem nō sic se habet. Qui quum summus ac perfectissimus seipsum oīno perfectissime ītelligit:& ideo emanatio in diuinis seu generatio nobilissima ac summe perfecta est. & sic edicere per ītelligētiam dicimus:quod sit ī deo generare.& per uelle spirare. Quemadmodū enim animalia p aliquā copulā aut cum iuuamine corruptionis alicuius materie generant:ita oportet quod deus in modo suo generet.Et quū simplex īcorruptibilis aut summe perfectus:talis sua erit generatio.Ibi enim nō occurrit qcq̄ ad extra:nec copula interuenire potest:quoniā actus simplicissime simplex.Sed ad euitandum quod nullus actus detur frustra in natura neqdē in deo:oportet quod intrinsecus actus dei aliquā intrinsecā productionem producat.nam aliter frustra operaretur ut postmodum patebit. Iccirco dicimus quod generatum in diuinis ab intellectu producibili & memoria fecunda procedit: uel generatur: & dicimus fecundam ex eo quod intellectus & memoria fertilem aut producibilem naturam habent:siue quod ipsa essentia diuina fertilis sit.

¶ Quo pacto filius ſit genitus ſimilis patri per intellectum & memoriam fertilem. Cap.iiii.

quando filium generauit est absolutus.& ponamus quod indiuisibilis:quia competit secundum illos q dicunt esse eternum:non est alia natura humana super se inferius:neq; a latere necesse est:quod de sua met substantia filium generet & quia indiuisibilis est non potest de parte ipsius substantie generare ni si de tota substantia:hoc est totam substantiam simul filio cõmunicare.Sed quomodo emanare queat talis generatio.quia non erit facta:quum nulla substantia neq; materia ibi noua uel aliena occurrat. Si enim aliud occurreret:filius non esset de essentia patris:nisi alterius.Sed quum aliud occurrere nequeat:Quoniam absolute est homo seu natura humana decens erit ut uideatur quomodo filium generet.Vnde de necessitate confitendum est quod ipsum filium principaliter per sapientiam & non per aliam potentiam generat.& quum iam in diffinitione hominis cõmunis posuimus ipsum esse intellectualem asserimus:quod ibi intellectus occurrit propinque ad generandum filium sibi similem.& in generatione illius filii intellectus acquirit paternitatem:per quam paternitatem siue relationem intellectus resultat pater.uel est pater:& deinceps nulla est difficultas:quod una cum filio per cõmunem intelligentiam ambobus uelle aut amorem producant alterum amorem uel plures:q̃uis in diuinis tres personas dicimus & non plures nec pauciores.tamen quod particulares homines hac manerie geniti sint negatur.Nequidem quod humana natura similem habeat potestatem:aut fertilitatem. sed dato quod species humana sit in re eterna:& quod aliquis homo particularis sit eternus secundum quod plures ir religiosi affirmauerunt:& quod creatio uere dicta non sit:de necessitate confiteri oportet. quod primus homo particularis generatus sit:quemadmodum de secunda persona in diuinis dicim9.& qui potius negat productiones in diuinis:sunt illimet qui affirmant eternitatem specierum & particularium: quomodo possunt omnia hec simul approbare.Quia inter se ualde repugnant.Tandem qui non bene inspiciunt de productione inter diuinas personas admirantur:& similiter creaturarum species eternas & particularia eterna describunt. ¶Licet quod mera philosophia iuxta solas humanas uires nõ possumus secundum plures doctores demonstratiue probare in deo tres distinctas personas esse preter unum deum exemptum purum actum tantum.Sed partim reuelatione & auctoritate:partim etiam ratione tenemus:atq; fundamentũ iacimus precipue super miraculis.quod in diuinis tres persone sint. & concesso quod sint:necesse est in hac condictione emanare uel distingui ut religiosi dicim9.& ꝙ sint prosequendo satis patebit.

¶Quid filio; pater in generando tribuat. Cap.lxx.

¶Proprie accipiendo generationem filii intelligitur dum aliquis generat sibi similem in specie.tamen tenemus quod talis operatio per cognitionem efficiatur:& accipimus simile i specie pro simili natura uel essentia.Homo enim non generat filium sibi similem inquantum pater nisi inquantum homo humanus rationalis.& in hoc filius habet totum illud:quod pater.Pater enim filio humanitatem communicat & non paternitatem.Quia primo filius est homo.& deinde generandi potentiam habet.Preterea non omnibus filiis inest potentia generandi:licet a patribus sint generati. Vnde constat patres non dare filiis potentiam saltem propinquam ad generãdum:q̃uis remotam potentiam aliquo modo exhibeant.Sed primo oportet quod sint generati.& deinde in discursu temporis acquirant potẽtiam & dispositionem propinquam generandi.& in quo similes sunt patribus totum in generatiõe capiũt. sicuti esse hominem & humanum.Sed in paternitate & filiatione semper pater & filius sunt dissimiles.

¶In diuinis quoq; est una paternitas & una filiatio.& filius est patri similis:non inquantum pater nisi inquantum deus:essentia persona & diuinus:tamen non alius deus neq; alia essentia. Sed alia persona.Quoniam filius persona est subsistens:nec habet propinquas proprietates generandi ut pater: quia q̃uis essentiam & diuinitatem habeat.& quicquid est tribus personis cõmunicabile memoria secũda & intellectus generando sunt sibi remoti.& in prima persona.quam dicimus esse patrem:sunt propinqui.iccirco patri est proprium generare:ubi paternitatem accipit:quia pater semper presuppõit: quod sit aliquid aliud priusq̃ pater.& quod in diuinis non sit prioritas tantum distincta aliquo modo. causa ordinis est consideranda.illud enim quod semel est in diuinis:necessario est semper.nec unquam potest aliter se habere.Et quum in primo signo sit una generatio tãtum:nunq̃ potest aliter se habere: scilicet quod plures sint generationes.Quoniam ibi est adequatio omnino perfecta inter patrem & filium.quod si plures generationes essent:pater non respiceret equaliter unum filium nisi unum & aliũ. Vnde nõ esset propria adequatio. ¶Alio modo uidetur in diuinis non posse esse plures generationes:quoniam est generatio emanata per intellectum & memoriã ad similitudinem illius:Quod prima persona de seipsa intelligit.& quia non habet nisi unam propriam similitudinẽ non potest esse alia generatio q̃ una:quũ sit similitudo de prima persona. ¶Rursus pro illo instãti quo aliquis generat cõpetit soli patri potẽtiã generãdi & nõ filio:licet filius dispositiõem accipiat remotam ad generãdum in posterioritate.Tamen asserimus generationem in diuinis semper esse in uno instãti de presenti & nõ prius neq; posterius.igit manifeste cõpetit patri generaꝛ & nõ filio.q̃a aliter simul aut eodẽ istãti generarẽt pr̃ & filius sine prioritate aut posterioritate;qd repugnat cuiq; ordini natuꝛ.Vnde comprobaꝛ.

In diuinis non posse esse nisi unam generationem tantum atq; unam filiationem & nõ plures. ¶ Dicimus filium esse de substantia patris: & quod ista sit prima condictio: scilicet quod omnes filii sint tales filii per patres. quia patres illud esse dederunt: quod nunc habent. Sed tenem9 substantiã filii prius q̃ in patre sit esse in aliqua alia natura. pater uero tanquam instrumentum uel generator dat esse filio semper: tamen eiusdem substantie aut nature sunt pater & filius: Dico aũt inquantum superiorem naturam habent. & sic dicimus: quod pater in diuinis dat esse filio de sua substantia intelligendo: quod secum quicquid habet cõmunicat preter paternitatem que patri est propria. ¶ Et hic consideramus patrem esse filio priorem origine. aut uero quod essentia prius sit in patre q̃ in filio & quod filio essentia per patrem cõmunicatur: tamen semper indiuisibilis. quia talis est diuina natura. nam licet pater totam naturam diuinam filio cõmunicet ipsam non diuidit. & alii patres aliter se habent: quoniam si homo filium generat ipsum utiq; humanum ab aliis diuisum generat. Dico autem diuisum inquãtum humanitas istius est distincta ab humanitate alterius. Quocirca diuersimode in sua prima natura sunt diuisi. & in diuinis q̃uis alie & alie persone sint: semper unam indistinctam naturam habent: seu retinent: & talis unio perfectionem denotat. Nam quum simplicissima sit sine quacunq; dependentia & compositione seu inherentia est indiuisibilis atq; incõponibilis. & ita q̃uis pater generet filiũ: & pater & filius inspirent spiritum sanctũ. non propter hoc ibi aliqua cõpositio occurrit eo: qđ semp eadem diuinitas & essentia est sine respiciẽtia ad exteriora.

¶ Quod in deo magna sit perfectio non diuidere naturam suam per diuisionem personarum. Cap. lxxi.

¶ Si in deo esset aliqua compositio nullo modo tanta daretur perfectio sicut in summa simplicitate & hoc patet secundum philosophos & experientiam. Virtus enim uel res unite fortiores sunt q̃ multiplicate. Et ista unio dupliciter est intelligenda: uidelicet per aggregationem diuersorum: aut per unam magnitudinem de uno solo esse plures uirtutes continente. & hec est maior perfectio q̃ multitudo per unionem facta ex partibus. Et quum deus in sua simplicitate omnipotentiam infinitatem magnitudinem & bonitatem habeat. dignior est q̃ si hec omnia per aggregationem haberet. & dicim9 quod habeat: q̃uis ĩtelligamus: quod simplicitas dei sit ipse deus actus infinitus oĩpotens summe bonus & summe sapiens. quoniam ista attributa uel dignitates idem sunt in deo. & quia omnia habet & summe bonus in simplicitate: manifeste patet ipsum esse maioris perfectiõis: q̃ si fuisset cõpositus diuisus aut multiplicatus. Creature autem in suo primo esse aut creatione non apparet: quod absolute sint composite nec simpliciter simplices. Quia non habent compositionem de re & re intriſece. Sed composite in eo quod dependent aut inherent: & etiam quod aliqualiter de actu & potentia constant. & sic non sunt omnino perfecte. pater enim in diuinis generat filium absq; diuisione sue nature uel cõcursus alicuius rei ad extra. & in generatione creaturarum oportet aliquatenus materiã diuidere uel multiplicare. & ideo minor est ibi perfectio.

¶ Exordium.

¶ Multas iam superius uias pandimus ad probandum in diuinis plures esse personas: & quod nulla in hoc repugnantia potest natura assignari. postremo autem ad maiorem facilitatem nõnullas in creaturis cõparatiões assignabimus. & deinceps per naturalẽ discursum probare intendimus: quonã pacto in deo siue in esse essentie diuine pateat necessario plures esse personas seu itrisece productorẽ & productũ. & prosequendo alia dubia que occurrere solent iuxta uires palã p̱soluemus.

¶ De quibusdam exemplis in creaturis per que facilius de productione diuinarum personarum intelligere possumus: ut de generatione uite in corde per alia mẽbra ac de aere generato & suo generatore. Cap. lxxii.

¶ Tractando de diuinis: conceditur quod pater sit filio prior origine siue ordine: & pater & filius spiritu sancto priores. sed quia eterne omnes tres persone & una tantum res simplicissima: nulla ibi ẽ prioritas & posterioritas realiter. nam q̃uis essentia diuina per prius ordine ut dictum est sit in patre q̃ in filio & spiritu sãncto. non propterea potest eternitas deprauari. ¶ Et hic causa alicuius similitudinis quoddam exemplum adducemus. ¶ In homine prius est essentia hominis & uita in corde q̃ in aliquo alio membro: & accipiatur cor splen & reniculus. Vnde dicemus prius uita est in corde: ut patet secundum omnes philosophos. & cum splene uitam quam habet communicat & cor simul cum splene uitam & sanguinem reniculis & aliis membris cõmunicat. & prebet. ¶ Presupponamus nunc quod hec membra simplicia sint: ut de deo affirmamus. quia idem est essentia & uita dei cum ipso deo & uita patris cum patre. ¶ Presupposita enim tali simplicitate in corde splene & reniculo ibi erit ordo tanq̃ inter prius & posterius generatum & procedens & erit una uita & una corporeitas atq; una res. Membrum autem in eo: quod membrum non conuertitur cum alio. nam quotiescũq; cor splenẽ aspi-

eit:ſibi ſoli tanquam generatori corditas competit.& corditas cor & uita eius idem ſunt:dato q̄d ſimplex & ſplenitas ſolum ſpleni:& reniculus reniculo:& tamen in uita in corporeitate ſiue eſſentia hominis omnia hec tria membra conuertuntur:q̄uis inquantum corpora per aliquam temporis morulam diſtinguantur.& inter ſe cōmunicentur.Sed in deo quia eternus nulla morula:& nil prius neq; poſterius.Si enim eſſentia hominis & cor eterne eſſent:ac ſimplices ab eterno cor cōmunicaret uitam ſpleni & reniculo aut aliis principalibus membris hominis : quoniam idem ſunt in eſſentia.Hec enim eſt intrinſeca emanatio ſiue generatio.Saltem unum precipue hic approbatum habemus uitam in corde eſſe a ſe uel a nullo alio emanata:preterq̄ a deo.Sed hic non loquimur de hoc ordine: niſi de membris iſtis.& uita in ſplene eſt generata ſiue producta ab ipſo corde:& in eo quod generans & generata:generans & generata diſtinguuntur.Attamen in uita eſſentialiter preciſe idem eſt uita cordis & uita ſplenis:non autem tres uite aut tres eſſentie.Sed dicimus aliam eſſe uitam ſplenis eo:quod generata:& aliā cordis:quoniam generans & non generata. ¶Et quum in nobiſipſis talem regulam inuenimus : licet perfecta non ſit:nil prorſus admirari debemus de ordine : quem inter diuinas perſonas ponimus.

¶Alterum exemplum ſimplicius forſitan adducere poſſumus:aut ſaltem durabilius:& ita dicemus. Elementum aeris extenſionem habet per uaria atq; plurima loca ſub concauitate lune . & tamen origo in uno loco determinato tantum eſt:quam ſpheram uocamus. & origo proprie loquendo producens dicit.& iccirco apud omnes philoſophos in elementis plura generantur . & unumquodq; elementum inceſſanter ab intrinſeco aliquid producit:uel cum aſpirationibus aliorum elementorum ad communem unionem ſiue elementationem ſpirat. ¶Nunc ſic ſenſibus patet: quod ſemper ſphera aeris aerem ſpirat:& extra mittit. ¶Sed extra mittere intelligas extra ipſam ſpheram.Vnde aer qui eſt in ſphera ſemper tanquam pater uel producens . & aer inſpiratus generatus ſiue productus eſt : & in eo quod generatus & generator conſideratus in prima ſphera : & conſideratus extra ſpheram plures res ſunt.tamen non duo aeres neq; duo elementa.Sed unus aer & unum elementum. & elementum eſt in ſe aer inſpiratus.& elementum aer in ſphera.Verumtamen non duo & indiuiſi in eſſentia ſeu aeritate. Non enim aliam & aliam eſſentiam uel aeritatem habent.Sed quia alter generator & alter generatus: ibi due res conſiderantur.Nam quum nullus generet ſeipſum:oportet inter aerem generatum & aerē generatorem aliquam realem diſtinctionem aſſignare.Et ſi aer eſt eternus:ut nōnulli imaginati ſunt: iſta generatio eterna.Quia intrinſeca.Et ſi ibi tertiam rem aſſignare uolumus:ut in diuinis tertiā perſonam ponimus quoquomodo dicere poſſumus . Quum enim ſuapte natura aer generator : ſemper cōmunicet:quicquid in ſe habet generato.& ſine aliquo interuallo generator & generatus eodem modo ſe habent:quod ibi ſit ponendus aliquis amor ſiue beniuolentia inter generatorem & generatum . tamen quia aer nō eſt omnino perfectus amor inter generatorem & generatum imperfectus erit.Quoniam uero ſemper durat:ſatis perfectus appellari poteſt.& in hac generatione non occurrit maſculus & femina:niſi una ſolum fertilis natura:atq; in modo ſuo ſimplex.& dato quod aer eternus ſit non generauit iam.Sed ſemper atq; inceſſanter generat.& tamen generatus perfecte generatus eſt. Et quum hoc in uno elemento:quod omnino imperfectum eſt reſpectiue ad cauſam primam inuenitur : multo quidem perfectius ac rōnabilius in ipſa prima cauſa generator & generatus.ſiue productus inueniret: quod ambo ſimpliciſſime ſimplices in eſſentia & deitate indiuiſi . & tamen in eo quod alter generator & alter generatus due res diſtincte ſunt.

¶Quomodo neceſſario pateat quod naturaliter aſſumendo in primo ente ſit perſonarum pluralitas. Cap.lxxiii.

¶Superius in creaturis aliqua exempla aſſignauimus ut facilius cognoſceret nullam eſſe a natura contradictionem:quod in primo ente generator.& generatus dent tanq̄ due res diſtincte in eo:quod una generans & altera generata.tamen in eſſentia & deitate unite.& ſic generator deus & generatus deus.non duo dii ut de elemento aeris diximus:quoniam in aere non ſunt duo elementa:niſi unum: & tamen ibi generatorem & generatum inuenimus.& quia iam natura inuenimus nō repugnare.Quod in eſſentia diuina plures dentur perſone . ſaltem due naturali curſu. ¶Nunc aliam uiam capiamus: quemadmodum & quidam ueteres:ut mercurius triſmegiſtus & plato.Quū enim preclariſſimi philoſophi fuerint:nequaquam eſt eis opponēdum:quod ſine naturali ratiōe & uariis diſcurſibus moti ſint ad ponendum deum exemptum : & mentem diuinam ſeu mundi architectorem interdum cum ipſo deo conuertibilem & interdum non conuertibilem:quod nil aliud ſignificat:niſi quod in deitate ſiue eſſentia conuertibilis.Dum enim reſpiciunt:quod architector mūdi ſeu mens ſit res generata: nō eſt idem cum generatore:ideſt cum deo exempto:quoniam per emanationem diſtincta.Sed dum unitatē eſſentie conſiderabant:idem ponebant architectorem mundi cum deo exempto:ideſt generatum cum generatore:ut ſtat exemplo : quod de aere poſuimus.Aer enim ſpiratus per emanationem ab aere producentē diuiditur.Verum in eſſentia aerem conſiderando:idem eſt generatus cum generatore. ¶Et dum in iis auctoritatibus & exemplis conſiderare uoluerimus : per ſimilem uiam aut paulo diſſimilem

penes naturalia merita probare possumus. Quod in deo siue in primo ente altera res sit producens & altera producta intrinsece assumendo. Et in primis ita discurremus de inferiori ad superius deueniendo: ueluti i[n] i[n]quisitiõe ipsius pri[m]e cause agimus. & ita dicemus: nulla res in his inferioribus est fecunda uel omnino a se producens: ut sensibus patet: in terra: i[n] arboribus & animalibus. Semper enim oportet extrinsecus aliquod iuuamen euenire. Vt pluuia aer radii solares & similia: atq[ue] ita ascendendo inuenim[us] nullam rem per se omnino fertilem esse: nisi alterius iuuamine. Quum nulla res dependens a se sit: & q[ui]cq[ui]d a se esse nõ h[abe]t minime a se fertilis e[ss]e põt: taliter q[uo]d recte dicemus: q[ui]cq[ui]d fecũdat: ab alio fecũdat oĩa depẽdẽtia sunt fecũdata. ergo deueniẽdũ est ad aliquod ens ita fecundissimum: q[uo]d ab alio nõ fecũdetur: & oẽs fecundationes ab eo emanent. ¶ Hic autem magna esse uidetur disputatio. Quum dicam[us] q[ui]cq[ui]d mouet[ur] ab alio mouet[ur]. ¶ Nõ est discurrẽdum in infinitum. Vnde deueniendum est ad primum motorem: qui mouet & non mouetur. ¶ In quibus uerbis significatur: quod cunctis det mouere: & tamen ipsum primum ens immobile. Quocirca argumento capitur. Quod similiter primum ens prebet omnibus fecunditatem. quod tamen intrinsece infecundum est. Contra quod argumentum facile ac breui responderi potest taliter dicendo. Motor de uirtute uocabuli semper ad aliud refertur. Sed fecũdus nõ refertur ad aliud: nisi ad seipsum i[n]trĩsece. & si tu assumis fecũdator sub quo termino i[n]trĩsecus & extrinsecus referri potest. Nos utiq[ue] non sic. nisi quod fecundum esse dicimus id quod de semet ipso refert. & hoc est affirmatiuum ac proprium in quibusq[ue] rebus dicendo. hec est res fecunda de semetipsa intelligitur absq[ue] relatione ad aliud. ¶ Et quum probatur quod primum ens de uirtute uocabuli i[n]trĩsece potest uocari fecũdum. uideamus nunc an melius fecundum q[uam] sterile. Vnde dicimus sensu atq[ue] intellectu patere melius esse fecundum q[uam] sterile: & deus quum perfectissimus sit: quicquid melius est in se continet: melius est fertile q[uam] sterile. Igitur deus fertilis. ¶ Nunc sic: fertile nullatenus ad extra intelligi potest ut experientia patet. Dum enim aliquam mulierem uel aliquam aliam feminam: aut masculum sterilem uocamus. de i[n]trĩseca p[ro]ductiõe sibi simili i[n]telligimus: nõ autem de operatiõibus extrĩsecus in aliorum beneficium peractis. Et si terra intrinsece aliquid non producit: q[uam]uis cum pluribus aliis rebus sic communicabilis: sterilem ipsam uocamus. ¶ Vnde concedendum est deum intrinsece esse fertilem. Quoniam per operationem ad extra minime fertilis uocaretur. ¶ Et in hoc loco Aristoteles deceptus est. Quum ipse in primis imaginatus fuerit deum esse purum actum. & quia purus actus nullatenus ab aliquo dependens nec inherens & postmodum ad euitandam ociositatem in natura uoluit destinare ipsum deum necessitatum naturaliter ad motum primi celi. Vnde tali motione concessa nullo pacto deus purus actus esse potest. Quia necessario ad aliud refertur: quod est contra Aristotelis atq[ue] omnium philosophorum positionem. & iccirco ad euitandam ociositatem in natura productor & productum concedi & approbari oportet in primo ente: quum sit per intrinsecam naturam fertile: & eterna fertilitas necessario eternaliter intrinsece sibi simile producit. Productio enim dissimilis non aufert sterilitatem: ut in mulieribus exemplauimus. & ideo in essentia diuina sunt res generans & res generata. & uocamus ipsas personas: quia intellectuales. Sed de spiritu sancto est utiq[ue] natura improbabilius: licet q[uod] natura presertim inter res perfectas semper perfectus amor sit inter generatorem & generatum. & quia pater & filius in diuinis perfecti sunt ex mutuo amore rem perfectam producunt: quem spiritum sanctum uocamus. tamen de tertia persona ut dictum est possumus minorem probationem adducere licet per intrinsecos actus probetur ut uidebimus. Sed de pluribus personis in diuinis extra tres nullatenus aliquam naturalem probationem adducere possumus. Terra enim semper unam terram & non plures producit: siue aspirat. aqua aquam: aer aerem: ignis ignem. & stelle radios. & celum simul cum stellis aliquam influentiam: angeli inferiorum administrationem siue contemplationem in ipso deo. & in hoc loco inferiora seu omnia dependentia inter se alterutrum referri possunt. Cuncta enim aliqualiter composita sunt: & quicquid compositum in quoquomodo ad aliud refertur. Sed quum deus ad nullum referatur necesse est: quod intrinsece sit fertilis & semper sibi simile producat. Aer enim ab intrinseco non producit aerem sibi dissimilem. Sed similem & aqua aquam: pariter & unaqueq[ue] res: res sibi similem intrinsece producit. nãq[ue] aliter sterilis diceretur. Quod male sonat in primo ente: quum summe perfectum sit: & generatio in hoc modo ut uisum est nullam infert compositionem nequidem masculum & feminam petit. ¶ Mercurius Trismegistus ait. Mens autem deus utriusq[ue] sexus fecunditate plenissimus uita & lux cum uerbo suo mentem alteram opificem peperit. ¶ Salomon in prouerbiis siue parabolis inquit. Nondum erant abyssi: & ego iam cõcepta eram: nec dum fontes aquarum eruperãt. nec dum montes graui mole cõstiterãt. ante omnes colles ego parturiebar. ¶ Et hic Salomon manifeste loquebatur de partu ante mundi constitutionem: quamobrem de primo ente tantum & non de alia re necessario intellexerat.

De Eodem.

¶ Perspectis modo uariis discursibus naturaliter assumptis facile ac necessario probare possumus in

primo ente scilicet in deo intrinsece personam generantem siue rem & alteram esse generatam perso nam.& oppositum tenentes per naturam procedendo nullatenus econuerso probare possunt. quis re ligiosi ob humilitatem semper concedant a solo deo nobis reuelatum esse in diuinis plures esse perso nas.Sed per nature discursum diligenter excutiendo necesse est inueniri:qualiter deus fecundissimus sit: & fecundus esse non potest:si intrinsece sibi similem non producit.& in hoc loco affirmare possumus: quod Mercurius trismegistus & plato ad similitudinem aliorum productorum a natura posuerunt mẽ tem diuinam siue productum in ipsa diuinitate tanquam architector omnium dependentium. Quia cognouerunt qualiter aer productus principaliter uideatur occurrere ad quamplura alia producen da uel componenda.atq; idem agit ignis productus & solares radii:qui producti sunt: licet quod q̃uis aer productus simul cum producente semper operetur. uidetur quod productum potius adhereat ex trinsecis productionibus.Et simili uia antiqui philosophi annuunt: quod filius in diuinis siue produ ctum tanquam architector totius mundi se habeat eo:quod principaliter sibi conuenire uidetur in ex trinsecis operari:tamen simul cum patre. ¶Sanctus Ioannes euangelista.In principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum.& deus erat uerbum.hoc erat in principio apud deum.omnia per ipsum fa cta sunt.& sine ipso factum est nihil. ¶In quibus uerbis penitus cum Mercurio Trismegisto & Plato ne conformatur.nam quum in principio dicit de prima re in rerum natura producta intelligit.& uer bum quia generatum simpliciter.& non per marem & feminam eo: quod nos uerbum promimus uel hiscimus intrinsece generatum.sine alicuius occurrentia extrinsecus adueniẽte apud deum dicit ex eo: quod res prima intrinsece producta est propinquior ipsi productori siue deo exempto q̃ aliqua alia res. & deus erat uerbum.assumitur:quod uerbum cum ipso deo exempto conuertitur in essentia & deitate: & deus in se tamen non alius deus. ¶Quum uero subdit omnia per ipsum facta sunt: eum utiq; in mundi architectorem imaginabatur:quemadmodum Mercurius & Plato dicebant. & hoc pro natura li ordine assummitur.nam quicquid habet principium per productionem de se est producens. & quia in diuinis non possunt esse plures productiones q̃ due:opus est ut filius ad producendum mundum ex tra patrem & filium proprietate fungatur: q̃uis simul cum patre & spiritu sancto assidue operetur. ¶Rursus concesso per omnes deum esse purum actum:hoc est rem simplicem a quacũq; potentia uel compositione alienissimum:si intrinsecam operationem non habet ociosus in natura omnino uocan dus est. Quod si dicimus seipsum intelligit quod est operatio respondetur: quod operatio per quam nullus fructus emanat pro nihilo reputatur.Quum autem deus ens perfectissimum sit absurdum est in ferre:quod nihil intrinsece atq; in actu producat. ¶Et sic propalatur:qualiter qui pluralitatẽ perso narum in essentia diuina denegant ab ordine intrinseco ac perfecto naturalium rerum deuiant.& hec ignorantia potius ex nostra insolertia prouenit q̃ ex difficultate inueniendi:quatenus primum ens in trinsece sibi simile producat:quoniam perfectissimum & fertilissimum: & ubicunq; intrinseca fertilitas ibi quoq; intrinseca productio.

¶Qua de causa non repugnet in puro actu intrinsecam ac puram productionem dari. Cap.lxxiiii.

¶Negãtes pluralitatem personarum ĩ una sola essentia diuia tãquam potissimum dubium assumũt. hoc est uelle cõsiderare quod deus sit summe simplex seu purus actus.& a quacũq; compositiõe aliení simus:& ĩ oĩbus generatiõibus quas nos aperte sensibus experimur:aliqua compositio iterponitur. In deo nõ potest aliqua itrĩseca compositio cõtingere.igitur nec ibi generatio seu itrinseca productio. ¶Sed nos respõdẽdo dicimus:ut iam superius exposuimus.quod quelibet res mũdi aliquam habet itrĩ secam productionem seu uirtutem generãdi:ut ĩ simplicibus elemẽtis comprobatur absq; aliarum rerũ occurrẽtia.Et quum de iferioribus ad superiora deueniẽdũ sit:quo ad ordinem nostrum tenere opor tet secũdum naturalia merita:quod itrĩsece deus producit. ¶Amplius iuxta auctoritates legis uete ris atq; philosophorum deus itrĩsecam habet producẽdi uirtutem:sicut dum sacra scriptura ait.Ipse di xit:& facta sunt.In qua auctoritate probatur qualiter deus absq; alterius cuiusquam occurrẽtia aut cõ positiõe quicquid uult producit.& q̃a hec uirtus itrĩseca & nõ aliũde ueniẽs.proculdubio restat iuxta hãc auctoritatem:quod deus per itrĩsecam uirtutem cum solo dicere aut uelle potest sibi similem pro ducere.Quoniam sicuti nos ad operãdum aliquibus itrĩsecis aut cõpositis ĩdigemus eo: quod de plu ribus cõstamus:& ab altero depẽdemus:deus quum a seipso & simplicissime simplex sit: oportet quod per solum uelle atq; itrĩsecam simplicem uirtutem:quicquid operaturus sit:operetur. Nam si itrĩsecam uirtutem nõ haberet ad quecũq; uult per unum solum istãs tãtum nil sic neq; sic operari potest. Quũ ibi nil ad extra euenire queat:& ubi nõ aduẽticia nequaquam ibi aliquis discursus de hodie ad cras. ¶Aristoteles ad primum motorem deueniẽdum esse iquit:qui sic mouet quod nõ mouetur.& qui absq; aliquo motuum genere operatur:per itrĩsecam uirtutem sibi soli propriam agit.nõ autem per alienã. & unusquisq; ĩ seipso priusq̃ ĩ alio aliquid operatur.& quia deus ad extra agit:necessario sequitur: q̃d in seipso per prius aliquam habet intrĩsecam productionem.Nãq; aliter nullatenus ad extra produce

re potest. Nequidē īferēdū est: quod causa ītrīsece productiōis esset ī deo aliqua compositio. Quoniam ubi nō est occurrētia ad extra: minime ibi compositio: taliter quod ītrīseca ꝓductio diuinarum personarum nulla potest esse compositio. ¶ Et si īferretur: quod ītrīsece ꝓductiōes ī deo nō sunt persone. petimus quid ergo erūt: quum necesse sit oīa ītrīnseca ī deo quod perfectissima atqꝫ simplicissima. Et quum productiōes dicimus de ente reali oīno itelligimus: & necesse est: quod deus ītrīnsece producat priusq̄ extrīsece eo: quod nulla res sit natura sterilis. Et he productiōes necessario perfecte. Et quia perfecte cōsequēter persone. ¶ Dum autem diceretur: quod deus ex eo quod perfectissimus sterilis sit: respōdetur talem cogitationem esse absurdam: quum melius fertile q̄ sterile sit. & deus ea que perfectissima sunt ītrīsece cōtinet. & quia fecūditas & oīno simplicitas ubiqꝫ perfectissima cōcedere oportet deū esse talem. Et si causa summe simplicitatis ītrīsece sibi simile generare nequit: tum sequeretur quod quāto res magis composite: tāto meliores. & ecōuerso: tenetur. igitur quia deus summe simplex seu ab omni compositiōe alienissimus. perfecte super omnia alia potest sibi simile generare.

¶ Cur a natura omnes res intrinsece generant sibi similia: nisi a potestate diuina prohibeantur. Cap. lxxv.

¶ Fortassis nōnulli cōtra superiora dicta nostra opponēt asserētes plura esse: que nō generāt sibi similia: ut celum lapides & mineralia. & quod deus hoc modo absqꝫ ītrīseca generatiōe esse potest eo magis: quod secūdū legē scripture & grē itelligētie seu angeli nō generāt alios angelos eis similes. Sed unde hoc ortum habeat uidēdum est: quum unaqueqꝫ res natura sibi similem ītrīsece generare cupiat: ut societatem seu cōuersationem cum similibus habere possit. Nam cum dissimilibus nō proprie conuersatio. quia aliquātulo aliena. & aliena nūquā ita placida ueluti ītrīseca: unde fit quod de naturali ratione omne ens inquantum potest ad generādum sibi simile tēdit. Quocirca ubi nullam inuenimus ītrīsecam generationem: quod generatum sit simile generatori: nō de ordine nature fit: sed de prime cause uoluntate. Attamē ī his que nō generāt sibi similia plura a pricipio mūdi similia posuit ceu de angelis dicimus: quod plures sint ī una & eadem similitudine: seu tanquam de una sola specie. & sic q̄uis alios angelos nō generent inter se cōuersari queunt: quia plures similes & īcorruptibiles. Lapides uero quocūqꝫ ītellectu & propria animatione carent. & ubi nulla uera uegetatio nulla sensatio: nulla ītellectio: immerito generatio daretur eo: quod ibi nō est sufficiens cognitio. & sic parum uel nihil de calido frigido humido aut sicco curant. Plante siquidem q̄uis paucam habeāt cognitionem eo: quod uegetate īcessanter temperantiam seu iuuamē elementorū expetunt quandoqꝫ frigidum quandoqꝫ calidum. tum humidum & tum siccum: & dum de similibus necessaria non habent plante deperduntur: uel desiccantur. Vnde āplius plante siue arbores animate nō sunt. Sed dū in uegetabili aīatiōe degūt: alias plantas generare possunt. Elemēta uero īquātū queūt īcessanter ītrīsecā elemētatiōnē aspirāt: que generatio similis est. Celum nō generat celū neqꝫ stelle stellam. sed radios producunt: qui ītrinsece generationes sunt. & licet solares radii seu celi nō sint generatoribus similes. hoc cōtingit quia īperfecti sunt: & ab altero superiori ente ita ordinati. Sed a natura loquendo celū alterū celū generare deberet: & angelus angelum: & quia nō fit cōcedēdū ē ꝓhiberi ab altero ente hoc potētiori: At primū ens quū a nullo alio cōprimi possit: oportet qđ ītrīnsecū natura'ē ordinē in seipso obseruet: hoc est sibi similē generare. nāqꝫ aliter nullā haberet uerā cōuersatiōnē siue amorē. quod natura asperū sonat. ¶ Et de hoc ortū habet quod plures digni philosophi cōpulsi sunt ad ponēdū ꝓductiōnē ī prīo ente: ut mercurius trismegistus plato & Aristoteles aliqualiter atqꝫ Auicēna absolute. ¶ Aristoteles q̄uis aperte nō dicat primā ītelligētiā siue motorem alias ītelligētias ab ītrīseco generare: saltē asserit oēs ītelligētias a prima depēdere. & p cōtinuū īfluxum substētari. Vnde oēs īferiores ītelligētie ad similitudinē prime operari dicit. & talis cōtinuus atqꝫ ītrīsecus īfluxus ītrīseca generatio nūcupari potest. ¶ Auicēna siquidem clari9 de hoc agit asserēdo: quod prima ītelligētia generet uel procreet secūdam: secūda tertiam. & sic discurrēdo usqꝫ ad ītelligētiam celum lune mouentem: quam nostras rationales animas generare inqt: tanq̄ ī ultimatam generationem inter res intellectuales. Vnde nō dicit animā generare animā: ex eo: quod ī īstāti sue generationis hnmano corpori īfundiť. Quapropter corpus & anima simul sunt homo: & homo generat hominem. & quia homo corrumpiť ī eo qꝫ homo nō potest aliā rē: que homo nō sit: generare: & sic generatio ītelligētiarū secūdū Auicennā in prima cā seu ītelligētia īcipit & ī hoīe finit: que de naturali ordīe ꝓcedere uideť eo: qꝫ unaqueqꝫ pfecta res ītrīsecā ꝓductiōnē habeat. ¶ Verūtn̄ hic ultra cōmunem ordinem Auicēna deceptus ē eo: qđ unaqueqꝫ ītrīseca generatio est omninno similis generatori. Vnde si prima intelligentia generat secundam: secunda est omnino ita pfecta: ueluti prima: atqꝫ eiusdē substātie seu essentie. Quoniā hoc ī oībus rebus locū habet: preserti ī primo ente seu ītelligētia eo: qꝫ oīno actus purus ē. & ubi actus purus nō pōt cōpositū dari. & neqꝫ magis neqꝫ minus. taliter qđ generatio oīno erit talis: ut generať. Vn̄ facillime uideri pōt: qūo deus sibi similē generat. & nō de alia specie seu ꝓprietate. & sic intelligētia celū lune mouēs nō pōt animas nr̄as p generatiōnē ꝓcreare. qa aīe nō sunt sibi similes neqdē eas creare pōt. Quū ad creādū de sola absoluta potētia sit:

& nulla itelligẽtia p̄ter deū ē oīpotes. ❡De multitudie p̄sonarū siue rerū similiū ī generatōibus palā uideri pōt:quales esse debeant eo:ꝙ in primis rerū principiis nō datur scilio intrīsecā aspirandi. & generatio ī primis principiis aspiratio est.uel tanq̄ aspiratio aut cōtinua emanatio ueluti ī radiis solarib9 apparet ꝙ semꝑ ī una & eadē mēsura emanēt.& idē simplicia elemēta agūt.& sic nō dicim9 plura elemēta ab uno simplici elemēto emanare:seu ab una tm̄ cōtinua & sola aspiratiōe : sol unicū dūtaxat radiū generat.licet apud nos cā obstaculorū seu opacorū corporū plures radios dicam9 eo: q̄d ī aliquo loco solaris radius tāgit:& ī aliquo nō.Solis uero radius nunq̄ diuidit:sed sꝑ cōtinuus ī se & cōtinuus ī corpore solari:de quo ortū hēt.& ī hac generatiōe nō ē dicēdū:q̄d plures soles occurrāt. Vnus tanq̄ masculus & alius tanq̄ femina ad generādū ꝓpriā ꝑductionē.neq; ī simplici elemēto occurrit aliud elemētū:ut ab ītrinseco generari queat.Sed unūquodq; per se solū semper ꝑducit.Etiā ī nōnullis cōpositis ut ī arboribus & seminib9:ꝙ unaqueq; arbor & granū p se alias arbores & alia grana generare potest.nā unū solū granū tritici spicā seu alia plura grana generat.& unaqueq; arbor p radicem aut fructū ī terra cadētē aliā arborē sibi similē gn̄rat. Tn̄ hic plura media aliēa occurrūt ex eo: q̄d grana & arbores cōposite & corruptibiles sunt.Sed ubi n̄ daē cōpositio neq; aliēa media occurrētia una tm̄ daē ītrīseca gn̄ratio:qa īscissibilis ex quo fit : ꝙ ī similib9 nūq̄ dicim9 tertiā gn̄rationē nisi secūdā eo: q̄d ad gn̄rādū tertiū oportet:q̄d duo pricipia simul occurrāt. ❡Licet christiāi ī gn̄ratōe diuia tertiā p̄sonā dicam9.attn̄ n̄ tertiā gn̄rationē:quia una tm̄ gn̄ratio & una aspiratio.Sed qa p̄sona n̄ dicit gn̄rationē neq; aspirationē:tres p̄sonas p ordinē ponim9:primā scilicet:secūdā:& tertiā. Nulla aūt ē tertia gn̄ratio:nulla tertia aspiratio:& sic patrē & filiū dicimus se habere tanq̄ unū solū principiū spirādi spiritū sanctū.& nō duo principia.Si eni duo spiritus sanctus esset tertia ꝑductio seu aspiratio eo:q̄d a duob9 principiis emanaret.Sed qa ab uno solo & secūdo inquātū aspiratu & ī ordie p̄sonarū tertius. & tamē hic nō possūt plures generationes neq; ꝑductiones dari:quoniā ī eo tūc ordo generatiōis principiorū dirūperet.Deniq; uideri potest qualiter secūdū naturalē ordinē ī primo ente penitus ponēda sit intrinseca ꝑductio.& qa ens ꝑfectissimū seu actus purus ubi nullū maius neq; minus dari potest: cōfiteri oportet:quod tale sit productum:& non aliud neq; aliud q̄ productor:quia magis & minus inter productorem & productum datur eo:quod ibi aliqua occurrunt aliena : ut materia siue substantia uel ordo.In deo autem nil alienum nec propria neq; impropria compositio occurrit. Vnde qualis pater seu productor talis filius seu productum.

❡Qualiter ī diuinis & aliis rebus persona intelligatur. Cap.lxxvi.

❡Dicēdū ē aūt quid p personā uniuersaliter assumptā ītelligamus:& quo mō p̄sona ī diuinis capiatur. ❡Cōmuniter assumēdo p̄sonā ītelligimus ꝑ quacūq; re:que ītellectualis sit nō aūt ꝑ sensualib9 aut īsensibilibus corporibus.& sic deus ē p̄sona:angelus p̄sona:& aīa rōnalis p̄sona qm̄ intellectualis.

❡Personas in diuinis tres tātū esse dicimus. Tādē assumēdo deū exēptū sine aliqua cōsideratiōe paternitatis aut filiationis ī se p̄sona est p̄sona pater p̄sona filius & p̄sona spiritus sanctus tn̄ nō quatuor p̄sone nisi tres tm̄.Quū tota diuina essentia ī tribus supponitetur:uidelicet ī p̄sona patris p̄sona filii & persona spiritus sancti.& sic pater est deus essentia & p̄sona:filius est deus essentia & persona: & spiritus sanctus essentia & persona.tamen non tres dii:non tres essentie.Sed tres persone. Quoniam in eo quod persone filius est patri similis.non autem in essentia uel deitate eo:quod in essentia & deitate idē sunt.& ubi idemptitas precise nulla ibi est similitudo.Quia non dicit duo nisi unum tantum. & similitudo ē ad aliud relatio. ❡Quum uero agens naturale de toto suo posse agat.Sequitur quod productio in diuinis quemadmodum.& in aliis rebus sit de toto posse productoris.naturale enim producit eo quod intrinsecum & quia pater est deus ē ītelligēs .& generat uel producit de toto suo posse.sequitur quod filius est deus est intellectualis.& quia deus & intellectualis consequenter persona. Nam quelibet res intellectualis est persona.Et quū pater & filius intellectuales & persone sint & de toto suo posse: quoniam intrinsece spiritum sanctum producunt.similiter & spiritus sanctus habet in se quicquid pater & filius extra paternitatem & filiationem.& quia pater & filius sunt persone itidem & spiritus sanctus persona. ❡Et sic dum dicimus in primo ente esse productorē & productum consequenter oportet patrem filium & personas intelligere.Pater enim & filius proprie assumendo in intellectualibus tantum intelligitur:quemadmodum & persone.& quia in deo productor generator & generatum inueniuntur eo:quod intellectualis generator de ratione intellectualitatis pater uocatur: & filius generaē. & per consequens pater persona denominatur.& filius persona & spiritus sanctus persona : quum pater sit intellectualis:filius intellectualis:& spiritus sanctus intellectualis:tamen unus tantum intellectus diuinus:in tribus personis suppositatus.

❡Qualiter in diuinis pater generet : & non essentia : & quid pro patre ibi assumatur. Cap.lxxvii.

¶ Quum reperiamus aliquam fuisse dissentionem utrum in diuinis pater generet uel essentia: quedam hic uidenda sunt: q̄uis ecclesia precise determinauerit: quod pater generat: & non essentia: & ista fuit sententia magistri sententiarum. Origenes uero essentiam dicebat. ¶ Et hic in primis aliqd de sententiis philosophorum: de generationibus tractantium assumere possumus. nam secundum Aristotelem & alios probos philosophos: uniuersale neq; generat neq; generatur. & quia essentia diuina in eo quod essentia ita absolute assumendo uidetur aliqualiter dicere uniuersale: respectu personarum patris: & filii: & spiritus sancti: secundum philosophos: tenendum est: quod essentia diuina neq; generat: neq; generatur: nisi quod in primo signo tota essentia diuina in intellectu: uoluntate: & memoria: aut melius in mente supponitatur. Quoniam in deo improprie dicimus esse memoriam: nisi mentem: & iccirco apud plures uetustiores: deus mens uocatur. sicut intelligentia: non autem memoria. Memoria enim apud nos significat preteritorum receptaculum: & in deo nihil est preteritum: nisi sola presentialis intuitio in uno instanti: & sic mens & non memoria deus uocatur. uerumtamen figuratiue quandoq; dici potest: licet improprie. Sed ad casum nostrum asserimus: quod intellectus uoluntas & mens sint ipsa essentia diuina. Attamen intellectus non est uoluntas neq; mens: nec uoluntas intellectus aut mens: & similiter de mente dicitur. Verum in essentia idem sunt & nullus ibi est ordo tanq̄ superius & inferius: nisi ordo ad personas. Quoniam intellectus non producit uoluntatem: neq; intellectus & uoluntas mentem. & ubi est idemptitas precise absq; aliqua productione: non datur ordo tanquam prioritas uel posterioritas originis: nequidem relationis. Demum intellectus uoluntas & mens dantur: non tanquam tres persone: quum nulla ibi sit relatio producens neq; productum: & sic una sola persona una sola essentia aut deus sine aliqua productionū distinctione. q̄uis intellectus sit deus: uoluntas deus & mens deus: non tres dii: non tres essentie: nec tres persone. Ibi enim nulla est distinctio uel relatio ad aliud. & ubi idemptitas absq; alia ratione: nullatenus pluralitas dari potest. Sed in personis idest in patre: filio: & spiritu sancto: eo quod relatiue dicuntur: ibi pluralitas personarum datur. Vbi enim relationes ibi de uno ad aliud referentiam significant: & quia inter productorem & productum est necessaria relatio: in deo idem exigit ut uisum est. per consequens conceditur ibi esse relationes: & ubi relationes ibi distinctiones: ¶ At nunc quanto melius possumus: uideamus. Quonam modo dicatur patrem generare & non essentiam. in quo ita intelligimus: quod q̄uis totus deus sit intelligens: totus uolens: & totus mens siue memorans. Intellectus enim in eo quod intellectus: non dicit omnino uolūtatem neq; mentem: & prima operatio quam i deo consideramus: est seipsum intelligere. Sub hoc ordine uidetur: quod intellectui potiusq̄ uoluntati aut menti competat intelligere: q̄uis uoluntas intelligens sit: & mens quoq; intelligens. tamen intelligere intellectui attribuitur: uoluntati uelle: & menti seu memorie presentialis omnium recordatio: & quod intellectus uoluntas & mens i ipso deo exempto sint: de se patet. Quia ubicunq; intellectus ibi uoluntas: & ubi uoluntas & intellectus: ibidem mens siue memorans. Et quia in deo intellectus: est itidem & uolens ac memorans. & hoc in puro actu intelligitur: quum nullam dicat compositionem. nam purus actus perfectum ens dicit: & ubi non est uelle nec recordatio: nullatenus perfectio esse potest. Et quia deus summe perfectissimus est: totus intellectus: totus uoluntas: totus mens: & sic actus uere purus: quoniam perfectus & absq; alia compositione. ¶ Sed rursus ad intellectum reuertamur: ubi dicimus: quod sibi potius q̄ uoluntati & menti intelligere competit: hac uia potiusq̄ alia intelligere possumus: qualiter intellectus in diuinis propinque generet & non essentia. Quoniam essentia intellectus uoluntas & mens simul sunt: & competit intellectui ibi potius intelligere. Et prima productio intrinseca siue emanatio ac de naturali necessitate in rebus intellectualibus ab intellectione emanat: idest per operationem intelligendi. Vnde concedendum est quod in diuinis illud quod prius erat intellectus prioritate originis: intelligas totam ipsam diuinam essentiam intelligendo: in qua intellectione eam fertilem cognoscit: super illa fertilitatis cognitione parturit uel producit sibi simile. Sed non intelligas: quod filius tantummodo sit intellectui & non uoluntari nec menti similis: hoc enim maximus error esset. Quum intellectus sit uolens & memorans: atq; in se essentia fundamentaliter idem cum uoluntate & mente. Quoniam uero intellectus potius ad intelligendum appropriatus: q̄ uoluntas & mens: intelligendo filiū producit uel generat: dicimus: quod illud quod prius erat intellectus per productionem filii pater constituitur: & quia naturaliter producit filio: quicquid habet preter paternitatem ei communicat: & quia ipse pater est essentia: & essentia ē uolens atq; mens: & pater quicquid habet filio cōmunicat: sequitur: filium esse essentiam. & per consequens intellectum: uoluntatem: & mentem: tamen non generat essentia inquantum essentia: nisi intellectus qui pater uocatur ipsam diuinam essentiam fertilem esse intelligendo. ¶ Nam ueluti i primo signo sine aliqua emanatione uel relatione assumendo tota ipsa essentia diuina est intellectus: uoluntas: & mens: in secundo signo productionum tota essentia diuina in tribus personis supponitatur: scilicet in patre: filio: & spiritu sancto. ¶ Et quod intellectus uoluntas & mens fundamentaliter dicant essentialia uel totam ipsam essentiam diuinam: facile probari potest: taliter procedendo. Concedatur: quod intellectus: uoluntas: & mens: sint in diuina essentia: tanquam dignitates uel attributa: que aliqualiter posterioritatem ordinis dicant. petimus nunc: in primo signo quid erit essentia diuina: quia aut quod intelligens aut

non intelligens:non non intelligens ergo intelligens. Volens uel non uolens:non non uolens:igitur uolens. ¶ Memorans uel non memorans:non non memorans:igitur memorans. Essentia enim diuina in quocunq; signo perfectissima & summa res est: Quocirca non erit inferendum:quod in primo signo considerata se habeat:tanquam esse essentie sine existentia. Quum deus perfectissime ubiq; existat:quia omnimodo actus purus. ¶ Preterea quum intellectus non dicat precise uoluntatem: neq; mentem:nequidem uoluntas intellectum uel mentem:neq; mens uoluntatem & intellectum: si in primo signo nõ sunt ipsa diuina essentia: tres omnino res distincte sunt in ipsa essentia aduenientes: & tunc ibi esset compositio maxima:quod in deo esse nequit. scilicet aliquam sibi compositionem attribui:& sic patet quatenus in primo signo intellectus:uoluntas:& mens totam diuinam essentiam dicat. & hic non dicimus simul:ex eo quod non sunt tres res:quoniam non distincte:nisi quod intellectus in eo quod intellectus non dicit precise uoluntatem: & idem de uoluntate & mente intelligas attributa: que dicuntur:idest:bonum:& sapiens:iustum imaginari potest:quod sunt in primo signo uel secundo: tanquam attributa circa modum nostrum loquendi. Sed quia precise idem est bonum iustum sapiens: ista attributa possumus in primo signo uel secundo imaginari:eo quod penitus conuertuntur:ut post modum patebit. De intellectu uero:uoluntate:& mente:non decet taliter considerare:quum uoluntas non dicat omnino mentem:neq; intellectum. Vnde concedendum est: quod essentia diuina in se per primum signum:dicit intellectum:uoluntatem:& mentem.& quia prima operatio uidetur in ipso deo: uel diuina essentia:intelligere:dicimus quod per intelligentiam primam emanationem producat. Quoniam uero intellectui presertim attinet intelligere in prima productione:ipse intellectus tanquam productioni propinquus pater uocatur.

¶ Quo pacto intelligamus in diuinis generari uel produci:& que sit ratio quod primum productum uocetur filius:& secundum spiritus sanctus: quum nulla ibi sit compositio. Cap. lxxviii.

¶ Quum in superiori poneremus quenam ratio sit: quod illud quod est intellectus in primo signo per primam productionem intrinsecam pater constituitur. Deinceps tractandum est: quo modo assumatur intellectus intelligendo filium uel uerbum generare:in quo passu nonnulli imaginantur: quod ueluti nos intelligendo aliquam rem abstrahimus uel producimus ad similitudinem illius quod intelligimus:ita intellectus diuinus:seipsum atq; totam diuinam essentiam intelligendo: ad similitudinem illius quod intelligit quandam intelligentiam siue similitudinem generat de illo quod intelligit. Et quũ intellectus perfectus sit perfecta est similitudo quam generat. Intellectus uero diuinus rem realem generat & aliquid quod in se non cognoscit precise tanquam sibi intrinsecum:uidelicet filiationem. Nam filiatio:paternitas:& inspiratio seu productio:non sunt per primum signum in ipsa diuina essentia:nisi in secundo.& quia pater generat filium uel filiationem:& pater & filius inspiratum producunt: In hoc loco quidam expetere solent: que ratio sit quod prima productio in diuinis uocetur filius:& secunda spiritus sanctus & non filius. Quum similiter secunda emanatio simpliciter emanet a patre per productionem intellectualem & uolentem:quemadmodum & prima:tamen una cum filio. ¶ Ad quod in primis respondetur:quod hic legalem ordinem assequimur:quum in lege scripture comperiamus:& spiritus domini ferebatur super aquas. Et ex egypto uocaui filium meum. Christus similiter de se plerunq; dicebat. Pater clarifica filium tuum & spiritum sanctum asserebat a patre procedere:& ab ipso Christo accipere. quem tamen nunquam filium denominabat:nisi tantummodo spiritum sanctum:& nos idem sequimur. Christus enim melius q̃ nos ueritatem nouit:& similiter ꝓphete:qui per os dei loquuti sunt: taliter quod nos aliud innouare non possumus. ¶ Verumtamen quum prius in ordine filius generetur q̃ spiritus sanctus aspiretur:& filius a patre solo per principium intellectionis aliam productionẽ dicit a productione spiritus sancti:eo quod secunda productio est & a patre & filio emanata per principium uoluntatis:siue amoris inter patrem & filium.& quia uoluntas non dicit omnino intellectum & in filio est principium intellectus:& in spiritu sancto uoluntas: alia denominatio uidetur filio conuenire:& alia spiritui sancto. tamẽ in hoc cõueniunt:quod ambe persone emanate uel producte. ¶ Sed quia intellectus penes naturalem ordinem omnia intelligit siue bona siue mala absq; aliquo interuallo de magis & minus:& uoluntas infert quod libera:in qua libertate quandoq; magis & quandoq; minus uelle potest amando aut non amando:uidetur quod secunda persona in diuinis sit potius naturaliter seu necessario producta:q̃ tertia persona: nam secunda in primo signo ab intellectu originari uidetur: & tertia a uoluntate. Sed quo ad ueritatem:tertia quoq; persona in diuinis necessario producitur: quemadmodum & secunda: Ambe enim intrinseca productio: & quicquid in deo intrinsecum idem equaliter necessariissimum. & iccirco ubi intellectus: ibi uoluntas ac mens & ubicunq; uoluntas ibidem intellectus & mens. Sed quo ad ordinem filius in primo signo oritur ab intellectu: & spiritus sanctus a uoluntate.& sic considerando potius naturaliter dicimus:decens esse: secundam perso-

nam filium uocari : & tertiam amorem uel donum: quoniam a uelle siue amore in primo signo origi∕nari uidetur. ¶ Et dato quod spiritus sanctus:quod non conceditur : filius uocaretur : non haberet duas paternitates:eo quod per unam solam cõmunem aspirationem patris & filii:producitur. q̄uis spi ritus sanctus relatiuus sit ad patrem:& filium.Sed per unam solam relationem & non plures. Dum ue ro dicimus:cõmunem patris & filii aspirationem:non intelligas: ibi aliquod compositum esse. Quum intrinseca sit emanatio.& quum intrinseca:in ipso deo nulla res extrinsecus occurrere potest.Si modo plures ac plures productiones produceret:semper omnes fuissent idem deus unus solus & non plures: iterum ab omni compositione alienissimus.& iccirco purus actus pater:purus actus filius : purus actus spiritus sanctus. Quia nil de compositione:nil de creatione : & nil de causatione ibi interponitur.
¶ Quum autem dicimus:deus pater:deus filius:& deus spiritus sanctus:non tres dii:sed unus deus: & unaqueq; persona per se deus:atq; eternus:similiter infinitus pater:infinitus filius: & infinitus spiritus sanctus.hic:inquantum persone:neq; finite:neq; infinite:dicunt.nisi idemptice tantum: uel essentiali∕ter. Non est infinita persona patris : quia non omnino filiationem & inspirationem comprehendit : nequidem est finita:quum a filiati ne & spiratione minime comprehendatur. & itidem de persona fi∕lii & persona spiritus sancti intelligimus.Quoniam i eo quod persona una non comprehendit aliam: omnino neq; ab ipsa comprehenditur. Sed omnia alia extrinsecus manentia sunt : ex quacunq; per sona diuina comprehensa. & hoc modo unaqueq; persona in diuinis est infinita : uidelicet respectiue ad dependentia.

¶ Qualiter natura non ostendatur aliqua contradictio : quod duo principia actiua ad unum solum productum occurrant. Cap.lxxix.

¶ Quum dicamus quod spiritus sanctus a patre & filio emanat:per passiuam emanationem ex par te sui:& per actiuam ex parte patris & filii nonnulli inferre possint:quod ad unum opus unum tantũ principium actiuum occurrere debet:& non duo. In productione autem spiritus sancti pater actiue spirat:& filius etiam actiue.uidetur ibi : duo esse principia actiua in una sola productione. Talis uero oppositio iuxta posita religiosorum soluitur.Non enim dicimus:quod due aspirationes sint : nisi una tantum. Quippe quod in ordine primitus patrem & filium consideramus : q̄ amorem inter eos machi nemur.& primitus amorem:q̄ spiritus sancti productionem. Et quia equaliter pater & filius ac mutuo se amant:licet uideatur aut dicatur : quod amor patris in primo signo sit distinctus ab amore filii : per prius amor patris & filii simul uniatur:q̄ spiritum sanctum producant. & quia perfectissime se amant: perfectissime quoq; uniuntur.inspiratio patris:& inspiratio filii.in quo quidem signo post unionem nõ sunt duo amores:nisi unus simplicissimus & perfectissimus:per quem spiritus sanctus emanat. & sic ha bet unum principium actiuum:& non plura. ¶ In animalium generatiõe potius dubitare possumus: an duo principia actiua in uno producto occurrere queant? Et hic exemplum ab Aristotele positum de luto & figulo in principio assumemus. Unde dicetur q; figulus tanquam instrumentalis causa se ha beat:& nihil de substantia sua in uas ingreditur:nisi edificatio tantum:& ad extra. & tamen facillime potest ac sepenumero contingit:quod unus figulus uas inchoet & alter ipsum expleat seu finiat. Unde duo principia agentia occurrunt.Nunc uero iuxta exemplum assumptum: asserendum est : quod duo homines possunt unum solum filium generare uel edificare:dummodo unus primo ad mulierem acce∕dat:& alius extemplo seu quasi immediate ueniat.Quum enim semen animalis sit corpus : pro natura intrinseca ad operandum:tempus siue moram expetit:priusq̄ quicquid acturum est perficiat : & in hac mora uel tarditate potest semen alterius hominis occurrere:& simul cum altero primo posito embriũ perficere. ¶ Hic autem dubium erit an dicere debeamus duo esse actiua principia: an unum? si enim semen istius hominis anteaq̄ aliud eueniat incipit menstruum mulieris disponere : & postmodum aliud finit aut disponit:ut de figulis iuxta sensus apparet:dicendum est:quod ibi in quoquomodo erunt:duo patres pro uno tantum supplentes. & si semen unius expectat alterius semen ad coniungendum se cũ eo:anteaq̄ menstruum mulieris edificare incipiat:erit omnino unum solum principium & non duo : li cet per primum a duobus hominibus emanet.& sic sperma unius coniunctum cum spermate alterius: anteq̄ filium generare incipiant erit unum solum principium:tamen a duobus hominibus emanatum. Sed dici potest q; primus qui incendit genitale semen in matrice mulieris:ipse tantum est pater. & quo modo incendatur aut generationes in animalibus incipiant in nono libro explicabitur. Et in hoc lo∕co postpositis omnibus exemplis scitandum est:an uideatur natura repugnare? quod spermata duorũ hominum ad unum solum filium uel embrium occurrant. Unde taliter dicimus : quod sepenumero in rebus liquidis rectam annexionem atq; congelationem perspicimus:ut de pluribus lactibus simul posi tis comprobatur.nam simul coagulantur:& de ipsis fit caseus:sed perfectius quando totum lac eiusdẽ speciei fuerit:& non plurium. ¶ Amplius quatuor elementa occurrunt ad componendum unum cor pus istius animalis illius & alterius:quorum quidem elementorum duo actiua & duo passiua: & tamẽ ga

per prius coniunguntur & conformantur:q̃ alium tertium producant:insimul stare possunt quattuor elementa duo tanq̃ actiue & duo passiue:tamen dici potest quod per illam primam unionem & cōcordantiam sint effecta tanquam unum principium actiuum:& aliud passiuum. ¶Et similiter de spermate istius animalis & illius intelligere possumus. Quum enim sperma in illo principio nondum ultimaram indiuiduationem sortitur. haud secus q̃ elementa se habet:taliter quod sibi non repugnat diuidi:aut quod in altero spermate uniatur. Nondum enim intellectiuam animam habet:nequidem sensitiuam.& licet uitales spiritus in quoquomodo possideat pro uita uegetatiua:intelligas similes spiritus extēsibiles:unibiles:generabiles:& corruptibiles sunt:& sic possunt cum alterius spiritibus eiusdem speciei uniri.& simul unum solum filium generare. super quo generato duo patres erunt:& tamen in effectu productionis illius filii tanquam unus solus aspiciendo per patrem illud semen illius atq; illius unitum:nihilominus iste homo & ille semper erunt duo. sub qua imaginatione filius tali modo productus duos haberet patres:& tamen unum solum principium propinquum hoc est semē unitum ante embrii generationem. ¶Quoniam autem in productionibus animalium nulla penitus apparet naturalis contradictio uel repugnantia: Videlicet quod duo actiua pricipia eo modo quo dictum est ad unum solum productum occurrant:a fortiori minime potest aliqua contradictio de productione spiritus sancti:in diuinis assignari.

¶Qualiter in principio dum de trinitate tractare uolumus:unum solum ens exemptum atq; actum purum in primis consideramus:deinceps de intrinsecis proprietatibus seu actibus simplicissime simplicibus. Cap.lxxx.

¶Quum in superioribus multa in discursu de productione unione & distinctione diuinarum personarum posuerimus:nūc causa q̧ omnium melius reminisci possimus aliqua sub paucis ponemus:superiora reiterando. ubi aliqua adducemus exempla:tum naturalia:& tum accidentalia. licet ad similitudinem diuinarum personarum nullum oīo proprium exemplum īueniatur. Sed conamur ad appropriādū ut aliquē ītelligēdi aditū adipiscamur: ¶Dum de trinitate agimus:multa quidem subtilissima ac difficillima mentibus nostris occurrunt:que uix intelligere possumus:posito quod aliquid intelligamꝰ. quocirca sanctos doctores nos assequi oportet:eo quod aliquid ex parte doctrine ac multa ex reuelatione intelligere potuerunt:que forsitan in auribus nostris tanquam obscura sunt : tametsi clara sanctis doctoribus extitissent: Ita quod qui nec doctus nec sanctus est aut debet de trinitate tacere: aut antiquos sapientes assequi. Et tamen quandoq; sub fixo credito expositionis sanctorum: aliquid per nosipsos non ad contradictionem sed expeditiorem declarationem exponere possumus. Et assumpto hoc quod dicta doctorum ecclesie tenemus: euāgelia sequentes naturali uia istic aliquid explicabitur :ut latius uideri poterit de trinitate tractando: in una sola diuina essentia: tanquam in purissimo actu: quātum de cōmuni naturalium ordine deuiemur. aut propinquiores simus. Quamobrem primitus cōmunem philosophiam insectando: ens exemptum esse primum ens: ens purum ens a se sine cuiusquam aliqua adherentia siue aspicientia. que quidem perseitas exempta non dependens: nō respiciens: hoc necq; illud: Sed per se exempta actum purum infert: idest: non de uariis congregatum nec uaria in esse suo aspicientem: Sed duntaxat per se constantem ac simul cum perseitate uel exemptum esse. quia ens primum incorporeum sequitur quacunq; diuisibilitate carere. quum nec molis magnitudinem nec extensionem tanquam pars extra partem habeat:& in tali esse diuisum non capitur. Diuisio enim magnitudinem: molem: extensionem seu partem extra partem aspicit: uel diuersa compositionum principia: ad minus tanquam de magis perfecto & minus perfecto: ut de actu & potentia in omnibus creaturis dicimus. ¶Sed hoc habito quod primum ens naturaliter loquendo sit actus purissimus in ea puritate ītrinseca fecunditas est ponēda: non aliūde: Sed ex seipsa quiditatiue.& nullum quiditatiuum intrinsece infert quod dependeat uel aspiciat compositionem: in eo quod quiditatiuum. fecunditas primi entis est huiusmodi: ergo nulla compositio in primo ente presupponitur. ¶Ponamus nūc quod primum ens per ordinem tanquam de priori ad posterius decurrat: q̄uis in primo ente in uno solo instanti sit. Attamen in modo loquendi ut rectius intelligamus: ordo originis tanquam prior & posterior ibi statuendus est : Vbi in primo signo dicemus: ens exemptum: siue ens a se. ¶In secundo fertile. ¶In tertio aspiciens per actum intelligendi esse suum. ¶In quarto quod seipsum fertilem esse inuenit: ¶In quinto super hac fertilitate intellectus ipsius entis fabricat uel generat noticiam sibi similem : & quia totum primum ens est fertile: atq; actus purus:& intellectus eius summe perfectus perfecte intelligit totam ipsam intrinsecam fertilitatem: in qua intellectus noticiam sibi similem fabricat seu generat. Quūq; ibi magis & minꝰ dari nequeat: eo q̄d simplicissima fertilitas & p̄fectissimꝰ ītellectus: necessario opus ē talē esse notitiā: q̄lis ipsam generās ex quo ibi nulla extat cōpositio:& neq; magis neq; minus. Vñ necesse ē tale eē exēplatū quale exemplar & exemplans. Nam primi entis ītellectus & secundi

tas:tanquam propinqui sunt ad intrinsecam generationem in primo ente.& quia notitia simplicissime simplex:sequitur:omnino esse suo generatori similes.quum nulla ibi compositio ac nulla ignorantia interuenire queat.

¶Qualiter concesso maximam esse difficultatem intelligendi:quatenus persone diuine sint idem in essentia:& distincte in personis etiam naturale ordinem assumendo probari potest nullam esse repugnātiam. Cap.lxxxi.

¶Hactenus parua aut nulla uidetur difficultas in exemplo posito:circa ordinem diuinarum personarum.quia sicut de generante & generato dicimus:de principio spirante & inspirato itelligi potest. Sed dum ad unitatem essentie & personarum distinctionem in eadem essentie unitate deuenimus:maior reperitur difficultas . quia idem simpliciter in essentia:& aliud atq; aliud in personis absq; aliqua quiditatis distinctione:maxima uidetur difficultas:quo ad naturalem & uniuersalem ordinem. Quādo quidem in aliis rebus q̄uis eiusdem speciei sint:sicut in specie hominum pater & filius quiditatiue diuisi sunt:dato quod de una & eadem substantia siue essentia constent.Sed posita in isto patre & in illo filio humana essentia diuiditur.Similiter inter omnes generatores & generatos dependētes est intelligēdum. ¶In personis uero diuinis substantia uel essentia nō diuiditur:quāquam i tribus distinctis personis supponitur:& quod essentia diuina non diuidatur nec diuidi queat:ex superioribus iam in superiori capitulo positis probari potest.Essentia enim diuina simplicissime simplex sine distinctione partis extra partem:sine magnitudine molis sine adherentia aut compositione. in quo probatur diuidi non posse:q̄uis per intrinsecas operationes relatiue generans a generato distinguatur. ¶Sed nunc alia accidit difficultas in mentibus nostris.quatenus hoc esse queat quod eadem sit indiuisa essentia patris essentia filii & essentia spiritus sancti:& quod essentia neq; generat neq; generatur:& omnino dicēdū est unamquāq; personam esse essentiam.Persona enim res perfecta dicitur:quia itellectualis . & ubi nō est essentia seu quiditas perfectum esse non potest:quo ad naturam loquendo.Vnde dicēdum est:quod deus generat deum:idest deus pater deum filium:non alium deum:Sed filium qui deus est.& tamen de9 filius generatus in eo quod filius:nec duo aut tres dii:Sed unus tantum deus.Et ex hoc in credo cantatur deum de deo:lumen de lumine.& ueluti dicimus deus generat deum circa naturalem ordinem duntaxat:concedendum est essentiam generare essentiam:scilicet:quod pater qui est essentia generat filiū qui est essentia.& quia pater generat filium de tota substantia sua.sequitur totum patrem esse generatorem.& totum filium generatum.inquantum filium dicit.nam essentia absolute assumendo: nec genita nec ingenita proprie dicta:cum non generet nec generetur:sed pater ingenitus & filius genitus: eo ꝙ ambo ad generationē accedunt.filius est deus:filius est essentia.igitur deus filius est generatus sequitur ꝙ essentia filius:in eo ꝙ filius est generata:hoc tamen penes cōmunem naturalem ordinem ita intelligimus.Verum hoc concesso:quomodo saluare possumus:quod essentia neq; generet neq; generetur.si essentia pater est ingenita:& essentia filius genita. ¶In quo passu:ut melius solui possit : ad communem opinionem antiquorum philosophorum & sequacium merito occurrendum est.ubi in primis inquiunt:quod omnes patres ut homines de sua essentia & non aliena filios generant . nec suam essentiam generant:sed filios de sua tantum generant:& ita in diuinis tenetur. ¶Item aiunt : quod prima materia neq; generat neq; generatur:Sed quod tanquam subiectum uel terminus omnium generationum & corruptionum se habet.& tamen asserunt omnia generabilia & corruptibilia in prima sua origine:a prima materia oriri:semperq; in ea fundari.Sed quia prima materia est imperfecta:latitudinem atq; partem extra partem habens:potest in pluribus particularibus diuidi q̄uis ea particularia semper in aliqua indiuisa prima materia:tanquam in primo fundamento uel termino quiescant: ac generationes & corruptiones fiant.Et quidam alii:ut uniuersaliste iserūt omnes homines : idem esse in homine omnia animalia:idem in animali omnes res:idem in ente.& tamen iste homo est homo : est animal:& est ens:licet essentia istius hominis & illius diuidatur.& in personis diuinis diuidi non potest: quia actus purus & sine latitudine.Vnde hoc concesso in naturalibus:nulla habetur difficultas : quod diuina essentia uel potius quiditas:potius siquidem quod in actu de presenti in tribus distinctis personis supponitur:absq; aliqua diuisione ipsius quiditatis fundamentaliter:aut quod exempta capiatur. Sed inquantum intellectus simul cum fecunditate intrīsecam notitiam generat:talis notitia i eo quod per actum generationes distinguitur:essentia generata dici potest:inquantum persona est essentia: & tamen per hanc generationem nequit diuidi:quoniam purus actus . Sed intrinseca generatio in actu puro dari potest:eo quod nil aliunde ibi occurrit.Nam generatio de se non refert diuisiōem. igitur in simplicibus potest absq; diuisione essentie generare.Quapropter cōcesso huiuscemodi discursu: possumus a natura itelligere:ac ꝓbaſ generationē & aspirationē i diuinis:atq; triū ꝑsonaꝝ distīctionē.Sed forsitā nō erit iuxta mētē doctorū:qđ eēntia filius sic:uel sic generata dicaſ.& nos mētē doctoꝝ alleq dēmus.& tn̄ assumpto:ut de naturali rōne seq uř:satis possum9 de ꝑsonarum idēptitate & distinctione

cõcipere. Quippe quod ad intelligendum qualiter pater filius & ſpiratus in diuinis dicãtur: ſatis utiq;
concipi poteſt pater: quia per intrinſecam notitiam ſibi ſimilem in ſpecie ſeu natura generat: & omne
ſimile per generationem filius uocatur: & generator pater: licet proprie filius in perſonis ſiue intelle-
ctualibus aſſumi poſſit. ſpiritum dicimus: quoniam per aſpirationem patris & filii emanat: tanquam a
principio uoluntario: uel mutui amoris patris & filii. ¶ Mea tamen ſententia in emanatione filii ge
neratio dicitur: & in ſpiritus ſancti emanatione proceſſio ſiue ſpiratio: Conſiderando: quod pater uel
prima perſona ab eterno generat filium: ſiue ſecundam perſonam in uno ſolo inſtanti: abſq; priori &
poſteriori. quod inſtans nec preteriuit nec preterire poteſt. Quamobrem in uno & eodem inſtanti: nõ
poteſt pater de recto ordine duos filios generare: nec filius in eodem inſtãti a patre generari: & filium
generare. Poſſunt tamen alium habere modum prebendi emanationem: qui inſpiratio a patre & filio:
tanquam ab uno ſolo principio uocatur: & inſpiratio paſſiua ſeu emanata ſpiritus ſanctus. aut proce
dens. Iccirco pater unum tãtum filium generare poteſt: & pater & filius unum ſolum ſpiritum ſanctum
ſpirare. Nam plures generationes ac plures inſpirationes a natura in uno ſolo inſtanti indiuiſibili re-
pugnant: & per hanc uiam forte facilius q̃ per aliam capitur: qualiter filius non generet alium filium:
neq; ſpiritus ſanctus ſpiret alium ſpiritum ſanctum. Quoniam repugnat filio in uno ſolo inſtanti a pa
tre generari: & filium generare. Repugnat etiam ſpiritui ſancto ĩ eodem inſtanti ſpirari & ſpirare. Vñ
dicendum eſt quod pater: tanquam perfectus pater: quicquid eſt in ipſo patre communicat. paternitas
eſt in patre: igitur cõmunicat ipſam filio. intelligas: quod dat ſibi generandi aptitudinem. Namq; aliter
filius non fuiſſet patri ſimilis: q̃uis a natura loquendo: habilitas ſeu poteſtas generandi quam pater fi-
lio prebet: non intelligitur: quod ſit eamet manens in patre: niſi ſimilis: nequidem ꝙ ipſam propinquã
exhibeat: ideſt: pro eo inſtanti: in quo filius generatur: niſi pro aduenſente inſtanti: In deo non eſt iſtãs
aduenſens: igitur filius non poteſt in diuinis filium generare: neq; ſpiritus ſanctus ſpirare ſpiritum ſan
ctum. & ſic dici poteſt quecũq; pater habet in ſe: filio cõmunicat: tum etiam generandi poteſtas: uerũ
tamen remota. & quicquid pater & filius ideſt ſpirantes in ſe habent: ſpiritui ſancto communicãt. Sed
paternitas; filiatio: atq; actiua aſpiratio: remote ſunt a ſpiritu ſancto tametſi ei communicate ſint

Quonam pacto uidetur eſſe concedendum ꝙ eſſentia diuina in patre eſt ingenita: in filio
genita: & in ſpiritu ſancto ſpirata. eo ꝙ ex hoc in nullam ipſius eſſentie diuiſionem infert:
ut de naturali ordine probatur atq; aliqualiter in artificialibus. & ꝙ hoc aſſumpto nulla ſit
difficultas ad intelligendum ea que de trinitate ponemus. Cap. lxxxii.

¶ In hoc loco quilibet humanus intellectus deficere ac mendicare uidetur: ſi modo ab ipſo diuino
lumine non illuminabitur. Quo fit quod cum probatione uel ſine probatione ſanctos de trinitate lo-
quentes aſſequi debemus: ſcilicet: quod in eis uel probationes inueniamus uel ſit ſimpliciter enarratũ.
Tota difficultas noſtra dum de trinitate conſideramus: conſiſtit: ut intelligatur quomodo eſſe queat:
quod pater: filius: & ſpiritus ſanctus: ſint tres diſtincte perſone: & tamen una ſola indiſtincta eſſentia. &
eſſentia non generat neq; generatur. Sed pater generat & filius generatur: pater & filius ſpirãt: & ſpi
ritus ſanctus ſpiratur. tres perſone ſunt: & una ſola eſſentia: quomodó hoc recte intelligere poſſumus:
ſi deus ſuper naturam non reuelaret! Verumtamen tenendo ea que in eccleſia tenenda ſunt: nonnul-
la tangere poſſumus; ut uideatur: utrum ſaluari poſſimus concedendo quod ſubſtantia in patre: in eo
quod pater dicatur ĩgenita: ĩ filio genita; & in ſpiritu ſancto aſpirata. Si enim hoc ſtare poteſt: & quod
ipſa eſſentia non diuidatur ſane circa omnes homines religioſos atq; irreligioſos probare poſſumus ĩ
tentionem noſtram de trinitate agentem: Iam ſuperius exemplum poſuimus de uniuerſali materia ſe-
cundum ſententiam philoſophorum: dicentium: Materia in eo quod uniuerſalis non generat neq; ge
neratur: Sed quod tanquam terminus uel fundamentum generationis ſe habet. ¶ Item aliud clarius
exemplum hic adducere poſſumus: lanam in primo ſigno tanquam eſſentiam aſſumendo: & in ſecũdo
filum per aliquos actus ab ipſa lana filatum. In tertio autem conſideretur pannus: in tribus ſuppoſitis
ſeu terminis uel plicis: quarum prima alba: ſecunda rubea: & tertia turchina. Nunc ad principium re-
uertamur: ita petendo: an pannus diuidat lanam que eſt primum fundamentum uel eſſentia? Ad quod
reſpondendum eſt: quod non. quoniam dato quod lana filetur; ſemper eſt lana: ut experientia patet:
ſi diffilare ipſam uolumus. Vnde probatur quod inquantum lana non uocatur filum: non pannus: nõ
plica: non album: non rubeum: non turchinum: Sed tantummodo quoddam exemptum ſiue eſſentia.
Nihilominus abſq; diuiſione lane in ipſamet lana eſt filum: eſt pannus: eſt album: eſt rubeum: eſt turchi
num. & tamen pannus aliud dicit a lana abſolute: ipſam aſſumendo. quia potius aptuatur pannus q̃ la
na: & album infert: quod ſit ipſi pãno propinquius: aut cum minori artificio q̃ rubeum. Vnde aliud al
bum: & aliud rubeũ: & turchinũ: aliud q̃ albũ & rubeũ: licet artificiatũ ueluti rubeũ: attñ alio modo.
¶ Nũc uero aſſumpta aliq̃ ſimilitudie ab hoc exẽplo de uniõe & diſtĩctiõe eẽntie ac diuinarũ ꝑſonarũ:
multa de ĩtẽtiõe noſtra ꝓbare poſſumus. Nã eẽntia ſeu eẽntitas in actibus ĩtelligẽdi & amãdi: tãquam

lana in pāno se habet indiuisa atq; ingenerata. Nihilominus isdem pannus est eadem lana: & sic actus generandi & actus amandi dei ipsa essentia diuina sunt. Verum aliter & aliter se habendo: ut de panno & lana aimus. ¶ Viterius album rubeum & turchinum nullatenus ipsum pānum diuidunt: sunt isdē pannus: & tamen aliud dicit plica alba: aliud rubea: & aliud turchina. & una nō est alia: Sed realiter distincte inqtum colores presupponunt: eo quod tales sunt per operationes. Sed inquantū pannus semper idem: & tamen in prima plica refertur q̄ non tincte: In secunda & tertia uero tincte: Nihilominus semper isdem pannus: neq; ex hoc est dicendum quod ibi solam tincturam consideremus ut accidens. nisi substantialiter ipsum pannum diuersimode tinctum: & tamen indiuisum. Tinctura enim non infert diuisionem: tametsi per intrinsecam emanationem fit. Quoniam in primo signo denotat lanam: in secundo filum & in tertio pannum uariis modis coloratum: & sic in diuinis personis unio essentie & personarum distinctio saluari potest. Nam pater: filius: & spiritus sanctus: non referunt i primo signo: nisi in secundo tanquam actuata illa essentia: per actus intelligendi atq; amandi. & quia per actum intelligendi pater intellectionem generat in eo actu: seu generatione pater resultat tamen ingenitus: & filius in eodem signo genitus & per mutuum amorem patris & filii: spiritus sanctus producitur. & tamen per has productiones seu emanatiōes nullatenus sequi potest: quod diuidatur substātia uel essentia: concesso qđ ipsa substātia in patre sit ingenita: in filio genita: & in spiritu sancto spirata. hic enim non de primo signo essentie consideramus: ita ut de lana diximus. nisi de essentia per actum generationis in filum translata. quoniam si pannus albus: rubeus: & turchinus: non diuidunt lanam: minime generatio & aspiratio in diuinis possunt ipsam essentiam diuidere. Si enim lanam: non diuidunt multominus generatio & inspiratio in diuinis essentiam diuidere possunt. quum ipsa essentia actus purus sit sine continentia partis extra partem. Verum hic sequeretur: quod ueluti dicimus tres esse personas in una sola diuina essentia: etiam ponende essent tres substantie: quod est contra determinationem ecclesie. Sed hoc tenendo catholicam determinationem asserimus: concesso: quod tres substantias poneremus. non iccirco sequitur: diuinam essentiam diuidi. Nāq; in hoc signo: substantia nil aliud infert q̄ pater substantia que est ingenita: filius substantia que est genita: & spiritus sanctus substātia que est spirata. & hoc intelligitur: inquantum quod tribus personis ipsa substantia diuina suppositatur. Sed non ex hoc sic uel sic sequi potest: q̄ substantia in patre filio & spiritu sancto sit diuisa: nisi quod i patre est ingenita: in filio genita: & in spiritu sancto spirata: non in eo quod in primo signo absolute assumpta nisi inquantum dicimus generatorem generatum & inspiratum. Nam in primis naturaliter assumendo: Ac circa mentem antiquorum: est firmiter tenendum: diuinam essentiam priusq̄ generet fertilē esse: prius tamen ordine aut in modo loquendi nostro. Nunc sic. ista fertilitas aut est substantia aut accidēs: nō accidens quia absurdum est in deo accidens considerari: ergo substantia: & substantia substantiam parit. ¶ Et sic Mercurius trismegistus inquit: Mens autem deus utriusq; sexus fecūditate plenissim9: uita & lux cum uerbo suo mentem alteram opificem peperit. Et quum alteram mentem dicat: procul dubio restat: quod pro genita substantia intellexerit. & q̄uis alteram dicat. non propter hoc sequitur: quod in essentia diuisa: nisi tantum per generationem distincta. Quoniam altera nata & altera innata inquantum hec mens generans & illa generata. quia aliter dicendum est: quod pater non est omnino substantia generans: neq; filius substantia generata: nequidem spiritus sanctus spirata. Nam secundum catholicam doctrinam: quicquid habet filius habet per cōmunicatiōem a patre assumptam: & cōmunicationem de patre ad filium per generationem esse dicimus: & filius habet substātiam aut est substantia. Nunc sic: aut habet ipsam per cōmunicationem generatiōis: aut per aliam. Nō per aliam iuxta catholicam legem: ergo per generationem. & quicquid per generationem assumptum: iuxta itellectionem nostram generatum dicit. Vnde concedendum esset quod tres persone dicunt tres substātias: cōsiderando: generatorem: generatum: & inspiratum. Nam concesso: ut concedendum est: quod pater & filius omnino realiter sint distincti: non intelligitur: quod he realitates se habeant tanquam hi homines Petrus & Ioannes: nisi per actus distincte: eo quod pater generat & est ingenitus: & filius passiue generatur & est generatus. Sed non ex hoc essentiam diuidunt: sicuti nos diuisi sumus aut agimus. dum aliquem pannum assumimus & scindimus: de ipso unam tunicam pro isto & aliam pro illo: Vnde pannus diuiditur. Sed diuina essentia indiuisibilis est: & tamē realiter in tribus personis suppositata: & ipe persone distincte: quia una nō est alia: ut uisum est. ¶ Ne uero tanta difficultas uideatur: dum de diuinis cōsideramus: recte in his iferioribus speculemur. Nam si de principio usq; ad finē: ac per omnia media in exēplo supius adducto: aīaduerterē uolumus: plura mirāda iuenıremus: & tñ cūcta sensibus patibilia.

¶ Quoniā lana i primis absq; diuisiōe & corruptiōe ipsius per simplicem filationem in filum trāsit: & p actus texēdi i telā uel pānū: & p actū plicādi uel suēdi i tunicā: & tunica i eo qđ tunica aliud plus ponit: q̄ pān9: & aliud: q̄ filū & lana: pānus similiter atq; filū. Nihilomin9 nil aliud est in filo: q̄ tota ipsa lana. nil aliud i pāno: q̄ filū & lana. nil aliud i tunica: q̄ pānus filū & lana. Quapropter tunica sola idē dicit qđ pānus: filū & lana simul nō magis neq; min9: quū tota lana i filo i pāno & tunica supponitē: uel igrediaē. Iō dū tunicā uidem9: pānū filū & lanā uidemus: attñ idistīcte circa oculos nr̄os: uerū itellectui ita esse cōstat. Et si poneremus quod lana uideri pōt absq; filo panno & tunica: hoc concedit. Sed

dum lana esset eterna & actiuitas eius esset intellectus: seu filans: ab eterno filaret totam ipsam lanam. Veluti intellectus diuinus totam essentiam diuinam intelligit: & filando filum siue pānum produceret: aut potius dicendum esset pānus q̄ filum. quum in primo signo filationis itelligatur totam lanam eē filatam: & in eo instanti filans & filatum seu texens & textum tunicam producerent. quum ergo nō prius neq; posterius: quia ab eterno si lanam uideremus filum pannum & tunicam quoq; uiderem9: Ideo quia deus eternus & ab eterno se intelligit ab eterno simul cum essentia in eo sunt tres distincte p̄sone: quarum alia generans alia generata & alia spirata. Sed non tres diuise essentie: quoniam in essentia diuina tres persone multo facilius continuari possunt: ac simul manere absq; diuisione ipsius essentie: q̄ in tunica panno filo & lana. quoniam dum tunicam dicimus: aliam speciem seu formalem assumptionem capimus: q̄ dum pannum: filum: & lanam intelligimus: & tamen eandem unicam eēntiam seu rem in unione assumendo sine aliqua diuisione substantie. Nihilominus filum in eo quod per actum filandi filum resultat: aliud est a lana absoluta: & pannus per texturam aliud a filo: & tunica per plicationē uel edificationem aliud a panno & filo: & tamen ipsa tunica essentialiter lanam filum atq; pānum in se cōcludit. Verūtamen nō ex hoc lana diuiditur: nec suum esse dimittit: ut comprobari potest ipsam tunicam diffilando: licet quum corruptibilis sit frustretur. hoc autem fit ubicūq; ipsa manet: Ita quod hoc non est contra comparationem nostram. ex quo dicendum est q̄ manens lana in filo est filata: in pāno texta: & in tunica edificata siue plicata. & tamen non tres lane: non tria fila: nō tres pāni: non tres tunice: Sed una lana in tribus suppositis: idest in filo in panno & tunica que supposita formaliter ac realiter aliud & aliud dicunt: Nihilominus in lana idem indiuisa. Vnde incongrue proponimus: dicendo: hic pānus est de lana: Nam rectius diceretur est lana filata ac texta. Quum non dicatur lane diuisio: nisi in tali modo se habēs. & fere idem poni uidetur: dum de diuinis tractatur: licet perfectiori mō. Exempla autem non sunt ueluti res exemplate: sed quanto melius possumus ea adducimus. Vnde uidetur dici posse: essentia diuina in patre est: pater seu ingenita in filio filius uel genita: & ī spiritu sancto amor uel spirata. attamen indiuisa atq; eadem fundamentaliter. ¶ Hic uero unum potissimum esset declarandum. an lana essentialiter assumpta: uel ī esse absoluto seipsam filet: aut aliud ibi occurrat. Ad quod respondendum est: q̄ lana in se in actu & cōcreto manet: nō autem in abstracto: & aliquod proprium opus habet. Vnde de pluribus intrīsecis aut essentialibus dignitatibus cōstare uidetur: q̄uis ipsam simplicissimam consideremus: inter quas proprietates seu essentiales dignitates actiuitas filandi atq; fertilitas in ipsa lana ingreditur: per quam fertilitatem si eterna esset & a se filum intrinsece produci potest. Vnde actiuitas filandi filat: & fertilitas filatur aut de ipsa fertilitate simul cum intellectu filum generatur & tamen filum essentialiter in ipsa fertilitate est contentum. Sed ibi non dicit filatum nisi essentialiter se habens. & sic in essentia diuina intellectus uoluntas & memoria seu fertilitas cōcluduntur. Qua de re intellectus intelligendo ipsam diuinam essentiam simul cum uoluntate fertilem inueniendo: per actus intelligendi intellectionem producit: & per actum amandi amorem: ut postmodum uidebitur. & ideo deus absolute loquendo non generat seipsum: sed intellectus simul cum uolūtate & fertilitate uerbum generat: uel personam genitam. & sic apud antiquos philosophos non generat homo: ī eo quod homo: nisi inquantum generator: q̄uis illa actiuitas generandi in homine fundetur. Vnde si non generat inquantum homo: homo seipsum generare non potest: dato: quod aliud fundamentum nō haberemus preter hanc regulam. & sic deus nō generat inq̄tum deus absolute assumendo: nisi inquantum est generator uel seipsum intelligens. Qua de re ea dignitas seu actiuitas intelligendi se habet propinque ad paternitatē uel gñationē filii: Attñ q̄a itellect9 ē de9: ēt p̄r de9: ita q̄d p̄r q̄ ē de9 generat deū filiū: nō aliū deū. eo q̄d nō pōt diuidere substātiā. Sed īquātū dicit filius: uidef generari nō ī prīo signo absoluto: Sed ī sequēdo ipsam gñationē. Nā iste termin9 de9: licet ī p̄re filio & spiritu sancto ponaf: eēntiale seu absolutū īfert. & sic p̄r ē de9: idest eēntia: fili9 de9 q̄a eēntia: similiter spirit9 sanct9. Sed tñ non tres dii quia non tres essentie. & sic deus generat deum: idest pater qui est deus: idest essentia generat filium deum qui est deus: siue essentia: & tamen non alterum deum: quoniam non alteram essentiam: Sed alteram p̄sonā tantum. Nā si dicerem9 lana generat seu texit pānum: icōgrue se hēret: q̄a nō p̄pinque ex lana p̄ter filū p̄pīquū textuf seu p̄ductiōi ipsi9 pāni. & tñ filū nō generat aut p̄ducit aliā lanā: nisi pānū q̄ ē lana: & tñ pān9 aliud a filo dicif. sed nō alia lana. hic eni lana p̄ toti9 fundamēto uel eēntia se hēt absolute assumpta: Et sic dato: q̄d lana q̄ ē filū generet lanā: nō alterā lanā: sed lanā q̄ ē pān9 licet alterā eo q̄d pān9 & filū p act9 realiter distīguunf: & aliud & aliud sunt formaliter: attamē simul & ī fundamētali eēntia īdiuisi. ¶ Super hac uero difficultate nōnulli ex doctorib9 n̄ris multa īserūt: & ad saluādū unitatē atq; pluralitatē ut diuinis tale argumētū adducef solēt. Videlicet q̄d dū unionē seu eēntiā dicim9: tāquā de noīe substātiuo itelligim9. & dū de plurali siue p̄sonis de adiectiuo capim9 hoc tñ nescio q̄liter staf q̄at: aut q̄ūo itelligāt. Q̄m adiectiuū ad differētiā substātiui: tāq̄ accidēs dic & ī deo nullū accidēs daf. Vñ poti9 ī mō loquēdi: q̄ eēndi hoc argumētū adduci pōt. nā ī eēndo nullum est adiectiuum in deo: quoniam omnia substantiua sunt. Sed in modo loquendi iuxta uias nostras forsitan stare potest: quia dato: q̄ dicamus deum esse bonum iustum & magnū: bonitas dei iusticia dei magnitudo dei ipsa diuinitas seu substantialitas est.

Cur dum de trinitate uel aliquo difficillimo in lege agimus:naturales ratiões:si possu
mus:assequẽde sunt ĩ quo decursu ĩueniremus qđ essentia in filio inquátum filius dicit
genita:& ĩ patre ĩgenita. Cap.lxxxii.

¶Dum de lege presertim ĩ sublimibus tractam9:plura aspiciẽda sunt.primo ne cõtra ecclesie deter
minationem procedamus.Secũdo quod quãtum possumus mẽtes primorum doctorũ aperiamus. Ter
tio quod cõtra philosophiam seu naturalem rationem si possibile est nõ eam9.Tota enim natura atq;
oẽs ratiões ab oĩpotẽti deo profluũt:& depẽdẽtia semper cum dante depẽdere cõgruere debẽt :nõ át
dissentire:quáquam plures:aut ꝙ uerum dicát:aut ĩ necessariis probatiõibus deficiant. primitus táquá
determinate ĩquiunt:quod cõtẽta ĩ lege utpote articuli nullatenus probari possunt:sed secũdum fidẽ
dũtaxat tenẽda.Verumtamen male sonare uidetur absolute promẽdo:quod fundamẽta legis probare
nequimus.Nam prima facie tantum que probari nõ possunt:potius sub opiniõe q̃ sub ratiõe fundari
uidẽtur:quoniam oia rationabilia probabilia.Sed aĩaduertẽdum est:que probationes sint he quas isti
petũt:licet mõstratiuas expostulare soleát.& nos nullam ĩuenimus oĩno sensibus monstratiuam . nam
penes communem doctrinam:ea que sensibus patẽt probari nõ possunt:& alii asserunt:quod nec con
tẽta ĩ fide probari possunt.Quod si ita est:nil penitus probatur.quum oia sub fide uel sensibus cadát.
Vnde cõcedẽdum est ut aliquod fundamẽtum ĩ operibus nostris habeamus:quod per ea que sensibus
patẽt abscõdita seu iuisibilia ꝓbamus.Quoniá nullus hõ uidet aĩalitatẽ rõnalitatẽ & mortalitatẽ hois:
& tñ dicimus mõstratiue argui:dum dicimus ois homo est animal ratiõale & mortale: & ꝙ hoc sit ne-
cessario uerum.Nihilominus quod homo aĩal ratiõale & mortale sit:sub fide operationũ ad extra excũ
tium manet. ¶Et pari modo ex operibus seu dictis prophetarum de aduẽtu messie uaticinátium:tum
& ab operibus ĩ ipso messia perspectis:multa que sensibus nostris ĩuisibilia erát ĩ ipso messia monstrari
ue uel necessario probátur. ¶Nam mortuos per propriam potestatem resuscitare:aliaq; huiuscemo
di operari soli deo competit.Et quia hoc in christo uisum est:oia per ipsum dicta necessario uera . Sub
quo fundamẽto oẽs articuli probari possunt.q̃uis nõnulli articuli sint ab apostolis cõgregati:seu decla
rati.Sed habem9 oĩno:quod oia a deo illuminati scripserĩt:ut per sanctitatem eorum comprobatur .
¶Nũc uero ad rem nostram:uidelicet:dum de trinitate agimus:cauendum est:ne a recta uia extor-
queamur.& tamẽ cõcessis omnibus que ĩ ecclesia determinata sunt:ĩ modo muniẽdi assumptum nostrũ
secũdum naturam multa dicere possumus:ne apud ĩfideles aut rationem audire cupiẽtes:de iis que in
lege tenemus táq̃ opinatores esse uideamur. ¶Et hic ut superius uisum est:ãte oia:de eẽntia dei dicẽ
dum est:an ĩ aliqua persona aliqualiter posset dici genita?Nam si oĩno ĩgenita:quomodolibet uere dif
ficile est sub plana rõne assumptum nostrum ostẽdi:nisi logice tantum:multa argumentatiue sic uel sic
poni.Vera tamẽ ratio táquam nata simpliciter euenire ostẽdi deberet nõ autem conata uel retrogra-
do modo. ¶Vñ fit quod dum legi nostre nõ offenderemus:quátum possumus in probatiõibus nĩis
assequẽda est naturalis philosophia.quocirca in primis petimus:Vtrum pater generet filius de toto eẽ
uel substátia sua?an ne.pater est deus:pater est essentia:pater est ĩtellectus:uolũtas:bonus:magnus:eter
nus:unus.si de toto esse suo filium generat:oportet quod filius sit deus:sit eẽntia:& sic de reliquis.si nõ
de toto petimus:de quo ipsum generet:& nõ est dicendum:quod ipsum generet:de paternitate:quia fi
lius nõ est pater.& nil aliud est in patre:q̃ essentia:deitas:paternitas:& similia:ut dictũ est:sequit̃:filium
esse de patris essentia generatũ.& quia de essentia:& ipse filius ẽ essentia:atq; generatus:& nõ est aliud
q̃ essentia deus:& filius:in eo quod generatus:cõcedẽdum est:quod essentia ĩ filio:ĩquátum filius:gene
rata nõ generata secũdum absolutam essentiam:aut inquátum in patre manet.Sed generata in trási
tione ad filiũ:& hic cursus naturalis est.Quoniam nulla essentia filii generat̃ a patre suo in prĩo signo
essendi essentie uel substátie:nisi in secũdo signo:idest:in trásitiõe de patre ad filium.Nam substátia siue
materia istius hominis in primo signo essendi non generatur a patre suo:nisi inquantum trásit de pa
tre ad filium.Sed superius eadem est substantia patris & filii idest in eadem massa elementorum: siue ce
lorum consistit.Verum in eo ꝙ iste homo generat illum:si iste fuisset primus homo mundi:substantia in
eo recte diceretur ingenita:& in filio genita:licet quod in patre & filio creata a deo.Sed in primo ho-
mine non est genita:ut de Adam dicere possumus. ¶Et ita in diuinis substantia patris:filii:& spiri-
tus sancti:est eadem.In patre autem ingenita:In filio genita:& in spiritu sancto aspirata nõ inquan-
tum substantia in primo signo.Quoniam ibi nõ generata nõ creata.Sed tantũ exẽpta.In trásitiõe át
ex pr̃e ad filiũ penes naturalẽ cursum genita:nõ qđ ibi aliq̃ nouitas contingat.quũ deus sit eternus:&
eternũ nõ dicat pri9 & posteri9.Iccirco nõ est pri9 pr̃ & postmodũ fili9:nisi in ordĩe procedẽdi:ut pri
mũ signũ:sc̃dum:& tertiũ esse ponẽdũ.Sed dato qđ deus discurreret p tp̃s:quod esse nõ põt:eo tũc fi
lius fuisset post patrẽ:ac nouiter generatus:& spiritus sanctus postrem9 & potius iuuenis .Sed quia in
eterno non datur prius & posterius:in diuinis non est una persona prima:& alia postrema. immo om
nes equaliter eterne:q̃uis aliqua non genita:& aliqua genita.Sed non ex hoc essentia uel deitas ipsarũ
personarum diuiditur:quoniam actus purus.Et si diceremus quod essentia in filio ingenita iquantum

filius est:utiq; probatu difficillimum:qualis filius sit:quoniam non creatus:non factus: sed genitus tan tum.& ablata essentia:deitate:unitate:& similibus a filio:nescio i eo tũc quid erit. Nam filius de natura li ordine substantiam genitam dicit:& quia respicientiam habet ad generatorem:ea respicientia uoca tur relatio siue filiatio.Sed ista relatio oportet quod in aliqua substantia genita fundetur:aut dicat idẽ cum ipsa.Et probatur.pater in diuinis nullam in se habet filiationem:non generat substãtiam uel eẽn tiam de esse suo:ergo nec filiationem.Quoniam de illo quod non habet:generare nequit. ¶Vnde cõcedẽdum est:quod de essentia sua generet filium.Et dicẽdo de essentia uel substantia sua: ea substan tia transiens ad secũdam personam:necessario dicitur genita:inquãtum quod in secũda persona ma net:nõ in primo signo essendi essentia:sed inquãtum ad secũdam personam transit.Et hoc assumpto: nulla est difficultas a natura:loquendo in toto processu de trinitate aliter uero difficile probatu :quan quam nõ esset dicendum:quod essentia generet:nisi pater qui est essentia:siue de9 inqtum generator. Nam pater & generator in diuinis idem:& secundum cõmunem doctrinam:homo nõ generat iquan tum homo:nisi inquantum generator.& sic deus inquantum pater generat:non autem iquãtum essen tia.Sed pater siue generator qui est deus:qui est essentia:generat: Veluti in nobisipsis iste generator qui est homo:generat filium hominem. ¶Nec est iserẽdum:ut quidã inperspicaces machinati sunt: quod essentia diuina in primo signo assumpta sit:tanquam ociosa uel sine actu:& quod postmodum p actiones personarum ad actum ducatur.Nam talis consideratio de creaturis tantum assumenda est: & etiam apud antiquos inexplicata inuenitur.qualiter se habeat idest quale esse essentie sit:sine existẽtia: quia quo ad ueritatem nulla essentia est:quin de presenti existat.sed respectiue ad actus futuros plura in esse essentie sine existentia uocantur:idest sine illo:quod expectant in futurum.In deo autem nil de futuro & nil de preterito:unde nulla essentia in eo:quin de presenti sit & operetur.Nam in deo nõ da tur magis & minus:sed quicquid in ipso actus purus est.Et hic nouitii instruendi sunt : ut in primis ad naturalem philosophiam siue rerum gradationem occurrant.Vnde post plures decursus in supremo gradu unum tantum ens perfectissimum inuenimus:& quoniam perfectissimum purus actus denomina tur:& in hoc signo non assumitur actus pro pura operatione:nisi pro re perfectissima:nil de composi tione:nil de iperfecto:nil de necessitate:nil de alieno:nil de priori:ac nil de posteriori continente : sed omnes perfectões in uno solo instanti eterno atq; indiuiso possidente.& quia multe alie res preter deũ omnino perfecte reperiuntur:dicimus ipsas de actu & potentia constare.Et in hoc loco potẽtia assu mitur ad similitudinem materie uel imperfectionis:& actus ad similitudinem forme uel perfectõis.Aut actus ueluti operatio & potentia:ut ociositas.& quia in deo nil ociosum nil imperfectum nil de possibi litate:ex hoc nunc ad operandum in alio nunc.Sed quod quicquid uult in uno solo instãti operatur: Actus purus idest essentia seu res perfectissima dicit.Quocirca nõ est cõsideräda in ipso aliqua essentia tãq; uniuersalis:in pura potẽtia:& postea per operatiões personarum ad actum deducta:siue ad existẽ tiam:idest:ad ultimam perfectionem.Nam talis falsissima esset cõsideratio:& cõtra mentem omnium sa pientium.Quoniam per rerum gradationes ascẽdẽdo:omnino deuenẽdum ẽ ad unum perfectissimũ ens:quod nisi in se simpliciter dicit prius:nil posterius:nil perfectius:& nil imperfectius.Et si aliqua eẽn tia uniuersalis absq; perfectissimo actu daretur:huiuscemodi essentia non fuisset deus : nequidem cum ipso conuertibilis.Ita q; si naturalem ordinem obseruare uolumus:necesse est quomodocũq; dicamus: ut deum sic uel sic & ubiq;:actum purum cõsideremus.neq; ex hoc impedit:q; ibi generatões & emana tiões personarum nõ dentur:quoniam neq; emanatio neq; generatio itrĩseca in ente perfectissimo in fert diuisionem. ¶Deus enim intelligens est:nõ autem diuisibilis.& quia itelligẽs necesse est q; itelli gat:& itelligẽdo aliquid producat.nãq; aliter inanis esset operatio:in eo q; stare non potest:quum per fectissimum ens sit.operationes dei etiam pure sunt:& cum ipsa essentia dei conuertibiles:uerumtamen plura emanant ab ipsa operatione diuina tanq; ad extra:que cum deo non conuertuntur:ut creature: que per operationẽ dei create sumus:& tamen cum ipso deo cõuerti nequimus.Sed creare actiue de9 est:operatio autem ab ipsa creatione emanans non deus sed creature.

Qualiter cum dicimus essentia in patre dicit ingenita:& in filio genita:i modo natu ralis phylosophie:nõ autem cõtra mẽtem theologorum. Cap.lxxxiii.

¶Multa iam superius dicta sunt:Quibus plane dignoscit:Quonã pacto i psonis diuinis:eẽntia i fi lio dicat genita:In pre uero igenita.uerũtñ aiaduertẽdũ ẽ:q; oĩa eque itelligẽda sunt.secũdũ natura lẽ philosophiã assumpta:nõ ãt cõtra mentẽ theologoꝝ seu uiroꝝ sanctoꝝ.Q ñquidẽ sancti:multa bo na atq; altissima ab deo reuelata idies assumũt.Quocirca demẽtia maxia reputaret:cõtra hos aliquid obiicere.Sic ego non penes merã theologiam:qui potius iuxta naturalẽ philosophiam in toto hoc uo lumine eloquar . In presenti etiam capite:nonnulla de intentione propria aperiemus.In primis itaq; petimus: An unusquisq; filius sit de substantia patris:uel aliud habeat principium de quo emanat? ¶Aut si esse suum fundamentaliter assumendum:ex nouo simpliciter creatur uel producitur?Non est dicendum:q; filius sit de aliena substantia ab patris substãtia nisi de eadẽ. Quoniam si de diuersa filius

fuiſſet cauſatus:& non uere generatus. Quum inter cauſam & cauſatum non cadat recta ſimilitudo: niſi ſecundum qd tantum: Et inter patrem & filium eſt uera ſimilitudo: ſequiť ꝙ ibi non ſit ſimplex cauſatio: tanq̄ de uaria eſſentia aſſumpta. ¶ Pater & fili9 in diuinis ſunt ſimiles: Conſtat igiť nō eē de diuerſis eſſentiis. Et tamen ex eo ꝙ omnis actus producit aliquod opus: quod nō ſit ueluti ante illū actū erat: Neceſſe erit cōcedere: In huiuſcemodi tranſitione ſubſtantie ſeu eēntie de patre ad filiū: aliqd occurrere quod prius nō erat. ¶ Aut ſine illo actu generandi ꝑ quē actum eſſentia tranſiens aliter quā abſolute ſe habet: conſiderando: quod in abſoluta eſſentia non ſit actus generandi. ¶ Et generatio in ordine dicit poſterius q̄ ipſa abſoluta eſſentia: Sed quū generatio ſit quidam tranſitus de patre in filium: & quicquid eſt in filio emanat a patre: aut ipendiť ab ipſo: huiuſcemodi datio ſeu tranſitio poteſt denominari generatio. ¶ Siquidē naturali curſu eſſentia in huiuſmodi tranſitu de patre in filium aliter qdē ſe habet: q̄ abſolute aſſumendo ſe habebat. In quo ſigno nullus actus conſideratus: nulla exhibitio: nulla deniq̄ generatio ſimpliciter: eſt eadē patris ſubſtātia: & ſubſtantia filii: hoc eſt nō potius in uno q̄ in alio genita uel ingenita. Sed hic dūtaxat deus dicitur: non autem pater & filius diſtincte iſte ab illo. In qua quidē diſtinctiōe aliqd ingreditur: quod in abſolutis minime reperiebať. Noli tñ ex hoc intelligas: ꝙ alia inſit eſſentia in patre & alia in filio. quandoquidem in patre ingenita: i filio autem genita: conſiderando generationis tranſitionem. Sed non propter hoc aliquam ſignificat eſſentie alietatem: niſi genitum & ingenitum. Et iſtud in oībus creaturis comprobari poteſt ſi recte ipſarū generationē inſpicere uoluerimus. Eſſentia eteni noſtra abſolute ſumēdo: eſt eadē penitus cum eſſentia primi hominis. Et tamē i ipſo igenita: in nobis uero genita: Verūtñ diuiſa: quoniā de materia conſtamus. Sed deus glorioſus quū ſit actus purus: neutiq̄ diuidi poteſt. habet tamen modum generandi. ¶ Preterea querendum eſt: nunquid recte dici poſſit in diuinis filium eſſe tm̄ filium? ueluti uniuerſaliſte de abſtractis loqui conſueuerunt. Sed quum filius in diuinis nō ſit abſtractus niſi cōcretus & hic filius: non decet inferre: ꝙ ſit tantum filius: Niſi deus: eſſentia: perſona: bonū: eternum: Que deitas: eēntia: bonitas: ſapiētia & huiuſmōi: ſunt ipſius filii fundamētū: aut de quo generatus eſt. Et ſi filius nō generatur de patris eſſentia: aut ꝙ in ipſa generatione nulla ingreditur eſſentia: petimus nūc de quo fundamento conſtat filius: ſi non eſt filius tantum abſolute ſumendo: niſi hic filius. probatur itaq̄ ueluti pater eē ſubſtantiam. ¶ Amplius: ſi nihil de illo quod eſt in eſſentia abſoluta ingreditur in generatione filii: ſequiťur ꝙ ipſe filius eſt ſimpliciter nou9 creatus: quod abſurdū eſt. quia tunc non fuiſſet filius: niſi creatura uel cauſatus. ¶ Preterea omnis filius eſt ſimilis patri: Pater in diuinis non eſt filius alicuius: nec quidē filius ſic uel ſic: unde ſi filius eſt tantum filius: non poteſt eſſe ſimilis patri. Nam pater inquantum pater: & filius inquantum filius: diuerſas dicunt rationes. Quamobrem oportet ꝙ in aliquo alio fundamento ſint ſimiles: hoc eſt in eēntia atq̄ in perſonis. Et ſi pater & filius ſunt penitus idē: in eſſentia abſq̄ aliqua conſideratione diſtincta: nullatenus pñt eē ſimiles: qñquidē nulla res eſt ſibiipſi ſimilis: niſi iſta eſt ſimilis illi: unde uidetur ꝙ aliquo mō eſſentia in patre dicat aliter ſe hēre in pr̄e: q̄ in filio. per quam alietatem poſſunt denominari ſimiles: qd̄ nequaq̄ poſſet eē niſi penitus eodē modo ſe haberēt. ¶ Et hic quedam exempla de toto: de elementis imixtis: & de conſimilibus adducere poſſumus. ubi qdā dicūt: totum penitus aliud eſſe a partibus integralibus: ex qbus cōſtat. & aliud mixtū: & alterū omnio elemēta: aſſerentes: ꝙ totum emanatum tanq̄ tertia entitas ſe hēat. Sed hic ſub paucis petēdum eſt: ſi totum nihil dicit fundamētaliter de partibus qbus cōponiť: unde habet primum eſſe ſuum: qm̄ ab aliquo uel noniter creatū. Creature nō pñt aliqd nouū creare. & non eſt maior ratio: Quin potius minor. ꝙ cōpoſitum aliquarū ptium: ueluti homo ab anima & corpore quod de ipſis cōſtet q̄ de alia re. Quocirca ſeqtur: ipſam animam ſimul cum corpore aliter ſe habeť i eſſe hominis quam prius ſeperata ſe habebāt. In emanatiōibus autem diuinis intrinſecis nulla poteſt dari creatio: nullaq̄ cauſatio. Quapropter error eſſet & abſonum ponere. ꝙ filius ſit tanquam tertia entitas utpote nihil dicens fundamentaliter de ipſa eſſentia diuina. Quum a nullo alio fundamento ualeat filius ſuum eſſe protrahere. Itaq̄ uideť eſſe concedendum: de naturali conſuetudine loquendo: ꝙ ſubſtantia diuina in eo ꝙ per generationem de patre in filium tranſit: ſub ea illatione imaginando dicimus eſſentiam aliter ſe habere q̄ abſolute ſe habet. & hoc modo appellatur filius. Aliter autem naturaliter loquendo nullum fundamentum eſſentiale filii inueniremus inquantum filius eſt. Nihilominus ut ſupra diximus: nihil contra theologorum ſententiā adducimus: ſed per ſemitas philoſophorum: qui mera naturalia inquirunt procedētes deſcribimus: & hac de cauſa non ſemper obſeruamus terminos theologorum. Meo ſiquidem iudicio dum de diuinis agitur perſonis: ſuper omnia duntaxat attendendum eſt ad demonſtrandum: tres eſſe perſonas in una ſola diuinitate ab intrinſeco. ¶ Si forſitan alicui uideretur eſſe difficultatem: ꝙ eſſentia filii iquātum filius eſt genita: & in ſpiritu ſancto aſpirata: aſpiciat ſcotum: ubi ipſe aſſerit aliam eſſe infinitatem bonitatis: aliam magnitudinis: aliam iuſticie: aliqualiter inter ſe diſtinctas. aliqua diſtincta & non tantū iter ſe diſtictas: ſed ab ifinitate abſoluta uel cōi diſtictas: qd̄ difficiliſſimū uť: hoc poſſe ꝓbari. quū nulla deť i deo gn̄atio nulla ꝓductio bonitatis: neqdē iuſticie: uel de aliquo alio qd̄ attributū denoīari ſolet. & ſic ſemꝑ ifinitū & bonū ſimpliciter cōuertunť aut cōuerti poſſūt. & iuſtū & bonū cōuertūtur ſed

pater & filius nunquam conuertuntur . quoniam diuersa habent subiecta nisi fortasis diceremus : ꝙ
una sola res:est pater unius:& filius alterius:sed neq; sub hac consideratiõe filiatio & paternitas possunt
conuerti. Iustum autem & bonum semper conuertuntur : & insuper bonum & iustum a seipso solo esse
potest. pater & filius uero non ab uno solo:sed sit quomodocũq;:ꝙ scotus habet infinitatem & bonita-
tem in deo distingui. ab infinitate iusticie atq; ab infinitate essentiali absoluta:sub qua sententia aspici-
endo:facilimum est tenere ꝙ essentia filius in eo ꝙ filius:seu in filium transit est genita:idest hec essentia
assignando filium.

¶ Qualiter a natura sepe ac sepius due res inter se distincte:tanquã unum solum principium ad
unum solum opus occurrunt. unde intelligi potest:qualiter pater & filius sint unum principium in
productione spiritus sancti . & ꝙ in quocunq; actu aliqua productio datur ut inanitas in natu-
ra cultetur.

Cap. lxxxiiii.

¶ Enim uero inter doctores difficultas uersari uidetur de spiritus sancti productione : ad probandum
qualiter unum actiuum principium : & noñ duo:dicant in spiritus sancti productione. Quum due per
sone sint. siue duo supposita. & in lege habetur. Vnum tantum principium esse patrẽ & filium:in spiran-
do spiritum sanctum. ¶ Et in hoc loco ut minor difficultas sit ad concipiendum : quatenus hoc esse
queat:quedam in primis naturalia exempla adducemus:que si propria non sunt ad minus aliquam inse
runt similitudinem:tametsi semper ecclesie determinationi inherendum. Nihilominus:dum possumus:
decens est pro corroboratione nostre fidei:aliquam similitudinem adducere. ¶ Natura enim uidetur
de uariis considerationibus constare:eo quod super plura prouidere posset. Vnde ad similitudinem:que
libet res ab ipsa natura producta in se quandam considerationum pluralitatem indicat : seu in omni-
bus creaturis:dicimus:quod dato quod simplices sint omnino de actu & potentia sunt composite:hoc
est de agendi & patiendi aptitudine. & quia actio & passio duas considerationes denotant : siue actum
de presenti & possibilitatem ad futuras operationes. ibi tanquam compositio:seu duo occurrentia prin
cipia a nobis considerantur. ¶ Verumtamen prius actus & potentia saltem prioritate nature uniun
tur:q̃ posset dici angelus:anima aut aliqua alia perfecta uel indiuidua creatura. Quumq; actus & potẽ
tia sint prius uniti prioritate nature:q̃ sit angelus:dicendum est:quod actus & potentia se habent:tan-
quam unum solum principium angeli:& non duo. tamen presupponẽdo ꝙ actus & potentia tanquam
res & res se haberent:antequam angelum componant quod non ita se habẽt:qm̃ actus & potentia unã
solam rem dicunt. non omnino perfectam non omnino imperfectam. ¶ Forma & materia occurrũt
ad productionem hominis:equi aut similium:& tamẽ oportet ipsam formam & materiam alicuius prio
ritate prius uniri:q̃ sit homo. Qua de re forma & materia unite propinque se habent : tanquam unum
solum hominis principium:licet remote duo principia sint:idest diuisim materia & forma assumpte. Ho
mo & mulier occurrũt ad generationem hominis seu filii. Nihilominus anteq̃ filius generetur aut filius
uocari possit:semen hominis & semen mulieris simul uniuntur atq; unum reddunt: que unitas est ter-
minus generationis filii: Vnde patres uel semen generatiuum remote assumpti duo sunt:uerum propin
que idest in termino generationis unum tantum principium & non plura. ¶ In artificialibus siquidẽ
plures simul occurrentes in una societate tãquam unum solum principium se habent:& sic dicimus po-
pulus seu societas fecit aut facit:plures simul occurrunt ad subleuandum aliquod magnum pondus : ut
naute anchoram:& anteq̃ ipsum subleuare possint:oportet:quod omnes eorum uires uniantur non tã-
quam contigue sed continue atq; omnes simul:quapropter magnam uim causa unionis agunt:que ue
ro uirium unio:est propinquus terminus subleuatiõis anchore:ideo unum solum principium & nõ plu
ra:quãquam:remoti plures homines occurrant: & unusquisq; diuisim assumptus per se principiũ dicat:
unita sua potestate seu ui cum aliis in una sola continuatione . omnes sunt unum solum principium.
Nunc uero assumpto exemplo in creaturis aliquanto melius q̃ sine exemplo de diuinis intelligere pos-
sumus:& in primis dicimus:quod deus in se naturam habet sibi propriam:& ceteris aliis rebus alienissi-
mum . Nam perfectio:puritas:bonitas:exemptitas esse a se summe soli deo attinent:que natura eius uo
cari possunt. Vnde deus in se concesso:quod actus purus:quoniam a nullo dependet nec adherentiam
in alienis habet:in se plures considerationes concludit:eo quod super pluribus prouidens. ¶ Qua-
propter tenetur:fertilem esse diuinam essentiam: & fertilitas ĩ se aliam rationem seu cõsideratioñẽ ĩfert:
q̃ absoluta essentia. Ideo ĩ primo ordine generationis in diuinis habetur:quod intellectus diuinus intel-
ligit ipsam diuinam essentiam:non tamen solus intellectus ad hũc actum occurrit. Nãq; ẽt uolũtas uult
ipsam essentiam intelligi:iccirco intellectus et uolũtas uniti resultant aut sunt unum principium ad ĩtel
ligendum totam diuinam essentiam:in quo signo nondum de patre filio & spiritu sancto . cõsideratur:
preterq̃ de simplici intellectione. At dum intellectus in hac intelligentia reflectitur:cum fecunda memo
ria seu fertilitate unitur: que unio est tanquam terminus generationis filii : & in eo quod filius genera-
tur:intellectus simul cum memoria iam prius uniti assurgunt in patrem: ubi non se habẽt tãquam duo

principia:sed unum tantum:pater nuncupatum. Attamen intellectus & fertilitas in remotis assumptis
duo uidentur inferre.Sed quoniam prius prioritate ordinis intellectus & memoria secunda siue fertili-
tas uniuntur:q̄ generent filium: in illa propinqua unione dicunt tantum unum principium: quod est
pater. ¶Et in eo modo ac forte clarius:ut diximus: potest de spiritus sancti productione intelligi.
Nam in eo signo:quo pater amat filium:& filius patrem:pater & filius tanquam duo principia aut duo
spirantia se habent:eo quod mutuo se amant.Sed amor patris & amor filii uniti in eo signo:sunt unus
tantum amor atq; terminus propinquus productionis spiritus sancti:in qua unione pater & filius sunt
unus tantum spirator siue unus spirans.Hic enim non est considerandum per nomen substātiuum uel
adiectiuum:ut clarius intelligere possimus:nisi quod remote assumendo remotionem ordinis pater & fi
lius sunt duo spiratores uel duo spirantes:qui mutuo se amant:uerum propinque unus duntaxat spira
tor siue spirans. Quoniam prius ordine amor patris & amor filii uniuntur & resultant uel sunt unus
amor tantum:q̄ ꝙ spiritus sanctus producatur.Nam ueluti in prima intellectione non generatur filius
nisi in reflexione ipsius intelligentie.Sane eodem modo dicendum est:quod spiritus sanctus non in pri
mo ordine aspirationis inter patrem & filium sed in reflexione super unico actu amandi producitur.
quia dum pater amat filium & filius patrem:in eo signo tanquam pater & filius se habent: non tamen
hoc in spiritus sancti productione: quia ueluti productores & non sicut pater & filius. At quum iam
actus amandi patris & actus amandi filii perfecte uniti sint:dicitur unus amor tantum atq; unus produ
ctor seu spirator.& hic amor seu actus amandi unitus est propinquus terminus productionis spiritus
sancti.& quia hic amor habet originem a patre & filio:& est unus.in hac consideratione seu signo:pa-
lam constat patrem & filium esse unum spiritus sancti principium:non autem duo. Nam in reflexione
patris & filii in amore unita:spiritum sanctum producunt:que uia uidetur naturali ordine posse teneri.
Et probatur in cunctis operationibus nostris intrinsecis atq; extrinsecis. Nam circa opera que facturi
sumus:primo occurrit uerbum:deinde nomē:seu in primis operatio:& deinceps res operata.& ubicūq;
datur operatio:ibidem & aliquod opus:ut inane in natura non apponatur. Vnde fit:quod dum intrin
sece excogitamus:quandam considerationem componimus. Veluti uerba que priusq̄ pronuncientur:
aut uerba sint:per itrinsecum actum cordis paulatim ipsa edificamus.& si mulier filat:texit:aut suit:pri
us saltem natura est filare q̄ filum:texere q̄ tela:suere q̄ sutura:& filum a filare differt:licet in generatiōe
seu edificatione filare & filum coniungantur:Et oportet quod manus filatoris:& lana:linum: sericum
& similia uniantur:anteq̄ ipsum filum producatur:& filari dicatur.filare igitur duo presupponit princi-
pia:ut filum ibi generetur.Sed inquātum quod iam manus & linum prius unite sunt:haud secus q̄ unū
propinquum fili principium se habent. ¶Pariq; modo inter amare & amorem exemplandum est.Nā
ꝙ assumptis duobus hominibus mutuo se amantibus in primo signo: non proprie dici potest amor:
sed amare.Quia dum ego te amo operatio seu uerbum est:non autem nomen. & ita dicimus amo te:
non autem amor te.Quoniam amor tanquam opus ab actu amandi generatum intelligitur. Vnde fer
tur inter petrum & ioannem maximus est amor:quod dici non potest in principio amandi:nisi postquā
actus amandi ioannis & actus amandi petri simul sunt uniti:& quandam qualitatem edificauerūt:que
amor denominatur.Nam si amo amas positum in re amorem non edificaret:edifico edificas in actu po
sitū:nunquā ꝑduceret edificiū:nec filo filas ꝑduceret filū:omnes hi actus inanes a natura essent.quod
non conceditur.Quamobrem in diuinis pater & filius mutuo se amant:& hi actus amādi amorem pro
ducunt:uidelicet:spiritum sanctum.& quia in deo nulla potest dari qualitas siue accidens: nisi tantum
perfecta substantia:necesse est quod amor patris & filii perfecta res sit:siue persona. ¶Et eodem modo
de actu intelligendi assumendū est:taliter capiendo. Vbi res est:ibi operatur:ut euitetur in natura ocio
sitas:quod per omnes sapientes approbatur.Nam ueluti in natura uacuum dari non potest:consequē
ter minime ociosum quin saltem intrinsece aliquid operetur. ¶Et in eo gradu quo nulla res absq;
operatione intrinseca uel extrinseca dari potest:pariformiter nec queuis actio est danda:absq; produ-
cta operatione perfecta aut imperfecta:Vt in nobisipsis manifestatur.quia quotiescunq; ad extra reali
ter operamur:aliquem effectum producimus:ut scindendo:ꝙ rem scissam ex ea sectione inuenimus: &
ambulando etiam de loco ad locum nos demigrasse comperimus.In intrinsecis uero si cogitamus ali-
quam fantasiam seu figuram ueram uel falsam:in mentibus nostris producimus ad minus per qualitati
uos characteres mentaliter effiguramus.Si dormimus dormitionem producimus:& si uigilamus uigila
tionem. ¶Si uero poneretur imperfectas esse has qualitates:causa:quod non frequenter uno & eo-
dem modo manent.Respondetur:ꝙ pro nunc disputatio nostra consistit in probando:nullam rem si-
ne actione dari:neq; operationem sine opere per ipsum actum producto: quod omnibus patet expe-
rientia.

¶Cum necessario concedi oportet:ne uerum naturalem ordinem rumpamus: ꝙ in pri-
mo ente siue in deo:sint tres persone:nō magis neq; minus:eo quod duo actus intrinseci &
non plures. Cap.lxxv.

¶Assumpto ut superius uidimus q unaqueq res operationē habet:& oīs recta opatio seu actus operādi productum opus nanciscatur. Tum sic: deus est res:ergo deus habet proprium actum operandi. proprium igitur intrinsecum:intrinsece operatur:ergo ista operatio itrinsecum opus producit:seu generat:quod nullo sano intellectu negari potest. ¶At nunc de perfectione operis uidendum est. Vtrū uera uel falsa sit:siue an realis uel imaginaria:non falsa:quia deus sūme uerus atq actus purus:& ī actu puro nullus modus chymericus dari potest: quin realis & actus purus sit. Itaq concedendum est:si uolumus aut nolumus:intrinsecam dei actionem producere uel generare personam siue fructū realem: aut dicendum est:quod deus nullam intrinsecam actionem habeat:quod est absurdum:quum ipse ab intrinseco & non extrinseco actus purus sit. Quocirca primum in seipso operatur:& deinde tanquam ad extra creaturas aspicit seu producit:& dum intrinsece non operaretur:solus deus in natura uocaret ocio sus. si autem operando nil produceret:omnino esset tenendum uanam esse operationem suam: quod nempe erroneum:ita opponere. Quum deus perfectissimus atq actus purus sit: in quo nulla uana seu inanis operatio stare potest. & si non uana quia ab intrinseco operatur:oportet quod ab intrinseco aliquem realem effectum producat. Nam de natura:ut in nobisipsis comprobatur:in primis est actio intrinseca:& propinquum opus ipsius:& deinde extrinseca actio resultat:atq opus ab ipsa actione productum. ita quod difficillimum erit:& incogitabile:dum profundius discernere uolumus: quod non sit in deo uel essentia diuina plusq̄ā una persona:quum in deo intrinseca operatio necessaria detur. Vnde etiam necessario perfecta aut imperfecta. si perfecta:realem effectum intrinsecū producit:si uero imperfecta:frustra deus itrinsece elaborat:quod stare nequit. quum summ: perfectissimus sit:atq actus purus. Oportet ergo necessario irreligiosos aut legē fugientes unum de duobus respondere:uidelicet:aut quod deus est penitus ab itrinseco ociosus:aut propria eius operatio est frustra:neutrum stare potest:ergo est concedendum in deo siue essentia diuina:plus una persona esse:realiter capiendo:& oppositum tenere proculdubio cōtra naturalem ac necessarium ordinem esset. ¶Preterea dum cognoscere uolumus quot persone in una sola essentia diuina esse queunt:de intrinsecis actibus diuinis uidēdum est. Nam tot sunt persone:quot intrinseci actus in deo. quia actus purus:& in uno instanti eterno tantummodo operatur:impossibile est absolute quod ibi dentur:nisi duo actus proprie dicti intrinseci:uidelicet:in primo:prioritate ordinis:naturaliter assumendo seipsum intelligere:& in secundo se amare. sed nullum olitum seu amatum quin prius cognitum. Vnde oportet quod in ordine deus seipsum prius cognoscat:q̄ amet:non prioritate durationis:nisi tantum ordinis:& ultra seipsum intelligere & amare: nullus aliu actus intrinsecus dari potest:qui ad extra non aspiciat:& quicquid ad extra aspicit:nō omnino proprium: simpliciter assumendo:eo quod in aspicientia ad extra generatur: non potest esse de propria aspicientis essentia. Ita quod quum in deo tantummodo duo actus esse queant:idest intelligere & amare:due tantum productiones esse possunt:uidelicet intellectio & amor:& dicimus productiões per emanations intrinsecas. nam a natura loquendo:productiones intrinsecas dicere possumus:p simplices emanatiōs:& in diuinis due tantum emanationes:non autem plures:quum ibi non dentur plures actus intrinsece. & hic uere sufficiens fundamentum assumere possumus: qualiter spiritus sanctus a patre & filio procedat:licet uideatur a patre assumere principium originis seu ordinis: naturaliter loquendo:non solum in eo quod pater cōicat filio qcqd habet in se:uerū ēt qa deus cognoscēdo seipsum uel totā diuinā essentiā:pr cōstituit ī ea itelligēdi perfectiōe:& filiꝰ generat ī ea prīs cōstitutiōe. qm pr & filius relatiue se habēt:& relatiua in eodem signo dantur: tametsi filius a patre per illationem origina ri dicat. Et quum pater perfecte se intelligit:amat se:aut totam essentiam diuinam. quia bonum & fertilem ac productorem seipsum cognoscit:oportet quod etiam filium amet: prius ordine q̄ spiret spiritū sanctum. Nam ueluti actus intelligendi precedit actum amandi:ita & intelligentia producta productū amorem precedit. & pater & filius relatiue se habent:& quicquid pater habet filio cōmunicat:de ordine necessario sequitur:quod dum pater intelligit se esse perfectum:sibi similem generat. Vnde non potest prius amari essentia diuina:& deinde filius:quoniam in eadem intelligentia producit filium. Quocirca seipsum amando:quia bonus & fertilis & hoc est post intellectionem:& intelligēdo producit filiū:oportet qd ī primo amore filiꝰ a prē amet:& qa filiꝰ relatiuus mutuo amore correspōdet patri. & sic amorē producit atq unum tm̄ & nō plures. Nam si stare potest:qnod deus primo seipsum perfecte intelligat:& deinde perfecte se amet antequā filium generaret:difficultas esset ad probandum:quod duo spiritus sancti non essent. Sed in eadem perfecta intellectione generat uerbum siue filium:proculdubio tenendum est: quod generatio omnem amorem in deo precedat. Quoniam actus intelligendi precedit actum amandi:& in eodem signo quo seipsum perfecte intelligit:generat filium. Sequitur:q se amando filium amat:quum iam in ultimato actu intelligendi productus. quāquam in generatione filii uideatur reflexionem esse inter intellectū & fertilitatem seu memoriam fecundam. Sed quia totum hoc absq aliqua distinctione est: de ipso actu intelligendi. Sequitur: quod dum pater seipsum amat:eo quod se producentem ac fertilem cognoscit: amat etiam filium: & amatur ab eo: & sic spiritus sanctus producitur. Namq aliter sequeretur: interuallum dari inter generationem filii & actum amandi: inter

filium & patrem: si postquam filius generatur pater se amaret:& deinceps per alium actum uel signum amaret filium:quod stare nequit.& probatur:quia sequeretur primum actum intelligendi tanquam fru stra esse:eo quod nil producebat Et sicut pater non potest seipsum amare postquam generat filium: in uno signo & in alio amare filium minime:postquam perfecte se itelligit potest seipsum amare:& denuo filium generare. Quoniam actus intelligendi in ordine absq; distinctione semper sequitur:quousq; per fecte generat intelligentiam.quia aliter duo actus intelligendi darentur:unus primus: & alter secun= dus:qui intrinsece dari nequeunt:ut superius uisum est:quia deus actus purus. Si enim duo actus intelli gendi & duo actus amandi darentur:fuissent due intelligentie producte:& duo amores:quod stare ne quit:Quum ab intrinseco tãtum nosipsos intelligere possimus & amare.per unum instans deus est sim= plicissime simplex:& operatur in uno solo indiuiso instanti. Itaq; unum solum intrinsecum actum intel= ligendi:atq; unum amandi habet:& in duobus actibus due productiones. Et si opponeretur quod deus ab intrinseco plus quam duos actus habet: assignet qualis sint. Ego uero ipsos non itelligo: ¶ Deus enim non potest seipsum bonificare:non iustificare:non grandificare:non eternare: sed seipsum tãtum intelligere atq; amare:& intelligendo de propria essentia intelligentiam generare. quia purus actus & perfecte operatur:dum seipsum intelligit.& in quacũq; perfecta operatione opus productum datur:igi tur in essentia diuina est aliqua persona producens.& aliqua producta. Vnaqueq; res perfecte se amãs: & cognoscens se esse dignissimam:de necessitate amat se: In deo:quia perfectissimus est perfectus actus amandi:ergo ibi est productus amor.

¶ Quomodo dicatur spiritus sanctus ad incarnationem uerbi diuini occurrisse:tãquã dans gra tiam non autem ueluti pater. Cap.lxxvi.

¶ Verumtamen interrogari potest:quomodo spiritus sanctus in incarnatione uerbi diuini se habeat: quum in credo de Christo cantetur. Et incarnatus est de spiritu sancto:Natus ex Maria uirgine:in qui= bus uerbis spiritus sanctus uidetur tanquam propinquus minister incarnationis Christi:& propinquus minister siue expositor in naturalibus loquendo tanquam pater solet se habere:maxime iuxta aristote= licam opinione dicentem:quod nil de semine patris in compositionem filii ingreditur:nisi quod dunta xat in mulieris semine elaborat.qua de re sub hac opinione spiritus sanctus cooperans cũ uolũtate do mine nostre in uentre uirginali:ut ibi Christus incarnaretur:precise tanquam pater se habuisse uidetur quod nempe longe aliter tenendum. Nam spiritus sanctus in incarnatione Christi uirtus altissimi su= perueniens in domina nostra fuit:ut ipsa omnino digna esset ad concipiendum uerbum diuinum in uẽ tre:& tamen spiritus sanctus nihil ibi de sua substantia produxit. Hoc est non uerbum diuinum nõ ani mam neq; corpus ipsius christi:nisi quod gratiam tantum in domina nostra contulit.& omnis pater ali quam de seipso intrinsecam substantiam prebet:ut de hac materia explicando latius innotescet. Si enim pater nullam substantiam ex parte sua poneret:naturaliter nunquam filii assimilarentur patribus: nisi matribus tantum:& quod de patris semine in filios ingrediatur:in cunctis productionbus per genera= tionem actis comprobatur. Nam in edificationibus domuũ:uasorum:& similium:non accedit putrefa= ctio aut dissolutio:de specie in speciem:nequidem intrinseca generatio.& quia in productione homi= nis contingit transmutatio illius seminis in alteram speciem:ibi uere intrinseca generatio. Vnde opor tet:quod semen patris & matris simul occurrant. Sed spiritus sanctus in incarnatione Christi gratiam tantum prebuit in modo administrandi domine nostre:quapropter etiam in incarnatione Christi ali= qualiter dicere possumus:duo remota principia extitisse. Videlicet:spiritum sanctum:seu uirtutem altis= simi:& domine nostre uoluntatem siue consensum. Attamen prius prioritate originis uel ordinis uir= tus altissimi superuenit in domina nostra:q̃ in ea uerbum diuinum incarnaretur.qua de re uirtus & uo luntas Marie uirginis unite sunt:tanquam unum solum principium incarnationis christi.

¶ Quomodo intelligendum sit:spiritum sanctum a patre & filio emanare:non autem a patre so lo. Et q; dicendo filius est de substantia patris: non intelligitur possessiue; nisi idem in substantia cum patre. Cap.lxxvii.

¶ Dum penes naturalia merita in diuinis seu in diuinitate dei personarum pluralitatem querimus: de prima & secunda persona:facillime inuenimus: Verum de tertia aut citra duas omnino difficilius. Posi= ta tamen prima & secunda persona:tanquam una earum generãs & altera generata:necessario ibi est ponendus amor:inter generans & generatum. Quoniam omne generans ab intrinseco per cognitio= nem de iure pater uocatur:& generatum filius. Et quum natura & consuetudine pater amet filium: & filius patrẽ:psertim si ambo boni sunt:generator ĩ diuinis ẽ optimus: & optimus generatus:necessario seqt:mutuo ac pfectissime se amare.& qa mutu9& pfectissimus amor:ex eo qd ñ de partib9:nisi qd de to to eẽ uel posse suo perfectissimus amor inter patrẽ & filiũ in diuinis sit:& quia amor ubiq; a natura gra

tiam dicit:siue auxilium aut aptum ad subueniendum.productio in diuinis a patre & filio mutuo amo
re spirata:spiritus sanctus seu gratia in diuinis denominat̃ gratia tñ producta seu ĩspirata. ¶Et op-
ponendo:quod spiritus sanctus a solo patre procedat:non solũ esset difficile imo & difficillimũ: quod
amor productus in diuinis daretur eo quod fortior amor est:tanquam ad extra exiens a duabus per-
sonis productus: q̃ si ab una sola: quia alter alteri suffragari uidetur. Ex quo maior flagrantia uel
amoris incendium oritur.Quambrem penes naturalia merita procedendo concedendum est:spiritum
sanctum in diuinis a patre & filio emanare:& nõ a patre solo neq; a filio solo sed ab ambobus. Verum
tamen tanquam ab uno solo principio productiuo. ¶Licet in euangelio filius dicat: quum uenerit
paraclytus quem ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis: qui a patre procedit ille testimonium
perhibebit de me:& uos testimonium perhibetis quia ab initio mecum estis. ¶Dicendo spiritum ue-
ritatis qui a patre procedit:prima fronte assumi potest a solo patre procedere.Sed dum anterius aspici
mus:palam uidemus.Qualiter nec de uirtute sermonis nec aliter:dicit a patre solo:nisi a patre.Et quũ
habeatur quod pater & filius unus sint.& non plures.Quicquid procedit a patre procedit etiam a filio
& sic Christus ait:Mea omnia tua sunt:& tua mea sunt. ¶Et alibi.Sicut pater habet uitam in semet-
ipso:sic dedit & filio uitam habere in semetipso. ¶Et in alio euangelio.Tanto tempore uobiscũ sum
& nõ cognouistis me:Philippe:q uidet me uidet & patrẽ meũ:& quomodo tu dicis ostẽde nobis patrẽ?
non credis quia ego in patre & pater in me est?Verba que ego loquor uobis a meipso non loquor:pa
ter autem in me manens ipse facit opera. ¶Et alibi si diligeretis me: gauderetis utiq;: quia uado ad
patrem:quia pater maior me est. ¶In quibus uero plura aperiuntur:primum:qualiter in diuinis pa-
ter & filius unus sint:filius in patre & pater in filio:& quicquid unius est:est itidem alterius. Insuper re-
prehensio erga discipulos eo quod tam diu cũ Christo steterant & non cognouerunt filiũ in patre &
patrem in filio esse:seu ꝙ in uidendo unum alium uidebant:Idem de ordine inter personas declarat:ut
dicẽdo:uado ad patrem:qa pr̃ maior me est.Hic aũt maioritas pro prioritate ordinis assumit̃:eo qd de
cõsuetudine loquẽdi & naturali cursu primus ĩ ordine aliqualiter maior denominari solet:q̃q̃ hic dicer̃
possimus:quod in his uerbis maior ĩtelligatur in eo quod filius simul cum diuinitate erat homo :aut ꝙ
uerbũ erat deus & homo:& inquantum homo minor patre atq; minor uerbo.Sed q̃uis caperemus ꝓ
personis diuinis tantum:idest pro filio & patre:in eo quod in ordine pater est prior:& cõmunicans fi-
lio quecunq; filius habet ĩ modo loquendi:saltem dicere possumus:patrem esse maiorem filio:idest:prio
rem in ordine:& quod filius a patre omnia assumat per uerba filii uideri potest: ut dicendo. ¶Sicut
pater habet uitam in semetipso:sic dedit & filio uitam habere in semetipso & potestatem dedit ei iudici
um facere:quia filius hominis est. ¶Quumq; natura prius in ordine consideratur dans q̃ recipiens:
& aliquatenus dans & prior aliquam maioritatem denotat: saltem in ordine seu modo loquendi:recte
Christus dicit. ¶Vado ad patrem:quia pater maior me est.Non intelligas maior precise assumendo.
Quoniam quicquid pater habet filio cõmunicat:& simpliciter ac de toto ẽe suo ipsum generat. Et ubi
nulla compositio nisi actus purus simplicissime assumptus:ordo datur tanquam prius & posterius:in eo
quod ordo. Sed non realiter prius & posterius neq; magis & minus non prius non posterius: quia ab
eterno:ubi prioritas & posterioritas non datur:necubi maior & minor. Quoniam uero Christus de or
dine procedendi sepe loquebatur:hoc modo:in patre priusq̃ in filio exordiendum erat. ¶Taliterq;
intelligendum est.Vbi ait quum uenerit paraclytus:quem ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis:
qui a patre procedit. ¶Quia hic a priori in ordine locutio incipit in patre: & tamen inquit:Quum
uenerit paraclytus:quem ego mittam uobis a patre spiritũ ueritatis:qui a patre ꝓcedit.quia hic a prio-
ri in ordine locutio incipit in patre:& tamen inquit:quum uenerit paraclytus:quem ego mittam uobis.
Vnde tanquam de proprio loquitur:eo quod dicit:quem ego mittam. ¶Et alibi quum autem uene-
rit ille spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem:non enim loquetur a semetipso:sed quecũq; au
diet loquetur:& que uentura sunt annunciabit uobis:ille me clarificabit:quia de meo accipiet:& annũ-
ciabit uobis. ¶Et in altero loco.Ille testimonium perhibebit de me:& uos testimonium perhibetis:qa
ab initio mecum estis.Et hec uerba plura in se continẽt secreta.Primum:ut dicendo:Nõ enim loquetur
a semetipso:sed quecũq; audiet loquetur:& que uentura sunt annunciabit uobis. Ille me clarificabit:qa
de meo accipiet. ¶Et in his uerbis sub eadem sententia loquitur:de spiritu sancto cum filio ueluti de
patre cum filio:ut dicendo.Verba que ego loquor uobis a meipso non loquor:pater autem in me ma
nens ipse facit opera:pari modo ego manens in spiritu sancto facio opera:quoniam a meipse accipit.
¶Vlterius asserendo:Cũ uenerit paraclytus quẽ ego mittã uobis a patre spiritũ ueritatis qui a patre ꝓ
cedit:ille testimoniũ perhibebit de me & uos testimoniũ perhibebitis:qa ab initio mecũ estis. ¶Spiritꝰ
sanctus operando in disciplinis Christi aperuit: atq; confirmauit: Christum uerum deum & hominem
esse:& discipuli etiam per ea que uiderunt:ubi cum Christo steterant testimonium perhibebant:siue fa-
ciebant.Vnde in operibus a spiritu sancto peractis atq; in uerbis discipulorum: querendum est utrum
spiritꝰ sanctꝰ a pr̃e & filio ꝓcedat:an solũ a pr̃e p discipulorũ cõfessionẽ:saltẽ:q; maior pars dicit spiritꝰ
sanctus ꝓcedit a patre & filio:Igit̃ hoc penitus tenẽdũ.Ipsi enĩ potestatẽ hẽbant ad diuulgãdũ & maiie-

standum christi doctrinam:naturam:ac potestatem.Quūq; discipuli aut maior pars:ut dictum est:uide licet : quod spiritus sanctus a patre simul cum filio procedat:praua uideretur presumptio aliud teneri.

¶Eo potissimum quod dicit:qui a patre procedit.Nam ut uidimus de ordine loquendi dum de diui nis personis agimus:a patre est primordiandum. ¶Et sic rectius dicimus aut saltem uidetur dici:fili us est de substantia patris:q̃ si promeremus pater est de substantia filii:licet de eadem indiuisa substan tia & non a pluribus semper tamen indiuisa manente. ¶Ita:quod quāuis propter illud signum de: uideatur quod essentia filii in hac locutione diuidatur ab essentia patris:aut quod patris essentia sit tan quā possessor essentie filii.dicendo filius est de essentia patris : non ex hoc ab intrinseco ibi diuisio nec possessio denotatur:nisi tantum indiuisa idemptitas.Et quod possessio nō significet in omnibus rebus quibus de:ponemus:de consuetudine loquendi patet.Dicimus enim in hominibus filius est de specie pa tris:& etiam pater est de specie filii:& tamen pater non est species neq; filius species. Vnde filius non de specie patris tanquam possessiue:Sed de eadem specie cum patre intelligitur : aut de eadem specie qua pater est.Quoniam in ablatiuo plura absoluta ponuntur:non tantum dum absq; signo propositionis loquimur.ut dicendo Gaudeo bonis nouis uel deo auspice.Sed cum signo prepositionis:ut de : quan doq; tanq̃ absolutum significat quemadmodum uisum est.Nam de in ablatiuo cōmuniter possessiōem aut discessum denotat:& tamen dicendo filius est de specie patris ibi non possessio neq; discessio signifi catur:nisi idem in specie:tanquam absolutum.q̃uis ibi duo signa possessionis ponantur.quia dicendo: hoc est de patre.possessio significatur:& hoc est patris similiter possessio.Vnde si diceremus filius est de essentia patris:duo possessionis signa pronunciantur : hoc est de in ablatiuo & patris in genetiuo. Et duo signa maximam confirmationem gignunt : que & uno signo tantum ualidior : Vt uideri potest: ita dicendo : filius est essentia patris : aut filius est essentia de patre : incorrepte se habet . hic enim nil aliud infert q̃ si diceremus filius est origo patris:siue ea origo de qua pater constat filius est.ut in uulga ri diceretur.el figlio e la essentia del patre:quod male sonat:unde primitus ponendum est signum de : q̃ ipsa essentia ponatur:ueluti dicendo filius est de essentia patris.quia inter filium & essentiam de inter ponitur.Et similiter ponendo:duos genitiuos stare potest promendo:filius est essentie patris.Videlicet eiusdem essentie cum patre.Sed ponendo filius est essentia patris:origo patris diuinitas patris : deitas patris:stare nequit.hec enim fundamenta patris filii & spiritus sancti sunt.Et filius nō est origo patris : sed deitas origo est.Vnde non potest dici filius est essentia patris:nisi de essentia patris . & tamen recte dicitur equus est hominis:canis:aut domus:& familia.nec ullum istorum significat originem: uel essen tiam hominis:nisi possessionem tantum:eo quod homo non habet pro origine canem:equum: domū: & familia.nisi per originem essentiam:substantiam:& humanitatē : Sed si diceremus equus uel canis est essentia aut humanitas hominis:hec fuisset falsa.quoniam in eo tunc equus non significaret possessio nem:nisi tantum hominis originē. ¶Et recte poneremus equus est de ornamēto hominis:aut equus est iuuamen hominis.At dicendo:equus est substantia hominis nil aliud pronunciaremus: q̃ substan tia nostra est equus. ¶Quapropter dici non potest filius est essentia patris:eo quod tunc filius tan quam origo ipsius patris significaret ita quod dicendum erit filius est de essentia patris:scilicet:eadem essentia patris & essentia filii:eo quod indiuisa essentia. ¶Sed dum proferremus filius est de genera tione uel spiratione patris:tunc non intelligeretur idemptitas patris & filii:sed diuisio.nam filius a ge neratione actiua ortum habet:& sic generatio actiua & generatio passiua realiter distinguuntur. quo niam pater & actiua generatio idem sunt:& idem filius & passiua generatio: & patri competit filium generare:non autem essentie.& sic recte intelligeretur distinctio inter patrem & filium:dicendo:filius est de generatione patris:& non assumitur distinctio:promendo:filius est de essentia patris.quoniam generatio actiua & generatio passiua seu generatio patris & generatio filii:distinguuntur: & essentia patris essentia filii & essentia spiritus sancti idem absq; aliqua distinctione sunt. Vnde habetur : quod essentia non generat neq; generatur.eo quod ibi tanquam uniuersale ad patrē:filium & spiritum san ctum se habet.pater autem quia distinctus a filio & spiritu sancto:generat.Ita quod dicendo:filius est de generatione patris:ibi distinctio significatur.sed ponendo de essentia patris idemptitas refertur:eo quod filius inquantum essentia non est generatus:sed idem cum patre & spiritu sancto:Attamen quo ad filiationem a patre diuiditur . Nihilominus filius non significat de patre in modo possessiuo : con cesso:quod absolutum non dicat.Quoniam si dicimus uenio de ioanne:uenio de domo:non propter hoc assumitur quod ego sim de ioanne nec de domo:nisi quod de ipsis uenio . aut de eo loco ubi ipsi sunt.Et sic filius uenit de patre:aut a patre generatꝰ.sed non ex hoc possessiue intelligitur.nisi illatio tā tum seu emanatio de uno ad alium. ¶Et ut de emanatione filii dicimus:ac de idēptitate in substātia cum patre : de spiritu sancto cum patre & filio intelligimus . quoniam ab ipsis emanatus : Vt sub paucis hic intelligi potest:tamen oportet in aliquibus iam superius adductis fundari.precipue in duo bus.Primum siquidem naturale fundamentum est : ut superius iam uidimus:& secundum circa auctori tates Christi . de natura apparuit qualiter intellectus diuinus prius intelligit totam essentiam diui nam : q̃ se amet & absq; alia sectione seu interuallo signorum diuertentium ad aliam operationem.

ibi scilicet intelligendo:uerbum siue noticia generatur:in qua generatione relationes cōstituuntur hoc est paternitas & filiatio : & in altero signo aduenienti secundum ordinem pater seipsum amat simul cū tota diuina essentia.& quia filius iam est productus & est essentia:necessario quoq; oportet ipsum amare:atq; ab eo amari . Et quod necessarium sit preter naturale fundamentum:ex auctoritate etiam probatur . quum habeamus filiū esse in patre & patrē ī filio.& quicqd pater habeat filio cōmunicat preter paternitatem . Hoc ergo assumpto impossibile est:q pater fundamentaliter se amet:quin filium quoq; amet:eo q qcqd est in patre est indiuisum in filio:pter paternitatē.ī quo signo aut post cōmunicationē p patrē in filio:nullatenus pōt pr aliqd intrinsece opari:quin filius quoq; occurrat:eo q pr nullā habet diuinitatem essentialitatem atq; deitatem;sine filio.neq; ab ipso diuisa.Itaq; non potest sine ipso fundamentaliter operari.Quecūq; enim sunt patris:sunt filii:& quecūq; sunt filii sunt patris:ut per christum testatur dicentē. ℭMea omnia tua sunt & tua mea sunt.Vnde per naturam & auctoritatem:facile pbari potest:spiritum sanctū non posse a solo patre procedere:nisi a patre & filio simul. ℭAnimaduertendum est autem ne duos actus intelligendi intrinsecos in deo ponamus. Nam tunc sequeretur duos esse filios:aut q alter istorum actuum sine fructu esset:ne qdem duos actus amandi tāquā unus prius & alius posterius:preter unum tantum continuatum actū:quāquā pater & filius simul ament . sed si unus actus amandi prius & alius posterius:essent duo spiritus sancti quod stare nequit.qm̄ duo tm̄ intrinseci actus.i.amādi & intelligendi.

ℭQuonam pacto per naturam atq; auctoritatem facile uideri potest:spiritum sanctum:a patre & a filio simul procedere.

Cap.lxxxviii.

ℭIn hac dissensione inter latinos & modernos grecos plura in euangeliis assumpta adinueniunt conformia ad probandum:quod spiritus sanctus etiam a filio ueluti & a patre procedat. ℭNam cum christus dicat:mandabo uobis spiritum sanctum:qui de meo accipit:& ipse docebit uos.non intelligitur qd spiritus sanctus accipiat doctrinam:nec quidem potestatem a christo : cum spiritus sanctus etiam deus sit.Sed quia tertia psona assumit productionem siue emanationem a secunda psona:simul cum prima. ℭPreterea greci:ueluti & latini asserūt:spiritū sanctū eē amorē iter patrē & filiū. Nūc sic:aut qd pr & fili9 mutuo se amāt:aut qd sol9 pr amat:uel qd separatim amāt.nō ē dicēdū patrē amare filiū:& ab ipso non amari.cū hoc contra naturalem ordinem habeatur:nec quidem separatim amant : sed mutuo seu coniunctim.nam si pater diuisim amaret filium:unum per seipsum produceret amorem : & pariter filius amando patrem alterum produceret:ita quod essent duo amores:non autem unus tantum:quod est contra legem : & naturalem rationem . ut agendo de emanationibus uisum est . nam nil amatum: quin prius cognitum.& sic in eo instanti aut immediate:quod pater generat filium:cognoscit ipsum:& super hanc cognitionem amat eum:& cum pater & filius sunt relatiua:patet:in uno & eodem instanti unūquemque amare alterum : & ab ipso amari.super unam.n.mutuam beniuolentiam unum tantum producunt amorem.Vnde pater & filius se habent tanquam unum solum principium:eo quod prius uniuntur:quam amorem producant: unde nullatenus potest spiritus sanctus a patre solo procedere : nisi a patre & a filio simul. ℭVlterius dum philippus inquit:ostende nobis patrem & sufficiet nobis: palam christus denunciat qualiter ea que de patre sunt:etiam de filio:dicens fere in modo reprehensionis: tanto tempore uobiscum sum & non cognouistis me:philippe qui uidet me uidet & patrem :non quod ego in patre & pater in me sit. ℭEt alibi loquendo cum patre omnia mea tua sunt : & omnia tua mea.Et in alio loco:ego & pater unum sumus:in quibus uerbis & aliis similibus sine enigmate christus aperit:qualiter in diuinis pater & filius unum principium sunt.unde necesse est procedendo:dicere:spiritum sanctum a patre pariter & a filio procedere.Vnde idem est intelligendum:dum dicitur : pcedere a patre & accipere a filio. ℭEt sic plures greci:dum hec aspiciunt:concedunt quod si spiritus sanctus procedit a patre: etiam a filio. tamen quod non decet exponere uel dilatare euangeliū:aliter quam in textu se habet:& tamen hec opinio stare non potest.Cum manifeste in lege ueteri atq; noua multa sub figura dicta sunt:& alia plura in paucis uerbis:& ea que breuiter scripta sunt: atq; in figuris pro dubio solutionis.expositionem petunt:ut in christo uideri potest . cum ipse declarabat nonnulla que in parabolis dicta erant:& alia ea que breuia erāt ueluti dicendo. ℭVado ad patrē quia pr maior me est:& quia discipuli non intelligebant:asserit:quod qui uidet ipsum uidet & patrem.& non tantum christus exponebat euangelium:dum opus erat:sed promisit mandare spiritum sanctum:ad docē dos apostolos omnia:que facturi erant.& iuxta legē omnes sancti:aut ueri discipuli dei:a spiritu sancto illuminati sunt.ut p pmissionem christi apparet.Vnde auctoritatem assumunt:ad exponendum sacram scripturam.nam si nihil de dictis prophetarum exponeremus nullam haberemus cognitionem de aduentu Messie:nec quidem de redemptiōe humanorum & sic pater qua de re sepenumero sacre scripture expositionem poscunt. ℭPreterea euangelia de missione spiritus sancti agentia:oportet cum altero euangelio concordari : ut melius ea que querimus concipere possimus . ubi Christus dicit discipulis . ℭPax uobis : sicut misit me pater & ego mitto uos . & cum hec dixisset insufflauit & dixit

eis:accipite spiritum sanctum. ¶In his autem uerbis christus palam ostendit a seipso spiritũ sanctũ discipulis prebere:& alibi asserit:oportere ꝙ ipse uadat ad patrẽ:ut spiritus sanctus ad apostolos ueniat.& tamẽ dicẽdo insufflauit & dixit eis accipite spiritum sanctum:denũciat ꝑ seipsum spiritum sanctum dare priusquam ad celum ascenderet post resurrectionem.sed cum non sit inferendam aliquam dissensionem esse in uerbis christi:uidendum est:quonam modo he due auctoritates simul cõueniant. & ut facilius ueritas inotescat:aliqua dicta dȩ uetere lege adducemus:ueluti dicendo. ¶Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram & super hedificationem turris Babilonis loquendo:uenite descendamus:uideamus opa eorum.in quibus auctoritatibus uidetur personas diuinas consilium inter se inire super ea que operanda sunt:eo ꝙ unaqueq; persona simul cum aliis in operãdo conuenire uideatur.quoniam omnes tres persone semper equaliter simul operantur.non autem una absq; cõsilio & consensu aliarum.& tamen unaqueq; per seipsam ad operandum omnimodam habet potestatẽ & ita filius mutuo amore cum patre inspirat spiritum sanctum:atq; de spiratione sua tanquam de propria super discipulos insufflauit spiritum sanctum:& tamẽ quia pater etiam spiritat:ad ipsum ire oportet ut consilio factum sit:consilium intelligas:in modo nr̃o loquendi:mittat spiritum sanctũ ad apostolos.Et hic recte capi potest a patre procedit:idest consensu missionis:qui patri attinet:mãdabo uobis. nam cum etiam patri spiritum sanctum spirare competit:quoq; ipsum cõtentari ex sua parte:ut spiritus sanctus ueniat ad uos:decet. ¶Et ꝙ talis extitisset modus loquendi christi omnibus aspicientibus patet.quoniam iusta locutionem eius: Iam uidebatur equalem atq; idem cum patre esse:Iam uero minorem:tunc diuisionem in operãdo inter patrem & ipsum ponere uidebatur & tam simpliciter per seipsum operari dicebat:ueluti:dum ait. ¶Philippe qui uidet me uidet & patrem:quia ego in patre.& pater in me est.alias uero uidebatur maioritatem ĩ patre apponere:sicut dum in resurrectione Lazari: ꝙ gemuit:atq; leuatis occulis in celum uocem magnã emisit.Vnde uidetur pro resurrectiõe Lazari patrem orauisse.Et in passione. ¶Pater si possibile est:transeat a me calix iste.quandoq; enim per seipsum operari ostendebat:ut dicẽdo. ¶Quia cognoscatis ꝙ filius hominis potestatem habet remittẽdi peccata:tibi dico paralitice surge:& ambula. ¶Alibi:& quodcũq; petieritis patrẽ ĩ nomine meo hoc faciam.in qua auctoritate palam ostenditur:christum ipsum deum omnipotentem esse.quoniam in nomine suo dicit esse petendum:& omnis optima petitio in nomine dei agenda est:eo magis ꝙ hic non asserit patrem:ea que in nomine filii petierimus facere:nisi ꝙ ipse filius faciat cum dicat hoc faciam.

¶Cur una paternitas uni tãtum filiationi correspondere põt:ꝙ dicamus in deo uel in creaturis: unde oportet ꝙ persone diuine per actus cõstituantur:non per relationes. Cap.lxxxix.

¶Quo autem facilius intelligamus quid paternitas ubiq; aut in omnibus patribus dicat:etiã de creaturis:aliquid agendum est.nam si patres & filii ꝑ paternitates & filiatiões distinguũtur:oportet in quocũq; patre tot paternitates assignari:quot filios generat.Quoniã unusquisq; filius per relationẽ ad paternitatẽ filiationẽ dicit.Vnde sequit̃ qđ ad plures filiatões plures paternitates sunt:nõ dant̃ ĩ uno solo hoie plures paternitates abstracte:ergo ñ plures filiatiões.qm̃ ad quãcũq; filiationẽ abstractã pticularẽ uel uniuersalẽ realẽ aut intẽtionalẽ:aliqua paternitas correspondet.filiatio istius filii nõ est filiatio alterius.quãquã iste & ille ab uno solo patre generẽtur.sequitur:quod paternitas per quã ista filiatio est filiatio:est distincta a paternitate:per quã alia filiatio est filiatio.Et quod filiationes seu aspicientie plurium fratrum ad patrẽ suũ diuise sint:probatur ita dicendo.Detur quod omnes filiatiões ab uno patre orte sint:idẽ tunc sequitur.quod si unus eorum filioꝝ seruat precepta patris aut debitum ipsius : in eo quod filiationem deducit ad patrem:pro se & omnibus aliis simul soluit:ueluti apparet dum ad soluendũ aliquod debitum duo homines aut plures obligantur equaliter uel unusquisq; pro toto. Vnde fit quod si unus eorum soluit:pro omnibus supplet.obedientia aut sequela unius filii non soluit pro omnibus aliis erga patrem suum:constat plures ac distinctas filiationes ab ipso patre habere.& si debitum fuisset unũ tantum ex parte patris idest una paternitas sola:obseruato ordine unius filiationis adimplerentur omnia attinentia uni paternitati:non adimplentur.ergo si plures filiationes etiam plures paternitates:eo quod unaqueq; filiatio per se habet ab omnibus aliis filiationibus distinctam obligationem directam: & unus filius pro alio in hac obligatione soluere nequit.non dantur plures paternitates reales in uno solo patre:igitur paternitates & filiationes sunt respectus tantum inquantum tenemur generatoribus: non autem alique res reales in se.quoniam a quacũq; paternitate filiatio datur.tum etiam econuerso a filiatione paternitas quum in abstractis nõ detur magis & minus.In concretis uero aliter se habere potest.Vnus enim pater plures filios generare potest:sed nõ in uno solo actu generationis:uerum in pluribus.& qa ꝑ plures actus uarii filii generant̃:secũdũ diuersos actus generãdi distincti nascunt̃ filii:& sic tot filios põt unusq̃sq; hẽre:quot fuerĩt in eo actus generãdi.& qa actus generãdi istius filii nõ est actus generãdi illius:oportet necessario quod iste fili9 & ille fili9 sint ĩter se distincti:quũ unusq̃sq; ad actũ suũ ꝑ quẽ generatus est correspõdeat.Et qm̃ unus solus pr̃ seu homo põt pluries occurrere ad actũ generãdi:& hic actus & ille actus sunt distincti:unus solus pater potest plures habere filios.Nam filii non distin

gustitur a patre:in eo ꝙ homo uel pater seu continens paternitatem.nisi inquantū ipse pater dat operam ad generandum:in quo opere filius distinguitur a patre & pater a filio non autem per paternitatem & filiationem.he enim relationes sunt:& omnes relationes in aliquo subiecto fundatur. Nihilominus ab aliquibus actibus emanant.Quoniam nulla datur relatio:quin presupponat aliquem antecedētem actum.Nullus enim uocatur magister:nisi per aliquod opus in ipso iam in actu comprobatum. Quocirca satis uidere possumus qualiter ubiq; patres & filii p actus distinguūtur : saltem pricipaliter: non aūt per relationes. ¶Et siquis opponeret: quod in uno solo coitu masculi & femine sepe duo filii generantur:ex quo uidetur quod unusquisq; filius non habet per se actum distinctum:in generatione.Respondendum est quod in uno solo coitu plures remotiones distincte dari possūt que remotiones actus uocantur. Vnde fit:quod per aliquam remotionem masculi uel femine: in ipsa occurrentia generationis:semen generatiuum rescindi potest & aliqua pars ire ad unam casusculam matricis: & alia in aliam ubi plures filii generari possūt:tanquam a pluribus distinctis actibus:q̄uis in uno solo coitu fiant. ¶Et relationes de se tanquam abstracta dicunt:ac sine operatione quapropter dato q̄d tanquam subiectum ponerentur:semper asserendum est:quod nullum subiectum distinguitur per subiectum si modo ibi aliqua actio non datur. & relationes sunt operationibus posteriores : seqtur quod nō sunt principia distinctionum.hoc enim operationum est:& quum relationes de se nihil operentur: asserendnm est imaginarias tantum esse:& quod non operentur:constat:quia pater generat filium nō autem paternitas.Non in eo quod homo generat:sed in eo quod pater.Et si inquantum pater & non homo:etiam sequitur:quod non inquantum paternitas nisi inquantum pater. ¶Et si uis assūmere paternitatem pro habilitate :que ē in hoīe priusq̄ filiū generet per quam habilitatem filius generatur: minime hec habilitas constituit patrem:quum pater esse nequeat:quousq; generet filium. & generare actus est:& in eo puncto quo incipit generare incipit constitui pater:non enim prius.quia aliter eadē fuisset ratio:inter generantes filios & non generantes. inquantum patribus attinet.differunt qui generant filios ab aliis qui non generant:& hoc per actus generandi oportet concedere:quod patres & filii per actus generationum constituantur:non autē per relationes. quoniam relationes tanquam distincte a patribus & filiis imaginarie sunt.& si aliqd de realitate continent:quemadmodum uniuersaliste dicere solent:omnino diminutiuum est.& per diminutiuum siue imperfectum patres & filii constitui nequeunt.nisi duntaxat per perfectum:& quia actus generandi sunt perfecti ibi patres & filii constituuntur. ¶Et si infertur quod paternitas est quo pater generat : in eo tunc paternitas se haberet tanquam essentia.Quocirca paternitas & essentia essent idem.Vnde dicendum esset paternitas que ē pater:generat:quemadmodum asserimus essentia que ē pater aut pater qui est essentia generat filium. nam pater uocatur in eo quod generator:& sic habetur non generat homo inquantum homo:nisi inquantum generator ideo non essentia inquantum essentia generat.Sed inq̄tum generator uel pater.

¶At quidē dicamus paternitatem esse:quo pater generat.eo quod homo prius est aptus ad generādum q̄ generet que aptitudo potest nuncupari paternitas. Quelibet uero aptitudo realiter assumpta existit dūmodo imaginaria nō assumatur:ut in pluribus locis huius uoluminis probatur. ¶Nūc aūt perēdum in quo filiatio fundetur ante actum generationis: quum ibi nullus filius sit.nisi pater tantum. & patri duntaxat paternitas competit.& si dicis quod etiam filiatio:confiteris ꝙ in solo patre paternitas & filiatio suppositantur:paternitas & filiatio dicunt relationes ad aliud:uidelicet hoc subiectum ad illud non datur suppositum filii:sequitur quod neq; filiatio ante actum generationis:immo post.

De Eodem.

¶Preterea cum relationes de principio ad finem de communi ordine ubiq; ad aliud referuntur : atq; in aliquo fundamento manere dicunt:non uidetur posse stare personas a relationibus constitui. nam nil aliud in diuinis sunt persone:nisi pater:filius:& spiritus sanctus.& inferendo ꝙ pater a paternitate: ueluti risibilis a risibilitate:assumpta paternitate per propriam passionem.siue habilitatem generandi filium:sicut risibilitas per aptitudinem ridendi capitur.hoc in patre aliqualiter uidetur posse manere: dummodo ꝓprietates filii non aspiciemus:sed quia in filio non potest fundari aliqua filiatio ante generationem ipsius filii:pariter est dicendum:nullam esse relationem:paternitatem in patre : aut melius in fundamento.ꝙ generare debet quousq; in actu generet. nam concesso ꝙ habeat aptitudinem generandi:talis aptitudo non est paternitas:nequidem relatio.ut probatur:cum unaqueq; relatio suum correlatiuum petit & possūt dari aliqui atq; de facto dantur habentes aptitudinem ad generandum filios:et tamen nunquam generant ipsos.unde probatur:in eo tunc talem aptitudinem non esse relationem.quoniam unaqueq; relatio duo extrema petit.primum in quo originatur tanquam termino a quo:secūdum uero ad quod tendit:sicut ad terminum ad quem:in quo terminatur ueluti omnes motus faciunt.unde paternitas originatur in generatore:& in generato terminatur.filiatio siquidem ī generato originatur:& terminatur in generatore. ¶Et ut hoc a nobis facilius intelligatur :ī proprietatibus filii insistendum est.nam illud quod filius esse debet:ante actum generationis filius non est:nisi

aſſumatur ꝑ ſubſtantiam remotam:ut in hominibus exemplari poſſumus quoniam priuſquam iſte pa⸗
ter acceſſiſſet ad generandum filium:pater non erat:quãquam aptitudinem ad eſſendum haberet. ſed
erat homo & cũ generat filiũ in eo met actu generandi conſtituit pater:realiter capiẽdo:licet ꝙ inquã
tum ad filium refertur.poſtquam generat conſtituitur pater:per mutuam aſpicientiam ad filium: que
aſpicientia poſt actus generandi emanatur.quocirca paternitas & filiatio poſteriores actibus generan
di ſunt.ut palam uideri poteſt cum filiꝰ ante actum generandi non ſit:& filiatio eſt paſſio propria filii:
& nulla paſſio eſt prior ſuo fundamento ſed numero poſterior poſterioritate nature. Vnde non poteſt
filius realiter ſeu fundamentaliter aſſumptus a filiatione conſtitui.niſi in gradu ſecundo:in eo ꝙ mu⸗
tuo aſpicit patrem.ſed oportet prius eſſe aliquam prioritatem quam aſpiciat patrem.& filiatio per aſpi
cientiam ad patrem capitur.ante generationem uero nulla eſt ibi aſpicientia.unde concedere opor⸗
tet filium realiter aſſumptum:per primum ſignum eſſendi conſtitui:ab actu generandi.licet in ſecun⸗
do ſigno : cum iam generatorem aſpicit filius uocetur . Nam cum ante generationem non erat: ne⸗
quidem potentiam actiuam : nequidem paſſiuam:ut eſſe filius poſſet habebat.quoniam non eſſe nullã
habet aptitudinem:& filius ante actum generationis nõ eſt:& filiatio ĩ filio tanquã fundamẽto ſuppoſi
tatur.nullum ſubiectatum eſt prius ſuo fundamento:licet ꝙ aſſumptus filius ſub modo relatiuo:& non
per fundamentum reale aſſumptum:conſtitui uidetur per actus reflexos: Videlicet: poſtquam filius eſt
generatus.quia reuertitur ad aſpiciendum patrem tanquam ꝑ reflexionem:& etiam mutuo in eo tunc
pater aſpicit filium:que aſpicientie relationes uocantur:eo ꝙ mutue ſunt & una ſine alia non datur: ẽt
reſpectus nuncupari queunt. Vnde fit ꝙ in hoc loco aſpicientia inter patrem & filium relatio & reſpe
ctus idem eſt . ut nomina ſinonima. ¶ Et inferendo ꝙ paternitas & filiatio abſolute aſſumpte : non
referuntur mutuo : niſi inquantum in hoc patre & in illo filio reperiuntur . reſpondetur paterni⸗
tatem & filiationem de principio ad finem relationes eſſe atq; mutue referri.nam ſemper ꝙ paternita⸗
tem dicimus relationem promimus.& nulla relatio abſq; correlatiuo ad quod aſpicit datur . ut facile ꝓ
bari poteſt.cum relatio abſolute aſſumpta & particularis relatio per ponentes ipſam abſolutam ſunt
eiuſdem ſpeciei : & omnia cadentia ſub una & eadem ſpecie eaſdem eſſentiales proprietates habent.ꝑ⸗
ticularis relatio enim habet eſſentialem referentiam a ſuo correlatiuo:igitur & cõmunis relatio habet
aſpicientiam a ſuo correlatiuo:quoniam eiuſdem ſpeciei cum particulare relatione.ſed ꝙ abſoluta re⸗
latio non ſit:ut paternitas:probatur:cum filiatio abſoluta eſſe nequit.& ſi paternitas abſoluta etiam fi
liatio:non poteſt eſſe abſoluta filiatio:quoniam poſt generationem filii per actum reflexionis emanat.
& qa filius eſt ab altero ꝓductus & particularis:nullatenus poteſt aliqua relatio abſoluta ab eo emana
re.& ſic patet:qualiter non datur niſi iſta & illa particularis relatio.

¶ Qua de re honeſtius uideatur dici:quod relationes ĩ diuinis ꝑfectionẽ dicãt:ꝗ neq; ꝑfectũ ne
q; imperfectum,& ꝙ perſone ab actibus non autem a relationibus conſtituuntur. Cap.lxxxx.

¶ De relationibus diuinis:utrum realiter an imaginario tantum dentur:& ſi dicunt perfectiones uel
imperfectiones:aut neq; hoc neq; illud:multa ſiquidem uidenda eſſent.ſed quia ſimiles materie ad facul
tatem methaphyſice ſpectãt:in quinto huius uoluminis deo propicio plene de his ſimilibus tractaturi
ſumus. Tamen ſuccincte hic aliquid dicemus eo ꝙ quidam inquiunt quod relationes in diuinis non in
ferunt perfectum neq; imperfectum:preſupponendo:quod ſi paternitas diceretur perfectio:ultra pa⸗
ternitatem fuiſſet aliquid perfectum in patre:quod non in filio:& pariter ſi filiatio perfectio :aliquid in
filio eſſet ultra filiationem:quod non in patre.hec autem oppoſitio paruum uel nullum inconueniens
affert:ut probatur.Multa enim ſunt in patre preter paternitatem:que non ſunt in filio.in primo ut eẽ
a ſe:ſecundo ingenitus:tertio actiua generatio:quarto cõmunicans filio totam ſuam eſſentiam: filius
itidem quatuor alia habet: ſcilicet:eſſe ab alio generatum:eſſe generatio paſſiua : & recipiens quicquid
habet in ſe:que uero in patre & filio perfectiones ſunt:tamen non dicuntur in patre perfectiores : ꝗ in
filio:nec perfectiores in filio:ꝗ in patre.quia qualis pater talis filius talis ſpiritus ſanctus:& tamen alius
pater alius filius & alius ſpiritus ſanctus.Et non tantum dicimus alia paternitas:alia filiatio:& alia ſpira
tio.niſi alius pater:alius filius: & alius ſpiritus ſanctus .quamobrem confitendum eſt:quod pater & pa⸗
ternitas realiter capiẽdo idem omnino ſint abſq; aliqua diſtinctione:& quod pater multa alia habet ex
tra paternitatem que filius non habet:nihilominus equalia in patre & filio:non enim in uno perfectius
& in alio imperfectius . Namq; aſſerendo ꝙ relationes realiter in deo dẽtur:& quod neq; perfectiones
neq; imperfectiones dicant:male ſonat.& nullus uerus philoſophus hoc concedet. Quum deus:quomo
docunq; aſſumatur actus puriſſimus ac perfectiſſimus ſit. Quocirca tenere oportet relationes eſſe eiuſ
dem eſſentie cum deo aut non.Si eiuſdem:proculdubio perfectiſſime.ſin autem quomodo uolueris po⸗
nere potes:ut dicendo ens diminutiuum:ens potentiale:a uel b quod in deo ſtare non poteſt. ¶ Et i
ferendo quod relationes idemptice cum ipſo deo perfecte ſunt:ſi nõ inquantum alie & alie relationes :
minime hoc ualet.quoniam ſi diſtincte:eo modo quo diſtincte pariter & perfecte:Et hic non eſt ſimili
tudo:inter perfectionem & infinitatem.Quia infinitum de ſe dicit omnia comprehendens ; & a nullo

cōprehenſum.& ſic nulla perſona diuina in eo qđ pſona:eſt finita:neq; infinita:non infinita quia non
cōprehēdit pciſe alias duas:nequidē finita:qm̄ a nulla alia penitus:cōprehenditur.& tamen unaqueq;
perſona eſt perfecta:eo quod ſubſiſtens.Nullum enim inconueniens ſequitur.quum unaqueq; perſona
per ſe inferat perfectionem.Quinimmo inconueniēs ſequeretur.quod neq; perfecta neq; imperfecta.
Nam in eo tunc difficultas in diuinis denotaretur:licet quod idemptice quelibet perſona eſt ſimul cum
aliis una ſumma res:ſumma ſapientia.ſummus amor.& tamen dicimus ſapientiam genitam pro filio &
amorem inſpiratum pro ſpiritu ſancto & ita dicendum eſt:quod paternitas:ſi realiter datur:aliquam p
fectionem dicit:ſimiliter filiatio:& ſpiratus amor. ¶At nunc ulterius proſequendo:ut ſuperiora cla-
rius cognoſcantur : de relatiuis aliquid uideamus an realia ſint? an uero imaginario tantum dentur?&
quod realia non ſint:nec in deo nec in creaturis:diffuſe in quito libro deo auſpice patebit. ¶Et hoc
modo pro nūc ponimus:aut qđ relationes in diuinis ſunt abſolute:uel particulares in actu:aut potētia
prius perſonis uel poſterius diſtincte ab ipſis perſonis aliqua diſtinctione:uel ꝙ idem preciſe cum eis :ſi
abſolute tanquam ipā eſſentia ſe habent & ſi tanquam eſſentia:unaqueq; relatio erit cōmunicabilis tri
bus:non cōmunicatis tribus:igitur non eſt abſoluta: non abſoluta nec priuſq̄ perſone. Quoniam pri-
ma diſtinctio in diuinis p pſonas aſſumitur : igitur relationes ſunt perſonis poſteriores. ¶Quod re
lationes in pura potentia non ſint:per ea que poſita ſunt patet.Potentia enim abſolute dicit : & non
potius ad hoc q̄ ad illud.Relationes uero omnino ita dicunt ad hoc quod non ad illud:ſequitur ī actu
eſſe non autem in potentia. ¶Quod relationes non ſint perſonis priores:probatur:quum prima di
ſtinctio particularis in diuinis de perſonis aſſignet.Relationes ſunt particulares ac diſtincte:ut uiſum
eſt:igitur poſteriores perſonis.Nec uero aſſumptis ſuperioribus expoſitionibus:facile uideri poteſt:qua
liter de neceſſitate perſone & relationes ſimpliciter idem ſint:aut ꝙ relationes tantum in mentibus no
ſtris imaginarie ſunt.& hoc eſt potius tenendum:inquantum in abſtracto dicunt:quippe quod nullum
in deo datur abſtractum:ſed omnia concreta ac perfectiſſima & concreta:aſſumendo:pater & paterni
tas ſimpliciter idem.Pater enim nil aliud infert:q̄ rem producentem aliud ſibi ſimile.& quoniam natura
unaqueq; res dirigitur ad opus ſiue operationes:tanquam ad aliquem finem:illud tendere uel reſpiciē
tia relatio uocatur.totus pater in eo quod pater ſiue generator:ad filium tendit:unde reſpicientia pa
tris ad filium:& ipſe pater ſimpliciter idem.& aſpicientia in filio tendens ad patrem:ipſe filius eſt.Quia
totus filius ad patrem tendit.Dum uero has aſpicientias de patre ad filium:& de filio ad patrem conſi
deramus : quaſdam relationes tanquam abſtractas imaginamur:quaſi ſuperiores: & tamen abſolutas
Vnde abſtractores ſeu uniuerſaliſte:pater a paternitate:filius a filiatione : bonus a bonitate. humanus.
ab humanitate:riſibilis a riſibilitate:ciuis a ciuitate:magiſter a magiſterio.Et tamē hec omnia abſoluta
tanquam entia diminutiua quod in deo dari non poteſt . Nequidem alicubi relationes abſolute ne-
q; in potentia eſſe poſſunt.Quoniam preciſe ita ad unum quod nō ad aliud referunt.Vnde neceſſario
particulare atq; in actu. ¶Et quod hec abſtracta ſint poſteriora concretis de quibus predicanť cir
ca omnes expertos conſtat:eo quod experientia patet. ¶Gratia exempli multi homines concurrunt
ad edificandas plures domos:quas poſtmodum ſimul omnes ciuitatem denominant:& in poſterū om
nes homines illic habitantes ciues nuncupantur : q̄uis ſint ii qui ipſam ciuitatem edificauerunt.Itaq;
denominatiue ab ipſa ciuitate ciues.homines autem ſunt ciuitate priores:eo quod ipſi eā edificauerūt.
Anima & corpus antea ſunt q̄ humanitas:uel riſibilitas.Quoniam humanitas.& riſibilitas tanquam p
prie paſſiones anime & corpori adherent:uel iunguntur:& deinde anima & corpus humane uel riſibi
les denominantur.homines prius ſunt q̄ magiſterium:uel artes :& tamen poſtmodum a ſequela ipſius
artis:artifex:& a magiſterio magiſter:& prius eſt bonum entis q̄ bonitas:per quam iſte ſit bonus ad dif
ferentiam illius:qui eſt malus.Quoniam ab hac bona & illa bona operatione:per iſtos particulares ho
mines facta :bonitatē imaginamur.per quam ſequelam in poſterum bonos homines dicimus. ¶Prio
res ſunt homines q̄ ſimul uniantur.Nihilominus per illam unionem imaginamur ſocietatem que ſocie
tas ab hominibus per principium ſuum emanat.tamen poſtremo ſocius ab illa ſocietate:& eo modo de
omnibus relationibus intelligendum eſt.quoniam prius eſt homo q̄ ad generandum filium accedat:&
per acceſſionem ad generandum:ſeu ab illo actu pater uocatur.Sed quia iſte homo ille alius & alius ſi
miles actus faciunt.tanquam paternitatem ab omnibus his abſtractam conſideramus.Nam generator
& pater omnino idem ſunt:& ſi non in omnibus rebus ſaltem in perfectis.& generator proculdubio
ab actu generādi generator appellatur.Vnde oportet quod prius ſit homo:aut aliqua alia res:q̄ ad ge
nerandum accedat:& prius actus generandi:q̄ denominatiue ab illo actu generator uocetur. ¶Et
ſic in diuinis dicendum eſt:perſonas ab actibus conſtitui.non autem a relationibus. Quoniam ab ipſis
actibus generandi actiue & recipiendi paſſiue:aſpirandi actiue & paſſiue perſone conſtituuntur. & re-
lationes:ut uiſum eſt:poſt ipſas perſonas ſunt:intelligas relationes ī modo abſtracto conſideratas .ſed
realiter aſſumendo:idem eſt pater & paternitas.Quia paternitas reſpiciens ad filium dicitur:& ſimiliter
pater in eo quod pater. ¶Et ꝙ perſone a relationibus non conſtituantur facile probari poteſt : ita
dicendo.ponatur quod pater a paternitate tanquam ab aliquo ſuperiori conſtituatur:hoc aliquid aut

est uniuersale uel absolutum:aut particulare.non uniuersale seu absolutum:ergo particulare.quoniam uniuersale non generat neqꝫ generatur:non constituit neqꝫ constituitur.Si particulare : pater ab ipsa paternitate tanquam a patre uel productore emanat.Vnde erit distinctus pater ab ipsa paternitate:& non a se:sed ab alio:& habemus:quod sit a se:ergo non a paternitate:nequidē plura particularia sunt in diuinis nisi tres persone tantum.in quo sequitur idem esse patrem & paternitatem:realiter assumēdo. ¶Sed ponatur quod relationes sint personis priores: & dicamus pater non generat & tamen habet filium.Paternitas enim relationem ad filium presupponit.quamobrem absqꝫ filiatione stare nequit & filiatio non datur nisi in filio:ut patet.quia tanquam abstracta refert : & nullum abstractum per uniuersalistas & aristotilem datur:extra particularia & cōcreta.igitur non datur paternitas sine patre nec filiatio sine filio. Ex quo sequitur eo quod paternitas esse posset : ꝙ intellectus diuinus simul cum fertilitate ipsius essentie:aliquid sibi simile producat:in qua productione paternitas seu pater constituitur.Nam paternitas sine particulari patre stare nequit.Vnde probatur paternitatem non esse ipso patre priorem:eo quod sine filio in actu non datur.Quoniam filiatio in filio particulariter existenti fundat:ita quod non sunt dande relationes absolute prioritate originis ordinis aut aliusmodi :quam persone.immō in ordine posterius assumendo : pro abstractionibus:& tunc imaginario tantum sunt: & si reales:idem cum personis. ¶Alius modus per superiorem partem capiendo datur.sed iste modus in deo non omnino prius est ponendus:licet ad similitudinem creaturarum multa quoqꝫ in deo imaginemur:utpote essentiam:relationes:de qbus nūc agimus & alia huiuscemodi. ¶Gratia exempli in creaturis dici solet:filius est potentialiter in patre siue in esse essentie:Sed nondum ad actum deductus. Oia animalia anteꝗ particularia simus in esse essentie uel potentiali sumus in elementis.Et hoc esse filium in patre priusquā gereretur.& animalia in elementis nil aliud est quam si diceremus:Iste homo habet potentiam siue habilitatem generandi:aut aliqua materia uel sperma est in ipso: que aliquando in filiū trāsire potest:hec elementa per unionem ad inuicem sunt apta ad putrefactionem & generationem.ad trāseundum in animalia & alias diuersas species.Sub qua consideratione de futuris transmutationibus largo modo dicimus de his qui uenturi sunt:esse potentialiter:in eo quod nunc in aliis speciebus sunt. Verum in elementis nos non sumus homines neqꝫ ibi est aliquod animal:Sed elementa sunt apta ad transeundum de specie in speciem:tum in istam: & tum in illam.& hoc modo largissime assumendo : potest dici paternitas in essentia diuina:pro fertilitate ad generandum filium.Sed fertilitas non est pater:non paternitas:nisi apta ad trāseundum in patrem:filium:& spiritum sanctum.& tamen nulla est in deo potentia uel possibilitas:ut de creaturis imaginamur.quoniam ipse deus actus purus & in eo nil prius neqꝫ posterius:Verum omnia ab eterno in actu.Itaqꝫ non uidetur debere dici quod relationes in diuinis neqꝫ perfecte neqꝫ imperfecte:eo quod similia tāquam entia imperfecta uel diminutiua:atqꝫ in pura potentia significant:quemadmodum per uniuersalistas patet:dum de uniuersalibus agunt:& in deo nil in potentia nil diminutiuum nil imperfectum:aut quod idemptice uel distincte capiatur.Qua de re cōcedendum est:paternitatem idem esse cum patre:filiationem cum filio:passiuam aspirationem cum spiritu sancto.& pariter ab actibus personas constitui:non autem a relationibus. nam per actus tres persone in diuinis naturaliter probari possunt:per relationes uero non.Quoniam relationes semper duo extrema aspiciunt in actu posita:Sed actus in uno solo dari potest:Licet ab illo actu tāquam de fine aliquod opus oriatur:ut ī natura euitetur inanitas : presertim in deo:quia summe perfectus.Quamobrem in eo abstractiones cogitare : tanquam in pura potentia erroneum est.Quoniam adhuc in creaturis male se habet:ut in locis suis patebit:eo quod unaqueqꝫ res de presenti in actu est.Plura autem in pura potētia manere dicimus : in eo quod ad futuros actus tendunt.per quos in alias diuersas species sunt transitura.At deus nil ad priores uel posteriores operationes seu transmutationes: de specie in speciem tendit.

¶Qualiter non uideatur aliquam esse ponendam distinctionem inter essentiam diuinam & personas : eo ꝙ si ibi distinctio daretur:tanquam inter superius & inferius significaret.& si superius & inferius : ibi plures dii.] Cap.xci.

¶Viso superius aliquid de trinitate & unitate personarum diuinarum:deinceps excutiendum est an aliqua distinctio in essentia diuina detur?aut inter ipsam essentiam & tres personas:idest : patrem filium:& spiritum sanctum.nam quod persone realiter inter se distinguantur:a nullo christiano dubitatur.sed solet disputari.an in ipsa essentia diuina:alique realitates distincte dentur?& si realitates ille ab essentia distinguātur:etiam si persona ut pater ab ipsa essentia distinguatur & arguitur:quod distinguitur: taliter dicēdo:essentia est cōmunicabilis tribus personis:pater uero incōmunicabilis tribus personis.igitur patet ex natura rei absque aliquo opere intellectus ab ipsa essentia distinguitur.non tanquam res a re:sed ueluti realitas a realitate in uno & eodem subiecto fieri solet. ¶Et hic scotiste quoddam argumētum de colore albo & disgregatiuo oculorum simul cum ipso albo adducere solent. ¶Dicentes album inquantum color est:non disgregat uisionem oculorem:sed in eo quod disgregatiuum.nam si inquātum

color nigrum & unusquisque color alius disgregaret uisionē .unde color albus ex natura rei tria dicit. ¶ Videlicet:colorem:album:& disgregatiuū uisus.unde tres noticias causat in mente nostra:& tamē tantū unum solum subiectum est:idest:color albus.& sic alia noticia causatur in mēte nostra. dum essentiam diuinam consideramus:quam cōsiderando patrem.quoniam essentia cōmunis tribus personis:pater uero non. ¶ Contra que argumēta:multa adducere possumus.sed causa breuitatis sub paucis: ea que nobis uidentur meliora absque argumentationibus ponemus.& in primis super exemplum:de colore albo adductum aliquid dicemus. ¶ Ita procedendo:dum dicitur album:inquantum color non est disgregatiuū uisus.quoniam si esset:unusquisque alius color uisionem disgregaret. ¶ Ad quod respondetur:quod dum dicimus album disgregat uisum:nō intelligimus de colore abstracto; nec de hoc nec illo:nisi solum de hoc colore albo.& sic album inquantum color.de se ab intrinseco est disgregans uisum. ita quod nullus alius color inquantum color:simile opus agit.ne quidem aliquis color datur extra terminum predicandi:nisi hic color albus:ille niger:& similes.tamen solūmodo albo cōpetit disgregare uisionem. ¶ Et dum dicitur alia realitas est album:& altera segregans uisum .ad hoc per primū respondet.quod idem album & segregans: ueluti gladius & acuitas sua idem.nam posito quod gladius potest esse sine acuitate:hoc cōceditur: eo quod acuitas in ipso gladio per artificium facta est:uidelicet: tantum per aliquam partem attenuatus cum qua subtilitate scindit:& tamen acuitas pars integralis ipsius gladii est.& sic album de se:in eo quod album:a natura segregans uisionem est. ¶ Sed cōcedatur aliam realitatem esse albam:& alteram segregantē uisum: in uno & eodem subiecto.& uideamus an aliqua istarum realitatum sit distincta alicuius distinctionis: preter opus intellectus ab essentia albedinis: si diceretur quod non sunt distincte ab essentia ipsa: nisi quod inter se aliam & aliam realitatem dicunt. nos etiam concedere idem possumus.quoniam non loquimur de aliqua essentia uniuersali abstracta:in pura potentia.nisi de hac essentia albedinis in actu:atque quasi.quoniam hoc ens: hoc accidēs:hic color: hoc album hoc segregans uisionem. unde nil repugnat:quod in ista essentia albedinis indiuisa sit alia proprietas albedinis:alia uero segregans uisum. Et hoc posito illa realitas que dicit albedinem:non est eadem realitas segregans uisum. sed alia & alia:& tamen realitas segregans uisum est idē cum essentia: & realitas albedinis etiam idem cum essentia.tandem posito quod tota essentia huius albi suppositetur uel concludatur in hac realitate albedinis:& in realitate segregante uisum:asserendum est:ipsam essentiam simpliciter cōuertibilem esse.cum unaquaque istarum realitatum.quoniā hec est essentia: & illa essentia:assumendo:in essentia ipsa & posito:quod essentia dicat magis quam aliquid istarum realitatum:nō propter hoc dicit magis quam ambe realitates simul.quoniam adequate correspōdent essentie ipsi:in qua manent. ¶ Sed dimittamus hoc exemplum positum de albo: & de proprietate segregandi uisum: & de essentia: & de personis diuinis dicamus. & in primis asserimus: essentiam magis significare: quam patrem solum.sed non ex hoc conceditur:quod essentia significet magis:quam pater filius & spiritus sanctus.cum tota essentia diuina simpliciter in hiis tribus personis supponitetur.& simpliciter non suppositaretur: ne quidem tota si esset magis quā tres persone. ¶ Et ut apertius ea que dicimus intelligantur:de ipsa essentia dicamus:priusquā de tribus personis consideremus.unde patebit:qualiter nullam inueniemus absolutam essentiam:que non sit hec non illa:& ī existētia:sed tantum hanc essentiā in actu puro inueniemus.que est tota ītelligens tota uolens tota memorās:tamen nō ita uolens quin sit intelligens & memorans:& ita econuerso.quoniam intellectus non dicit omnino uoluntatem:nec memoria quidem memoriam:& uoluntas intellectum.uerūtamen simpliciter intellectus est essentia:uoluntas essentia:& memoria essentia.non tres essentie:nisi una tantum indiuisa.ita ab intrinseco se habens. unde dicendum est.essentia diuina est intellectus:essentia diuina est uoluntas:essentia diuina est memoria.non ita intellectus:quod simul ipsa essentia indiuisa non sit:uoluntas:& memoria. ¶ Sed dum diceretur:absolute essentia diuina est intellectus:non maneret omnino recte. Quoniā non intellectus tantum:sed intellectus:uoluntas.& memoria simul.& quamuis hic tres realitates sint:nulla superius:nulla inferius:alteri.quoniam in diuinis nil est considerandum:tanquam superius & inferius.nisi omnia tanquā ad latera:eo quod penitus equalia sint.& si aliqua ibi daretur essentia absoluta suprema:tota uolens:tota memorans: tunc nullatenus intellectus uoluntas & memoria simpliciter cum ipsa essentia conuerterentur.quoniam nullum supremum cum aliquo inferiori simpliciter:conuerti posset. ¶ Nunc uero super ea que dicta sunt de tribus personis:uidelicet:de patre:de filio:& de spiritu sancto:facilius intelligere possumus an inquantum persone sunt?ab essentia equaliter distinguātur: ex natura rei uel ratione: aut nec sic nec sic. ¶ In primis uero ita asserimus ubicunque daē aliqua distītio pter opus imaginatōis: necessario ibi datur aliud:& aliud.exempli gratia:intellectus est distinctus:propter opus alicuius intellectus:siue imaginationis a uoluntate.Sub qua distinctione:ab omnibus sapientibus cōceditur: aliud esse intellectum:& aliud uoluntatem.ponatur nunc: quod aliqua sit distinctio ex natura rei inter intellectū & essentiam:nonne concedendum esset ibi alium & alium deum dari?quoniam essentia deus est:& intellectus deus.ponatur distinctio inter essentiam & intellectum:ueluti inter intellectum & uoluntatē.nōne erit aliud deus essentialis & aliud intellectualis?ueluti aliud intellectus & aliud uoluntas:eo quod distin-

guſitur:per quam diſtinctionem due realitates ſunt non una tantum:& pariter ſi inter eſſentiam & ite
lectum aliqua datur diſtinctio ex natura rei:ibi ponitur alius & alius deus:quod abſit nobis talia cogi-
tare.ſed poſito quod diſtinctio inter intellectum & eſſentiam ſit in eodem gradu: quod diſtinguũtur in
eodem alius & alius deus eſt concedendus:& inferendo quod eſſentia dicit de intellectu & de uoluntate
& de memoria intellectus uero de intellectu tantum.Reſpondere oportet: ut ſuperius uiſum eſt : quod
eſſentia ab intrinſeco eſt intellectus uoluntas & memoria fertilitas producibilitas actiua & producibili-
tas paſſiua:& omnia hec intrinſeca ſunt:tota ipſa eſſentia ſimpliciter.ſed fertilitas ſola aut intellectus ſo
lus non eſt tota ipſa eſſentia totaliter. ¶Deueniendo ad tres perſonas:ſiquidem patrem filium & ſpi-
ritum ſanctum iſdem rationibus utimur:que de intellectu uoluntate & memoria ſimul cum eſſentia po-
ſite ſunt.nam poſito quod tres perſone per aliquam diſtinctionem ab eſſentia ipſa diſtinguerẽtur:neceſ
ſarium eſſet concedere:ibi quatuor deos eſſe.nam deus & eſſentia ipſa diuina idem ſimpliciter abſq; ali
qua diſtinctione ſunt : preter opus itellectus: igitur aliquis in quoquomodo deus eſſentia & alius deus
deus pater.Quoniam tanquam inferius & ſuperius diſtinguũtur.nam eſſentia ueluti ſupprema conſide
ratur.unde ſi aliqualiter a perſonis diſtinguitur talis erit diſtinctio:ut de ſuperiori ad inferius.& ſicut pa
ter erit alius deus a deo eſſentia:pariter filius & ſpiritus ſanctus erũt dii per ſe a deo eſſentia & a deo pa
tre diſtincti.quod omnia hec a natura & lege falſa.quoniam eſſentia diuina actus purus eſt: unde nulla
tenus diuidi poteſt.tamen plures proprietates intrinſece continens.nam nullus ſane mentis religioſus:
nequidẽ irreligioſus dicit:quod deus in uno ſolo eſſe actu puro: non contineat intellectum uoluntatẽ
& memoriam.& tamen nullus concedet:quod in aliquo cõmuni ſimpliciter: abſque aliqua diſtinctione:
intellectus uoluntas memoria non conueniant:non eſt aliud preter eſſentiam in quo abſq; aliqua diſtin
ctione conueniunt.ergo concedere oportet:nullam eſſe diſtinctionem inter intellectum & ipſam eſſen-
tiam. ¶Et pari modo ſe habet quicquid de ratione dei eſt.nam ſi aliqua realitas poneret in ipſo deo
diſtincta per aliquam diſtinctionem ab eſſentia:nullatenus ſimpliciter cum ipſa eſſentia cõuertibilis in
aliquo uno conueniret. ¶Quoniam unam ſolam eſſentiam ſiue unum ſolum deum dicimus:eo quod
in ipſa eſſentia uel deitate omnes diuine perſone:omnes realitates idem ſunt:& ſimpliciter cum ea eſſen
tia abſq; aliqua diſtinctione conuertuntur:licet quod inter ſe inquantum perſone aut realitates diſtin-
guũtur diſtinctione a latere:Sed non diſtinctione tãquam de ſuperiori ad inferius. & ſi aliqua perſona
uel realitas ab ipſa eſſentia diſtingueretur: talis diſtinctio eſſet ut inter ſuperius & inferius.quod in diui
nis non datur. ¶Vnde concedendum eſt oportere dici eſſentia diuina eſt intellectus: eſſentia diuina
eſt uoluntas:eſſentia diuina eſt pater:eſſentia diuina eſt filius:eſſentia diuina eſt ſpiritus ſanct9. ¶Sed
non intelligas quod ſit ita abſolute tota eſſentia diuina intellectus:quin ſit etiam uoluntas & memoria.
¶Neque ita tota pater:quod etiam nõ ſit filius: nequidem tota filius:quin ſit ſpiritus ſanctus.ſed nõ
ſit ita abſoluta eſſentia pater:niſi quod non ſit etiam eſſentia filius:neq; ita abſoluta eſſentia filius:quod
etiam non ſit eſſentia ſpiritus ſanctus.quoniam pater eſt eſſentia:filius eſſentia:& ſpiritus ſanctus eſſen-
tia.non tres eſſentie:niſi una indiuiſa omnino: idem cum tribus perſonis.tamen perſone inter ſe diſtin
cte:in qua diſtinctione non concludit tot:una ſola ueluti omnes ſimul : Sed in eſſentia.quia indiſtincte
ſiue idem tantum continet una:ueluti omnes.uerũtamen ſub hac conſideratione non uocatur perſona
diſtincta:niſi deus uel eſſentia.& ſi aliqua eſſet diſtinctio inter perſonas & eſſentiam uel deitatem:in quo
cunq; ſigno quod ipſas perſonas conſideraremus:eſſent ponende alique diſtinctiones ex natura rei in
ter ipſas:& eſſentiam.& iuxta diſtinctiones alius & alius deus : que ſantaſia nullatenus ſtare põt. ¶Et
ſic dum dicimus tres perſonas & unam ſolam eſſentiã aut deum:non abſtrahimus eſſentiam ab ipſis per
ſonis.niſi in eis conſideramus totam eſſentiam diuinam ſuppoſitatam & indiuiſam:Sub qua cõſideratio
ne:pater filius & ſpiritus ſanctus una ſola perſona denominari poſſunt.Quoniam unus ſolus deus una
ſola eſſentia.Et quia deus unus ſolus eſt & perſona concludens in ſe patrem filium & ſpiritum ſanctum:
in ea idemptitate una ſola perſona eſt conſideranda:non autem plures. Sed conſiderãdo diſtinctiones
a latere:alia eſt perſona patris:alia filii:alia ſpiritus ſancti.ſed in eſſentia cõſideratur una ſola perſona:
unus ſolus deus.uerumtamen non conſideramus deum extra tres perſonas:niſi in ipſis ſimpliciter indi-
uiſus ſuppoſitatus. ¶Et ſic unaqueq; perſona ſimpliciter ẽ deus nõ p ſe totaliter deus:ſed omnes tres
ſimul deus totaliter & pariter:non una ſola perſona totaliter tota diuina eſſentia:ſed omnes tres pſone
totaliter totam eſſentiam diuinam.nam quamuis deus cum patre ſimpliciter conuertatur: non omnino
adequate:taliter quod cum filio & ſpiritu ſancto pariter non conuertatur.& ſic nulla perſona diuina p
ſe aſſumpta:tanquam ab aliis diſtincta eſt omnino deus.quoniam eſſentia ipſa ſiue deitas indiuiſa : ſub
qua indiuiſione non prebet locum unam perſonam ab alia diſtinctam deum eſſe:ſed omnes tres pſone
ſimul ſunt unus ſolus deus:una ſola eſſentia.homines uero cum per eſſentiam alter ab altero diuidimur:
unuſquiſq; noſtrum per ſe ſine aliis homo eſt:ſed dum eſſentia noſtra omnino indiuiſa eſſet: plures pſo-
ne poſſemus eſſe unus homo:non tamẽ plures homines.unde quamuis unuſquiſq; noſtrum homo eſſet:
non per ſe ſed ſimul cum aliis homo intelligeretur.& cum unuſquiſq; noſtrum eſt homo per ſe:eo quod
ab omnibus aliis diuiſus: ad latera pariter eſt homo ſimpliciter diuiſus a natura humana ſuprema:ſi ali-

qua datur uniuersalis non conuertibilis omnino simpliciter cum unoquoq; nostrum.& concesso aliquã esse naturam humanam supremam distinctam a quocunq; particulari alicuius distinctiõis ex natura rei: esset impossibile talem naturam posse conuerti simpliciter cum ipsis inferioribus.unde ea uniuersalis natura attineret uniuersali homini:& natura particularis particulari isti. ¶ Sed in deo non est ponenda natura super naturam:nisi hec diuina natura tãtum.unde si persone:ut pater distinguitur ab ipsa essentia:iuxta hanc distinctionem oportet concedere alium deum. Et inferendo quod etiam beatus Augustinus aliquam uoluit assignare distinctionem inter essentiam & paternitatem:hoc negandum est.Quoniam si uoluerat manifestam ipsam distinctionem in uerbis suis aperuerat:ut de aliis distinctionib9 agebat. ¶ Nam dicendo alio pater est:& alio quo pater: est pater:nil de distinctione inter essentiam & patrem denuntiat : nam dicendo alio est pater esse essentie fundamentaliter ipsius patris pronuntiat.& in his uerbis uidelicet alio quo pater est pater: per filium intelligẽdum est.nam ueluti filius est filius inquãtum filius dicitur per patrem:pari modo pater est pater inquãtum pater.dicit per filium. ¶ Et sic nullam in his uerbis beatus Augustinus assignat distinctionem inter patrem & essentiam : nisi inter patrem fundamentaliter assumptum & filium. ¶ Sed uniuersaliste consueti in uniuersalibus imaginationibus etiam dum de diuinis faciunt:forsitan aliquando quandam absolutam essentiam:quod non sit hec non illa:sed in pura potentia tantum considerant.& si talis daretur aliqua diuina essentia:proculdubio constat:quod non tantum ex natura rei ut assumi solet : sed quecunq; lata distinctio tanquam inter rem & rem ibi esset ponenda sed secundum ueritatem tota essentia quomodocũq; assumatur.hic actus purissimus est continens ab intrinseco in primo signo:intellectum:uoluntatem:& memoriam:fertilitatem:realitatem actiuam producendi:& realitatem passiuam producibilem : & sic omnes he realitates simul sunt tota essentia diuina. ¶ In secundo signo uero per actum generationis & spirationis:he tres persone: uidelicet pater filius & spiritus sanctus sunt adequate totius essentie diuine:absq; aliqua distinctione iter essentiam & ipsas personas.nam si aliqua ibi daretur distinctio iuxta mensuram distinctionũ: alius deus superior:& alius inferior daretur.quoniam nulla est magis ratio quod per distinctiones ad latera alie & alie realitates dentur : ut intellectus uoluntas pater filius & spiritus sanctus quam per distinctionẽ inter superiorem & inferiorem.unde si inter essentiam & patrem aliqua daretur distinctio : pariter ibi alius & alius deus daretur.& probatur ita dicendo : iuxta sententiam omnium theologorum in diuinis sunt tres persone realiter assumpte:eo quod ibi tres distinctiones reales dantur extra opus intellectus & tamen simul cum hoc asserunt unum solum deum siue essentiam esse.& ad probandum unum solum assumunt argumentum:quod essentia ipsa diuina omnino indiuisa sit: siue indistincta.uidelicet : in tribus personis. supposita ra detur distinctio inter essentiam & personas:oportet dare.iuxta eam distinctionem:aliam & aliam essentiam siue alium & alium deum:altera earum essentiarum potius uniuersalis alia siquidem magis particularis:& ita alter deus uniuersalior alius uero particularior. sed similia imaginabilia tanquam inania abicienda sunt:& ut clarius pateat qualiter similia uana sunt:semper aspiciendum est: quomodo distinctiones ad latera faciunt omnino aliud & aliud:quod pariter inter superius & inferius facient:si distinctiones ibi ponuntur.Quoniam non est magis ratio hoc quam illud:sed adhuc forsitan minus.quoniam distinctiones inter superius & inferius genera distincta causare solent:ut dicendo:substãtiam:corpus:corpus animatũ:animal. ¶ Sed ad ostẽdendũ:quonã pacto inter essentiam diuinam & personas non sit huiusmodi: quoddam materiale exẽplum adducemus ut per uisibilia aliqualiter inuisibilia ascẽdamus. ¶ Exemplum siquidem tale est: ponatur fons maximus ueluti plures similes dantur:& aqua ibi scaturiens decurrat per diuersas uias:unde uarii torrentes denominantur : & unus torrens istorum non est idem cum altero imo realiter distinctus : & uaria sumit nomina.petimus nunc:an in aqua hic torrẽs & ille sunt idem uel ne:non est dicẽdum diuersos esse:dato quod unus maior & alius minor sit:aut decurrendo per uarias uias:aliquas altas assumant diuersas proprietates:sed in aqua semp idem. ¶ Vlterius petimus:nõne aqua uniuscuiusq; istorum torrentium absq; aliqua diuisione seu distinctione cõtinuatur cum suo origine siue fonte:ubi oritur.Concedendum est: quod continuatur.Quoniam sensibus patet. unde eadem essentia aque in torrente que in fonte est: licet fons & torrẽs ĩ nomine differãt & in aliquo modo operandi:sed in essentia idem atq; indiuisi. ¶ Ponatur nunc quod torrens alicuius distinctiõis ab origine de qua habet primum ortum distinguitur:pari modo est concedendum:post illam distinctionem aliquem modum principii assumere : tanquam a diuersa origine quam prima erat & sic alia & alia aqua erit.sed dum torrentes cum fonte ipso continuantur:unusquisq; torrens absq; aliqua distinctione est idem cum fonte. ¶ Et tamen fons est cõmunicans pluribus torrentibus & unusquisq; torrens aliis torrentibus incõmunicabilis:eo quod fons magis dicit quam unus solus torrens istorum:eo quod omnibus exeuntibus ab ipso correspondet:sed omnes torrentes illi simpliciter adequantur cum fonte uel origine de qua manant:& sic unusquisq; torrens est aqua ueluti est fons. ¶ Et in hoc exẽplo posito nulla inter fontem & torrentem datur distinctio realis:siue ex natura rei:nequidẽ distinctio rationis. ¶ Et in simili modo inueniemus inter personas diuinas & essentiam ipsam:dum recte aduerteremus : quoniã dum probamus deum actum purum esse:deinceps necesse est concedere:omnes realitates ibi contentas:

tanq̃ a latere alterā ab altera distincte eas cōsiderare sed ī essentia tāquā ī prima origine simpliciter idē & unaqueq; realitas semp cum origine sua absq; aliqua distinctiōe cōtinuata. ¶ Licet qa considerando patrem non esse totā essentiā diuinā: pōt dici aliud est pater: aliud est essentia: quum essentia aliquid magis uniuersale dicat: quā pater. ¶ Verūtamen ex hoc nulla infertur distinctio. cūm pater filius & spiritus sanctus tota diuina essentia sunt: non autem unaqueq; psona per se ab aliis distincta: nisi oēs simul. Sed unaqueq; per se & aliis unita essentia est: nequidem decet inferre aliquam aliam essentiam in diuinis esse: preter hanc essentiam patris: essentiam filii: & essentiam spiritus sancti. nam si alia esset: illa & deus absolutus denominandus: essent & postmodum pater filius & spiritus sanctus hic deus: quod erroneum esset talia excogitare: quamuis uniuersalia assequentes in similibus cespitare solent: ueluti dicēdo: hominem cōmunem seu absolutum & istum hominem & illum hominem. unde hoc concesso uerum esse: necesse est distinctionem realem assignare inter hominem: qui non est hoc neq; illud: nisi absolutum tantum: & inter hominem: qui est hoc particulariter assumptus. ¶ Sed ut melius nosipsos intelligamus de uniuersali homine & particulari hoīe uidendum est. unde in primis ita asserimus: q̄ hic homo simpliciter cum homine conuertitur: non intelligas cum uniuersali homine: neq; cum altero homine: nisi cum homine: quia iste simpliciter homo est: & q̄ simpliciter homo probatur. quoniam unus homo non est magis homo altero. iste est homo: & nullus alius magis homo: igitur simpliciter homo non cōuertitur cum uniuersali homine: nisi cum particulari. sequitur uniuersalem hominem & particularem de altera & altera specie esse: non autem de una & eadem: unde fit q̄ si particularis homo uniuersalis minime homo est: & si uniuersalis homo particularis uero nō: particularis est homo ut sensibus & intellectui: probatur: igitur: uniuersalis non est homo cum particulari & uniuersali cōuerti nequeat. non cōuertuntur: ergo alia est essentia: saltem propinqua hominis cōmunis: altera uero particularis. omnes particulares homines sumus diuisi in specie atq; in essentia sic uel sic assumpta: a cōmuni homine: ergo nil in natura cū ipso actu ri sumus. quoniam unusquisq; nostrum per se assumptus immediate uel sine aliqua distinctiōe homo est & cum homine simpliciter conuertitur. Et inferendo ut a nōnullis solet: aliquam esse distinctionem inter istum hominem & hominem: eo q̄ homo est cōicabilis pluribus: iste homo uero non: & inter cōmunicabile & incōmunicabile datur distinctio: que aliud & aliud dicit. ergo iste homo non conuertitur cū hoīe: quoniam homo est cōicabilis pluribus: & iste homo non cōicabilis pluribus. ¶ Cui argumento respondetur. negando: aliquem hominem esse pluribus hominibus cōicabilem. nisi assumeretur per istum patrē illum & alium particulares. quia cōmunicant seipsos filiis: per quam cōmunicationem filii etiā homines sunt. quod pro nulla cōmunicatione cōmunis hominis fit: quin hic uel ille sit. quocirca concedere oportet: si aliquis sit cōmunicabilis & iste & ille: quia generādo filios se cōmunicant eis. uniuersale autem quū non generat: neq; generatur: nulli seipsum cōmunicare potest ita q̄ dum asseritur homo in cōmuni est cōmunicabilis: quare non repugnat ei manere in hoc homine in illo & in alio & repugnat huic homini in pluribus hominibus manere: respondendum est: q̄ unicuiq; homini repugnat in pluribus hominibus manere sed nō repugnat plures homines esse. unde iste est homo ille homo & alius & alius: tandē unus non est alter imo semper diuersi atq; plures: & a nullo uniuersali ita particularizati: nisi iste particularis ab alio etiā particulari est deductus ad hanc humāitatē: & omnes homines pariter. per uniuersalem hominem uero nullus nostrum est homo: & tamen iste & ille simpliciter cum homine cōuertitur: & id quod simpliciter cum particulari cōuertitur: nullatenus in aliquo uniuersali cōuerti potest: ut in aliis locis diffuse probatur. ¶ Nunc uero in exemplo ab hominibus assumpto facilius quam aliter de personis diuinis cum essentia intelligere possumus: ita decurrendo: hec est semper uera & apud omnes christianos concessa. hic pater ī diuinis est deus: est essentia: hic filius est deus: est essentia. hic spiritus sanctus est deus est essentia. & unus non est magis deo altero: nequidem alius & alius deus neq; altera essentia. igitur cōcedendum est: unāquamq; personam earum cum deo simpliciter conuerti: atq; cum essentia. Est uera: dicendo: hic pater est deus: hic pater est essentia: ergo nullus deus nulla essentia datur: nisi hec particularis essentia hic particularis deus. quarē uniuersale & particulare nullatenus simul conuerti possunt. persone diuine conuertuntur cum essentia atq; cum deo: ergo nulla ibi est uniuersalis essentia. nullus uniuersalis deus: nisi hec essentia: hic deus. & dicendo essentia est cōmunicabilis tribus personis: pater uero non: respōdetur: ueluti de hoīb9 iam diximus: quarē nulla essentia uniuersalis cōmunicat se psonatis diuinis nisi pater: cōmunicat se filio: pater & filius spiritui sancto. unde nullus uniuersalis de9 nulla uniuersalis essentia est diuisa uel cōmunicata tribus personis: nisi hic deus est pater. & idem deus est filius: est spiritus sanctus. & pari modo hec essentia est pater: hec essentia est filius: hec essentia spiritus sanctus. non tres essentie: non aliqua uniuersalis essentia: uidelicet q̄ non sit hec particularis essentia quoniam si non esset particularis: nulla persona conuerteretur cum ipsa simpliciter: & si non simpliciter: alia esset essentia uniuersalis & alia particularis: pari modo alius uniuersalis deus & alius particularis deus: quod stare nequit. & ita comprobatur qualiter non ualet arguere: essentia est cōmunicabilis persona: non cōmunicabilis ad ponendum distinctionem inter essentiam & personas.

De Eodem.

¶Preterea animaduertendum eſt:quia dum de diuinis agimus:non eſt ita abſq; reſpectu ſub quocunq;
termino formalitatem realem ſeu ex natura rei affirmare:ueluti de creaturis agendo.quoniá ꝙ in crea-
turis ita penitus:ut dicimus:ſit:aut ita non ſit paruũ periculum ſaltem animarum occurrit:ſed ponere ĩ
deo cũ affirmatione ea que nõ ſunt:inconueniens eſt maximum.unde oportet ut minus errare poſſi-
mus in primis deum actum puriſſimum conſiderare:& primũ omniũ rerum:non plura prima ſed unum
ſolum deum ſimpliciter primum:& ſi plures formalitates hec ab illa diſtincta in ultimatis abſtractis : ubi
unaqueq; dicit exempta per ſeipſam unde conceſſo ita ſe habere pari modo cõcedendum eſt plura prin
cipia exépta eſſe : quod eſt contra naturalem philoſophiam & legem:& ſi fortaſis reſponderetur : ueluti
ab uniuerſaliſtis ſolet:ꝙ ſimiles diſtinctiones in diuinis ſicut inter ſapiẽtiam & bonitatem formaliter ca
piuntur:non autem realiter.ſed nequidem hec reſponſio ſoluit dubium poſitum: uidelicet:de pluribus
exemptis primis principiis:cum eadẽ ſit ratio dicere:ꝙ realiter plura ſint principia:uel ꝙ formaliter ſint
plura.qm̃ ꝑ maioré & minoré cõprehenſioné:nõ ex hoc agit principiũ per ſe aut non principiũ per ſe.
Vnde ſi bonitas in ultima abſtractione eſt forma exempta a ſapientia:a quacũq; perſona atq; ab eſſen-
tia diſtincta proculdubio conſtat bonitatem ipſam ſe habere:tanquam res per ſe:ſi aliquid realiter eſt.&
pariter ſapientia erit principium abſolutum per ſe.unde plura erunt prima principia abſoluta:nõ enim
unum tantum:que opinio ſtare inquit.Cum neceſſe ſit ad unum ſolum primum actum purum deuenire
& in actu puro nulla abſtractio realiter aſſumpta dari põt:niſi forſitan imaginaria dum non recorda
remur de actu illo puriſſimo ſed dum in mente habemus deum actum puriſſimum eſſe:nullá abſtractio-
nem ſuper illam ſimplicitatem inuenire poſſumus.quoniam repugnat imaginationi ſuper actum puriſſi
mum atq; ſimpliciter exemptum:aliquam inueniri abſtractionem. ¶Vnde aſſerendum eſt:ꝙ ponẽtes
ſimiles abſtractas atq; abſolutas formalitates in deo:ſuper proprietatibus creaturarum compoſitarum
fundantur. ¶Exempli gratia homo conſtat de corpore & anima:que de duabus naturis ſunt . Verũ-
tamẽ in hoc compoſito ideſt in homine anima & corpus realiter idem ſunt:uidelicet:idem homo.& qa
non duo homines niſi unus tantum anima & corpus ſunt:idem realiter non inter ſe:idem iuxta ꝓprias
naturas aſſumendo ſed realiter idem homo.Cum homo non ſit aliud quam anima & corpus ſimul ma-
nentia ſed quia homo nimium compoſitus eſt:atq; per aliquam corruptionem & generationem cõgre-
gatus:etiam de re & re diuerſis:finaliter ſeparatur.ſed deueniendo ad creaturas potius ſimplex:haben-
tes eſſe tantum per creationem:ut ſunt angeli:& rationales anime:quãuis in una ſola eſſẽtia plures ha
beant in ſe aptitudines:non propter hoc res ipſe ſolui poſſunt. quoniam non conſtant de re & re : cũ
eſſentialiter eſſentia illa eſt ita apta creata:ad agendum & patiendum.non ꝙ agat & patiatur ſub una
& eadem ratione:ſed eſſentia illa ſimpliciter eſt talis : & nulla diſtinctio realis ſeu ex natura rei eſt inter
eſſentiam & actiuitatem ſeu paſſibilitatem eius.nam quãuis eius dicamus:non propter hoc ſignificat:ali
am & aliam rem.quoniam etiam nos dicimus animam meam & corpus meum:ac ſi anima & corpus ali-
ud a nobis eſſent. ¶Et ſic aĩa rationalis ſimpliciter in eſſẽtia ſua aſſumpta eſt:agens & patiens intel
lectus uoluntas & memoria:non tota agens ſolum:non tota patiens ſolum : niſi agens & patiens ſimul
non tota intellectus:non tota uoluntas:non tota memoria:niſi intellectus uoluntas & memoria ſimul.
Vnde ſit ꝙ inter has potentias ſe habentes tanquam partes integrales ipſius anime diſtinctiones dan-
tur.qm̃ intellectus nõ ẽ uoluntas:neq; memoria nequidem econuerſo.ſed anima eſt intellectus uolun-
tas & memoria. ¶Intellectus eſt anima:uoluntas anima:& memoria anima:ita ꝙ inter animam & po
tentias ſeu membra ipſius nulla datur diſtinctio : ueluti inter corpus & membra nulla diſtinctio datur:
¶Et quãuis uellemus preſupponere:ꝙ mẽbra hominis in ultimata abſtractione ſunt diſtincta formali-
ter a corpore hominis:hec uana ſunt atq; tantum imaginabilia.quoniá mẽbra hominis & corpus eius
ſuperius & inferius idem ſunt:& unam & eandem naturam ſimpliciter dicunt:& idem in natura ſimplici
ter nullam inter ſe diſtinctionem habent.quoniam diſtinctio inter aliud & aliud aliqualiter aſſumpta in
telligitur. ¶Et cum de creaturis agimus:deuenimus ita ſuperius.Vnde unaqueq; formalitas ſeu apti-
tudo ſimpliciter eſt idem cum eſſẽtia illius creature : quanto magis pertractando de diuinis inuenie-
mus omnia ibi conſiderata ſimpliciter cum eſſentia dei:realiter atq; formaliter conuertibilia eſſe : nam
cum ad actum purum accedimus omnes diſtinctiones ex natura rei excludimus.licet ꝙ actus purus in
eo ꝙ eſt intellectus:uoluntas:& memoria.ſimul ab intrinſeco aliquid generare poteſt : non inquantum
actus purus abſolute aſſumptus:niſi qr̃ fertilis intelligens:uolẽs:& memorans:ſed actus purus ſũmus in
telligens:atq; ſũmus uolens:ſũmus memorans:idẽ ſimpliciter:licet ꝙ intellectus non eſt uoluntas: neq;
memoria:neq; uoluntas intellectus aut memoria : ſed ſummus intellectus eſt deus : ſumma uoluntas de
us:& ſũma memoria deus.Vnde ĩter deum & ſũmum intellectum nulla eſt diſtinctio.ſed diſtinctio inter
potentiam & potentiam uel actiuitatem & actiuitatem. ¶Sed inter bonũ & ſapiẽtem nõ datur diſtin
ctio:nequidem ĩter bonũ & iuſtum.quoniá bene ualet iſta:eſt iuſtus ergo bonus illemet.eſt bonus : igiẽ
iuſtus.ſed nõ ualet dicẽdo eſt ĩtellectus:ergo eſt uolũtas.idẽ neq; ualet ꝓmere eſt fili9:igiẽ illemet eſt pa
ter.& ſemꝑ eſt uera dicere ĩ diuinis eſt deus:ergo bonus : iuſt9:& ſapiẽs.eſt ĩtellectus.igiẽ bonus & iuſtus:

uoluntas bona & iusta:memoria bona & iusta:pater bonus sapiens & iustus:filius sapiēs bonus & iustus & pariter spiritus sanctus:est essentia diuina:ergo bona iusta.& sapiens realiter formaliter aut quomodocūq; assumatur.nam si bonitas in ultima abstractione non dicit essentiam:non intellectum:cōcedere oportet:essentiā dei ī suo primo signo essendi bonā nō esse.neq; intellectū bonū:sed in secundo signo bonā essentiā bonū intellectū nō p se boni:nisi p alterā naturā:uidelicet:p bonitatē bonificati:que oia hec īproprie sonare uidētur: ❡Amplius ponamus bonitatē in ultimata abstractione nō esse idē cum iusticia & sapiētia:nisi unaqueq; istar formaliter exēpta p se:nōne erūt plura infinita?qm̄ hic nō ē dicēdum:ueluti de psonis ponimus:uidelicet:q, neq; sunt finite neq; infinite:eo q, pater nō est filius:neq; filius pater:sed pater est bonus:filius bonus:& spiritus sanctus bonus:deus bonus:essentia bona:& qcqd cōmune in diuinis habetur infinitum est:bonitas est cōmunis:sapientia cōmunis:in quacunq; abstractione:& non sunt idem formaliter.Cum stat formaliter sub hac opinione tua esse infinitum.quod a natura stare nequit.& si responderet has formalitates neq; finitas neq; infinitas in ultima abstractione esse:hec responsio non ualet.quoniā quicquid cōmune in diuinis in quacūq; abstractione infinitum est.& si quis hoc negaret in eo tunc ad cōcedēdū:q, in eo signo bonitas nō sit essentia:nō itelligēs:neq; essentia:neq; intellectus in primo suo signo boni:cōpellit.Vnde nulla uidet ratio:nulla similitudo:sub qua distinctionē formalē aut aliusmodi inter iustū & bonū ponamus:nisi fortasis imaginariā.tamē & hic ut minorem errorem cōmittamus oēs imaginationes dum aliqd in deo abstrahimus sunt abhorrēde.cum in deo hoc potius abstractū quā illud non datur.qm̄ semp qcqd in deo cōmune tribus psonis simpliciter cōuertibile. ❡Et in hoc loco unū potissimū ānotandū est:uidelicet:q, si aliqua natura uel essentia pōt abstrahi ab omni subiecto atq; proprietate:in illo tunc non licet q, dicamus de tali natura est subiectū huius rei:gratia exempli:ut dici solet natura albedinis non adheret subiecto dum ultimatim ab ipsa albedine abstrahitur:albedo aūt semper adheret.Verūtamen in his uerbis fallitas cōmittit: qm̄ īpossibile est de naturali ordine aliquam naturam separari posse ab eo cuius est natura:& in his sermonibus naturam albedinis ponimus.unde ex eo q, uerum sit:id quod dicimus:idest naturā albedinis necesse esse: cū ipsa albedine:cuius est natura penitus manere.nam si separatur non est eius natura:in tali abstractione minime est denominanda natura albedinis:nisi res abstracta aut aliquid aliud.sed in eo tunc albedo nō haberet naturā:quod de ratiōe stare nequit.Quocirca concedendū est:ibi, esse naturā ubi res cuius est natura:non in modo separato sed imo cōiunctiuo.Et ita in diuinis:ubi deus ibi deitas: ubi persona ibi essentia:ibi sapientia:ibi iusticia:ibi bonitas:nam si bonitas aliqualiter ab essentia abstraheretur:a deitate:a iusticia:aut a persona:eo tunc non potuisset denominari bonitas dei:non bonitas diuina:non bonitas infinita:non bonitas patris:non bonitas filii:non bonitas spiritus sancti, nisi tātūmodo bonitas abstracta.sed qr̄ quomodocūq; assumatur est bonitas dei:bonitas diuina:bonitas infinita:negare compellimur:abstrahi posse ab essentia:a iusticia:nequidem a psonis.q, dicatur realiter aut formaliter:si fortasitan realiter:non assumeretur per inconsideratas imaginationes:dicimus inconsideratas:quia dum auertimus ea que in similibus loquimur:palam in deo nullam posse esse abstractionem inuenimus.& ubi distinctā habemus cognitionē:contrarias figuras p imaginationē hedificatas apprehendere repugnat.

❡Vlterius si formaliter uel alicuius alterius distinctionis persone diuine & attributa intellectus:uoluntas:& memoria:ab essentia ipsa diuina distinguuntur:necesse est in illo toto cōmuni aliquā cōpositionē concedere.nam quicquid de pluribus aliqualiter ab ipso distinctis:constat compositum esse:& etiam cōpositum quicquid in suo primo gradu essendi duo dicit:ut exemplificando:in omnibus creaturis probari potest.nam homo ex eo q, de duabus naturis constat:idest de anima & corpore compositus: quāuis realiter in homine assumendo hoc totum seu subiectiue anima & corpus idem sunt:nihilominus homo semper compositum dicit:anima rationalis:angelus:quāuis creature dignissime:de actu & potentia cōpositi sunt:licet non cōpositi tāquā de re & re:nisi qr̄ in aliquo magis perfectos & in aliquo minus cōpositos ipsos uocamus:potius pfectos:eo quod agere possunt.& minus pfectos:quia ad patiendum apti sunt:atq; ad accipiendū aliquas cōpositiones:dato:q, de hoc presenti ipsas non habeant & indies magis & minus perfecti fieri possunt.unde fit q, omnem creaturam compositā saltē de aptitudinibus agendi & patiendi atq; componibilem de aliqua alia maiore compositione denominamus. deus enim non compositus de actu & potentia:non componibilis sic nec sic.qm̄ actus purissimus a nullo dependens: a nullo habens necessitatem:non habens posse pati. sub quo ordine oportet concedere. omne in deo consideratum:in primo signo simplicissime simplex idem esse.Vnde fit q, intellectus dei est essentia:uoluntas essentia:& memoria essentia:bonum essentia:iustum essentia:pater essentia:filius essentia: spiritus sanctus essentia:& simili modo essentia est intellectus:uoluntas:memoria:bonum:pater: filius: & spiritus sanctus.nō solum intellectus: nō solum pater:sed intellectus & pater & reliqua simul bona sunt: nā non est alia essentia pater:& alia filius:non alia essentia spiritus sanctus:& alia intellectus:aut uoluntas. nō alia essentia patris:& alia essentia cōmunis.unde nullatenus potest esse compositio in deo:eo q, illud quod est cōmune identice simplicissime assumptum: competit intellectui: uoluntati:memorie:atq; personis.unde quāuis persone per se assumpte distincte sint:sed quia ī essentia tanquā in prima origine idē sunt:nullā cōpositionē agere possunt.& unaqueq; psona per se assumpta absq; aliqua compositiōe

est:& sic ut melius atq; facilius intelligamus:qualiter in deo nulla potest dari compositio:semp in primis ad primá originé reuertédú est.sub qua oes alie cõsiderationes cadût:atq; tanquá posteriores in ordine penes cõsiderationes nostras ueniût:& qa essentia est cõmunis in diuinis atq; supior:nõ põt ibi aliqua esse cõpositio.ná cõmunia i qbus cõpositiones dant nõ sunt supiora:sed imo a superioribus cõposita:ut anima & corpus:que supiora sunt animalibus.in deo siquidé essentia supior atq; cõmunis. Vnde p nullú attributú:nulla psona:nulla formalitas : põt cõponi.cú hec posteriora ab ipsa essentia i ordine sint:& inferius non põt suum superius componere. Verumtamen posito ut nõnulli dicunt:q; formaliter attributa atq; psone ab ipsa essentia distinguútur:pariter concedere cogimur:simul cum ipsa essentia cõpositú fieri:qui maximus esset error. Vnde firmiter tenere oportet : in essentia diuina nullam esse distinctioné interessentiá:psonas:attributa:intellectú:uoluntatem:& memoriam. ¶ In creaturis uero:cõcesso:q; essentia sit earú prima origo:eo q; essentia ipsa non a semet est.sed ab alio dependet:atq; necessitaté habet:& in operando tanquá de prius ad posterius tendit:in primo signo essendi.in quacúq; essentia creaturarú cõpositioné esse dicimus:deus siquidem quia exéptus siue ab oi cõtrarietate liber: absq; alterius adherentia:operans in uno solo instanti omnia que uult nulla compositio in eo ingredi potest.

¶ Quomodo non offendimus:& obstamus cõmuni nature:nec diuine.ubi ponimus uerbum diuinum esse humane nature unitum. Cap.xcii.

¶ Iam in superioribus capitulis tractauimus:quo pacto christus uerus est Messias in lege pro humana redemptione promissus:& ad dandum nobis psectá legé.postmodú diximus aliqua uerba de tribus psonis in diuinis in una sola deitate & unitate ex consequéti nõnullas lineas de christi incarnatione insinuabimus.Deinde uero quedá de ecclesie sacramétis capitula:& hoc solúmodo ut ostédat:nos christianos nec naturá nec rationé offendere in illo:quod de lege nostra affirmamus:& indubitáter credimus. Nam de prima causa & natura mundi tractádo euidenti rõne coacti sumus:ut cõcedatur:quod prima causa libera uolútate múdum creat:& quod eadem deus mundú gubernat:& attento hoc fundaméto quod deus fecerit mundú nouú:qui prius nõ erat & assidue ad libitú substinet:manifestatur : deú posse creaturas penes suú arbitriú disponere.cõstat insup maius esse miraculú creare mundú nouú : q̃ deum assumere humanitaté eam secum uniendo. ¶ Inter auctoritates legis agétis:quod psona diuiná põt cú homine cõiungi:seu in uná sola unione manere:maxima est:cú in genesi deus dicit:faciamus hominem ad imaginé & similitudiné nostrá:núc sic.ubicúq; similitudo datur:ibi amicitia dari põt.ná a natura similis similé amat.homo est similis deo:seqtur ab ipso deo posse atq; debere amari : & ubi amor: ibi uera cõiunctio.& cú sacra scriptura palá hominé similé dicat eé deo:nulla põt iuxta legé repugnátia reperiri:quod deus i se humanitaté assumere nõ possit:& dato:quod irreligiosi hoc negarent:quod deus assumere humanitaté põt in seipsum:ut nos de incarnatione christi dicimus:religiosi tenétes legé ueteré nullatenus negare possent:quin fieri possit.cú in ipsa scriptura sacra habeamus:hominé similem deo esse. Vnde hoc cõcesso omnis amor & omnis unio inter deum & hominem concedi possunt:dummodo ipse uelit.quoniam inter similes a natura maxima est coniunctio . unde penes hanc auctoritaté probare facile possumus:uerbum diuinum a proprietate ipsius auctoritatis:humanam carnem atq; animam posse assumere:& humanitatem ipsam in se subiectare.

¶ Quod multis causis & effectibus probare possumus:in utero uirginis ueram esse incarnationé uerbi diuini. Cap.xciii.

¶ Circa unionem uerbi diuini cum humanitate tres partes principales consideramus. Quarum prima quod non repugnat talis unio.Secunda quod iuxta auctoritates sacre scripture debebat esse diuina psona:aut maxime dignitatis is:qui nos saluaturus esset. Tertia quod effectibus & uerbis christi apparet: q; humanus ac diuinus fuerit : & ideo super hoc fundamento homines ceperunt integram fidem adhibere ipsum esse Messiam in lege promissum. Dixit enim. ¶ Ego & pater unum sumus & alibi : qui uidet me uidet & patrem meum.& simul cum iisdem uerbis & operibus ac ueteris testamenti auctoritatibus:apparet:in diuinis pluralitatem personarum esse:in quo tenere oportet:christum utiq; deum & hominem fuisse.& hac de causa de personis diuinis scribere ceperút : partim per reuelationem quam deus aliquibus sanctis dederat:& partim uerbis & operibus in christo prospectis:& plerúq; naturali discursu ut a mercurio trismegisto & Platone actum est:qui fere idem quod nos dicimus de personis diuinis posuerunt.& christiani in hanc cognitionem aut experientiam peruenientes explicare ceperunt . Vtrú in christo sit contradictio diuinam & humanam naturam existere:& ad probádú quod nõ offendat:dici põt:quod deus pducit creaturas oino nouas q̃ prius sic uel sic nõ erát:& qd p cõsequés multo facilius potest eas cum sua diuinitate unire.& ex parte creature non est aliqua repugnantia:ex eo quod simpliciter dum ipse uult suo creatori parent. ¶ Preterea dicimus : quod deus sua natura est ubiq; & potest ad libitum de creaturis disponere sine cuiusq̃ illarú offensione.nam quum omnipotens:põt omnino in

toto illo quod non est contradictio substantie ipsius dei. ¶ Qui quum ubiq̧ existat: est simul cum omnibus creaturis: & ex hoc nō couertitur in ipsas: neq̧ creature in deū. & qa deus in omnibus creaturis ē uniuersaliter nihil cōtradicit: quod accipiat unā particularē: atq̧ eam magis itrinsece secū uniat: q̄ oēs alias. & nō intelligitur quod couertat hāc creaturā in diuinitate. sed quod uerbū diuinū assumit humanitatē secum in uno solo supposito seu psona. creature enim de sua natura nō repugnat qcqd creator suus uult: nec deo est cōtradictio & queādmodū natura res infime perfectioribus subiiciūtur: & nomen ex illis capiūt: ita & humanitas sese diuino uerbo subegit: quapropter unitis his duabus naturis est una psona. Quoniā licet separatim aīa & corp9 sint due nature: corp9 cū aīa unitū aīe humiliat: ubi una sola psona facta est uel supposita. tamē anima & corpus unā naturā tātū efficiunt: & i christo semp due nature sunt: idest diuina & humana. iccirco uerbū quū in se humanitatē assumpsit: unitis his duabus naturis una sola psona resultat: eo quod natura humana diuine subiicit. & sic patet: quod christus deus & homo sit: eo quod de diuina & humana natura unitus: siue melius: quod natura diuina assumpsit i se humanitatē. Nā secūdū philosophos & theologos: homo de anima & corpore cōpositus est: que quidē diuerse nature sunt. Quapropter ex hac unione homo resultat: & secūdum aliquos philosophos ista unio diuinitatis & humanitatis: nil natura repugnat: quoniam asserunt unicum tantum intellectū eternū in omnibus hominibus: & si est unus solus atq̧ eternus: & cum isto & illo homine uniri potest: absq̧ corruptione intellectus uel corporis: multo quidem perfectius: deus potest secum humanitatem unire. ¶ Quidam dixerunt: quod filius dei in incarnatione non suscepit rationalem animam: nisi corpus tantū: imaginantes: quod uerbum diuinum se habebat in corpore christi: tanquā anima: & quod non decebat in uno subiecto duas animas manere. Nos uero christiani aliter sentimus: eo quod si uerbum diuinum corpus tātūmodo assumpsisset: nō fuisset uere unitū hūanitati siue nature nostre: ex eo quod nos de anima rationali & corpore humano constamus: & sic ad ueram unionem oportebat: q̧ filius dei corpus & animam acciperet: aut totum illud quod est in uero homine. ¶ Aliqui presumere possent: quod anima & corpus christi sine diuinitate de se unam personam faciebant: & quod simul cum uerbo diuino debebāt aliquid dimittere de illo quod habebant: aut maiorem habere personalitatem q̄ prius. Hec autem respōsio facilis est. Anima enim separata per se & corpori unita est persona: & eodem instāti quo anima creatur: corpori infunditur. & ideo unam dūtaxat personam & non duas faciunt. Itidem & de incarnatione christi non est imaginandum. quod prius anima & corpus fuerint: & postea cū uerbo diuino unite. Sed quod in uno instanti anima fuit creata: & corpus generatum organizatum & a uerbo assumptum. Et quum corpus & anima non fuerit humane: priusq̄ a uerbo diuino assumerentur. non potuerūt esse persone. Nam quū diuino numine creati fuerint saltem prioritate nature prius fuit assumptio anime & corporis per ipsum uerbum: q̄ inter se corpus & anima unirentur. & sicut in supposito diuino potius q̄ in humano: anima & corpus christi substabant.

¶ Qualiter dicatur christum in se humanitatem assumpsisse: in modo unionis & non compositionis. Cap. xciiii.

¶ Penes omnium sapientium antiquorum & modernorum sententiam & ratiōes necessario patet: deū esse simplicissimum simplex: ab omni compositione alienissimum: tamen religiosi dicimus & firmiter tenemus: quod uerbum diuinum in se humanitatem assumpserit: hoc est naturam hominis seu corpus humanum & animam. Vnde uidetur: quod compositio fuisset inter deum & humanam naturam: eo magis q̧ ibi erat unum tanum suppositum: idest christus deus & homo. Attamen alia est unio & alia cōpositio: & ideo in compositione altera in alteram conuertitur aut ambe unam solam naturam faciunt: ut materie quatuor elementorum: que in alteram speciem conuerse: unum tertium mixtum gignunt. Quod nō est proprie de natura alicuius elementi: licet per se uarias habeant origines: ¶ Vnita anima cum corpore unam solam naturam faciunt: idest humanam: & in rebus unitis aliter se habent: queādmodum inter uirum & uxorem dicimus: Quoniam uniti nuncupantur: & tamen non conuertuntur. nec unam solam naturam faciunt: nequidem duo amici: licet una res uocent: fiunt una sola natura. ¶ Et sic uerbum diuinum: dum animam humanā & carnē assumpsit: nō fecit unā solā naturā: neq̧ diuinā neq̧ humanā: semper enim natura diuina & humana simul sunt tanquā due res: in eo quod natura distincta altera ab altera: & non una sola. Quapropter nequaquam dicere possumus: quod fuerit compositio proprie dicta: nisi unio. & hoc etiam in dictis religiosorum probatur: quum omnes asserant: quod triduo dū anima christi a corpore separata fuit: uerbum diuinum semper cum anima & corpore sine aliqua separatione extitit. Et si humanitas & diuinitas fuerant una sola natura in morte christi: de necessitate: esset ab humanitate diuinitas separata. namq̧ aliter christus mori minime potuisset: si modo una sola natura in eo supponeretur: & sic altera natura seu pars scilicet humana mortua est uel separata. Quocirca christus unū solū suppositū significabat: hoc ē diuinū: hūanā naturā cōtinēs: quis nō tanq̄ subiectū diuinitas se habuerit. Sed dans humanitati a se unite pfectionē: licet deus oīa habeat unita: ex eo qd oīa ab ipso depēdēt: & deus ē ubiq̧. At uero corpus & aīa christi sup oīa potius unite atq̧ electe fuerūt. Quia uoluit i uno

solo supposito in se illam animam & corpus habere:& cum nulla alia creatura similem propinquitatem fecit.tamē in hoc in diuinitate nulla fuit mixtio:nulla imperfectio:atq; nulla perfectio:nisi tantū quod ipsum uerbum humanitatem perfecit.

¶Qualiter ubicūq; tertium dicimus:unum tātum de uariis constans inserimus:& taliter sepe ad duo existentia una tantum subsistentia. Cap.xcv.

¶Quidam ita arguere solent dicendo : ad duo existentia duo subsistentia sequuntur.In christo erant duo existentia:uidelicet:natura diuina:& humana:igitur duo subsistentia seu subiecta. Vnum eorum in quo diuinitas suppositatur:& alterum in quo humanitas.Sed cōtra hanc obiectionem totum assumptū negatur. Nam sepenumero una existentia seu natura in pluribus subsistentiis suppositatur.Exempli gratia humanitatē tanquā unicā naturam se habere dicitur:& tamen in pluribus subiectis suppositatur.ut pote in petro ioanne & huiusmodi particularibus. ¶Essentiam diuinam etiam in tribus personis suppositatam esse dicimus:hoc est in patre filio & spiritu sancto:& ipsa essentia unica dūtaxat & omnino indiuisa. ¶Et similiter atq; clarius.Subiectum dicit semper unicum pluribus superioribus in ipso unitis ut homo:qui de una natura incorporea & altera corporea constat:& tamen unita rationali anima cū corpore:non fiunt duo homines:nisi unus tantum:& unus homo unum subiectum agit & non plura. Iccirco hic generalis regula assumenda est:quod ubicūq; unum tertium dicimus de duobus aut pluribꝰ resultans in se unitum intelligimus.Sed per superiorem partem plura descensa ad unicam unionem:& in eo quod unio nequaquam plura in se significat:nisi quoddam de pluribus resultatum uel comprehē sum:& sic natura diuina & humana in christo per superiorem partem:aut in eo quod natura simpliciter assumpta:duo existentia sunt.sed unicum tātum suppositum:eo ꝙ tertium:idest:de natura diuina & humana resultatum siue unitum. ¶Amplius ubicūq; perfectio datur:ibi existētiā & subsistētiā cōsideramus:nam penes omnes philosophos qui de ultimis abstractionibus agunt imperfecta est essentia sine existentia:& tunc dicunt existere:quando subiectū uel subsistentiā habet.& hic aut in primis consideratio nibus essentia loco forme siue existentie assumitur : & esse loco subsistentie uel subiecti : & tunc essentiam & esse simul perfectam rem esse dicimus : tamen in deo esse & essentia simpliciter conuertuntur: Nihilominus ibi alia & alia consideratio est . Quia aliter assumimus quando essentiam contemplamur : & aliter quando esse:licet quod in re saltem in deo idem precise sit . Verumtamen distinctionem in consideratione assignamus:& hac uia Aristoteles de abstractis agens nollet quod in re abstracta sint a suis subiectis separata:nequidem forma a materia aut materia ab ipsa forma.sed tamen in consideratione seu opere intellectus nostri separantur. ¶Et hic recte asserimus essentiam diuinam in aliquo esse siue perfectione subiectari:saltem in intellectu uoluntate & memoria siue mente que siquidem perfectiones sunt.& deinceps quum christiani fertilitatem in prima causa consideremus:& probamus:quod non pōt esse fertilitas extrinsecus quin prius intrinsecus sit:& fertilitas ad extra patet:ex eo quod dat cunctis rebus dependere:probat:primam causam intrinsece fertilem esse:& fertilis intrinsece intelligitur dum sibi simile generat & non aliter.ut superius iam latius uidimus. ¶Et hoc argumentū assumimus : quod essentia diuina intellectus uoluntas & memoria in patre filio & spiritu sancto subiectatur.Et tamē essentia & intellectus non habent duo subsistentia:nequidem essentia intellectus uoluntas memoria & paternitas uaria subsistentia dicunt:nisi unam tantum personam:& in una persona una dūtaxat subsistētia. Pater filius & spiritus sanctus in unione unus deus tātum & una tantum subsistentia:& tamen in distinctione tres ꝑsone siue subsistentie atq; tres existentie:quum unaqueq; persona in distinctione per se existat. Paritercꝫ quū uerbum diuinū in se humanā naturā assumpsisset ꝑ unionē in qua tertiū resultauit quod xpm uocamus:q de duabus naturis ꝑ partē superiorē cōstat.Verūtamē unica ꝑsona & unica subsistētia:licet ibi due existētie cōsiderent:uidelicet diuina & humana natura:sed unite una tātūmodo subsistētia uel subiectū. ¶Et hic aduertēdū ē:qd nō pōt dici cristeitas:quū unicā naturā christeitas iferat:& ubi unica natura ꝑ cōgregationē diuersoꝝ principioꝝ:pōt in multis particularibꝰ eiusdē speciei multiplicari.quod absit a nobis:talia scilicet de christo excogitari.idest quod plures christi esse queāt. Nam quū unū solum uerbū diuinum indiuisibile inextensibile atq; inmultiplicabile:non pōt in plures christos trāsire eo quod ipsum uerbū unicū est & īmultiplicabile. ¶Si uero peteref an christus aliū christū generare pōt:Rndendū erit:quod nō.qa ipsum uerbū nō pōt aliud uerbū sibi simile generare ut superius uisum est neq; christus inquātū homo potuit generare filiū:eo quod nō habet ꝓpriū suppositū uel subiectū tametsi propriā naturā habeat:& uerus homo sit.qm̄ ꝑ diuinū suppositū subiectatur non aūt ꝑ se.nō pōt ꝑ se generare:nequidē aliud opus ꝑ se particulariter agere.nō enim ibi ꝓpriū subiectū neq; propria operatio datur.Vnde oportet quod de ꝓcisa licentia uel potestate ipsius uerbi diuini anima & corpus christi operentur:& non aliter.hic uero nō secundum alias creaturas:quia q̄uis omnes sub prouidētia diuina operemur:deus nobis aliquā dedit potestatē ꝓpriā ac particularē operādi:eo quod ꝓpria supposita ꝓbuit.Verū ī aīa & corpore christi:uere nō hāc libertatē posuit:ut ꝑ se operari possent:sed penitus sub potestate uerbi diuini:ex eo ꝙ propriū subiectū non habent.Vnde dicendū est quod christus

mori nõ potuit:dato quod ad paradisum terrestrẽ nõ fuisset:ut de fructu uite comederet:qm̃ suppositũ in quo substẽtatur oĩno incorruptibile.Sed cũ auctoritate siue licentia ipsius suppositi anima & corpus christi separari potuerunt:& aliud opus operari: ℭQuidam ecclesie doctores aliqualiter detrahunt hanc athanasii comparationem:ubi inquit:sicut anima & corpus unus est homo ita deus & homo unus est christus : asserentes quod non sic:sed aliter inferendo:quod ista dictio sicut per eandem uiam seu regulas significat.Verumtamen iuxta cõmunem locutionem recte se habet dum dicimus:sicut tu ascendis ita ego descendo:scilicet : ueluti uerum est te ascendere similiter uerum me descendere.Nam sicut sepe assumitur pro esse seu pro ueritate:hoc & illud dicimus:sicut homo se habet ad humanitatem : ita equus ad equinitatẽ:non per eandem uiam uel rationem:nisi quod sicut homo totaliter se habet ad humanitatem:etiam equus totaliter ad equinitatem.quãuis homo perfectiori modo.sed non est magis totus homo homo q̃ totus equus equus:& hinc dicimus:quod sicut caro humana & rationalis anima simul unite:est uerum:quod sint unus homo:etiam est uerum:quod deus & homo uniti sint unus christus.Sed si diceremus sicut anima & caro simul sunt homo aut unus homo:ita deus & homo disiuncti unus est christus:talis modus loquendi non esset ad similitudinem:quum non sit per uiam comparationis.

ℭQuo pacto esse infinitum non impedit:ad accipiendum carnẽ in utero uirginis: Cap.xcvi.

ℭAlia uidetur difficultas quum deus sit infinitus ut probatum est:quonam modo in utero uirginis ingredi potuit : ad humanam carnem suscipiendam:pro qua difficultate respondemus : quod infinitas dei non impedit:quin hic effectus fiat.Nam sicut est ubiq; sine extensione:similiter est totus in quolibet sine extensione & diuisione sui ipsius.quia sicut uidetur loquendo de sacramento altaris:deus non habet aliquem respectum ad loca:sed quod ubiq; locorum habitat:& est totus in quolibet illorum.Quoniam uero talem potestatem habet:potuit in uirginis utero carnem assumere . Verumtamen nos filium dei seu uerbum dicimus incarnatum esse:non patrem:neq; spiritum sanctum.& quia filius est distincta p̱sona a patre & spiritu sancto:facillime in uirginis utero icarnare potuit.Nã persone diuine in eo quod persone:nec finite nec infinite.& in hoc modo facilius conceditur:quod deus filius siue uerbum diuinũ: potuit in utero uirginis marie humanitatem assumere. ℭMercurius trismegistus:ut iam superius uisum est:in regeneratione uel remedio humanitatis precise asserit:mentem diuinam seu uerbum esse hominem factum:& humanitatis mediatorem:& ipse nimirum sapientissimus atq; optimus propheta fuit.

ℭQuod uerbum diuinum quum absolute infinitum non sit inquantum a patre & spiritu sancto distinctum:potuit in uentre mulieris totum ad incarnandum ingredi. Cap.xcvii.

ℭQuum dicitur deum assumpsisse humanam carnem in uentre uirginis Marie:ueluti intelligendo filium in uentre matris difficile apparet.quia filius totus est in matrice:& deus:quum infinitus sit:nõ potest totus concludi in aliquo uentre mulierum:nequidem in tota mundi machina . Deus enim omnia comprehendit & a nullo comprehenditur.Nos autem respondendo asserimus:infinitum indiuisibile esse : & ubi pars ibi totum:& quia pars imaginando partem:erat in uentre uirginis:ibidem & omnes diuine uirtutes. ℭEt etiam ulterius respiciendo:quod filius sit incarnatus precise:& nõ pater nec spiritus sanct9: uidetur quod deus inquantum uerbum aut filius humanitatem assumpsit:& non in eo quod absolute infinitus. ℭEt persone in diuinis inquantum persone:nullo modo infinite:quoniam pater non cõprehendit in se omnino filiationem:nec filius paternitatem:nequidem pater & filius amorem siue inspirationem spiritus sancti.Et he tres persone sub diuinitate aut essentia diuina comprehẽse sunt:licet quelibet persona inquantum essentia & deus idemptice cum aliis infinita sit.Tamen non tres infinite:neq; infinite inquantum persone ab aliis distincte:aut in illo quod non est aliis cõmunicabile:ueluti paternitas:que non communicatur filio : & quia persone non sunt absolute infinite ; totum uerbum inquantum filius potuit in utero beate Marie incarnare. ℭChristiani dicendo:quod deus in uentre beate Marie carnem humanam assumpsit:de deo filio intelligimus.& deus in eo quod filius totus incarnauit:& totus est beate Marie filius.Sed deus quo ad patrem & spiritum sanctum non dicimus:quod sit Marie uirginis filius:nisi tantummodo quo ad filium.Pater enim alius est a filio:& spiritu sancto:non alius in deitate nisi in persona paternitatis solum.ideo filius quum alius a patre & spiritu sancto sit personaliter:i eo quod filius:& persona distincta in uentre domine nostre ad assumendam carnem humanam ingressus est:& sic dum ecclesia christianorum cantat dicens. ℭQuem totus non capit orbis in tua se clausit uiscera factus homo : hoc totum de deo intelligimus:quia ipsum non possumus totaliter comprehendere . Sed dum asseritur in tua se clausit uiscera:totum assumimus:eo quod ubi pars ibi totum:pars autem secundum nos intelligas.Verumtamen non taliter : quod ita sit hic quod non alibi . Nihilominus deus filius quo ad filium tantum in uentre uirginis totaliter clausus erat:sed non inquantum deus:quãuis deus filius . Quoniam in hoc in deitate scilicet est a patre & spiritu sancto indiuisus:& consequenter ubiq; manens. ℭHic quoq; de speculo sano:& postmodum rupto exemplum adducere possumus.

Quoniam sanum speculum totam figuram hominis accipiet:& de rupto in partibus quelibet pars to=tam imaginem hominis assumit:tamen non totaliter.Nam si totaliter una pars speculi totam figuram hominis assumeret:alie partes nihil haberent quod assumerent.& sic deus in quocūq; particulari totus speculari potest:& non totaliter in aliquo:sed in eo quod filius totus ac totaliter in utero domine no=stre ad assumendum humanam carnem ingressus est. ¶Aliter & facilius exponēdo dicimus:quod uer bum factum homo in uiscera marie est inclusum:quoniam uerbum diuinum anima & corpus in christo unum subiectum uel suppositum solum habebant.Quamobrem persona christi tota atq; totaliter in uē tre matris clausa est.Semper tamen de deo filio seu secunda persona in diuinis simul cum humanitate intelligitur.Et licet hec unio miraculosa sit:non est dicendum esse impossibile:eo quod adeó cuncta de pendent:& obediunt quāuis negantes legem in quoquomodo de mysterio incarnationis admirari pos sunt. ¶Religiosi uero seu tenentes bybliam quamplura similia aut parum discrepantia inuenimus:& concedimus ipsa sicuti in principio genesis.Vbi deus dicit faciamus hominem ad imaginem & similitu=dinem nostram. ¶Vlterius serpens ad mulierem:scit enim deus:quod si de fructu uite comederitis eri tis similes altissimo. ¶Et postquam Adam & Eua peccauerūt audientes uocem dei deambulantes in paradiso ad auram post meridiem: abscondit se adam & uxor eius a facie domini.& hic secundum scri=pturam deus omnipotens ĩ paradiso terrestri tanq̄ homo proficiscebať & loquebatur. Similiter dum in rubo ardenti deus mosi appuit:ueluti homo cum homine particulariter loquutus est.dicens. ¶Terra in qua itas sancta est.Insuper etiam tenemus:quod cum deo facie ad faciem loquutus sit:dum apparuit in monte synai in nube táquam homo loquutus:& alia itidē plura fecit.& quum moses deum poscebat ut sibi faciem ostenderet:uidetur quod deus negauerit: Verum inquit tollam manum meam:& uidebis posteriora mea:que quidem posteriora uidentur de incarnato uerbo diuino denotare : & alia quoq; q̄ plura his similia habemus. ¶Dum deus legales tabulas mosi dedit asserit digito dei fuisse inscriptas: & quum in ualle mambre super arbore tres uiri habrahe apparuerunt:quod angeli sint aut deus in tri=bus personis tanquam humani uisi fuerunt:& angeli qui Sodomam destruxerunt : haud secus q̄ adole=scentes ibant:& angeli etiam ĩcorporei sunt:deus aut angelus qui cum Iacob luctatus est:uidetur quod corporaliter apparuerit.Et quia deus ad loquendum cum hominibus humanas uoces format facillimū est per incarnationem secum humanitatem copulare:in quo apparet homines nimiam cum deo confor mitatem habere.& pre ceteris entibus nos ab eo amari:nec imerito:homo enim duntaxat de corporeo & incorporeo constat:& totus mundus est de his duabus naturis:sed non una sola res de ambabus nisi homo tantū.Quocirca dum deus hominem respicit : in quoquomodo totum mundum siue naturam corpoream & incorpoream aspicit:& uiso hoc non est admirādum:quod deus humanā carnem assume ret:eo magis quod in scripturis etiam demonstratur esse in diuinis plusq̄ una persona:& quod irreligio si philosophi hoc negent etiam iuxta ipsos stare potest.quia Aristoteles saltem & sequaces eius asserūt deum siue primum motorem esse in prima celi circūferentia:uel quod super oriente positus.& hic pari ter irreligiosi de particulari mansiōe dei affirmant . Quod si manet super oriente particulariter nō est inconueniens:quod in utero mulieris maneat:quum infinitus sit. Tamen nos dicimus deum infinitum & ubiq; esse.Sed quum persone non omnino infinite in eo quod persone:totum uerbum diuinum po= tuit in utero beate Marie incarnare.

¶Quomodo in christi generatione nō erat conueniens:ut uirile semē cōcurreret. Cap.xcviii.

¶Quatenus in uirginis utero christus sine uirili semine concipi potuerit:duobus modis principalibus innotescit.primo quod ubi diuina persona concurrit ad assumendam humanitatem:non fuit nec debuit coitus hominis ac mulieris interuenire.Deus enim assumendo purum sanguinem uirginis:potēs est ad talem generationem faciendam:adeo perfecte sicut sibi placet. ¶Secundus modus est:quod non re=pugnat nature ut de semine aut sanguine mulieris filius generetur:dummodo aliquod agens ad expo nendam materiam concurrat:quod hac ratione uidetur.Quoniam semen hominis & semen mulieris non sunt diuersarum specierum.Sed unius tantum.licet ex concursu masculi & femine:tanquam agen tes & patientes conueniant.Si autem adueniret aliquod aliud esse perfectum:quod operaretur:& semē illud mulieris disponerent:uidetur ex illo filium generari posse.

¶Quo pacto tractando de generatione christi quo ad hominem:aliqua philosophorū & medicorum exempla capimus ubi ipsi scribunt patrē & matrem ad generationem hominis concurrere. Cap.xcix.

¶Penes ĩtellectionē ĩcarnatiōis xp̄i ꝑ maiori declaratōe quasdā phorū auctoritates adducemus : q̄ de generatiōe hoīs agere uidenť:hoc ē quatenus ad generādū sit maris & femine cōcursus. ¶Quidā te nēt q̄d semē uiri ĩ generatiōe ingrediať in embriū:uel corpus generatū. ¶Alii uero ĩquiūt:q̄d semē uiri solū actiue cōcurrat:quēadmodū magister aut instrm operans menstrualem mulieris materiam : &

sicut dicunt philosophi: semen uiri eiusmodi potentiam sortiri: tenendum est: quod spiritus sanctus potestatem habuit disponendi materiam in domina nostra ratiõe unionis cum uerbo diuino: quemadmodum & de semine hominis fit: eo quod non solum semen mulieris laborat: uerum etiam disponit ipsum ut cum rationali anima uniatur: & hoc modo quo ad ordinem naturalem intelligi potest: quo pacto deus possit humanam carnem in Marie uirginis utero assumere: quod uia naturali accipitur: tamẽ intelligendo magistrum diuersum: ab illis qui cõmuniter ad generationem hominis concurrere solent.

¶ Quod solus filius incarnatus sit: & nõ pater neq; spiritus sanctus & quod in christo unam solũ modo filiationem esse dicimus. Cap.c.

¶ Quoniam secundum omnes christianos: ex personis diuinis filius est incarnatus: & non pater nec spiritus sanctus: Quidam interrogare consueuerunt: an duo filii sint uel unus tantũ? Quia dicimus: uerbũ diuinũ esse filium dei ab eterno: & christum de uirgine temporaliter natum. Hic autem cõmuniter exponunt duas esse filiationes: & unum solum filium. Sed recte possumus tenere: unam esse filiationem. Nam quo ad deum est semper unum: nunc de presenti absq; priori & posteriori: & hoc presens est unitum cũ eo instanti in quo domina nostra dixit. ¶ Fiat mihi secundum uerbum tuum: & quãuis hec uerba fuissent in tempore prolata conclusio in eodem instanti extitit: quo uerba pronunciationem aut sententiã suam finiebant. Vnde nulla fuit distantia inter uerba & conclusionem ipsorum. Et quia uirgo pronunciatis ac finitis uerbis in eodem instanti sine alio medio uerbum diuinum: carnem: siue humanitatẽ assumpsit: & assumere carnem: & esse hominem et uirginis filium in uno & eodem instanti fuit: constat: unum fuisse filium: & unam filiationem: nõ solum filium dei: neq; uirginis. Quisq; enim homo est filius patris & matris: & est unus filius & una filiatio tantum: ex quo inferre possumus: christum dei filiũ ab eterno esse: quod ex parte patris de presenti intelligitur: & q; filius ex parte matris temporaliter: dico temporaliter: quia si in matre fuit pro tunc: quod prius non erat. Quoniam in illa generatione nõ fuit prius neq; posterius: sed quod in instanti facta. Nam dicente domina nostra fiat mihi secundum uerbũ tuũ: perfectis uerbis & consensu domine nostre: christus genitus & organizatus fuit: eodem instanti sine aliquo temporis discursu. Et quia in uno solo instanti uerbum diuinum & humana caro atq; anima rationalis unionem habuerunt: patet: fuisse unum suppositum seu personam uel filium & non plures.

¶ Qualiter non uidetur christum incarnatum fuisse: si adam non peccauerat. Cap.ci.

¶ In hoc loco dũ circa auctoritatẽ leg s cõtemplamus: uidelicet: qđ ad imaginẽ dei facti sumus: põt inferri cã similitudinis: dato quod primi parẽtes nõ peccassent: deus assumpsisset carnẽ humanã ut hoies secũ magis uniret. sed hoc circa legales tantum stare potest: & in modum persuasiuum tenendum: nõ autem naturalem. cum nos non simus eiusdem speciei cum deo: neq; deus potest aliquam perfectionẽ ab hominibus elicere: posito quod cum eis coniungeretur. quocirca aliqua necessitas ex parte hominum est ponenda: & si primi patres non peccassent: nullam potuissemus assignare necessitatem. quoniam inquãtum creature in specie nostra perfecti eramus: & ubi nulla posita necessitas nullatenus uidetur conuenire: q; deus cum dominus sit: habitudinem serui assumpsisset: & sic dum cum iudeis & mauris decertamus tantum adducimus necessitatem Remediandi casui Ade: non enim aliam naturalem unionem: que fieri debebat. & si opponeretur: quod ita magnum misterium ut incarnatio uerbi diuini est: non põt oriri per errorem primorum parentum. Respondendum est: talem imaginationem contra legem esse. quoniam omnes prophete ueteris legis: petunt redemptorem mundi: eo quod primi parentes peccauerunt: & omnes doctores noue legis hoc approbãt: & quod aliter uerbum diuinum incarnasset persuasiuum est. sed nulla ostenditur necessitas: ex parte dei: neq; ex parte creaturarum. Quoniam homines sine peccato satis perfecti erant: licet quod causa similitudinis aliqua necessitate posita: nulla est repugnantia: quod deus carnem humanam assumpsisset: ut bonitatem suam in tempore necessitatis amicorum ostenderet. nam uerus amicus potius in tempore necessitatis amici: quam in prosperitate ad ipsum atri cum accedit & sic preceptum legis habemus cibãdi esurientes: induere nudos uisitare in carceribus positos: atq; infirmos. & non compellimur per preceptum ad subueniendum per elemosinas & uisitationes diuitibus liberis & sanis: sed male se habentibus. & sic christus asserit non esse opus medicum sanis: sed male se habentibus. Vnde fit quod plures medici & alii mediatores: in curandis infirmitatibus & similibus aduersis: quãuis pessimis & per scandala factis: maximam penes deum & homines acquirunt cõmendationem. Non quod errores seu scandala sint cã boni saltẽ propinqua: nisi cã aliqualiter sine qua illud bonũ non fieret. sed causa propria atq; propinqua bonitas mediatoris est. & sic nunquam errores cõmendamus: nisi quem curat ipsos aut expellit: & tamen si mala hec non contigissent: nequidem curator ipsorum penes hanc operationem cõmendaretur. licet quod uoluntas eius ab intrinseco bona: sub qua uolũtate cõmendabilis. & tamẽ si ad extra nil operaret saltẽ circa nos nũquã uẽdicaret tãtã laudẽ: ut de pluribus confessoribus atq; predicatoribus in ecclesia exẽplum habemus: ex eo quod plures pecca

tores aut qui in malis delectabantur:ad rectã uiam deduxerunt.unde non aspicimus:quod peccata sunt boni causa:nisi quod operatio delendi ipsa bona est. ¶Et sic deus in assumẽdo humanitatẽ nostrã:nõ aspexit quod peccatum sit cã boni nisi bonitatẽ ꝓpriam aspicit:& quod amici in necessitate subuenien= di sunt & quod homo amicus dei sit.a natura & lege patet.a natura quia sup omnia animalia atq; oia preter angelos dignos nos fecit:& tanta dignitas super tot creaturas sine amore particulari esse nõ po test:& ubicunq; particularis amor ibi amicitia . In lege uero deus inquit. ¶Faciamus hominẽ ad ima ginem & similitudinem nostram:& alibi in cõmendatione hominum bene uiuentium :uos dii estis dicit. & cum similis in creatione denominet homines & deos per operationem sanctam:constat : quod tan= quam amicos suos nos appellat:& amicus a natura & accidẽte coniunctus:seu propinquus dicit.unde nulla datur inconuenientia:quod super hanc propinquitatem alius gradus propinquior poneretur:ut assumptio humanitatis.sed hoc in deo non est magnum misterium: nequidem ipsum deum ascendit in aliquem gradum perfectionis.sed quia bona ĩ amicis necessitatis agit:ipsum cõmendamus.& tamẽ deus bonitatem suam tantum assequitur.nam multo maius misterium est homines & alia simpliciter aut no= uiter creare:quam post creationem ipsos hoies per aliquẽ gradũ ultra eũ quod prius erãt: secum unire.

¶Quomodo dicamus christũ filium uirginis esse: inquantũ dominus & humanus erat. Cap.cii.

¶Vt uideamus an uerbum diuinum dici possit uirginis filius:& quomodo filius intelligatur:aliquid di= cetur. Vnde asserimus quod homo & mulier solum corpus generant: & non animam : eo quod ipsa de nouo creatur:& corpus solum nõ nominatur filius: sed corpus & anima simul. Quapropter tam anima ꝙ corpus sub nomine filii ingreditur: quia homo est resultatio seu unio quedam de anima & corpore:& hic est filius & non anima separata neq; corpus . Similiter intelligi potest uerbum diuinum esse uirginis filium:eo quod in ea carnem humanam assumpsit:& in uentre eius per nouem menses mansit. Nam quẽ admodum christus est filius dei:& homo & christus est filius domine nostre: uerbum diuinum & filius uir= ginis sunt semper una persona.& per consequens unus filius.

¶Q ũo si totum differt quiditatiue seu formaliter a partibus simul integralibus:uerbum diuinum aĩa & corpus christi simul;nõ erãt filius marie uirginis:& quod lõge aliter tenẽdũ est. Cap.ciii.

¶Stante uniuersalistarũ opinione:scilicet:quod totum a partibus simul differat:dicendum est:uerbũ di uinum non esse filium marie uirginis:eo quod domina nostra solum concepit & in utero portauit ac pe perit christum: qui totus & non pars est. Si uero christus totus aut indiuidualiter assumptus quiditatiue differt ab illo quo christus est christus seu indiuiduus minime dicendũ est. Verbũ diuinum esse marie uir= ginis filium. ¶Nonnulli ex formalizantibus inquiunt:quod differentia per quam indiuiduum est indi uiduum quiditatiue differt ab ipso indiuiduo. Christus est indiuiduus seu christus est christus: per diuinã & humanam naturam : igitur circa istorum opinionem ipse christus differt a diuina & humana natura: scilicet a uerbo diuino ab hac anima & ab hoc corpore simul omnibus assumptis. ¶Sed petimus nũc si entitas iudiuiduans essentiam seu materiam est aliud quiditatiue ab illo indiuiduato supposito:quomo do illud indiuiduum uocari potest? Quandoquidem de se nũquam repugnat materie in diuersas species transire:& omnibus indiuiduis repugnat palam:ergo sequitur quod ipsa entitas indiuiduans & materia indiuiduata unum suppositum siue subiectum . & non plura faciunt. Quapropter capiendo indiuiduũ in se:duo referuntur:pars scilicet indiuiduãs:& pars indiuiduata . Quibus itaq; omnibus assumptis: hec simultas idem dicit quiditatiue:cum principiis suis:idest:cum principiis in illa simultate manentibus : nõ respectiue ad illud:quod prius illa principia erant:nisi ad hoc nunc ita manens. Namq; ibi entitas indi= uiduans minime se habet: tanquam absoluta seu simpliciter manens:nisi materia in uno tãtum indiuiso subiecto unita.& quia simul sunt unum totum in eo toto siue simultate: una sola res sunt:in qua imitate uel solitate idem quiditatiue. ¶At dum principia consideraremus : entitatem scilicet indiuiduantem:& alteram aptam ad recipiendum indiuiduationem: proculdubio in eo tunc aut sub tali cõsideratione dif ferunt partes a suo toto:seu principia a suo composito. Sed in eo tunc non possunt dici partes simul in ultima indiuiduatione. Quoniam indiuiduum sub hac ratione indiuiduationis unum omnino simplex: & non plura dicit:licet ante indiuiduationem & post seperationem indiuidui diuersa sint hec principia ab illo quod sunt simul indiuiduata.& unumquodq; principium totum per se: non autem pars. ¶Et per hanc uiam an uerbum diuinum esset marie uirginis filius : satis intelligere possumus. Quoniam chri stus unum solum indiuiduum siue suppositum dicit:licet per prius de uariis naturis constet. At simul unã naturam uel unitatem tantum agit:idest:christianam : sub qua omnes eius sequaces degimus aut saluari possumus. Et ista natura indiuisa:unde christus idem est ĩ quiditate cum uerbo diuino:cum anima:& cor pore humano. tamen seperare aliud est uerbum diuinum quiditatiue : aut quomodocunq; sit:ꝙ christus continens in sua indiuiduatione diuinitatem & humanitatem simul in uno solo supposito. Attamen si= mul nil aliud est totus christus:ꝙ uerbum diuinum & humanitas siue corpus & anima humane unite cum

ipso uerbo in una sola simultate uel indiuiduatione. Vnde probatur quod uerbum diuinum idest christus: qui idem est quiditatiue cum uerbo diuino cum anima & corpore humano: & consequenter uerbũ diuinum filius marie uirginis in ea simultate assumptus: idest: in christo. hic dicendum est quod quicquid filius marie uirginis est consanguineus parentum domine nostre. Deus siue uerbum est filius domine nostre: ergo deus est in christo parens parentum marie uirginis. Nam de ratione facilius hoc dici potest: q̃ quod deus sit crucifixus & mortuus presertim de morte. Mors enim proprie dicta duo ad summum significare potest: uidelicet corruptionem aut separationem totius. uerbum diuinum non est corruptum non ab anima separatum: nequidem a corpore ipsius christi. itaq; male sonare uidetur dicendo deum fuisse mortuum. Conceditur quod christus sit mortuus: uerum in eo tunc iam tanquam de partibus uel separatis naturis & non de diuina natura unita consideramus: in qua separatione de sola humana natura assumimus: eo quod diuisa est scilicet anima a corpore: sub qua distinctione uerbum diuinum nõ est filius marie uirginis: sed inquãtum christus unitus. ¶ Quod si diceretur uerbum diuinum non est generatũ in utero marie uirginis: aut proprie ex una natura in alteram transmutatum: respondendum est: quod rationalis anima non generatur ab isto homine. & ista muliere: & tamẽ simul cum corpore ab his patrib9 generato ipsa quoq; anima istius hominis & mulieris filia: eo quod anima. & corpus simul sunt homo & non solum corpus. Totus autem homo est filius patris & matris eius: nequidem materia inquantum materia per suum proprium principium in embrium transiens est filia hominis & mulieris: nisi inquantũ per ipsos de specie in speciem transit: ex qua transitione potius absolute dicere possumus: corpus esse filium hominis q̃ quod anima. Verumtamẽ anima & corpus simul. in hac simultate scilicet in homine etiã sunt filii hominis in quo nil de principiis neq; ultimis finibus: tanquam de diuisis consideratur.

¶ De aliquibus argumentis atq; exemplis formalizantium inferentiũ: q; totum per aggregationẽ & partes simul formaliter: seu quiditatiue differant: ac de ipsorum solutione. Cap. ciiii.

¶ Hic uero nõnulli formalizantes insufficienter intellexisse uidentur: quum sub eadem ratione ponere uelint partes seu principia priusq̃ simul uniantur. & post unionem: que indistincta est cogitatio. Nemo enim tam rudis est quod imaginetur formam hominis per quam homo est homo & materiã anteq̃ simul in hac specie uniantur: in ea separatione hominem esse: nequidem aliquam ipsarum per se. & tamen non nulli inquiunt si forma hominis per quam homo est homo: cõueniret cum homine in quiditate ipsa per se anteq̃ cum materia uel membris humanis uniretur: ubiq; esset homo: que quidem stulta excogitatio: quum nullus sani intellectus similia dicat: preterq̃ in simultate anime & corporis in humanam speciem translata: in qua uero specie idem est totum cum eo quod in totum est conuersum seu generatum. Nã corpus hominis differt a materia elemẽtorum in specie: non autem a materia in speciem ipsius hominis conuersa. Neq; asserendum est quod sit aliud & aliud. Si enim principia simul unita aut in unam solam speciem translata auferrerentur: nullũ ibi remaneret totum: nequidem dimidium. ¶ Licet aliqui formalizantium aliter sentiant: ut magister stephanus brulefer dicens. ¶ Impossibile est eandem rem manere & non manere: existere & non existere: sed partes integrales possunt manere toto non manẽte: possunt existere toto non existente in actuali existentia dicendo. Nam secũdum philosophum septimo methaphysice syllaba ba põt destrui remanente b & a: quia b & a possunt mutuo existere non existẽte ea sylla ba. At nos respondendo dicimus quod hic auctor in eis uerbis saltem non ostendit intellexisse: quid partes simul in ea simultate dicant. Quoniam per se unaquęq; res seu aliquid aut quodcũq; ens dicit totũ. & nunquam partem. Nam totum & pars respectiuum uel relatiuum est ad alterum: & nullum relatiuum sine correlatiuo suo dari potest. totum per cõgregationem est respectiuum ad partes simul: & partes ad totum. igitur si partes dantur in actu seu in existentia: totum quoq; in actu siue existens. Totum enim p̃ cõgregationem & partes respectiue sunt. Et asserendo q; a & b dari possunt destructa syllaba ba hoc cõceditur: attamen separate unaqueq; istarũ litterarum per se ubi una non aspicit aliam. Sed potius ambabus simul i specie cominationum stantes ordine: est impossibile quod a & b simul dentur quin syllaba sit in hac simultate ba. Namb & a simul in scriptis cõminatis aut in uocibus & syllaba ba simpliciter idem sunt. Et hoc modo anima rationalis & corpus humanum separate dari possunt: que nõ sunt humanum indiuiduum: at simul ad humanã speciem reducte idem sunt anima & corpus atq; homo. Vnde iuxta exẽplum ab hoc auctore assumptum: patet: qualiter totum per aggregationem & partes simul idem sint. Quoniam partes nõ dicerentur nisi relatiue ad illud totum in quo species actualiter manent: quod uniuersale uel particulare assumas. Partes siquidem inquantum illa cõgregatio diuidi potest: & totum ex eo quod in una simultate seu indiuiduatione manent ea que de uariis principiis cõstãt. ¶ Et quum dicat omnes cause intrinsece alicuius compositi causant aliquid: & non causant seipsas. igitur causant aliquã aliam entitatem per se quum terminus generationis sit quoddam per se unum: scilicet: compositũ. Respondendum est: quod dum materia elementorum uel sperma patrum occurrit in matrice mulieris: ubi in specie hominis generatur non occurrit tanquam pars hominis: nequidem anime. Sed ut principia & tanquam totum. Nam partes hominis sunt in eo: q; anima: & embrius in speciem hominis ascendunt: in

quo signo partes & totum respectiue se habent:totum considerando:quod in una sola specie uel indiui duatione & partes:causa quod illa indiuiduatio de pluribus constat per primum principium:quis ad il lam speciē deducta:una sola res sint.& sic ibi duntaxat imaginaria distinctio datur: ℭ Materia & for ma uero uel principia prius occurrentia:non erant partes hominis ante cōminationem:neqꝫ generant seipsas:sed celi elementa & particularia animalia talem generant materiam in specie:quam est trāsitura: rursus dum dicitur ꝙ nemo causat seipsum semper:respondēdum est:ꝙ plures res causant seipsas aliter se habere quam prius se habebant.unde habetur petrus fuit causa saluationis sue:& iudas causa sue pdi tionis & hic cause aliter se habere quam se habebant assumuntur : & sic partes integrales seu anima & corpus mutuo concurrendo causant simultatem que simultas totum uocatur ; & tandem nil aliud est inquantū causatum nisi partes aliter se habere quam prius se habebant.unde partes nō causant seipsas sed tantum aliter se habere:quam prius se habebant causant.Subdit hic formalizans:exemplando i mor te christi & lazari asserens:quod anima christi triduo non fuit corrupta:nequidem corpus.ergo illa ter tia entitas ut puta humanitas ex anima & corpore resultās:corrupta erat.itaqꝫ realiter & essentialiter est a suis partibus distincta: quum una & eadem res non possit simul esse corrupta & nō corrupta.Sed nos dicimus & salubrius quod in christo nihil est corruptum:nisi quod solum rationalis anima a corpore se parata.& hec proprie mors est & non corruptio:sed separatio.Quoniam autem in christo pro pfectio ri uia mors est ponenda:confitendum est ibi duntaxat separationem & non corruptionem fuisse.Et si di cis miraculum est mortuos resuscitare:eo quod ibi aliquod nouum est ponēdum.Conceditur quod quo modocunqꝫ sit anima a corpore separata:difficile est quod ad id quod prius erat reuertatur.Sed adhuc naturaliter loquendo:maius miraculum haberetur resuscitare post corruptionem membrorū:q̄ si nil de his corruptum esset:nisi anima ab eis tantummodo separata.Vnde in sola sparatiōe simplex duntaxat resuscitatio uel reunio fuisset:& ubi membra corrupta ipsorum membrorum reparatio aut potius rege neratio resuscitatio & reunio inter animā & corpus. ℭ Quumqꝫ dicat animam & corpus hominis eius dem generis esse:eo quod utrunqꝫ substantia.Respōdendum est: quod corporeum & incorporeum:cor ruptibile & incorruptibile:plusq̄ genere differunt. ℭ Cōcedamus quod in generatione seu unione ua riorum principiorum:ibi aliquid generetur:saltem uarietas specierum quod i simplicibus principiis nō erat.Verum hoc aliquid tanquam pars integralis se habet: quemadmodū & alie partes.& quicquid i inte grales partes ingreditur:de ipsa specie totius est.Quod autem in separatione compositorum hec pars magis & illa minus corrumpatur: nequaquam est contra totalitatem.Quoniam in eo tunc totum p cō positionem aggregatum non datur.Sed dum durat omnia ibi recte contenta sunt unius atqꝫ eiusdem speciei ad unum solum indiuiduum reducta:& quecunqꝫ unum indiuiduum.in ea indiuiduatiōe unum totum sunt:quod uaria simul dicit.Que uero simultas i fine animalium dissoluitur: ubi amplius neqꝫ to tum neqꝫ partes sunt:q̄uis aliqua materia uel forma : que erat in hoc composito in una specie ad aliam compositionem & uariam speciem transeat.Attamen sepate nō sunt partes:sed unūquodqꝫ p se totum.

ℭ Quonam pacto principia que propinqꝫ in aliquod opus seu totum ingrediuntur:nō sunt cau sa illius toti uel operis:sed causa sunt ea principia remota que aliquod opus agunt;& in ipsum nō ingrediuntur. Cap.cv.

ℭ Respondendo ad argumentum dicens: quod nullus causat seipsum:& quod anima & corpus homi nem causant:unde aliud est anima & corpus tanquam cause:& aliud homo tanquam causatus:dicimus: dupliciter intelligendam esse causam:altera causa est que priusq̄ accedat ad opus tanquam causa uidet: sed ad passum deducta in ipsum compositum ingreditur:tanquam subiectum sine quo illud resultatum species uel opus non fit.Sub qua imaginatione talis materia uel forma occurrens tanquam causa se ha bet.At inquantum illa materia uel forma in illud opus ingreditur seu transmutatur nō est causa:sed ab aliis superioribus causatur:ut filius qui a celis:elementis:& patribus originatur.& celi inquantū celi:ele menta inquantum elementa:& pater nequaquam in filii compositionem ingrediuntur : & tamen cause sunt tanquam ad extra se habentes.Sed sperma per quod corpus hominis aut embrio generatur dedu ctum ad passum generationis embrii:non est causa.Quoniam ipsummet semen generatiuum transit in embrium & non causat embrium:ut patet sensibus : quia non remanet sperma generato embrio ueluti pater remanet generato filio.Cibi quos manducamus inquantum cibi : sunt causa utilitatis corporum animalium seu uite ipsorum:sed sanguis caro ossa nerui & similia que ibi generantur non remanēt tan quam sub causa c borum nequidem pro causa cibos habent:quum ipsi cibi in sanguinem carnem & si milia hominis transierint.si enim cibi in carnem & alias animalium partes non trāsirent essent causa de seipsis membrorū generatorū:sed quia transeunt:cause esse non possunt:quia in illo tunc fuissent cau se.Concedimus totum cibum non transmutari in carnem ossa & similia hominis preter aliquam partē. Vnde id quod remanet potest dici aliqualiter causa illius quod transit:ut elementa pro maiori parte as sumpta:sunt causa quod aliqua pars sue materiei in corpus animalium uel aliorum compositorū tran seat. ℭ In artificialibus forte clarius hoc uideri potest ; ut in domo:sicut dicendo ; fundamenta:paries.

tectum & tota domus idem ſunt: Quoniam hic nulla eſt naturalis forma que cauſet ipſam domum: & in
grediatur in eam. Quia architector tanquam cauſa extrinſeca omnino ſe habet: & ſic lapis calx ligna &
ſimilia paries & tectum idem ſunt: in hac edificatione uidelicet in hac domo: & domus nil aliud eſt q̃ fun
damenta paries & tectum ſic & ſic ſituata. Illa uero lapidum & lignorum ſituatio propria eſt in ea ſimul
tate. Namq; illa ſimultas lignorum & lapidum in tali ſpecie ſeu ordine deducta eſt domus: & tamē lapis
& ligna non cauſant domum: ſed tranſeunt in domum: licet quod priuſq̃ in domum tranſirent. tāquam
cauſe uel principia denominari poſſent. Sed quum ad punctum generationis uel edificationis attingūt:
non ſunt amplius cauſe niſi quod architector eſt cauſa. quod ligna & lapides in domum tranſeant. & ſic
anima & corpus non ſunt cauſe hominis ad paſſum deducte. Quum tāquam ſubiecta ſe habeant ī quo
laborandum eſt: & ita deus celi elementa homo & mulier tanquam cauſe occurrunt: quod rationalis ani
ma & corpus ſeu ſperma uel embrius in hominem trāſeant. Nam ſi ex ſe corpus uel ſperma & anima pe
tri eſſent cauſe ipſius petri: per ſe poſſent petrum cauſare: quod nempe falſiſſimum eſt: Quandoquidem
alia ſuperiora ut diximus ad compoſitionem petri & aliorum hominum occurrunt. Nullus itaq; ab ani-
ma & corpore ſuo cauſatur: preterq̃ ab aliis cauſis prioribus in actu poſitis. Vnde probatur animam &
corpus in hominem tranſire & ipſum non cauſare nequidem a ſeipſis ſed ab aliis cauſari. ¶ Amplius
omnis cauſa recte dicta ſtare poteſt abſq; ſuo cauſato: & cauſatum quo ad cōmunem naturam loquēdo
ſine cauſante ſaltem per aliquod ſpacium. Anima rationalis & corpus humanum ſtare nequeunt in iu-
ſto ordine atq; ī una ſimultate: quin homo ſit neq; homo quin anima & corpus: igitur ibi neq; cauſa ne
q; cauſatum datur alterum ab altero ortum. Anima ſaltem uegetatiua & ſenſitiua in corpore generan-
tur: quo ad illam ſpeciem preciſe uegetationis & ſenſualitatis. Tum etiam ſecundum aliquos intellectiua
anima in embrio hominis creatur. Vnde probatur quod anima & corpus ab aliis ſuperiorib9 cauſis ge-
nerantur ſeu cauſantur: uel in uarias ſpecies tranſmutantur non autem a ſeipſis. Nam ſenſitiua anima
ſubſtantialiter in ſenſuali ſiue mundi anima manet: & corporum materia in elementorum ſubſtantia.
Quocirca op9 ē qđ ꝑ aliquod aliud tanq̃ a cā ad particularia animalia deducant̄: ita qđ aīa & corp9 nō
ſunt cā aīaliū eo qđ ī ipſis aīalibus tanq̃ itegrales atq; eſſentiales partes ingrediunt̄: & quicquid in aliud
eſſentialiter ingreditur minime cauſa eius eſt: ut ſperma ī embrio atq; lapides & ligna in domo. ¶ De
mum ſi totum a partibus integralibus realiter diſtinguitur: petendum eſt undenam iſtud totum origine
tur hoc eſt a quo materiam aſſumat: & a quo formam. Si ab alio uel a ſeipſo. conſtat: ſi eſt ſubſtantia aut
accidens materia uel forma corporeum aut incorporeum concretum uel abſtractum aut neutrum iſto-
rum. Si uero homo eſt ſubſtantia corporea: oportet quod materiam a quattuor elementis aſſumat.
& ſi incorporea a deo ab angelis uel animabus rationalibus: ſi accidens eſt ab albo nigro rubeo aut
ſimilibus: ſi concretum: oportet: quod a concreto tanquam de materia & forma conſtante generetur
ſi ab abſtracto tanquam uniuerſalis erit: quod non poteſt ad propoſitum dici: quum uniuerſalia neq; ꝓ
prie generent neq; generētur. & homines de quibus hic agimus particulares ac proprie generati ſunt.
Ideoq; a ſe uel ab alio. Si ab alio non inuenimus alia principia propinqua: niſi ſperma uel embrium for
mam uegetatiuam ſenſitiuam & intellectiuam: quas terminum generationis eſſe dicimus: hoc eſt in qui-
bus generatores laborant: uidelicet: natura atq; patres & ea res in qua laboratur ſemper ingreditur in
ipſum opus: tanquam integralis pars generatio fundatur ſeu laborat in ſpermate in uegetatiua ſenſiti-
ua & intellectiua: ergo iſta que laborātur ſunt partes ipſius operis ſimul cum aliis: que in tali unione uel
generatione occurrunt: ut proprie paſſiones: ſicut riſibilitas in homine & ſituatio uel ordinatio manſio
nis in domo: que paſſiones non ſunt in aliquo principio neq; in omnibus ſeparatis. Riſibilitas enim nō
datur in corpore neq; in anima ſeparate aſſumpta ſed ſimul unita ad unam ſolam ſpeciem atq; indiui-
duationem reducta: nequidem ſituatio uel edificatio domus eſt in aliquo ligno per ſe neq; in lapide: ſed
dum ſimul ſunt. edificatio autem uel ſituatio in domo & riſibilitas in homine tanquam integrales ptes:
& non ut totum ſe habent. homo ab humanitate humanus uocatur. Sed hoc denominatiue tantum eſt:
ſicut ab albedine album. Quoniam quum humanitas abſtractum dicat nullatenus hominem cōcretum
generare poteſt: quanquam ei denominationem prebeat. Quocirca necubi inueniri poteſt unde homo
eueniat: niſi ab anima & corpore in ipſum hominem tranſlatis. Quod ſi iſtud non concedis: oſtendas de
quo hoc totum conſtet. Nam ſi reſpōderes homo eſt totum: nequaquam ualet: quum nos interrogemus
de principiis eius in hoc totum per congregationem conuerſis: oſtendere neſcis aliud q̃ animam & cor
pus ac proprias paſſiones eis competentes: dum ſimul manent. unde opinio tua falſa q; totum idem pre
ciſe cum partibus ſuis integralibus nō dicat. Nam de uirtute uocabuli etiam partes integrales idē quod
totum predicant. Quoniam totum & integrum idem eſt & ad integrationem integrales partes dicunt̄:
hoc eſt de integro ſeu toto per aggregationem ſiue compoſitionem. quia partes quomodocūq; aſſumā
tur aliud ſunt q̃ totum ſimpliciter aſſumptum: ut anima angelus aut deus qui de partibus integralib9 nō
conſtant: preſertim deus. Sed quocunq; toto a partibus congregato partes integrales componentes at
q; in ipſum ingredientes idem ſunt quod totum compoſitum. & ſi non idem: ut diximus: oportet quod
ibi detur alia materia ſeu forma extra has partes integrales que in illud totum ingrediatur: non datur
aliud: plane conſtat idem eſſe partes integrales ſimul manentes & totum in quod ingrediuntur.

¶ Qualiter secundum plura in lege assumpta: & multa alia: que naturalia sunt: uerbum diuinum neqꝫ anima & corpus simul sunt christus: & cõsequenter filius marie uirginis: eo qꝫ nullum aliud totum in christo datur. Cap. cvi.

¶ Nunc uero post uarios discursus facilius de principio nostro possumus in hoc capitulo intelligere: uidelicet: an uerbum diuinum sit marie uirginis filius? Vnde dicemus quod si totũ est aliud q̃ partes simul assumptum iuxta formalizantium opinionem: uerbum diuinum anima christi & corpus eius in hac simultate non erãt marie uirginis filius: siue christus: in eo quod uerbum diuinum anima rationalis & corpus humanum: quod non modo falsum in natura: sed in lege hereticum est talia tenere: & sic habetur quod uerbum diuinum carnem assumpserit de puro sanguine domine nostre: & omnis caro corpus est: quemadmodum etiam per uerba christi in consecratione corporis eius apparet. quia interdum dicit corpus meum: & alias carnem. Dumqꝫ ipsum in cõmunicatione assumimus: christi corpus uel sanguinem nos assumere dicimus: & christus ubiqꝫ totus & non pars est. Vnde secundum legem probatur uerbum diuinum animam rationalem & corpus humanum simul esse christum: & consequenter filium marie uirginis. nãqꝫ aliud tenere erroneum est: aut quod sequeretur duos fuisse marie uirginis filios: unum totum q uocabatur christus tanquam fantasticus: qui non inuenitur a quo procedat in ipsum christum ingrediens: & alterum filium uerbum diuinum animam rationalem & corpus humanum simul: pariterqꝫ de omnibus hominibus intelligeretur: animas & corpus simul non esse filium hominis: nisi aliud compositum quod anima & corpus: aliaqꝫ simul sibi competentia non sint: aut duo filii. siquidem anima & corpus ac ꝓprie passiones & accidentia eorum: unus & alter totum quod neutrum sit. ¶ Que tamen uia nequaquam reperta est apud aliquos probos philosophos antiquos uel modernos: quum omnes teneant: quod corpus & anima simul in ea simultate sint filii hominis & mulieris: non autem aliquid aliud chymericum totum. ¶ Preterea in resurrectione christi dum maria magdalena & alie marie ad christi sepulchrum est quesitum accederent: & angelus ipsas interrogaret: quem queritis? inquiens: responderunt: ihesum nazarenum. & tum ibi christi corpus dũtaxat querebant: aut saltem corpus & animam simul cum diuino uerbo: non autem aliquod aliud totum querebant: quod nõ fuisset corpus & anima atqꝫ uerbum diuinum. Quapropter ait angelus: resurrexit non est hic. & istud inferendo non est hic: de corpore intelligebat siue de corpore & anima. ¶ Item in cõsecratione corporis & sanguinis domini: ad minus per christianos plane potest tota hec difficultas intelligi. Formalizantes enim maxime in termino generationis totius: per aggregationem consistere solent: ut iam uidimus: asserendo quod nullus causat seipsum. Vnde inferunt: quod anima & corpus hominis sint causa ipsius hominis: quod falsum est: ut exponendo de causis superius constitit. At nunc ad exemplum de consecratione ueniamus: ex quo nullus christianus effugere potest: ubi per omnes concessum: quod substantia prius in pane existens tanquam terminus uel subiectum occurrit: in quo sacramentum fit seu laborat & tamen deducta ad passum ipsa substantia panis ipsamet & non queuis alia in corpus domini transubstantiatur. Petimus nunc quid de hoc inquias? an illa substantia que prius erat in pane tanquam unum principium sacramento necessarium: sit pars diuisa ab ipso toto corpore christi tanquam terminus trãsubstantiationis: an idem simpliciter cum ipso corpore christi? Si respondes esse aliud & non idem cum ipso corpore tanquam integrale simpliciter aut quasi terciũqꝫ dicer uolueris: ꝓculdubio cõtra legẽ opponis. Si aũt cõcedis idẽ eẽ: oportet qđ cõfitearis totũ & ptes ei9 itegrales i ipm totũ trãslatas: idẽ realiter esse sine formali aut qcũqꝫ alia distinctiõe. Vnde p legẽ rationem & sensus plane probari potest: idem esse totum per aggregationem: & itegrales partes simul.

¶ Rectius uero Aristoteles de similibus naturalibus intellexit: & sic inquit: nõ ualet prepositio de illo quod erat ad illud quod est: de illo scilicet: quod alias in altera specie manebat: non sequitur quod nunc in alia positum: sit idem quod erat. Et si non ualet de illo quod erat ad illud quod est: minime ualet argumentum de illo quod nunc est in hac specie: ad illud quod postmodum in altera erit. Sed formalizantes saltem moderni non ostendunt se intellexisse naturalem ordinem: nequidem prepositionem ab Aristotele & aliis positam: que prepositio talis est: totum per cõgregationem & partes sue totales simul idẽ sunt. Et hi formalizantes initio aperiunt: se extra prepositionẽ procedere. Quippe qꝫ probare uolentes eorũ intentionem: quod totum & partes integrales realiter distinguantur: asserunt: post dissolutionem totius partes separatas remanere. nec aduertunt: qualiter nullus dicat idem esse partes separatas & totum per aggregationem. Nam in eo tunc aut post separationẽ totius: ut iam expositum est: nil ex illo: quod erat in ipso toto tanquam pars integralis manet: amplius pars uocatur: saltem illius compositi preterq̃ si i alteram speciem uel indiuiduum transiuit ubi esse potest pars illius in quo manet: nõ autem pars illius primi indiuidui in quo alias fuit. Nam stultum est dicere iste panis uel hoc uinum transire potest in carnem uel sanguinem hominis: igitur est sanguis aut caro hominis. & eadem est ratio de illo: quod in hoc nunc est caro & sanguis hominis: & postea in aliquam plantam aut aliud animal transit. Quia in illo tunc minime pars caro uel sanguis hominis est. preter partem illius speciei uel indiuidui i quo manet. & ita post totius dissolutionem: non dantur illic amplius itegrales partes eius. ¶ Et inferẽdo quod homo equus aut similia non constant de integralibus partibus: sed quod simpliciter totum sint: hoc nempe falsissimũ.

ad minus de his particularibus ut homines: de quibus nunc agimus: qui compositi sumus. Quoniam si simplices nunquam corrumperemur: corrumpimur igitur compositi. Non sumus abstracti: nam concretum & particulare non pōt abstractum uel uniuersale generare. ¶ Per uniuersalistas totus homo emanat aut causatur ab anima & corpore: que particularia & concreta sunt: constat itaq; : totum hominem esse concretum: & quod concreti simus & non abstracti: per istos quoq; patet: quum dicant: quod homo tanquam tertia entitas sit ab anima & corpore emanatus: & quicquid a uariis principiis emanatum idē & compositum. alia quidem pars loco forme & alia loco materie: & quicquid de materia & forma compositum: similiter concretum. Vnde assignare oportet: quid sit hoc concretum aut que sint partes de quibus constat: eo quod de aliquo & non de nihilo non in pura potentia: quia de hoc homine & illo dicimus. Itaq; concedendum est: quod totum & he partes: idest ultimata forma & ultimata materia: simul idē sint: quod eadem est ratio: quem de corpore loco materie ac de anima loco forme inferimus. & hanc uiā intellexerunt antiqui philosophi dicentes: idem esse totum & partes integrales simul: quanq̄ nonnulli logicorū secundas intentiones seu respectus terminorū insequētes: a naturali uia iuxta reale esse delirent.

¶ Cur nullum naturale operans: tanq̄ causa: potest mereri neq; demereri per opera que deinde causatum agit. Cap. cvii.

¶ In capitulis superiorib9 iam multa tacta sunt de toto & partibus integralibus simul: an idem uel non idem sint. Nunc uero ultimatam uniuersalistarū seu formalizantiū opinionem super hac materia exponemus. & inter alia ab ipsis posita hec tāquam excellens aut superior uniuersalistarū opinio dici potest: ceu platonica: pytagorica: aristotelica: & sic de similibus. Non enim opinio dicitur pro omnibus rebus quas unus auctor tangit: uerum pro aliqua extrema parte. ¶ Vt in pytagora: quod unaqueq; anima potest in quodcunq; corpus ingredi: ita quod exeundo ab homine eadem anima ingredi queat in leonē ursum lupū & his similia. ¶ Platonica opinio quod duo mundi dentur unus idealiter eternus inuisibilis seu insensibilis tanquam exemplar istius uisibilis mundi: ideoq; unus mundus tanquam exemplar: & alter tanquam exemplatus. ¶ Aristotelica autem quod unus tantum mundus sit eternus ac semper: eo modo quo nunc est: tamen per efficiētiam a deo dependens. ¶ Et taliter de similibus extremis auctorum opiniones dicuntur: non autem de omni re quam tractant. ¶ Et in eo modo ad rem nostram reuertendo: dicimus: quod formalizantium opinio uel extremitas in tertiis entitatibus cōsistit: ueluti quod anima rationalis & corpus simul cum adherentibus sibi propriis subseruientibus non sunt homo: sed tertia tantum entitas idest humanitas. quam uero humanitatem corrumpi asserunt: totaliter in separatione anime & corporis: eo quod ab ipsis est causata ac substentata: & efficiendo substentatio seu subiectum idest: in separatione anime a corpore substentatum uel tertia entitas dirumpitur. ¶ Forte ista opinio assumpta est: ex eo quod post anime & corporis separationem non sumus homines: si iterum non resuscitamur: sed de cōmuni doctrina rationalem animam pro toto ipso homine tanquam principali parte assumimus: eo quod lege & ratione post separationem: ipsa anima māsionem possidet iuxta exacta hic totius hominis opera. Si bonum homo agit anima eius separata a corpore fruitum gloria: in celum ascendit: & si malum ad inferos descendit: ut crucietur. ¶ Assumpta uero formalizantium opinione: dicentiū: quod totus homo realiter sit distinctus ab anima & corpore simul: & solam humanitatem indicet: que in anime & corporis separatione totaliter corrumpitur. Sub hoc cōcesso: undenam formalizantes pbant animam per opera hominis ad gloriam ascendere posse: aut ad inferos condemnari? quoniam per dicta istorum: anima & corpus tanquam causa hominis se habent: non tamen in ipsum ingredientes. quippe quod neminem semetipsum causare aiunt. ¶ Nunc sic: nullum causans alterum per primū fundamentale principium in illo esse de operibus postmodum a causato ortis meretur neq; demeretur: preter ipsum duntaxat causatum quod de suis operibus mereri aut demereri potest. Sola enim causa mereri uel demereri potest circa bonitatem: quam in causato ponit. Anima rationalis & corpus humanū causant hominem bonum: quia homo in se subiectiue assumptus est bonus: igitur anima & corpus tanquam cause ipsius hominis semper bonum & non malum de iure expectature sunt. ¶ Per legem conceditur: ac per omnes sapientes approbatur: quod per opera hominis istic acta: rationalis anima ad inferos descēdere potest ut crucietur: uel ad celum ut gloria fruatur. Sequitur contra totam naturalem ac moralem rationem hoc fieri: quod anima gaudeat aut crucietur: per opera precise alterius in que ipsa quiditatiue non ingrediebatur. ¶ Item petimus utrum homo operetur uel non operetur? Si ipsum operari dicis: solus de operibus suis gauisurus uel tristaturus est de ratione loquendo. ¶ Si respondes quod non operat: nisi quod anima & corpus operantur: tum confiteris hominem penitus ociosum esse in natura tāquam chymera se habentem: quod stare nequit: quum unaqueq; res ubi est ibi operetur: ad hoc quod in natura ociositas euitetur. & unusquisq; de suis operibus & non alienis bonum uel malum est habiturus. Si uero totus homo aut illud quod est homo: ut per istos dicitur: in separatione corporis & anime totaliter dirumpitur: quomodo bonis operibus suis post hanc uitam gaudebit uel malis tristabitur? Vnde palam probatur: saltem de opinione aliquorum formalizantium dato: quod aliqualiter abscondita precise in-

ferre tales nos esse post mortem: quales ante generationem fueramus. Nam si totus homo seu tertia entitas uel humanitas in separatiõe anime & corporis totaliter corrumpitur: nil remanet de illo quod prius erat homo. quocirca sequitur: quod ante generationem nil erat de esse hominis proprie dicto: nequidē post mortem aliquid de ipso remanet. quia totaliter dicunt corrumpi illud totum: quod tertiam entitatem siue humanitatē esse aiunt. Hec autem opinio non cum antiquis non cum modernis: saltem ꝓ maiori parte assumptis: neq; cum lege uel naturali: nequidem morali philosophia stare potest. Cauendū est igitur a talibus opinatoribus ne suis erroribus omnes gentes maculentur.

¶ Quo pacto humanitas propriam hominis passionem dicat: ueluti risibilitas: nõ autem aliquod totum a partibus integralibus diuisum. Cap. cviii.

¶ Sed uideamus ulterius quidnam hec humanitas seu tertia entitas dicat: nonne tanquam abstractum de se ac proprietas in anima rationali & corpore refert? Concedimus quod intrinseca proprietas sit: ex eo quod anima & corpus intrinsecam habent habilitatem producendi hanc humanitatē: dum simul uniuntur ut de risibilitate dicimus. Risibilitas uero & humanitas intrinsece passiones seu proprietates corporis & anime unite sunt: ex quibus proprietatibus humani & risibiles denominamur: ueluti dicitur doctus a doctrina: architector ab edificiis: musicus a pulsando uel canendo: albus ab albedine: niger a nigredine: coloratus a colore: & sic de reliquis. Non tamen intelligitur quod iste architector sit aliud q̃ iste homo: sciens domos templa: & his similia edificare. Sed domificare aut architectare est ipsius hominis ꝓprietas: non autem aliquod totum tanquam tertia entitas per se operans: nisi quod homo artem continens domificat. ¶ At quia nonnulli ut aristoteles inquiunt: quod nõ generat homo inquantū homo nisi inquantum generator & non edificat homo inquantum homo: nisi inquantum edificator: de similibus opinionib9 istam uniuersalistę forsitan assumpserunt: uidelicet: quod homo sit aliud ab anima & corpore diuisus. Sed tamē de his latius in quinto huius uoluminis tractaturi sumus: & hic dicimus: quod fundamentaliter homo pulsat cythara & bene aut male inquantum subseruientem sibi artem nanciscitur. Homo generat hominē: ex eo quod unusquisq; natura sibi similem generare cupit. & quoniam hoc natura datur: oportet quod ad idem intrinsece aptus sit: nullo exterius interuallo cõtra naturalem ordinē occurrente. & quia talis natura homines producit: sequitur necessario quod inquantum homines generatores sunt: hodie uel cras. Nāq; aliter frustra in eis fuisset dispositio atq; cupiditas generandi sibi similem. ¶ Et sic ad ꝓpositum nostrum reuertendo: anima rationalis & corpus fundamētaliter simul sunt homo: sed sibi naturalem artem generant per quam operari possunt: humanitatē scilicet: ad agendū humana siue temperata opera. Risibilitatem ut per ipsam rideant. He uero anime & corporis subseruiētes proprietates sunt: utpote ars edificandi edificatoris idest hominis. ¶ Preterea aut hec humanitas est composita aut simplex: si composita: de actu & potentia tantum: quod unius rei simplicitatem designat: uel de anima & corpore constat: hoc est de forma & materia: si autem simplex nullatenus per animalitatem rationalitatem & mortalitatem diffiniet. Nullum enim simplex corrumpi potest: ergo humãitas quã tu hominem denominas mori nequit: nec per mortale diffiniri. nõ per rationale. quoniam rationale nõ ab humanitate: sed a rationali seu intellectiua anima dependet. ¶ Neq; per animal: quum animal duo distincte dicat: quorum quidem alterum animans & alterum animatum: ut cõstat: ex diffinitiõe antiquorum atq; modernorum dicentium: animal esse substãtiam animatam sensibilem. Vnde substantia in hoc loco non ꝓ forma neq; incorporeo: sed pro materia aut corpore capitur: & anima pro sensitiua forma: humanitas per te non duo dicit: sed quãdam tertiam entitatem: idest totum simplex: ergo humanitas seu homo non potest per animal diffiniri: nec per rationale: nequidem mortale. ¶ Vlterius homo concretum dicit & non abstractum: igitur non est humanitas. ¶ Quia humanitas abstractum refert. Si forte non opponeres: quod concretum sit respectiue ad aliam maiorem siue superiorem abstractionem: ut humanitas respectu humanitatis & albedo albedineitatis. Quoniam humaneitas & albedineitas potius abstracta uidentur dici: q̃ albedo & humanitas. In quo quidam imaginantur: quod albedo & humanitas tãquam concreta se habeant respectiue ad sua supiora abstracta. Sed talia exquisita uocabula nouiter reperta sunt: atq; idem quod albedo & humanitas in re assignant: q̃uis per alios terminos. At saltem cõcedendum est quod humanitas non dicit compositum de anima & corpore: quemadmodum per te constat: quum asseras tertiam entitatem esse ab anima & corpore diuisam. & concesso quod de anima & corpore constaret: tunc in primo assumpto essemus: q; anima & corpus simul cum ꝓprietatibus suis subseruientibus sunt homo: & quod homo dicat concretum & non abstractum aut aliud ab humanitate: probatur. quoniam humanus & non humanitas uocatur siue homo & non homeitas: risibilis non risibilitas. Duo itaq; significamus: unum siquidem denominans & alterum denominatū. Denominatum uero subiectum refert: & denominans formam uel abstractum. Nam album homo equus paries aut similia fundamētaliter p̃supponunt concreta ab albedine tanq̃ ab abstracta forma denominationē accipientia: & sic homo per risibilitatem: tanquã subseruiens forma atq; in ipso manens risibilis appellatur: & per humanitatem humanus ueluti animal pro anima & corpore: rationalis pro rationali anima & mortalis pro cor

pore:que omnia integrales partes hominis sunt. Humanitas quoqꝫ & risibilitas integrales partes hominis sunt sine quibus homo esse nequit:licet tanquam proprie passiones se habeant & non ut primũ fundamẽtum. Quoniam primum de anima & corpore resultat. ¶ Quocirca in genesi:igitur formauit dominus hominem de limo terre:& spirauit in faciem eius spiraculum uite:& factus ẽ homo in animam uiuentem. ¶ Et non intelligitur humanitatẽ de limo terre formauisse:sed corpus. neqꝫ in humanitatẽ spiraculum uite spirauisse:sed in faciem organizati corporis:& ita finaliter ait: & factus est homo in animã uiuentem. humanitas siue homo per uniuersalistas est tertia entitas:seu ab anima & corpore diuisa: igitur homo ipsorum non est eiusdem speciei neqꝫ generis cum illo: quem deus in corpore & anima formauit.

¶ Preterea ubicunqꝫ in lege ueteri aut noua:promissio datur de premio:ex bonis operibus:aut ex malis mine:ad corpus uel ad animam simul aut separate diriguntur. nõ enim ad tertiam entitatem:idest ad humanitatem Christus. ¶ Qui amat animam suam in hoc mundo in altero perdet eam: & qui in hoc mundo abhorret in altero inueniet seu lucratur. hic non dicit de tertia entitate uel humanitate:nisi de rationali anima. ¶ Venite benedicti patris mei ad recipiẽdum gloriam:quia esuriui & dedistis mihi mãducare:sitiui & dedistis mihi bibere:nudus eram & cooperuistis me:que opera palam per rationalem animam & corpus organizatum fiunt:igitur corpus & anima gloriam uel penam merentur per opera que homo agit: & nullus per aliena mereri nec demereri potest. igitur anima rationalis & corpus simul cum suis subseruientibus potentiis:sunt homo.

¶ Cur tertia entitas:siue tertium: intelligatur tantummõ ubi plura uaria principia ad unã solam unionem occurrunt:atqꝫ in ipsam ingrediunt. & ꝙ inter causam & causatum non potest dici tertia entitas. Cap. cviiii.

¶ In huius uero tertie entitatis assumptione:multi decepti sunt. Nam ubicunqꝫ uaria principia ad agendum unum totum occurrũt:& in ipsum ingrediũtur:tertium dicimus: eo quod non hoc neqꝫ illud quod prius erat:nisi unum medium siue tertium cuncta in una sola unione continens. quia ubi aliquid causatur:& causator non ingreditur in ipsum causatum:non potest tertia entitas dici:nisi tãtum causa & causatum. Et icirco in creatione non dicimus:quod creature sint tertia entitas:eo quod simpliciter producte. & deus non ingreditur in creaturarum compositionem. fabriferrarius edificat ensem: & tamen ensis respectiue ad magistrum nullatenus tertia entitas denominari potest:non enim magister in eius compositionem ingreditur. Tertiam ergo entitatem uel rem dicimus:ubi duo aut plura principia occurrunt:& simul uniuntur:in qua simultate alias proprietates habent:ꝗ ea separata principia habuerant: sub quo respectu tertiam entitatem dicimus:scilicet: pro uno solo composito de pluribus principiis aggregato.

¶ Veluti si aurum & argentum assumeremus:ac de ipsis simul compaginatis quendam cythum ageremus:si postmodum peteretur:quid hoc est:respondere possumus:cythus:siue aurum & argentũ simul:reducta sub hac figura:quam uides in una specie uasorum positam: pariterqꝫ de homine assumendũ est. Nam si de homine expostularetur:quid est hoc:recta fieret responsio ut sepe agitur. in petitionibus dicẽtibus:quis uadit quis uenit est homo. ¶ Et etiã uiso homine si peteret̃ qd est hoc:recte responderetur: est animal rationale:& corpus cum potentia:seu passionibus suis propriis deductis ad hanc figurã:quam uides aut in humanam speciem translatis:sub qua uero translatiõe: non potest dici simpliciter est anima & corpus ita absolute loquendo:sed anima & corpus simul cum intrinsecis proprietatibus sibi subseruiẽtibus in humanam speciem translatis. & ista est tertia entitas:si tertiam uis dicere. Nam entitas abstracta uidelicet humanitas domeitas citheitas & similia male sonat in rebus fundamentalibus:quibus operari attinet. Si enim asseris quod cratera uel cythus sit alia tertia entitas ab isto auro & argento uel similibus mineralibus:diuisa. accipe tu illam tertiam entitatem:& aurum atqꝫ argentum dimittas. domus per te est aliud a lapidibus lignis aliisqꝫ similibus una manentibus:ire debes habitatum in illam tertiam domum:& non hanc uisibilem atqꝫ tangibilem occupare. Nos enim de tertiis tuis entitatibus nihil uidemus. nec aliquo alio sensu tangimus:seu experiri possumus & omnis nostra scientia aliqualiter a sensibus principiũ habet. Tuum totum siue homo siue tertia entitas:nullo sensu experiri potest:ergo falso opponis ꝙ talia homo esse queant:nequidem alia res perfecta uel concreta. ¶ Rursus ad causationem hominis accedamus:ad quod dicimus:quod si homo causatur per animam & corpus in eorum unione:homo nõ generat hominem. sed corpus tantum generat aut anima uegetatiua uel sensitiua:& deus itellectiuã creat. In postetum uero anima & corpus generant hominem:idest:humanitatem:unde sequitur hominem nõ esse generatum:sed causatum:neqꝫ ab homine propinqꝫ causatum:sed ab anima & corpore. Nũc sic:generata absqꝫ propinquis generatoribꝰ manere possunt:& similiter sine causantibus dum ipse cause essentialiter in causatum non ingrediuntur:neqꝫ sunt idem quiditatiue:nequidem formaliter. Quoniam ubicunqꝫ unum potest totaliter corrumpi:& aliud remanere:illic quiditatiua atqꝫ formalis distinctio datur. & patet:de cõi enim sententia dicitur patrem generare filium:& post generationem:posse filium:idest generatum:sine ipso patre manere. Homo noster agit domum:uidelicet:animam & corpus simul cum proprietatibus suis:& tamen non essentialiter in ipsam domum ingreditur:& ita domus sine homine mane-

re poteſt:& homo noſter dicimus: quoniam homo tuus:ideſt humanitas ab anima & corpore diſtincta nunquam domum cauſare poteſt. ¶ Amplius anima & corpus in eorum unione filium generare nequeunt:unde homo non eſt generatus:quia non generatus ab iſto homine:& iſta muliere in eorum copula:niſi quod poſtea in unione anime & corporis cauſatur.eſt ergo cauſatus & non generatus & conſequenter non pater:neq; filius.quoniam nō ab homine:ſed ab anima & corpore:que per te aliud ſunt q̄ homo.Rurſus anima & corpus non ingrediuntur quiditatiue in ipſum hominem:ſed cum tantum modo cauſant:Itaq; ſeparata anima a corpore: poſſet homo integer tanquam cauſatum remanere. ¶ Et ſi reſponderes: quod ueluti aliqua pars elementorum in iſtorum corporum particularium generationem ingreditur:alia pars maior elementorum extra manens eſt cauſa compoſitionum. Vnde fit quod ſi elemēta deficerēt:etiā deficeret corpus ab eis cauſatum:& ita homo deficit anima & corpore deficientibus.Ad quod reſpondemus:penes exemplum oportere:quod aliqua pars anime & corporis in ipſam tertiam entitatem hoc eſt in hominem ingrediatur: ueluti pars elementorum in compoſitum ingreditur.Quocirca iterum in prima compoſitione uerſabimur.Nāq; eadem eſt ratio quod alique partes anime & corporis in hominem ingrediantur:aut tota anima & totum corpus.Sed quod partes ingrediantur ſaltem anime negatur. Quoniam rationalis anima indiuiſibilis eſt:& partem extra partem nō habet.Ideoq; pars eius in tertiam entitatem diſtincta ingredi nequit. Vnde alterum de duobus ſequitur: aut ꝙ totaliter anima quiditatiue in hominem ingreditur:aut uero nulla pars eius. Nulla pars ergo nō conſtat de anima & corpore:non conſtat de anima & corpore:igitur ſine eis manere poteſt. Nam per te tanquam cauſatum a ſuis cauſis diſtinctum ſe habet:& unumquodq; cauſatum ſine ſuo cauſatore ſtare poteſt:naturaliter atq; accidentaliter loquendo:licet quod primum eſſe creaturarum ſine deo manere non poſſet:eo quod ad ipſo totaliter per primum ſignum eſſendi dependet.Alie uero cauſe nō dant totale eſſe cauſato:& ſi omnino cauſatum ſemper aliqua ſuperiori cauſa indiget. Sed talis cauſa uniuerſalis eſt: uidelicet: non totaliter ſeparabilis ſiue corruptibilis: non propinqua: ſed remota: ſicut corpus noſtrum elementis tanquam prima origine indiget: ut manere queat. Verum ſine partibus qui propinque cauſe ſunt: tanquam inſtrumenta: poſt generationem ſeu cauſationem corpus manere poteſt: & ſic de hominibus dicendum eſt. Nam ſi homo & humanitas particularis idem ſunt:homines uniuerſali humanitate indigent:ad hoc ꝙ manere queant.Ipſa enim tanquam fundamentum omnium particularium humanitatum eſt dicenda:ſed cum inferas ꝙ anima & corpus cauſant hominem:ſi ue hanc particularem humanitatem:concedere oportet:animam & corpus illic propinquas cauſas eſſe in loco inſtrumentali:ſine quibus homo manere poteſt:cōceſſa regula tua.& in hoc loco palam cognoſci poterit:fundamentum dicentium:hos particulares homines per animal rationale & mortale diffiniri poſſe: eo ꝙ ad hominem in communi reducuntur: ideſt: ad communem humanitatem: quam communem hominem eſſe aiunt: & homo ꝙ anima & corpus ſimul ſit cum propriis ſuis paſſionibus: nullatenus cum uniuerſali neq; particulari humanitate in uera diffinitione conuenire poteſt. Vnde oportet:ꝙ uniuerſaliſte dicant iſtum hominem & illum per particulares humanitates diffinire nequāt:nequidem homines eſſe.& hic pariter ſtare poteſt:quod humanitas in cōmuni ſit tanquam forma particularium hominū:ſi iſte homo & ille ſunt tertia entitas ab anima & corpore propinque cauſata:ideſt humanitas.Quocirca in eo modo dicemus:ꝙ omnes particulares riſibilitates unam cōmunē habent ad quā reducunt.Nā iter riſibilitatē & humanitatē ſolū ē dr̄ia:i magis ꝓpinquo & magis remoto. ¶ Deniq; poſito ꝙ iſte homo ſit tertia entitas ab anima rationali & corpore cauſatus:ideſt:unum tertium totum ab ipſa aīa & corpore diſtinctū humanitas denominatū:aut quomodocūq; uolueris:& in ſeparatiōe anime & corporis hec tertia entitas ſiue totū totaliter dirūpitur:etiā cōcedēdū eſt:ꝙ totus chriſtus in ſeparatione corporis & aīe eius ſit corruptus.Nā ꝑ hāc uiā chriſtus eſt tertia entitas a diuino uerbo & rōnali aīa & corpore cauſatus:nō aūt uerbū diuinū aīa rōnalis & corpus ſimul:quod abſurdū atq; hereticū eſt. In chriſto enim nō pt̄ dici humanitatē fuiſſe totū:niſi ꝙ chriſtus pōt dici totū.ita ꝙ diuerſimode cognoſci poterit:qualiter uia formalizantiū ſepe falſa:& tāquā ſup cōpoſitionib9 ab athomis exactis fundata:eo ꝙ ſup repectibus ſeu cōceptibus uocabulorū cōſiſtit:quādoquidē logicā potius q̄ ſanā philoſophiā aſſequi uidenť:& argumēta cōtra argumēta ſtare poſſunt:nō aūt cōtra experiētiā experientia.

De Eodem.

¶ Demum aduertendum eſt:quod ſi in chriſto tertiam entitatem tanquā unum totum poneremus:plures errores aſſequeremur.Nam tunc illa tertia entitas de ratione chriſteitas uel chriſtaleiteitas denominaretur:quemadmodum humanitas hominum dicitur.Quumq; humanitas plurimorū naturam predicet:chriſteitas quoq; plurium chriſto ſimilium naturam dixiſſet:quod dari nequit.Quandoquidem unū ſolū uerbū diuinū & nō plura:quia īmultiplicabile & indiuiſibile:quum purus actus ſit: ita quod plures Chriſti eſſe nequeūt.ſi modo uerbū non dimitteret unū corpus atq; unā animā:& aliud aſſumeret.Sed ī uno ſolo inſtanti nō poſſunt plures aīe & plura corpora eſſe in uno ſolo indiuiduo cum uerbo diuino:

Plures ergo Christi in uno instanti esse nequeunt: & si aliquam cõmunem naturam uerbum diuinum anima & corpus Christi haberent: sequeretur: quod Christus multiplicari potuisset: sed quia due nature & non una tantum multiplicari nequit: eo quod ipsum uerbum diuinum imultiplicabile atq; cum alia natura incomponibile. ¶Ceterum aut quod ista tertia entitas est de natura uel substantia corporis & anime hominis: aut non: si de propria natura: erit substantia. Si autem accidens: & tanquam qualitas se habet. Vnde sequitur quod homo sit qualitas: & non substãtia: eo quod homo predicatur de toto: & totum est tertia entitas ab anima & corpore causata non de eorum natura: ergo accidens. & quod accidens sit per ponentes ipsam probatur: quum dicant quod in separatione corporis & anime illud totũ siue homo siue tertia entitas totaliter dissoluatur: & substantia dissolui non potest: igitur homo per uos est qualitas: quod apud omnes sapientes absurde sonat. ¶Rursus quod tertia entitas sit qualitas & nõ substantia: per uos constat. quum in Christo hanc tertiam entitatem ponatis. Vnde oportet: quod causata sit a uerbo diuino ab anima & corpore: eo quod in separatiõe corporis & anime corrupta. Quod si substantia esset nullatenus corrumpi posset: nempe quod ex parte uerbi diuini omnino incorruptibilis: siue perpetua. & quia corruptam esse dicitis: sequitur: quod accidens. & ista tertia entitas dicebat totum: sequit: quod Christus erat qualitas & nõ substantia: qđ pessima consideratio. ¶Et in hoc loco assumptis pluribus: iam superius positis: sane dicere possumus quãlibet partem integralem esse maiorem suo toto. Et probatur: Animam dicimus esse integralem partem in homine atq; incorruptibilem substãtiam: tertia uero entitas quam totum esse dicitis: est qualitas: & ens diminutiuum atq; corruptibile: ergo magis est anima sola & corpus solum: quum substantia sint: q̃ ipsum totum causatum: quia qualitas sestinatim corruptibilis. ¶Item causa aliqualiter plus causato dicit. corpus & anima: sunt cause tertie entitatis: ergo sunt magis q̃ ipsa. Et hi asserunt: quod totum dicit magis q̃ integrales partes simul: & quod realiter ab eis distinguantur: & patet: quum tertia entitas non adeo digna sit: ueluti anima & corpus. palam constat: quãlibet partem esse maiorem suo toto: quod est contra opinionem multorum ac rationi absonum. tamen de ratione totalitatis inferri solet: quod totum habet quicquid partes simul & aliquanto magis. Sed hi duntaxat integrales partes pro principalibus fundamentis capiunt: sicuti in homine animam & corpus. Nos autem omnia ibi occurrentia ad anime & corporis unionem partes denominamus: utpote ad humanitatem: risibilitatem aliaq; huiuscemodi: si sunt: & etiam illa unio pars denominatur eo quod actus.

¶Quod Christus humanis coequari uoluit: in quo nõ fuit imperfectio sic prosequi: immo quod ubi aliqua imperfectio inerat: remedium dabat. Cap. cx.

¶Superius diximus quod Christus fuit perfecte generatus inquantum corpus: & quod in uno & eodem instãti generatiõis fuerunt anima & corpus cum uerbo diuino unite: & deinceps quod per nouem menses in uirginis utero stetisset. Quapropter dici posset aliorum hominum limites transiuisse: ex eo quod multo tempore postquam perfectus fuit in uentre matris permansit. Alii enim manent per quadraginta & quinq; dies priusq̃ animam recipiant. Et ad hanc partem respondendo dicimus: quod Christus uoluit humanis coequari: ubicũq; non erat aliqua imperfectio: & quia corpus absq; anima manere dicitur: quod res imperfecta sit Christus noluit hanc partem assequi: & ideo ex eo quod corpus hominis est perfectius q̃ mulieris: citius organizatur & recipit animam: in quo palam ostenditur maiorem perfectionem esse: quod sit in instanti completus homo: q̃ moram facere per aliquot dies ad se perficiendum. & in spacio manendi in matrice: nequaquam hec differentia apparet. Quia quãuis uir citius q̃ femina animam recipiat: in natiuitate: homo est equalis femine: & sic Christus perfectus esse uoluit in principio generationis: & tempus congruum in natiuitate accipere: quam nouem mensium spacio esse dicimus. Si enim maioris aut minoris temporis esset: eiusmodi natiuitas cõmuniter imperfecta diceretur.

¶Quamobrem Christus in primo instanti conceptionis: assumpsit summum gradum perfectionis: quem per nullam operationem potuit augere neq; minuere: licet aliquos gradus meritorios sub illo primo manentes: bonis operibus inquantum homo uendicaret. Cap. cxi.

¶Dum de merito Christi agimus: prima facie multa uaria uidentur occurrere: quum habeamus animã & corpus eius eẽ unita pfectissime cũ deo in primo sue cõceptionis instãti: & qcqđ cũ deo pfecte unitũ felix est: & quod felix oĩno imutabile: aut sine aliqua passiõe. Et alibi de christo legimus: qđ in mẽbris saltẽ creuerit & senuerit: qđ stare nõ põt: nisi ĩteruenîat aliter atq; aliter se habere: & ubi nũc uno mõ & deinde alio res se habet naturaliter loquẽdo: nõ uideť ibi eẽ simplex felicitas. ¶Et sup his & similib9 oĩbus cõgregatis: argumẽta quãplura occurrere solẽt. tãdẽ ut facilius & cũ fundamẽto de hac re ĩtelligerẽ

tractatibus:primitus de infinitate aliquid uidendum erit:ut exemplum ibi accipiamus:licet in hoc loco pa
rum de infinito tractauimus:eo quod in sexto libro diffusius scripturi sumus.Sed hic exemplifice aliquid
dicemus: Dum de infinito simpliciter assumpto tractare intendimus. precipue duo fundamenta ante
omnia assumimus: primum quod ens infinitum de necessitate est unicum simplicissime simplex: non
enim per multorum congregationem.Nam ubi congregatio ibi addi & minui potest:& ubi addi & mi
nui non est natura infinitum: quum infinitum in re semper uno & eodem modo se habeat. ¶Alte-
rum infinitatis fundamentum dicimus:quod infinitum omnia alia comprehendit:& a nullo comprehen
ditur:quūq omnia dicamus:de preteritis presentibus & futuris:ac de paucis & multis intelligimus.Nam
quamuis uarias atq uarias cogitationes siue chymeras afferamus:omnes sub deo cadunt:Extra quem ni
hil transiri potest:nequidem cum ipso deo equiparari. Vnde concedendum est:dato quod plures mun-
di essent:& omnes optimi:quod infinitatem dei seu summam perfectionem nec multiplicare nec minue-
re possunt:licet quod deus & omnes creature simul plures gradus bonitatis numero habent:q̄ deus so-
lus:Sed non maiorem perfectionem:Quum omnes gradus creaturarum sub gradu uel signo infinita-
tis ac bonitatis dei cadant.Et quia bonum creatum seu dependens:quod sit parum uel multum non po
test ad infinitum gradum dei attingere:neq ipsum augere: nequidem minuere:quum infinitum per se
non per congregationem neq aliorum iuuamen in summo gradu est: ad quem nulla alia res attinge
re potest. ¶Et pari modo intelligendum est de merito Christi tractando.In primo enim instanti con
ceptionis anima & corpus eius perfecte cum deo unite fuerunt: & hic ex parte dei per meram gratiam
nullatenus aliqua creatura potest magis cum deo uniri:q̄ anima & corpus Christi unite fuerint: & ubi
non potest potius cum deo uniri nullum superiorem gradum glorie pro aliquo alio opere uendicare
potest. Sed sub hoc signo perfecto a deo per gratiam dato:tanquam infinitum aut extra quod nulla
creatura transire potest plures inferiores gradus interponere possumus:quia quamuis super perfectione
seu infinitate dei actiones nonstre ascendere nequeant:absq infinitatis preiudicio:sub eadem multa si-
quidem bona nos operari possumus. ¶Et sic anima & corpus Christi in primo instanti conceptionis
per gratiam dei perfectissime cum deo unite fuerunt:Sed inquantum uerus homo erat:sibi modus per se
ipsum operandi remansit.Quapropter Christi opera non poterant unionem eius cum deo augere ne
q minuere: nisi tantum plures bonitatis gradus sub illo primo signo per gratiam assumpto adiicere.
Nāq aliter a natura inconueniens uideretur:quum omnia opera bona uel mala sint:& de bonis operi-
bus premium expectatur:de malis autem pena.Et Christus multa bona operatus est:quod si aliquid om
nino operando non meretur.dici potest opera sua esse uacua:& in cassum:quod natura non licet. & sic
inquantum homo per se multa meruit:tamen non augebat primum signum gratie:nisi quod sub illo si
gno alios gradus meritorios apponebat. Vnde dato quod prima unionis gratia sibi defecisset:propriis
operibus inquantum homo actis gloriam merebat:& quod locus merendi inquantum homo sibi remā-
serit:satis in aliis operationibus comprobari potest.Quoniam in corpore crescebat & dolores ac mor
tem passus est:non tamen causa sui ipsius sed omnium humanorum:nequidem confuse sed distincte pa
tiebatur:in qua siquidem claritate semper felicitas simul cum aliquibus doloribus anime & corporis ma
nere potuit. ¶Quia bonum operari pars glorie est: saltem in illis qui per gratiam recte uident id:
quod agunt.& sic deuoti homines & a deo illuminati:sepe dum peccata eorum corporaliter lugent:ani
me gaudent uiam saluationis uidentes.& simili modo ac multo perfectius Christus dum appropinqua-
bat ad perficiendum ea ad que uenerat:aliquando de gaudio bene operandi siue eiciendi miserias no-
stras lugebat:ut in resurrectione Lazari:& Ierusalem destructione apparuit:& circa passionem causa no
strorum peccatorum:guttam sanguinis sudauit:& quod mori oportebat in eo quod homo: ut nos per
naturalem uiam curaret:aut potius ut patiens esset usq ad mortem:& de morte unusquisq a natura ti-
mere debet:& sic Christus cum deo patre loquens inquit. ¶Quare dereliquisti me:quod nil aliud in
his uerbis significabat:nisi dum in primo instanti cōceptiōis mee uniuisti me cū tua diuinitate:q̄re passi
bilē in me naturā reliquisti?Quia nūc in termino moriēdi minime uersarer:qđ horribile ē penes huma
nitatē.Et ēt i passiōe liberū arbitriū atq īfalibile bonū ī se habere ostēdit dicēs.¶Pater si possiible ē trā
seat a me calix iste:non tñ mea sed tua uoluntas fiat.& quum dicat transeat:significat ueram naturam
humanam obtinere.& in altera parte fiat uoluntas tua: perfectam cum deo unionem habere declarat.
Deniq quum in morte peccatum non cadat nil ipsam aufugit:ut in aliis locis in quibus secundum hu-
manas regulas cum aliis hominibus conformari potuit:ueluti:manere per nouem menses in utero ma-
tris in circūcisione & similibus.tamē ipse in primo instanti conceptionis perfectissimus homo extitit:ex
rationali anima & corpore.Quocirca in eo primo instanti uoluntas sua ad deum perfecte directa fuit:
in qua directione sine alio instanti uacuo seu inualido inquantum homo post supremā gratiam assum
ptam meruit.Et quāuis diceretur quod saltem prioritate nature prius operari q̄ mereri sit:eo quod me-
ritum ab operatione ortum habet:respōdetur:quod inter bonum operari & meritorios nos agere:nul-
lum aliud instans interponitur.Quum bene operari & mereri relatiua sint.licet de naturali ordine ope
ratio anteponatur:ueluti pater filio.

¶Quonam pacto sufficienter possimus christi incarnationem intelligere: si potentiam & bonitatem diuinam respicere uolucrimus. Cap.cxii.

¶De modo autem quo domina nostra Christum concepit penes nostram sensualitatem difficillimum apparet: quia diuinum mysterium fuit atq; unum duntaxat in mundo. nam sensibus arduum est imaginari unam mulierem concipere posse & parturire secum remanente uirginitate: quum hoc ipsum nequaquam in aliis mulieribus inueniatur: nec quo ad humanum genus hominum esse queat. tamen aspiciendum est aliam esse naturam maioris potentie: q̃ sit humana. Cōsiderata enim dei natura nil mirū est potuisse aliquem nasci sine uirginitatis corruptione: & sicut christus non fuit conceptus ex uirili semine: sed spiritus sancti operatione: nullam partem dirupturus erat. Nam uerbum diuinum non est corpus ut uirginitatē amoueat: & licet in uirginis uterū ingrederet: non intelligit quod de necessitate aperta ianua indigeret: eo quod omnia deo siue uerbo diuino equaliter obediunt. Nihilominus uidetur: quod domina nostra per aures uerba audiuit: & in uisceribus filium concepit. In partu uero fortius uidetur uirgo remansisse: quamuis eadem est ratio. uidelicet: Quoniam qui similem conceptionem causare potuit: facillimum erat partū sine diruptione prebere: & ob hanc causam non apparet scripturam determinasse: per quem locum nasceretur Christus: licet aliqui dicant: quod si deberemus intelligere nasci: oportet per uuluam emanare. Nos uero inferimus quod secundum uerum sensum nasci dicitur pro prima ostensione creature: iuxta naturalem cursum post generationem suam: ut de herbis & plantis dicimus: que nō nascuntur per uuluam: & tamē nascuntur & sic sufficit dominam nostram filium suum in utero habuisse & completo tempore partum desiderasse: & filium in lucem emisisse: & locus per quem filius exiuit rationabiliter uidet quod esset pars anterior: aut per directum coram matrice: & est tenendum: quod exiuerit absq; reuolutione partis superioris ad inferiorem: & sine dolore matris. Nullam enim aperitionem causauit: quum deus & homo erat: ut de ipso tenemus quod fecerit transeundo per alia corpora clausa & densa: & quod non nasceretur per illum locum aliis hominibus concessum: rationabile constat. Nam sicut in conceptione fuit ab omnibus aliis differens, itidem & in natiuitate esse debuerit.

¶Quomodo intelligendum sit: dominam nostram peperisse ipsa remanēte uirgine. Cap.cxiii.

¶Circa uirginitatem matris Messie: inter alias principalem habemus auctoritatem: licet circa hoc magnam differentiam comperiamus inter christianos & hebreos: Dicēte enim auctoritate. ¶Alma concipiet & pariet filium. Hebrei asserunt intelligendam esse puellam: Christiani uero tenent quod intelligatur uirgo. Ex quo ad ueritatem idem est nobis quod dicatur puella aut uirgo: quia idem his duobus nominibus intelligitur. Tunc enim aliquam puellam aut almam esse credimus: ubi in uirginitate permanserit. & propheta qui iussu dei locutus est falli non potuit: in eo quod uaticinabat. Vnde constat eum sciuisse an uirgo esset: si modo Hebrei proprium nomen puelle competens non habuissent. Isayas de adolescentula nondum nupta nec corrupta loquebatur. Quoniam si puellam ob etatem dicere uoluisset: aliud nomen imposuisset: maxime quod propheta de miraculo uel unica re loquebatur: & partus mulieris in adolescentia res cōmunis est. Quapropter de necessitate itelligitur: quod dixerit: Virgo cōcipiet & pariet filium.

¶De quibusdam auctoritatibus: que manifeste ostendunt: intelligendum esse de dignitatibus domine nostre: Cap.cxiiii.

¶In cantica ubi dicitur tota pulchra es amica mea: & macula non est in te nullo quidem pacto hec uerba intelligi possunt. quod pro Synagoga sint dicta. In illa enim quotidie aut saltem suis rectoribus uariatio fiebat: presertim quod eadem Synagoga aut uetus testamentum aliam perfectiorem legem inquirebat: aut Messiam ad eos redimendos: uel perficiendam Synagogam uenturum. unde nō totaliter pulchra synagoga, nequidem sine macula.

¶Quod lex nostra faciliter demonstratur: si modo respicere uoluerimus difficultates in lege scripture descriptas. Cap.cxv.

¶Quidam dicunt legem nostram esse probatu difficillimam: & si isti considerare uolent id quod in lege scripture reperimus lex gratie eis facilior ac rationabilior uideret. Nā secundū ꝓbationē naturalē & moralē nō ostēdit: deū cū iudeis debuisse ambulare: & loq: & cōsulere: uel iam dōa polliceri: & minari: seu punire: & alias ꝑmiū dare: uel petere sacrificia: & odores carniū animaliū brutorū atq; i his omnibus uidetur: quod tanquam humanus se habuerit: quibus quidem prospectis nō est admirandū: quod uerbū

dei animam & corpus humanum assumpserit ad omnes homines saluandos: quia nos ut uisum est: nõ dicimus deum humanitatem capiendo aliquam lesionem habuisse: nisi quod eam accepit: ut recta uia miserie & calamitati nostre subueniret.

¶ De quibusdam euangelii expositionibus. Cap. xvi.

¶ Quum res cõmunis sit: aliqua obscura penes intelligentiam nostram in omnibus scripturis inueniri: etiam in lege gratie aliqua in prima facie litterarum reperiuntur: que difficilia intellectu uidentur. tum quia a plerisq; scriptoribus edicta: & tum ex eo quod uerba succincte prolata: & de similibus i hoc loco aliqua capitula ponemus causa alicuius declaratiõis. & quia a pluribus doctoribus ecclesie plene sunt exposita. pauca siquidem a nobis dicentur.

¶ Qua de cã dicta Christi inter se nõ aduersent: nequidem scriptores noui testamẽti. Cap. cxvii.

¶ Quidam uolentes christianorum legi impugnare: dicunt quod doctores ecclesie aliquando sunt conformes: & aliquando disconformes. Hoc autem secus est: q̃uis diuersimode dicant ꝑpter hoc non infertur: quod contrarias sententias assumant. nãq; omnes unum fundamentum & finem accipiunt: & quod per uarias uias scribant: aut diuersimode suis uerbis utantur: nihil est ad obstãdum principio: quod sub uno & eodem creditu capiunt. Assidue enim uidemus unum solum auctorem: si bis unum & idem scripturus est: alteriusmodi institutione hodie q̃ cras ordinabit: semper autem in eadem sententia: licet quandoq; causa diuersoꝝ uerborum atq; hominum discongruere uideatur: quando autem intentus idẽ est a pluribus assumptus: & etiam idem finis per modum narrandi: tantummõ: non potest dici ibi esse cõtradictionem. Si uero quascũq; alias facultates respicere uoluerimus: manifestas contradictiones in principiis mediis & finibus reperiemus. ut inter philosophos: Unus enim dicit mundum esse eternum: & alius uocat eum creatum. Alter dicit animam nostram incorpoream & immortalem: & quidam quod corporea & mortalis: & similiter per plures alias contradictiones uadunt. Et hic non est contradictio uerborum: nisi uarie sententie aut intentus. & ideo non potes similes auctores conformare: ut de euangelistis agimus. nam nunquã unus euangelista contra alium disputabat. uerũ oẽs gesta xpi narrabant. licet aliquis clarius & diffusius: aliq̃s uero obscurius atq; breuius. ¶ In locutiõibus christi: eo q̃d prouerbialiter aut breuissime loquebatur. quidam contradictiones reperire censent: sed his similes parum aut nihil bonos mores assequuti sunt: eo quod christo opponere solẽt sicuti ubi dicebat. ¶ Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona & glorificent patrem uestrum qui in celis est. ¶ Et alibi. Attendite ne iusticiam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis. quia aliter nulla merces erit apud patrem uestrum. qui in celis est. Quod si hec uerba respicimus mãifeste inueniemus: quod nos similia opera laudamus. Quoniam illos reprehendebat: qui semetipsos de operibus suis iactant: & opus faciunt ut ab hominibus uideantur. & talia opera ex eo quod bona non sunt: nequaquam lucent: nec deus per illa laudatur. & ideo opus quod bonum esse debet & lucem emittere: oportet quod sine cerimoniis & iactantiis fiat: & tũc quãuis tacitum seu humile opus: hodie aut cras cognoscitur: & apud omnes cõmendatur. iccirco coram hominibus resplendent. Unde in uerbis christi nulla est repugnantia: sed sapientia & laudum plenitudo. tamen quum sententiose loquebatur: sub paucis multa erant comprehẽsa. Quocirca multa illic respicienda sunt: ut quando discipulis iussit ut per uniuersum mũdum irent ad predicandum euangelium omnibus creaturis: Quod pro creaturis predicabilibus accipiebat. namq; idem est omnis homo: & creatura predicabilis. quoniam alie creature extra homines non sunt capaces predicationis: de creaturis corporeis intelligendo: & non est nostrum angelis predicare: & alie creature sub gubernatione & custodia hominis sunt. Unde satis erit predicare hominibus: ut sciant quo pacto sint administraturi. ¶ Et dicendo predicate omnibus hoc absq; partialitate intelligitur: alios accipiẽdo & alios deserẽdo: nisi quod ꝑdicaturi essent q̃buscũq; obuiauerint & audire uellent: & in hoc modo etiã nos loquimur. dum dicimus omnes: eo quod de illis intelligimus: qui ad id capessendum sunt habiles.

¶ Contra opponentes apostolis: ubi de christo dicũt: Resurrexit secũdũ scripturas: ac de aliis quoq; similibus. Cap. cxviii.

¶ Quidã ignari etiã in aliis locis opponere solẽt: ut in symbolo cõgregatis oĩbus apostolis iter alia dicitur: Tertia die resurrexit a mortuis secũdũ scripturas: & cõtra hec uerba tria solẽt prio aut principaliter ponere. Dũ dicit: secũdũ scripturas: aiũt: quod apostoli nõ affirmãt de resurrectiõe christi: nisi quod ad scripturas ꝓpherarũ remittũt. Ad quod ĩpugnãdũ multa q̃dẽ manifesta habemus: ut ꝓbabit. & ĩ primis dicimus: quod oẽs apostoli queadmodũ. & ĩ pluribus locis patet: iam affirmatiue dixerãt xp̃m a mortuis resurrexisse: sicut q̃ ad monumẽtũ uenerũt: & maria magdalena ĩ orto ĩ quo christũ uidit. Qui dũ tãquã peregrinus apparuit duob9 discipulis in uia: & postmodũ pluries stetit ĩ dimidio oĩum discipuloꝝ

Sanctus Thomas:qui ibi non erat in prima apparitione:in ſecunda immiſit manum in fixuram clauorū
& latus : & tunc ipſe quoq; affirmatiue Chriſti reſurrectionem tenuit:& quum in pluribus locis de om-
nibus apoſtolis aperte habeamus affirmatiuam Chriſti reſurrectiōem:quomodo igitur uno uerbo poſt
modum dubitare poſſumus:quāuis aliquantulo obſcure ſit inſcriptum. Euangeliſta:ut Ioannes:plerūq;
non dicit credimus:niſi ſciamus:quod teſtimonium eius uerum ſit:& quia ipſimet apoſtoli dixerunt:Re-
ſurrexit ſecundum ſcripturas:neceſſario quo ad rationem ad ſuum primum fundamentum eſt occurren
dum:in quo palam Chriſti reſurrectionem affirmant. ¶Attamen pro maiori declaratione aliquid di
cendum erit:quomodo hoc ſecundum ſcripturas intelligatur. Vnde inferimus:apoſtolos de myſteriis di
uinitatis & humanitatis enarraſſe:& uolentes legem nouam cum ueteri conformare : merito dixerunt:
Reſurrexit ſecundum ſcripturas:hoc eſt ſicut prophete de redemptore ſunt uaticinati:eodem modo in
Chriſto completum eſt. Quia ſecūdū ſcripturas:& ſicut ſcripture dicūt:actū eſt. Nā licet Chriſtus reſur
rexerit:ſi nō reſurrexiſſet ī tertia die & a mortuis :nō reſurrexiſſet ſm̄ ſcripturas.unde nō potuiſſemꝰ eū
tenere ꝓ Meſſia in lege ſcripture ꝓmiſſo.Sed qa in oībus cū ſcripturis ꝓphetarū cōformat̄:tenemus ip
ſum uerum redemptorem noſtrum eſſe:ut ſanctus Ioannes manifeſte teſtatur. Quia dum ipſe & Petrus
ad monumentum uenerunt : & intus ingreſſi ſunt : repererunt illud idem quod Maria dixerat :Ioan-
nes ait:uidit:& credidit:ubi de ſeipſo inquit : Non enim ſciebat ſcripturas : quod oportebat Chriſtum
pati & a mortuis reſurgere. Vnde patet quatenus in ſymbolo apoſtoli dixerint:Reſurrexit ſicut ſcriptu
re prophetarum pollicebantur:& non aliter & dicendo.Reſurrexit a mortuis ſimiliter.quidam inſipien
tes contra hoc garrulare ſolent:inferentes:quod potius dicendum erat Reſurrexit a morte q̄ a mortuis.
At uero hi philoſophie ſcientia carent.quoniā iſte terminus mors priuationem ſignificat. Mors enim nil
aliud eſt q̄ actus ſeparationis inter animam & corpus:& quāuis illo tunc ſit actus poſitiuus ſeparationis:
eo quod corpus & anima operantur:non ſequitur:quod ibi una res poſitiua reſtet que mors uocetur:ni
ſi priuatio uite duntaxat:aut quod amplius uita non ſit:quāuis corpus dicatur mortuum uel ſeparatum:
eo quod abſq; anima manens. ¶Et quia alia quoq; corpora ſeparata uel mortua erant:merito apo
ſtoli dicunt:Reſurrexit a mortuis:hoc eſt a dimidio corporum mortuorum nō a morte:quum mors nō
ſit in re poſitiua. Quocirca apoſtoli optime:& tanquam ſapientes ſcribebāt. ¶Et quum dicitur.tertia
die reſurrexit a mortuis etiam alii aiunt:corpus Chriſti non ſtetiſſe tribus diebus & tribus noctibus in ſe
pulchro conditum.ſed hic ſcriptura palam cum noſtra cōmuni loquutione cōformatur.ut in exemplo.
Venit ad me quidam amicus:die ueneris:hora ueſpertina:& die ſabbati:hora meridiei:& die dominica:
ſūmo mane. Omnes etenim dicemus:quod tribus diebus uenerit.& ſimiliter tertianas febres nuncupa-
mus:ſi die ueneris & die dominica quacūq; hora die uel noctis uenerint : ſi modo egrotantem die ſab-
bati quieſcere ſinunt. ¶Et quia iſta eſt cōmunis loquutio uel conſuetudo:quatenus poſſimus euange
liſtas reprehendere & corripere de tempore manſionis Chriſti in ſepulchro:quum ipſi circa loquutionē
noſtram uerum ſcribāt.ſed maligni aut increduli:dum non inuenimus oportuna ſeu appropriata exem
pla apud nos:ueluti de trinitate dicunt:quod ſtare nequeat : ſi penes cōmunem conſuetudinem tracta-
mus:etiam alias cauillationes ac diſpoſitiones querunt.Deniq; quum corpus chriſti die ueneris:die ſab-
bati:& die dominica in ſepulchro conditum ſteterit:uerū eſt:quod dicatur tertia die reſurrexiſſe.& quā-
uis ſummo mane fuiſſet:non propter hoc extra noſtram cōmunem loquutionē.quia dicimus.Ego ſurre
xi aut diſceſſi tali die ſūmo mane:aut ante lucem : & non intelligimus pro preterito die : licet uideatur:
quod diſcipuli in diluculo diſceſſiſſent:& ad ſepulchrum attigiſſent:iam in ortu ſolis:quo ad uiſum no-
ſtrum.Quoniam aliter accipiendo radii eius ſummo mane oriuntur:& ideo eſt claritas. ¶Sed inqui-
rentes mala:ſemper in intellectibus ſuis obumbrationes inueniunt.& ſic in hoc loco etiam de uerbis an
geli dubitatur:dicendo:reſurrexit non eſt hic.& iſta uerba apud ſapientes clara ſunt:quia omnia a ſolo
angelo pronunciata in mulierum reſponſionem. Quamobrem non erat recta loquutio:quod angelus
ī ꝓceſſu ſuo diceret:Reſurrexit nō quia hic eſt: ibi enim nulla fuit īterpoſita peritio:quū angelus uidens
qđ mulieres xp̄m q̄rebāt.dixerit.Ruſurrexit ideſt iam ñ ē hic.Precedet uos ī galileā ubi uidebitis eū:ut ꝑ
dicta euāgelii ꝓculdubio apparet.nā mulieres īter ſe loquebant̄:dicētes:qs reuoluet:nobis lapidē ab ho
ſtio monumēti:& reſpiciētes uiderūt reuolutū lapidē:& ſubdit:uiderūt iuuenē ſedētē a dextris:coopertū
ſtola candida:& obſtupuerunt: qui dixit illis.Nolite expaueſcere Ieſum queritis nazarenum crucifixum:
ſurrexit:non eſt hic.Ecce locus ubi poſuerunt eum.Sed ite & dicite diſcipulis eius & petro: quia prece-
det uos in Galileam : ubi eum uidebitis: ſicut dixit uobis.& hic abſq; obſcuritate de reſurrectione Chri
ſti iam facta angelus loquebatur.Et ſimiliter ſanctus Ioannes de maria narrat : qualiter conqueſta fue-
rit : dicens : quia tulerunt dominum meum & neſcio ubi poſuerunt eum:& hec quum dixiſſet conuerſa
eſt retrorſum:& uidit Ieſum inſtantem:& neſciebat chriſtus eſſe.& ſubdit.exiſtimans quod ortolanus eſ-
ſet:& idem affirmat:dum maria ad uocandum diſcipulos acceſſit.Quum petrus & Ioannes ad monumē
tum uenerunt.idcirco iuxta diſcipulos & angelos:nullam dubitationem de Chriſti reſurrectione compe
rimus. ¶In aliis ſimilibus locis nōnulli uacillare ſolent:ut ubi Chriſtus ait.Sicut eni pater habet uitā
in ſemetipſo:ſic dedit & filio uitam habere in ſemetipſo:& poteſtatē dedit ei iudiciū facere : qa filius hoīs
eſt. ¶Quū uero dicit poteſtatē dedit ei iudiciū facere: qa filius hoīs eſt. Videt̄ ꝑ principali fundamēto

acipere:quod christus iudex noster in die iudicii erit:ex eo quod filius hominis:& in superficie ista saltem non apparet:quod argumentum concludit. Nullus enim homo inquantum homo:sufficit ad iudicandum omnes alios homines: quia hoc soli deo attinet. Sed in hoc loco uerba superiora respicienda sunt dicentia:sicut pater habet uitam in semetipso:sic dedit & filio uitam habere in semetipso.& quia christus quum patri equalis sit:in eo quod deus diuinam potestatem continet:ad iudicādum. Et dum dicit:quia filius hominis est:pro uero argumento rationem accipiebat. Quum enim nos homines simus:tenendū est:quod ab homine benignius:q̄ a quouis alio ente iudicaremur.& ad hoc quod non possimus de iudice: tanq̄ de alieno dubitare.christus per conformitatem exclusa quacunq; suspitione dicit:quia filius hominis est:& ideo ualidum argumentum.

¶De aliquibus exēplis:qualiter aspicientibus facile pateat:quod in dictis christi seu sententia euāgelistarum:nulla sit dissentio. Cap.cxix.

¶Forsitan:ut superius diximus:ob breuitatem sub qua euangelia inscripta sunt in euangelistarum intellectione interdum obscuritatem comperimus.nō enim ignotum est immo quibusq; propalatum:breuem scripturam intellectu esse difficilem. Quoniam uero unusquisq; euangelistarum inuigilabat:ut gesta christi breui sermone enarraret:uti in eorum scripturis euidentius apparet:quum asserant:quamplurima que scripta non sunt a christo facta fuisse:tantum ad principaliora enarranda intendebāt.& quia eos multa de christi operibus non scripsisse constat:ipsorum quilibet quod sibi conducibilius uideretur eliciebat:ut succincte ac de principalioribus solummodo ageretur: ¶Hec uero breuitas non solum obscura est in modo:quo euangeliste de rebus in christo occurrentibus procedebant. Verum etiam & in uerbis christi precise assumptis:eo quod breuia plerūq; nobis sententia uidetur implicita. ¶Vtpote ubi Iesus Petro ait:Sequere me:& conuersus Petrus uidit illum discipulū quem diligebat Iesus sequentem:qui & recubuit in cena super pectus eius:& dixit. Domine quis est qui tradet te? Hunc ergo quum uidisset Petrus dixit Iesu: Domine hic autem quid? Dicit ei Iesus. Sic eum uolo manere donec ueniam: quid ad te?tu me sequere. ¶Super his enim uerbis multi multa sentiunt:at uero totum euangelium respicientibus:& quo tempore ista uerba dicta sint:eorundem sensus satis manifestatur. In principio enim seu prima prolatione Christus ait:Petre sequere me. Quandoquidem passionis tempus appropinquare ceperat:& discipuli inquirebant de tempore iudicii & passione ipsius Christi:ac de proditionis auctore:& quāuis Petrus non dederit in illo tunc responsum Christo dicenti sequere me sed conuersus uidit discipulum quem diligebat dominus:tamē subdit:& dixit. Domine quid?& in hac loquutione nemo alius erat preter Iesum & Petrum:& de sequendo Christum ac de illo qui eum traditurus erat uniuersus sermo dirigebatur.& ideo Iesus Petro dixit:Sic eum uolo manere donec ueniam:uidetur intelligendū esse sic uolo quod ipse proditor maneat:donec ad passionem meam deueniam:de quo nil tua interest:& de hoc quoq; in aliis euangeliis aperte Christus loquutus est: ut dicendo. ¶Oportet quod impleantur que de filio hominis scripta sunt:quid ergo ad te?quod ego ago tu similiter agas:Sequere me:quia ad hoc missus sum: ueluti testatur. ¶Ecce ascendimus hierosolimam:& consumabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis:tradetur enim gentibus:& illudetur:& flagellabitur:& conspuetur.& subdit postquam flagellauerint occident eum:& die tertia resurget:& ipsi nihil horum intellexerunt:Erat autem uerbum istud absconditum ab eis. ¶Et in passione reprehendendo Petrum. An putas quia non possum rogare patrem meum & exhibebit mihi plusquā duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripture? Quia sic oportet fieri. Et eandem sententiam in plerisq; aliis locis denunciabat:ea scilicet:que de filio hominis scripta erant:in se fore consumanda. ¶Et subsequēdo:Exiuit ergo sermo iste iter fratres:idest apostolos:Quod discipulus ille:idest proditor:non moritur. Audierant enim & alii discipuli uerba que iam Christus Petro proferebat:& non dixit ei Iesus:Quia nō moritur. Sed sic eum uolo manere:donec ueniam:quid ad te? Quocirca assumendum est:Quod Christus:non fecit mentionem de culpa iude:seu proditoris crimine:nisi quod solummodo aperuit:quod ipsius redemptoris uolūtas ad hoc tendebat:ut pro humani generis salute mortem operiretur:& nolebat Iudam seu proditorem discipulum:illo tunc moriturum:usq; quo passio eius perficeretur. ¶Que tamen uerba absolute assumpta uel inexposita siue inexplicata:uidentur omnino intellectu difficilia. Sed q̄ intelligatur de mansione Ioānis in hoc mundo usq; ad iudicium:aut q̄ discipuli manus in iudā non iacerent usq; ad passionem Christi:absq; scrupulo stare potest. ¶In euangelistarum uero concordātia quamplura aspicienda sunt. Quoniam:ut superius enarrauimus.ipsimet euangeliste multa asserunt:de Christi operibus scripta non fuisse.& quia Christus idem in uno quod & in alio faciebat:atq; in pluribus locis eadē uerba proferebat:utpote in resuscitādis mortuis:in aperiēdis surdorum auribus:& oculis nō uidēntiū illuminādis. Quippe qd idē opus erat & ī uerbis. ¶Ego & pr̄ unū sumus. Ego ī pr̄e & pr̄ ī me ē:q̄ q̄ dē uerba ī pluribus locis aut sub eadem sententia pnūciabat:& forte unus euāgelista uerba uno modo plata assumebat:& alius alio. ¶Sicut ubi de pfectiōe Ioānis baptiste xp̄s ait:Amē dico uobis:iter natos mulierum nō surrexit maior Ioāne baptista:qa matheus & lucas aliter atq; aliter pnūciāt. Matheus eni inqt.

Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne baptista:& Lucas. Maior īter natos mulierum prophe-ta Ioanne baptista nemo est.& de hoc nullum est inconueniens. Quod christus in uariis diebus eandē sententiam diuersimode cum discipulis loqueretur eo magis:quia apud iudeos prophete ceteris dignio res tenebantur. Et si nullus propheta maior Ioanne surrexit:sequitur quod neq; alii:quum omnes mino res q̄ prophete fuerint. Quocirca euangeliste precise eandem sententiam denunciabant. Et si infertur christum non fuisse prophetam nisi Messiam aut perfectorem legis.& tamen maior. similiter & domina nostra. Quomodo ergo possumus simul omnia saluare. Respondēdum erit ex eo quod christus prophe ta non erat nequidem domina nostra de eis minime intelligi. ℂEt ad uerba Mathei que dicūt:nullus surrexit maior:dupliciter respondetur. primo quod dicendo nullus aut totus semper aliqua potest exce ptio elici:quemadmodum diffuse ostensum est ubi de beate uirginis cōceptione pertractauimus. ℂPre terea si forte christus assumpsit hanc dictionem surrexit:ex hoc:quod Ioannes in utero sanctificatus ab originali peccato surrexit:intelligitur:quod christus & domina nostra in originali peccato non cecide rint.& quia dicit non surrexit:uidetur qd prius ceciderit. Qui enim nō cadit:aut in infimo non manet: minime surgit. Si uero pro natiuitate uel ad humanitatem nostram dirigendo assumitur intelligendum est:quod nullus preter christum & matrem:quia inter ceteros dignissimi:& ubi tanta inest disparitas nō decet:quod simul annumerentur:si modo de quolibet precise non fuerit facta distincta mentio. exem-pli gratia:dicimus omnis homo leuis currit:tamen nō de omnibus sine exceptione intelligeremus:licet omnes aliqualiter leues sumus:quia etiam de igne et aere: qui leuia elementa sunt constamus. licet plus de terra & aqua aliquis habeat. Sed propter disparitatem nunquā hoc de minus perfectis in leuitate in telligitur. dicendo omnes homines leues currunt. aut si pronunciaretur omnes homines graues saltant, de grauioribus tantum assumeretur:& tamen omnes graues sumus. Et quia christus & mater eius cum deo altissimo pre cunctis creaturis dispariter coniuncti sunt: quomodocūq; acceperimus propter suas dignitates in omnibus saluantur:seu in cōmuni cōmertio minime intelligūtur. Quum perfectissime & non cōmunes sint.& taliter omnia euangelistarum dicta facile ac palam conformari poterunt.

ℂDe quibusdam uerbis que in euangelio inter se aliqualiter repugnare uidentur. & tamen non in re.& quod in regulis diuinis dūtaxat saluandi sumus. Cap.cxx.

ℂAduertendū est autē quum christus redemptor noster sepissime circa ordinem diuinum loquebatur: & alias iuxta communem hominum consuetudinem. Quod si diligenter non aduertimus: difficile uidet: has partes simul conformari posse. loquutionem scilicet diuinam & humanam. ℂPetente matre filiorū zebedei:ut sederent duo filii sui unus ad dextram & alius ad sinistram: Respondens redemptor ait. Nesci tis quid petatis. Potestis bibere calicem:quem ego bibiturus sum:dicunt ei possumus. quibus ait. calicem quidem meum bibetis. sedere autem ad dextram meam & sinistram non est meum dare uobis:sed quibus paratum est a patre meo. ℂEt dum ait non est meum dare nō absolute capiendum est:quia nō cui-libet petenti regnum dei datur:nisi illis dūtaxat:qui regulas patris siue a deo illatas obseruant:quod ibi dem christus explicauit inquiens:potestis bibere calicem:quem ego bibiturus sum: & non dixit calicem meum: & calix pro laboriosis corporum operibus assumitur. Quapropter in passione redemptor ait. Pater si possibile est transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego uolo:sed sicut tu. Et hic de diui-na ordinatione dicit. Sed quoniam secundum ipsam christus ad nos redimendum moriturus erat inquit: Nō mea sed tua uoluntas fiat:idest tua perficiatur regula. Quamobrem dum ait non est meum dare uo bis intelligendum est. si patris regulas non obseruaueritis lubentes asperam ac sanctam uitam suscipien dam.& in hoc ad dextram uel sinistram sedere consistit:nec in uoluntate sedendi:nequidem nostra po-testate & arbitrio. Si modo legem diuinam non obseruauerimus. ℂAlibi quoq; christus loquens di-scipulis & turbis iudeorū asserit:Descēdi de celo. nō ut facerē uolūtatē meā:sed uolūtatē ei9 qui misit me. Et si ipse christus qui perfectissimus est:in eo:quod homo circa corporeas passiones non ultro:sed patris uo luntate ferebatur. multominus & nos aliquid boni extra diuine institutionis uirtutem exigere ualemus. ℂEt hoc demonstrat inquiens. Nemo potest uenire ad me nisi pater:qui misit me traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et subdit. Amen amen dico uobis:qui credit in me habet uitam eter-nam:& in altero euangelio ad denunciandum:quod ipse & pater unum sint ait. Ego sum uia ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me:intelligendum est. nemo ad patrem uenire potest nisi per regu las:quas ego a patre accipio:& uos eas doceo:nec ab alio q̄ a me fieri possunt. Quia in diuinitate ego & pater unum sumus: & sic proprium locum docendi suam atq; meam uoluntatem habeo. ℂEt in altero euangelio loquens Iesus cum discipulis de Ioanne baptista ait. Et si uultis scire Ioannes ipse est Helyas:ubi penes humanam consuetudinem loquutus est. Quia dicit ipse est Helyas pro similis Helye eo:quod in operibus similis:que quidem consuetudo inter nos communis est. Nam per similitudinem inter duos dicimus iste:alter ille est. ℂIoannes autem ab hebreis interrogatus:an Helyas esset: dixit non sum ego Helyas. & de esse simpliciter loquutus est:nec dixit non sum similis. Christus uero de si-militudine loquebatur. & sic nulla est inter christum & ioānem contradictio. ℂSimiliter dicente phi-

lippo ostende nobis patrem:& sufficit nobis.christus ipse ait.tãto tempore uobiscum sum:& non cognouistis me:philippe qui uidet me:uidet & patrem meum.& christus inquantum homo.& non quo ad diuinitatem a discipulis uisus est.Sed quia opera sua erant patris operibus similia ait : qui uidet me,uidet & patrem.Quoniam autem prius dixerat tanto tempore uobiscum sum:& non cognouistis me:intelligendum est:tanto tempore in operibus meis non cognoscitis.ex deo esse & in diuinitate:qualis ego:talis pater.& ideo dicit nõ creditis.quia ego in patre & pater i me est. ¶Et dum ioannes baptista misit duos discipulos ut christum interrogarẽt:an ipse esset:qui uenturus erat an alium expectarent:latius aperuit:qualiter in operibus suis ad similitudinem dei cognoscendus esset.unde respondens ait:euntes renunciate ioanni que audistis & uidistis : ceci uident:claudi ambulant:leprosi mundantur:surdi audiunt : mortui resurgunt:pauperes euangelizantur.nec dixit se esse:aut uenturum alium.opera autem que faciebat tantũmodo enarrauit. Quoniã soli messie legislatori id ipsum competebat:sat erat opus : quod egerit:propalari. ¶Et alibi iudeorũ incredulitatem redarguens. ¶Si opera non fecissem in eis:que nemo alius fecit:peccatum non haberent.nunc autem & uiderũt & oderunt & me & patrem meum. ¶Item ad turbas de Ioanne.quid existis in desertum uidere?arundinem uento agitatam?Et subdit sed quid existis uidere?prophetam etiam dico uobis & plusq̃ prophetam?hic est enim:de quo scriptũ est.Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam:qui preparabit uiam tuam ante te.& quum ꝓphetam dicit: cũ aliis prophetis ipsum equiparat.& plusq̃ prophetam asserendo angelis assimilat:qui sunt hominibus digniores.non tamen quod ioãnes precise angelus sit.sed angelis in officio & dignitate coequabilis & angeli nullam habent anxietatẽ in huius mundi delectationibus siue corruptibilibus preterq̃ in diuinis aut perpetuis.& ioannes similiter faciebat.itaq; per similitudinem angelus uocandus erat.ueluti comprobatur circa finem ipsius euangelii dicentis.Qui autem minor est in regno celorum:maior est illo.& etiã denotatur ꝙ in illo tũc tantummodo angeli erant in regno celorum eo ꝙ naturaliter loquendo soli ãgeli sunt in ordine creaturarũ ioãne maiores:tamen christus in eo ꝙ homo & domina nostra sunt per gratiam excepti.hic pariter cum ueteri testamento conformat̃ dicẽte: ubi de dignitate hoĩs agit diminuisti eum paulominus ab angelis.Nihilominus dum hoĩes precepta dei obseruant filii dei denominant̃.& sic in sacra scriptura habem9.Vos autem dii estis.& in genesi faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.& si homo ob rectam uitam imitator dei:ac deus uocat̃ ꝑpter similitudinem : multo qdẽ facilius angelus appellari debet. ¶Exquisitus ioãnes a iudeis ꝓpheta es tu?respondit non:in quo aperte loquutus est:qualiter nulla per nosmetipsos dignitas a nobis habetur.& ideo non in sua potestate sed diuina uoluntate ac nutu uaticinatus fuerat.& sic cum christi auctoritate conformatur asserente.Nemo potest ad me uenire nisi pater qui misit me traxerit eum.hoc enim nõ in potestate nostra sed in regulis diuinis consistit.& propterea ioannes humilitate plenus id:quod sibi proprium non erat occupare noluit & christus tanquam deus ipsum nominabat prophetam: plusq̃ prophetam.& angelum.in quo nulla quidem iactantia neq; error.Quicquid enim in ioanne extiterat ab eo attributum latissime fuerat:ut alibi etiam suis uerbis comprobatur.ubi inquit ecce mater mea & fratres mei. Quicũq; enim fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est:ipse meus frater & soror & mater est. ¶Et apostolos quoq; fratres suos appellabat:quis nõ liceat apostolis aut aliis tametsi sancti sint:ut dicant fratres christi sumus.nisi tantum minimi aut indigni serui. ¶Quum uero ioannes requisitus esset: quid ergo baptizas:si tu non es christus neq; helyas neq; propheta:ait ego baptizo in aqua:medius autem uestrum stetit: quem uos nescitis:ipse est:qui post me uenturus est:qui ante me factus est:cuius ego non sum dignus:ut soluam eius corrigiam calciamenti. ¶Et dum ait : qui ante me factus est prima facie magna uidetur contradictio.quia uerbum diuinum non factum non creatum sed genitum.& ex parte humanitatis nõ ante:sed post ioannem factus atq; genitus est.& iccirco in hac loquutione:qui ante me factus est:de regula diuina & nõ humana intelligebat.Nam quo ad nos in deo priores ac posteriores regulas imaginamur.siue effingimus tanquam priores & posteriores origine.& quoniam perfectiores dignitates imperfectioribus anteponẽde sunt.asserendum est:quod in ordine diuino christi incarnatio sit ioannis incarnatione prior.licet temporaliter ioannes prius fuerit generatus.In ordine autem seu mẽte diuina christus prius ẽ:& dum factus dicit de unione carnis cum uerbo denunciabat partem : scilicet q̃uis minorem pro toto assumebat.Sed q̃a ex parte corporis & aĩe christus factus uel creatus est.recte ioannes dixit:qui ante me factus est:Ipse est inquit:qui post me uenturus est:qui ante me factus est.& tunc de aduentu penes humanam ostensionem assumit.Christus enim post ioannem inter homines uisus est. ¶Ioannes euangelista de uerbo seu filio in diuinis loquens.Verbum caro factum est.Non quod diuina essentia in carnem conuerteret̃.sed quod uerbum diuinum sub figura hominis in specie carnis inter nos uisus atq; operatus est . & hic de unione & humanitate principaliter loquebatur.iam enim de simplici diuinitate plene loquutus fuerat.& demum aliquid de humanitate inquiens.uerbum caro factum est:idest homo seu assumpta in se humanitas cuius uelamine inter nos operabatur. ¶Alibi ubi christus inquit quod si haberemus tãtam fidem ueluti granum sinapis.plura possemus agere miracula.nonnulli admodum de hac auctoritate mirantur : cum plures homines sub fide legis in castitate degunt.quidam in cenobiis.quidam in montibus cum maximis ieiuniis & orationibus:alii plures in nomine dei faciunt elemosinas.nõnulli assumunt tormenta uaria atq;

mortem in defensione legis.& omnia hec in fide ipsius legis fundantur.& tamen de raro aliquis ipsorū agit mirracula.& si agit non ita euidentia ut in auctoritate euangelica uideantur promitti. ℭEt hec opera maiora.quam granū sinapis uidentur. ℭSed unde hoc procedat : quod in hac fide mirracula magna non agamus:non est cognoscendum per argumenta:nisi unusquisq; fidem suā speculando qualis sit facillime cognoscit.unde hoc quod mirracula non operamur:quoniā quamuis fides nostra magna in quātitate paruam ipsam in puritate inuenimus.quoniam semper aliquibus scropulis reuoluta:& concesso quod potius ponderet pars affirmatiua de lege quam ambiguitates semper aliquod ipurum in creditu nostro occurrit.& si in aliquo homine non occurrit.ille mirracula maxima ī nomine dei operari potest.& ita auctoritas euangelii intelligenda est:quod si haberemus tantam fidem sinceram in specie fidei: quanta est quantitas grani sinapis in specie sua:aut iuxta genus quātitatis mirracula maxima in tēpore necessitatis operari possemus:nam mirracula absq; extrema necessitate operāda nō sunt.& hic nō oporet sensus alegoricos adducere neq; plura alia occurrentia ut fidem formatam caritate uel particulares illuminationes:nisi quod simplex fides in deo sit:quoniam in hoc omnia bona nostra consistunt: quia p ipsam maxime in amore dei sumus:& ubi amor dei oīa que bona sunt necessaria nobis eueniunt.

ℭQuatenus nulla sit repugnātia:quod christus existens deus & homo natus sit ex uirginis utero: & tandem mortuus. Cap.cxxi.

ℭDum nos christiani dicimus christum deum & hominem esse: & quod tēporaliter sit natus & mortuus post tot annos:uidetur quod he due partes in natura contradicant:aut in esse diuino repugnent.Quocirca pleriq; dubitant:quod si christus est deus:quo pacto nasci & mori potuit quemadmodū & alii homines.sed isti imaginantur:quod nos dicamus christum fuisse hominem solummodo: aut quod humanitas in deitatem cōuersa fuerit.Nos autem longe aliter tenemus.in christo enim semper duas naturas cōsideramus:hoc est diuinam & humanam.& quo ad diuinam ab eterno genitus sine aliquo accidente aut passione.Et inquantum christus est humanus:confitemur fuisse natum atq; temporaliter natum & mortuum.Et quod mori potuerit latius comprehenditur in superioribus capitulis tractando de incarnationibus.quoniam sicut deus potest secum humanitatem unire absq; aliqua contradictione & conuersione humanitatis in se.similiter eam dimittere potest:ut patiatur: q̄uis ipse nullum in se tormētum susciperet. quod latius patet:ut in exemplo:quod de anima rationali habemus.que q̄uis corpori unita sit:non recipit uulnera aut percussiones nec mori potest:neq; aliquā partem dimittere de illis:que sunt sibi ab intrinseca natura.Sed mortem hominis intelligimus pro separatione anime rationalis a corpore.Vnde constat:qd̄ p corruptionē corporis seu tormētū:aīa non corrūpitur.Sed qd̄ p corruptionē ac debilitatē spirituum corporeoꝝ separatur.Si uero anima nostra in corpore non moritur:nec in corpore cruciatur: multominus diuina substantia simul cum humanitate christi pati potuit.Quum infinita & sine aliqua cōtrarietate.& isto modo licite dicimus mortē christi in eo:quod partes ille fuerūt separate.ex quibus erat unitus:ut dum anima a corpore diuiditur aut separat̄:non dicimus denuo hominem esse. ℭEt ita corpore redemptoris nostri existente ī sepulchro triduo nō possumus pro certo affirmare illic christū fuisse. Sed corpus suum quemadmodum soliti sumus dicere de alio homine qui spiritum emisit. ℭVnde dicimus:quod anima christi ad inferos pro liberandis sanctis patribus descendit.& quod pro illo tunc corpus in monumento remansit. ℭAliter tamen tenere possumus:quod non sit licitum absolute dicere: quod christus sit mortuus eo:quod diuinitas que in christo principalior erat nunquam corpus & animā dimisit.Et quia christus deus & homo non moriente diuinitate uidetur ipsum non esse mortuū.hanc uero partem declaramus:dicendo christum mortuum fuisse:inquantum hominem.Quoniam in triduo separatus fuit intelligendo de anima & corpore:que ambe partes hominem efficiunt.Sed dicimus diuinitatem semper eternam atq; unitam fuisse cum anima & corpore.

ℭQua de causa non recte dici uideatur:deus est mortuus atq; resuscitatus. Cap.cxxii

ℭQuum christus in uno solo supposito deus & homo sit.& christus fuit crucifixus mortuus & resuscitatus.Quidā aiunt.deus fuit crucifixus mortuus & resuscitatus eo:quod corrupto subiecto alicuius rei oīa in ipso subiectata corrumpuntur.Exempli gratia:albedo manens in albo a corruptione illius albi etiam albedo subiectata distrumpitur.Christus est suppositum diuinum habens coniunctam in se humanitatē. quia non diuinus solum ex eo:quod humanitas secum assumpta.Christus est mortuus : etiam omnia in ipso suppositata diuinitas erat in eo.igitur deus est mortuus.Quia deus & diuinitas idem sunt.ℭVerū tamen quia hoc iuxta ueram significationem non uidetur recte sonare:scilicet deus est mortuus:deus est resuscitatus:semper utiq; aperiendum est:quomodo hoc intelligatur.quoniam ista est uera.Christus qui est deus & homo:est mortuus.Dicit enim totum coniunctum de duabus naturis scilicet diuina & humana:aut de tribus hoc est diuina anima intellectiua & corpore.Quoniam uero corpus & anima in passione ipsius christi separate sunt: dicimus quod christus est mortuus in illa separatione.& resuscitatus dum

anima corpori unita. Diuinitas autem semper cum anima & corpore sine aliqua separatione remanet. & sic in diuinitate nulla fuit similitudo mortis. Quia nulla corruptio nulla separatio ex parte ipsius: sed quia non erat anima & corpus simul in eodem supposito: ut prius dicitur: christus deus & homo mortu9 est. At uero in morte uel separatione sicuti ante generationē unamquāq; partem seu principium per se consideramus prope naturam suam: & non simul cum toto congregato & sub hac consideratione: licet dicatur homo est mortuus: non potest dici anima rationalis est mortua. Quoniam in separatiōe anima per se denominatur. & similiter corpus de se dicit. & ideo corpus tantum est mortuum: quia sine uita. sed anima uiuit: & taliter in morte christi anima eius uiua atq; illesa mansit. & multo perfectius uerbum diuinum ex eo: quod ipsum neq; mortuum neq; ab anima & corpore separatum: nequidem aliquā aliā alterationem assumpsit. & illud quod non moritur neq; separatur minime resuscitat̄. Quoniā uero deus non mortuus nō separatus nequaquā resuscitatus. ¶ De crucifixione melius stare potest. Nam christus uiuens seu totus coniunctus crucifixus est. Et quia deus & homo dicēdum est crucifixum deum in christo suppositatum: tamen mortuum. & resuscitatum ex parte hominis & non dei. neq; anima per se considerata mortua nec resuscitata: nisi tantum a corpore separata. Diuinitas autē semper in una & eadem perfectione uiuēs. Atq; in se assumptam humanitatem habens: nequaquam humanitas fuit ab anima & corpore separata. Semper enim corpus mortuum: quemadmodū & uiuens humanum uocatur. & anima humana. quod si humanitas est natura uel forma hominis: ut nōnulli asserunt: corpus & anima christi triduo semper eandem formam totius habuerunt: idest humanam sicuti ante passionem & post resurrectionem. Attamen dicēdum est: quod humanitas quodāmodo in modo predicandi se habeat & sic denominatiue tantum ab ipsa humanitate humani uocamur. sed non tanquam a reali forma: ut patet: quia corpus mortuum usq; ad ultimam consumationem seu transumptionē in alteram speciem per omnes partes humanum uocatur: sicuti in uita. & euidenter patet formam eius in re non esse eiusdem equalitatis & perfectionis ut in uita & in denominatione eadem est precise. ¶ Quocirca dum dicimus uerbum diuinum in uentre uirginali humanitatem assumpsit: intelligendum est: quod humanam carnem & humanā animam assumpsit. Nam caro & anima hominis a multorum proprietate resultata humane uocant̄. Nostra uero ꝓpria natura a priori origo ipsius aīe & corporis est. Quū de uariis naturis cōstemus: altera siquidem spirituali & altera corporea. & uerbū diuinū has naturas assumpsit. spiritualem scilicet ex parte anime & corpoream ex parte coporis. quoniam corpus & animam assumpsit eo: quod caro christi de puro sanguine gloriose marie uirginis est generata: licet animam corpori infusam dicamus unam duntaxat naturam habere. ex eo quod in unione anime & corporis similiter eorum nature sunt unite: & respōdendo ad principia ubi solet dici: ꝙ corrupto subiecto omnia in eo subiectata corrumpuntur: nos asserimus quod in morte christi nullū subiectum seu suppositum ibi corruptum sit: quum uerbum diuinum tantum erat tanq̄ suppositum animam & corpus in se conseruās. Vnde de particulari licentia ipsius uerbi: anima & corpus separate sunt. & non aliter: ut superius uidimus.

¶ Quomodo corpus christi. quum organizatum nō fuerit penes naturales cursus: potens erat ad resistendum cuiq; aduersitati utpote morti infirmitatibus & aliis accidentibus. Cap. cxxiii.

¶ In alio libro mentionem fecimus: quo pacto corpus christi mori non poterat naturali ui seu influentia: quoniam non erat formatum circa naturales aut accidentales cursus. nisi per gratiam que subiicit & dominatur unicuiq; controuersie occurrenti nature siue accidenti. ¶ Verumtamen si loquimur secundum cōmunem hominē: sub quacūq; bonitate organizatus fuit: debuit cum tempore mori uel corrumpi. Sed quum christus filius dei sit: oportebat tales habere cōdictiones: quibus nec natura nec quauis alia aduersitate corrumperet̄. quo ad uim earum: nequidem corpus christi erat inobediens ad patiendū. quādo uoluntas dei permisisset ut pateretur. Sed donec christus donum: quod ī principio recepit precise seruauit: omnimodo poterat cursibus imparare & non cursus ei iubere. ¶ Attamen aliquis dicet hāc partem esse iuxta diuinam potentiam & non inq̄tum solus homo: in quo quidem parum discrepamus. Nos enim dicimus: quod circa cōmunem naturam humanam a diuinitate separatam non habuisset a deo absolutam potentiam. licet inquantum corpus & anima per gratiā a deo susceptam christus super omnes creaturas fuerit. Quamobrem inq̄tum homo poterat quibusq; rebus creatis imparare. Vnde non poterant celi elementa aut natura coartari nisi diuino numine. ¶ Sed tandem dicimus ꝙ christus fecit id: pro quo uenerat: ut quibusdam interdum dixit. Quod necesse esset patris uoluntatem fieri. uel illud pro quo uenerat perfici. iccirco non est disputandum. Vtrum sempiterne queat in corpore & anima uiuere. Ipse enim adimpleuit terminum: quem deus imposuit. & nō habemus: quod in aliquo tempore etatis sue ab īfirmitate & egritudine fuisset oppressus: immo potius patet: quod aliquas res efficiebat corporaliter: que non erant in potentia hominis: secundum naturales cursus: ut ieiunare per quadraginta dies absq; cibis. & super aquas ambulare: uentis iubere: & aliquas infirmitates solo uerbo sanare atq; mortuos resuscitare: & per dempsa & clausa corpora transire & quia talem gratiam habuit: non uidetur contradictio quod sempiterne uiueret absq; naturalium cursuum impedimento. Nam quo ad ieiunium quadraginta

dierum tenendum est: quod fecerit inquantum purus homo: postquam in fine esuriit: sed sua dispositio erat a deo optime organizata: quod potens uidebatur ad sui ipsius substentationem. Tandem a natura hic assumendo concesso prius: ꝙ Christus deus & homo sit in uno solo subiecto facile probari potest: ꝙ Christus a natura mori non potuisset. Nam ubicunq; suppositum incorruptibile natura in eo supposita ta incorruptibilis semper manere pōt. suppositū in Christo est ipsum uerbum diuinum: quod ab omni corruptione alienissimum. sequitur ꝙ natura humana ibi suppositata deficere nō potest preterq̄ de particulari iussu ipsius uerbi.

¶ Quod diuinitas & anima christi simul ad inferos descenderunt. Cap.cxxiiii.

¶ Querendo an uerbum diuinum simul cum anima ad inferos descendit: debet intelligi inquantū semper & inseparabiliter diuinitas animam associabat. Sed quo ad diuinitatē est ubiq;: & illo modo sine ascēsu & descensu semper secum animam & corpus christi habebat: q̄uis anima fuisset a corpore separata.

¶ Quomodo intelligatur christum nunquam dimisisse partes: quas semel assumpsit. Cap.cxxv.

¶ Accipiendo stricto modo christus nunquam dimisit illud: quod semel assumpsit: hoc contradicere uidetur per illud instans: quo anima Christi ad inferos descendit: quod tamē multis modis saluatur. i Christo enim pars pricipalior seu natura erat deus: & loquendo de illo intelligendū est: quod in se alias duas partes comprehēderet animam scilicet & corpus. Et dicendo quod semel assumpsit nunq̄ dimisit de uerbo diuino intelligitur: quod nunquā reliquit corpus neq; animam: quia in sepulchro cum corpore erat: & in abysso cum anima. & aliter loquendo uidetur animam semper i societate corporis fuisse: in abysso: ut dum aliquis armatus incedit: solemus dicere ille nunq̄ dimittit arma. Quapropter ex eo: quod anima Christi fuit in paruo spacio a corpe separata dicere possumus quod non dimisit illud quod semel assumpsit totaliter. Nam per aliquod spacium duntaxat deposuit & non pro semper nec per longum dimisit: q̄uis triduo anima fuerit a corpore realiter separata: in quo quidem spacio presentialiter aut formaliter ad liberandos sanctos patres descendit: & non tantum uirtualiter ueluti a quibusdam tenetur: quia sicut iam in secundo libro tractauimus nullus operari potest: nisi ubi presentialiter manet. quisq; enim ubi est ibi operatur & non aliter: si modo nollent dicere. quod anima Christi dederit uirtutem aut potestatē alicui alteri. ut ad inferos suo nomine descenderet ad liberandos sanctos patres. hoc uero aliter tenemus: quum ecclesia in symbolo cantet: descendit ad inferos: & si descendit: necessario presentialiter ac uirtualiter descendit: quia non poterat uirtus ab aīa diuidi nec operari: ubi ipsa non erat. neq; habemus quod alius in nomine uel uirtute sua descenderet. & dicendo quod Christus nunquam dimisit id quod semel assumpsit: intelligitur de partibus principalibus: ut de anima ac de quolibet membro illorum: que deficiēdo de minori integritate hominem faciunt. nam q̄uis aliquis sanguis Christi remansisset in terra: ueluti quidā censent. aut sicut prepucium sibi circumcisum. quod Rome affirmatur esse apud sanctum Ioānem lateranum. hoc utiq; non est inconueniens: maxime quia ubicunq; sunt partes cum toto corpore christi uniri possunt. Quum ipse ad locum nullum habeat respectum: Demum dicimus Christum resurrexisse: & ad celos ascendisse cum omnibus illis partibus integro homini competentibus. Iam enim alique superfluitates a corpore exeunt. & propterea nos nō sumus minus q̄ solebamus: intelligas sicuti est sudor purgatio ciborum aut sanguis qui abundare solet. siue a naribus emanare: qui paucis diebus in eadem quātitate nutritur. sed si a nobis scinderentur aliqua: que principalia membra essent. semper cum difficultate remaneremus. Iccirco oportet sacerdotes sua integra membra habere. Quibus ablatis necesse est a summo pontifice specialem dispensationem siue habilitationem habere pro administrandis ecclesie sacramētis. Vnde uidetur: quod non possidebant omnes illas partes: que homini cōueniunt. & q̄uis illis nimium sanguinis absq; aliqua restauratione effundatur: propter hoc non sunt defectuosi: quoniam a ciborum dispositione de facili potest ad tantundem sanguinis perueniri. ¶ Et similiter de christo dicimus. nam q̄uis aliquid de sanguine suo in terra remansisset: nō causauisset in corpore diminutionē eo: quod absq; hisdem superfluitatibus homo integer est. Nullus enim iam tenet christum sine sanguine resurrexisse. Sed quod habuit quicquid puro homini competit. ¶ Si autem uolumus secundum propriam hominis naturam loqui: dicemus quod aliqua pars redemptoris nostri in terra remanserit. Ipsa enim natura requirit: quod dentes determinato tempore trāsmittamus: que iterum de aliis prouidet. ¶ Et si christus hāc regulam naturalem habere uoluit: magis congruum esse uideretur: quod dentes christi ob nostrā deuotionem remansissent: q̄ si duplicatos dentes haberet. ¶ Et siquis dicat nullam supfluitatem in Christo fuisse: hoc pro uerissimo recensetur. Attamen intelligendum est: quid pro supfluitate capiatur. Christus enim uerus homo erat: & ideo oportebat ut tanquā humanus perfectus se haberet. & si ipse non expulisset & non sudasset aut aliquas alias purgationes emisisset. iuxta humanam naturam: potius corpus fantasticum q̄ uerus homo uideretur. & sic dum dicitur: quod christus nihil superflui habuit: intelligendū est quod omne pfectū humanis cōpetens continebat. & sic dū nos queq̄uā hominē laudamus: dicimus nihil

superflui assumit in cibis uigilia somno ambulatione studio & uerbis.& sic in reliquis sed in omnibus tẽperate degit. ¶Et secundum scripturam etiam christus semper humanorum regulas obseruabat.quia ieiunãdo esuriuit:& uolens cecum sanare in terram spuit.& lutum fecit.super sepulchrũ lazari luxit atq; in ortho sudauit & mortem timuit & in passione dolebat:que omnia secundum humanitatẽ sunt.Non est autem intelligendum.quod in resurrectione saliuam reassumpserit:cum qua lutum fecit neq; sudores neq; dolores quos i passione habuit.quocirca asserendũ est:quod christus cuncta necessaria aut de essentia hominis in resurrectione ad se duxit.Presertim q; omnes reliquias corporis christi dato q; alique i terra remansissent:sunt semper cum ipsa diuinitate coniuncte eo:q; deus ubiq;.

¶Quod decentior fuit pro nostra redemptione mors Christi quam aliquod aliud ieiunium seu abstinentia. Cap.cxxvi.

¶Iam in alio uolumine tractauimus:quomodo naturaliter conueniebat humanitatẽ a diuina persona redimi.& quod nemo alter fuerat tante auctoritatis & excellentie ac meriti:ut talem effectum ageret. ¶Sed hic petimus:Quare christus uoluit pro redemptione nostra potius mori:q̃ nos ieiuniis orationibus atq; aliis afflictionibus uel abstinentiis liberare.& in primis pro huius partis satisfactione ita respõdendum est:quod debuerat oportuniorem uiam accipere ad nos curandos circa terminos:quibus uenit & ingressa fuit contagio. ¶Verba ueteris testamẽti asserunt: quod fructus prohibitus erat formosus ualde & uisui delectabilis.& bonus ad comedendũ:Et hec uisio non intelligitur de anima.sed corporeis oculis.Spiritus enim nequaquam cibis indigebat.Sed tamen dicendo :quod erat bonus ad uescendum: intelligitur iuxta appetitum & corporis delectationem.& quia penes inordinatam anime concupiscentiam in quoquomõ ꝓpter corpoream delectationem gloria amissa fuit:opus est : quod defatigatione & angore corporum uexemur ad restituendum & habilitandum nos potiunda beatitudine. ¶Et ad hoc habemus Christi auctoritatem ut ubi dixit potestis bibere calicem:quem ego bibiturus sum.Quod intelligitur eritis fortes ad substinendas uestrorum membrorum passiones : sicuti ego facturus sum & in alio euangelio:qui amat animam suam in hoc mundo perdet eam: hoc est perdet uitam eternam : quam in alio ipsa anima expectat.& animã possumus pro toto homine intelligere. ¶Christus quoq; alibi ait. Nisi granum frumenti cadẽs in terra mortuum fuerit ipsum solũ manet.& si mortuũ fuerit multũ fructũ affert.& soli anime non competit talis comparatio.Sed potius defessioni atq; labori totius ꝑsone suppetit.Vnde uia naturali & christi auctoritate uidetur nos debere corpora nostra coartare:ut animab9 perpetuam uitam impendere possimus.& tali modo decens fuit:quod redemptor noster moriretur.ad exhibendum recta linea remedium:eo magis ac fortius:quod per mortem immaculatam caligo uel noxa animarum nostrarum:quam nos causa declinationis mortem uocamus extergenda & liberanda erat : quia per nosipsos omnes in dolo eramus : siue inhabiles ad nostram redemptionem:At uero ad soluendum pro nostra culpa sufficiebat:quod a christo unam guttam sanguinis extraxissent:aut aliquod aliud tormentum in membris suis intulissent.Sed quia non conueniebat:ut essemus in differẽtia:an delectatio primorum parentum maior fuisset:an uero dolor.& afflictio christi pro expellendo hoc dubio:non solũ uoluit a nobis illam primam culpam amouere sed superabundanter aut in magno thesauro medicinã pro aliis erroribus tradere.& sic q̃uis plura scelera cõmittamus quotiescũq; dominũ nostrum cognoscere uolumus in suis martyriis:adeo magnum thesaurum reperiemus . quod proculdubio sufficiens erit ad plurimas humanitates redimendas.

¶Qualiter Christus ad redimendum genus humanum & ad tribuendam perfectam legem uenerit:non autem de necessitate ad moriendum : q̃uis de necessitate ad quãcũq; temptationẽ obediẽs in hũanis delectationib9 resistẽdo:ut opposita uia q̃ adã declinauit oẽs hoies saluaret.Cap.cxxvii.

¶Vt cum fundamento atq; facilius intelligamus utrum passio christi penitus necessaria fuerit ad humanum genus saluandum:uidendum est in principio:quo primi parentes peccauerunt & deinceps per prophetas discurrendum: donec ad uitam & passionem christi deueniamus. ¶Primi parentes q̃uis i statu gratie & sine peccato ad ambiguam partem oblati:utpote ad peccandum & merẽdum. poterant tamẽ de omni fructu paradisi manducare.preterq̃ de ligno scientie boni & mali.Et quia adam inobediẽs fuit preceptum dei transgrediendo:tanquam a suo creatore rebellis factus est.& quoniã pater omnium hominum seu caput contra uniuersum genus humanum aliquã maledictionem siue dissentionẽ adduxit: saltem in eo quod aperti sunt oculi nostri ad bonum & malum sciendum.In statu enim innocẽtie bonũ tantum agnoscebant.& sic gratia dei imbuti donec peccauerũt minime quod nudi essent cognoscebãt. ¶Sed ad casum nostrum postq̃ adam factus est creatori suo inobediens.& ex hoc tota humanitas declinata iuxta naturam ac ueram legem oportebat:quod alter pater omnium hominum ad preparandũ primi parentis casum ueniret.& dicimus primi parentis:Quoniam adam tanquam pater aut principiũ

Eue fuit. Et ſic dum in geneſi dicitur. Inquacūq; enim die comederis ex eo morte morieris: uidelicet ex li
gno ſcientie boni & mali: hoc ſoli ade dictum eſt. Vnde chriſtus in loco ade intelligas in loco patris om
nium hominum ad ſalutem humanorum promiſſus eſt & uenit. Quumq; i loco primi parentis etiá opus
erat illum in eo: quod homo fuiſſe ad obediendum & non obediendum preceptis dei ambiguum. licet ꝑ
gratiam perfecte cum deo unitus. Verumtamen inquantum homo liber ad moriendum aut non morië
dum eo: qđ dum mori oportuiſſet & noluiſſet proculdubio tanquam deo inobediens fuiſſet. Nam quum
adam per appetitum comedendi de fructu uetito peccauit. ſeu ut tanquam deus omnia ſciret cupiendo
neceſſe erat: qđ alter pater uel uerus meſſias: quibuſq; appetitibus denegatis ſe ſe ubi oportuerit ad mo
riendum offerret. quod ultimū contra delectationem hominū eſt. ¶ Attamen hec mors minime eſſen
tialiter neceſſaria erat ad humanitatem redimendam preterq̄ ſi a iudeis uel aliis incredulis ſeu malignis
irritata eſſet ut ſi conſtans in preceptis a deo ſibi impoſitis maneret: ideſt contra omnes ſenſuum delecta
tiones paratus: ueluti diabolus adam temptauit ad comedendum de fructu ꝓpter: quod declinauit. Iccir
co pro experienda Chriſti conſtantia acceſſit ad eum i deſertum: Sathanas. Iudei itidem tum uerbis tum
& aliis ſuppliciis Chriſti obedientiá temptabant. Sed minime neceſſe fuit: nequidem commēdabile quod
ſerpēs ſeu diabolus ad temptandū adam acceſſiſſet. & quia non erat neceſſe: niſi quod ultro id fecit: deus
ſerpenti maledixit: quod mulierem deceperit. & eodem modo Sathanas i deſerto: & iudei in aliis locis nō
de neceſſitate nequidem de bene eſſe: niſi duntaxat de malignitate & preſumptione contra Chriſtum ex
titerunt. ¶ Et quod ita res ſe habeat palam fit diſcurrendo per omnes prophetas de chriſto loquētes.
Ipſi enim omnes de chriſti aduentu gaudebant. & de paſſione lugebant: iudeorum maliciam reprehen-
dentes ex eo: quod ob eorum perfidiam Chriſtum occiderēt & ſic duodecim patriarce in teſtamētis ſuis
conuocatis filiis atq; conſanguineis maximopere admonebāt: ut meſſiam in lege promiſſum non occi-
derent. Quod ſi ad nos ſaluandos mors eius uiolenta neceſſaria fuiſſet: omnes prophete ipſam paſſionē
atq; eam cauſantes comendauiſſent. Sed quia aduentum & uitam eius magno gaudio poſtulabant. & de
paſſione timebant ipſamq; euitare conabantur. palam conſtat circa legem ueterem quod paſſio chriſti
non erat ad ſalutem humani generis neceſſaria: niſi ob humilitatis cauſam. Vt econuerſo q̄ adam age-
ret: tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit aut patiens extitit. ¶ Et in omnibus chriſti euange-
liis idem: quod in prophetis inuenimus. Primum enim Chriſtus baptiſmū dedit. & rectas uias obſeruari
oſtendit: deumq; ſuper omnia amari: & proximum tanquam nos ipſos: & quod omnis homo proximus
noſter eſt. Quocirca ad oſtendendum quod lex eius uniuerſalis ac ꝑfecta ſit. Ait. Dictum eſt ab antiquis:
Diliges amicum tuum: & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis. diligite inimicos ueſtros:
& benefacite iis qui oderunt uos. ¶ Vlterius oſtendit: quod qui potius amat iſta mundana & corrupti
bilia q̄ Chriſtum ſiue deum: non eſt dignus ad uitam beatam conſequendam. & etiam ante paſſionē tan
quam ultime neceſſaria chriſtus tria nobis impoſuit. utpote fidem & baptiſmum. & quod corpus atq; ſan
guinem eius aſſumamus dicens. Qui non manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem: non ha-
bebit uitam in ſe. ¶ Et in altero loco denunciat: quod tanquá meritorius glorie ipſe in nouiſſimo die
reſuſcitabit illos: qui digne corpus ſuum manducant. & ſanguinem bibunt. In his uero aut ſimilibus pre
ceptis iam tota lex perfecta erat: & nos in lege perfecta ſaluandi ſumus. Et quod omnino mors eius ne-
ceſſaria non fuerit. etiam patet quod petente quodam iuuene: quid agendum eſſet. ad uitam beatá con
ſequendam: Chriſtus aſſerit ſerua mandata: In quo tamen intelligendum eſt: quod non nuda mandata
quo ad legem ueterem: preterq̄ ſimul cum baptiſmo & fide in ipſo chriſto & aſſumptione ſacramenti ec-
cleſie. Quūq; dicat: Si uis perfectus eſſe: uende omnia que habes. & da pauperibus & ſequere me. intelligi
tur quod omnino ab omnibus mundanis cogitationibus expoliaretur. & ſe ad mortem in nomine dei
ubicunq; oportuerit offerret. Et ſic chriſtus inquit. nemo maiorem amorem oſtēdere poteſt. q̄ quod ani-
mam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. ideſt corpoream uitam. ubi neceſſitas urget. Ideo petrus: etiam ſi
oportuerit me mori tecum non te negabo. ¶ Et ad chriſti paſſionem deueniendo ipſe inquātum po
tuit eam diffugit: tamen preceptis ſibi impoſitis obediendo. ne in temptationibus declinaret: Vnde legi-
tur: quod iudeis ipſum lapidare uolentibus ſe abſcondit: atq; a templo exiuit. & alias de iudeis cōquere-
batur: quod eum deſpexerint. & plerumq; blaſſemauerint: neq; precepta ſua aſſumpſerit: nec unquá
admonuit: ut morti traderent. ¶ Et tamen uiſa iudeorum perfidia ait: Neceſſe eſt ut ſcandala ueniant.
Hoc eſt: ſi ego paratus ſum ad reſiſtendum omnibus temptationibus contra ſenſuum delectationes: in
hunc mundum ueni: iudei per ſcandaloſam mortem me experiri uolunt. aut igitur quod precepta tranſ
greſſurus ſim: aut ne ſcandala ueniant neceſſario obediēdum: iudeorum perfidia indurata eſt: nolunt me
tanquam in lege ſcripture promiſſum credere: oportet quod potius eorum intentio deprauata implea-
tur: q̄ ego inobediens ſim: Sed ue homini illi per quem ſcandala ueniunt. quum nequaq̄ hoc de neceſſi-
tate fiat: preterq̄ iudeorum malicia. ſimul cum iuda ſcarioth quia q̄uis hic uerba in ſingulari pronūciet:
de quibuſq; ad percutiendum & occidendū chriſtum occurrētibus intelligitur. ¶ Pariterq; dum anna
pontifex dicit. Expedit ut unus homo moriatur pro populo: ne tota gens pereat. hic ꝓphetizauit. Atta-
men quid dixerit ignorauit. & ſic intelligēdum eſt deprauata iudeorum perfidia: oportere unum eſſe ho

minem omnino contra omnes corporum delectationes patientem uſq; ad mortem: ut cum deo conſederari ualeamus. quum ex inobedietia propter delectationem diſiuncti ſimus. ¶ Preterea in orto quū chriſtus patrem oraſſet inquit: Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte: non tamē ſicut ego uolo: ſed tua uoluntas fiat. Vnde ſatis aperuit: quod non uenerit preciſe ad moriendum. Sed ad nos ſaluandū: & preceptis dei obediendum. licet in paſſione ad extra circa ſenſus noſtros maiorem oſtendat erga humanos amorem habere: q̄ ſi per mortem ſcandaloſam paſſus non fuiſſet. Verum intrinſece iſdem amor erat eo: quod paratus ſiue obediens ad moriendū: dum oportuerit & ad ſaluādum nos cum ſcandaloſa morte aut non ſcandaloſa. Si enim mors eius ſcandaloſa fuiſſet omnino neceſſaria: iudei minime occidendo demeruiſſent. ¶ Et ſi inſers: quod propter deprauatam eorum intentionem demeruerint: Reſpōdetur quod ſi ſana fuiſſet eorum intentio: nunquā ipſum occidiſſent: quemadmodū in apoſtolis manifeſtatur: quia q̄uis ſaluationem ab ipſo indubitatam expectauiſſent: nunquam in mentem eorum ſubiit. ut morti traderent. Ex quo ſatis apparet q̄d nō cā neceſſitatis de eſſentia ſaluationis. ſed iudeorum malicia chriſt9 occiſus eſt. & iudei hoc agere potuerunt. quia Chriſtus obediens promiſſus erat. & tamen ad populū iudaicum uenit: ueluti per prophetas denūciatus. ¶ Deniq; aſſerendū eſt: quod ſi iudei boni extitiſſent. multo maior gentium numerus eſſet in lege Chriſti ſaluatus. Quinimmo etiam aſſerēdum eſt: quod qui chriſtum in paſſione & poſt paſſionem ſequuntur: plus merentur q̄ ſi Chriſtus a iudeis crucifixus: & mortuus non fuiſſet. Tempore enim neceſſitatis a natura amicorum bonitas aut malicia experitur. & ſic ex eo quod in paſſione aliiſq; tribulationibus per iudeos contra Chriſtum in fide ſtabilis remanſit: multum meruit quia multum amauit. ¶ At uero tanquam uniuerſale bonum potius cōmendandum: quod iudei & alii homines chriſtum aſſequuti eſſent eo: quod cōmune bonum potiuſq̄ particulare cōmendādū. Quapropter in lege noſtra de Chriſti natiuitate uita reſurrectione & aſſumptione ad celum admodum gaudemus. Sed quotieſcūq; de paſſione eius recordamur lugemus. Quod ſi omnino ad ſalutem neceſſaria gauderemus: non autem lugeremus. & ueluti iudeos blaſſemamus itidem cōmendaremus. Sed quia Chriſtus inter eos promiſſus fuit: & uenit: mortiq; tradiderunt: ſuper ceteros homines iudeos blaſſemamus. Veluti de peruerſis Chriſtianis nunc agimus. Qui enim lege abutuntur iudicium mortis animarū ſuarum cum lege aſſumunt. & pariformiter iudei quia noluerunt meſſiam in lege ueteri promiſſum credere & honorare. Sed potius ad ſcandaloſam mortem tradiderunt: multum inter alios homines in maledictione lapſi ſunt. Nam ſi meſſias in lege promiſſus non ueniſſet: & cum eis locutus non fuiſſet: peccatū non haberent. Sed quia uiderunt & audiuerunt: de peccato maximo excuſari non poſſunt. Et hoc peccatū non haberent: intelligimus de peccato negatiōis: ſeu perfidia aduerſus meſſiam eis promiſſum. Et ſic deteriores facti ſunt: q̄ ſi uerus meſſias nō ueniſſet. Quod utiq; per plures prophetas propalatum erat: quod ſi iudei uerum meſſiam cognoſcere nollent: ad miſeriam quo ad corpora & animas diſpergerentur. ¶ Tandem quia oportebat Chriſtum aliter q̄ Adam ſe habere: quotieſcunq; iudei aut alii peccatores ad Chriſtum reuerti uolunt: in ipſo ueniam adinueniunt: quum ſimpliciſſime patiens fuerit. & quia ſimpliciſſime nullam recordationem nullum odium de illatis ſibi iniuriis habet. Nam ueluti uſq; ad mortem patiens fuit. ita pariter poſt mortem ſeu paſſionem: quia inquantum homo hec pars in eo fuit ceteris aliis neceſſarior eo: quod preciſe aliter q̄ alius primus parens. Et ſic Chriſtus ad mortem appropinquando conſumatum eſt: inquit. hoc eſt omnis humilitas eſt in me completa. aut perfecta ea que perficienda erant. & etiam hic oſtendit: quod abſq; morte omnia perfecta ad humanorum ſalutem tradidit. Quum ante mortem dicat cōſumatum eſt. Quod ſi dicimus celum ſiue gloriam aperiturus erat: minime ad hoc omnino neceſſaria erat mors eius. Quia ſecūdum legem per quadraginta dies poſt reſurrectionem ad celos aſcendit ad ſedendum cum deo patre. & ante ipſum nullus alius in gloriā ingreſſus eſt: qui & uiuus aſcendit & non mortuus ubi ad celos aſcendit. Et nec cauſa mortis aſcendit. ſed cauſa bonitatis & diuine potentie. Et quod poteſtatem habuerit abſq; aliqua paſſione ad ſoluendum peccata: & prebendum perfectam legem: palam per ipſum probatur. quum ante paſſionem aliquibus hominibus dixerit remittuntur tibi peccata tua: uade in pace noli amplius peccare. Et dum iudei ipſum reprehendebant ex eo: quod talia uerba cuidam paralitico dixerat: Chriſtus inquit: ut cognoſcatis quia filius hominis poteſtatem habet remittendi peccata. tibi dico paralytice ſurge tolle grabatū tuum & uade. In quibus quidem uerbis aliiſq; ſimilibus proculdubio Chriſtus oſtendit plenam habere poteſtatem parcendi peccata: & perfectam legem exhibendi abſq; morte. Et ſic inquit fides tua ſaluum te fecit. uerum in ptāte eius ſoluta erant peccata. Idem quoq; in primo legis precepto habemus: uidelicet fidem & baptiſmum. fidem ex parte noſtra ut credamus: & baptiſmum ī quo gratia dei eſt ad delenda peccata. Et tamē preceptū habemus: quod amplius nō peccemus. & ſi peccare accidit: alterutrū peccata nr̄a cōfiteamur. ¶ Quocirca nō tantū in paſſione Chriſti q̄ in ptāte. & oīb9 operib9 atq; ordinatiōibus eius ſalui ſumus. Nam q̄uis dicatur oportuiſſe. ut pro nobis ſolueret ī eo ꝙ homo ad hoc perfecte ſufficiebat ſimpliciſſimum aut ſūme ſimplicem patiētem tuliſſe. & dicimus ſūme. quia cum deo unitus: attamē finitus inq̄tum homo. Quoniam prius & poſterius habuit. & accidit ſaltem materie coporis Chriſti cum uerbo diuino uniri: quum ante unionem iam ipſa materia erat: dicamus quod anima eius fuit ī eo inſtanti crea

ra.non autem corporis materia.Quamobrem ex parte dei & anime nihil accidit.Quum ibi non fuerit prius & posterius eo:φ anima prius nõ erat nequidẽ deus prioritatem & posterioritatem habet.uerũ in corpore aliquid prius & aliquid posterius.Et sic in eo quod homo nõ infinitus.Vbi enim prioritas & posterioritas:infinitum dari neqt.& tamẽ respectiue ad omnes homines siue ad totum mundum quodcũq; opus Christi infinitũ erat:quia oẽm creaturarũ ualitudinẽ cõprehẽdebat:itaq; q̃uis plures mundi essent: labor unius p̃dicationis christi sufficiebat ad saluandum oẽs hoies.dato φ magis ac magis peccarent. At quoniam Christus iudeorũ malicia mortu9 est.eius mortẽ tanq̃ in ultimũ patientie instar celebram9. Verũtamen q̃uis mortuus non esset:quum ipse perfectam legem homines docuisset.ad celum ascẽdisset. & post ipsum alii qui eum assequi uellent:uelut nunc fit.Et sic non uidetur necessarium:quod quicũq; de lege nature:aut scripture saluandus erat:passionem Christi precise cognouisset preter eius aduẽtum ad perfectam legem prebẽdã:q̃uis necessariũ fuerit.quod deus aliquibus prophetis hoc mysteriũ reuelasset: & ipsi scripsissent.Nãq; aliter ipse messias minime a nobis cognitus fuisset: nec itelligas q̃uis prophetizata:quod mors Christi esset necessaria.Quoniã p̃phete iussu dei loquebanť. & deus de uno solo instanti presenti uidet:& loquiť.Idcirco si iudei Christũ occidere noluissent eo instanti:quo occiderunt: nequaq̃ de morte ei9 p̃phetizatum fuisset.quia ex parte dei nõ uisum est prius neq; posterius.Sed p̃phete i eo φ homines ante passionem uaticinati sunt.attamen nos ad scientiam dei siue uisionem mansuri sumus.

¶Qualiter sacramenta particularia erãt danda hominibus particulariter ex eo quod peccata particulariter sunt. Cap.cxxviii.

¶Quoniam uero per prophetas & alios religiosos ac sapientes uiros inuenimus : quatenus humanitas nostra maculata fuerit:& quod curatorem exposcebat:decet quod de medicinis:quas redemptor datur9 erat aliqd inscribamus.& quia tãquã p̃fector legis siue ad dandũ p̃fectã legẽ accessit.oportebat : quod medicine uel sacramẽta sua p̃fectiora q̃ aliarũ legum mysteria essent.Et in primis cõtra primã ĩfirmitatẽ aut errorẽ inter humanitatẽ ingressum.Tamen nõ intelligas in una humanitate uniuersali nisi in isto & illo humano.Si eni peccatũ originis a quibusq; aliis erroribus nõ est nimiũ differens eo: quod ĩ particularibus oĩa sunt.Sed etiã ultra oporteret:quod humãitas uniuersalis baptizaretur.si in ea originale peccatũ fundať.Et si dicis quod sit in quolibet homine indiuisa.tunc dicendũ erit.quod si unus homo baptizaretur pro se atq; aliis ualeret:quod ecclesie ritui impugnat.Nã si de mõ peccãdi angelorũ cõsiderare uoluerimus palam inueniemus.Quod unusquisq; ex peccantibus per se particulariter peccabit . & pari modo boni singulariter meritũ cõsequenť.De Adam & Eua patribus nostris item dicendum est:qd peccatũ unius nõ fuit peccatũ alterius.q̃uis mulier uoluerit peccatũ suũ serpẽti iputare:& Adam uero Eue. Sed hoc uelle se de suo errore cum aliis excusare aut alleuiare in suum detrimentũ resultabit.Idcirco omnes hoĩes qui salui uel condemnati sunt: in particulari & nõ uniuersali gratiã aut suppliciũ habuerunt. Quapropter necesse erat ut christus tanquã uerus messias oĩbus uniuersalem legẽ traderet.Verũtamen quisq; nostrũ particulariter ipsam uel sacramenta eius assumeret.in quo Christus & etiã moses satis aperte nos docuerũt.qualiter originale peccatũ in quẽlibet hominẽ particularẽ ingrediať eo:quod particulariter mundať.& finis semper cum principio cõformari debet.& ideo tenentes:quod originale peccatũ in aliquã cõmunẽ naturã seu essentiã tanq̃ abstractã ingressum sit:incongrue senserũt.quia cõtra diuinas & humanas regulas uadunt.Oĩa enim merita seu peccata mortalia & uenialia uel originale peccatũ particularia sunt. ¶Tandem satis manifeste patet pro humanitatis remedio Christi aduentũ fuisse necessariũ:in quo ad fruendũ prerogatiuis seu gloria domini decuerat:ut cũ deo in tãta cõuersatiõe & familiaritate essemus:quãta iã fuerant Adam & Eua: priusq̃ peccassent. Quoniã nõ possumus in gloriã uirib9 nostris attingere.nisi potestate & diuino numine:licet bona opera:que homo agit:sint cã euitãdi penã.& disponũt ad hoc:ut deus homini gloriã prebeat:imo ad eam solum uirtute sacramẽtorũ p̃uenire possumus.Et quãdo ipsa sacramẽta nõ susciperemus:nulla alia bona opera potuissent nos in celũ extollere.& fruitio glorie itelligiť post Christi passionẽ.ipse eni inter deũ & hoĩes pacem cõtraxit.& nos secũ ĩ tãta cõuersatiõe uniuit.& aliquãto magis q̃ habuerat Adam anteaq̃ peccasset:& cõprobať ex eo:quod in illa etate tantũ eis cõcessum erat deum incorporaliter cõuersari.& post aduentũ domini inquantũ est deus & homo:nobis possibile est eo frui corporaliter & incorporaliter.& ita christus inter deũ & mortales ad cõferendã amicitiã uenit.Et hoc dico:quia nos adeo p̃pinquos domino nostro adegit:sicut & primi parentes fuerũt.& ĩ signũ p̃pinquitatis dimisit nobis uerba ad consecrãdũ corpus domini: uel ad cõuertẽdũ panẽ ĩ carnẽ Christi:& uinũ ĩ sãguinẽ.& Adã & Eua nõ ita familiariter cũ deo se hẽre poterãt.

¶Quomodo sacramenta necessaria sint ad nostram redemptionem : & quod diuina uoluntate esse competat. Cap.cxxviiii.

¶Dicimus sacramẽta necessaria esse ueluti instrumẽta ad nos cum creatore nostro uniẽdos. Nam sicut

in pluribus locis probauimus.gloria:est super animarũ & corporũ natura:ex quo uidetur:quod in eius adeptionem decet mediũ capere ipositum per illius uoluntatem:qui nobis gloriam spopondit:licet scia mus sacramenta & precepta esse necessaria:& quod licita sint atq; honesta.Sed ex hoc non habemus na turalem cognitionem:quo pacto esse debeant ad nos cum domino uniendos ac dirigendos in uiam sa lutis:Sacramenta enim facta sunt libera dei uoluntate:& non naturalibus cursibus: Quapropter conue niens est:quod nos de quocunq; sacramento tractare uolentes:in primis intelligamus utrum tale sacra mentum uoluntati aut potentie diuine contradicat.Quod si repugnat non uidetur tale sacramentũ ab ordinatione dei emanare.Sed circa hanc partem non occurrit christianis aliquod dubium: de quo qdẽ ingẽtes deo gratias agimus.Quum legem christianã prophetarum auctoritatibus probemus.& deniq operibus & uerbis Christi atq; aliorum:qui eum sunt assequuti:quedam tamen nostrorum sacramento rum uidentur esse eleuatiora aut difficiliora q̃ alia aliarum legum.Quinimmo iudei quoq; & mauri pro baptismo circũcisione utuntur:atq; animalium sacrificio & imolatione.Quemadmodum & nos chri stiani cum pane & uino sacrificamus:quãuis in illo quod de sacramento dicimus resultare nimium om nino ab eis differamus.

¶Quo pacto christiani tenentes Christum fuisse deum & hominem.decet quod altiora sacramẽ ta q̃ hebrei & mauri habeamus:quũ inquiant suos prophetas esse puros homines tãtũ. Cap.cxxx.

¶Quod nostra sacramenta sint a legibus hebreorum & maurorum uaria condecens uidetur:qa quã to dicimus legem nostram esse diuinitati propinquiorem:q̃ quod ipsi de suis aiunt:tanto maiorem diffe rentiam esse presupponimus inter sua & nostra sacramenta. Nam quãuis iudei & mauri affirment legẽ eorum a deo fuisse illatam:etiam dicunt:quod eis ab hominibus imposita fuerit:& nos a Christo qui est deus & homo nostram dicimus.Vnde secundum illud quod de legislatore nostro affirmamus & hebrei deinde & mauri de suis:lex nostra est dignior legibus hebreorum & maurorum.& ideo oportet quod sa cramenta nostra conformentur cum illo quod de latore legis nostre asserimus.Quãdo enim presuppo neremus in sacramentis christianorum non esse maiorem efficaciam & secreta q̃ in sacramentis hebreo rum & maurorum uideretur:quod Christus non esset maioris perfectionis aut potentie:q̃ Moses & Ma humetus.Et posito quod christus fuerit talis ut nos dicimus:nullum sequitur dubium:quod potuerit eius modi uirtutem in sacramentis ponere:quemadmodum nos asserimus.Ipsum enim deum atq; hominem uocamus uerum Messiam in lege promissum:a quo iudei expectabant perfectam eis legem tribuendam qui adhuc se expectaturos fatentur:quod si perfecta consequenter quacũq; perfectione plena:quocirca extra illam non est inquirenda aliqua alia perfectio saluti animarum conueniens:& idem quoq; mahu metus ait:Christum fuisse sanctum sanctorum:& sub tali condictione decet:ut magis intrinseca sacramẽ ta exhibuerit & digniora q̃ alicui alteri. ¶De sacramentis succincte scribam & solum de baptismo: de sacramento altaris & penitentia. In his enim uidetur maius omnino fundamentum consistere: que etiam difficiliora apparent illis:qui sunt in aliis legibus maxime in sacramento altaris:& similiter in con fessione diuersimode ab aliis sentimus:quia de sacramento baptismi facillime loco circũcisionis seu simi litudinario concordare possumus.

¶Quod in primis probãdum est legislatorem uerum esse:& postmodũ sacramenta penes iussum suum assequẽda:& quia nos in primo Christum deum & hominem probamus sub hac snia sacra menta legis colimus. Cap.cxxxi.

¶Dum ad quodcũq; legis sacramẽtũ accedimus iam primitus de legislatore uerũ esse intelligimus.qua de causa qui de legislatore suo probare nescit:deum esse uel ex parte dei ad prebendam legem homini bus uenisse nullum quidem sacramentum in ipsa lege positum probare potest.Cuncta enim sacramen ta legislatoris ordinationes insequuntur. Ideoq; si legislator uerus non est sacramenta per eum posita penitus inualida.& sic christiani anteq̃ ad sacramenta legis deueniamus:Christum legislatorem nostrũ uerum deum & hominem esse probamus.& super hac probata ueritate dum de sacramentis agere uolu mus acquiescimus:& ad probandum quod Christus uerus deus & homo sit : duo potissima fundamenta tenemus. Primum enim de prophetis qui de uero Messia per tot annos antequã ueniret prophetizati sunt:quod de futuris sine gratia ac iussu dei uerum iudicari non potest.Et quum de uero Messia in chri sto prophetie uerificate sint:sequitur quod iussu dei Christus erat prophetizatus. ¶Alterum uero fun damentum opera ipsius Christi sunt:que per hominem solum nullatenus fieri possunt:quum sensibus ap paruerint.& sic uisis operibus eius nonnulli dicebant:ut Petrus & Marta.tu es Christus filius dei uiui:qui in hunc mundum uenisti. ¶Vlterius ac fortius : ut superius uisum est:dum in porticu Salamonis iu dei Christũ circũdederũt dicẽtes:quousq; animã nostrã tollis.Si tu es Christus dic nobis palã.respõdẽdo Iesus inquit : loquor uobis & non creditis .opera que ego facio in nomine patris mei.hec testimonium perhibent de me. ¶Tandem subdit.si non facio opera patris mei nolite credere mihi. Si autem facio

& mihi non uultis credere:operibus credite. Q uūq; in hoc loco Christus dimissis omnibus uerbis ad iu
dicium operum suorum manere uult : ut iudei qui presentes erant cognoscerent:qualis ipse erat de bo
nitate sue doctrine:nullus sub ratione ambigere potest. Omnis enim origo scire nostri ab operibus sen-
sui patentibus emanat.& quia opera Christi iuxta sensum omnium hominum bona erant ad tenendum
eius dicta indubitata cogimur. Q uoniam uero sacramētorum nostrorum principia ordinauit.nos sub
hac ordinatione sacramenta assequimur . Non autem in modo obscuro aut sine principio probato . Si
enim dicta Christi tanquam ab ipso deo ordinata non assequeremur:omnes christiani publice idolatre
essemus.non modo similes antiquis sine lege uiuentibus:immo & multo peiores eo:quod de naturali iu
re unum deum tantum seu primam causam omnium rerum adorare & inseruire debemus.quippe quod
ab ipsa sola per primū esse dependemus.semperq; intrinsece gubernamur.& dum ad alias creaturas ora
tionem nostram dirigeremus ualde peccaremus:aut si diceremus quod homo per se sacramentum diui-
num consecrare potest:aut quod in confessionibus nostris potest de peccatis absoluere.unde non tan-
tum insoluti essemus:immo in aperiendo hominibus peccata nostra tanquam si dii essent praue pecca-
remus.Et sic quando christiani ad pedes sacerdotis accedimus intelligimus:quod hoc sit preceptum chri
sti:& quod christus deus & homo.Iccirco non presumimus homini peccata nostra confiteri:nisi deo tan
tum:quāuis ille cum quo loquimur homo sit:tamen loco dei positus.Et in eo quod deum representat cō
fessio nostra sit:non enim inquantum homo:& sub eiusmodi ordine confessor non habet licentiam ape
riendi peccata sibi confessa:nec in tali casū habet alium super se presidem:quum immediate inter deum
& penitentem quisq; confessor positus sit.Et non sunt plures dii gradatim ascendendo & descendendo
nisi unus tantum deus.Ideo sūmus pontifex nullum confessorem comprimere potest.ad reuelandas cō-
fessiones sibi factas:que enim penitentes confessi sunt deo & non hominibus dixerunt : quāquam iuxta
ordinem christi disposita:ut habetur confitemini alterutrum peccata uestra. ¶Et hic facillime cogno-
sci potest:qualiter omnia peccata intrinsece atq; extrinsece operata sint sacerdotibus confitenda:& pro
batur. Nā cōfessor in eo q̄d homo ad audienda peccata nostra intrinseca & extrinseca inhabilis est.Sed
qm̄ in loco dei ad audiendos penitentes ponitur.& dei est cuncta intrinseca & extrinseca cognoscere:se
quitur quod confessor eius loco positus habet auctoritatem audiendi : & parcendi omnibus intrinseca
atq; extrinseca peccata. ¶Vlterius nos de duabus naturis constamus:uidelicet de anima & corpore.
Anima uero in merendo ac demerendo principalior est:& de naturali iure semper a principalioribus in
cipere debemus.Et anima nostra in eo quod simplex anima non loquitur.sed clam aut per cogitationē
operatur.Et unusquisq; in operibus suis iudicandus est:Q uocirca eo modo quo peccata principiū me-
dium & finem habuerunt confitenda sunt.& quia primum secrete in cogitationibus ad peccandum inci
pimus:oportet quod confessio nostra incipiat ad declarandum confessori ipsas secretas cogitationes.ut
confessor recte sciat rem nostram iudicare eo magis:quod secundum christum ea que ad extra ueniunt:
& per guttur ingrediuntur non coinquinant hominem:nisi praue cogitationes que ab intrinseco gene
rantur:& exeunt:cogitationes enim in modo suo locutiones sunt:& sic in lege scripture habetur:Dixit
insipiens in corde suo:non est deus. ¶Preterea confessio nostra eo quod sacramentum alias strictio-
res & alias latiores regulas habet:intelligas tamē alias magis particulares & alias magis uniuersales.par
ticulares atq; strictas:quod tantūmodo debeamus hominibus in sacerdotio constitutis confiteri:nec cui
piam alteri:quin sacerdos sit.Verūtamen in casu necessitatis ad uniuersalia occurrere possumus:hoc est
ad confitemini alterutrum.unde non restringit nos confiteri huic uel illi:quum uniuersaliter dicat:& ta
men confiteri iubet.& de regula naturali ubiq; post plures discursus per particularia ordinatos:interdū
ad uniuersalia occurrendum est:ueluti dum dicimus : Ioannes iacobus:aut Andreas sunt de hac uel illa
conditione ab aliis hominibus differentes . sed finaliter eos per rationales diffinimus simul cum ceteris
hominibus.Et pari modo causa necessitatis unicuiq; christiano masculo aut femine peccata nostra con
fiteri possumus:hac uia possumus a quocūq; homine baptizari. Tamen si uiuimus & possūmus per sacer
dotes confirmandi sumus & in cunctis aliis sacramentis ordinationes christi tanquam ueri ac probati le
gislatoris assequimur.Similiter quum pro recte uiuendo homines filii dei uocentur:dicendum est mini-
me contra rationem esse:quod deus aliquoties suos cōmendet.sed de bonis dūtaxat filios dei intelligen
do:uidetur etiam quod solum boni ad administrādum in loco dei ponendi sunt.Si enim per bona ope
ra filii dei fieri possumus:male operando filii dyaboli uel fratres eius denominandi sumus . sub quo qdē
ordine asserendum est:quod boni siue filii dei soli possunt in nomine dei uera sacramenta administrare:
& tamen in casu necessitatis deficiētibus amicis dei ab aliis sacerdotibus sacramēta assumere possumus.
Tunc enim non secundum sufficientiam administrantis sacramenta:nisi quod penes necessitatem & fla-
grantiam cordis deus in bonum aspicit & habilitatem in administratore ponit. ¶Dum corda nostra
iclinata ac directa sunt ad accipiēdū sacramēta sub hac cōdictiōe q̄uis sacerdotes ad cōfitēdū uel bapti
zādū hēre nō possumus:pfectā a deo ueniam consequmur.q̄d tm̄ sub stabili fide q̄d ad sacerdotes eamus.
tametsi a deo prius liberati simus.Et de hoc euāgelicā auctoritatē habemus. Vbi christus posteaq̄ quosdā
leprosos curauit: iussit ut sacerdotibus se ostēderēt.Et huiusmodi uia inter omnes homines cōmunis est.
Nam si princeps alicui parcit:& apponit super eo quandam penitentiam uel solutionem ad satisfacien-

dum i posterũ pacto inito ille q prius sub ira principis manebat:cõfestim seu extẽplo põt liberẽ quocũq uoluerit ire ac reuerti:quod si eo tũc moreretur:non propter hoc princeps iuberet amplius suspẽdi corpus illud:nequidẽ extra dominiũ suum eiici:sed si uiuit sub pena suspensionis aut cuiuscũq alterius magni supplicii tenetur ad perficiendum ea:que sibi posita fuerint. ¶ Tum & alia questio accidit expetendo an sacerdotes effectiue & formaliter occurrant ad exhibendam gratiam penitentibus seu baptizãtibus: aut solum instrumentatiue tanquã ad extra. ¶ Ad quod sub paucis dicere possumus:quod sacerdotes inquantum quod ministri dei sunt:& non inquantum quod homines occurrunt ad exhibendum sacramenti caracterem : & tamen quia habemus sacerdotem mereri dum recte ea que sibi posita sunt administrat asserendum est : quod inquantum ad seipsum aliqualiter in operando hoc sacramentum occurrit. Quoniam sine operatione nullus mereri potest. ¶ Amplius homo bonus:filius dei siue deus uocatur suo quo nomine ad omnia bona peragenda occurrere possumus:& sic legitur nos ad similitudinem dei creatos esse.Nam de cõmuni ordine instrumentatiuo:& que ad extra ueniunt:semper in effectu principali aliqualiter occurrere solent:ueluti gladius in septione:& martellus ad alia arma edificãda:& cibi extra uenientes intrinsece postmodum in nutrimẽtum hominum:& si diceretur quod gratia que in baptismo uel cõfessione datur:sit nouiter creata:& quod homines quicquam noui creare nequeunt.Respõdemus hoc longe aliter se habere.Gratia enim que in sacramentis elargitur neq; noua est: nequidem antiqua. Quum nil aliud sit q̃ tenebras a creaturis eiicere & gratiam siue amorem dei applicare.Que tamen gratia simul cum alio materiali:ut pane uino aqua aut uerbis sacerdotum tribuitur . & hec uerba . Vt in nomine patris filii & spiritus sancti simul cum aqua spiritus sancti : signum ad extra aperiunt : quod intrinsecus spiritus sancti gratiam fouemus:seu quod karacterizati uel ab ipso signati . Verum ibi nulla alia noua creatura aduenit . Nam si quotiescũq; uere confitemur aliqua noua forma creata in animis nostris apponeretur:dum iterum peccaremus:oporteret formam illam dirumpi aut quod ad gloriã uel ad inferos iret:que quidem omnia essent inconuenientia.Et sic confitendum est quod in sacramentis gratiam dei seu cum ipso deo amicitiam cõsequimur:& obscuritates in quibus prius eramus:expellimus: & tamen gratia dei per ordinationem ab ipso deo positam atq; a sacerdote administratam penitẽtibus datur:& quoniam illa datio quãuis ad extra uideatur actus est:& nullus actus quin bonus uel malus sit: dicendum est:quod deus etiam aliquam partiunculam sacerdotibus attinentem statuerit in apponenda super penitentibus gratia:saltem in tenebrarum expulsione:ad hoc quod lux ipsa ingrediatur . Attamẽ gratia ibi occurrens tota est dei & non hominum.hec autem gratia non forma non anima:nec alia similis creatura:nisi gratia dei tantum : & sic manere potest in hominibus tum intrinseca & tum remota: idest iam cum amore & iam sine amore . Nouum enim creare & omnino annihilare soli deo omnipotẽti attinet:ut in aliis locis plene probatur: ¶ Deniq; ad principium nostrum regrediendo dicemus:q̃d hec omnia sub ordinatione legis manent:quoniam uero bona ordinatio ipsam a natura approbamus. De preteritis enim non possumus recte inferre:quod simplicem fidem absq; aliqua sensuum probatione habeamus.Quãdo quidem euangelia & scripturas prophetarum plerũq; audimus ac uidemus:& tamen negare nõ possumus ab aliquibus probis uiris fieri.& quoniam probi & apud omnes alios scriptores ac penes memoriam patrum ad filios descendentem hi admodum comendantur:necesse est confiteri ueros fuisse.Et sic non credimus Christum simpliciter uel absolute absq; alio fundamento assumpto a dictis prophetarum a Christo & quamplutibus aliis:qui in tempore eius fuerunt:sed de futuris bonis sperãdis omnino principaliter in fide consistũt:quãquam in fide bonitatis Christi aut dei.quia in eius bonitate atq; potentia confidimus:quod nos per bona opera ad regnum suum deducit:& quod deus sit & summe bonus naturaliter probatur:quod autem Christus saltem inter homines sanctus sanctorum extiterit sensibus paret.Et sic super hoc fundamento fides nostra de gloria attingenda acquiescit. ¶ In euãgelio habetur:quia uidisti me Thoma:& credidisti.Beati qui non uiderunt & crediderunt.hic palã Christus ostẽdit.qualiter de presentibus & futuris ac de tangibilibus & absconditis fidem seu creditum habere possimus.Qui tamen abscondita credũt beatiores sunt penes nostrum cõmunem modum loquendi:ait amicus amico de preteritis presentibus & futuris credo tibi id ; quod dicis:sed hoc semper in experta amici bonitate fundatur.

¶ Qualiter inter alia multa de fide posita duo condemnata sint cõtra magistrum Raymundum: uidelicet dum ait hominem posse sine baptismo saluari credendo se baptizatum esse:& peccatum originale non deleri in baptismo:sed in confirmatione:& q; utrunq; sub bono sensu aliqualiter saluari posset. Cap.cxxxii.

¶ Penes hec principia Gregorius papa undecimus duo per magistrum Raymundum posita condemnauit inter centum expositiones eius:quas reprobauit non esse secundum ueram ecclesie determinationem. ¶ Hic siquidem Raymundus primo inquit : quod homo sine baptismo saluari potest : credens se baptizatum esse : que intentio damnatur . ¶ Secundo ait : originale peccatum duntaxat per confirmationem deleri : non autem per baptismum ; quod etiam est condemnatum : quanquam

raymundus ipse aliquas adducat rōnes. sed forsitan insufficiēter explicate aūt in modo a cōmuni docto rum consuetudine alieno: & sic dato quod intētio sua sana esset: expositiones eius cōdēnātur. In primo assumpto uidet uelle fundari: ubi tenemus quod si aliqs dispositus est ad recipiēdū baptismū: & tñ ipsum habere nō pōt: in ea fide simul cū debita diligētia saluat: & pari modo si qs homo crederet se esse bapti zatū in sua infantia: pcipue si parētes eū baptizatū esse dixerūt: & tamē baptizatus nō sit. si hic christia ná legē credit de ratione saluādus esset: quoniā nullus nostrū circa natiuitatē baptizatus scit se esse bap tizatum: nisi quod credit esse: & baptismus nō est reiterādus. Vnde de cōsuetudine ecclesie: q tenet se eē baptizatū credit: & obseruat legē saluari debet. Quāquā in hoc loco nō possimus nos oīno de ignoran tia excusare eo quod baptismi cōfirmationē habemus: quā cōfirmationē unusquisq per seipsum assume re debet: & in etate p totā uitā recordari: & etiam quod aliquid iam de lege cognoscere uel credere pos set eo: quod p propriā determinationē baptismū iam in pueritia assumptū seu fidē p parētes promissam cōfirmet. Et qa cōfirmatio est p propriū motū de ratione: qcūq nō recordaret se esse cōfirmatū quāuis dicat sibi: quod cōfirmatus sit: debet iterū cōfirmari eo quod in cōfirmatiōe propria sub fide determina tio intelligit. Et quū ad hāc cōfirmationē tāquā p ppriā determinationē tenemur: si qs nō esset baptiza tus: nec cōfirmatus: omnino cōdēnaret. sed cum legis cōfirmatiōe & fide & quod baptizatus sit: de ratio ne saluandus esset. ¶ In alia expositione in qua asserit quod peccatū originale in cōfirmatione & nō in baptismo soluat: maior uidet difficultas inueniri. Nihilominus sub bono sensū teneri potest. & etiam hec pars in catacuminicis seu ueniētibus ad legē: qui per uiam moriuntur: fundatur. ¶ Nam siquis de terminato animo ueniret ad assumendum christianam legem: in eo motu parcit aut tanquā baptizatus habilitatur. tamen sub conditione dum per uiam moreretur: anteq̄ baptismū assumere posset. Sed si dein de baptizari potest: & non baptizatur: condemnabit eo: quod hic deus tātum causa necessitatis pro bap tismo supplet: aut gratiam prebet. Similiter de baptismo & cōfirmatione dicendū est: quoniā per baptis mū solū saluari possumus dum moreremur. priusq̄ essemus in etate confirmādi. Sed quia confirmatio or dinata est per ecclesiam. aut per aliqua uerba Christi. & merito ut per nosipsos ad assumendum signum christianitatis deueniamus. Si hoc signum confirmationis negligimus. de ratione condemnandi sumus. peccatum enim originale redit ad reassumendas suas uires. Quoniā de baptismo in infantia assumpto non recordamur. nequidē ex nostra deliberatione actus fuit. Nihilominus si homo est baptizatus legem credit: & ignorat cōfirmationē: omnino in solo baptismo saluabitur. quādoquidem duntaxat habemus: qui baptizatus fuerit: & crediderit: saluus erit. Sed hic omnino de hoībus iam adultis intelligitur: quia cre dere inquit. & circa natiuitatē nil credimus. & ita ad baptismum iam adulti uenientes nō uidet de neces sitate quod postmodum confirmentur: eo quod per ppriam determinationē fidem poposcerunt: & bap tismum assumpserunt. nisi fortasse opus esset causa adimplendi ordinatiōes ecclesie. Sed assumpto quod confirmatio posita sit: ut per nosipsos cōfirmemus rectam esse promissionem per parentes in baptismo nostro: non uidetur quod baptizati in adulta etate sint amplius cōfirmandi. Sed qui in infantia baptiza ti sunt. Quapropter si cōfirmationē negligunt: nō baptizati habentur. Et forte Raymundus hoc pacto intelligebat. Nam qui super baptismo confirmatione indiget: dum tempus habet: ad ipsam recipiendam satis ostendit: nondum continere omnia necessaria ad supplendum pro originali gratia. & quia post cō firmationem nil alio indiget: ibidem uidetur quod omnem prefectionē ultimate assumamus circa origi nalis carētie habilitationes. Qui uero i integra & prouecta etate ad baptismum accedit: uidetur omnia in eo puncto perfecta assumere.

¶ Quomodo dicatur deum posse creaturas baptismo mundare. & qualiter gratiā suam uniat cū uerbis a baptizante prolatis. Cap. cxxxiii.

¶ In baptismo nō uidet aliquod dubiū interuenire: qđ deus nequeat ponere talē uirtutē i uerbis sacerdo tis & aqua benedicta: p quā creatura fit culpa originali exēpta. hic eni itelligit uolūtas dei esse: qđ creatu ra sit libera & exēpta originali culpa. tamē uerba sacerdotis & aqua benedicta p quodā medio sunt acci piēda eo: qđ taliter deus ordinauit: sub quo qdā intētu sacerdos profert uerba sup illū: quē baptizat di cens: & ego te baptizo in noīe patris & filii & spiritus sancti: diluēdo ipsum aqua: & in illo instanti credit quod deus gratiā & salutē baptizato pbeat: nō qđ in aqua & uerbis gratia cōsistat. sed sunt signa mate rialia: p que deus opatur: aut illis gratiā suā formalē unit eodē instāti: quo uerba pnunciant: que tamē i tēpore proferunt. Deus uero oīa cōcurrentia ad sacramētū simul accipit. quia sunt ad unū finē tenden tia: seu sub una intētione: qm̄ aqua & uerba a sacerdote prolata: & deus in uno & eodē instāti cōcordes sunt ad pficiendū sacramentū: & tūc est sacramētū: ex quo sequit qđ dicere possumus sacramētū esse cau sam efficacē: ut nobis gratia cōcedat: qa uerba ex seipsis nō sunt sacramentum: dūmodo non sint unita cum ablutōne & spirituali forma siue gratia dei: que due partes principales operantes simul sunt sacra mentum: & quia sacramenta legis ueteris non erant tante perfectionis: ut sacramenta noue legis. simili ter & in sacramentis legis gratie maior est uirtus aut excellentia in uno q̄ in altero. Quoniam in sacra mento altaris christus est per existentiam homo & deus: & in baptismo gratiam tantummodo prebet

ad delendum originale peccatum:& ad disponendum pro gloria. ¶ Penitentia cum confessione nobis de uenialibus & mortalibus peccatis indulget:& creaturam in gratia ponit. ¶ Sacramentum matrimonii non solum ad animam respicit:immo uidetur quedam institutio seu ordinatio esse:qua homo honeste uitam degat non quod sibi aliquod peccatū sit remissum ob causam matrimonialis copule:quāuis tenendum sit aliquam gratiam concessam esse:quod homo preceptum dei propriam uxorem accipiendo adimpleat.

¶ De materialibus quibus creatura baptizari debet. Cap.cxxxiiii.

¶ Materialia quibus creatura baptizari debet:sunt aqua emanans ut aqua fontis fluminis torrentis lacus & putei:& similiter pluuialis aqua ualet:quāuis non uideatur prorsus emanare uel scaturire. Si modo non accipimus emanans pro ista generatione:que fit in nubibus ex quibus descendit: & in tantum quod aqua hanc primam condictionem habeat:pro baptismo ualet:quāuis postmodum sit turbida:aut cum aliquo alio corpore permixta:licet enim alique gutte olei aut uini & aliorum liquorum aut aquarum quouis artificio distillatarum intus cadant. semper aqua ex eo quod sue origini respectum habet: aqua fluuii scaturientis scilicet uel pluuialis ualet ad baptizandum.sed si maior quātitas istius aque erit per artificium ab aliquibus plantis aut herbis uel fructibus extracta: non est sufficiens ad baptismum:& maius argumētum istius difficultatis est:quod Christus baptizabat in aqua per naturalem cursum fluenti absq; quod artificiose a plantis extraheretur.Et quum hoc ecclesia teneat:quod solum in aqua emanante aut fluente baptizaretur.aliquod occurreret inconueniens. Videlicet quod si unus esset in ultima hora uite constitutus:& illic non inueniremus aquam emanantem ad baptizandum uidetur:quod propter necessitatem alia aqua ualere posset:sicuti rosacea artificiose distillata.Nam quo ad ueritatem eiusdem elementi est ista aqua abstracta artificiose quemadmodum & illa:que a fontibus emanat.licet grossior aut magis elementata atq; alio modo diuisa.sed tamen in sua prima origine semper cōformes aut elemento aque similes.Presertim quod nos christiani ut dicitur uarios baptizandi modos habemus.quo ad uaria materialia accipienda:que quidem semper ad unum finem uel intentum tendunt. ¶ Quo circa stat:quod deficiente aqua deberemus cum cingulo aut igne baptizare.si modo baptismus est ita institutus.per aliquem apostolorum:ut aiunt& utendo eisdem cerimoniis:quas modus ille baptizandi expostulat.quo ad ordinationem apostolorum tunc uideretur ualere. uerūtamen circa romanam ecclesiam tali baptismo nō utimur.quum sancti Petri instituta sequamur.Dicimus autem quod i casu necessitatis baptismus cinguli deberet nobis prodesse.Nā similiter sanctus Thomas apostolus Christi fuit:& baptismum per uoluntatem dei prebuit:quod ad animarum remedium ualet: & sicut indiani eiusdem speciei sunt cuius nos sumus:& eundem redemptorem & legem sequuntur:satis decenter apparet:quod deficiēte illis solito baptismo deberent uti nostro baptizandi ritu:& nos in tali casu etiam suo fungi. Nihilominus si indiani possunt baptismum cinguli habere:maxime dum apud indiam degunt:remaneret eis obligatio ad sacramentum recipiendum iuxta morem & consuetudinem eorum. In hoc uero tenenda est ecclesie determinatio.Attamen ad maiorem cautelam ne infantis anima damnaretur.nos qui europam colimus tempore necessitatis cingulo uel zona baptizandi essemus:& apud indiam habitantes aqua co: quod omnes hi baptismi dicuntur christi uolūtatem assequi:& itidem nos p artificiales aquas:quia forte potest necessitatibus prodesse:nec ullo pacto obesse.Scimus enim quod Christus in aqua baptizauerit. sed ignoramus quod ipse uoluerit.ut in sola aqua decurrente uel naturali cursu emanata bapzaremur non autem in artificiali. ¶ Iuxta uerba baptizandi oportet quod sacerdos eādem formam que a christo habetur obseruet.Nam quum ipse dicat:Ite per uniuersum:& baptizate omnes gentes in nomine patris filii & spiritus sancti.nos non possumus alia uerba loco istorum ponere.neq; alia forma uti:quemadmodum in transmutando personas primitus dicendo in nomine spiritus sancti filii & patris: aut quod prius dicatur una persona:& deinde per longum spacium aliam pronunciemus.tamen uidet̃ dici posse in nomine trinitatis aut dei abrae dei ysaac dei Iacob. ego te baptizo. Hic enim tres persone intelliguntur:quas nos patrem filium & spiritum sanctum denominamus.Sed quia ista non est forma:quam Christus discipulis iussit.minime ipsam sequi debemus.presertim q; trinitas non significat in hac pnunciatiōe aliquā psonarū emanationē siue pductionē:nequidē prioritates originis:aut quod ordo emanādi dicat̃:& in patre filio & spiritu sancto:ordo prioritatis emanandi uel constituendi significatur:& iccirco non est precise eadem significatio.dicendo in nomine trinitatis:quāuis de tribus diuinis personis intelligatur q; si diceretur in nomine patris filii & spiritus sancti.nequidē promendo in nomine dei abrae dei ysaac dei Iacob.Quum hic non distinguat aliquam personarum generationem: constitutionē aut productionē. ¶ Et tñ uidet̃ q̃d notata forma sacerdos baptizare potest:dicēdo ego te baptizo i noie Christi:dato q̃d p̃rem & sp̃m sc̃m nō pnunciet.Sed hoc uidetur non sine ratione stare posse.Christus enim propinquus legislator noster est:non autem trinitas: & sic dicendo in nomine christi intelligitur i regulis qb⁹ ip se christus legislator utebat̃. Iccirco habet̃ q̃d illa q̃ in noie Christi petūt̃ a p̃re nobis cōferent̃. Vñ secūdū hāc sp̄osionē:hita ad p̃rem itērōe p regulas Christi:merito sacerdos pnuciādo Christū

ſolum tanquam legiſlatorem adipiſci poteſt baptizandi gratiam : tutius tamen in nomine patris filii & ſpiritus ſancti. ¶ Pariterq; dicendũ eſt. Ego te baptizo nõ aũt ego baptizo Petrũ Ioãnẽ aut Martinũ. Nam dicẽdo baptizo Petrum non mutatur forma. Sed quod fortius eſt in tertiã pſonã trãſit actus: q ad ſecundam dirigi debet: quod ſtare nequit: quum ſemper actio & paſſio ſint inter primam & ſecundã pſonam: & dicendo ego baptizo Ioannem. Ioannes ſignificat tertiam perſonam. & te ſecundam. & ſi aliqua tenus dicẽdo baptizo Ioãnem: poteſt ad ſecũdã pſonã reduci nũquã utiq; adeo ppinque: ut ſi diceretur ego baptizo te taliter quod prorſus obſeruanda ſunt uerba & forma ipſorum: que Chriſtus dimiſerit.

¶ Qualiter uerba & alia materialia ueluti aqua ad ſacramentũ occurrẽtia aliquid uidẽtur actualiter diſponere. Cap. cxxxv.

¶ Circa intelligentiam de illo quod ſacramenta nobis adducunt inquantũ ſacramenta ſunt: multi multa ſenſerunt. Quidam dicunt quod ſacramentum ut aqua baptiſmi concurrit in aliquo actiue ad delendum originale peccatum: & ad infundendum gratiam: quãuis, inſtrumentaliter. Alii uero aiunt : quod ſolum aqua baptiſmi ſe habet: ut ſignum ad declarandum quod ibi ſit gratia dei pro delendo originali peccato. & hic uidentur inferre: quod queadmodum nulla creatura poteſt per ſe uel inſtrumẽtaliter per aliũ aliquã rem nouam creare. ita & omnis creatura caret potentia delendi peccatum: & infundẽdi gratiam. Sed quo ad ueritatem hic nõ eſt ſimilitudo inter creationem & in gratiam attingere. Noſtra enim gratia primo in baptiſmo eſt dirumpere poſitiue impedimẽtum: quod habemus cauſa primorum parentum. Secundo gratia aut finis quem expectamus eſt uidere deum omnipotentem: aut ipſo frui: & hic nulla creatio intercidit. quia nil aliud querimus q̃ uidere deum ſiue eius eſſentiam: que eſt eterna. & quia nulla res noua eſt acquirenda: niſi quod debemus uias ad fruitionem dei dirigere: uidetur quod ibi aliqualiter inſtrumenta actiue occurrunt ad diſponendum hanc uiam ſeu ad diſcutiẽda impedimenta. licet manifeſte ſciamus ſacramenta per ſe nullã gratiã poſſe in nobis ſundare: nec peccatum delere. Quoniã ſacramenta corporea ſunt & gratia & peccatum ſpiritualia. Sed etiã ſub hac intentione inferre poſſumus nullam creaturam poſſe per ſe aliquid operari. omnis enim noſtra poteſtas a deo depẽdet. Sed poſtquã hoc concedimus: ſimiliter tenemus: quod deus cum ordinationibus ſuis aliquam operandi poteſtatẽ creaturis dedit. & ideo dicimus quod prima cauſa plura operatur mediantibus cauſis ſecũdis : tertiis quartis quintis. & ſic diſcurrendo. Quoniam hic homo quãuis a deo tota poteſtas aut eſſe ſuum dependeat: actiue concurrit ad generandum filium: & ſimiliter dicere poſſumus: quod dum deus ſacramenta ordinauit potuit ibi aliquam actiuam poteſtatem conſtituere ad diſponendum nos in gratiam. Quippe quod circa inſtitutiones ſemper aliqua ineſt poteſtas: ut uidemus in conuentionibus: quas agimus. Illa enim conuentio nos ad operandum cogit ſecũdum quod ſtatutum fuerit: & ſic uidetur deum poſuiſſe aliquã actiuitatem in ſacramẽtis ad nos diſponẽdũ: ſup qua diſpoſitione deus ſuã influit gratiam.

¶ Qualiter in quibuſq; temporibus & prouinciis homines ſub aliquo ſigno deum uerũ uel ſalſum adorauerint. Cap. cxxxvi.

¶ Viſo qualiter deus omnipotens in lege gratie nos erat in ſuã cõuerſationẽ deducturus: queadmodũ & Adam & Euam: oportuit ut aliquod ſacramẽtum dimitteret in quo Chriſtũ cõtinuo cõuerſari poſſemus: & de adoratione in uno ubi magis q̃ in alio: ubi non eſt ab hominis proprietate alienum. Semper enim natura inſitum eſt. quod omnes homines habitantes ſuper terram inſulam atq; alii deum ſub quodam ſenſuali ſigno adorant: & q̃uis iudei & mauritani uideantur ſine ſenſibili ſigno ſuas orationes omnipotenti deo dirigere. hebrei tabulas inſcriptas habent: & arculam in qua uetus teſtamentum obſeruabant: & illic deus potiuſq̃ alibi uim ſuam oſtendebat: & ſic iudei arculam pro re ſancta ſequebãtur. Mauri quoq; alcoram in rem ſanctam uenerantur. Qui dum adorare uolunt ad parietem in oriẽtalem partem corp faciem uertunt: & uniuerſaliter oẽs homines natura & conſuetudine: dum oramus in deũ oculis anime & corporis erga celum: tanquam in ſignũ reſpicimus: quãuis deus ubiq; ſit. Iccirco chriſtus humani generis redemptor non immerito conſecrationem altaris dimiſit: ſub quo ſigno ipſum adorare poſſimus: & quod per uarios errores in modo adorandi non incideremus: ut ueteres faciebãt: & etiam hac noſtra tempeſtate plures inſulam aut in altero hemyſpherio habitãtes: & ſimiliter in hac noſtra habitatione nonnulli deũ omnipotentem ignorantes uaria ydola adorant: hodie unum & cras aliud : & nunquam ſub uera aut fixa diuinitatis cognitione. Quocirca pro euitandis tot malis tanquã uerus Meſſias tantam uirtutem in uerbis conſecrationis poſuit: quod panem & uinum poſſunt in corpus Chriſti conuertere: qd ẽ facillimũ eo: q Chriſtus deus & homo: ut ex operib9 eius patet & hoc ſacramẽtũ ordinatio eius eſt. ¶ Et dũ dicimus comedi corpus domini: & bibi eius ſanguinẽ: nõ itelligit qd deus comedatur & bibatur: niſi tantum humana caro & humanus ſanguis cũ diuinitate uniti: & quod carnem & ſanguinẽ ſolum aſſumimus. nec habemus quod ſpeciem panis & uini adoremus niſi corpus Chriſti in humana ſpecie cum uerbo diuino unitum. In hoc enim ſacramẽto ſpecies panis aut forte melius dicendo figura

panis & uini tanquam cooperimentum humanitatis siue corporis christi se habent.& dicimus forte me- lius figura:quia ubi non est panis neq; uinum:minime est ibi species:nisi similitudo specierum.& quia in hostia consecrata & calice illud quod prius erat panis & uinum in corpus & sanguinem christi transmu tatur:non est ibi amplius species panis & uini:nisi similitudo tantum preter accidentia:que in pane & ui no erant.Quia ibi Christus non in specie panis uel uini manet:nisi in humana specie.& sic constat qua liter nos nullam falsam adorationem agimus.Nam christus deum & hominem & non panem neq; uinū adoramus.Assumpta uero ordinatione firmiter credimus:quod in hostia consecrata & calice christus re demptor noster ita ut in celo est manet.& similiter dicendum erit:quod in lege scripture deus in arcula testamenti quandoq; morabatur.per dignitatem potiusq̄ in alio ubi.

¶Quod dum de sacramento altaris agimus:non solum in uerbis consecrationis exemplum assu mimus:uerum in aliis quoq; pluribus euangeliis:que ante passionem prolata fuerunt.Cap.cxxxvi.

¶Dum de sacramento domini agimus non solum in uerbis consecrationis fundamentum capimus.ue rum etiam in pluribus aliis locis:sicut ubi christus loquens cum discipulis ait.Panem quem ego dabo uo bis:caro mea est.Vinum sanguis meus.& procedendo in responsione contra hebreos:qui non mandu- cat carnem meam & bibit meum sanguinem:non habebit uitam eternam.& in his uerbis atq; aliis hu- iuscemodi palam Christus de sacramento altaris loquebatur:quia significabat illud:quod tempore pas sionis facturus erat:ut corpus suum pro animarum nostrarum salute dimitteret: & quāuis postmodum in consecratione nō omnia adeo precise explicasset:sufficit ut dicatur accipite:& comedite:hoc enim est corpus meum. Quoniam in prophetiis & euangeliis iam inscriptis acquiescere debemus.quum semper pars maior atq; clarior accipienda sit.& quoniam Christus iam pluries predixerat: quatenus carnem & sanguinem suum assumere oporteret ad uitam beatam consequendam.Deinde uero quum ad passio nem appropinquasset:pauca uerba sufficiebant pro omnibus:que per ipsum promissa erant:& in iisdē passib⁹ pleriq; hoīes cōdēnati sunt.Quū uelint obscuriora & breuiora accipere:clariora seu distincta di mittendo.& in similibus nonnulli ambigui fuerunt.an Christus in hostia consecrata esset quemadmo- dum ī cruce uel uirtualiter:scilicet sola gratia.In hostia uero & calice uirtualiter ac formaliter:& q̄ aliter sentit ab euangeliis christi deuiat.

¶Probatio qualiter tenendo alia sacramenta debemus sacramento altaris fidem adhibere:quum deo tam facile sit istud sacramentum:q̄ quodcūq; aliud. Cad.cxxxvii.

¶Penes sacramentum altaris multa tam christianis q̄ infidelibus dubia occurrunt. At uero mirandum est.quomodo isti circa tales fantasias uersentur quum consentiant alia esse possibilia sacramēta.& si alia sacramenta sunt certa & possibilia per consequēs eucharistie sacramentū.licet tota difficultas in hoc cō- sistat:Scilicet an deus uelit aut nolit.Si enim uult ita facile erit cōuertere panem:qui est in hostia.& uinū manens in calice:in carnē & sanguinē christi.Quēadmodum & ponere uirtutem in uerbis sacramētalis baptismi atq; in aqua:ut nos ab originali peccato liberent.Nam corpus christi ita est materiale:sicut & corpora nostra:in que alique ciborū partes cōuertūtur.Iccirco postquam natura hoc opus fit.dū super corpora suis cursibus utitur:multomagis deus potest panē & uinū in corpus christi conuertere.nō di- co in diuinitatē. Sed in humanum corpus.Verūtamē naturali uia aut cōmuni natura nō possumus hāc partē probare eo:quod naturale illud nominamus: quod naturali & assiduo discursu prospicimus effe- ctualiter sequi.& pari modo ꝓbamus:quod deus pfectā habet naturā.& sibi licitū est:& pōt penes libitū suū agere. Et cū hoc fundamēto.altaris sacramentum cum ceteris aliis habemus.Si enim hoc eucharistie sacramentum erroneum esset:itidē & reliqua in ecclesia a nobis obseruata. ¶Quod si aliqua aliarū ordinationū est uera.istud quoq; altaris misteriū uerū est.& fundamentū huius ueritatis est. Quod aut quod christus fuit uerus aut falsus:& si uerus omnia sacramēta uera.Si aūt falsus omnia falsa.Quocirca nō est disputādū:utrū hoc sacramētū esse queat.& aliud nequeat.aut difficile sit:ut manere possit.Quia si christus est deus & homo:ueluti presupponimus:& experientia cōstat:quod possit panē & uinum aut quodcūq; aliud corpus in suū propriū cōuertere. Et habēdo ipsum pro uero humani generis opifice: non est querendum sub dubio qualiter Christus sit in hostia consecrata:aut quomodo in hostia & quo- modo in calice.Nam dum ipse in hoc mundo perstitit uisibilis fuit & interdum' inuisibilis:per densa opa ca & aperta corpora ingrediebatur:quod est nobis exemplo:quoniam licet non possimus christum uide re:neq; aliquo sensu sentire in hostia tenemus ipsum existere posse si uoluerit:quapropter condecēs est semper ad unum fundamētum occurrere in quo Christus inquit:hoc est corpus meum:& sanguis:& qa ipse solus est ueritas sufficit ut teneamus quod sit in hostia:& calice:nam solum credere debemus: quod explicatis uerbis consecrationis super hostiam:panis in corpus Christi conuertatur:& quod illic Chri- stus presentialiter maneat.Nos uero non sumus coacti ad sciendū:quomodo ipse sit in hostia.sed quod illic maneat:ut sibi placet.

Vtrum uerba que in sacramento altaris dicuntur: sint materialia inquantum a sacerdote prolata: an uero significatiua uel formalia in eo: quod a Christo. Cap.cxxxvii.

Solet disputari utrum uerba consecrationis sint materialia uel significatiua ad aliud: an uero formalia ea que Christus dixit: licet utrâq; partem continere uideantur: Materialia seu ad aliud significatiua dicuntur: inquantum sacerdos pronunciat: qui non est ipse personaliter Christus. & formalia aut eadē inquantum sacerdos est in loco christi positus. & suo nomine profert eadem uerba: que a christo prolata & sacerdotibus ordinata. Sed quum sacerdos sit ad aliud significatiuus semper uerba consecrationis conuertunt substantiam: que erat in pane in corpus Christi & non in corpus sacerdotis. Sed eadem uerba sunt in sacerdote: que erant in christo: & ob hanc causam habent uirtutem faciendi eundem effectū: & sic dicemus sacerdotem significare aliam personam a persona christi. Et uerba que christus pronunciauit formalia sunt: licet enim christus corpus suum discipulis dedisset. & sacerdos consecret ad recipiendum ipsum sacramentum pro se tantum. hoc utiq; nullam uarietatem causat: quia dūtaxat in consecratione attenditur ad transsubstantiandum hostiam in corpus christi. & hic non respicitur quod adsint ꝑ illo tunc illi qui sacramentum sunt suscepturi: quia licet a nullo esset assumendum dicente sacerdote illa uerba super hostiam: substantia panis in corpus Christi conuertitur. & sic uerba que christus protulit formalia sunt: uerūtamen ab alio prolata uicem christi gerente & respiciēte ad hanc partem: idest ad sacerdotem uerba erunt materialia aut ad aliud significatiua.

Quo pacto hostia consecrata non posset dici absolute esse signum: nisi quia substantia que prius erat in illa est in uerum corpus christi transsubstantiata. Cap.cxxxviii.

Videndum est utrum sacramētum eucharistie possit dici proprie in hostia esse signū. & uidetur quod non: quia signum est tanquam ad alterum respondens. & hostia consecrata nemini habet respectum. Nam quum primū est consecrata corpus christi efficitur uel resultat: & ideo non significatiue ad aliud ī quo apparet hostiam consecratam non esse absolute signum: sed bene signum in eo quod quedam accidentia remanēt: que nos de foris siue ad extra per obiectum sensuum nostrorum prospicimus: possumus nuncupare signum nobis intelligentiam: prebens: quod ibi uerum corpus christi maneat: quāuis ad intelligendum quomodo sit istud manere: uidetur aliquam esse difficultatem: non inquantum nō posse ipsum uidere: quia hoc est tanquam diuinitas in christo. que nobis erat occulta sub humano homine. tamē inter humanitatem & diuinitatem christi erat unio. & non conuersio unius substātie in alteram: & in hostia consecrata aliter se habet. Nam dicendo uerba: scilicet hoc est enim corpus meum. panis substantia in corpus christi conuertitur: & in hoc passu difficultas uersatur: ad cognoscendum que sit ista substantia que conuertitur: quia habemus quod remanet color quantitas & sapor: qui prius erant in pane sine conuersione: & qđ sola substantia in corpus christi conuertitur. In textu ubi euangeliste de hac ordinatione pertractant omnes dicunt: Accepit panem benedixit ac fregit: & dixit discipulis: Accipite & comedite hoc est corpus meum: & accepit: deinde calicem: & dixit. hic ē enim sanguis meus: & istud uocabulum enim ecclesia accepit: & posuit etiam in hostie consecrationem. Vnde per ies uerba christi: uidetur illum panem & uinum in corpus suum conuerti intelligendo substantiam: & substantia panis quocūq; modo accipiatur corporea est. & in corpus christi conuertitur aut transsubstantiatur: & ibi corpus est integrum. quemadmodum in celo aut sicut erat quando hoc sacramentum ordinauit. Nam considerando partem debemus totum considerare: & consecrationem fieri dicimus. in illo instanti: quo sacerdos uerborum pronunciationes perficit: & omnia uerba simul atq; unita gratie consecrationem significant: & non unūquodq; uerbum per se uel ab alio separatum. Licet enim in modo dicendi aut pronunciandi uerba separata sint. aut quoddam prius & quoddam posterius. Quo ad hoc quod est significare prima attendunt ad significandum cum aliis: que sunt: aut uidentur esse ultima in pronunciatione. Intentio autem sacerdotis & uerborum efficatia est simul & operatur. Sed quo ad sensus facilius quidem uidetur ad intelligendum consecrationem dicendo: Corpus meum est hoc: q̄ dicendo: hoc est corpus meum. Et quo ad ueritatem idem significant eo: quod corpus Christi presupponunt in illo instanti quo uerba complentur. Deniq; nos oculis corporeis accidentia in hostia uidere dicimus. & cum spiritu siue mēte simul cum firma fide Christum in hostia uidemus. Nam si illud quod corporaliter sensibꝰ perspicimus & tangimus esset corpus Christi: potius diceretur quod corpus eius in speciem panis conuertebatur: q̄ panis in corpus christi. Iccirco asserendum est in hostia consecrata non uidemus panem nō corpus christi: quoniam ibi miraculose christus manet: & sensibus absconditus. tamen intellectus in fide & aliis fundamentis habituatus cognoscit: quod uerbis sacramenti super hostiam prolatis ibi est corpus Christi tamen miraculose.

Quod Christus sit in hostia formaliter & materialiter sicuti erat in cruce: quo ad se: sed quo ad nos aliter se habet. Cap.cxl.

¶ Vltra obscuritatem que est in sacramento altaris: multi de ipso abscondite scribebant. & ob hanc cau
sam interdum discrepare uidentur. tamen in fundamētis inter christianos nulla est discrepantia. Nostrū
enim fundamentum super sacramento eucharistie est credere Christum esse in hostia cōsecrata: quemad
modum & in cruce fuerat: aut quando sacramētū instituit: aut eo modo quo nunc est in celo. & nō quod
sit in hostia cōsecrata figuratiue. Sed formaliter materialiter & presentialiter: iccirco multa atq; innume
rabilia argumenta oriuntur ad probandum. Vtrum duo corpora in uno & eodem loco esse queāt: quia
tenemus Christum fuisse corporeum & quantitatiuum: & quod maneat in hostia. per densa ac rara cor-
pora trāseat. & quod sit ubicunq; ipse uult. ¶ Quidam uero aliam uiam assumunt ad probandū posse
Christum in hostia: & quocunq; corpore manere asserentes: quod substantia panis transit in substantiā
corporis christi. & quod illic sit in modo spirituali & substātiali. & nō corporeo nec quantitatiuo. Et hoc
non uidetur conformari cum uerbis christi dicentis. hoc est corpus meum: & non dicit ista est substantia
mea. & alibi inquit caro mea uere est cibus: & sanguis meus uere est potus. & similiter in alio passu. qui nō
manducauerit carnem meam & biberit meum sanguinem nō habebit uitam eternam. & caro & sanguis
Christi erat particularis: qualis & quantus & nō ut substantia separata aut methaphysicalis. quia in tali
modo in uniuersali considerando quidam inferunt esse aliud corpus & dimensiones: que non occupant
aliquem locum & non sunt uisibiles neq; tangibiles. In christo tamē aliter cōsideratur: qui est particulare
corpus. quale & quantū & in hoc modo intelligendū est: quod sit in hostia. Nam dicendo in modo substā
tiali aut spirituali tunc nobis obscurius ac difficilius erit ut intelligatur. ¶ Et ut facilius iste passus pci
piatur decens est bifariam diuidere. Primo inquātum ad Christum attinet: qui eiusdem sacramēti auctor
fuit: secūdo autem quo ad nos. In prima dicimus Christū esse in sacramento ueluti erat in passione absq;
eo quod aliquam aliam nouitatem aut accidens in se recipiat & ibi erat corporeus ac determinate men-
sure. & quo ad ipsum in eadem ꝓportione est semper. Sed ad partem nobis spectātem aliquā uidet̄ diffe
rentiam uersari. Quoniā in cruce a nobis uideri poterat. & quolibet sensu tangi: & in sacramento aliter
se habet. Ex hoc autem in christo nulla nouitas interuenit immo solummodo: quod in passione erat uo-
luntas eius ostendendi semetipsum & in sacramento uult occultari. ¶ Sed quia nos non uidemus eum
apte in sacramento accipimus causam dicendi: quod ibi spiritualiter se habeat aut tanquā incorporeus
& substantialiter. Nos enim cōmuniter pro spirituali accipimus illud: quod a nobis nec uideri nec audiri
potest seu aliquo sensu sentiri: & pro substantia accipitur id: quod non suscipit magis neq; minus. Sed qđ
semper est in uno perfecto esse. & quia corpus christi manet in hostia taliter: quod necubi ipsum aliquo
sensu sentire possumus spirituale dicimus: quia est in sacramento precipue pro animaꝝ remedio: que spi
rituales sunt & intelligimus substātialiter esse: quoniā totus integer nullam nouitatem recipiendo & spi
ritualiter atq; substantialiter ex eo: quod non occupat locum. & talis gratia non est alicui alteri corpori
concessa: Quapropter recte dicimus in modo spirituali & substantiali. Quum faciat opera que spiritus
& substantie perfecte agere possunt & dico spiritus perfectos. Iam enim quidam spiritus sunt corporei: q
impediunt & impediunt̄: & similiter sunt substantie corporee: aut corpora cōmunia: que sunt substātie:
& operari nequeunt: ut nos dicimus corpus christi operari. qđ nullum impedimentum infert: nec recipit
nec crescit nequidē diminuit̄: q̄uis plures sint hostie consecrate. & christus in omnibus maneat. Et in hoc
loco adducere possumus quandam comparationē: ita dicendo quod dum homo est prouecte etatis. & re
cipit cibos: de quibus aliqua pars ac purior in corpus hominis cōuertitur. Nihilominꝰ ex hoc nō crescit
nec diminuitur. & hoc perfectiori modo considerat̄ in consecratione substantie panis in corpus christi.
Nam licet corpus christi sit aliquādo in pluribus & interdum paucioribꝰ hostiis. semper est sub eadē ma
gnitudine & numero. ¶ Aliud quoq; exemplū sequitur. quia ex epulis quas iste homo comedit. qui in
integra etate ꝓuectus est noua caro generat̄: licet non augmentet̄ corpus. Et in christo de nouitate car
nis aliter se habet. In ipso enim nihil noui generat̄. Sed quod substantia que erat in pane in uerum cor
pus christi cōuertitur: nō ī speciem noue carnis: immo in illam que ī cruce erat. & ideo postquam eadem
caro & non noua patet corpus christi in nulla consecratione crescere nec minui neq; aliquod accidens
interuenire. Et siquis difficile esse existimaret illic non esse carnis nouitatem: animaduertat qualiter qui
mundum sola potentia creauit: facile erit sibi in uno instāti unice hoc tempus cū illo in quo christus pas
sus fuit. Et quod ista caro sacramenti cum illa manente in cruce precise conformet̄. Quapropter nos ad
herere oportet uerbis dicentibus: hoc est corpus meum & deinceps bonum est aliquam afferre similitudi
nem pro maiori legis corroboratione. Sed fides sacramenti consistit in credendo: quod in hostia cōsecra
ta sit corpus domini ita ut in passione. Christus enī qui deus & homo est: taliter nobis ꝑdixit. ¶ In hac
uero materia de sacramentis forte nōnulli mihi opponēt dicentes. tu iam in aliis locis asseris: quod pos-
sumus uidere substantiā: seu aliquo sensu tangere. & per hanc uiam saluari nō potest de mansione chri-
sti. in cōsecratiōe altaris eo: quod ibi eum minime uidemus. Nos uero dicimus christi corpus in hostia mi
raculose manere. & non tanq̄ natura corporea hominis sine miraculo. Nam si christus sine miraculo ma
neret: ueluti est inquantū homo. omnes eum in hostia uideremus eodem modo: quo poteramus in passio
ne aut ante passionem uidere. Dūmodo se se uoluisset ostendere. Iam enim existens in hoc mundo aut
ante passionem suam erat natura uisibilis. Sed quandoq; miraculose nullus eum uidere poterat. neq; ali

quo modo comprehendere.nec aliter dicimus ipſo exiſtente in hoſtia conſecrata.ex eo quod non uide-
mus eum propterea quod non uult.& iccirco non eſt inferendum quod ſi non poſſumus Chriſtum cōſe
cratum uidere per conſequens nec naturaliter corporeas ſubſtantias.

¶Quod corpus chriſti per illud inſtans quo in hoſtia cōſecratur non aſcendit in celum.Sed cum
chriſto unitur eo quod ipſe reſpectu creaturarum ubiq; eſſe poteſt. Cap.cxli.

¶Aſſerimus quod quum primum uerba ſacramenti perficiuntur ſubſtantia.que prius in illa hoſtia erat
ſubſtantia panis in corpus chriſti cōuertit.& ſecum unitur.Et non dicimus quod ipſe chriſtus manſionē
ſuam.quam in celo habet dimittat atq; in hoſtiam ueniat . nec ſubſtantia per uerba ſacramentalia in ſe
tranſubſtātiata:pro illo tunc in celum aſcendat:ut cum corpore chriſti uniatur.Sed aſſerimus quod chri
ſtus in hoc tanquam infinitus ſe habet.& infinitus itelligas reſpectu paruitudinis ac ualitudinis mundi.
& ideo quum ꝓpter ipſius chriſti perfectionem totus mundus paret atq; ſubiicitur.nullo quidē loco cor
pus chriſti indiget nec diſtantie reſpectu plectitur.ut poſtmodum uidebimus.& ꝓpterea ubi pars corpo
ris chriſti:ibi totū:non pars in ſe niſi totum.Verūtamen pars in modo dicēdi quo ad nos.& ſic corpus
chriſti in hoſtia conſecrata manens cum toto chriſto eſt in celo:atq; in aliis ſacramētis unitum & nō tan
quam in uariis locis.nec in aliquo loco:Chriſtus enim nequaquam ad locum reſpectum habet: nequidē
ad aliud corpus.quia neq; locum manſionis petit:neq; alterum corpus occupat:nec ab ipſo occupatur.
& in hoc tanquam ſubſtantia ſe habet:non tamen ut quelibet ſubſtātia:niſi ſolum incorporea.Quoniā
corporea ſubſtantia localem manſionem expetit:& poteſt alteri obeſſe ſubſtantie:& ab ipſa quoq; ſubſtā
tia impediri.At corpus chriſti neq; impedit:neq; impeditur. ¶Et aſſerendo:quod ſe habeat in modo
ſubſtantiali:Reſpondetur:quod ſi non contineret aliam maiorem perfectionem: nō poſſet uno & eodē
inſtanti in diuerſis locis manere.uidelicet:totum hic & totum ibi.tamen reſpectu ſuo non eſt hic & illic:
niſi totum hic:eo quod ſimul ſine diuiſione:Quoniā nullam locorum diſtantiam reſpicit.Nec imagine-
ris:quod per extenſionem magnitudinis corporee molis:uaria loca attingat & comprehendat.quia i ea
dem quantitate qua erat in cruce:eſt & in celo & ubicunq; conſecratur:& non per tranſmutationē de lo
co ad locum:niſi quod ad libitum ſuum cuncta loca ei parent.Sed angeli & anime rationales:q̄uis incor
poree ſubſtantie ſint:Simili perfectione carent.Qui ita eſt hic angelus:quod non alibi:& dum alibi:non
hic.Attamen corpus chriſti hic:ibi:& alibi eſt:ſemper:ſimul:& eiuſdem magnitudinis:ueluti i cruce erat.

¶Vt autē increduli minus mirent̄:quedā exempla inuiſibilia atq; neceſſaria adducemus:& alia quoq;
ſenſibilia:que tamen omnia ſenſibus noſtris ſunt comprehēſu difficillima. ¶Deus ſeu primum ens.uo
catur eternus:nō habens in ſe prius nec poſterius.nequidem aliquod medium diſcurſiuum:nec eſt hodie
ſenior q̄ heri fuerit :nec apud ipm̄ heri priuſq̄ hodie.Tēpus eni ſub ipſo deo dominat̄ & decurrit.ſed de9
necubi ſub tpe decurrit. ¶Alterū exēplū de ſenſibilib9.Circa oēs ſapiētes totus mūdus ē rotūdus:qd
adhuc ſenſibus patet:& de corporearū rerū ordinatione celū ſuprema in hac machina mūdi obtinet:ter
ra uero infima:& quia terra rotunda & celum rotundum: celum utiq; ſupremū & terra infima : ſub celo
undiq; terra iacet:Quoniā abſurdum eſſet:dicere : quod in hoc hemyſpherio terra ſub celo erat : & in
altero hemyſpherio ſupra ipſum celum:ueluti īſipientes imaginant̄ aſſerētes: quod ibi homines ſiue anti
podes noſtri:nequeunt ſuper terram ambulare : ex eo quod in celum laberentur. ¶Alterū uiſibile ac
potius in cōſuetudine noſtra:licet ſit nobis proprium ex conſuetudine circumcirca terram ꝓficiſci : quo
niam rotunda.& dum per rotūdū ambulamus circum circa imus:& quod per alterū hemyſpheriū ambu
lando tranſeamus:difficile eſt ſenſibus quō fieri queat:qui ad celum ne cadamus.Nunc uero de auiū uo
latione dicamus.Semper enim coram nobis fit:Et ſi rationem reddere uolumus: erit utiq; difficillimum.
Nam ſi aues in aere fundari dicimus: quēadmodū & nos in terra : nequaquā ualere poterit.Nos eni fixi
in terra generamur:& naſcimur:& dum uiuimus habitamus.Aues uero in generatiōe: natiuitate:& edu
catione:non in aere:ſed terra firmantur.& deinceps cunctis diebus:q̄uis in aliquibus horis uolitent: po-
ſtremo terrā inquietem expetunt. ¶Vlterius quecūq; in aue cernimus grauia ſunt:caro & oſſa ſe extol
lere nequeunt:& pluma per ſe in altitudine poſita tanquā corpus graue in terram deſcēdit: & tota auis
cum pluma & carne ſimul ſi in aere moritur:feſtinatim in terram cadit.Et ſi dicimus: quod ſicut nos pe-
dibus ad ambulandum in terra firmamur:& ad natandum pedibus & manibus in aqua:pariter & aues in
aere alis firmant̄ & uſq; modo ſtare poſſe uidetur.Sed omnino unum potiſſimū dubiū reſtat : hoc eſt:qa
plerunq; uidemus aliquas aues per horam in aere nunc ſurſum nunc deorſum diſcurrere:& in toto hoc
tempore alas non excutiunt:nec plumas:ut in aere aliquatenus firmētur:niſi quod ſola uoluntate uidet̄:
eas quocūq; uolūt tū ire:& tū redire. ¶Hec uero oīa exēpla a nobis iā inſinuata in re uera ſunt: nr̄is
tñ ſenſib9 difficillia.Et dū i ſimilib9 aſpicim9:facile nobis erit de euchariſtie ſacramēto.Nā ꝓbato uel cō
ceſſo chriſtū deū & hoīem eē:q̄cūq; i lege dei ſcripta cōperim9: facile & ſine aliquo ſcrupulo tenēda ſūt.

¶Quomō uerbū diuinum particularem carnem & nō abſolutā humāitatē aſſumpſerit:& ſimiliter
particularis panis in corpus domini trāſubſtātiet̄:& nō paneitas in abſtracto. Cap.cxlii.

¶Nonnulli dubitare uidentur:an in ſacramento altaris hic panis in corpus Chriſti tranſubſtantiet?an
uero abſoluta panis natura:uidelicet paneitas:ut quidam aſſignāt.& in hoc loco pariter aut lere de trā-
ſmutatione panis uel aſſumptione in corpus Chriſti dicunt:ut de incarnatiōe uerbi inferendo:quod na
turam hominis uel humanitatē aſſumpſerit:& non hanc carnem:quod ſtare nō poteſt:ut in pluribus au-
ctoritatib9 patet.Nam in ſymbolo legimus. ¶Qui incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex maria uirgine:
& homo factus eſt.& ſpiritus ſanctus & maria uirgo particulares & nō uniuerſales ſunt : & a particulari
particulare duntaxat capi poteſt.In ſymbolo Athanaſii. ¶Eſt ergo fides recta:ut credamus & confitea
mur:quia domin9 noſter Ieſus Chriſtus dei filius:deus & homo eſt.Deus eſt ex ſubā patris ante ſecula ge
nitus:& homo eſt ex ſubſtantia matris in ſeculo natus.Et hic non dicit eſſe deum de uniuerſali & abſtra
cta ſubſtantia:niſi particulariter de ſubſtantia patris.& ſimiliter aſſerit eſſe hominē ex ſubſtantia matris:
ideſt:marie uirginis. ¶In pleriſq; aliis locis:chriſtus redemptor noſter ſe filium hominis denominat:&
non intelligas de homine in uniuerſali:niſi tantum de maria uirgine.In euangelio ſalutationis legitur:
¶Miſſus eſt angelus gabriel ad Mariā uirginem deſponſatam Ioſeph ut in ea uerbum diuinum incar
naret:& non dicit:quod miſſus ſit ad aliquam abſtractā humanitatē.& i proſequēdo ait. ¶Ne timeas
maria:ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te:& uirtus altiſſimi obumbrabit tibi:& qui ex te naſcetur ſanctum
uocabitur nomen eius.Demum reſpondens maria ait. ¶Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundū uerbū
tuum:in qua quidem reſpōſione beata maria de ſe particulariter eſt loquuta : & non de aliqua abſoluta
natura.& ſimiliter angelus dicit. ¶Qui ex te naſcetur:que eſt particularis loquutio:& etiam initio ſa-
lutatiōis. ¶Aue maria gratia plena dominus tecum:inquit:quod de ſola maria uirgine & domino cū
ea indicat:eo magis quod ſecūdum omnes probos philoſophos:uniuerſale neq; generat neq; generat:
& ideo iuxta naturalia merita abſurdum eſt tenere:quod uerbum diuinum humanitatē ſiue naturam ho
minis abſtractam aſſumpſiſſet:niſi hanc carnem:hanc animam:hec oſſa:hos neruos: has arterias:& ſimi-
lia.Nam ſi naturam tantū abſtractam aſſumpſiſſet:nequaq̄ eſſet iſte homo particularis: niſi homo ſolum
in cōmuni:quod eſt contra totam chriſtianam legem:& legis ſcripture:de uero meſſia ꝓphetizantis pro
miſſionem.Et quod Chriſtus homo concretus particularis & non abſtractus ſit patet: apud omnes.licet
quod dum uerbum diuinum rationalem animā & corpus aſſumpſit:cum quibuſcūq; ꝓprietatib9 homine
dignis:eiuſmodi aſſumptio fuit.Attamen corpus & anima:tanquā ſuppoſitum ꝓprietatū:prima ac prin
cipalis aſſumptio extitit.humanitatē enim aſſumimus:ex eo quod carnē & animā aſſumimus:& nō aliter:
quoniā ab aliqua ipſius corporis & anime ꝓprietate humani nuncupamur:non autē tanq̄ ex principali
forma.Quia forma pricipalis hominis eſt rationalis anima & corpus ſuppoſitum: licet per proprietates
anime & corporis ſimul manentium humani nuncupemur.Non tamen quod humanitas in abſtracto de
tur:quin hec uel illa ſit:ut in quinto libro apertius patebit. ¶De ſacramento altaris: in eo quod parti
culariter eadem uia qua de incarnatione diximus:intelligetur.Quoniā in ſacramētali inſtitutione com
perimus:quod Chriſtus in cena accepit panem:& fregit:& benedixit : deditq; diſcipulis dicens.Accipite
& comedite:hoc eſt corpus meum.Aſpice modo:quoniā manifeſte uidebis:omnia iſta uerba de particu-
lari pane:& non de uniuerſali proferri.nam ſecundū ponentes uniuerſalia:Vniuerſale non eſt hoc neq;
illud:Et Chriſtus inquit:hoc eſt corpus meum.hoc uero particulare deſignat: & meum quoq; particula-
re:comedite certum eſt quod de particulari dicat.Non enim panem uniuerſalem comedimus: nec uinū
uniuerſale bibimus:& in aliis locis multa his ſimilia inuenimus:ut dicendo: qui non manducat carnē me
am:& bibit meum ſanguinem:non habebit uitam eternam:Et quum dicat meam carnem de particulari
preciſe pronunciat.Item caro mea quam ego do uobis uere eſt cibus & ſanguis meus uere eſt potus.&
quia dicit quod dat: patet: quod de particulari cibo & non uniuerſali aſſerat.nequidem ſpirituali p̄ciſe:
hoc eſt incorporeo:ut quidam imaginati ſunt.nam in hoc loco & ſepenumero in aliis ſpirituale intelli-
gimus:ex eo quod bonum & anime proficuum:Sed non quod ſemper ſimilia bona ſint icorporea.Quo
niam pauperib9 elemoſinam prebere aut ipſos induere & infirmos atq; incarceratos uiſitare.aliena quo
q; depredari ſiue ad mulieres alienas accedere:in beneficium uel detrimentum anime reſultant: licet cor
porea.ſimiliter dum corpus domini aſſumimus:q̄uis corpus ſit ad ſanitatem anime attendit:aut in dam
nationem ſi modo ipſum indigne aſſumimus.Quod ſi caro chriſti in ſacramento altaris ſpiritualis:ideſt
incorporea eſſet:non fuiſſet uti chriſtus in cruce erat:& nequaquā ipſe dixiſſet hoc eſt corpus meum:niſi
ſpiritus meus:anima:uel diuinitas:Sed quia ſpiritus incorporeus anima ſiquidem rationalis & diuinitas
non dantur ad edendum in cibum:Chriſtus inquit:hoc eſt corpus meum.& in aliis locis ſimiliter dicit:ca
ro mea. ¶Preterea in apparitione poſt reſurrectionē ad diſcipulos credentes quod ſpiritus eſſet. Tan
gite inquit & uidete:quia ſpiritus carnem & oſſa non habet:ſicut me uidetis habere.Et aſſerit quod car-
nem in cibum exhibet:Itaq; non ſpiritum tantum incorporeum immo & corpoream carnem atq; ſan-
guinem prebet. ¶Et dum quidam inferunt quod ſi ſacramentum altaris corporeus cibus eſſet : dum
ſacerdos ipſum aſſumeret ieiunium dirumperet : hoc utiq; parum uigoris continet.quum iſta ſit eccleſie
ordinatio:quod poſt aſſumptionem dominici corporis:tanquam ieiunus habeatur & tamen uidetur ad
non preciſe.ſub cuius rei conſideratione non poſſumus bis in die corpus domini aſſumere: niſi ſolus ſa-
cerdos ex ſpeciali prerogatiua i nataliciis domini. ¶Et iccirco per auctoritatem Chriſti:& eccleſie or

dinationem: comprobatur: qualiter eucharistie sacramentum particulare & non uniuersale sit. & quod indies panis particularis in corpus christi transmutetur: & non semel pro semper. Si enim natura uniuersalis: idest paneitas: ut quidam exemplant: in corpus domini transmutaretur: semel transmutata pro semper intelligeretur: & non fuissent indies noue transubstantiationes: quod legi penitus aduersatur. eo magis: quod de paneitate unio cum Christo intelligi potuisset: non autem trāsmutatio paneitatis in carnem christi. Quoniam hec transubstantiatio uel transmutatio actio est: siue tanquam generatio: & paneitas: quia uniuersalis: neq; generat neq; generatur: & sic paneitas nullatenus in corpus christi transire potest. ¶ Et si dicis quod sit unio paneitatis cum corpore christi: tunc restat absoluta panis natura & pariter incomestibilis: & nos habemus preceptum comedendi carnem christi. itaq; non est ad propositum. nequidem dicendū: quod ibi sit assumptio paneitatis uel unio: nisi transmutatio ab illo quod prius erat panis: in corpus domini: & paneitas transmutari non potest: ergo panis particularis transmutatur.

¶ Hic enim admodum differunt sacramentum altaris & incarnatio uerbi. quoniam in incarnatione uel extra incarnationem non potest corpus in animam trāsmutari: nequidem in corpus anima: nec anima & corpus in diuinitatem. nec ipsa diuinitas in humanitatem. Sed circa sacramentum aliter se habere potest: quum res cōmunissima sit: quod corpus unius speciei in alteram transmutetur. & in eucharistie sacramento tenemus: quod Christus dixerit hoc est corpus meum: & quia corpus: iuxta naturalia merita: possunt alia corpora in ipsum transmutari. & non propter hoc intelligas: quod annihilentur: nisi quod de specie in speciem transeunt. Nam licet non eadem corpora que prius: corpora tamen sunt: nec eadē substātia: sed substātia: & sic nulla est ibi annihilatio: nisi trāsmutatio tm̄. & q̄a trāsmutatio siue trāsubstātiatio necesse est quod panis particularis sit: & non paneitas: eo quod particulare generat particulare. sed uniuersale neq; generat neq; generatur. & quia Christus est particularis: oportet: quod illud quod in corpus eius est transiturum: sit omnimodo particulare: & paneitas nimium ī abstracto sonat: siue chymerice uel tanquam nihil aut minus q̄ nihil: ut in quinto libro patebit. & iccirco similia absoluta aut uerius chymerica agendo de lege: imerito ponuntur.

¶ Quid sit dum dicimus panem in corpus Christi transubstantiari: & quod accidentia tanquam entia aliquantulo per se manere possunt. Cap. cxliiii.

¶ Ad intelligendum quid sit illud quod in corpus christi cum uerbis consecrationis cōuertitur: & quod in hostia remanet: multa quidem ac uaria diuersi auctores inscribūt: & propterea quum sit materia adeo examinata: non oportet quicquam addere. uidetur autem quod in corpus Christi completis uerbis: quicquid in pane erat conuertatur: sine qua perfectione illic non remanet aliquis panis: sed solum accidētia: que significant entia minoris perfectionis q̄ sit substantia. Attamen accidentia entia sunt: & aliquā actionem per se habēt: quo possint nature ociositatem euitare: atq; ideo nullo pacto annihilari possunt: q̄uis separentur a substantia in qua manent. Maxime quia uocando accidentia quātitatem: colorem & saporem: graue & leue: dulce & amarum: frigidum & calidum. apparet māifeste: quod per se causent effectus. Dum enim aliquas epulas comedimus: oblectamen de eis recipimus: secūdum quod dulces sunt aut amare: leues aut ponderose: frigide aut calide. & isto modo q̄uis substātia insensibilis: que est in pane & uino: in corpus Christi conuertitur. ex hoc: accidentia non desinent penitus omne opus peragere. postquam de se sunt alique res cum determinatis proprietatibus: & naturam habent per se a substantiarum natura distinctam quanquam accidentia siue entia imperfecta pro eorum maiori conseruatione subiectū substātie expetant: ex hoc non sequitur: quod per naturam suam sine substantiali subiecto: nequeant aliquantulo durare. presertim quod in nihilum redire non possunt: licet pro illo tunc non erunt accidentia: saltem in actu. Quoniam in actu non adherent: & sic erunt entia imperfecta & apta ad herendum. & ideo pro illo tunc non sunt relatiua ad substantiā: nisi quod sunt album tantum & sic de reliquis: ¶ Rursus quis in hostia consecrata panis deficiat & corpus christi non sit subiectum accidentium: propter hoc nō constat: quod accidentia non acquirant aliud subiectum: licet largo modo tale subiectum capiatur. tamen erit subiectum sicut aeris circūferentia: simul cum aliis substantialibus & elementalibus corporibus. Sed alia pars est uidenda: uidelicet: Vtrum corpus quod erat in pane in christum cōuertatur: an uero in hostia remaneat. Ad quod respondemus: quod in hostia tres dimensiones prospicimus: que unite corpus componunt: aut quod ipse simul sint corpus: & similiter quod panis sit corporeus: & quod quicquid perfectum est in corpus Christi transubstantietur: necessario est tenendum illud quod erat corporeum perfectum: in pane esse in corpus domini transubstantiatum. ¶ Vnde christus dans consecratam hostiam discipulis dicit. hoc est corpus meum: & iussit ut suam carnem comederent: & sanguinem biberent: & in simili modo competit hoc sacramētū adorare. quia corpus & sanguis Christi corporei & tangibiles sunt: & gustum atq; tactum prebebant: in quo ostenditur non fuisse solam substantiam ab omni quātitate separatam: Sed quod erat caro & sanguis corporei. pariterq; naturali uia dicere possem9: quod cuiuslibet materie: que in aliam speciem transmutatur id quod perfectius est transmutatur: & quod superfluum aut immundum putrescit: & in superfluitate dissoluitur. & taliter dici potest: quod sacerdote uerba consecra-

tionis proferēte: super hostiam pars perfectior que erat in illa: in corpus Christi conuertitur: quasi in exē plo: ac si Christus comedisset panem: & melior pars conuersa in carnem eius remansisset. Quoniam non intelligitur quod totus cibus & potus quem comedebat & bibebat in membra sua conuerteretur: sed qd aliqua quantitas: quemadmodum & in aliis. & idem de hostia uidetur: quod illa materia grossior aut minus digna: in corpus Christi non conuertitur: & hoc est quod postmodum putrescit. Et presupponēdo: quod erit parua quantitas hostie illud quod in corpus domini conuertitur: dicimus: in Christo non esse magis neq; minus: Sed ubi pars ibi totum: & consecrata qualibet parte hostie illic est Christus integer: ue luti erat ante passionem suam: aut post resurrectionē. Qua de causa quando corpus domini adoramus: non est licitum in mente nostra quicquam interualli ponere dicendo: uoluntas sacerdotis fuit consecrā di partem hostie: & non totam: aut quod posuit parum uini & multum aque in calice: hoc enim nil cōsecrationi impedit. Quia q̄uis parua quantitas uini aut panis sit: ibi est integrum corpus Christi: sicut si est multum uini & hostia magna: licet in hoc oporteat ritum ecclesie obseruare. Semper autē necesse est nos attentos esse quod hic non generat aliquis Christus de nouo ex substantia que in pane & uino erat: imo quod in idem corpus Christi conuertuntur: ubi in eodem instanti quo christus est presentialiter in hostia & calice secum illas substantias conuertit: prius in pane & uino existentes. ❡Deniq; ad cognoscēdum utrum accidentia per se manere queant: in primis cognoscere oportet: quid accidens & quid substantia dicat: si idem sint: aut diuersimode se habeant. Si idem unus sine alio dari non potest: Sed si alterum & alterum: contingenter dari possunt simul & naturaliter uel originaliter separate. Albedo nunquam dicit in eo quod albedo: homo equus murus nec aliqua substantia nisi inq̄tum res posita in ipsis substantiis: nequidem inferius nec superius albedo cum substantia conuertit. Itaq; albedo originaliter est a quacūq; substantia distincta: tamen accidit sibi substantie adherere: & ab hoc adherere uel contingentia accidens uocatur. Sed in se ens incompletum ad substantiam: respectiue: tamē aliquam perfectionem habet ut pater: quia nullus potest dare id quod non habet: & albedo nigredo frigidum calidum & similia ponunt in substantiis perfectionem. nam per similia accidentia albi uel nigri sumus: per que accidentia aliqualiter unum ab alio differt: & turpitudo a pulchritudine. Et quum similes perfectiones accidentia nuncupata habeant: patet: quod originem a substantia distinctam sortiantur. & per se manere possint. licet de ordine ad bene esse in substantiis: tanquam in subiectis posita sint accidentia. In hac uero unione. cōmune beneficium est substantiis & accidentibus. quoniam accidere operari dicit: & id quod operationē habet similiter & originem: ex qua oritur priusq̄ operetur. quia accidere refert tanquam extrinseca operatio: Et quum accidentia ut album & nigrum adherendum uel accidendum: accidentia nominātur: propalatur quod antequā aliis accidant sunt in se aliquid in origine sua.

❡Quonā pacto nō repugnat a natura accidentia a substātiis subiectalibus separari: atq; aliquantulū sine eis manere: & cur ecōuerso fieri a natura repugnat. Cap. cxlv.

❡Cum agendo de mansione accidentium in hostia sine subiecto post consecrationem: a multis multa dicantur: ut potius hec difficultas in quo cōsistat cognoscatur. merito de natura accidētiū aliqd dicēdū est: nō tamē in modo logico seu methaphisicali: ut ab aduersariis euadere possimus: sed secūdū realitatē nature loquēdū est. nā dicēdo ut a nōnullis solet accidētia in hostia cōsecrata nō manēt i subiecto i actu ergo nō manēt in subiecto: nō ualet cōsequētia: qm̄ duplex est inherētia: altera earū in actu: alia uero in potētia: quocirca cōcesso quod accidētia i hostia cōsecrata actu nō maneāt: in subiecto potētialiter manent in ipso. ❡Sed mirādū est qualiter similia ab illis doctis dicātur. qm̄ disputatio hec cōsistit utrum accidētia in sacramēto altaris sint in subiecto: uel sine subiecto: & i potētia manere penitus sine subiecto & absq; specie: eo quod in quo manere debet: dicit. nam potentialiter manere simpliciter per actum futurum quī nondum est significat. quāobrem falsum est ponere de presenti illud quod de futuro spectat: gratia exempli: dicitur hic cibus utputa panis est in potētia caro hominis: petimus nunc an hec sit uera de presenti sic nec sic: quod panis sit caro hominis: si dicimus quod est caro hominis: cōcedere oportet: esse eiusdem speciei. panem & carnem hominis non sunt eiusdem speciei. sequitur tantum imaginarium esse: considerando de illo: quod in futuro potest esse: dum dicitur hic panis est caro hominis in potentia. nam impossibile est manendo panis: quod sit caro hominis. sic nec sic. sed est aptus ad dimittendum per corruptionē hanc speciem panis: & per generationē trāsire i speciem carnis hominis: sed dum in specie panis manet: si peteretur utrum caro hominis sit: non decet respondere: quod sit sic nec sic: licet cōcedatur dimissa illa specie in qua manet: quod postmodum potest transire in speciē carnis hominis: & in eo modo inherentia potentialis dicitur. quoniā nondum adheret sed est apta ad adherendum in futurū. & questio de accidentibus in sacramēto altaris. an accidētia in subiecto maneant uel omnino separata a subiecto: non negociatur. utrum accidentia sint apta producta ad adherendum substantie uel ne. nisi si adherēt de facto: aut absq; adherere manere aliqualiter possunt. nam de dispositione accidentiū adherendi substantiis: nulla est dubitatio apud antiquos: nequidem modernos. & quia non dubitatur sed immo de hac dispositione affirmatur: oritur dubium quod sine inherentia in ipsa substātia accidētia manere queant.

¶Qua de causa ut intentionē nostrā saluemus: Iuxta legem assumptam alia est assumēda uia: unde in primis quid accidentia sub hoc uocabulo accidentium dicant: discernēdum est. ¶Accidentia siquidē de se: Res habiles ad coniungendum se cum aliis dicūt: & iuxta hoc uocabulum repugnat eis saltem aliquando non coniūgi: sed hic non dicit coniūgi tantūmodo substantiis: nisi coniungi cum hoc uel illo. exempli gratia homo rationalis uocatur: eo quod aptus ad ratiocinādum: & tamen non sequitur quod semper de substantia rationari debeat: aut semper de accidenti: nequidē semper de aliis rebus: que homines nō sunt. quoniā sepenumero unusquisq; nostrum. de aliis hominibus ratiocinatur: & etiam quādoq; de seipso. ¶Et sic accidens ad accidēdum huic uel illi dicitur: sed non sequitur iuxta hoc uocabulum de facto adherere: & quod sine adherentia stare nequeant. quoniā homo ab intrinseco rationalis ē: sub qua proprietate ratiocinari de facto debet: & tamen plures sunt rationales que nunquā ratiocinanť: ut qui in pueritia moriuntur. ¶Et ultra hoc ab hac ratiocinalitate post mortem separātur: eo quod homo de uariis naturis constat: & sic post mortem non uocatur homo. unde non rationalis: cōcesso quod in anima diuisa a corpore & in corpore ab ipsa anima diuiso sit dispositio coniungendi iterum: in qua coniunctione homo cōponeretur. ¶Et sic cum accidentia uariam naturam dicant a substantia: repugnat eis quandoq; non separari: & alterum sine altero non posse saltem aliquantulum manere. nam accidens de se ita accidit alteri accidenti: ueluti substantie: ut probatur. quoniam datur calidum purum: & frigidum purum: album purum: & nigrum purum: & etiam dantur coniūctiones simul: in quibus calidū simul cum frigido remittit caliditatem: & frigidum frigiditatem: causa caloris: album remittit albedinem mixtum cum nigro: & nigrum etiam cum albo mixto: nigredinē remittit. & ulterius nigrum ab albo aliquādo separatur: album a nigro: frigidum a calido: & calidum a frigido. ¶Et cum accidens alteri accidenti accidit: & ab ipso separatur pari modo cum substantia se habere potest: & inferendo: quod causa imperfectionis: accidentia non possunt sine subiecto substantie manere: & ecōuerso tenendū est. quoniā quicquid naturam propriam habet naturaliter loquēdo: sine alio diuerso a natura manere potest. unde dicēdū est tāq̄ uiolētū se habere uarias res a natura simul diu durare: & accidens accidere alteri uiolenter dicit. quoniā accidens nō proprie naturaliter significat: nisi aliqualiter conatum: sub quo uocabulo. Concedendum est: accidentia diuersam naturam a natura substātie habere: quoniam si aliam diuersam non haberent idem esset substantia & accidens in proprio origine: & si postmodum separarentur: & unirentur: eadem esset ratio de hoc: ut de illo. quoniam equaliter alter alteri accideret. sed quia uarie nature sunt: id quod debilius accidēs uocatur: idest adherens alteri: ut in eo tanquam in subiecto manere: & operationes suas ostendere ualeat. nā accidens per se non ostenditur sensibus: nisi simul cum substantia. quoniam accidentia entia imperfecta sunt: & tamen in prima origine sua non dependent a substantiis: quibus postmodū tanquā in subiectis adherent. ¶Nam accidētia ueluti & substātie: in quibus ipsa accidētia subiectantur: adeo omnia hec in primo signo essendi dependent: non autem accidens: ab aliqua substantia dependente: neq; substantia ab accidente. & quia deus est prima origo de qua omnes alie res dependent: per primū signum essendi sine deo ipso: nullum ens permanere potest. sed unūquodq; ens sine altero ente dependente potest manere a natura loquēdo. si hoc ens & illud ens diuersas naturas habēt: & imo repugnat habentibus diuersas naturas: quādoq; non separari: quamuis aliquando coniungant. ut in compositis a quattuor elementis descendentibus comprobatur. Nam dato quod nimium corpus hominis cōmistum sit: uidelicet materia quattuor elementorū in ipso corpore per totum se tangens: & in unam solam speciem trāsmutatam: quia de uariis naturis constat: quandoq; corpus hominis separatur. & unaqueq; pars ad elementū proprium siue originē reuertitur: ut ibi aliquantulum quiescat. ¶Nam hic in cōpositis & forme se habent tanquā alienate siue in exilio extra sua principia: & sic semp pugnāt: ut ad origines suas reuerti possint. & ideo separātur: & per aliquod tempus separata manent. tamē sine prouidentia dei nulla res manere potest: nequidem ordinem ipsius preterire nisi deus locum preberet.

¶Et sic cum Christus deus & homo sit: ut in operibus suis probatur: prebet locum siue gratiā accidentibus in sacramento altaris manentibus: ut sine subiecto substātiali per aliquod tempus manere possint: non per eandem uiam: quam a natura cōmuni separari a subiecto solent. sed a natura inquantum separari: & a natura: eo quod per ordinationem diuinam factum: ueluti omnes alie proprietates naturales p ipsum deum ordinate sunt. non enim ab aliquo alio: & quia separatio accidentium in sacramēto altaris per deū ipsum ordinata est: nil ibi per accidēs occurrit: nequaquā contra naturalia principia. cū omnes ordinationes naturales a deo dependent: ueluti ordinatio sacramenti altaris. ¶Vnde nulla inuenitur repugnantia ad probandum: quod accidentia in hostia consecrata aut in calice possint manere sine aliqua substantia subiectali: non tamē sine prouidentia diuina: cum ipsa sit prima origo per quam omnes nature substētantur. ¶Et inferendo quod accidentia in eo tunc fuissent tanquā inania eo quod sine aliquo actu: hoc negatur. quoniam unaqueq; res: iuxta naturam simplicem suam: ab intrinseco propriū opus habet: per quod a natura ociositatem fugiat. quoniam non sequitur inferēdo: non uidemus elementa simplicia nisi in isto & in illo particulari composito: ergo non sunt elementa simplicia siue alterum ab altero distinctam: nequidem simpliciter assumpta habent aliquam ordinationem. ¶Et sic cōcesso qđ accidentia simplicia ab omni substantia separata de cōmuni ordine non sentiantur: a sensibus nostris:

nõ sequit̃:quod nõ sunt.qm̃ elementa simplicia dant̃:& in simplicitate sua unũquodq; elementũ ab aliis separatũ opus ꝓpriũ hẽt. ¶Et hic animaduertẽdũ est:qa cũ nos dicim9 accidẽtia a sacramẽto altaris separata:nõ itelligim9 p accidẽtia abstracta:uniuersale:i pura potẽtia: nec hoc nec illud.qm̃ talis abstractio repugnat a pticulari subiecto seu cõcreto separi.sed accidẽtia i hostia cõsecrata.est hic color:hoc albũ:hoc disgregatiuũ uisus:hic sapor:hoc quãtũ:hoc qle.uñ nil abstractũ:sed oia hec cõcreta ponim9.& cõcretum non repugnat a natura:nequidem ab accidente:ab altero concreto separari.

¶Quonam pacto ꝑsuppositũ tm̃ inueniatur:ꝙ nullũ accidens absq; substantiali subiecto manere possit:neq; materia sine forma:uel ecõuerso.& ꝙ a natura similia repugnãt. Cap.cxlvi.

¶Cũ apud seqũetes philosophiã ab aliqb9 philosophis irreligiosis adductã habeat̃ p ĩpossibile:aliquod accidẽs absq; subiecto substãtiali manere.multa sup hoc dicẽda essent ad derradicãdũ hãc opinionẽ:iã in teneris annis imbutã hoĩbus:q uacant litteris philosophie:quã moderni cõtinue legunt.Eniuero si pbatio qliter nullũ accidens ut album nigrũ longũ & latum per seipsum in natura ꝓpria stare nequit:petimus cũ opiniõe Aristotelis tñ:complere uelint aliã uerã ꝓbationẽ.enim nullibi adducũt:quãuis quoddã cõmune refugiũ assumant attinens hoĩbus in ꝓbationib9 suis deficientib9. ¶Videlicet in cõmuni cõsuetudine habet̃:penes argumẽtatores inferre hoc potest:stare secundũ esse essentie:& nõ secũdum esse existentie:& ita Aristotelem seqũetes inquiũt.accidens ut albedo in esse essentie p naturam propriã albedinis capiendo ab omni subiecto distincta datur:in esse existentie autem impossibile est absq; substãtiali subiecto albedinem manere. ¶Sub quo presupposito & nõ ꝓbato petimus:utrũ in esse essentia per naturã assumptã:sunt idem substantia & accidens si idem semp erunt:idem in natura:& si non idẽ:petimus:qualiter differant:non inuenitur differre nisi per naturã: sequit̃ substantia & accidens diuersas habere naturas. ¶Vlterius aut ꝙ in esse essentia albedo est aliquid uel nihil:non est dicendum ꝙ nihil qm̃ de naturali ordine de nihilo nihil fit.uidemus esse factam albedinẽ: igitur de aliquo.& si respõderis:ꝙ in esse essentia albedo non est purum nihil nec purum aliquid : sed imo medium quoddam:in hoc nil ad propositum adduces.qm̃ nos de aliquo uel nihil dicimus:& absolute loquẽdo de aliqua istarũ extremitatum simpliciter intelligendũ est extra omnes terminos capiendo:nisi de re tñ.& tu respondes de ente ita imperfecto:quod parum a nihil distat.& quia parum:neq; potest denominari uere aliquid:nos autem in hoc loco non petimus de magis pfecto:aut minus pfecto. Vnde cõcedere oportet albedinem in esse essentia aliquid esse quãuis ens diminutum. ¶Nulla res in primo principio fundamẽtaliter assumpta:est oino impfecta:cum ipsa sit origo oium aliarum rerũ post ipsam euenientiũ:albedo in propria natura est origo oium albedinũ:sequitur fundamentaliter assumptam pfectam esse iuxta bonitatem accidentiũ. ¶Cõcedimus ꝙ ois natura:oẽs res de hoc ad illud mutabiles tanquã de specie in speciem sub illo respectu mutationis assumpte sunt impfecte.qm̃ tantũ ibi cõsiderationes nr̃e dantur : imaginando super illud quod in futurum erit : res autẽ tendentes ad futurũ potentialiter aut formaliter assumpte sunt existentes in hoc presenti: nam potentia mea transeundi in alteram speciem nũc realiter est in me.qm̃ ego ipse secundũ aliquam partem tendo ad corruptionem & transmutationẽ in alterã speciem: tñ loquor secundum materiales partes:nihilominus de illa transmutatione futura cõsiderando.quia qñq; erit:dicit̃:ꝙ illa species resultatura de materia que est corpus meum nunc quod manet iam in esse essentia in me. ¶Sed ponamus hoc ꝙ ita dicatur:& tñ negatur:ꝙ in me sit aliquod realiter assumptum illius rei que in futuro erit. ¶Vlterius assequamur hanc uiam de esse essentia:ut per omnes aspicientes: quid dicant cognoscatur ita petendo . albedo in esse essentia:quando in esse essentia dicunt esse in eo tunc : quid est in actu.qm̃ quicquid est in potẽtia ad aliud est aliquid in se in actu existens:de presenti.albedo est in esse potentiali seu essentia priusquam alicui subiecto substãtiali adhereat:ergo albedo est aliqd existẽs habile tñ ad adherendũ substãtie.qm̃ quicqd est in potentia dicit ordinẽ habere ad futurũ:& tñ in se fundamẽtaliter de presenti existit.albedo p asserentes nõ posse manere in esse existentia absq; substantiali subiecto est in esse essentia priusquã adhereat:constat alicubi existere sub quadam forma uel specie:idest albedinis priusquã ad speciem albi reducat̃. ¶Concedimus impossibile esse albũ absq; subiecto manere:eo ꝙ album duo dicit idest albedinẽ & substantiã uel quantũ molle:nam si dimensiones molles accidentia sunt:nil repugnare uidetur:aliquãdo:& p aliquod spaciũ subiectũ alterius accidentis esse:ueluti inter substantias fit.nam materia q substantia est:se hẽt tanquã subiectũ & forma ueluti subiectatũ:& si nõ simpliciter aliqliter saltẽ quomodocũq; sit: tñ albũ subiectũ & albedinẽ simul dicit.unde separata albedine a subiecto ipso minime album denominaret̃:nisi albedo sola.demũ a natura loquendo nõ tñ non repugnat accidens:ut albedo:aliquãdo ab oĩ subiecto separi imo repugnat quãdoq; nõ separi.qm̃ uarie nature diuersas appetunt mansiones & si non semp causa essentionis in simplicitate sua manere uellent:& in simplicitate manere nequeunt:si modo p prius ab oĩ natura aliena nõ separant̃.nam inferre ꝙ nulla materia detur absq; forma:nec forma sine materia:non accidens absq; substantiali subiecto.hoc persuasum tantũ:probatum nullibi.& inferendo ꝙ fuisset ociosa materia sine forma:& forma sine materia hoc negatur:cum a natura quicquid est:bonum est.unde causa bonitatis unaqueq; res simpliciter ĩ natura sua ut oc-

clostratem aufugere posset:aliquam habet intrinsecam operationem:presertim forme que perfecte sunt. nam quamuis separate ab omni materia inueniantur in contemplando deum & machinam mundi:optime se exercere possunt. ¶Deniq; dum contingit cum adducentibus similia:occurrere potissimũ unũ: semper aduertendum est q̃ terminos ab ipsis positos declarent: iuxta cõmunem locutionem: quid important.nam dicere concedo in esse essentia:& nego in esse existentia:parum est:si modo declarare & ad propositum suum adducere quid hoc:& quid illud sit: nesciunt.& pari modo contra plurimos terminos in aliquibus particularibus facultatibus usitatos petendum est. ¶Nam uarios terminos adducere nil ad ueritatem sententie faciunt.& qui bona assequi uult:semper de plana atq; uera sententia curat: non autem de logico:metaphisico:phisico:aut theologico termino.nam si de hoc curandum esset:unusquisq; in lingua sua loquendo contra alienigenas ridere posset.unde oportet ut bona fiant: q̃ termini quibus utimur oĩbus occurrentibus clari sint.& qui ipsos declarare nequit:signũ ignorantie de ipsis:et prebet.nã termini uarii nil ad ueritatẽ sentẽtie:presertim dum longa indigent dispositione:faciunt:qm̃ termini ad libitum positi sunt:sententia uero a natura manet.

¶Quandiu dicatur corpus christi in hostia remanere. Cap.cxlvii.

¶Superius uidimus:quomodo substantia panis in corpus christi transeat:q̃uis accidentia aut species minus digne per seipsas miraculose aut in subiecto accõmodato remaneãt.Deinde uidendum erit: quonã modo corrumpantur:& quandiu corpus domini sub accidentibus tectum remaneat.Videmus enim eandem corruptionem esse in hostia aut in uino consecratis:ut in aliis speciebus ciborum.hic uero tenemus: quod corpus domini in hostia tantum existit.quandiu figuram panis ipsa hostia conseruauerit:& quãto tempore hostia sit in illa specie satis sensibus innotescit: q̃uis sub hoc passu plura argumenta inueniant: ut de rarefactionis & congelationis duricie.Tandem uidendum est:an sit adeo liquefacta aut rarefacta: quod nullum habeat saporem hostie:nequidem odorem:& sic de aliis qualitatibus:sicut ante consecrationem:ita ut quod nequeat in illud quod prius erat redire: & in tali passu uidetur iam non esse illic corpus domini.Sed quando fuisset uinum aut congelata accidentia in calice: tali modo quod uinum posset in liquidum redire:quemadmodum & prius erat:adhuc tenẽdum est ibi esse corpus domini.quocirca non possumus dicere:quod omnis cõgelatio & liquefactio absolute:sint corruptio.& sic quando species fuisset congelata aut panis in sacramento:sacerdos deberet illam congelationem liquefacere & sacramentũ assumere.Nam donec accidentia species suas obseruant:corpus christi ibi demoratur.& q̃uis hostia diuidatur & dilanietur:corpus christi illesum manet:eo quod simul cum diuinitate tanquam spiritus incorporeus in uirtute se habet.& ideo dicimus:quod sit totus in hostia:& totus in calice: aut ubi pars ibi totus.attamen non totaliter:sed quod in qualibet parte tantam habet uirtutem: quantam & in omnibus. & q̃uis corpus christi eodem tempore i pluribus locis maneat:semper indiuisum existit.ueluti anima nostra in humano corpore:quia tanquã pũctum se habet:& equaliter cuncta membra animat.

¶Quomodo secundum naturam de accidentibus que in hostia remanent:generari possunt uermiculi aut alia animalia pauci ualoris. Cap.cxlviii.

¶Diximus quomodo hostia consecrata erat similis in corruptione substantialibus speciebus:quia nõ solum eam corrumpi uidemus:uerum in aliam quoq; speciem conuerti:ut in animalibus imperfectis aut in terra.& hic nimium difficile uidetur:quod accidentia possint substantiam producere.At uero in particulari aut per alias uias respiciendo:nõ uidetur adeo alienum uel difficile.Quoniam illa hostia aliquid est: & intelligitur hostia illa que in similitudine panis remanet:& insuper est unita atq; coniuncta elementis & cursibus naturalibus.& sicut materie elementorum naturaliter corrumpuntur & possunt uermiculos generare:& aer elemẽtatus potest in hostiam ingredi:ut in pluribus aliis locis agit.& simul cum ipsa aut eius materia uermiculos uel alia animalia generari:& sicut illa materia aut quantitas ad putrefactionem declinat:similiter & aer elementatus cum illo unitus putrescit:& isto modo faciliter possunt hostia & aer simul alias species generare.Nam species quoq; in sacramentis remanentes habent in se colorem & saporem:& sic de aliis qualitatibus gustui ac uisui delectationem causantibus: cum quibus non possunt loco cibi educare:& in simili modo ibi possunt uermiculi generari:maxime: quod ista accidentia naturalibus cursibus & diuine prouidentie sunt coniuncta:& per se aliquam propriam naturam habent.

¶Quo pacto uideatur quod ponendo hostiam in loco turpi & inhonesto: aut ubi aliqua bruta aĩalia ipsam possent aut uellent comedere:corpus domini ab accidẽtib9 separat. Cap.cxlviiii.

¶Non solum corpus domini desinit manere in hostia: quum primum ipsa corrumpitur:Verum etiam tenendum est: quod si in aliquo loco fetido poneretur: qui minime ad sacramentum spectaret: corpus Christi non remaneret in hostia siue accidentibus. necdum aliqua fera animalia a casu hostiam come-

dissent. ¶ Quod manifeste patet in ordinatiōe sacramenti in quo christus inquit accipite & comedite. & deinde subiūxit:hoc est corpus meū quod ꝑ uobis tradet:hoc facite in meā cōmemorationē.qui etiā discipulis dixit:hic est calix & sanguis noui testamēti:qui pro uobis effundetur.in quo palā ostendit:quod dat corpus & sanguinem suum hominibus.& non brutis animalibus:& sic precepit nobis ut suo nomine acciperemus.Animalia uero sensualia & ratione carentia:hoc facere nequeunt.ex quo manifestatur:quod corpus christi assumere nullo modo possunt:& iccirco non est in hostia:si cōtingeret :quod bruta eam consecratam comederent.Quoniā hominibus dūtaxat corpus domini elargitur:eo quod pro animarum salute corpus christi assumimus:quāuis etiam corpora munda esse debeāt:sed precipue oportet:quod anime munde sint:nāq aliter in maximum peccatum dilabimur & caro & sanguis domini manēt in corporibus hominum:quousq species hostie & uini dissoluantur:& dissolutis accidentibus corpus domini abit.Non enim dicimus quod substantia:que primo erat in pane & postmodum in corpore christi in corporā hominum transferatur:nisi quod animas nostras uegetat:& dispositionem prebet ad perueniendum in beatam uitam : & deinde discedit : licet in meliorem dispositionem q̄ prius:post cōmunionem remaneamus:& quia corpus domini dūtaxat in corpus humanum ad dādum anime salutem ingreditur:non decet:quod a brutis comedatur.Ibi enim nulla est dispositio animarum pro salute:quāuis dominicum corpus assumerent.

¶ Quomodo dicat corpus christi eē ī multis hostiis ī uno solo instanti. Cap.cl.

¶ Asserimus quod corpus christi in uno & eodem instanti sit in diuersis hostiis:quod uidetur ordini cōmunis nature repugnare. Videlicet:quod unum corpus eodē instanti in diuersis locis sit indiuisum:non quod hoc nature diuine repugnet:sed de corporibus loquendo:dicimus:non conuenire nature : quod unum corpus sit ī diuersis locis. Vbi enim aer unum particulare circūdat aut aliquid superficiei dicimus illius corporis finem. Verumtamen si corpus magnum est magnam distātiam pro loco suo accipiet:sed tunc non erunt plura loca:nisi unus.Si enim unum corpus totam mundi machinam contineret : unus quoq locus eius tantummodo esset:Hic autem de corpore paruo respectiue ad plurima loca pertractamus:& quod in locis diuisis sit:& non per uias inter locum & locum:& ista est penes naturalem ordinem difficultas. ¶ Christus uero quum super naturam sit:ubicūq manere uult:manet:ut deinde uidebim9. At uero natura etiam repugnare uidetur:quod duo corpora sint simul in eodem loco : & tamen uidemus solem per uitrum transire medium illuminando:absq quod uitreriam diuidat:& radii illi qui cum uitreria sunt uniti:non habent aliam superficiem nisi uitream tantum : & tamen radii solares non sunt uitrum sed semper res per se atq unite. ¶ De christo etiam tenemus ꝙ natus sit de utero marie uirginis nullam diuisionem faciens per locum in corpore unde exiuit. ¶ Et in euāgelio dicitur intrauit christus ianuis clausis & erat in medio apostolorum:& hoc intelligitur:sine aliqua corruptione in corporibus facta:per que transibat atq alia his similia peragebat. In quibus demonstratur:nullum impedimentum corporibus dedisse:nec ab eis recepisse:quāuis per corpora spissa transiret . & etiam naturaliter de rebus subtilibus:licet corporee sint:nulli dubium est quod simul manere queant:ueluti experientia comprobatur.ut in speculo.Plures enim possumus unum speculum respicere : & omnes figure nostre in illo speculo reuerberant:& una non impedit alteri:& ille pyramides seu radiationes omnino corporee uirtutes sunt.Quoniā uero deus causat qd plures figure in uno & eodē loco sine repugnātia maneāt:similiter causare pōt:qd plura corpora grossa sint ī uno & eodē loco:sine repugnātia uel alicuius īpedimēto.

¶ Cur corpus christi non habeat respectum ad loca:& quod potest esse totum in omnibus:uno & eodem instanti sine aliqua contradictione. Cap.cli.

¶ Quemadmodum exemplum posuimus:quod duo corpora possunt simul stare : etiam dicimus : quod unum corpus eodem instanti in plerisq locis existere potest:maxime : quia de corpore Christi loquendo intelligimus : quod deo omnipotenti unitum sit:& sic nulla res creata ipsam impedire potest : nisi quod omnia ei parent.Et hanc potestatem considerando asserimus:corpus Christi non esse in loco circūscriptiuo:uti aliis corporibus competit:neq esse in diffinitiuo:ut angeli:qui ita sunt in una parte:quod nō in alia:licet in uno instanti de loco ad locum moueant.& de corpore Christi habemus:quod absq quod desinat esse in celo:est presentialiter ac personaliter in sacramento:scilicet:in hostia consecrata : & hoc secundum nostras corporeas imaginationes difficillimum apparet.iccirco opus est ut ad naturam diuinam recurramus:que potest absq contradictione efficere:quod corpus christi integre per corpora continua & spissa pertrāseat:quāuis ipsa non diuidat seu aliquam passionem inferat. ¶ Et ad probandum hanc possibilitatem tenemus pro fundamento : Christum deum & hominem esse : & inquantum deus manifestatur non habere aliquem respectum ad loca.quādoquidem prope & a longe atq unum ab alio diuersum : hoc est respectu creaturarum. ¶ Deus autem non continetur sub locis:nec in eis respectū habet:loca uero sub potestate aut diuina uolūtate substētant.Et quum Christus sit deus & homo neces-

sariò patet:qualiter nõ hẽat aliquẽ respectũ ad loca.qm̃ manere põt ubiq; & eo modo quo sibi placue-rit:scilicet:in celo uel in terra atq; in diuersis hostiis:quas nos diuersas dicimus.Nã quo ad christũ ẽ una sola mãsio & unio nullũ habẽs respectũ ad distãtiã:que nobis figurat̃.& hac uia possumus animis quietẽ elargiri:dicẽdo:christũ esse deũ & hominẽ:& quod sub tali cõdictione nõ habet respectũ ad loca.Demũ unũ p̃cipue semp est animaduertẽdũ:quod licet deus nequeat aliũ deũ sibi equalẽ creare siue causare:fa cile tñ põt in una creatura tantã dignitatẽ ponere:quod oẽs alie sine repugnãtia obediãt ei . Sed quia christus inquantum homo fuit perfectior creatura q̃ deus creauerit::p cõsequẽs tenendum est:ipsum nõ habere respectum ad locorum uarietatem.Omnia enim ad libitum suum degũt.

℄De aliquibus dubitationibus:quod in uno solo instanti corpus christi indiuisum in pluribus locis stare queat:ac de ipsarum solutione. Cap.clii.

℄Quod autẽ corpus christi in pluribus locis indiuisum eodẽ instãti stare queat:aliqua exẽpla adducere possumus:& primitus in rationali aia:q̃uis indiuisibilis exẽplabimus.Quãdoq̃dẽ:ut experiẽtia constat: tota rationalis anima in tribus potentiis supposita t̃:& cũ eis cõuertit̃.uidelicet in intellectu uoluntate & memoria.& anima simul sepe intelligit:& uult atq; rememorat : & tamẽ intelligere nõ est uelle neq; uel le rememorare.Nihilominus tota aia in eodẽ instanti intelligit:uult:& rememorat:nõ totaliter hoc aut illud solum:sed taliter intelligit quod tota anima intelligit:& similiter uult:quod tota uult : & ita reme-morat quod tota rememorat:& tamen non totaliter:quod hoc sine illo detur . Nãq; ita proportionata: quod pars pro toto sufficit:eo quod unaqueq; potentia ad cõmunem totius anime utilitatem elaborat. ℄De sensitiua anima siquidem in eo modo assumendum est.quippe quod sensibus ad extra tendenti bus:sepe in eodẽ instãti uidemus:audimus:gustamus:odoramus:& palpamus:& ad intra aliquas imagi-nationes effiguramus atq; digestiua expulsiua & augmẽtatiua ĩ attinẽtibus eis icessanter elaborãt. ℄Mẽ bra enim ex quibus totum corpus hominis saltem uisibile constat:aut in quibus cõuertitur in uno & eo-dem mõmẽto plura diuersa absq; repugnãtia inuicem operantur:& cuncta hec ĩ iuuamine totius indiui dui.Si enim manus dextera mouetur:totus homo aut corpus eius mouetur. Quoniam in potestate to-tius.& patet:quia si manus abscinderetur per se tale opus operari non posset : & sic manus que quiescit in nomine totius quiescit & que mouetur pro toto mouetur.Non hoc aut illud totaliter:quod sic unum quod non aliud:sed unũquodq; istorũ pro toto supplens.Et hac uia ut hic exponimus:procedere possu mus cõtra nõnullas obiectiones:que fieri solẽt:quod corpus christi in uno & eodẽ instãti in pluribus lo-cis stare nõ posset.Quãdoquidẽ oporteret in uariis figuris manere:hic in modo rotundo & ibi quadrã gulari:quod repugnare uidet̃.Sed ut uisum est nil repugnat.qm̃ mẽbra hominis sub uariis figuris ordi-nata sunt:Et tamẽ unũquodq; mẽbrũ pro toto ipso composito in operãdo supplet:licet aliud sit in figu ra rotunda aliud triangulari aliud in plano & aliud in longo.& sic dato:quod hostie consecrate sub ua riis figuris facte sint:corpus christi sine repugnantia in iisdẽ oĩbus manere põt totũ in quacũq; hostia:& totum in omnibus:non totaliter:quod ita in una quod non in alia: sed totum in quocũq; earum:idest: pro toto supplens:ut superius exemplatũ est.Et nõ intelligas:uidelicet:quod in uariis locis manere assu-mamus secũdũ uarios respectus:utpote unã manum in aqua:aliã in igne pedes in luto:& caput in aere: unã manũ calefieri:& alterã frigefieri:aliquod aliud mẽbrum cõburi.& aliud in gaudio manere.Nam to tum corpus christi ubicũq; inueniat̃ siue in oĩbus hostiis cõsecratis : uno & eodem modo atq; respectu se habet:nil in aduersitate:sed totum in gaudio.Quoniam secundum uarios respectus : manere unũ & idẽ corpus:nõ ex hoc dicit in uariis locis manere.Nãq; hec oĩa uaria loca que nos denominamus in mo do determinãdi ip̃m corpus hominis:tãquã unus solus locus se habẽt.Quia pedes:manus:caput:& alia mẽbra nostra cõtinua se habẽt.Quapropter unũ tãtũ locũ expostulãt : licet aliquod mẽbrũ sit in aqua & aliud in aere.Sed in corpore christi aliter uidetur prima facie assumi.quia totum Rome:totum in Ihe rusalem:totum in Grecia:totum in Germania:totum in Gallia:totum in Hispania:& sic in aliis diuer-sis locis.nec quicquã in magnitudine additur:extra illud quod christus est in celo uel erat ĩ cruce. Quã obrem dicendum est:ut superius uidimus:quod ad probandum hoc:uidelicet de mansione corporis chri sti in pluribus locis:uno & eodem instanti:alii uie est inherendum.Christus enim:quia deus & homo nul lum habet respectum ad loca:& omnia loca ei parent.Vnde ita omnia loca circa ipsum se habent:sicut & unus solus paruus locus. ℄Nequidem dum de corpore Christi agimus ualet exemplari : ut a qui-busdam fieri solet:taliter opponentibus : si unum corpus in diuersis locis manere potest detur quod comburatur illud quod rome manet:Vtrum illud quod ĩ gallia manet hãc cõburationẽ sentiat.Hoc au tem exemplum in corpore Christi non tenetur . Quoniam nullibi corrumpi uel comburi potest . & sic habemus quod dum accidentia in hostia remanentia corrumpuntur : corpus Christi discedit. quan doquidem corrumpi nequit:nec in locis indignis manere uult.Ideoq; asserimus : quod non crescit nec decrescit neq; ad diuisionem locorum diuiditur : ex eo quod omnia loca ei parent:& se habent ad lo-candũ ipsum:ueluti de aqua:luto:aere:& igne ĩ locandis mẽbris nostris exẽplatũ est.quia licet uaria loca in se uideantur inquantũ quod unum corpus continuũ tantũ collocãt.Hic tanquã unus locus dũtaxat

se habet & sic corpus christi nō in diuersis locis.nā ubiq̃ totū integrū.sed plura loca que ī se uaria sint in locādo ipm corpus christi:ad unū solū locū reducunt:& tamē nō est dicedū:qd respectiue aut secūdū uarios respectus:ibi corpus christi assumať:nisi essentialiter totū in toto:& totū ī quacunq̃ hostia:nō tñ sic in una hostia qd nō sit ī oībus aliis cōsecratis hostiis.Hic quoq̃ de rationali aīa exēplum capere possumus:que tāquā punctus se habet:nec ullā ponit differentiā iter animādum corpora magna & minima & ita corpus christi ī cunctis cōsecratis hostiis agit.Quippe qd nihilo plus est ei qd plures & in uariis locis:q̃ si una sola indiuisa. ¶Deniq̃ oīa hec in ꝓbādo christum esse deum & hominē cōsistunt.Nāq̃ aliter frustra & sine ꝓposito elaboramus:quum de naturali ordine nequeat unum corpus in magnitudine qua corpus christi uisum est in terris:in tot locis & ita sepatis ut nos dicimus indiuisum manere. Vnde opus est quod uoluntas ac potestas dei super cōmuni natura occurrat ut fiat.

¶Quod mysterium altaris esset sub paucis uerbis intelligendum:quāuis pro excludendis erroribꝰ multa sint inscripta. Cap.cliii.

¶De altaris mysterio finaliter dicimus:qd iuxta naturā nostrā miraculosum est.Vnde necessario oportet uerbis christi credere atq̃ eum assequi:& uerba huius sacramenti pauca sunt:licet maxima in uirtute. & ideo similiter decet nos uirtuti adhibere fidē sine multoꝝ uerboꝝ prolixitate. ¶Christus enim in cena ante passionē suā accepit panem & dedit discipulis dicēs:Accipite ex hoc oēs:hoc est corpus meum. Quocirca si christum assequi uolumus:oportet quod sicut pro tunc erat:credamus eum:in hostia consecrata manere.Et hic nō tātum accipimus fundamentum credendi:his uerbis:imo in aliis operibus suis:ī quo manifeste ostendit in q̃buscq̃ pfectionibus creaturā excellere.Et quum adeo dignus erat uidentes ipsum cognouerunt quod deus & homo sub humana figura esset:& ideo tale suppositum siue pſona nullo modo peccare potuit:aut falsum dicere.& q̃a ipse asseruit uerum esse sacramētum altaris:tenēdum ē ita ut christus ipse ordinauit.quum uero nos christiani docti aut indocti hoc sacramentum iuxta uerba christi adoramus:nulla alia dilatione opus est ad inuestigādū:qualiter esse queat:aut quo pacto christus ī hostia maneat.Sed ad excludendos & eradicandos multorum hereticorum aut ignorantium errores:multa inscribuntur in q̃bus probať:quod deus hoc agere potuit sine eius & nature repugnātia.quia sicut deus in principio mundi statuit:quod comedendo panē aut aliquem alium cibum pars cōuerteret in carnem & uinum aut alius potus in sanguinem:itidem potuit uerba ordinare q̃bus possumus panem in corpus domini cōuertere & transubstantiare.nam secundum scripturas & rationē deus dixit aut uoluit:& oīa facta sunt.Quocirca non repugnat : quin uerba dei hostiā consecrent & panis substātiā in corpus domini conuertant:presertim quod hoc minus nature repugnat:scilicet:cōuertere panē in carnē q̃ mortuos resuscitare.& quia discipuli hoc opus & alia similia in christo prospiciebant:crediderunt eum esse filium dei uiui:& hoc est nostrum fundamentum. ¶In lege ueteri in uirtute uerborum in uariis plura miracula facta esse cōperimus:& quandoq̃ una substantia in aliam uerbis transmutabatur:sicuti Moses coram Pharaone in uirtute uerborum dei multa ac uaria miracula fecit:ut ꝓducere ranas muscas & similia de altera materia:& uirgā seu baculū in serpētem trāsmutare.& etiā magi siue aruspices Pharaonis in uerbis suis multa similia aut parum discrepātia faciebāt:& hic unā in aliā substātiā trāsmutabāt. Iccirco aliis miraculis perspectis ab antiquo & moderno factis nil prorsus est admirandum:quod sacerdos ī nomine dei per uerba possit panis substantiam:in substantiam corporis christi transubstantiare.

¶Qualiter corpus christi licet in pluribus hostiis cōsecretur:aut ab hominum multitudine assumatur:propter hoc nec crescit nec diminuitur. Cap.cliiii.

¶Fundamētū christianoꝝ ad ꝓbādū.qd p uarias cōsecratiōes corpus christi nō augeať:nec p multitudinē assumētē ipm corpꝰ minuať:ī diuisibilitate ipsiꝰ corpis christi post glorificationē cōsistit.Queadmodū eni nullū respectū ad uaria loca hēt:quū sibi oīa pareāt:neq̃dē ad diuisiōes q̃s nos ī accidētibꝰ hostie agimꝰ nec ad multiplicationē cōsecratōis:siue ad plures hostias cōsecratas.Hec eni cōsecratio illa & alia ī uirtute una sola atq̃ eadē sunt:nec ullā nouā substātiā faciūt:nisi qd substātia q̃ priꝰerat panis ī illud nc corpus christi:qd ī cruce fuit ad patiēdū ꝓ nobis trāsubstātiať:& nō ī corpus nouū uel carnē : & sic non pōt dici quod augeať:neq̃ diminuať.licet plures ipsum corpus cōsecratū assumamus illud sacramētum caro uel sanguis christi nūquā ī substātiā nostrā trāsmutať:neq̃dē ab ipso christo diuidiť.Quoniam ubi pars christi ibi totū.Nā p uirtutē:eo quod deus & homo est indiuisibilis quo ad libitū suū & licet aliquāto in nobis maneat:dum accidentia hostie dirumpuntur : ipsum corpus christi sacramentaliter non est amplius in nobis:nisi in celo uel aliis sacramentis ubi totus christus est.Quocirca absurdum erit cogitare:quod corpus christi diminuatur quāuis plerūq̃ a nobis assumatur:eo quod non diuiditur neq̃ in substantiam nostram transit. ¶Nec intelligas quod corpus christi substantia abstracta aut punctum sit: nisi substantia corporea & quanta:sed quia deus & homo in uno & eodem subiecto indiuisibilis imultiplicabilis & iminuibilis est:quum sibi omnia pareant & ipse nemini subiiciatur.

¶ Quod habita lege debemus corpus Christi absolute aut sine aliquo dubio adorare:& quid absolutum sit:& quid conditionale. Cap.clv.

¶ Circa modum adorandi corpus domini in sacramento:uidetur quod absolute & non condictionaliter adorare debemus. ¶ Absolute inquantũ est nihil de consecratione dubitare:sed respiciẽdo principium dicere possumus:quod lex sit nobis condictio aut particularis respectus:quãuis per longam cõsuetudinem uideatur nos ferme ipsam a natiuitate ducere:& sic nos dirigit ad adorandum corpus domini uidetur autẽ hanc adorationem in se absolutũ ac respectiuũ includere. Quoniam respicit legẽ & modũ in quo nobis est cõmissa:& absoluta:inquantũ nihil dubitare debemus:nec queq̃ aliũ respectũ ponere extra ecclesie metam:iam in nobis tãquã intrinsece susceptam. Nihilominus adorationem omnino absolutam esse dicimus:quando aliquam rem prius non uisam neq; auditam adoraremus:nisi quod in uidẽdo sine aliquo fundamento omnibus postpositis ipsam adoraremus:& tũc oporteret nullam de deo cognitionẽ habere:eo quod adoratio totaliter absoluta esset. Quoniã fit sub habitu quo fungimur ad obediẽdum maioribus:& sic q alicui se inclinaret arbitrãdo quod sit deus aut aliqs angelus a deo missus:tũc in hac adoratione esset cõdictio:que oritur ab habitu quẽ de cognitione dei uel de re oĩno superiori habemus: ¶ Et cõdictionale erit si uidẽdo sacramẽtũ dicemus:si tu es christus aut xp̃s ẽ in ista hostia te adoro:uel si uerba cõsecrationis dicta sunt sub condictione aut uoluntate cõsecrandi:aut si est sacerdos is: qui ea uerba profert. Et absoluta adoratio est penes hoc mysterium uisis cerimoniis quas extrinsecus uidere possumus secundum ordinationem & constitutionem ecclesie adorare Christum : in illa hostia siue calice ita ut erat in cruce aut ante passionem:absq; aliquo dubio & oppositione.

¶ Qua ratione debemus absolute & nõ cõdictionaliter corpus domini adorare. Cap.clvi.

¶ Diximus superius quod adoratio esse debet absoluta:& non condictionalis:absoluta simul cũ habitu quem de lege habemus. Deinceps tractabitur:quare nos debeamus absolute adorare & condictionaliter fugere. ¶ Christus enim in fundamento consecratiõis inquit: Hoc ẽ corpus meum accipite ipsum: & non si est corpus meum ipsum comedite aut adorare:& postquam christus absolute pronunciat:hoc ẽ corpus meũ. si uolumus adoratione potiri:necessario conuenit ut penes prolata uerba adoremus:& aliã condictionem ponendo:non solum de sacramento dubitaremus uerũ de eisdẽ uerbis maxime dicẽdo: si illic est corpus Christi:qa nullũ dubiũ est:quin sit ibi post uerborũ ꝓnũciationẽ sup hostiã:& uolentes dubitare nõ solum nõ meremur:sed nimium quoq; erramus:hic enim non expectatur ob aliquã experiẽtiam nostris sensibus palpabilẽ:inueniri aliam maiorẽ certitudinẽ:q̃ sit illa de uerbis christi : propter qd' decet ea sequamur : & siquis allegaret:quod facta nobis reuelatione de huius mysterii ueritate maiorem fidem aut fundamentum haberemus. Respondetur quod iam datus est nobis magnus numerus reuelationum:que autentice sunt:& qui primitus hoc mysterium reuelauit christus fuit:corpus suum discipulis distribuendo. Tunc enim reuelauit quod illud quod prius fuerat panis:post consecrationem fit corpus Christi . Et si Christus hoc non reuelasset : nemo istud mysterium scire potuisset. ¶ Deinceps apostoli aperuerunt hoc per uniuersum orbem terrarum:& pluribus miraculis confirmatur istud sacramentum: uerum esse. Si autem uoluissemus aliam uiam reuelationis petere : sicuti per angelum:nullo pacto esset nobis adeo certa nec secura q̃ uia a nobis iam habita . Ita enim apparere potest angelus malus sicut bonus : & etiam angelus sub alio corpore fantasmatico comparere debet. Quia non possumus angelũ uisu corporali uidere ipso manẽte ĩ sua ꝓpria forma aut natura:nisi esset sub corporalib9 accidẽtibus. unde nobis adeo difficilis erit talis uisio:uti ẽ de corpe xp̃i ĩ sacramẽto pariterq; ad credẽdũ qd q nobis reuelat sit angelus:reuelationib9 aut expientiis ĩdigem9. licet qd existente aliquo ĩfidele aut nouo ĩ lege: oprteret sibi huiusmodi mysteriũ simul cum aliis ꝓceptis declarare. quia aliter q̃uis consecratam hostiam uideret nesciret quid in illa adoraret ut licite possit dicere: Si tu es deus aut in te est Christus te adoro: sicuti & nos diceremus alicui angelo dubitantes quod malignus sit:si non haberemus aliquam aliam confirmationem aut reuelationem ipsum esse bonum aliter nobis aliquantulo licitum esset dubitare non de consecratione:quo ad ipsam:Sed quod forte uerba non fuerint dicta aut omnia uti decet pronunciata: aut si inueniremus aliquem dicentem missam celebrando in aliquo inhonesto loco aut tempore incongruo:tunc presumere possemus quod nõ haberet sacros ordines. aut quod fuisset mulier in habitu hominis:cui secundum ecclesie ordinationem non est licitum neq; permissum de consecrando corpore Christi:& similiter quo ad non pronunciandum uerba:etiam quãdoq; presumi potest de aliquo publicano sacerdote:qui notus esset qd pexime uiuat: Et maxime quando rumor esset:quod ritum iudaicũ uel aliquorum hereticorũ obseruaret. & in tali passu melius esset hunc hominẽ effugere : & ab alio missam audire. quando autem de necessitate deberemus missam audire:& nullum alium sacerdotem inueniremus:decet melioribus inherere:aut potius ad bonum q̃ ad malum tendere. ¶ Attamẽ cõsiderãdo quod sit in pa-

tria christianorum:postq̄ permittunt ipsum missam celebrare: debet esse sacerdos:& quando non fuisset ob aliā rationē:nisi ad sui muneris & officii decus:decet tenere:quod recte officiū administret:quēad modū & alii ministri agere solēt.licet in aliis rebus incorrepte ac dissolute uixerit.& si semp nobis aliqd dubium occurreret:debemus idem sacramētū adorare secūdū ordinationē fidē & cōsuetudinē catholice romane ecclesie:cui credere debemus & fidē adhibere.Nam plerūq; & quasi semper in ea sacerdotes cōsecrant:presertim.quia uidemus actus seu cerimonias in qbus extrinsece cognoscere possumus:& cū hoc inobidiēdia legis credere:quāuis hostia consecrata non fuisset malo ministro iputaretur:& non illi qui hostiam aut sacramentū adorat:eo quod idipsum in christi obedientiā agit:& circa ecclesie ritum: que iubet sacerdotem consecrare:& cūctis precipit adorare.& quum perfectam fidem teneamus christū adorando:quāuis ipsum esse in hostia excogitemus:& sacerdos non consecrauerit:defraudari nō possumus. Iam enim pro fundamento tenemus:quod nō adoramus hostiam inquantum erat panis:neq; colorem quem in illa prospicimus:sed Christum adoramus:qui est sub illo colore & rotunditate:quam uidemus:& similiter habemus presuppositum:quod quotiescūq; hostia non erit consecrata : non adoramus ipsam:sed christum:qui quum deus & homo sit:ubiq; uirtutem suam extendit.

¶Quod materialia sacramenta altaris debent esse de eisdem materialibus:que erant dum Christus consecrauit. Cap.clvii.

¶Materialia sacramenta altaris:debent esse eiusdem speciei panis & uini:quibus Christus consecrauit: dum ea apostolis dedit.Panis enim triticeus & uinum de uuis confectum : & ita nunc de eadem materia aut specie accipiendum est.Et in hoc animaduertēdum erit:quod panis & uinum boni sunt:& quod frumentum habeat aliqua grana alterius seminis:tanquam per naturam producta:& uinum aliquam aque aut alterius rei mixtionem:que dum fit uinum a casu misceri solent.propter hoc uirtutem eorum minime deperdunt ad conficiendum sacramentum:si autem alia grana in frumento cum determinata uolūtate poneremus:& simul cōmisceremus quasdam artificiales aquas in uino:tunc esset contra ordinē sacramenti.Nos enim respicere debemus ordinationem:quam Christus dedit.& simili modo in baptismo quelibet aqua naturaliter producta sine artificio ad conficiendum sacramentum ualet:quāuis cum aliis corporibus natura ipsa misceat:& itidem oportet:quod materialia ad consecrandū corpus domini eiusdem speciei sint cuius erant materialia:quibus Christus consecrauit.

¶Exordium de confessione.

¶In confessionis aut penitentie sacramento pleraq; occurrunt.ipsum enim tanquā iudex est & nostrorum operum curatio:licet post baptismum & confirmationem ac minoris mysterii sit:q̄ altaris sacramētum.Cōfessio aūt & penitentia plura cōprehēdunt.Si eni i aliis sacramētis aberramus nō administrādo uti debemus:omnimodo ueniam cōfessione & penitentia cōsequimur . At uero nequaquā sufficiens est hoc sacramentum ad dandā per se gloriam:sed signum est ad aliud.quoniam sacerdos non est Christus nisi locum tenens Christi: Vnde in christi nomine nos absoluit & non per se nec uerba cōfessionis sunt uerba Christi formalia:nisi significatiua pro adimplēdis ecclesie preceptis.Nam solum eucharistie sacramentum est formale per se:ad dandam gloriam & non per alterius significationem.& cuncta alia sacramenta sunt ad aliud significatiua:uidelicet:ad ipsum christum:& in baptismo & confessione:inquātum attinet ad habendum hec precepta cum iudeis & mahuris conformes sumus:tamē diuersimode sentimus sed loco sacramenti altaris ipsi nullum habent:licet sacrificent.Quinimmo eorum sacrificia tanquā oblationes sunt:quemadmodum & nostra oblatio qua utimur:& quāuis oblationes benedictiones habeāt aut in nomine dei sint sacrificate:semper erunt ad aliud significatiue:& non conuertuntur in deo in Mose nec mahumeto.Sed de sacramento altaris christianorum dicimus : quod substantia que primo erat in pane pronunciatis uerbis:in corpus Christi conuertitur.iccirco in sacrificando ab infidelibus alio modo intelligimus.

¶Quod in confessione differentes sumus cum aliis aliarum legum:& quod unusquisq; sue cōformatur inquantum potest. Cap.clviii.

¶In cōfessione sumus a iudeis & mahuris differētes: Verūtamē unusquisq; legi sue cōformatur:& qa hebrei & mahuri dicūt:se tenere legē a deo illatā medio aliquo⁊ hominū:uidet eis soli deo esse cōfitendū. sed qa habemus & credimus christū deū & hominē:q nobis legē prebuit tāquā ex seipso:decens est quod homini cōfiteamur christi psonā representāti: ¶Et in hoc sacramēto cōfessionis aut penitentie uidet: quod oēs naturalē regulā ad bene esse inter creaturas positā obseruamus. ¶Quia penes cōe prouerbiū & experiētiā nullū malū ipunitū & nullū bonū irremuneratū:quod manifeste natura & accidēte demonstrat.unde uidemus quod si aliquē cibū comedimus nociuū:aut supflue māducam9 & bibim9:nobis

est infirmitatis causa.Quapropter penitentiam patimur. ¶Et similiter si in aliquo errore uersamur: quãuis quantum possumus a punitione effugiamus:semper nobis natura ipsa aliquod infert detrimentum. ¶Quod si tantopere obstinati sumus:quod in nostra conscientia minime respiciamus : saltem uereamur ac defatigamur : credentes : quod alii aduersus nos malum pro malo iuxta meritum nostrum reddant:& sic penitentiam agimus & apud ordinationes gentium eãdem uiam reperimus.quia statutũ est ut puniant:qui male uiuunt:cõtra seipsos & alios & naturali rõne:ordinatiõe & hominũ moralitate infallibilẽ penitẽtiã uidemus erga illos q male faciũt:& pmiũ bene uiuẽtibus resultat.Sed qa tenẽtes leges sumus in cõfessione differẽtes:uidebit:quatenus cõfessio esse debeat aut cui cõfitendũ sit.Vnde circa naturalẽ ordinẽ dicimus nullũ infirmũ esse sufficiẽtẽ ad curãdũ suã infirmitatẽ: aut saltẽ id sibi minime pmitti:ex cõmuni ordinatione:nec inter hominũ differẽtias cuiquã cõcedit i ppria causa iudicare . Sed quod sub alterius determinatiõe.Quocirca uidet qd natura & recta cõsuetudine:debemus causas nr̃as aliorũ iudicio applicare:& penitẽtiis parere.Et qa solũ christiani i penitẽtiis hãc regulã obseruamus asserẽdũ ẽ i lege christi laudabiliorem esse penitentiam:aut confessionẽ peccatorum:q in legibus mahurorum & hebreorum.

¶Quomodo cognoscere possumus cui confiteri debeamus:& etiam de sceleribus curam iudicandi dimittere. Cap.clviiii.

¶Qualis esse debeat penitẽtia & cõfessio:& cui cõfiteri debeam9 facillime dignosci poterit.presertim si memoriter cõplectimur:quo pacto apud seculares iudices de rõne nos hẽre debeamus . Ipsi enim rectũ iudiciũ uel sententiã dare tenent.Sed primo oportet:quod nos uerũ ac manifestũ enarremus : quatenus actũ sit & similiter decet ad hoc qd integrã absolutionẽ cõsequamur:qd iudicis snia adimpleat : & pari modo si infirmi sumus necesse est qd medico inquãtũ possumus infirmitatis cõdictionẽ explicemus:& deinceps medicinis aut iussui medici pareamus donec a nobis ifirmitates penitus eradicent . Medici quoq nobis pcipiunt postmodũ obseruare:ne in similes casus ruamus admonẽdo:qd si denuo in egrotatione decidimus:breui tpe moriemur:& iudices gẽtiũ etiã plerũq in principio malefactorib9 parcũt:sed quũ uidẽt eos ad malũ pcliues:quotidie iubẽt ut laqueo suspẽdant:uel quauis alia morte trucident.& ad prebendas has sentẽtias:opus est ut iudex circa leges sit peritus:& medicus in medicinis & naturalibus cursibus expertus:nec aliter de animarũ nostrarũ curatoribus intelliget. ¶Quũ enĩ inter christũ & alios homines ad audiẽdas causas animarũ nostrarũ dicati sint:periti atq honestissimi esse deberẽt.Nos uero eis tãquã infirmi seu malefactores parere debemus:assidue uerũ enarrãdo ueluti i pcessu explicabitur.

¶Quomodo christiani deo omnipotenti medio sacerdotis confiteamur. Cap.clx.

¶Ad cõfessionẽ deueniẽdo dicimus:qd queadmodũ superius pbatũ fuit:sacramẽtũ uel cõfessionis ordinatio:penes naturã & cõsuetudinẽ hominũ:est admodũ cõmendabile pcipue:qd circa ueteris & noue legis auctoritatẽ tenemur penitẽtiã agere.Attamẽ hic nobis alia cõtrouersia occurrit:scilicet:cui cõfiteri debeamus.Nam iudei & mahuri etiam habent confitendi preceptum:sed differentes sumus in personis:quibus debeamus peccata nostra confiteri. ¶Hebrei & mahuri inquiunt:quod soli deo sit confitendum:& nos idem dicimus:tamen medio sacerdotis.Et hic ob causam sequendi que meliora sunt:uidendum erit:quis nostrum uberiorem ac ueriorem rationem obseruet.Vnde asserimus:quod ille dicitur uere confiteri peccata:qui legẽ habet:& secũdũ diuinam uolũtatẽ colit:& que perfectior lex sit iam in superiorib9 faciẽdo cõparationẽ inter leges cõstitit.Quatenus iudei & mahuri sectas & nõ leges sequant. Verũtamẽ hic aliqd de cõfessionib9 oĩum dicemus:ut uideat sub qua illarũ maior ratio aut pfectio exhibeatur. ¶Dicimus qd optimũ sit soli deo cõfiteri:sed tamen difficile. Quum enim peccatores sumus uolentes cum deo loqui:sine aliquo instrumento aut medio illi dedicato & conuenienti:res difficillima atq aspera uidetur.& ideo deus in lege ueteri posuit sacerdotes : ut sacramenta administrarent & deo de peccatis dona offerrent.Quocirca habemus deum noluisse:quod quispiam alter preter sacerdotes diuina mysteria offerret.Quapropter necesse erat ad ministros recurrere ex parte dei positos:pariterq ad iudices accedimus:a principibus ordinatos:ut causas nostras decernant.Quamobrẽ nos sacerdotibus tanquam ministris dei utimur:maxime:quia christus deus & homo est:& nos uere affirmamus:eum esse huius mundi saluatorẽ.Et quia deus & homo nos utiq debemus homini cõfiteri: qui uicẽ eius gerat.Semp aũt mente atq animo debemus nos ad deũ dirigere:quis sacerdoti peccata nr̃a uera explanatione dicamus. Itidem secundum naturalem ordinem ostenditur : opus esse aliquo medio inter offendentẽ & offensum: atq inter primas & ultimas causas.& hoc uidemus.Quoniã natura humano generi egritudines causat: quod si sanari uolum9:nõ est opus ut natura cõsiliũ petat:nisi medice artis suffragio & sic nõ simpliciter aut immediate a deo sanitatẽ qrim9:quãuis potẽs sit ad dandũ nobis ipsam.imo plerũq qbusdã medicinis utimur:& p salute quoq deũ oramus:licet qñq ipse deus aliqs incurabiles egritudines sanet:& similiter i ultimis dierũ nostrorũ põt nos saluos facere dũmodo ei cõfiteamur:i quo qdẽ istãti sacerdos nõ ualere

ad operandum adeo uelociter nec perfecte tamen oportet quod intentio nostra sit ut confiteamur corã sacerdote:si modo eum habere poterimus:& tunc deus supplet aut parcit nobis.dum uero possumus sacerdote pro mediatore fungi:decet ipsum assumamus:quia contra diuina mandata uitam degẽdo sine medio sacerdotis:non sumus digni ad faciendam deo confessionem:neq; ad ueniam implorandam.

¶Quomodo uerecundia quam in confessione recipimus:de omissis peccatis sit potissima causa: quod ab ipsis abstineamus:& facilius ueniam nanciscamur. Cap.clxi.

¶Quoniam uero multoties plus ueremur peccata nostra confessori propalare:q̃ aliam quãcũq; penitentiam agere:& sic post tres necessarios casus:quos penitentie attribuimus:ut sunt contritio:satisfactio & uera confessio:etiam in quarto quod de perpetratis malis quanto possibilius erit nos peniteat maximum solutionis fundamentum consistit.Et quoniã he condictiones iudeis & mahuris desunt:impossibile est quod possint uerum iudicium de suis criminibus sortiri.Nam ueluti superius mẽtionem fecimus. Nullus cõmuniter loquendo:ẽ rectus iudex in causa propria.Vnde si hebreus in abscondito peccat quis distincte peccatorum grauitates iudicabit.Nam quandoq; peccare credit:& non peccat:& alias non peccare:& tamen peccat.Quomodo recte satisfaciet ubi non uult quod quisquam suos errores sciat:uerum est quod potest tedio exangi:ex eo quod peccauit:sed non ita ut christiani solent.Quoniam ex uerecũdia confitendi sacerdotibus multa patiuntur:& de peccatis nimium tristantur:& saltem pro tunc pollicẽtur nunquã se amplius peccaturos:in quo quidem instanti facillime possunt adipisci ueniam.sed mahuri & hebrei non uerecundantur deo confiteri:quum eum non uideant nec sciant an eos audire uelit:nec sensualiter deus ipsos redarguit:ex quo aperte constat:confessionem nostram nancisci maiorem perfectionem:q̃ que in hebreorum & maurorum legibus reperiatur.Sed forte incongruum esse putãt:quod nos peccata nostra sacerdoti dicamus:quum ex ipsa reuelatione possent multa inconuenientia emanare.Nos uero respondemus:quod licet in superficie uideatur:ex hoc aliquid mali euenire:quo ad ueritatẽ non nascuntur scandala:& in hoc deus miraculose operatur. ¶Quoniã raro aliqua archana confessionis taliter fuerunt aperta:quod inde scandala euenirent.Iccirco audemus confiteri amicis atq; inimicis:& extra confessionem mirandum est:quando aliquis retinet archana amicorum parentum aut aduersariorum:& in tali casu extra confessionem sacerdotes similes sunt secularibus.Quapropter in confessionum obseruatione demonstratur esse gratiam:ex qua multa uidemus bona oriri.& ideo patet:quod pleriq; se a peccatis abstinent considerando:quod sit hominibus cõfitendum:quotiescũq; peccauerint:aut saltem semel in anno.Attamen in cõfessione nostra uerũ iudicium capimus de illo : quod facturi sumus. Quoniam in tali casu curas nostras uicario dei dimittimus:& ipse tanq̃ mediator nobis penitẽtiam prebet:ueluti deus in eum inspirat:aut penes sanum iudicium:quod ipse comprehendere potest.

¶Quonam pacto confessio iudeorum potius diuulgata erat corã populo q̃ nostra:& q; deus minime mutatur prebendo bonas & meliores leges hominibus. Cap.clxii.

¶Iuxta modum confitendi:quidam confessionem in lege ueteri tributam cõmendant:ita quod iudei soli deo & non alicui homini in loco suo confiteri uidebantur:& in scandalorum solutione uidetur quod quanto secretius tanto melius. ¶Sed contra hos taliter dicimus.Hebrei iuxta qualitatem peccati templo uictimam ad sacrificandum offerebant.Ideoq; totus populus noticiam habebat de qualitate peccandi uictimas offerentium:taliter : quod nostra potius q̃ iudeorum secreta confessio : quia unico dũtaxat homini loco dei posito confitemur. ¶Preterea omnes res distincte digniores:q̃ implicate. Et christiani eo modo quo errorem cõmittimus distincte confitemur:iudei autem implicato aut sine distinctione: & tãdẽ in ea lege oportebat:sacerdotẽ aliquã hẽre cognitionẽ de quocũq; peccato particulariter assumpto ut posset penes peccati cõditionẽ deũ ꝓ peccatore exorare.Iccirco christianoꝝ cõfessio nõ ẽ penit9 nouiter adinuenta:Sed sup ueteri pfecte apta:p Christi precepta & unionẽ humanitatis cum diuinitate. Nam hec est causa quod sacerdotes nostri maiorem habeant auctoritatem soluẽdi & ligandi:q̃ sacerdotes legis ueteris habuerint.Et tamen licet significent Christum:qui deus & homo est uicem gerendo: homines tantum & non dii sunt.quare oportet quod confessiones nostre in cordibus & linguis sint.Nam deus omnia secreta nouit : sacerdos uero non.Et quia de peccatis sunt nos soluturi : aut deum oraturi: quod nos soluat:decet:quod penes peccatorum qualitates nos iudicent:licet ĩ manibus sacerdotis sit ad prebendum penitentiam iuxta libitum ipsius.Sed penitere nos oportet circa proprietates aut qualitates peccatorum:& hoc displicitum:est intrinseca & prĩcipalis penitentia.Cõmuniter etiam dum possumus: penitentie ad extra secundum peccata extrinsecus cõmissa:faciende sunt.

¶Quomodo confessio natura & lege sit commissa: & quod iudei in lege ueteri per figuram peccata sacerdotib9 cõfitebanť:Christiani uero p uerbũ:& quod ĩ aliis ptibus cõfitendi cõuenimus:& iudei nunc nõ cõfitenť:neqdem mauri:ꝓpter qd ad inferos proculdubio cõdemnanť. Cap.clxiii.

¶ Quia nonnulli minime aduertentes quid dicant: ferme de confessione solent quandoq; irridere: ad legem seu naturalem ordinem occurrendum est: quo facilius ignorantium errores detegantur. ¶ Natura siquidem nobis insitum est errorem patrantibus: quod ueniam deum: principes: sacerdotes: atq; alios quos iniuria affecimus petituri sumus. & hoc quãuis nullam legem particularem diuinam haberemus: naturali impositione faciundum esse cognoscimus. ¶ Vlterius secundum legem & morales consuetudines: ueluti apud omnes probos antiquos patet: tametsi perfecta lege caruerint: templa edificanda sunt: & ponendi in eis sacerdotes: qui medium sint inter deum & alios homines: & mediatores: nil aliud significant: q̃ obiicientes quodcũq; scandalum: quod inter unum & alium oriri solet: & quod semper beniuolẽtia remaneat pertractantes. Quamobrem sacerdotes ad delenda peccata nostra: siue ad orãdum deum quod ab erroribus soluamur electi sunt proinde quod assidue in oratione coram deo maneant: quo nobis aliqua elargiatur munera. Sub quibus uero regulis necesse est: quod sacerdotes de operibus nostris particularim aliquam cognitionem eliciant: & quia per ipsos non possunt aliena corda scrutari: oportet quod nos secreta nostra sacerdotibus aperiamus. ¶ Et sic in lege scripture erat edictum: quod peccatores sacerdotibus se ostenderent: munera penes peccati qualitatem offerendo: & sub hoc precepto. ¶ Ait Christus cuidam leproso postquã lepra ipsum mũdauit. uade & ostende te sacerdoti: & offer munus quod precepit Moses. Quoniã autẽ non solũ in lege ueteri deo confiteri oportebat: & munus offerre: uerũetiã quod sacerdoti se ostendisset: ut dicendo: ego sum qui peccaui & de peccatorũ qualitate penes uictimã quã offero tu diiudicare potes. Quibus tãdẽ omnibus cõgregatis & discretis. palam inuenimus: qualiter etiã in lege scripture peccatores in maxima erubescentia corã sacerdotibus erãt. quoniam uti nos agimus eorũ peccata aperiebant: quãq̃ aliquo ordine de modo cõfitẽdi mutato: quia iudei primitus deo cõfitebant: deinde ostẽdebãt se sacerdotibus. & munera offerebant. de confessione in primis soli deo: & de ostẽdẽdo nos sacerdotibus christiani & iudei cõuenimus: sed in aperiẽdo peccata nostra sacerdotibus differẽtes sumus. Iudei enim p figuras siue signũ cõfitebant: aut eorũ peccata aperiebãt: hoc est p uictimã diuersam iuxta qualitatẽ peccati. Nos autẽ uerbo palã sacerdotibus cõfitemur: si aliqua istarũ cõfessionũ melior: nostra siquidẽ erit: quia clarior: quippe quod assidue res que bone sunt quãto clariores tanto meliores: & quia cõfessio est natura & diuina lege cõmissa: proculdubio bona. per uictimarum uero oblationẽ aperiẽdo sacerdotibus peccata: in declaratione nil aliud est q̃ si peccata nostra scriberemus: & in manu sacerdotis poneremus. ¶ Attamen hic admodum de perditiõe iudeorum: haud secus q̃ de proximis dolendũ est. Ipsi enim minime confitentur: & probatur: quia illud quod imperfectum aut partibus sibi conuenientibus deficit. nequaq̃ perfectum esse dicimus. Gratia exempli principium in domo fundamentum seu partes est: & tamen facto muro: si tecto caret non dicimus esse domum: pariterq; ostensio & oblatio sacerdotibus in lege ueteri: dũ peccabãt: pars cõfessionis erat: nũc aũt ablata ostensione & oblatione seu sacrificio: uana iudeorum confessio: quum non sacrificent eo quod extra terram promissionis inueniuntur. quãquam hoc ad excusationem assumant: sed minime ualet: quandoquidem suorum peccatorum causa: & non dei: exules sunt. Et sic: dum in hoc passu eos compellimus: dicũt: quod cõfessio eius bona: sed tamen quod a peccatis non soluuntur: quum solutio consistat in sacrificio: & oratione per sacerdotem habitis ante aram. Quumq; ipsi confiteantur a peccatis solui non posse. ¶ Quid nã uerius pueruio qd inqt: hoc tanq̃ aia iudei ẽ dpditũ. si uero hãc pditionẽ licet aliud nõ eẽt iudei aspicerẽt: oẽs a pfidia declinarẽt & ad Christi legẽ capessendã accederẽt: quũ saltẽ qsq; cognoscat: Christũ cũ Messia i lege ueteri pmisso: maximã habuisse similitudinẽ. nos eni in primis dũ peccamus: i secreto soli deo precordiis supplices confitemur. deinceps ostendentes nos sacerdotibus ante omnia dicimus: confiteor deo omnipotenti: postremo sacerdoti tanquam uicario dei peccata nostra aperimus: ut deum pro nobis oret: & iuxta auctoritatem a deo illatam nos a peccatis imunes reddat. ¶ Mauri siquidem inter alia precepta haud parum in hoc suas stultitias propalant: in quo facillime cognoscere possumus: mahumeti & sequatium imperspicatiam. Quecũq; enim in secta sua mahumetus ponit: super moysis & Christi legibus fundari presumit. Verũtamen in precepto confessionis nec cum iudeis: nequidem cum christianis conueniunt: quia nec uerbo nec sacrificio peccata sacerdotibus propalant. Quapropter eorum confessio dũtaxat muro & non deo neq; sacerdotibus fit: ideoq; qualis murus: talis mauris solutio.

¶ Quid sit peccatũ & quo pacto infirmitati assimiletur. Cap. clxiiii.

¶ Superius similitudinẽ adduximus: de litigiis & ĩfirmitatib9 atq; curationib9 ad eas ptinẽtib9. deinceps ferme eodẽ modo de peccatis dicem9: & qd peccatũ sit i primo libro agẽdo de cõceptiõe atq; in secũdo tractãdo q peccatum nõ sit pure nihil diffuse declaratum fuit. Nihilominus in hoc loco asserimus: peccatum aut culpam: quam nos perpetramus: non esse aliquam substantiam: sed aliqualiter qualitatem. & hoc modo intelligimus: quod sicut aliquis transgreditur. & non obseruat imperatorias leges: pene fit obnoxius: & hec obligatio prebet locum: quod iudex contra errantem procedere possit: atq; ideo angelus malignus in tali casu circa peccatores locum possidet: in quo eos punire queat: & in bonis deus locum habet dandi eis gratiam. ¶ Preterea malefactores non habent dispositionem transeundi per

domos principum nec per alia honesta loca:& talem indispositionem aut priuationem possumus infirmitatē appellare:eo quod ille dicitur infirmus qui nō pōt:quo uult pficisci:uel nequit flecte ac distincte mēbra sua exercere.Et simili modo de peccato itelligimus.q eni peccat legi diuine cōtrariat:& ob hanc trāsgressionē homo ad penā a deo statutā obligat:& pena semp est obligatiōi cōformis.Nā sicut pp̄ter magnū excessum mēbrorū corp9 ad mortē trudit:ex eo qd medicine nequeūt tāto malo obsistere:similiter de grauibus peccatis cōtra aīam non possumus ueniam adipisci: aut perdifficile erit eam acquiri: & de minimis erroribus facile absoluimur. Tamen oportet quod sapienter operemur.Quoniam ad curandas uel expellendas corporum egritudines sagaciter cum syrupis & aliis blanditiis infirmitates mollificamus:ut per medicinam expellantur.paritérq; aduersus peccata:que ī infirmitate uersantur:plura atq; honesta media accipienda sunt:ne dominus dedignetur:inquiens.tu absq; medio aut priusq̄ paulatim me applicasses:gratiam habere uoluisti.uade igitur in terminum peiorem:q̄ prius eras:& hoc palam uisum est in principibus.Si enim quispiam errans coram eis uadit:absq; quod prius existentes circa reges obsecret:malum super malo consequitur.

¶Quod peccata in spiritum sanctum uidentur esse ingratitudinem beneficiorum a deo assumptorum:& desperationem de solutione uel premio. Cap.clxv.

¶In religione nostra tenemus:quod de cunctis peccatis ueniam adinuenire possumus:si modo in spiritum sanctum non peccaremus.tamen ad inueniēdum que sint hec peccata in spiritum sanctum: satis difficile uidet:Quū similiter lex nobis oīum peccatorū remissionē pmittat: dūmodo cū debita cōfessiōe & satisfactiōe nos ipsa fecisse pēiteat.Et insup tenemus:qd donec uitali aura potimur:ī deo expectare debemus: ac semp orare & subseruire:qd si peccatū ī spiritū sanctū nō parcit:frustra & sine pposito dicit:qd deus nos ad penitentiam expectet : & quod bonum usq; ad mortem in spe consequendi gloriam agere debeamus.& de hoc non solum promissionem habemus:uidelicet:quod quotiescunq; uolumus nos diligenter disponere:ueniam adinuenire possumus.Sed etiam sub pena maledictionis tenemur ab omnipotenti deo assidue bonum prestolari.quia aliter tanquam desperati ad inferos damnaremur:& in hoc ultimo termino seu minis:propalatur:Qualia peccata in spiritum sanctum sint:& consequenter irremissibilia.unde dicemus quod peccatum ī spiritum sanctum nil aliud est: q̄ ingratitudo & desperatio.& quia donum dei spiritus sanctus est. dicitur:dum ingrati sumus:nos in spiritū sanctum peccare:hoc est: quod nullam gratiā deo de illatis beneficiis referimus:neq; ueniam expectamus.& talis error circa omnes principes atq; intellectuales odiosus est:& precipitabilis:& super omnibus malis desperatio datur: eo magis: quod de uirtute uocabuli desperatum cōmuniter in ultimatione dierum assumitur . unde manifestatur: quod qui in desperatione moritur:nullam potest habere remissionem.nam penitus ac praue contra bonitatem seu donum dei processit:tenens:deum non posse omnia bona agere ut peccata eicere: & perpetuam gloriam prebere.& sic dicimus:quod ingratitudo & desperatio ab omni potentia & confessione homines separant:& cōsequenter imparcibiles reddunt:quia donum spiritus sancti negligunt: sine quo nullum bonum operamur neq; attingimus.

¶Quatenus nemo euadere potest:Quin de peccatis in hoc mundo:uel in alio:aut utrobiq; penitentiam faciat. Cap.clxvi.

¶Initio huius materie dictum fuit:quod nullum bonum quin remuneratum: & nullum malum quin punitū . In quo tamen supficialiter de hac difficultate tractauimus.Sed hic diffusius. ¶Enimuero siquis mortem propter delicta pati debet:q̄uis a iudice apprehendi nequeat:semper malefactor uadit diffugiēdo:& in tribulatione ac timore uitam degit: que quidem pena est ex suis erroribus causata . & licet per manus iudicis non moriatur:omnino ignominiosa morte peribit:& post hanc uitam maiori pena cruciabitur:q̄ si per manus iusticie atrociter obiisset.& quod de huius mundi suppliciis a quocūq; principe ordinatis in quoquomodo euadere possimus:circa diuinorum preceptorum transgressionem cogimur stricte persoluere penes diuinam uoluntatem.quū ab eius potentia nō possimus in terram:aerem:mare: celum:aut abyssum:effugere.Quoniam ipse deus ubiq; est omnia comprehēdens: & ideo non possumus precauere:quod de peccatis penitentiā non faciamus:& quia sic oppressi sumus:diligentia uti debemus: utpote ad implorandam ueniam : dum tempus habemus.quoniam datus est nobis terminus ad soluendum:donec sumus in hac uita.& quo ad diuinas institutiones & hominum ordinationes qui preterierit terminos aut fines quibus soluturus est:omnino ad ultimum suppliciū aut eternas penas damnatur: siue ad tenebras:quibus non est amplius penitendi locus . Iccirco de peccatis ante mortem facienda est penitentia:& ob hanc causam deus legem statuit: in qua sacerdotes ad administrandum posuit & ad iudicandum inter humanos.

¶Quod in confessionibus nos habere debemus ; haud secus q̄ subditos erga nos esse uellemus:si modo domini essemus. Cap.clxvii.

¶Vidimus quod de malis cõmissis opus sit penitentiam agere. unde coacti sumus ad inuestigandum tutiorem & faciliorem uiam: q̄ poterimus. Quoniam autem in confessione oportet: quod nosipsi tanquã infirmi scelera nostra sacerdoti enarremus: in tali modo decet uerum dicere: ac si domini essemus & uellemus. quod subditi nobis uera proferrent: & ultra hoc uolumus: quod suorum peccatorum peniteãt: & ueniam petant: & spondeant: se nũquam amplius peccaturos. Sed in his omnibus etiam querimus: ut aliqd soluant: aut suis debitis satisfaciant: si modum soluendi habuerint. & ad hoc quod absoluantur: necesse est peccatum odio habeant: & nos diligant. Quod si tales condictiones in petenti ueniam non cognoscimus: difficile est quod parcamus. Et sicut uellemus quod alii nobiscum agant: ita & nos agere debem9 in cõfessione apud sacerdotes: & strictiori modo. ¶Deus enim omnia uidet & nullatenus eum defraudare possumus. Deniq; quid penitentia sit satis proprie dicemus: ipsam esse absolutionem quandam: de perpetratis malis & facinoribus iuxta diuina precepta.

¶De quibusdam condictionibus penitentie competentibus. Cap. clxviii.

¶Ad faciendam ueram penitentiam quattuor principalia sunt consideranda. ¶Primo quod penitẽtiam faciamus: deum inquantum possumus diligendo: & quod nos legi sue offendisse peniteat. ¶Secũdo respiciendum est quas insidias seu quid obstaculi in proximum fecerimus: ut ex odio in amorem recõciliemur. ¶Tertio asserimus: quod oportet casus nostros uidere eo quod peccando q̄plurimis contumeliis nos inficimus: quandoquidem a bonitate nostra separamur: & pene sumus obnoxii. ¶Quarto debemus penitentiam pro peccatis agere: quia peccata deformia & obscena sunt: q̄uis non interueniret inobedientia contra deum: nec iniuria aduersus proximum. Actus enim peccandi in se penitentiam expostulat. Nam dum homo peccat est prorsus a recto ordine semotus: & in societate dyaboli positus: qui dei aduersarius est.

¶Quod sponte peccatorum nostrorum uenia sit expetenda. Cap. clxix.

¶Omnes natura petimus: si alicui parcere debemus: quod implorans ueniam ultra moueatur. non ab alio coactus: imo quod per propriam suam deliberationem ad obtinẽdam remissionem deueniat. Si enĩ cognoscimus: quod hoc faciat aliqua penuria uel necessitate coactus: uix ei parcere uolumus. quoniam sicut debemus ueniam & remissionem elargiri uel gratiam gratis exhibere. ita pariter uolumus quod bono animo poscat: sine quacunq; fallacia & dolo. ¶Christus iterrogauit paralyticum dicens: uis saluus fieri & similem modum nos circa deum in confessione & penitentia obseruare debemus. quia peccando inobedientes sumus: & membrorum appetitui suggerimus: & emulamur clausis anime potentiis. Quocirca ad perficiendam penitentiam utendum est retrogrado ordine: uidelicet: in principio nos disponẽdo animi integritate & bonitate. & qd nobis nõ displiceant tormẽta: quibus mẽbra nostra affligimus. & de peccato contristemur: atq; ipsum cum terrore expellamus. Et oportet deliberatam uoluntatem habere: nunquam amplius errandi. quotidie autem membra nostra humilianda & affligenda sunt: deum super omnia adamando & legis precepta obseruando. & quod potentie anime nostre continuo sensus & appetitus opprimant: sicuti uoluntas obiurgando: in eo quod appetitum aut desiderium peccandi sensus habuerunt: & intellectus corrigit omnes potentias aut sensualitates: que malum discursum fecerunt. & hic omnes uirtutes occurrere debent: ut iusticia ad dandum unicuiq; quod suum est: Et prudentia: temperãtia & fortitudo ad obseruandam atq; moderandam penitentiam.

¶De rebus siue condictionibus ad penitentiam necessariis. Cap. clxx.

¶Hactenus diximus de rebus nobis magis intrinsecis. deinceps aliquantulo latius nonnullas partes ponemus: pro adimplenda penitentia oportunas. Quemadmodum in oratione: elemosinis: peregrinationibus: & aliis huiuscemodi operibus: & corporum asperitatibus. & ut penitentia ualida sit: cõueniens est: nos per uirtutes theologales dirigere: que sunt he uidelicet. ¶Charitas: per quam charitatiue penitentiam facimus. ¶Fides: que dat nobis credulitatem de uigore penitentie & confessionis: aut uero gratiam: ut in deum credamus: qui sit nobis gloriam daturus. Et de hoc auctoritatem christi habemus loquẽtis ad martham in morte seu resurrectiõe lazari: in quo apparet nihil deo esse difficile: & quod credendo possumus ad omnia bona deuenire. ¶Spes conformat creditum nostrum: & de illatis bonis remunerationem expectat. ¶De peccatis uero commissis nõ est nostrum iudicare: scilicet: de penitentie q̄titate: quam acturi simus. hoc enim ad sacerdotes spectat. Et quia nos in thesauro & passione Christi absoluũt: magnam aut paruam penitentiam imponere possunt: eo quod Christo nihil est difficile. & de penitentia per sacerdotes imposita: non est dubitandum: ipsi enim loco Christi sunt constituti. ¶At uero tenendum est imensam esse dei gratiam: & quod dum ipse uult facilime posset omnia peccata expellere. Tandem dicimus: quod principale remedium ad absoluendum peccata nobis apertissime penitentia ostẽdit.

quia uocabulum istud penitentia infert displicere siue penitere ppter omissa peccata. & demonstrat qualiter penitentiam facturi simus libera & spontanea uolũtate: & non coacte: & penes ethymologiam uocabuli: uidetur quod pena contra uoluntatem non pdest ad faciendam penitentiam: uel pro peccatorum absolutione: quamuis nos suscepte pene peniteat. nam de peccato penitentiam agere debemus: de pena uero letari: ex eo quod merita ieiunii elemosine & orationis non ualent: ad dissoluendum peccata; absq; quod nobis peccasse displiceat.

¶ Quomodo satisfactio debiti bonorum temporalium sit: tanq̃ extrinseca aut non adeo intrinseca: ut peccatorum obligatio. Cap. clxxi.

¶ Quedam sunt obligationes extrinsecus aut non imediate contra legem diuinam: ut pecuniale debitum. Quoniam potest esse per compactum inter ementes ac uendentes: atq; inter dominum & seruum. Quocirca in tali satisfactione non competit quod qui soluere debet contritionem habeat: immo ueram satisfactionem extrinsece. Quamobrẽ licet nos peniteat: & membra nostra flagellemus: propter hoc nõ sumus ab obligatione soluti: quum hec non sit uia. si enim possumus id quod accepimus: aut aliud simile reddere: & non facimus: non est uera satisfactio. & ideo si quãdo aliquis alium sauciat potuisset ab eo uulnera amouere & non amouet nequaquam absolui posset. Attamen quia uulnera non adimit: necesse est ut male contentus sit: & aliam penitentiam faciat. hoc autem non est de cõuenientia ad bene esse: nisi de peccatorum genere. qui uero alienum debitum de bonis temporalibus habet: necessario debet de similibus bonis persoluere: Sed deficientibus sibi temporalibus bonis: tenetur ad intrinsecam penitentiam ieiunando: & dando elemosinam: atq; orando pro illo cui debet. & similiter tenetur eãdem penitentiam agere: qui alienam pecuniam occupat extra terminum aut uolũtatẽ illius: qui sit eam recepturus. ¶ Et hic quidam dicunt magnam difficultatẽ uersari super hoc casu pecuniarii debiti: presupponendo: ecclesiam nolle alicui debitori parcere si prius aliena bona non restituerit: & quod facillime de aliis peccatis uenia concedatur sed quo ad ueritatem aliter est tenendum. nam de intrinseco peccato: oportet intrinsece dolere: & iustam penitentiam agere inquantũ possumus. Quod si eiusmodi sollertia non utimur nequaquã poterimus intrinsecum peccatum delere: & oportuno tempore soluendo obligationem pecuniarum aut temporalium bonorum. non est necessaria contritio seu confessio & penitentia. Si uero extra terminum detinentur: etiam minus stricta penitentia est habenda q̃ de intrinseco peccato. ¶ Vlterius de rebus intrinsecis manifeste scimus: aut scire possumus: quantum soluturi simus. & in satisfactione aliorum peccatorum nescimus ita de facili: quando satisfactio sit equalis: aut potens ad expellendos errores. igitur intrinseca peccata sunt penitus grauiora. Et qui aliter sentit uidetur quod plus amet diuitias: q̃ anime salutem. qui enim ueritatem diligit nullum laborem recipit in exhibendis pecuniis: quas iuxta rationem alicui debet. Quod si non est sibi facultas restituendi simili modo: facile erit absolutionem consequi. Dico autem respectiue ad alia peccata: & q̃uis pecunias haberet: si deerit tempus ad soluendum cum sola satisfaciẽdi determinatione: simul cum mera contritione liberabitur. At uero peximum est aliena retinere: maxime qui contra possidentis uoluntatem occupat. Sed ĩ hoc modo intrinsecum peccatum ualde scandalosum est: ex principio usq; ad finem. licet q; si auctoritatem Christi aspiceremus dicentẽ: facite uobis amicos de mãmona iniquitatis: non uideref maxima obligatio de omnibus alienis assumptis: & in bonum expensis. qm̃ in exemplo per Christum posito: cõmendat seruus: qui dimittit bona domini debitoribus: dicẽdo: facite uobis amicos de mãmona iniquitatis: Et si magna esset obligatio de alienis superabundãtiis pauperibus subuenire: nunq̃ Christus hoc exemplum nobis tradidisset.

¶ De diuersis satisfactionibus secundum uarios modos restituendi. Cap. clxxii.

¶ Aliena siquidem diuersimode tenere possumus. & sic grauius aut leuius debemus: penes condictionẽ qua fuerint a nobis habita. nam quandoq; aliquid nobis mutuo datur: & quandoq; per conuentionem emendi aut uendẽdi alienum tenemus. & interdum seruitute: preda: aut furto: Et res alienas dicimus: que sunt alterius. Quia sicut Ioannes a petro est separatus. ita quoq; unusq̃sq; illorũ habet acquisita bona: & propria ad uite conseruationẽ. ¶ Licet aliqui dixerint honestum esse: quod in cõmuni cuncta bona temporalia haberemus. & hoc solum intelligi potest: bona in cõmuni accipiendo secũdum quod natura producuntur. Nam celi & elementa: multa animalia: arbores & herbas in cõmuni ad sustentationem & usum hominum producunt. Sed natura non producit omnia cum illa dispositione: qua nos eisdem utimur. ex quo uidetur elaborandum esse ad res in tali esse deducendas: ut ad propositum nostrum sint.
¶ Vnde qui magis laborat maius premium meretur. Natura enim non producit uestes frumentum & plerosq; alios cibos: ut nos ipsis fungimur. Multa quoq; animalia habemus: que nostram administrationem expetunt. & quoniam tales diuitie particularem diligentiam postulant: uidetur: quod illorum esse debent: qui particulariter de eis curam habent. & quando hominibus equalis cura inesset in fatigando: & natura quoq; equales in dispositionibus fatigandi existerẽt: decens esset diuitias in cõmuni habere: & nõ

mulieres nec filios. Quia naturaliter pater diligit & instruit filiū: & filii similiter patres amant atq; eis obediunt. ¶ Et quando in cōmuni uiueremus: nequaquam eiusmodi beneficio fungeremur. ¶ Preterea quum natura nos dissimiles produxit: constat ad recipiēdum premium quosdam esse aliis aptiores: & per consuetudinem quoq; inter homines magna est discrepantia. Quidam enim uolunt in rebus honestis inuigilare: & alii quiescere cupiunt: uel iuxta carnalē appetitū degere. ob quā quidem dissimilitudinē unusquisq; debet res ꝓprio sudore ad suam substentationē adipisci: & etiā ad prebendum eas cuicūq; uoluerit. Attamen diuites tenētur pauperibus elemosinas prebere. quoniā potentes ac proceres accipiunt id: quod natura pro oībus in cōmuni producit: & per hoc naturale fundamētum: diuites & qui in sanitate degunt obligantur: ad aliquid faciundum pro illis: qui non possunt ire collectū bona: q̄ natura ꝑcreat. presertim quod secreta dei maxima sunt: & ita diuersimode homines ei inseruiūt. iccirco non sunt despiciendi pauperes. Nam fortasse deus nobis sanas dispositiones dedit: ut dum possumus: de pauperibus curam habeamus. ¶ Rursus extat ꝓceptum inquiens. In sudore uultus tui uesceris pane tuo oībus dieb9 uite tue: usq; quo in terram reuerteris. Quapropter manifeste ostēditur: quod de sudore & laboribus nostris: & non alienis uiuere debemus. Pleraq; alia natura producit absq; hominū concursu: & de istis unusquisq; licentiā habet accipiēdi necessaria: ut faciebant hebrei de manna & coturnicibus in deserto. Deus enim mandabat eis in cōmuni: Tamen id uidetur duntaxat pro hebreis fuisse: & quod alii non poterant accipere illos cibos sine hebreorū aut dei licentia. Et similis mos siue cōsuetudo inter populos uersatur. Vnusquisq; enim per conueniētiam suos terminos ab aliis diuisos habet: & quēadmodū quisq; terminū suum administrat: eum q̄tum potest bonificādo: si alienigena terminū illum acciperet: aut destrueret: peccatum perpetraret. quis uiator possit pro suo usu sine obligatione: quicquid sibi pro tunc est necessariū assumere: q̄q̄ iuxta leges imperatorū si ille talis in illo termino accipitur: possunt aliquam punitionē imponere: licet parum accipiat. Et si foras extra fines exit nihil poscere queunt: & quo ad ueritatem licet fugiat aut non fugiat: si detrimentum in quantitate affert: penitentie est obnoxius.

¶ Quatenus conscientiam agere debeamus: de rebus repertis quas alii proprio sudore acquisierint. Cap. clxxiii.

¶ In rebus a casu repertis quas alii perdiderint: multocies errores incidunt. nam sicut res perditas inuenire honestum esse uidetur: ita postmodū nolunt se demonstrare graues esse cōscientia: adeo quod multi paruipendunt rerum fortuito repertorū restitutionē: licet ueram habeāt noticiam: quod alii eas ꝓprio labore acquisierint: & de illo quod alienum est quisq; ad restitutionē obligatur: precipue ueram noticiā habendo: de illo qui perdiderit. & bona per naturā producta sunt primi inuentoris. Sed penes principū & populorū ordinationes: quisq; uult id: quod in terminis suis fuerit repertum. ¶ Multocies fluuii accipiunt res in una prouincia: & in aliam transferunt: & si quisquam ob suam diligentiā potest illa bona piscando: aut intra aquam inuestigando adipisci: non uidetur secūdum alias leges quod ad restitutionē teneatur. Et si inimici diuitias nostras depredātur: & postquam ī potestate eorum habent aliquis amicus ipsas recuperat: non possumus eum cōstringere ad restituendum. Sed quo ad rectam conscientiam aliter est tenendum. Nam qui eas inuenit aut recuperat: minime inuenisset: nisi quod nos ad illas diuitias accumulandas defatigati sumus. iccirco debet saltem primum possessorem participē agere: & in simili modo qui bona sua recuperat tenetur aliqd inuentori exhibere: & quando inueniuntur res in illo loco in quo potuissent ab hero inueniri: tunc repertor magis est obnoxius: quoniam uidetur aliquo modo tanquā a possidēte bona illa fuisse accepta. Si enim ī illo loco nullus accepisset: a domino suo fuissent adinuēta. Et qui res antiquas repperit iam per multos annos perditas seu absconditas: licet non inueniat quis ꝑam ammiserit: omnino repertor debet pro anima domini aliquid boni agere.

¶ Quod tenemur ad restitutionem de rebus acquisitis in quocunq; ludo. Cap. clxxiiii.

¶ In ludis cōmuniter q̄plures deceptiones intercidunt: & non solum in ludendo & accipiendo bona alterius: Verumetiam in confessionibus & restitutionibus pleriq; decipiunt. & ita de cōfessionbus quēadmodum de penitentibus asserimus. De pecuniis enim ludo acquisitis: dicunt: quod non tenemur ad restitutionem: que opinio difficilis est ad substentandum: quis asserant nos non debere in aliquibus ludis: qbus nimium elaboramus quicquā restituere: ueluti in ludendo pila. quoniam tunc membra nostra defatigamus: & quod ibi non sit tanta deceptio: quanta in aliis ludis. he uero defensiones aut argumēta paucam aut fere nullam efficaciam habent: eo quod in quibusq; concurrentiis potest aliquid fraudis intercidere: quēadmodū inter ludentes pila uidemus: qui se parum scire dissimulant: ut proximū decipere ualeant. & in hoc modo obligant ad cōfessionē: restitutionē: & penitētiā: ꝓpter fraudē erga ꝓximū. Sed dimittam9 pro nūc de fraude: & de fatigatione ludi referamus. Vnde asserimus: qđ fatigatio mea in tali casu nil tibi prodest: nisi q̄ ꝫ duplex dannū adduco: primū tēporis iacturā faciēdo: Secūdū uero qđ interdū tuā pecuniā capio: nec equalem ualorē prebeo tibi. Nā si unus aliquo tēpore ꝑ decem aureis alicui seruit: necesse

est serui[il]lidû cum illis decem aureis equiparari: & si equû precio emimus tantû ꝑ ipso exhibere debemus: quanti equus ualeat:& in ludis nullum bonum elargimur:nisi quod malum pro malo reddimus:& patet. quoniam si duo hoies simul ludunt:nec uadunt ad querendû bona: quicqd habent extemplo ãmittent. ieccirco ludus pessimus est.maxime:quod omnes ludentes côtra ꝑceptû dei tendunt: quû oîa precepta in amore dei & ꝑximi côsistât.& cum ꝑximo tales esse debemus:quales uellemus quod ipsi erga nos essent. Et qui ludit nô obseruat ꝑceptû:quia côtra ꝑximû uadit:nec erit recta excusatio inferêdo: quod lusores inter se concordes sint:ieccirco ꝑpter suas côuentiones & pacta sine restitutionis obligatione remanêt. Nos uero dicimus hoc stare posse secundum humanas & non diuinas leges:& confessio & penitentia nostra debent diuina & nô humana ꝑcepta respicere. Quoniã imperatoꝶ leges côcedunt: quod mulieres in loco publico maneant:& qđ hoies ad eas possint absq; punitione accedere:itidem locum ꝑbent:quod homo crapulari possit de rebus suis: quantû uoluerit & cunctis têporibus i mulierê suã accedere quo ad libitum:& in aliis quoq; pluribus inordinationib9 leges imperatoꝶ non iubent puniri. Sed deus qui pater optimus est:oîa bona cômendat:& quicqd malum est ꝑhibet:& hic nô respicit an defatigemur eundo ad publicas mulieres uel ne:nisi quod non debeamus ire:pariterq; de ludo dicendum erit. Nam sicut adiuuare & consulere deberemus ꝑximo:ipsum admodû diligêdo:ecôuerso agimus. Quapropter si côfessor sapiens est oês lusores redarguet:& penitentiã ac restitutionê imponet:eo qđ palam côtra ꝑcepta dei ꝑcedût. Deus enî nô excusat nos de peccato:quãquã de nostro & mulierû alienarû côsensu ad ipsas ꝑficiscamur.& sic si duo hoies de côsensu ludunt:eo quod preceptis dei impugnât: grauissime peccant.

¶ In lege autem non habemus distinctum ꝑceptû: iubens ne ludere debeamus:uel ꝙ honestû acquisitû sit:id quod in lucro acquiritur. Verumtamen qꝛ preter ꝑceptum de amare deû secundû atq; maximum preceptû est:ut ꝑximû sicut nosipsos amemus:& nollemus ꝙ alius ꝑ uiam lusionis bona nr̃a subtrahat: nec debemus uelle ea que proximi sunt: ꝑ ludum subtrahere. ¶ Nônulli iudei siquidem solent dicere: secundû legem scripture non esse obligatos restitutioni:de illo quod in ludo acquisiuerint:allegando in hoc secundû legem ambulare:eo ꝙ si alter lusor occurrens ad ludum mecum ponit ad ꝑdendum decem aureos:totidem ego pono:& lex scripture oculum pro oculo iubet eruere: manum pro manu:& pedem pro pede scindere:& cum hoc qui mala contra ꝑximû ꝑmittebant: soluti erant: ut si unus abscindebat manum alteri:ꝑ preceptum legis ei etiã alteram manum amputabant. simili modo in ludo. si ego pono decem aureos:& tu decem:quia equales ad ꝑdendum & lucrandum nos ponimus: absq; iniuria alicuius nr̃um ludimus:& sine aliqua alia obligatione solutionis remanemus. ¶ Attamen quia tale ꝑsuppositû falsum:nos in eodem precepto legis exemplabimus. qm̃ nil a dispositione doctorum christianorû differt hoc ꝑceptum. nam secundum dispositiones quas christiani habemus:si ego lucror de tuo in ludo decem aureos:ad restitutionê teneor non tibi ut bona fiant: nisi presuli:ut in subuentione pauperum hii aurei expendãtur.& si tu uincis de meo totidem aureos:similiter parimodo fieri debet:ut a male uiuendo abstineamur.& ꝙ hoc secundum legem talionis fit:facile uideri potest. quoniam si ferdinandus amputat manum martino:& princeps agit postmodum abscindere alteram manum ferdinando:ambo perdiderunt. nullus enim de hoc lucrum habet: nam manus abscisa ferdinando non reuertitur in utilitatem martini.

¶ Talis datur pena presumendo ambos de consensu in rixis esse:unde causa ut omnes homines rixas fugiant:iste & ille rixantes puniuntur. quocirca non possunt iudei saluare: nequidem alii homines cum lege iubenti:oculum ꝑ oculo & manum pro manu soluere:quû hoc prorsus contra lusores agat.

¶ Quod ad rectam penitentiam faciendam:ad philosophiam & theologiam est occurrendum: & non ad leges ab imperatoribus sancitas. Cap.clxxv.

¶ Si uoluerimus de peccatis nostris recte confiteri:non decet leges gentilium aut imperatorum assequi: ad cognoscêdum quidnam illud sit quod accipere & possidere debeamus. Quoniam in tali casu ad theologiam & philosophiam occurrendum erit que nobis ostendunt ac probant quo pacto a nobis bene & beate uiuendum sit. ¶ Videmus quod quando duo principes sunt in seditione & discordia:ciuiles leges necubi côstringunt:quod domino suo quicquid depredatum fuerit restituatur: & quo ad ueritatem idem est peccatum pro tunc depopulari:quod & pacis tempore furari. quia erit aliquis pauper ciuis seu agricola honeste domi sue uiuens:qui de quacûq; discordia est male côtentus:& accidit:quod sit captus: & in quibusq; bonis suis aut ualore redemptus ac si infidelis esset: & bellum illud solo odio iter dominos & principes sine ratione interuenit. Ex quo fit leges ciuiles non habere sufficientem bonitatem. eo quod non côstringunt oês:qui alienum in quocunq; têpore accipiunt. Verûtamen excusatio hic aliquanto colloratur. qm̃ iam manifestû est ꝑlium iter has ꝑtes:atq; idem incômodû qđ unus facit ab altero expectat. Sed hoc argumentû non ualet. quia unusquisq; inferens proximo detrimentum grauiter peccat:licet ab ipso prius iacturam susceperit. presertim si heret illa:super prauitatem fundantur.

¶ De confessione amantium iuxta carnales concupiscentias. Cap.clxxvi.

¶Inter ementes & uendentes actus uenereos plurima peccata occurrunt: q̄ diuersimode sunt difficilia. Qui uero mulieres emunt uel soluere presumunt ad abutendum ipsis i actu uenereo: nimis peccata cōparant: atq; aliis peccandi causam prebent. & quia nullus peccatum cōmittere debet: q̄uis simplici modo sit: multo minus emere debemus. Quocirca in tali loco minus scādalum esset bona nostra proiicere in profundū maris: q̄ ipsa dissolutis mulieribus impendere. & de tempore & bonis que male preterimus: rationem omnimodo redditurī sumus. Quoniam ad bonum & non ad malum in hunc mundum uenimus: & deus omnipotens nobis sanitatem corporum & diuitias tradidit: quibus nosmetipsos & alios honeste uel sine peccato substentare possimus. ¶De contritione inter alios peccatores amantes simili uia parum habere solent: quia semper aut in maiori parte credunt se ad illud idem peccatum quod prius cōmiserant redituros. Et circa satisfactionem imaginādo quod de nostris possumus quicquid uolumus: nequaquam integram confessionem agimus. Sed quia de iure non possumus nosmetipsos occidere: quia dei & non nostri sumus. minime possumus diuitiis abuti. ¶Mulieres q̄ uendunt deterius ac turpius se habēt: eo quod in continuo latrocinio degunt: per earum meretriculā uiuendi artem. Quamobrē oēs sue habitationes: cibi: indumēta: & alia huiuscemodi totaliter in peccato fundant. Et si asserunt: qđ etiā ipse aliqd in satisfactionē hoībus prebent: de illo qđ recipiunt: quidnā hoc erit nisi malum ꝓ malo. & q̄uis suas personas ꝓbeant: quū pexime sint: semp peximū impendent. Nā qui nihil boni hēt: per cōsequēs nec ipsum dare potest. ꝓsertim quod homines per cōmunē errorem: similiter mulieribus suas ꝑsonas offerūt. Tandem mulieres que lupanarie uiuunt: ultra qđ quecunq; possident aliena sunt: quia depredata: in plerisq; aliis peccatis incidunt: ut i superbia. quoniam uideri uolunt multo magis q̄ ualent. In auaricia: quum bona aliena quotidie assumere uelint. In gula: eo qđ hodie cum uno & cras cum alio uadunt deplumando. De earum uero luxuria oībus innotescit: & sic ꝑ plures errores decurrunt. tum enī uerbis: tum & aliis opibus: semp deceptionib9 inuigilant: & hec oīa confiteri cum recta contritione & satisfactione difficillimū erit: tñ ꝓbare debent: qa si uolunt a qbusq; intrīsecis & extrīsecis q̄ habēt denudari: deus ipsas exaudiet.

¶Qualiter infideles ad legem christianam uenientes in etate integra: uidetur qđ cōfiteri debeant de aliquibus olim patratis erroribus. Cap. clxxvii.

¶Penes cōmunem determinationē infideles: qui ad christianā legem accedunt: nulla indigent cōfessione: pro omissis malis dum in eorū secta manebant. Quēadmodum enim baptismi cōdictio est dimittere purificatum illum qui baptizatur: uidet: qđ sine aliqua alia cōdictione sit suis erroribus exemptus. Hic tamen aliquid scrupuli occurrere uidet. Nā qcūq; peccat est sub diuina potestate: & q̄uis de lege in legem transeat: nō ꝓpter hoc ex una in aliam iurisdictionē: uidelicet: ex uno i alium dominū: imo semp est sub uno & eodem domino creatore celi & terre. Et qui sub secta opinabili degit: minime peccata sua depurgare potest. ¶Dicendo quod tales ad legem nostrā accedentes non indigent cōfessione: q̄uis integre etatis sint: pro fundamēto accipiunt: baptismū esse primū sacramētum christianis cōpetens. Et si primū: nō debemus aliud sacramētum anteponere: & hoc rationabile uidetur: quia primo baptismus fuit principaliter ordinatus: pro dilutione seu mundificatione originalis peccati: qđ est prima obligatio hoībus imposita: in quo dicendum est: qđ principio debemus ꝓ delendo primo peccato cum baptismo subuenire. Sed licet talis ordo sit pro aliquo incōuenienti aut necessitate: uidet qđ possit aliud ꝓceptum interuenire. primum ut si quisq̄ se ad suscipiēdum baptismum disponeret: & in illo tēpore periret deficientibus necessariis ad suscipiendum baptismū: uidetur oīno: quod si potest cōfessioni obligat: & q̄uis baptismus sit oībus in cōmuni edictus: ꝓ puulis potissime factus est. qui aliud peccatū extra originale nō habēt: nequidē intellectum ad confitendū. Quocirca in principio ipsos oportet baptismū recipere. qui uero in integra etate accedunt: tanquā a casu ueniunt: & nō cōmuni uia. & quia a casu necessario aliquas cōdictiones expetunt quas paruuli nequaquā postulant: eo qđ dum homo in adulta etate manet: & uult baptizari: saltē oportet: qđ prius credat in legem & de malis tristetur: & itidem de tarditate in qua tantā moram contraxit ad legē recipiendā. Vnde non aliter q̄ christianus condolere debet christo: misericordiā imprecādo. ex quo apparet: qđ suo uicario deberet aliquid de erroribus notificare: ut certior de absolutione fiat. qa saltē appet: qđ homo esset obligatus ad faciēdā cōfessionē ex illo tēpore quo induratus extitit ad ueniendū in legē gratie: postq̄ eam audiuit aut uero ex hora qua statuit: donec sacramētū susceperit. Quoniā i illo spacio tēporis est: tanquā christianus aut incipiens legē assequi. ¶De hoc quoq; exēplū habemus: qđ ꝑspicimus apud oēs illos qui in alia lege per aliquod tēpus uixerunt: & denuo ad legē gratie se cōtulerūt: qui nō solum inter se uerūetiā corā multis semetipsos redarguunt: qđ tanto tēpore steterint ad ueniendū in legem gratie: in quo uidet qđ natura aliq̄ cōfessionē poscunt: q̄uis dicere possemus: eos mentalem cōfessionē agere. que fortassis nō est sufficiēs ꝓ cōfessione apud ecclesiam ordiata: & sic uidet ad maiorē cautelā: qđ homo debet corā uicario Christi se accusare. ¶Et qđ in quoquomō uenientes ad legē nostrā: q iā integre etatis sunt: in principio cōfiteri debeant: frequentatū exēplū assumimus. hebreus enī ad christianorꝫ baptismū accedens canonica lex seu cōsuetudo iubet ut de cūctis male acqsitis denudet: quod si bona illius paterna sunt: aut si in usura & per rectam uiam uendicata: non oportet qđ tali bono

denudetur. Super qua quidem ordinatione uidemus illos qui primitus hebrei erāt elemosinā explorātes: dicēdo: quū ad christianā legem uenimus oīa prius acquisita dimisim9. & hic aut coram populo uel clam cōfitent ad legem Christi uenientes. Quoniā nostre legis edicto decet bona indebite acquisita deserere: qd absq; publica uel secreta confessione in lege nostra nō fit. Attamē quicquid ab ecclesia tenet est ꝓcul dubio obseruandum. Nihilominus euangelicā auctoritatē habemus in qua de necessaria cōfessione cum baptismo aut: sine baptismo fundari possumus. Nam Christus ait: qui baptizatus fuerit & crediderit saluus erit: qui aūt nō crediderit condemnabit. & hic tantū dicit qui nō crediderit cōdemnabit: nō autē qui nō baptizatus fuerit. unde habemus ꝙ sine baptismo in aliquo casu saluari possumus: dum ī adulta etate sumus: sine creditu uero nō. & credere nō possumus: si christianā legē non cōfitemur atq; errores nostri seu preterite cecitatis nos peniteat: & hoc saltem aliqliter cōfessio est. & si ex hoc non oportet catacuminū ad uicariū dei accedere ut ei cōfiteat eo ꝙ in alia lege prius steterat: quū hoc publicū sit atq; corā oīb9 cōfiteat: de aliis occultis peccatis oportet ꝙ ante aut post baptismū cōfiteat. Nā si bona in senerationib9 acqsita obtinere nō pōt: per habilitatē baptismi minime poterit alia actualia peccata: ex quo decet ꝙ ueluti de bonis male acqsitis penitentiā agit: dum ad christianā legē uenit: similiter de aliis errorib9 faciat. Tādem de publicis errorib9 sufficere uidet: ꝙ uniuersaliter ad ecclesiam confiteat: ueniā petat: aut fidē. Sed de occultis peccatis oīno post baptismū uidet esse cōfitendū. qm̄ tunc oīo christiani sumus: quū iam baptismū assumpserim9. & particularis cōfessio sacerdoti facta tantūmodo christianoꝝ est. Verūtū de oībus peccatis actualib9 in qcunq; lege cōmissis cōfitendū est: quia baptismus ordinatus ad delendū originale peccatum: nō autem ad actualia: licet ꝙ actualia delere non possumus si in primis contra carentiam originalem non habilitamur.

❡Quod de quocunq; peccato confiteri debemus. Cap. clxxviii.

❡In cōfessione de quacunq; criminis qlitate decet mentionē facere: ne peccatū mortale corroboret: & augmentent uenialia. Sed qd potius dissoluant. & cū recta cōfessione sacerdos de quolibet horribili peccato nos a penis inferorū liberat: & ad purgatoriū remittit: Et multa habere possumus remedia: & prerogatiuas exeundi ab illo loco donec uixerimus. & itidem elemosine ꝓ defunctorū animabus facte conferunt ad exeundū extra purgatoriū. Et quia cōfessio tot beneficia confert: cōpetit de cunctis peccatis confiteri. nanq; aliter mortalia ualde horribilia fierent: & uenialia siquidem mortalia: si modo ipsa paruipenderemus. quis ad expellendū uenialia uniuersalis confessio sufficiat. ❡Et si perfecte omnino confiteri uolumus: decet quod semp ante oculos teneamus pro peccati scelere in quoquomō totū illud quod nollemus: quēpiam aduersus nos agere.

❡Confessio de falsis cogitationibus: & obscenis uerbis: aliisq; similibus scādalis. Cap. clxxix.

❡De falsis cogitationib9: & inhonestis uerbis: cōfessio & penitentia est facienda. ut quādo unus deliberato animo ꝓximū suū cōmendat sathane. & si iracūdia hoc factum fuerit duo peccata simul perpetrāt. Malum est enim irasci: & deterius creaturā dei hosti humani generis cōmendare. quia non tātum in tali passu ultimam alterius ꝑditionē exoptamus: uerumetiā uolumus res alienas cui non competunt elargiri. Omnes eni creature de naturali iure sunt dei & non alterius: Et dyabolus hostis dei est. Quocirca maximum errorem esse dicimus cōmittere ei illud: quod deo attinet. Quocirca pexima est excogitatio & uerba absona. Et quia alios nō debemus iniuriis lacessere: multominus nosmetipsos: eo qd plus nobis q̄ aliis tenemur. Iccirco omnes antiqui sapientes cognouerūt: qd nullus debet seipsum occidere: nec aliquam iniuriam facere. quū nō ꝓprie simus nostri: sed dei. Et quia ipse nos in hunc mūdum misit: & uitā dedit: decet secundum naturā: qd ipse deus uitam nostrā subripiat: & nos quo uoluerit deducat. Quod si nosmetipsos occidimus: illud deuastamus. quod a nobis factū nō fuit. Et quia alienum opus dilaniamus: magnū atq; nefandū scelus ꝑpetramus. ex hoc tēperādi sunt cibi potus: & alia scādala: q̄ uitā nostrā abbreuiare siue dirumpere possent. & quādo in aliquod simile incōueniēs cadimus penitentiā agere oportet: licet nō uocemus desperatos illos: qui seipsos ꝓpter epulas & luxurias occidūt: quis sine maximo animarū suarū onere minime euadant. qui autē ꝓpriis manibus semetipsos interimunt: potius peccant. eo qd precise mortē suā respiciunt: & ab omni gratia dei sunt destituti: qui qdem homicide ac desperati dicunt. Quapropter debemus bonū & nō malū cogitare: loqui: & agere. nāq; aliter a uoluntate dei deuiamus. si enim nos aliquod instrumentum aut edificium facimus: nolumus quod ab alio destruat: uel dissipetur. & deus taliter erga nos se habet. Vult enim ut res suas oportune obseruemus.

❡Quod peccata inter alia fedissima uidētur: ut aliqs in ꝓpriis membris polluatur: eo ꝙ tunc supponens & suppositus denominandus est. Cap. clxxx.

❡De peccatis omnino fedis semp sub paucis uerbis dicēdū est: ne in malū mens nostra protrahat. Quo

niā de natura ipsius mali in quibusq̃ operibus tam uerbo℞ q̄ cuiuslibet alterius rei fugiendū est:cōcessō tamen:qđ mala sub aliquibus signis aut quomodolibet rephendenda atq̃ abiicienda sunt. ¶Peccatum sodomie in maximā blasfemiā apud oēs hoīes tenet.In quo tñ sepe ut ab eius ppetratoribus dicit: qdam species occurrere solet:que qdem meo iudicio insufficienter ab cōfessoribus aliisq̃ hoīb9 reprehenditur. Vnde fit qđ similia mala patrantes sese corā populo idipsum cōmisisse iactent:utpote qđ ppriis manib9 rem uenereā egerint.Sed qa ioco hoc trāsire solet:quidnā sibi uelit uideam9:quod ut clarius cognoscat quoddā exēplū ponemus.Homo ab alio uulnerat9:uulneratus uocat: & uulneratus a se pariter uulneratus. ¶Nunc sic:homo ad supponēdū alte℞ i uenereo actu occurrit:Vnde patiens suppositū seu sodomita est.Supponat a se:tunc suppositor & suppositus simul.Et hic dici pōt qđ membrū genitale illius est suppositor & manus sodomita:uel manus scortū masculū & mēbrū ipsam supponens.quia nihil ad rē qđ in manu hoc fiat:q̄ si in alio turpiori loco.Pulchre enī atq̃ habiles mulieres si cū hoībus rē habent tā corrupte uocant ac si difformes essent:pariterq̃ manus hois:ita ut quodcūq̃ aliud mēbrū uel locus cōcedēs in se actum uenereum fieri:de iure scortū masculū uocat.Quocirca hoc inter quecunq̃ alia feda peccata potissimū:uidelicet:qđ se qsquā supponat.Nā queadmodū pceteris scādalis fugiendū est:qđ de nobismet ipsis homicide simus.similiter extra quoscunq̃ luxurie actus est euitandū.Et si a casu sit puniendū q̃ talia quisquā in ppriis mēbris ppetret.& de similibus nō modo de maribus maiorē dispositionē habentibus: imo & de mulierib9 qñq̃ multa mala dicūt.qđ una sup aliā ponat & polluant: tū & p alias turpes uias i qb9 actib9 parū aut nihil a prauis hoīb9 siue sodomitis differūt:qñqdē quo ad rē i eundē finē ptendūt.

¶Quo pacto cōfessores principū siue diuitum expertissimi esse debeant:ex quo peccata ipsorum diuitum plurima habent tegmina. Cap.clxxxi.

¶Ad audiendū in penitentia oēs hoīes:experti cōfessores esse debent.In cōfessionib9 uero diuitū oportet:qđ cōfessor uaria & pfunda aīaduertat.qm̄ i pauperibus quis peccatores sint minus sunt tecta peccata:q̄ in diuitib9.& in manifestiorib9 facilius est iudicare:& penitentiā iuxta cōmissā pbere.Sed in tectis erroribus magna consistit difficultas ad discernendū medicinas ipso℞:ut in oībus infirmitatibus cōprobatur.Et diuites quū i multitudine rerū demersi sint:quomodo potest cōfessor de suis operib9 facile cognoscere?Exempli gratia:diues nō ieiunauit:nō accessit ad diuinū officiū:& in penitētia similiū errorū cōfessor iubet:da pauperibus decem aureos:uel da cibum:& potū pauperib9 domū tuā uenientibus.hec autē penitētia i aliquo recta erit.Si uero diues ille centū milia aureorū de reditu habet aut maximū numerū siue copiam possidet:qsnā sudor sibi inerit quod decē aureos pauperib9 impendat: aut elemosinas domi sue cōferat de illo qđ iam fuerit p familia ordinatū:& penitentia in illo qui dolet aut maximus labor mēbrorū est consistere debet.& icciirco diuitū penitentia principalis semp fundari debet qđ noctes atq̃ dies totū populum assidue administrādo foueant: soli & associati accedant ad beneficiū oīum hoīum:& p dominiū undiq̃ speculatores habeant: eo qđ in quolibet momēto de oībus puidendis certiores fiant:& cū effectu puideant:qđ si penitentia in pecuniis admittenda est non principalius:quod ipsi dent paupibus: nisi quod ab ipsis non capiant.Quoniā maxima principū peccata nō cōstant in eo:qđ elemosinas non faciunt:nisi quod pauperū substantias assumunt. ¶Quia non prebere nullū est peccatū:si modo parū habemus:imo maximū peccatū aliena arripere:dato : quod pauperes simus.& pricipes aut qui maximos census & prouentus habent:se necessitatem pati dissimulant: sub cuius rei colore subditos & alienigenas depredant.De qua tñ necessitate uideri oportet.nā pter huius mundi triumphos maximū ciborū apparatū quotidie in suis mensis ponere non est de diuino pcepto:nec nostri legislatoris similitudine:neqdē de aliq nature necessitate.& de plurimis uestibus & sumptuosis indui quid necessitatis indicat:& domos itidem aureatas atq̃ equorū multitudinē possidere:quidnā prodest:ubi nulla prorsus utilitas.& qđ boni assidue eos in auro & argēto comedere:& reuolutos esse:uel sub quo tandē precepto id fiat? ¶Quod si diuites inquiunt:eandem illam ingressionē a maiorib9 fuisse relictam:de hoc quoq̃ est percontandū.Si enim patres uestri illam armorum impetu aut quouis alio modo extra honestum sudorem ipsa bona habuerint:ad restitutionē tenentur.Si autem patres contra ius possidebant:filii etiam acquisita indecenter retinētes grauissime peccant. ¶Et si inferunt : quod ad occurrentes necessitates mille milia ducatorū in anno oporteat de ingressione haberi:ut ad bellum substentandū.Hoc utiq̃ quale sit discernendū est. ¶Si enim iniustū principes ad restitutionē pecunie & aliorū bello accidētiū tenet.& per se nemo quidem tot tpalibus indiget.Ad dandū uero elemosinas:ut dictū est:nō accipiat aliena sub colore:qđ a maiorib9 suis sint ordinata.qm̄ de raro accidit:quod aliquis princeps:quolibet āno occurrat ad particulare beneficiū uniuscuiusq̃ subditorū suorū:sicut ad abstrahēdas pecunias uelint nolint:seu qđ subditus hēat cōmoditatē soluendi uel nō soluēdi.si extreme pauper nō fuerit:& ubi pticulare & cōtinuū beneficiū nō exhibemus:inhoneste ibi pecunias sub colore pmii assumimus.Et quū de hoc: peccatū diuitum dicamus: de multis etiā aliis itelligēdū est.Vnde cōfessor diligētissime in cōfessione & penitentia principum discernere debet. ¶Necesse est enī si cōfessio & penitētia iuuare debet:quod ad cōformitatē operum seu uerborum Christi sit.nāq̃ aliter frustra elaboramus:& sine pposito cōfitemur : atq̃ penitentiā impēdim9 &

assumimus. Tandem principes admodum sup negocia sua scrutaturi sunt: ut bene succedāt. nā ī umbra corū iterdū plura scādala fieri solent. tū a filiis: tū ab aliis alumnis in contumeliam multorum: de quibus iniuriis principes rationem reddituri sunt.

¶ De quibusdā auctoritatibus: que maximā difficultatē ī saluādis diuitib9 designāt. Cap. clxxxii.

¶ De difficultate saluādorū diuitū: p uerba christi cōprobaī. ueluti dū ad eū accessit adolescens dicens: ¶ Magister bone: qd boni faciā ut habeā uitā eternā: & christus respōdēs ait serua mādata. & post narratione q sint pcepta respōdit adolescēs: oia hec custodiui a iuuētute mea. qd adhuc mihi deest: cui Iesus: si uis pfectus esse: uade & uēde oia q̄ habes: & da pauperib9: & habebis thesaurū in celo: & ueni sequere me. cū audisset aūt adolescēs uerbū: abiit tristis. erat eni habēs multas possessiōes. ¶ Vnde christus ad discipulos suos: Amen dico uobis qa diues difficile intrabit ī regnū celorū: & iterū dico uobis facilius est camelū p foramē acus trāsire: q̄ diuitē itrare ī regnū celorū. Auditis aūt his discipuli mirabanī ualde dicentes: qs ergo poterit saluus esse: aspiciēs aūt Iesus dixit illis: apud hoies hoc īpossibile est apud deū aūt oia possibilia sunt. ¶ Sup expositione huius euāgelii multi multa dicunt: tamē cōis snia est: qd de diuitibus spiritu in bonis huius mūdi itelligatur: & nō absolute de possidētibus plura bona huius seculi: sed forsitan iuxta litterā rectius exponeret. Christus enim sup cōtristatiōe adolescētis quū noluerit huius mundi possessiones derelinquere ait. & iterū dico uobis facilius est camelū p foramē acus trāsire: q̄ diuitē intrare in regnū celorū. Et hic christus nō dicit esse īpossibile sed difficile. Verūtn̄ ī cōparatione de igressiōe cameli p foramē acus nimiū restringit hāc difficultatē. sed subdit: qd apud deū oia sunt possibilia. Vnde iuxta uerba precise itelligēdū est: quod possidētes multa huius seculi perdifficile erit: quod de regno celorū simplicē uel sufficiētē curam habeant: sine qua ingredi nullo modo possumus. tn̄ diuitibus deus gratiam impendere potest: quod aliqualiter temporalia bona administrent: & deo inseruiant. Sed iuxta naturalē discursum loquendo difficillimum atq̄ impossibile apparet: quod simul acquiramus & administremus diuitias huius mundi: & gloriam in celis uendicemus. & de hoc etiam optimam auctoritatem a mercurio trismegisto elicimus dicentem. ¶ Impossibile est hec infima mundi intelligere: & sublimia simul: quod si deum uis intelligere: prius fac te ipsum deum: & hic nihil aliud dicit. quod si de regno celorum intelligere ac frui uolumus ab his omnibus mundanis denudemur. Si uero deum cupimus intelligere in primis optimi efficiamur: & a cunctis his corruptibilibus separati. Dum autem dicit impossibile esse hec infima intelligi: & similia ista: auctoritas equalis est atq̄ strictior: q̄ quod camelus per foramē acus ingrediatur. Quoniā de igressione cameli cōmetari potest & facilius q̄ de ista: ¶ Vlterius apud antiquos & modernos manētes in lege iudaica aut christiana uel extra: quicūq̄ magnā cū deo unionē seu amicitiam ussi sunt habere: nullā prorsus aut paucam de tēporalibus curam habebant: ut in prophetis & apostolis christi expertum est. De qbusdā etiam qui gentiles erant seu extra legem Mosis & christi manentes legitur: quod ut essent in amicitia dei ppinqui: pauperes in terris uixerūt: ut de Apollonio thyaneo dicit: quod ei tāta inerat parsimonia & abstinētia in cibis & indumētis suis: & assidua in deum cōtēplatio: quod plurima alia miracula egerit. De diuitibus uero nullum extat huiuscemodi miraculū. ¶ In alio loco: dum discipuli xp̄i contenderēt qs ipsorū esset maior in regno celorū: Iesus autem uocās discipulos ad se ait: scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt potestatem exercent inter eos: nō ita erit iter uos. Sed qcūq̄ uoluerit iter uos maior fieri: sit uester minister. & q uoluerit iter uos prim9 esse: erit uester seruus. Sicut filius hois non uenit ministrari: sed ministrare: & dare animam suam redemptionem pro multis. ¶ In his uerbis Christus denotat quod principes gentium non sunt de ouibus suis: quia discipulis iubet: quod non faciant sicut principes gentium. Quoniam uolunt iubere submittere: & ut sibi quisquam inseruiat. & ipse Christus administrando in beneficium multorum uenit: & non ut ab aliis sibi administraretur. Et ista uerba contra principes similia sunt cum alio precepto iubente: quod non faciamus sicut iudei seu ueteres: qui scriptum obseruabant amandos esse amicos. & odio habēdos inimicos. ¶ Et nos non sic: nisi quod amicos & inimicos amemus: & benefaciamus. Et sicut hic discipulos suos ab hebreis segregat: similiter & in hoc euangelio: quod nunc exponimus; ipsos ab huius mundi principibus separat: quum precipiat quod non sicut ipsi faciunt exequantur: nisi quod tanquam paruuli semetipsos aliis subiiciant: & omnibus indigentibus inseruiant seu administrent. & de hoc etiam a Christo alias auctoritates habemus: quod si elatas presumptiones non dimittimus: & tanquam paruuli non efficimur: non intrabimus in regnum celorum. ut dicendo. ¶ Sinite paruulos: & nolite eos prohibere ad me uenire: talium est enim regnum celorum: Et hic non intelligitur: ex eo quod paruuli in etate seu corporibus: nisi paruuli in presumptione uel malicia aperiendo: quod si ad regnum celorum deuenire uolumus. oportet quod simplices corde tanquam paruuli efficiamur. Et quum diuites huius mundi aut in bonis corruptibilibus curiosi nullo pacto tanquam paruuli corda simplicia habere possunt: difficillimum est quod in regnum celorum ingrediantur: nisi specialissimam gratiam a deo recipiant: extra naturalem & cōmunem ordinē: & cum ista gratia creatoris: facile etiam camelus per foramen acus trāsire pōt. ¶ Et dū dicit auditis aūt his: discipuli mirabāī ualde dicētes: qs ergo poterit saluus eē

Et subdit. Tūc respōdēs Petrus: dixit ei. Ecce nos reliqmus oīa & sequuti sumus te: qd ergo erit nobis? Iesus aūt dixit illis: Amē dico uobis: qd uos q sequuti estis me: in regeneratiōe quū sederit filius hois in sede maiestatis sue: sedebitis & uos sup sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel: & oīs q reliquerit domū: uel fratres: aut sorores: aut patrē: aut matrē: aut uxorē: aut filios: aut agros ꝓpter nomē meū: cētuplū accipiet & uitā eternā possidebit. ¶ In his uerbis aut petitiōe quā discipuli fecerūt: uidet: qd aliqualiter dubitauerūt de cōi difficultate querēdi uitā eternā. & sic ut de dubio discipulorꝝ manifestaret: tūc respōdēs Petrus: dixit: Ecce nos reliqmus oīa & sequuti sumus te. & Iesus nō tm̄ aperuit de pmio ipsorꝝ discipulorū: eo qd oīa dereliquerint & christum sint sequuti: immo etiā ꝓpalauit: qualiter omnes relinquentes patrē & matrē aut alia bona ꝓpter nomē ipsius Christi: i pmiū cētuplū accipiunt: & uitā eternā possidebūt. & sic aperuit: qd in hoc loco de amātibus possessiones & corruptibilia huius mūdi solūmodo dicebat.

¶ Demū unū pcipue in dānatione diuitū: aut saltē pricipū aspiciendū est: uidelicet: ꝙ raro uel nunq̄ uolūt iniuriis parcere cōtra ꝓprias psonas cōmissis: qa nō tm̄ asperrime puniūt illos q manus ipsis iniecerunt: sed et q iacere cōsiderauerūt. Nā cā cōsuetudinis aut legū diuitū iam uidet dū cōtra aliquē magnatē machināt horrēda cōtra totā naturā cōmittere: sed cōtra pauperes hoc malū nihil ē: & tm̄ isti & illi hoīes sunt: & sub ptāte dei iudicādi nō secūdū ꝙ pauperes aut diuites: nisi penes opera q̄ fecerūt. qui ergo nō parcit minime parcit ei: oēs christiani q debitoribus nō parcūt: uel q mala cōtra ipsos cōmiserūt ꝓprio ore ad iferos iudicant: cū i oratōe dominica quotidie dicat: & dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nullus princeps dimittit debita: dū cōtra ipsos aliq scādala fiūt: seqt qd secūdū legē & naturā: nullus princeps q in simili errore cadit: pōt ueniā suorꝝ peccatorꝝ inuenire. qd secūdū legē nō parcat. In pater noster patet atq; i euāgelio ubi agit cōtra uillicū q postq̄ inuenit gratiā apud dn̄m de debito: suos debitores cōprimebat. A natura siqdē habet: uis amari: ama. Nā de iure eadē mēsura qua mēsuramus: mēsurādi sumus. & sic principes q exq̄sita tormēta querūt cōtra cōmittētes i eis scādala: pari modo de erroribus suis expectāt. qa xp̄s redēptor noster princeps principū ē: & tm̄ orauit ꝓ illis q eū morti tradebāt. & si i lege christi saluari uolumus: oportet ꝙ ipm̄ assequamur: q nō aūt i lege ipe ratorꝝ saluabit: si mō ipa talē habet ptātē. Hic aūt satis declarat auctoritas christi de difficultate saluationis diuitū: qm̄ nimiū regna huius mūdi amant: & de dimissione ipsorum ualde dolent.

¶ De qbusdā negātibus cōfessionē: q dicūt ꝙ xp̄s eā nō pceperit. Cap. clxxxiii.

¶ In christiana religiōe quosdā reperimus ꝓprio ore cōfitentes xp̄m deū & hoīem esse: cōfessionē tm̄ abnegāt dicentes: qd deus eā nō pceperit: nec cōsiderāt dictū xp̄i in euāgelio dicētis petro: quecūq; ligaueris sup terrā erit ligatus & i celis: & quecūq; solueris sup terrā erit solutus & i celis. In quo patet: qd xp̄s cōfessionē comendauerit. Nā siqs debet cuiquā bn̄dicere aut maledicere: cōuenit qd merita aut demerita recipientis pcipiat. qa queadmodū gratiā expectamus: necesse est: qd de illo ueritatē ꝓferamus ꝓ habēda solutiōe: & sm̄ grauitatē aut leuitatē peccati: oportet: penitentiā iponere: & ideo hic apte cōstat qd xp̄s auctoritatē & ptātē apostolis & discipulis reliqt. ¶ Alibi petrus xp̄m iterrogauit dicens: Dn̄e si peccauerit frater meus nūqd septies dimittā ei? cui xp̄s: non dico tibi septies: sed septuagies septies. & si alicui parcere debemus: primo sciendū est quo pacto errauerit: & quod misericordiam expetat. ¶ Sanctus Iacobus ait: confitemini alterutrum peccata uestra: & unus pro alio roget ut salui sitis. ¶ Possumus insuper dicere: quod lex scriptur iubebat nos cōfiteri sacerdotibus: q̄uis hoc ipm̄ diuersimode sit ab illo qd i nouo testamēto inuenit: nihilominus hebrei pceptū habebāt a dn̄o: qd dū peccarent corā sacerdotibus irent: & q̄dā aīalia afferrēt ad hoc qd sacerdos ipsa i sacrificiū dn̄o offerat: ut dn̄s peccatori parceret. & rursus aīalia offerebāt sm̄ peccātiū uarietatē. Verbi gratia si homo peccabat i luxuria: oblationē deportabat differentē ab illa: quā adducebat: dū i supbia peccabat. Iccirco patet: qd ēt i lege ueteri sacerdotibus peccata eorꝝ manifestabāt. & sic xp̄s hāc ordinationē obseruādo dixit: uade & offer munus tuū: & ostēdas te sacerdotibus. itaq; palā auctoritibus cōstat cōfessionē esse unū sacramentū ex ordinaris in lege.

¶ Quod palamin euangelio tractante de decem uirginibus uideri potest: stultum esse ꝙ ultimū dierum nostrorum expectemus ad bonum opus faciendum. Cap. clxxxiiii.

¶ Deniq; oēs sapiētes & honeste psone admonēt: qd priusq̄ ad horā mortis deducamur: peccatorꝝ nostrorū nos peniteat: & quotidie parati simus: ut ad deū gressus nostros dirigamus: neq; hoc tāq̄ consulto adinuētū ē: dicēdo forsasse bonū erit: semp eni corā nobis extāt exēpla i qbus doctrinā capimus: ad cognoscēdū: q̄ sint inuisibilia. ¶ De cōsuetudine hominū tenet: qd dū iudex aut princeps aliquē malefactorē capit & incarcerat: uix amplius parcit: sed anteq̄ i carceres trudat: facilius ueniā apud principē cōseqtur. simili mō iferimus: deū oīpotētē cū hominibus se habere. quia postq̄ ipsos capit & icarcerat: ultima infirmitatū aut suorū dierū cōsumatione eis rursus parcere nollet: ex eo quod non uenerunt ad penitentiā: nisi qd deus ipsos capit siue ad mortē ipellit: & exulant: quo tempore oēm libertatem ex parte sua operādi amiserūt. Quūq; bonū & malū opus nostrum i operādi libertate cōsistat: qa ad ultimā ifirmitatem

sine ad horā mortis deducit:oēm operādi libertatē pdidit. Vnde si illucusq; ī malis operib9 dies suos trā siuit maximū inest dubiū:qd a peccatis soluat.nā mors anime seu suppliciū est īferorū cōdēnatio:eo qd ibi inuito soluat qcqd erat i hoc mūdo libera uolūtate solutura. ¶De ueteri ac noua lege i uariis locis hoc quoq; pcise tenemus. In lege eni scripture legit:quū peccator uocauerit me dñe dñe:uoluā faciē meā ad pariete:& nō audiā ipm.& alibi:q nō recordat de me dum uiuit:in tpe mortis nō dabo ei gratiā: qd de seipso recordet. ¶Sed ad nouā legem deueniamus:quā plectā & potius piam esse dicimus:& qd ibi exigat sciremur. Inter alia i euāgelio recte aspiciamus parabolā de dece uirginib9:qnq; fatuis & qnq; prudentib9. Nāq; ibi palā oia de uita & morte nrā p uerba christi inueniemus.qa lāpades quas capiūt us dispositiōes sunt ad bene & male cū libertate operādū:& oleum qd secum prudētes uirgines deducunt: nil aliud est q̄ bona opera q̄ semp faciunt & obseruāt:ne erroribus destruant:& fatue nil de oleo ac nil de bonis operib9 curāt:nisi qd p delectatiōes corpoꝝ delabātes dormiunt:idest nō recordant donec sponsus ad nuptias ueniat:scilicet deus:ad uocādum nos qd ad nuptias:hoc est:ad recipiēdā delectatione glorie accedam9. Qui uero oleū nō habet:ire nō pōt:quū spōsus dimidia nocte ueiat.unde euāgeliū ingt. ¶In dimidia nocte clamor maximus factus est ad significādū:qd ueluti i dimidia nocte:si pparatā lucē nō habemus recte ambulare nō possumus:similiter hora mortis obscura est. Quapropter ante oia ppa rate habēde sunt lucerne:opera scilicet lucida:seu optima:q̄ i tenebra mortis nos illuminēt.ut cū spōso: idest christo:i gloriā igredi ualeamus. Sed hoies fatui:dum ad mortē cōuocati sunt:oleū prudētes postulant:hoc est sacerdotes:& alios probos uiros cōuocāt:dicētes:adiuuate nos:qa perimus. Lāpades nostre uidelicet uite extinguunt.date nobis de oleo uestro:idest de sanctis opibus. Quoniā uero unusqsq; nō parum sed multum agit:dum talia operat qd seipsum saluet:merito respōdent:ite potius ad uēdentes & emite uobis:hoc est:ad deū recurrite: Veniā petite.ipse eni misericordiā hēt:& uendit ipsam : uidelicet:p bona opera pbet. Sed iā appropinquāte morte nō est tēpus eundi & redeundi ad emendū oleū: idest ad bona opera acqrenda:i q̄ plura nullū aliud spacium restat: pterq̄ in eo qd dicit Domine Domine aperi nobis:hoc est miserere nostri. Deus aūt respōdet nescio uos: Videlicet uos nō estis de ouibus meis.ite ad suppliciū eternū:qa dum liberi ad opandum fuistis nō cognouistis me:nec ego nūc cognosco uos.& sic in isto euangelio & in aliis christus inquit. ¶Estote ergo parati:quia nescitis diem neq; horam. Et alibi ambulare dum lucem habetis:ne tenebre uos cōprehēdant:idest:in sanctitate operemini: anteq̄ ad horā mortis deducamini:in qua tenebre erunt:ubi recte ambulare nō poteritis:hoc est meritorium pexigere: ex eo qd iam in illo tunc libertatem āmisistis. ¶Estote semper parati in bonis operibus:hoc enim quādo uentuꝝ sit nescitis:qd forsitan cito. ¶Tandem in quocunq; instanti ad deum recurrendum est:qd forte nobis aperiet : dato:qd prius male uixissemus.qm̄ petro iubetur:ut peccatorib9 parcat quotiescunq; penitentiā exposcunt. Sed hic duntaxat uidet intelligi de uenietibus ad penitentiā: nō autē de iis qui iā ad mortem sunt deducti.hi eni nō per se aut eoꝝ libertatem:sed per alios ad tenebras deducti : atq; i eis cōprehēsi.ubi quāuis dicāt domine domine aperi nobis:minime cognoscunt:ita quod si recte hoc euāgelium contemplamur:de aduentu ad horam mortis ualde dubitandum est:absq; lampadibus bonorum operum radiatione incensis.

¶De Eodem.

¶In hoc loco:uidelicet an in ultimo trāsitu taliter penitere de erroribus cōmissis possimus:qd ueniam mereamur:multa dicēda occurrūt.& prio qa i lege scripture habet:dū peccator uocabit dñe dñe uoluā faciē ad muꝝ:& nō audiā ipm.& alibi habet et deum dixisse. ¶Qui nō recordat de me dū uiuit aut sanus est nō dabo ei gratiā ut de seipso recordet i tpe mortis.& de cōi quoq; puerbio habet pua est habēda spes de salute nostra:dum peccata dimittūt nos:eo qd amplius ipsa cōmittere nequimus. quāobrem peccata sunt relinquēda:dū i psperitate sumus. ¶Sed dimissis hic oibus auctoritatib9 : ad naturalem cursum decurramus.ut facilius explicet:quāta sit difficultas:i ultima separatiōe iter aiam & corpus posse taliter de erroribus penitere:& ueniā exposcere:qd saluemur:& eo qd difficultas clarius pateat : i primis ita dicimus:qd nulla saluatio:nulla cōdēnatio:sub rōne facta dat:nisi ubi disticta cognitio:ex illo quod operamur iterfit.unde fit qd pueri:quousq; ad tot annos nō merent:neqdē demerent.qa distīcta cognitione carēt:& ita isensati p seipsos nil mereri neq; demereri:quo ad salutem aiarū:possunt:& alii nōnulli hoies:q cā alicuius ifirmitatis aut itense fantasie:hii stulti facti sunt:secūdū determinationē legis:iuxta illud istans i quo erāt anteq̄ i stultitia caderēt iudicant. ¶Et ita i pposito nrō dicēdū ē:qm̄ oēs hoies a natura capiēdo:atq; alia aialia:dū ad ultimū trāsitū mortis ppinquamur:ab omni uera cognitiōe destituti sumus:& sine cognitiōe meritoriū.opus opari neqmus.& qd cognitionē i eo tpe nō habeamus:palā experiētia patet:cū unusqsq; nostrū aut saltē pleriq; hoies:iam sepenumero i aliqbus ifirmitatib9 ita grauati steterunt:quod nil postmodū de illo:quod in eo tunc cogitabant recordant.parū sentiunt in eo instanti:& nil determinate cognoscunt:& absq; determinata cognitione de illo quod agimus saluari nequimus:asserendū est naturaliter loquendo:nullum posse in ultimo transitu mortis ueniam consequi:si modo prius dum liberum intellectum habet recte non disponit seipsum ita:quod dum lucem habemus priusq̄ tenebre comprehendant nos:ambulandum est:& tenebre proprie dicte.dum hic uiuimus per dolores atq; anxietates circa mortē itelligunt. Cōcedimus qd p gratiā singularē:a deo illatā i quocūq; istā

ti seu ultimo qđ hanelitu:uerã cognitionẽ de deo atq; de errorib9 nostris hẽre possumus:a natura uero
nõ licet: nõnulli sufficiẽter sentiunt:atq; itelligunt fere usq; ad ultimũ trãsitũ mortis:sed non in ultimo
penitus:quãuis circa ultimũ.& qa plerıq; inueniunť hoies q̃ semp̃ q̃ sentiũt aut aliquam ostẽdũt habere
cognitionẽ ad prauã partẽ tendũt:de salute animaꝝ similiũ:nulla est habẽda spes.qm̃ unusq̃sq; est iudi-
candus secũdũ illud ultimũ istans in quo inuen.t:qñ haber ultimarã distinctã cognitionẽ. ℂVnde au
ctoritas euãgelica semp̃ obseruãda est dicẽs:estote parati:qa nescitis diẽ neq; horã.& si i quocũq; momẽ
to ad ultimũ trãsitũ mortis deducti:ad nos saluãdos ualeremus.nõ uidereť nimiũ necessariũ esse:semper
paratos ad moriẽdũ manere:sed qa ĩfirmitas extẽplo euenire põt:& nos a uera cognitiõe priuari opor
tet:semp̃ quoad habemus cognitionẽ:paratos ad bene moriẽdũ decet eẽ eo:qđ tenebre seu occupatiões
mortis in prauo statu non comprehendant nos.

ℂQuonam pacto cum amicis & inimicis seu benefactoribus & malefactoribus:de preceptis chri
sti nos habituri sumus. Cap.clxxxv.

ℂPreterea ut uisum est:semp̃ priusq; p̃cepta legis:tãquã aspera iudicemus:cõsuetudines patrũ & princi
pũ bonorũ sunt aspiciẽde.qm̃ ibi iueniemus:multa sensibus parẽtia ad similitudinẽ p̃ceptoꝝ legis:& nõ
solũ hoc iter christianos reperiť:sed etiã iter oẽs alias gẽtes.nã unusq̃sq; bonus pr̃ uult:qđ oẽs filii mu-
tuo amenť.& alter alterius benefactor sit:& docet ipsos:ut ita faciãt.tñ cũ hoc:cõcedit qđ unusq̃sq; poti
us de sanitate sua curã habeat:quam de sanitate aliorum dum in equali necessitate omnes laborant.sed
dum unus fratrum inter alios infirmatur:unusquisque per se & omnes simul de cõmissione patris teneť
ad subueniendũ fratri ĩfirmo potius quam sibiipsi ꝓ illo tunc.quoniam necessitas dispar est. ℂHic or-
do patris cũ naturali ordine cõformať.nã primũ p̃ceptũ nature circa amorem est:qđ si amari uolumus
oportet etiã alios amare:& si subueniri qđ subueniamus.nã cõtra naturalem regulã est ab aliis diu ama
ri:nõ amãdo ipsos:neqđem subueniri:si aliis nõ subuenimus.ℂEt precepta christi q̃ aliq̃bus aspera uidẽ
tur:tãtũmodo similia bona cõmendãt:q̃ a natura & optimis patrib9 & principibus etiam cõmendantur.
ℂNã quãuis lex p̃cipiat amare ꝓximũ tãquã nosipsos:nõ itelligiť absolute aut sine gradib9.cũ oĩa opa
dei ad extra acta gradus supiores & iferiores habẽt.nã iter naturas icorporeas creatas angelus sup oẽs
dignior:& descendendo p gradus:postmodũ:rationalis aĩa.inter corpora siq̃dem celũ est primũ:& dein
ceps descendendo ad elementa.& etiã iter angelos aliq̃s dignior alio:& unũ celũ si plures celi sunt:etiã
dignius altero & elementũ aliq̃đ dignius altero.ℂEt i hoc modo amor noster gradus i amãdo habet:ui
delicet:icipiendo i nobisipsis . dũ eñi necessitas equalis est & postmodum ad alios tendendo : ſm magis
& minus ꝓpinquos tãdem i pluribus q̃ cõia sunt:ueluti possessiões:cibos:& similia:equaliter socius ꝓ so-
cio debet uelle oĩa hec equalia.sed circa sanitatẽ mẽbroꝝ & p̃sertim aiarũ:posita equali necessitate unus
q̃sq; a natura:p p̃ceptũ loquendo:teneť potius sibiipsi subuenire quã alteri.aut saltẽ prio.& dũ xp̃s iubet
nos amicos & inimicos amare & bene facere eis:etiã hoc p̃ceptũ iuxta naturalẽ ordinẽ & consuetudinẽ
bonoꝝ patrũ se habet:a natura unusq̃sq; uellet:postq̃ iiuriat aliũ:ab ipso parceri.tñ naturalis rõ dictat:
qđ nos ueniã petamus.sed parceri nolumus:qm̃ dum parcituri sumus:ab ipso cui ueniã daturi sumus:ro
gari uolumus.& nõ tm̃ qđ uerba oratoria ꝓnũtiet:sed qđ ostendat abitrinseco se male cõtẽtum esse:qđ
nobis iniuriã fecisset.& cum unusq̃sq; uult:qđ alii iclineť:dum ipsi ueniã petunt:similiter ipse agere de
beret:si parceri uult.ℂEt ulterius cũ uult ab aliis parceri:dũ cũ uerbis & iclinato corde ueniã petit : si-
militer teneť parcere oĩb9 petentib9 ei ueniã:hiis cõditionib9 obseruatis. a natura tenemur amare male
factores:& bene agere eis:ut similiter alii i nobis faciãt:dũ cõtra ipsos male operati sumus. ℂSed itel
ligẽdũ est:quonã pacto inimici amãdi sunt:an bona tẽporalia eis daturi sumus:uel praue cõsuetudines
eoꝝ sunt a nobis amãde.ad qđ sub paucis rñdẽdũ est:nõ teneri ad p̃bẽdũ inimicis siue malefactorib9 bo
na tẽporalia:si fortassis similia possunt eẽ cã maioris puersitatis.sed dũ i necessitate extrema inimici labo
rarent:& sub aliqua rõne iudicare possemus:qđ ab illa necessitate liberari deinceps bonũ faciãt:liberan
di sunt.si nõ aũt dimittẽdi.nã siq̃s depredať bona nr̃a:tenemur ad corripiẽdũ ipm̃:si possumus:p uiã p̃su
lis:ut similia scãdala i aliis nõ faciat.& tãdẽ cũ hoc p salutẽ aĩe ipsi9 semp̃ oraturi sumus:eo qđ aĩa sine fi
ne duratura.sed qa corpus i paruo tp̃e soluturũ qđ hodie uel cras moriať:parũ iterest.unde de bene mo
ri tantum est negociandum : non autem de hodie uel cras. ℂEt in hoc modo ad amandum inimicos
tenemur:idest amare:qđ bñ faciãt:& boni sint:orãdo deũ:ut p̃beat eis gratiã:ut mala dimittãt:& ad uitã
honestam reuertanť. ℂNam inhonesta esset deprecatio:dum uellemus:qđ puersi homines in ea mali
tia p̃seuerãtes a deo saluenť. qm̃ de ordie naturali:nequidem diuino:nullus fugiens saluationẽ saluatur.
& qui ueniam corde humili non petit fugit habere ipsam siue ab aliis parceri. ℂEt sic dum Christus in
cruce rogat pro hiis qui ipsum in cruce posuerunt:intelligendum est: quod Christus orabat ad patrẽ:ut
daret illis gratiã ut de operibus cõtra christũ factis peniterẽt:& orabat:eo quod nesciebãt qđ agebant.
nã si certe sciuissent Christum deum & hoiem esse:& crucifixissent.nõ est dicẽdum:qđ Christus pro ipsis
oraret cũ hoc eẽt ad ponẽdũ eis alas:ut alia multa mala etiã cõmisissent:tãdẽ quomodocũq; sit semper
tenemur ad orãdũ deũ:ut p̃beat gratiã malefactoribus:ut ad rectã uiã reuertanť:ne anime eoꝝ ad infe
ros descẽdãt.sed de corporib9 nõ ita cura semp̃ est habẽda.qm̃ unusquisq; teneť orare p mortẽ ꝓpriam

corporis:antequã peccatũ mortale cõmittat:& qa ĩ nobisipsis ita tenemur.& etiã in oĩbus aliis homini
bus.& sic benefactores & malefactores amamus:& bene agimus eis. ¶ Nam pstare auxiliũ amicis : uel
inimicis ut cũ ipso malũ faciant:odisse ipsos est:nõ aũt amare.unde cõcesso:quod aliquã uellemus puni-
tionem in proximo:eo quod ad honestã uiam reuertatur:nõ ꝑpter hoc ipsum odimus:cũ p nosipsos dũ
incorrepti uiuimus:similia supplitia eã correptionis uelle debemus. ¶ Et dũ ad hãc humiliationẽ deue
nimus:in uia merendi ueniã sumus.nã cũ oĩs bonus finis cũ principio suo cõformatur:etiã tedere corde
inclinato peccauisse aliqualiter:aut inquãtũ põt:cõformatur:cũ errore facto ad casum:dum ipsum age-
re nolumus:qa tũc ab hiis q dãnum receperũt facile parcimur. ¶ Eo qđ uolũtas nostra nõ fierit:ut ma
lum in proximũ ageremus:& sic qs post errorẽ factũ nollet ipsum fecisse:aliquã habet similitudinẽ cũ er
rantibus a casu:cõtra uolũtatẽ.sub qua similitudine:etiã q iam enarrauerũt parcẽdi sunt. ¶ Et qa chri
stus similia optima iubebat:nullatenus de pceptis ipsius cõquerẽdũ est.nã appetitus uindicte absq; alia
põderatione an fieri debeat aut nõ debeat:Cõtra rõnẽ ꝓcedit:nã rõ ẽ tributa nobis ut appetitus inor
dinatos semp ad melius eẽ regulem9:& cũ uellem9:a ꝓximo subueniri:atq; ab iniuriato parceri:dũ hũili
corde ueniã petim9:& nos similiter ĩ aliis acturi sumus.nã oĩa hec naturalia bõa sunt:sed nõ ĩtelligas na
turalia ab aliq̃ absoluta natura emanata:nisi a deo oĩpotẽti ordinata.& sic:qa christus deus & hõ:etiã in
uerbis suis in euãgeliis positis:cũ hiis que in natura posuit cõformatus est.nã si aliter in pceptis iuberet
quã in optimis pceptis nature:possumus inferre:Christũ nõ esse deũ.sed qa in pceptis suis idẽ iubet no
bis:ut intrinseca & regulata natura:cõfitẽdũ est:deũ & hominẽ esse. ¶ Et aperiẽdum qua sub ratione
bonũ agẽdũ est:quoddã exẽplũ adducit.Veluti dicẽs:audistis qa dictũ ẽ ab antiqs diliges proximũ tuũ:
& odio habebis inimicũ tuũ:ego aũt dico uobis:diligite inimicos uestros:benefacite hiis q oderũt uos:
& orate p psequẽtib9 & calũniantibus uos:ut sitis filii patris uestri:q solẽ suũ oriri facit sup bonos & ma
los:& pluit sup iustos & iniustos.si enĩ diligitis eos q uos diligũt:quã mercedẽ habebitis:nõne & publicãi
hoc faciũt:& si salutaueritis fratres uestros tantũ:qđ amplius facietis:nõne & ethnici hoc faciũt:In qbus
uerbis palã docet esse differẽtiã ĩter bonos & malos:& qua de causa nõ semp ea q̃ penes corporeos appe
titus eueniunt assequi debemus:sed imo semp que rationabilia sunt.nã si in agẽdis uindictis:& in reddẽ
do bonũ ꝓ bono atq; malũ pro malo oẽs equales essemus quo pacto aliqui hoĩes boni & alii mali essent
& inferẽdo:qđ omne malũ cõtra eos:q quãdoq; nobis iniuriã egerũt:est adducẽdũ & bonũ uersus bene
factores:Respondet:qđ secũdũ hãc opinionẽ fuisse paruã differẽtiã ĩter rationales & bruta animalia.nã
de cõmuni cõsuetudine brutoꝝ amãt benefactores:malefactores odio habẽt:atq; oĩa alienigena:posito
qđ nullã iniuriã sibi egissent:que cõsuetudo in pluribus hominibus inuenit.qm̃ nõ tantũ malefactores:
sed oẽs hoĩes in aliis patriis habitãtes:fere tãquã inimicos aspiciũt:& dum possunt defatigãt eos. ¶ Sed
quale hoc opus est in hoc qđ acqrunt aspiciendũ est:qm̃ semp ignominiosum ¶ Et q amicis & inimi-
cis propinqs & longinquis subuenit:eũ optimũ uẽdicat nomẽ:eo qđ supfluis asensib9 emanatis subiicit
& rõne assequtur:agẽdo cũ ꝓximo ea q̃ uellet p seipsum:ĩ aliis inuenire:dũ ĩ necessitate laborat. ¶ Et qđ
tm̃ sit orãdũ qđ boni saluent:p uerba ipsius christi uideri põt ut circa ascẽsionẽ dicẽdo. ¶ Ego ꝓ eis ro
go nõ ꝓ mũdo:sed ꝓ hiis quos dedisti mihi:qa tui sunt. ¶ In qb9 uerbis patet:qliter nõ debemus roga-
re deũ:qđ pessimi sub ea pfidia manẽtes salui sint:sed orare:qđ de erroribus suis cõfiteant:& ad rectã uiã
reuertant:ĩ q̃ de rõne saluãdi sunt:& sic ĩ sacra scriptura legit:nõ uult deus mortẽ peccatoris : nisi ut pe
niteat & uiuat:ĩ qb9 uerbis palã ꝓbat:qualiter malefactores sine penitẽtia nõ sunt amici dei:& q nõ ami
cus dei:saluari neqt.& ita christus itelligit:dũ dicit:ego p eis rogo:nõ ꝓ mũdo:sed ꝓ hiis quos dedisti mi
hi:qa tui sunt:idest nõ rogo ꝓ hominib9 mũdanis:siue cõtra ordinẽ tuũ uenietib9:ut ĩ ea pfidia saluẽt:ni
si ꝓ hiis q tui sunt.rogo ut ĩ bõitate sua cõseruent & salui sint. ¶ Et ita dũ destinauit discipulos:ut oẽs
hoĩes ad uiã rectã deducerẽt.ingt ite p uniuersum mũdũ & pdicate euãgeliũ oĩ creature : & q crediderit
& baptizatus fuerit saluus erit:& q non crediderit cõdẽnabit sub qbus uerbis tm̃ tenemur negociari:ut
oẽs hoĩes ad sanctã uitã si possumus deducam9.sed dũ ipsi nolũt legẽ uel bonũ assequi:nõ est orãdũ p eis
ut ĩ pfidia sua saluent:nisi qđ uiuãt & ad legẽ cõuertãtur. ¶ Alibi ait si peccauerit in te frater tuus:uade
& corripe eũ iter te & ipsum solũ:si te audierit:lucratus eris fratrẽ tuũ.si aũt te nõ audierit : adhibe tecũ
adhuc unũ uel duos:ut ĩ ore duorũ uel triũ testiũ stet omne uerbũ.quod si nõ audierit eos:dic ecclesie:si
aũt ecclesiã nõ audierit:sit tibi sicut ethnicus & publicanus. In qbus uerbis palã ostẽdit:qualiter quo ad
uires elaborare tenemur:deducẽdo ꝓximũ ad uiã salutis:sed dũ ipse nollet:tãquã publicanus abiciẽdus.
¶ In altero euãgelio:dũ christus dicit:simile ẽ regnũ celorũ homini q seminauit bonũ semẽ ĩ agro suo:
multa bona de hiis q̃ cũ hominib9 actori sumus assignat.atq; ꝓductionẽ:uitã:deductionẽ ad mortẽ : &
mãsionẽ:quã post hãc uitã habituri sumus. ¶ Nã dicẽdo seminauit semẽ bonũ ĩ agro:nil aliud uidet di-
cere:nisi qđ deus bonus qñ creauit nos:uidit cũcta q̃ fecerat:q̃ bona erãt.sed anxietates corporee nostre
siue inimicus hominũ:zizania:idest errores:iter nos seminãt. ¶ Sed qa nemo nostrũ sine crimine omni
no uiuit:quãuis omne zizania de ratione sit eradicandum : deus quia pater optimus expectat nos usq;
ad naturalem mortem:ut omnibus erroribus dimissis penitentiam agamus:& si ministri:idest angeli dei
cum uideant inter homines crescere zizania eradicarent omnes habentes ipsum:nullus nostrum remane
ret:eo quod omnes aliquando zizania seminatum in cordibus nostris habemus. ¶ Et in hoc loco uidet

quod Christus denominet bonos oēs homines:q saluaturi sunt:licet quādoq; peccent:sed qa penitētiā agunt:& oībus peccatis dimissis ad deū reuertunt:denominat ipsos semē bonū.unde nollet qd eradicē tur:semp qd peccāt:simul cū puersis.nisi qd boni & mali usq; ad naturalē mortē deueniāt. ¶Et in eo tūc mali ad iferos cōdēnant:ut ibi cōburrent:& boni in gloria collocent.Et cū deus expectat oēs hoies dato:qd peccatores sint:ut p manus ꝓprias in discursu tēporis saluent aut condēnent:multomagis nos ad expectādū:qui nobis malū egerūt tenemur:atq; ad orādū pro ipsis:ut ad uiā ueritatis reuertant.qm nullus nostrū uellet p quēcūq; minimū errorē:in corde suo seminatū:penitus ab hac uita eradicari:& id quod in nobisipsis nollemus:nequidē cōtra alios hoīes uolēdū est:& qa unusquisq;:si sane mētis est:ex pectat quādoq;:quāuis aliquod zizania in se seminatū habeat:ad uitā optimā reuerti:& cū de seipso ta lē habet spē:& ita de aliis habere debet.unde nō cū rigore:sed moderate cū oībus:q mala cōtra nos ege runt:de ratione habituri sumus. ¶Et in hoc euāgelio satis cōprehēdi pōt:qualiter in merito bonorū: peruersi statim non eradicant:cū nullā aliā excusationē assignat:q semē bonū seminauit:eo quod ziza nia seu male uiuētes ne eradicent:nisi quod boni sunt cōseruādi. ¶Tandē gaudēdū est:quū aliquem peccatorē ad uiā saluationis deducere possumus.de quo exēplū a christo habemus:dicēs:maximū agere gaudiū angeli dei dū peccatores de erroribus suis penitētiā faciūt:& deū cognoscūt.& si nos boni esse uolumus:mores angelorū imitaturi sumus. ¶Deniq;:ut in aliis locis ꝓbamus:īpossibile est: qd aliquis homo solus:nisi deus esset in eo:tot bona dicere potuisset:ut Christus dixit.nā in euāgeliis suis tantūmo do oīa pfectissima pro animabus & corporibus inueniunt:in aliis scripturis uero:dato qd aliquādo ali quod inueniat bonū ibi uicinū aliquod malū:& si bonū p corpus cōtra salutē anime:& si per animā ad destructionē corporis. ¶Dicta christi siquidē iubēt nobis:oībus hominib9 quo ad corpora & animas ueluti nobisipsis subueniri. ¶Deniq; qd christus sit perfectissimus homo sup oēs q nati sunt in operi bus eius cōprobat:posito quod deus non esset:& qd nullā ꝓphetiā de ipso uaticināte inuenirēmus.quo circa:dum p rationē absq; auctoritatibus de christo loqui uolumus:semp in bonitate operū suorū fundā dum est:cōtra quoscūq; homines:cū qbus disputare uolumus:& si negant euangelia christi sunt ostēdē da:quoniam nullus natus preter ipsum christum sufficit ad tot bona cōponere.

¶Cur uideat qd summus pōtifex hēat ptātē liberādi aīas ī purgatorio manētes:ex eo qd purgato riū ī terra ē:& qd de tali solutiōe nullā auctoritatē pcise p xpm ꝓlatā inuenimus. Cap.clxxxvi.

¶Enimuero dū euāgeliū qd supius exposuimus:uidelicet de decē uirginib9:aspicimus:ualde timēdū ē ne dolo capiamur:idest ne ad mortē deueniamus:priusq̄ peccata nr̄a depurgemus:& multa bona facia mus:uerūtamē adhuc post mortē aliq uidet spes remanere. Quoniā ī noīe dei summus pōtifex ī terris ha bet ptātē soluēdi atq; ligādi:& purgatoriū siquidē ī terra est.Vnde uidet qd summus pōtifex ī uirtute me riti christi:habet potestatē parcēdi animab9 ī purgatorio manentib9:eo qd ibi sunt ī uia merēdi aut sal tē dissoluēdi peccata.Quāobrē cauēdū est:ne ad ifernū descēdamus.nāq; ibi nulla est redēptio:cōcesso: qd infernus in terra sit.quādoquidē dissolutiōes animarū in inferno retrusarū non cadūt sub pontificū potestate:siue ordine eis tributo.Sed qd animab9 in purgatorio manentibus iuuare queant:non uidet contra rationē.Attamen periculosum esse ostendit sub hac spe manere:quū nullam habeamus auctori tatē a redēptore nostro:neqdē ab aliquo propheta:qd animas ī purgatorio manentes p orationes uiuē tiū sup terra saluant. ¶Licet Iudas machabeus inqt.Sancta est eni cogitatio ꝓ defunctis exorare:ut a peccatis soluant.Sed hoc ad cautelā pōt esse dictū:qa quū obesse nequeat sancta est cogitatio semp ea q̄ bona uident opari:& quū ꝓ defunctis orare nil nocere queat: sed forsitan iuuare.ꝓ ipsis orare sanctū est:idest bona cogitatio. ¶De Christo quē nos tanq̄ uerū messiam oīno assecuturi sum9nulla māifesta reperit auctoritas:qd p oratiōes uel alia bona q̄ hic agimus defuncti a peccatis soluant:imo poti9uidet p seipsos eē purgādos: iuxta sentētiā quā ī pūcto mortis assumpserūt.Ait eni dū de hac atq; altera uita loqt:Ambulate dū lucē habetis priusq̄ tenebre uos cōprehēdāt:& q ī tenebris ābulat: nescit quo uadat. Dū lucē habetis credite ī lucē:ut filii lucis sitis.Et in alio euangelio:uigilate qa nescitis q̄ hora dn̄s uester uenturus sit:illud aūt scitote:qm̄ si sciret pr̄familias:q̄ hora fur uēiret:uigilaret utiq;:& nō sineret pfodi domū suam. ¶In his & similib9 aliis semper nos admonet ne ad mortē in peccatis deueniamus:eo qd illo tūc nulla erit lux: & in tenebris nescimus quo ituri simus.& sic exemplat de uenientibus ad nuptias sordidis pannis:quod in loco delectationis nuptiarum:male indutum seu plenum peccatis iubet ligatis pedibus & manibus in ꝓfundū maris eiici:siue in tenebras exteriores: ubi fletus & stridor dentiū.qd nil aliud est:q̄ hoīes ad mortē uocatos & sine penitētia seu bonis opib9 ad ipsam accedere.Et quū ī nuptiis sedere deberēt:idest ī glorie delectationē ingredi:ad inferos cōdēnant:ibiq; magnis suppliciis retinent. ¶Alibi agēdo inter bene & male uiuētes inqt:qd qui male uiuit:idest q in peccatis moritur:iam iudi catus ē:& q bene uiuit nō īdiget iudicio.qm̄ suis operib9 & fide saluat:seu ad gloriā dirigit. Vt dicēdo. ¶Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum:Sed ut saluetur mūdus p ipsum: qui credit in eum non iudicatur:qui autem non credit iam iudicatus est:quia non credit in nomine uni geniti filii dei. ¶Concedimus quod iudicium uniuersale agēdum sit:ut ibi omnes homines simul quid

¶ Qui dicunt luxuriã & gulam non debere peccatum causare: uidet quod accipiant secũdum errorem magis & minus horribilem. & quia epulari & luxuriari possunt sine alterius displicito: asserunt nullum circa hoc errorem apparere & interuenire: ex eo qd non uadunt contra alicuius uoluntatẽ. Sed ad oppositum dicimus: ꝑceptis dei uacãdum esse: & quod potissime respiciende sunt ordinationes a principio mundi facte: & ibi inueniemus quod deus tanquã dominus & pater optimus simul hoiem & mulierem associauerit: ad euitãda scandala. & quia interdum ipsa euitare nolumus: nouos errores patrando deus homini & mulieri ꝑceptum dedit: qd simul maneant usq; ad mortem: & hec lex etiam apud omnes sapientes laudatur. Si enim unusquisq; ad plura se diuerteret: tunc super accessione ad mulieres assidue praue dissentiones euenirent: ut bruta erga feminas suas: & ideo deus ad euitandum hec scandala: omnem luxuriã in alienis mulieribus ꝓhibuit: tñ maius peccatum cum una muliere q̃ cum alia perpetratur. Religiose enim respectu dei quum sint ei dicate: & uirgines ne matrimonium deperdant nimium sunt obseruande. alie uero que iam ĩ publico errore uersantur minus custodiende. Sed qui prius eas in simili uia posuit: in maximum errorem incidit. ¶ Ad proprias uxores possunt homines sine peccato cõgredi: Verumtamen respiciendum est in solemnibus diebus. & quadragesimalibus causa deuotionis & coercende carnalis cõcupiscentie. ¶ Alia peccata luxurie que contra naturam dicuntur: hoc est cõtra speciem & omnem rationem: quia quemadmodum natura repugnat quod homo fit asinus. ita pariter quod debeat cum alio masculo aut spẽcie diuersa ab humana luxuriari: iccirco ĩ tali loco horribile ac nefandum peccatum oritur. ¶ De cibis si nostri sunt tantum accipere possumus: quantum ad conseruandam ualitudinem sufficiat. Sed non quod superfluum capiamus. Tunc enim iram: superbiam: luxuriã: infirmitates: & alia scandala causamus. pro quibus euitãdis: deus prohibuit quod superfluos cibos assumeremus. & similiter cum propriis mulieribus moderate est utendum carnali delectatione. Nam si superfluum: multa quidem mala prouenunt: precipue quod plures uidentur ibi maximam felicitatem ponere: & quando mulieres grauescentes sunt debent a uenereo appetitu abstinere. Quod si declinant raro esse decet. ¶ Peccatum accidie non est pluribus ignominiosum: Sed quia per accidiam multa bona dimittũtur: error emanat in usu ipsius: & sic deus tãquam pater qui bonos uult filios suos fieri: iubet nos agere bonum & instituit penam aduersus eos qui obedire nolunt: & hoc omnes boni pr̃es agunt. ¶ Et si deus qui pater: magister: & dominus est non exhibet premium de bonis operibus: & supplicium de malis. quisnam a nobis in operibus

nostris imitandus est? Quoniam si honeste uiuere debemus: opus est ut secūdum iusticiam uiuamus: q̄uis cōmuniter peruersi filii dicant: quam de me curam pater habet: dimittat me agere quicquid mihi placue rit. Sed tamen talis consideratio erronea est: & ideo blasphemamus patres: magistros & dominos: quādo filii instrumenta & subditi boni non sunt. Vnde patet quomodo superiores debeant nos bonas uias edo cere. & pro bono premium: & pro malo punitionem dare. & mādata dei nil aliud sunt: q̄ ostensio aut do ctrina bonarum cōsuetudinum. quoniam ibi dicit: quod omnia bona faciamus & omnia mala euitemus. & pro bono dona spondet: pro malo autem penam. & non tantum nos hoc agimus cum aliis rationali bus: uerumetiam cum brutis & instrumentis. quando enim bona exeunt: ipsa siquidem diligentissime ob seruamus. si uero mala sine respectu deuastamus. Quocirca non debemus dedignari quod deus itidem nobiscum agat dum male uiuimus. Et in hoc exemplo: aspiciendo quātam curam deus de hominibus ha beat: facile comprehendere possumus: solertiam attinentem omnibus principibus atq; patribus familias: super filios & alias gentes i dominiis suis habitantes. deus enim nollet q̄ ultra modum cibos & potus de uoremus: non prebet ueniam ut mulieres uel filias alienas sub intentione carnalis concupiscentie queramus. homines uero filios & alias familias habentes sepe gaudere solent: dum sentiunt: ut filii & alii domestici filias aliorum hominum deturpassent saltem si aliqualiter secrete manet: & si deum imitari uolumus eandem curam de filiis masculis ut ad aliena stupranda non declinent: ueluti & de feminis: cum deus eandem penam contra masculos & feminas dissolute uiuentes constituit: & si nos alicuius praue consuetudinis dicimus minorem uerecūdiam in hominibus errantibus quam in mulieribus esse: non consuetudines nostre ad libitum acte aspiciende sunt. imo ordinationes dei semper assequende. deus reprehendit & impēdit penam omnibus malefactoribus: tam masculis quam feminis: ergo omnis bonus pater cōtra filios suos & alias familias operari debet.

¶ Cur non ociosi esse debemus: nequidem tantum operari deceat: Sed bene operari: eo q̄ superiora ex q̄bus dependemus imitari possimus: ubi nullus datur error ac nulla ociositas. Cap. cxcii.

¶ Christus ubi agit de operariis seu seruis: qui super bonis domini cōstituti fuerūt: precise ostendit. quaIiter per nosipsos multa bona operaturi sumus: si gratiam domini uēdicare uolumus. Vnde non sufficit: quod neq; bonum neq; malum faciamus: nisi quod quecūq; nobis impensa sunt: in bono multiplicemus. Nam nil aliud dicit seruus qui tot talenta multiplicare nesciuit: seu cum eis alia plura suplucrari: q̄ quēq; inertem hominem. Natura enim de anima & corpore compositi sumus: & dispositio atq; rationalitas est nobis tradita: per quam recte & assidue operando indies multo meliores quā dum nascimur: fieri possumus. ¶ Et hec christi auctoritas sane cōformis est: cum naturali ratione atq; omnium sapientium sententia asserentium deum & naturam nil frustra agere: pariterq; nullam esse dandam in natura ociositatem: Et homo qui neq; bonum neq; malum agit ociosus est: a natura. Et quoniam hoc maximum in naturalibus peccatum: probatur recte christum exemplasse: quod paterfamilias aut dominus qui seruis bona sua cōmendauit iusserit asperrime tanquam seruum nequam puniri illum: qui talenta sibi cōmissa suplucrari nesciuit. ¶ Et quod non mediocrem de ociositate penam mereamur: dato quod aliud opus malum in actu non exequamur: quisq; potest in seipso comprobare. Quando enim seminamus uolumus quod nobis terra plus frumenti reddat q̄ in ea ponimus. Et non modo optimam personarū dispositionē cupimus: immo & postquam in actu dispositi sumus: super nos continuam dei prouidentiam: planetarū influentiam: elementorū uegetationem: atq; ciborum subuentionem operimur. Similiter unusq̄sq; homo ab aliis hominibus & quampluribus animalibus aliquam subuētionem & auxilium postulat. Et quia hoc fieri non potest: si deus esset ociosus: celum ociosum elemēta ociosa: cibi: plante: & animalia ociosa: oportet: nos etiam idem quod ab aliis uolumus faciamus. Nanq; aliter de diuina lege naturali atq; morali maximam punitionem expectamus. Et tandem non sufficit agere: Sed bene agere. Nos enim bonum & nō malum querimus. Et sic habetur: Melius est bonum esse: q̄ esse: & melius bonum in actu q̄ bonum in potētia. Verumtamen minus malum quod in potentia malum: q̄ in actu malum. quia minus periculosum est aptum esse ad se infirmandum: q̄ in actu infirmum: & melius in actu sanum quā in aptitudine ad sanandum. Ita quod non solum ad operandum: Verumetiam ad bene operandum compellimur. Et in his paucis uerbis uideri potest: nil in natura de iure ociosum dari posse. Nostrum enim quisq; mēbrum uel pars nature integralis est: & de cōsueto ordine quodcūq; mēbrum recta seu competenti operatione priuatū: tanquam alienū & exosum abscinditur: atq; ab aliis mēbris separatur: eo quod unius membri difficultas in totius persone blasphemiā reducitur: quoue minus alia membra patiantur: natura ipsa iubet membra arida extra nos ex eo q̄d ociosa sunt expelli. Ita q̄d in nobisipsis exēplum capere possum⁹ ad iudicādū: quatenus natura uelit mēbra sua disposita ac semp in recto actu esse. Et sic expientia ꝓbat̄ q̄ de re p nos ipsos tanquā integrales partes nature semp bene operari debemus. Principia eni nr̄a a q̄bus descēdim⁹: nunquā a bona operatiōe cessant. Deus bn̄dictus semp est in actu puro. Sol nūquā obliuiscit̄ de circūdādo & radiando supra hec iferiora. Elementa quoq; incessanter curā habent ad ꝓuidendum hoc: ad generandum illud: & ad corrūpendū istud: Et nos inquantū q̄imus ad assequendū pricipia nostra tenemur.

¶De quibuſdam de deo conquerentibus:qui aiunt:quod propter bona que faciunt:eis quodam modo teneretur. Cap.cxciiii.

¶Inter uarias opiniones hominum quidam ſunt excogitātes:ꝙ deus eis ferme teneatur:propter elemoſinas & alia bona que fecerint:ac ſi deo res ſuas accōmodaſſent:& quod ipſe ad reſtitutiōem teneretur. Et hi penitus litterarꝫ expertes nō recordantur:quo pacto nos & bona que poſſidemus opera dei ſimus: nec ab aliquo alio q̄ a deo eſſe noſtrum habeamus.Quocirca ſi aliquam elemoſinam in nomine dei pauperibus elargimur ꝓ tributo eſſe dicimus. Nam quum deus dominus ſit:licet ſibi tributa ſuper ſubditos imponere:& nos ſub pena mortis tenemur:precepta domini adimplere.Et quia deus libere nobis quecūꝗ dedit contribuit:& non uiolenter nec precio aut meritis noſtris:licitum erit : quod ſecundum libitum ſuum diſponat.Quoniam animalia bruta creature dei ſunt:& tamen non ibunt in gloriam:neqꝫ dicit: quod deus iniuſte aliquid in oppoſitum agat:quāuis concedamus:deum per promiſſiones factas in quoquomodo teneri ad gloriam nobis exhibendam dum mandata ſeruamus:ſemper tamen libere intelligēdum erit:quum enim res ſue ſimus:licitū eſt ſibi nos ultro diſponere:maxime:quod merita noſtra & uniuerſus terrarum orbis:non poteſt tot bona per ſe agere:quibus ſumma gloria mereatur. Quamobrem neceſſe eſt:ſi ad gloriā ꝑuenire uolumus:qđ toto corde & flexis genibus deo ſupplices obediamus & oēs fantaſias expellamꝰ:q̄ nos ī temeritatē alliciūt:qđ ꝑ noſipſos ualeamꝰ:aut qđ deus nobis oīmodo teneať.

¶Quonam pacto contra deuotionem oſtendatur in die ſabbati:extra & alia interiora terreſtriū animalium māducari:& ridiculum inferri:ꝙ caro uel pinguedo in diebus quadrageſimalibus prohibita non ſit. Cap.cxcv.

¶Quum indies & ex hoc momento ad illud uarie nobis fantaſie ſiue opiniones quandoqꝫ bone & quādoqꝫ ree euenire ſoleāt:animaduertēdū eſt eligēdas atqꝫ obſeruādas eſſe bonas:Malas autem expellēdas & ut bona ſemper eligamus diligēter diſcernēdum eſt:ſub quo fundamento quieſcamus ſuper opinione quam aſſequimur. ¶Nunc uero ad rem noſtram deueniendo:quāq̄ mihi a caſu occurrat hec inter quāplures alias falſas opiniones:meo quidem iudicio quomodocūqꝫ ſit una uidetur apud religioſos : in die ſabbati quadrupedum ſeu terreſtrium animalium:extra manducari aſſerendo:quod ipſa carnes nō ſint: quiqꝫ talia agunt in primis dubitare uidentur:an obſeruandus ſit dies ſabbati quod carnes non comedamus:& quod tale ſit principium opinionis eorum probatur:quoniam ī die ueneris iſta ſeu uiſcera nō comedunt. Vnde iam in modo edendi pinguedinem inter diem ueneris & diem ſabbati magnam differentiam aſſignāt:& romana eccleſia mř noſtra:quam omnes chriſtiani aſſequi debemus ad memorationem dierum quibus chriſtus in ſepulchro extitit:in quacūqꝫ ebdomoda ſtatuit a delectationibus abſtinēdum eē die ueneris:& ſabbati:quēadmodū & in quocūqꝫ anno ad ſimilitudinē ieiunii ipſius chriſti qui quadrageſimā ordinauit & eccleſia non dicit ꝙ carnes aut piſces comedamus:niſi ꝙ in quadrageſimalibus diebus a pinguedine terreſtriū aīaliū abſtineamus.hic aūt nō ponit aīaliū tybias:caput:pedes lūbos: neruos:arterias:cartilagines:oſſa:medullas:cor:iecur:pulmonē:ſplenē:inteſtina:niſi tantū graſſedinem ꝓ eiſdē aīalibus dicit.& de oībꝰ mēbris ſeu partibꝰ piſciū macrū dicit:ſiue quadrageſimalis cibus.quūqꝫ in piſcibus nil reperiať:qn tpe quadrageſimali de ordinatiōe eccleſie comedi poſſet:Vndenā ꝓbabiť ꝙ in aīalibꝰ carnalibꝰ uel terreſtribꝰ aliqđ de integralibus mēbris ſit qđ diebꝰ quadrageſimalibus comedi poſſet:quū ꝑciſe nimiū differāt aquatilia:& terreſtria aīalia. ¶Vlterius ſi ī aīalibꝰ terreſtribꝰ ſunt aliq principalia mēbra eſſentialia illorꝫ q̄ in macredine tāquā piſces ſunt:cōcedēdū ē q̄dā ēt ī piſcibꝰ eſſe pricipalia mēbra tanq̄ caro:q̄ nequāq̄ iiſdē diebꝰ comedēda eſſent:& dies ſabbati:ut diximꝰ:apud chriſtianos oīno ī q̄drageſimalē diē ē habēdus:quū tali die xp̄s ī tumulo extiterit:eoqꝫ magis:qđ dies ſabbati inter chriſtianos dñe nr̄e eſt dedicatus:& dies dñe nr̄e dedicatꝰ penes eccleſie cōſuetudinē ieiunať. Et hic ꝓuenit:qđ q erga beatā uirginē deuoti ſunt: eo die quo eius natiuitas uenit ſingula quaqꝫ ebdomoda ꝑ totū tēpus uite eorꝫ ieiunāt.Quāobrē duabꝰ de cauſis die ſabbati cauēdū ē a pinguedine diebꝰ quadrageſimalibꝰ ꝓhibita:& palā cōſtat nō eē comedēdū ī diebꝰ q̄dragiſimalibꝰ iecur:pulmonē:& alia huiuſcemodi.Pariterqꝫ ꝓbať maximū eē errorē dicētiū:nō eē obſeruādū diē ſabbati tāq̄ q̄drageſimalis dies & qđ extra nō ſint de genere carniū ſeu piguedinis.¶Maxīe qđ eccleſia nō ex eo qđ aīal terreſtre uel aq̄tile p̄bet licētiā:ut ī diebꝰ q̄drageſimalibꝰ edanť aut euitenť:niſi ꝙ a delectationibꝰ & ſubalibꝰ cibis nos abſtinere iubet.Et cor:iecur:pulmo:ſplen medulle & īteſtina:ſimul cū ſanguīe & adipe:ſūt eiuſdē ſubē ac delectatiōis comedēdi:ac ſi caput:collū:pectꝰ:lūbos:tybias:& pedes comederemꝰ:licet hic de errore ī errorē diſcurrēdo:tales guloſi ī tātā miſeriā declināt:ꝙ ſepe aiūt caput tybias & pedes nō eē de ſpē carniū ſub q̄ opinione ēt die ſabbati caput tybias:& pedes māducāt:eo ꝙ pedes & caput dicūt ī cōi uocabulo: nō aūt carnes.ſed ſub hac fantaſia dū poſſent totā gallinā:pecudē:bouē:aut ſimilia ītegra in uno bolo māducare.etiā īferre poterūt:qđ carnes nō māducarēt:niſi bouē:ouē:capram: tybiam.& lumbos. Vnde fieret:quod poſſet homo quāplures paruulas aues edere :atqꝫ uno bolo ſingulas & apud omnes integre aues tm̄ uocanť.& ſic de reliquis:eo qđ bos īteger nō uocať caro: niſi caro ubi ī fruſta ſciſſus . Et quoniā

extra seu iecur integre uel in partibus scissa non uocantur caro:uidetur sub hac opinione: q̧ integre uel in frusta diuisa:cūctis diebus q̄uis quadragesimalibus comedi possint:eo q̧ īegra aut frustu scissa nunq̄ uocanẽ caro.sub qua fantasia neruos:medullas:arterias:ossa:& cartilagines etiā ī q̄dragesimalib9 dieb9 comedere possunt.qa nūquā caro uocanẽ. ¶Demū q̄lis hec fantasia sit:nō ī manib9 sequentiū ipsam: sed cuiusquā alterius nationis ad determinādū est poneda.qm̄ mēbroꝝ delectatiōes nūquā ꝑparrantes ipsas sunt iudicāde:sed p alios tali delectatione imunes.Vnde posita simili differentia ad iudicium oium hominum cuiuscūq̧ nationis:quod religiosi uel irreligiosi sint proculdubio ridiculum reputarent audiē tes:extra iecur:& similia non esse de genere carnium seu pinguedinis diebus quadragesimalibus prohibi te.presertim in regulis fratrum.ubi carnes non comedunt:tanquam ioco ista opinio capitur:quū apud omnes extra haud secus q̄ essentiale mēbrum animaliū sint:sine quibus nequaquā esse possunt animalia: que perfecta esse dicimus.precipue cor & cerebrum est totius animalis sedes uel fundamentum. Et q hec membra die sabbati manducat precise que principalib9 diebus quadragesimalibus uetita sunt uescitur: eo quod in his membris species carnium fundantur.& quod aliorum membrorum fundamentum uel ori go sit:patet:quoniam paruum uulnus in corde seu cerebro totum animal destruit.Et si abscinditur ali- qua pars cordis:pulmonis:iecoris:aut intestinorum nūquam amplius aliud simile ibi nutriri potest:neq̧ animal ab illo uulnere liberari.Caro autem sepe sanari potest:super cruribus:lumbis:& pectore abscissa licet magnum sit uulnus.Et si aliqua pars diripitur:alia similis noua nutritur.Vnde experientia patet ex teriores partes multominus:q̄ interiores de essentia animalis esse:& quicquid essentialius in animalibus prohibitis:idem potius euitandum.Quamobrem proculdubio patet in sola gule delectatione:nō autē in ratione talem comestionem fundari. ¶Caput enim& pedes scissi partim caro & partim ossa uocan tur:ceu de tybiis & lumbis dicitur:sed quia unum peccatum aliud attrahit:ut ex ultimis prima detegan- tur:comedentes interiora terrestrium animalium seu quadrupedum plerūq̧ etiam exteriora falso uoca- bulo comedere uolunt:utpote caput & pedes.Queue carnalia sunt quadrupeda terrestria dicimus: Ge- nera enim serpentum non proprie quadrupeda:sed reptilia uocātur. ¶Deniq̧ si nulla alia ratio hic occurrisset:nisi quod in romana curia ubi caput ecclesie manet antiquitus die sabbati de quadrupedū interioribus sese abstinent:in hoc potissime ceteri christiani compellūtur.Hoc autem ex precepto quod diebus quadragesimalibus pinguedinem non edamus:& animalium interiora ridiculum est inferri non esse pinguedinem. ¶Sed hic forsitan iuxta primum fundamētum:quod isti assumere solent:uidelicet: quod dies sabbati non sit iure obseruandus tanquam dies quadragesimalis:nisi ad placitum dūtaxat cā deuotionis.Et quod ueluti quidam agere solent qui ex deuotione sancti Ioannis caput non comedunt: aliqui reniculos ex deuotione sancti zoini:& alii oculos ex deuotione beate Lucie:ita & hi non comedāt in die sabbati quadrupedum animalium lumbos:pectus:collum:& crura:preter eorundem interiora:for te ex eo quod potius secreta in animalibus manēt. Sinautem omnes alias rationes fugiunt. ¶Deniq̧ pro christianis saltem sufficit:quod exemplum in corpore christi capiamus:quoniam corpus & caro eius conuertuntur. ¶Ait enim accipite & comedite hoc est corpus meum:& alibi qui non comedit carnē meam & bibit meū sanguinem non habebit uitam eternam.& non tenemus quod aliam carnem chri- sti comedamus:nisi corpus:quod ipse in die Iouis sancto discipulis comedendum tradidit. Vnde maxi- ma haberetur temeritas quod quisquam īferret aliquam partem in hostia post consecrationem non esse carnem Christi:eo quod corpus Christi carnale erat pariterq̧ de ceteris essentialibus membris in anima libus carnalibus est dicēdum:q̧ caro sit. ¶Sanctus Ioānes qui non ex sanguinibus:neq̧ ex uoluntate carnis:neq̧ ex uoluntate uiri:sed ex deo nati sunt.Et non assumit carnem pro cruribus aut lumbis tan- tum:sed pro omnibus membris hominis:& principaliter de cordibus seu uisceribus:quum ibi sedes siue fons uoluptatē sit. ¶Et ꝓsequēdo uerbū caro factū est:idest uerbū diuinū assumpsit carnē seu huma- nitatē.Vnde caro hō & hūanitas hic cōuertūẽ.In credo.Et īcarnat9 ē de spiritu sancto:ex maria uirgīe: & omnino pro determinato ecclesia habet:quod uerbum diuinū in utero domine nostre carnem assū m ꝑserit:hoc ē omnes corporeas partes. ¶Circa diluuium sacra scriptura testatur:quumq̧ uidisset deus terram esse corruptam:omnis quippe caro corruperat uiam suam super terrā:dixit ad Noe:finis uniuer- se carnis uenit coram me. ¶Et post diluuium ait:statuam pactum meum uobiscum & nequaquā ultra interficietur omnis caro aquis diluuii. ¶Et subdit recordabor federis mei quod pepigi uobiscum : & cum omni anima uiuente que carnem uegetat:& non erunt ultra aque diluuii ad delendum uniuersam carnem. ¶Et in his uerbis palam de omnibus membris animalium uiuentium super terram caro dice bat:tam de intrinsecis q̄ extrinsecis. ¶Christus ait.beatus es symon bariona quia caro & sanguis non reuelauit tibi:sed pater meus qui in celis est.Vnde potius caro de uisceribus seu interioribus q̄ de exterio ribus membris intelligenda : quum precipue ab interioribus reuelationes nostre emanent:sanguis uero inter alios humor perfectus est:& sic in lege ueteri prohibitus ut nō comedaẽ.quocirca tāquā horrida co mestio cruenta denominari solent aīalia:que de sanguine cibantur . ¶Verūenimuero licet de natura & consuetudine mea per huiuscemodi principia moueri non soleam:hoc est. aliquatenus super somniis fundari:hec quidem omnia:aut fere omnia : que superius posita sint in quadam disputatione in somnis machinari uidebar.Sed quia postmodū ubi experrectus eram:de ratiōe bona esse cōstabant:decreui hec

oīa ī somnijs repñtata pscribere. Videbar enī quēdā Christianū carnes die sabbati comedētē īspicere: ubi alter supuenit: q uidēs illū carnes comedētē ita expostulat: nōne alias christian9 eras? Ille uero rñdēs erā & sum. Tūc denuo: quatenus hoc fieri pōt qd christianus de iure die sabbati carnes comedat: ex quo sub tpe separatiōis aīe christi a corpore dedicatus est: quo christiani oēs ad abstinētiā cōpellimur. super iisdē quoq; uerbis ī maximā disputationē pcedebāt. Attamē ī sentētia eadē sunt: q̄ supius posita. postremo is q de comestione carnis redarguebat: cū uehemētia & rigore dixisse uidebat: Ve uobis q cā deuorationis carnes die sabbati comeditis: quū maximā blasfemiā cōtra deuotionē sancte matris ecclesie patretis: ex quo penurie suppliciū dat. ℭ Similiter ut ī supiori disputatiōe diximus: qdā sunt q ī ieiunando canceres ad ientādū māducāt asserētes nō esse de genere pisciū: ex eo q sanguine carēt. Et quo ad ueritatē ī generatiōe uita corruptiōe & subā tanq̄ una species pisciū sunt: licet q habētes deuotionē nō comedēdi ī dieb9 quadragesimalibus res sanguinē habētes: quēadmodū greci cūctis diebus cāceres edere possunt: cōcesso q de genere pisciū sint: non enim inquātū pisces uel nō pisces nisi inquātū q sanguinē nō habēt. ℭ De similibus ludibrijs alia itidē in cibis inueniemus: ueluti iter quosdā q dicūt se uinū nō bibere: & tñ maluaticum atq; mulsum bibūt: asserēdo hoc nō esse uinū: eo q dulce aut q p nomē in cōi dictū nō uinū sed mulsum uel maluaticū. ℭ In lōgobardia ē quoddā uinū qd uulgariter guarnacciola dicit: Et siquis petit habetis uinū? Respōdēt nō: tñ guarnacciolā habemus. Similiter ī puerbio cōtra rusticos dici solet: In toto hoc prādio nil de pane comedi qcqd comedi torta fuit: & tñ torta illa est de grano tritico: & maluatico ac mulso de uuis uitiū facto: Ita q si torta de tritico est panis: & maluaticum de uuis uinū. extra quoq; ac botes arietū sunt caro. qm̄ de ptib9 ītegralib9 ipsi9 sine qb9 aries esse non potest.

ℭ De quibusdam negantibus uenturum iudicium: qui fortasse non intelligunt: quidnam in ipso importetur. Cap. cxcvi.

ℭ Habemus ī ecclesia qd qñ generalis hominū resurrectio fiet: uniuersale iudiciū ītimabit. & qa ī euāgelio fert: qd boni nō īdigēt iudicio: & mali iam iudicati sunt: qdā dicere audēt: qd nō erit generale iudiciū postquā facta fuerit resurrectio. qd nēpe latius cōstat aliter se hēre: si modo declarare uolumus: qd p uniuersale aut ultimū iudiciū ītelligamus: qd nil aliud eē dicimus q̄ ultimā separationē iter bonos & malos ubi christus dicet bonis: Venite benedicti patris mei ad gloriā: que uobis parata est a cōstitutione mūdi: & malis uero: Ite maledicti ī ignē eternū: ubi fletus & stridor dētiū. ℭ Et q̄uis ante iudiciū alique aīe in gloria: & alique ī pēa essent: ī ultima die suis corporib9 reunirent. Quocirca aīe & corpora simul de opibus & māsionibus suis sñiam audiēt. & ideo dicēdū est: qd uniuersale iudiciū erit: qñ ultima sñia corpoꝝ & animaꝝ audiet: ultra quā nō erūt amplius boni a puersis associati. qa usq; ī illū diē multi hoīes honesti simul cū plerisq; peccatorib9 uiuēt: & ī die iudicii oēs erūt diuisi atq; clari: de illo qd habituri erūt. Qm̄ usq; ad illud tēpus multi gloriā aut penā eis cōpetētē ignorabūt. ℭ De qbusdā malefactorib9 exēplū habemus: ab omni populo cognitis: q quū primū capti fuerit: erunt eodē īstāti ad mortē iudicati: tñ reqrit: qd ipsis apprehēsis inqsitio fiat: & corā malefactorib9 legat. & postmodū psides mortis sñiam aduersus malefactores denunciēt: licet unicuiq; notū sit: eos nō potuisse aliquo pacto euadere. & simili mō de iudicio dicimus: quod deus habet puersos tāquā cōdēnatos. Decet autē: qd maloꝝ opeꝝ sententiā asculrent. utpote in hoc mundo faciunt illi: qui sunt carceribus obtrusi priusq̄ ad mortem ducantur.

ℭ De resurrectiōe & qbusdā fundamētis: que ad pbādum ipsam accipimus. Cap. cxcvii.

ℭ Circa resurrectionis articulū christiani iudei & mauri conformes sumus: sed differimus ab illis: q nullā legē obseruāt. quū enī ī legē diuinā nō credūt: de resurrectiōe dubitāt. Nā quo ad naturā eā quomodo futura sit pbare nō possumus: nec naturales cursus uidemus: qd tales opationes agāt. Veruntamē duo accipimus fundamēta satis sufficiētia ad pbādū cū rōne futurā eē generalē resurrectionē: & primū fundamētū istoꝝ ē: qd nos pbamus legē nostrā eē bonā: quū a deo sit illata: & qa a deo illata mētiri nō pōt: & pdicat nobis resurrectionē: igit resurrectio uera. Secūdū fundamētū ē: qd reperimus ī historia ueteri: & noua lege deū corā multis: quosdā defunctos hoīes resuscitasse: Et postquā fidē alijs hystorijs adhibemus: decētius erit qd similiter legalib9 historijs fidē adhibeamus. ℭ Beat9 paulus inqt: si Christus resurrexit: nos quoq; resurgemus. Attamē hoc argumētū nō uidet secūdū uiā philosophoꝝ concludere: nisi ut res apud multos diuulgata. Nā paulus existens in illo tēpore iherosolimis aut ī illa puincia cognouit: & locutus ē cū multis: q ī resurrectiōe christi affuerūt. & similiter sup hoc psecte istud mysteriū paulo reuelatū fuit: q tāquā de re uera & cognita ait: si Christus resurrexit nos quoq; resurgemus. qa iā ipse nō inferebat: qd de resurrectiōe Christi dubitaret: eo qd de re apud oēs diuulgata loquebat. ac si diceremus oīs hō quādoq; esurit: tu es homo: igitur quādoq; tu esuris: & in his uerbis nulla est pbatio: quod oēs homines quādoq; esuriāt: nisi narratio tm̄ de illo: quod oēs scimus. quoniam manifesta experientia cognoscimus: quod interdum omnes esurimus: & similiter paulus tanquam de re nota inquit: si Christus resurrexit. ac si diceret: Christus erat origo ac uera hominum regula: & resurrexit. nos igitur oēs resurrecturi sumus. Quoniam autem nemo negare pōt Christum resurrexisse: sequitur: qd omnes resurgem9. idcirco beatus

Paulus sub maximo fundamēto loquebaꝛ:eo qd̄ sensuū experiētia mater probationum est. ❡Apparet etiā qd̄ nōnulli ex antiqs philosophis.spē de resurrectiōe habuerint:ueluti plato:quē testanꝛ dixisse:qd̄ de triginta & sex milibus annoꝝ:usq; ad eundē aliū numerū:mūdus renouareꝛ:& quēq̄ nostrum in pristinū esse oīmodo rediturū.Et forte hic plato sentiebat de eadē resurrectione:quā nos tenemus:q̄uis sub figura.ipsam narrauerit.Quocirca tum ob maximā sapiētiā:tū uero ob dicēdi manerieꝛ:sup dictus huius philosophi multa qdē speculāda sunt.Quasdā etiā ptes habemus:q̄ natura diriguntꝛ ad ꝓbādū:quomodo resurrecturi simus:qa semel nos ꝓbamus aīam nostrā imortalē eē:queadmodum de ipsa tractādo:in quarto libro demōstrabiꝛ.Et ultra hoc quēdā intrinsecū & naturalē appetitū inuenimus iter aīas & corpora nostra:ad se pfecte atq; clare cognoscēdū.Et quū iste appetitus naturalis ac maximus sit i qbusq; hominibus iserendū est:qd̄ penes naturā aliquādo i effectu similis cognitio eueniet:& qa nō accidit dū in hoc mūdo uiuimus:denotaꝛ:nos esse resurrecturos:ut desideriū pficiaꝛ.tn̄ couenies est qd̄ i uerbis dei omnipotētis fundemur:& naturali desiderio approbemus. ❡Plerīq; conati sunt ad ꝓbādū resurrectionē:& in fide fundamētū assumūt:nā q̄uis multe naturales & morales rōnes assignenꝛ:oēs quippe ꝓbabiles & psuasiue sunt:licet de possibilitate resurrectionis facile ꝓbeꝛ.& hoc multis modis.Primo qa aīa itellectiua imortalis est:& corpus i materia remanet.ꝓpter qd̄ reuniri possūt:& q̄uis aīa corrūpereꝛ:i aliquo remaneret:& queadmodū i principio fuit corpus organizatū:& aīa i eo infusa:nō repugnat:qd̄ iterū ad talē cōpositionē redeāt:maxime:qa deus hoc facere pōt.Queadmodū enim aliqd noui qd̄ nō erat creauit:facilius uideꝛ posse materiā atq; aīam hoīs reunire:eodem modo quo ante mortem & separationem. ❡Hoc tn̄ nō obstāte uidere possumus:utrū penes naturalia merita resurgere debeamus:quod si sic eēt:sequereꝛ:unū de tribus necessariū:scilicet:aut qd̄ naturales cursus eiusmodi ptātē habuissent:ad nos resuscitādū:aut aīa potēs esset ad exhibēdā corporeā resurrectionē:seu qd̄ corpus secum aīam unire posset.

❡Quomodo nullo exēplo apparet:nos posse naturalibus meritis resurgere. Cap.cxcviii.

❡Deueniēdo ad primā partē:de tribus quas de naturalibus cursibus diximus:uideꝛ:qd̄ similē dispositionem cursus nō habeant:scilicet:ad nos resuscitandū.Si enim talē dispositionē sortirentur.quandoq; homines resurgerent ab antiquo defuncti:& simili modo procedendo successiue homines gradatim resurgerent.& qa nūquā naturales cursus hoc agunt nec ostēdūt aliqd huiuscemodi principiū:manifestaꝛ:qd̄ nequeunt homines natura resurgere.Et si expectāt hoc in uno solo puncto adimplere : tale punctū erit proprium alicui homini particulari:& non omnibus.Quoniam uarias complexiones habemus:& uariis temporibus generamur:ac morimur:& simili modo debuissemus secundum naturales cursus rusurgere. ❡In secūda parte asserimus:quod aīa nostra nō designat talē habere potestatē:ad resuscitādū corpus.nā si habuisset amādo corpus sicut amat:nūquā ab ipso exiret:nec mori sineret . & in tertia parte simili modo de corpore dicemus:qa si corpus habuisset dispositionē resuscitādi post corruptionē:& dispersionem ipsius:multo magis eam haberet:ad conseruandam uitam:quam prius in actu sortiebatur.

❡Quo pacto dicaꝛ:qd̄ in die iudicii reuertemur i idē numero uti nūc sumus. Cap.cxcviiii.

❡Dicimus:quod in uniuersali resurrectione in idem numero resurgemus aut tales quales nunc in hoc seculo degimus.quod natura esse nullo modo potest.Quoniam & generari & nasci ē de natura:nō aūt resurgere.quod si per generationem reuerti deberet:& nos in hunc statum deducere:atq; in idem numero:ut nunc sumus:oporteret:quod rursum deus Adam & Euam crearet : & denuo primi parentes filios gradatim procrearent:quousq; in iudicium mundi deuenirent.Quinimmo ad deducendum nos in idē numero:necesse esset quod pater materiam filii comedisset:illam uidelicet in quam membra filii sunt conuersa:& quod deinceps illa materia in semen generatiuum transiret:& itidem per generationem corporis:ꝓcedēdo usq; ad natiuitatē. ❡Et i hoc mō uidereꝛ:qd̄ essemus idē numero:qd̄ nūc sumus.Nā si alii pr̄es nos generarēt:aut pr̄es mutaremus:ex duplici paternitate:& aliis diuersis principiis nō essemus idē:qd̄ nūc sumus.quocirca cōgrue dici pōt:qd̄ resurgemus uti nūc sumus:tenēdo deū posse hoc agere.Nō enī sue nature repugnat:& pollicitus est:nobis hoc resuscitatiōis bn̄ficiū tribuere.Vnde quāuis nō simus ut nūc inquantū aīe & corpora per generationē unita:nisi per uoluntatem & potētiam dei:quo ad esse earundem animarum & membrorum erimus : quatenus & nunc in idem numero sine aliqua uariatione inquantum homines sumus.& quisq; in suo particulari . Verumtamen per gratiam aut maledictionem iuxta opera nostra differentes erimus:ab illo quod nunc in presenti sumus.

❡Quatenus allegare possumus:quod anima & corpus reuniri debent:eo quod naturaliter simul manent & uiolenter separate. Cap.cc.

❡Contra superiora dicta aliquas rationes interserere possumus inferēdo:quō rationalis anima corpori naturaliter inclinetur:& corpus anime.Vnde simul manēdo se habēt secundū propriam naturam:& diuisim per uiolentiam.quoniam uero natura habetur:nullum uiolētum diu durare posse:uidetur qd̄ ani

ma & corpus debẽt in suã naturalẽ unionẽ redire. Nihilominus hoc desideriũ ad eiusmodi unionẽ faciẽdã nõ oĩno efficax esse apparet: qa uelle nõ ponit in esse illud: qđ est sibi ĩpossibile. Quoniã uero anima & corpus potestate carẽt resuscitãdi: eo mõ quo unite erãt: nõ satis est habere appetitũ: aut uelle: maxime qđ corpus postq̃ corrũpit fit insensibile: & dato qđ cũ aliquo naturali appetitu remaneret: talis siqdem nõ erit aĩe intellectiue. Ipsa enim est alterius essentie & nature. Et corpus nõ debet res ĩcorporeas appetere: nisi gratia organizationis mẽbrorũ: sed iis organis carẽdo: de se nõ põt rõnalem aĩam appetere: & idẽ de aĩa asserimus: qa quũ nõ sit eiusdẽ nature cũ corpore: nec ipsamet aĩa corpus diruturũ uel inorganizatum cupit. Palã fit posse & uelle sine ipso corpore manere: & qa de se est incorruptibilis: & põt p aliquot dies manere a corpore separata: etiã dicẽdũ erit semp idẽ posse: sed forsitã q primitus hanc opinionẽ adduxerũt: q aĩa & corpus separate uiolẽter maneãt: imaginati sunt rõnalẽ animã esse eiusdẽ spẽi cum corpore. Ita q asserebãt in corpore creari quod lõge aliter est tenẽdũ. ¶ Alii dicũt: animã nõ posse sine corpore manere. Nã penes aristotelicã diffinitionẽ: anima est actus corporis: & si actus: debet ipsum secundũ naturã sequi. Sed quo ad ueritatẽ ista auctoritas aliter esset intelligẽda. Quoniã dicendo actus corporis: ĩtelligit: qđ dat corpori mouere: & decet quod corpus physicũ organicũ sit: & post corruptionem corpus hominis non est tale: itidẽ & in aliis locis tenemus: quod aĩa sit forma que dat esse materie ĩtelligendo: quod ei pfectionẽ prebeat tandẽ de mente aristotelis animã ĩtellectiuã: quam ipse intellectũ de foris uenientẽ denominabat: ingrediebatur in hac diffinitione uidelicet actus corporis: absq intellectiua anima uero homines esse non possumus.

¶ Quod secundum rationẽ & ad bene esse resurrecturi sumus. Cap. ccl.

¶ Enimuero circa hãc materiã de resurrectione asserimus fidei inherẽdũ: nam deus in utraq lege uidelicet ueteri & noua mortuorũ resurrectionẽ fore pdixit: nec falsum dicere potuit. Vnde pro uero habẽda est resurrectio: & quo ad oẽs morales rõnes eẽ debet: ex hoc quod quisq de bono pmiũ & de malo iacturam cõsequat secũdũ id: quod operibus nostris legitime attinet: quũ uero hec pars melior sit: tenẽdũ est: quod deus qcquid melius est agat. presertim quia corpus humanũ & anima simul ualent plusq̃ sola aĩa quãuis ipsa uiuat: & qa simul corpus & aĩa operant bonũ & malũ: decet quod unianĩ ad recipiendũ id: quod suũ erit de iure. Et hãc rõnẽ assumendo dicere debemus: quod hoĩes sunt natura resurrecturi. quũ deus natura tales leges hominibus ĩposuerit: quãquã de futuris cõtingẽtibus seu uoluntariis: quo ad uires nostras nõ possimus recte diiudicare: sed postq̃ sunt: licet uoluntario fiant: possumus ipsa cognoscere ac diiudicare: & de naturalibus aliquantulo latiorem scientiam haberi credimus. Nã queadmodũ in preterito est in presenti & futuro expectat: sed quia in suis operibus libera uoluntas maiorem quidem uariationem inuenire solemus. Verũtamẽ nec natura nec cursus adeo firmũ ordinem habere possunt ueluti uerba dei: que firma & uera sunt. ideo christus similia futura affirmando inquit discipulis: hoc dico uobis priusq̃ fiat: ut quũ factũ fuerit credatis: quia quum uerus ac summus sit: non timet posse in mendacium dilabi: & sic qm p uerba dei pmissam resurrectionẽ tenemus tanq̃ p scito expectãda erit. Multo eni difficilius est mũdũ creare: q̃ hoĩes resuscitare: & qa iam mũdus factus est: pbamus qđ esse potuit. & in effectu fuit: & similiter de resurrectiõe quũ facta fuerit explicabimus. ¶ Deniq opinio nostra nõ cõsistit in eo qđ resuscitari uelimus: nisi primũ. unde de creatiõe legimus: qđ obseruata prima inocẽtia: hoc est qđ preceptũ dei nõ trãsgrederemur sine morte ĩ hoc mũdo uel ĩ aliã uitã trãslati: sine fine uicturi eramus. & qa ista fuit prima hominũ cõstitutio: cõsequẽter & hec ppria nostra natura: & qa accidẽtaliter patres nostri peccauerũt: accidẽtaliter seu uiolẽter morimur: & oĩa uiolẽta secũdũ naturalẽ cursum. qñq ad primã cõstitutionẽ suã siue pricipiũ sunt reditura: & sub hoc primo principio nos asserimus: qđ oĩno resuscitandi sumus. & aliter nulla lex uera daretur eo: qđ ĩ principio legis habemus: qđ natura siue gratia a deo illata homo non erat moriturus. Vnde sequitur quod aliquando ad illud signum reuersuri sumus; & insup auctoritates dei omnipotentis pollicentes nobis resurrectionem obseruamus.

¶ Quomodo religiosi intelligamus; quando dicimus mũdũ finiturũ esse. Cap. ccli.

¶ Cum in ecclesia habeat: qđ simul cũ fine oĩum hoĩum ĩ hoc seculo uiuẽtiũ. qđ ẽt totus mũdus attinget finẽ suũ: merito intelligẽdũ ẽ: quonã pacto ĩ hoc loco finis mũdi assumat: & ut facilius ea q̃ hic q̃rimus ĩtelligant in supioribus adducta ad pbandũ iuditiũ & finẽ hoĩum: fundari oportet. ¶ Verũtñ aliq̃ distincta q̃ a natura cõsonare uident ponẽda sunt. ¶ Ita dicẽdo. In pricipio siue prio signo rerũ nõ cõsideramus res ipsas reuolutas: nequidem p uarios motus trãscũtes: tum agendo & tũ patiendo: ut in corruptionibus & generationibus cõtingit. uñ fit: qđ ad simplicia rerũ deueniẽdũ est: ut unaqueq res ĩ natura simplici atq ppria quiescat: nã nullũ alienatũ a simplici origine sua põt diu cõtentũ durare: & sic qa corporeũ dicit here alterã naturã ab incorporeo siue spirituali de naturali ratiõe post plures discursus corporeũ ad corporeã naturã: & incorporeũ ad incorporeã reuersura sunt. ut ibi semp in pace degãt absq bello reuolutiõis & sepatiõis. ¶ Pariter prius cõsideraĩ unaqueq res in se: q̃ motus eius. & qa celi & elementa: conti-

nuo sic uel sic mouenť:merito dicēdū ē:qđ quādoq; ī primo signo suo essendi firmāda sint. unde nullus motus nulla reuolutio dareť.sed imo oīa distincta ī pace manētia.& cū ī sphera terre non aliud nisi simplex terra erit.& ī sphera aque nil aliud pter aquā:ī aere solus aer:& ī igne ignis:ibi nulla erit corruptio: nulla generatio.qm nil de cōtrariis.& qcqd de simplici terra ī cētro posita penitus de māsiōe sua cōtētatur:ita faciēt oēs ptes terre:dum nil de aliis elemētis iter ipsas erit eo qđ adherebūt cētro absq; aliquo impedimēto.nā ea pars terre:q oīno ī centro nō manebit:erit cā magnitudinis totius terre.sed qa ipsa sola simpliciter occupabit totā spherā suā:equaliter p oēs ptes cōtētabiť. ¶ Et pari modo de quocūq; elemēto simpliciter ī sphera sua reducto capimus.unde nullā habebūt cupiditatē generādi neq; corrūpēdi. sed imo delectabunť ī ppria prima origine manere.& talis ultimata māsio rerū idest ad primū originē essendi reductarum apud religiosos finis mundi denominatur:uidelicet finis laborum in sūmo gaudio absq; aliqua uarietate:semper totus mundus erit.

¶ Qua etate & dispositione simus resurrecturi. Cap.cciii.

¶ Vidimus quomodo secūdū aliquas naturales rōnes:pcepta & bonū eē resurrecturi simus.& quū post mortē debemus iterū ad id ī quo nūc sumus redire cōstat.qđ unusqsq; ī suā cōplexionē aut qlitatē reuerti debet.Nihilominus ī sanitate a quacūq; corruptiōe alienus.& similiter qsq; ī eundē modū quo fuit in hoc mūdo:qn potuit maiorē hēre pfectionē.Sed quo ad naturā loquēdo nō pp hoc seqť:qđ unus tante pfectionis sit.sicuti & alius.corpora enī nō sūt suapte natura pcise equalia:& ob hāc cām q melius organizati erūt plus glorie aut pene sentient:sed quū aīe tūc debēt corpora subiicere atq; eis gloriā pbere: erit pfecto iter hominē & hominē natura oīno parua disparitas.Anime enī possūt oīa corpora coequare ad sentiēdū gloriā:tametsi semp aliquod dubiū remanere uideať.Nā sicut oculis corporalibus christū uisuri sumus:a quo nostra resultat gloria q corpore erūt aptiores plus glorie sentient. At uero hic tenēdum est deū ad sui libitū facere.De illis aūt q ad inferos descēdēt nullū ē dubiū:qđ maiorē penā nō inueniāt:q aptiora corpora habuerint & in malum protenderunt contra bonam dispositionē eis illatam. Quoniam natura quoq; ipsos affliget.extra accidentales cruciatus causa maioris sensationis illorum.

¶ Quod in resurrectione remotum erit impedimentum:quod in presentiarum anima & corpus ī sua cognitione habent. Cap.cciiii.

¶ Dicitur quod resurgemus tales:quales nunc sumus:hoc uero intelligiť īquātū corporea natura atq; unio iter has aīas & hec corpora:sed postmodū bone p benedictionē & male p maledictionē alias habebūt pprietates.Tūc enī nō ibunt hoīes de loco ad locū:nec cū elemētis cōuersabunť.neqdē cū uariis rebus nūc cū una & deinde cū alia.Cuncta enim psentialiter possidebūt.Quocirca nō opus erit mētales nec corporales discursus agere:ideo qcqd erit compertens qđ homines in eodem instanti sciant idipsum sine discursu scient:& quia presentialiter debēt cognitione frui:sequitur animam clara uisione corpus cognoscere:& corpus quoq; animam:& tunc palam omnia bona siue mala que olim & in presenti fecerint consequentur:& quid in posterum facturi aut recepturi sint:aperte cognoscent. ¶ Summa & eterna gloria est:ubi nihil deest:nec aliquod impedimentum & contrarietas instat.Sed omnes res clare ac manifeste sunt.nec aliqua oppositio cadit.nec inde uisio diuina remouebitur immo unusquisq; semet ipsum & omnes alios distincte uidebit.Quoniam glorificatis corporibus ab illis quodlibet impedimentum separabitur.

¶ Quatenus contra naturam uideatur:quod damnati post iudicium corrumpi nequeāt:quum in hoc mūdo & in cōtinuis suppliciis maneāt.& uariis pprietatibus bonorū & malorū. Cap.ccv.

¶ Quo ad naturalia merita uidemus:qđ corpora cōposita dissoluunť quorū quelibet pars ī elementū unde emanat reuertiť:& dānati ī hoc mūdo manētes eo:qđ hic est penādi locus:iuxta naturā erūt dissoluēdi:& qa tenemus qđ sine fine durabūt:etiā tenēdū est:qđ dānati aliquā gratiā supnaturalē habebunt. sicut & boni.Attamē hec dona disparia erūt.Boni enī propter ipsa gaudebūt.Mali uero affligenť. Nihilominus mali īcorruptibiles erūt:& multomagis ad sciēdū fient acutiores q nūc:& uelociores ad trāseundum de loco ad locū.Si modo eūdi licentiā habebūt.Sed saltē de loco iudicii ī locū penarū cito ibūt: nō tñ equales erūt cū bonis in uelocitate:neq; modo sciendi.Nā sicut erit differētia iter bonū & malum aut gloriā & penā.similiter erit differētia iter possessores glorie & possessores inferorū.licet ī inferis manentes plus sciant q in hoc mundo uiuētes:& etiam magis sensibiles erunt:quia intolerabile supplicium a cognitione suscipient. tamen non habebunt gratiam penetrandi omnia opaca & rigida corpora ut beati.Sed uirtutē habebūt manēdi sine fine:quis assidue tormēta recipiāt:& tunc dissolui nō possent:qđ erit eis ītollerabile suppliciū.Quāobrē quelibet pars uellet in suū elemētū redire:& huiusmodi continua auiditas uellet dissolui:& nō posse:arduū atq; intollerabile erit eo q sine gra aut diuina oblectatōe & de

mentorũ uegetatione se inueniũt. & sic icessanter semetipsos deũ & creaturas horribili odio ꝑsequent. Quapropter de dãnatis tedium patient. & de saluis lugebũt: bonos ĩ gloriã uidẽtes. & se ad inferos trudi cõtristabunt: maledicẽt sibiipsis: & ceteris parẽtibus. maledicẽt celis elemẽtis. & q̃cũq; ĩ mẽtẽ occurrẽt. & creature que salue erũt longe aliter se habebũt. Quoniã de bonis letabunt & de malorũ penis aliqualiter tristabunt. de quo qdẽ in hoc mũdo quãdã experiẽtiã perspicimus. quia mali semper aut saltẽ: dum se cruciari uident: odio suos excessus habent: atq; omnia creata & increata detestantur. Boni uero ubiq; deum adorant. omnia siquidem suo nomine mirifice comendantes.

¶ Quod qui apud inferos cruciantur causa minoris mali uellent non esse: eo quod minus abhorrent non esse q̃ sine fine cruciari. Cap. ccvi.

¶ Assignauimus superius cur inter alia horrẽda supplicia itrinsecus cruciatus erit cõsiderare: quod nõ possunt corpora dãnatorum dissolui: & unaqueq; pars ad suũ elementũ reuerti. unde non tantum corpora dissolui uellent: ad hoc: quod locum haberent exeundi extra abyssum: imo etiam corpora & anime perspectis tot horrendis malis uellẽt nõ esse: tãquã ꝑ minori malo: nõ qd aliqs amet seu uelit nõ esse: nisi quod in hoc modo uel in alio uellet a cruciatibus euadere. & quia non esse non dicit supplicium nisi cuiuslibet boni priuationem. dãnati uellent cuncta naturalia bona: que habent: imutare: ut nullum paterentur malum. considerantes quod multo magis ponderat supplicium: quod assumunt: q̃ quicquid boni habẽt: aut possident. Et quod damnati in hoc examen uenire possint & ueniant: in aliquibus hominibus hic uiuentibus exemplum capere possumus. Multi enim mori uellent: ut ab huius mundi passionib9 effugerent. & non tantum in aliquibus sufficit uelle naturalem mortem assumere: immo & quãplures tãquam ab omni bono destituti per seipsos occisi sunt. & hii similes non considerant de ĩmortalitate anime eorum: nec de aliquo gaudio corporum in regressu ad elementa: nisi quod post mortem ad non eẽ redeunt. seu tanquam ad non esse. & hec est multorum opinio. Quoniam tantum est sibi q; dicamus in nihilum omnino ipsos reuerti: ac si diceremus morituros esse. quia idem assumunt. quum ultra hanc uitam de nulla alia uita uel esse considerent. Et quum homines hic uiuentes. qui respectiue ad inferorum supplicia paruam habent controuersiam. & uellent non esse: & nonnulli causa non essendi seipsos interimunt: multomagis qui cruciantur in inferno damnati siquidem pro minori malo assumerent non eẽ: q̃ in tartareis suppliciis degere non quod malum ament: sed maius malum pro minori malo ob necessitatis causam permutare uellent. Nam talis permutatio si nõ bona saltem minus mala. & etiam bona ad maius malum respectiue. non tamen in se: nisi inquantum: quod ad aliud deterius comparatur: & sic omnes in bono appetunt: aut sub bonitatis colore desiderant. Vnde non est dicẽdum. quod quisquam malum in eo: quod malum appetat. Latrones enim & homicide secũdum ipsos sub aliquo colore uel fine boni occidunt: atq; furantur. quod utiq; malum est: tamen uidetur ĩ depredatoribus: quod ista mala sint bona ad suum finem comparata: & sic malum amant. attamen non sub colore mali nisi boni. ¶ Deniq; quod occidere malum sit: plane cognoscunt. Sed penes ipsorum stateram potius ponderatur consideratio seu finis de bono: ad quod se peruenturos considerant. q̃ illud malum: quod perpetrauerint. & sic in maximo supplicio manentes maius malum in minus malum permutare uolunt: aut bonum: quod minus ponderat causa maioris ponderationis mali abhorrent. Nam sepissime intercidit aliquod paruulum bonum: & utile amari & tanquam non amatum pro alio magis bono derelinqui. Nõ enim intelligitur: qd minus bonum odio habeamus: nisi quod pro alio excelsiori id destituimus aut eiicimus. si utrũq; bonum simul cõtinere nõ possumus: & similiter q ĩ itollerabilibus penis crucianẽ maius malũ ꝑ minori malo accomodare uellẽt. nõ qd min9 malũ amẽt: nisi qd respectiue ad peius seu qd aliqualiter tolerabilius eẽ uf.

¶ Quo pacto homines circa cibos se habebunt postquã facta fuerit resurrectio. Cap. ccvii.

¶ Quoniam completo uniuersali iudicio uidetur: quod corpora simul cum animabus fine fine uiuent: licite querere possumus: Quomodo erunt circa epulas: & hanc materiam siue difficultatem in tres partes diuidemus. ¶ In quarũ prima dicimus: qd nõ indigebũt cibis. ¶ In secũda: quod ipsos cibos habere nequeunt. ¶ In tertia autem quod quãuis habuissent: non possent escas assumere. ¶ Dicimus hoc modo: quod corpora non redeunt ad se uniendum & uiuendum cum animabus per uim nature: nisi tantum p diuinã uoluntatẽ id factũ fuerit. Et q mortuos resuscitat: potius poterit uiuos sine corporeis cibis sustinere. Rursus asserimus q; cibos hẽre nõ possent: q̃uis eos scruteẽt: elemẽta eni nõ ꝑducẽt fruct9: nec erit hoc quintũ elementũ: quod dicimus elemẽtatum: aut uero massa: que a cõmuni omnium elementorum influentia congregatur: & a celestibus temperatur. quia unumquodq; elemẽtum in spherã suã redibit. Vnde nõ amplius cõpositũ: sed simplex manebit: adeo qd nõ possumus nisi unũ elemẽtũ participare: ĩ quacũq; pte fuerimus: & unũ solũ elemẽtũ nõ ẽ cibus: neq; ipm ꝑducere põt neqdem ad celũ attingit elemẽtũ: taliter qd clare cõstat illic nõ posse epulas haberi ad comedẽdũ: neq; ĩ cẽtro terre: siue apud ipsos fruct9 ꝑducent eo: qd ibi sola terra erit sine alio elemẽto. & ad aliã pte dicim9 qd q̃uis cibos haberẽt

carebunt appetitu edendi & dispositione digerendi:quoniã elementa & planete in quiete manentes nullum homini motũ dabũt nec famẽ sitim dolorẽ neq; sanitatẽ uitam aut mortem : sed tanquam ad extra dimittent:ubi sors eum circa suarum operationum merita constituerit.

¶De condictionibus pertinentibus ad illos:qui in gloria manebunt:ac de malorum cruciatibus. Cap.ccviii.

¶Dicimus qđ gloria & pẽa cõtrario mõ se hẽant.attamẽ q̃libet earũ tres pricipales expetit.uñ describẽdo de gloria aut reb9 ad ipsam necessariis asserim9:qđ primũ decet qđ loc9 oportun9 sit:q itelligit.absq; mutatiõe & uarietate.qm̃ ubi esset uariatio:queadmodũ ab elemẽtis & creaturis corporeis causari solet: nõ reperit ultima gloria:neq; mediocris quies. ¶In secũda dicimus diuinã uisionẽ atq; itellectionẽ haberi eo:qđ sua p̃sentia bonitate & infinitate quotridie nos bonificat aut fauet. ¶In tertia asserimus necesse esse ad perfectam gloriam precise cognitionem habere:quod deus omnia creauerit:& quia est dominus & absolutus gubernator super omnibus:nemo eum expugnare potest. ¶Et per oppositum in inferno alie tres partes posite sunt:que penam & merorem sine fine causant.quia licet non esset alius dolor in inferis:nisi animas uidere se esse apud abyssum in demonum societate:atq; in continuis & diuersis motibus maximum horrorem haberent. ¶In secunda & tertia:aduersitates dicimus:quod apud inferos uel ultimum locum penandi semper dãnati sathanam secum coram uidebunt ex eo:quod cuncta eis mala representat:nec ulla est ibi uera cognitio de creatore:nisi inquantum sunt:propter eorum mala.a deo proscripti & exules.Et quod in gloria omnimodo bene se haberent.& in inferis manentes sempiternum malum sortientur:& talis cognitio est maioris doloris potissima causa.

¶Quod post resurrectionem dãnati cruciabunt in igne:atq; aliis corporeis tormentis:& de aliquibus auctoritatibus adductis ad probãdũ q̃ aĩa in igne cõburi põt & de eap̨ solutiõe. Cap.ccix.

¶Post iudicium uidetur quod possint homines igni tormentari:aut quocũq; alio corporeo stimulo tã naturali q̃ artificiali & quãuis non esset alius ignis ardens:nisi quod aeris & aque refrigerium deficeret: corpora semper adeo uehementem calorem sentirent:quod equalis erit illis:ac si comburerent & similiter frigiditatem & siccitatem sentient.ex eo quod eis cuiusq; elementi uegetatio.& gratia dei deficiet:ut iam superius mentionem fecimus. ¶Anima enim rationalis quum incorporea sit tenendum est:quod nullo modo igni comburi queat.Sed si modo deus non permittit super natura : quod anima corporeis nexibus uexetur:quãuis alio modo dici possit:animam tormentis affici scilicet:quando egrotantia membra uidet:quia ꝑpter amicitiam que anime & corpori inest alterutrum de bono gaudet: & de malo tristatur.& non quod anima quo ad suam intrinsecam naturã spectat:igni cruciari queat.quũ incorporea & indissolubilis sit.& tanquã punctum se habeat.Quocirca corpus non põt ei impugnare: Quãdoquidem ignis contra corruptibile uel combustibile locum pugnandi habet.& non contra incorruptibile & incombustibile.licet in euangelio de die iudicii scriptũ sit.Ite maledicti in ignem eternũ.unde uidetur q̃ dammati ab igne corporeo cruciandi sunt.Sed hic de hoĩbus in animis & corporibus simul dicit:nõ aũt de solis animis.& post resurrectiõnẽ nil repugnat posse igne affligi potiusquã hic uiuentes. ¶Alii nonnulli ad ꝓbandum quod anime in igne ꝓprie dicto crucientur:quasdam Christi auctoritates adducunt ueluti dicendo: Ite maledicti in ignem eternum:qui preparatus est dyabolo & angelis suis.& si cõtra dyabolum ignis agit.similiter potest contra rationales animas. ¶Et in euãgelio de lazaro mẽdico & alio diuite ait diuitem rogasse habraam:quod mitteret lazarum:ut minimo digito linguam eius refrigeraret eo:quod in igne supplicium magnum patiebatur.& in similibus aliis auctoritatibus fundari uolũt.& tamen omnia hec figuratiue dicta sunt.ut in iisdem uerbis facillime uideri potest . Nam lazari anima non habet digitos:neq; diuitis anima linguam habet ut digito Lazari refrigeraretur.Sed per ea que uisibilia sunt ad inuisibilia eundum est ad similitudinem horribilis cruciatus:ignem in inferno esse dicũt.quia ueluti inter corporea ignis nimiũ tormentabilis est:ad hanc similitudinem ultimas animarum penas:q̃uis spirituales sint erga animas se habere dicunt.quemadmodum ignis in affligendis corporibus.Nihilominus asserendum est quod quanto anima dignior ac subtilior corpore:tanto quidem maiores atq; horribiliores pene animarum q̃ corporum sunt.dato quod similitudinario sensibilem ignem dicamus. nam ĩ deo digitos manus & similia in modo loquendi nostro dicimus.& tamen figuratiue assumpto. Deus enĩ non habet manus non digitos aut aliqua alia membra:nequidem est aliquis ignis eternus recte assumendo.qm̃ solus deus eternus.Sed qa pene inferni ex p̃te post:durabiles sunt:aut sine fine aliqualiter eterne dicunt.neqđ xp̃s itellexit mũdũ eẽ eternũ.Que enim in biblia scripta sunt:p̃sertim pricipalia approbauit.¶Et ĩ genesi habet.In principio creauit deus celũ & terrã:q̃ uerba lex uetus et noua assequũt. & sic ĩ euãgelio xp̃s ait. ¶Et nũc clarifica me tu p̃r apud temetipsum claritate:quã habui priusq̃ mũdus eẽt apud te.& quũ dicat priusq̃ mũd9 palã denũciat mũdũ nõ eẽ eternũ:& si nõ mũdus nõ ignis.licet qđ si deus uult aĩe q̃uis icorruptibiles in igne corporeo cruciari possunt. Sed nõ quod hoc de necessitate aut

naturali ordine eueniat. Spiritualia enim spiritualem gloriam atq; penam habēt. ueluti corporea corporeas. & sic nō deficit deo ordo ac potestas: sub qua peccatrices anime puniantur: concesso quod in igne materiali non puniantur. ℂ Et quod anime seu spiritus dentes linguam aut aliqua alia membra non habeant: per ipsum Christum probari potest. ut dum post resurrectionē quum in dimidio discipulorum esset. & ipsi conturbati & conterriti existimabant se spiritum uidere: dixit eis. quid turbati estis: & cogitationes ascēdunt in corda uestra. uidete manus meas & pedes meos. quia ego ipse sum. palpate & uidete: quia spiritus carnem & ossa non habet. sicut me uideris habere. ℂ Tandem quod de spiritibus seu animabus manus digiti aut similia non ꝑprie dicantur circa omnes sapientes constat: hec enim omnia aut similia in modo figuratiuo assumunt.

ℂ Quo pacto anime nostre post hanc uitam iuxta merita ac demerita earum uarias habebunt mansiones. Cap. ccx.

ℂ Dum de pena & gloria agimus: nonnulli arguere possunt dicēdo: uos religiosi secundū legem asseritis post aiarum separationē a corporibus animas: que in hoc mundo benefecerint. in celum ascēdere ad recipiendam gloriam: & malas ad cruciatus inferorum descendere. nō tamen ꝓbatis penes naturalia merita hoc ita fieri debere. ℂ Nos etenim contra similes obiectiones plura tenemus: q̄uis hic pauca ponamus: quum de eadem materia acturi simus tractando de imortalitate & ꝑticularitate animarū nostrarum: in quo deo auspice demonstrabit: quatenus anime nostre per naturā super omnes creaturas extra angelos mansionem petant: quod operibus animaꝝ nostrarum comprobatur. Que quū rōne operēt ēt rōne ꝑpriā māsionē exquirūt. Quapropter iuxta naturā anime: que hic bene uiuunt. post hanc uitam eternam mansionem sortientur ex eo qđ ratione uixerunt. Que uero male horribilem habitationē. Nā sicut corpora elementorū aut ab eis composita suas mansiones per grauitatem & leuitatem distinguūt. Quoniā leue i spheram igneam euolat. & graue in centrum terre descendit. Similiter anime nostre quū grauitate & leuitate careant: per rationē seu rationis merita suas mansiones distinguūt eo magis: quod quicqd ad suum ꝑprium & simplex fundamētū est rediturum: oportet necessario: quod cunctis aduersis denudetur: ut in corporibus cōpositis cernimus. Si enim pars ignea i spheram suam est ascensura: decet quod per purgationē uel distillationē prius separetur ab aere aqua & terra. & postmodū habeat locum eundi in simplicem spheram suam. Et etiam membra grossa aut pars terrestris prius ab aliis elemētis dissoluitur & appuratur: q̄ in centrū terre siue in simplicitatē eius deueniat. nec aliter de anima asserendum erit. quia quum extra suam ꝑpriam originem manet: dum hic habitat naturaliter loquēdo: necesse est oībus incōuenientiis seu maculis denudari: quo possit in suam simplicem originem remeare. Quoniam in simplici origine aut ꝑpria animarū mansione nulla est cōtrarietas uel macula: & errores sunt animarum cōtrarietates. & quod aīe que male uiuunt errores habeant sensui & intellectui: cōstat. iccirco aīe que hic male operantur quo ad naturalem rationem post separationē earum peximam mansionē nanciscenť. & de his mansionibus plato & alii suam opinionē sectantes satis utiq; cognouerunt. quia uolunt quod anime que malefecerint in hoc mundo patiantur. donec per uaria supplicia eorum peccata purgentur. ut post mundationē in celum ascendant. & iuxta naturalia merita recte se habet. Quoniam nō respiciēdo legem nisi per naturalia merita: qui malefacit pene subiicitur. Sed etiam quū errores nostri finiti sint per naturam quoq; finitam penam exposcunt. & post purgationem debent in suam originem redire: ueluti partes elementoꝝ. dum de omnibus alienis cōtrarietatibus sunt depurgate. ℂ Dum uero in hoc passu sumus: legem diuinā inuenimus & ꝓbamus ipsam ueram esse efficaci ratione: ut iam in secūdo libro atq; alibi patuit. ℂ Et quia lex nobis terminum imponit ad bene uel male operandū. & ad merendum siue demerendum dum hic uiuimus: non assumimus magis argumentū gloriam fore bonis sine fine. & penā quoq; malis: quod etiam lex euangelica cōfirmat. & quod similis ordinatio iusta sit satis constat. experiētia enim cognoscimus optimā esse libertatem: & rursus quod qui non operatur secundum libertatē: nō est per se dignus gloria neq; pena. Propriam gloriam & penam assumēdo. & post separationē inter animas & corpora nō erit in libertate nostra ad bene neq; male operādum. Quoniā ibi non erimus hoīes. & nos inquātū hoīes tum meremur tum uero demeremur. Et licet post resurrectionē in animas & corpa reuertamur: uti nunc sumus: hoc erit sola diuina potētia: supra omnia naturalia merita. Iccirco opus est manere sub sententia uel meritis: que dum uiximus acquisiuimus.

ℂ Quid principale medium sit ad gloriam consequendā: aut in quo consistat. Cap. ccxi.

ℂ Tractādo in quo cōsistat beatitudo: uideť quosdā inter se dissentire. nā quidam inquiunt gloriā in uoluntate cōsistere: & alii in diuina uisione: & nōnulli in amore. & he partes assignanť per mediū attingēdi gloriā. & nō quod ipse in se sint ꝑpria beatitudo. Quia beatitudo est anime contentatio ꝓspere sentiendo: quicquid uolūtas optare poterit: & intellectus itelligere. At uero de principaliori parte interrogādo ad gloriā obtinēdam uidetur: quod sit amor. Nam boni & mali in gloriam eorum uoluntatē dirigunt.

nec ppter hoc sequit:quod ipsam peruersi obtinebunt.licet eam desiderent:& angelus damnatus deum uidere pōt.tamen ex hoc non erit in beatitudine.& amor nō potest in malam partem accipi.quia aliter fictio esset & nō amor:& quia amor semp bonum assequit de ratione non potest sine remuneratione eua dere:de quo quidem aliqua in euangelio exempla sunt:sicut de magdalena:Quantopere amor ad obti nendam beatitudinē preualeat.Tandem intellectus uoluntas & memoria sunt media ad ostēdendū no bis gloriam:& exhibendam quietem.Iccirco disceptat quenam istarum partium potius adiuuet:ut digni gloria efficiamur.Quoniā in gloria manere dicitur.quando quisq̄ deo fruitur:premiū quo delectat ac cipiendo.unde ppria gloria est bonorum fruitio.& fruitio est delectatio.a deo emanās.& in creaturis infu sa.Sed tale pmium attingi nequit nisi amore & uoluntate:quam cum deo habemus.Et habitis his mediis gloria fruitur.Et hic queri posset:quid plus gaudii creature representet.itellectus an uoluntas aut amor eo:quod itellectus cognoscit se esse in presentia sui creatoris.& quod iam adeptus sit illud: qd querebat. & uoluntas plena reperit & cum requie.quia ad quecunq desiderat peruenit.Amor cognoscit:qd amā do est amandus.& quia amādo in locum summe delectationis cōscendit:asserere possumus : qd quelibet istarum potentiarū mutua cōcordia aliis repsentat: quicquid boni habet.& quicqd uolūtas uult tanquā bonum intellectus intelligit.& amor quoq idem amat.Attamen semper deus ultro amandus est:quia si eum nō amaremus:parum pdesset gloriā intelligere.& ad ipsam uelle peruenire. ¶Enimuero ceteris disputationib9 dimissis.de illo uidelicet:quid principalis causa sit ad gloriā . nunc plane uidendum erit: quid gloria sit:& quoniā sensuum uiam accipiemus sub paucis scribendū erit: quid pro gloria capiat:& unde emanet. ¶Gloria secundū plurimorum sententiā nil aliud est q̄ ultima delectatio aut gaudium seu hylaritas:que hoiem ualde contentum reddit.& quia homo nō potest esse in ultimo gaudio: quousq ad suam primā causam deueniat:& psentialiter cognoscat:ac diligat:& intelligat se ab ipsa diligi:nullo qui dem pacto penes naturalia merita homo potest perfecte contentari nec deuenire ad perfecte cognoscē dum suam primā causam:nisi per bona opera:hoc est pcepta obseruādo.& ideo per honestos actus nr̄os coram diuino numine deducendi sumus.& illa psentia aut intuitio nobis gaudium infert.Que qdē dele ctatio gloria seu felicitas dicit:qm̄ q tali gaudio potit:felix est:atq beatus pculdubio nūcupari poterit.

¶Quonā pacto creature incorpee se itelligant:& adinuicē suos cōceptus imprimāt. Cap.ccxii.

¶Quemadmodū alique corporee creature uocibus carentes per signa aut intuitionē ad inuicem suos conceptus cōmunicāt:ut musce & alia animalia uocibus carentia : multomagis uidet q angeli & anime quum perfecti & incompositi sunt:poterūt suos cōceptus per intuitionē alterutrum imprimere aut decla rare:Queadmodū eni animalibus sensus habentibus datū est:q debeant per sensus couersari:ita quoq angelis & aiabus cum suis potentiis: que sunt intellectus siue ratio uoluntas & mens.nā sicut corpa nr̄o corporali uisu cernimus.Similiter incorporee substantie se inuicem uident per incorporeos intellectus. quia sicut corporeū ad corporeū:ita & incorporeū ad icorporeū:& sic tenere possumus:qd angeli boni & mali possunt intrinsecas hoium cogitationes prescire.qm̄ sicut corpora eis non obstant:possunt p oia mēbra spirituales contēplationes intueri : quāuis primo aspectu intelligere nequeant.unde cogitatiōes nostre dirigunt eo q uadunt hinc illinc titubantes ueluti mēbra in actibus suis dissimulant.dū uero mē bra determinate ad unū locum tendunt facile ea sensibus cōprehendimus:nec aliter de intrinsecis consi derationibus dicetur:quum eni ad unum locum dirigunt:pōt eas angelus cōprehendere:aut p cōiectu ram iudiciū agere de illo:quod uolunt ..Quū plures ad unā partē potius quā ad aliam declinare uidea mur.nec solum uidet q angeli & aie inter se debeant cōmunicari & intelligere:ut ista iferiora animalia. uerūetiā perfectiori modo:experientia eni edocet quod quanto creature digniores:tanto maiorē habēt dispositionē ad se cognoscendū & cōuersandū.Et ideo quū angeli & anime sint simplices creature natu ra uiuentes sup corpa demōstrat.Quomō se cōmunicare debeant : faciliori modo quā aliqua animalia. ¶Aliarū uero animarum exemplo sufficienter possumus de cognitione inter animā & aiam rationalē itel ligere.Queādmodū eni uegetatiua anima ad uegetationē:siue ad uegetabilia se habet.Et sensibilis aia ad sensibilia.itidem & in specie sua rationalis aia cum incorporeis uel spiritualibus.Quoniā uero uege tatiua cuncta pspera & aduersa cognoscit per solam scilicet uegetationē & sensitiua per sensationē.Sic & intellectiua per intellectionē:ueluti quia quelibet delectatio sensitiue competens omni modo p uisum auditū tactum gustum aut olphatum assumit.Et si cōtraria in aliquē istorum sensuum uel in oēs nociua in tercidunt.& uegetatiue comodū & incomodum i siccitate humiditate frigiditate uel caliditate aut aliis huiuscemodi cōsistunt.Et penes naturalia merita rationalis aia in itellectione:cūcta bona & mala dime titur.Et sua omnia in ea cōsistunt:quod ab exemplo dum hic uiuimus cōprobat:quippe qd per solā itelli gentiam:multa siquidem tum de rebus incorporeis & corporeis:tum de sensibilibus & uegetabilibus ra tionales anime cognoscūt.Enimuero dum tristamur aut nequaquā de nr̄a corporea uita contentamur: nō corporeos cruciatos & flagella:immo spiritualem tantummodo afflictionem decernunt. Quocirca tenendum erit q rationali anime cuncta competentia & aduersa & prospera in intellectione ipsius aie fundantur:non autem corporeis conincidunt.

De Epycuri opinione

Posteaq̃ quid pro gloria assumatur explicauimus: facillime hic concipi poterit. Vtrum opinio epycuri de felicitate bona sit. Multa eni & preclara i aliis rebus intimauit: quemadmodũ in suis scripturis cõstat: quũ pleraq; fundamẽta naturalis atq; moralis philosophie pscripserit. Quem licet aristoteles i hoc potissime redarguat in aliis plerisq; locis penẽ easdem sententias & uerba epycuri assumit. Ipse eni epycurus in suis operibus inter alia pcipue conat̃ ad ostendendũ: qd uirtutes & quid uitia sint: & differentias inter has partes interserit: & ad felicitatẽ deueniẽdo semper insistit nihil boni esse: nisi in bene & honeste uiuẽdo imortalẽ uitã nanciscẽdo. pariterq; imitatores & sequaces dei laudat. & illos detestat̃: qui sunt corporeis delectationib9 dediti dicens. Quod nimiũ delectat secũdum carnem non contingit nimiũ durare: & pcedẽdo. Non põt inquit iucunde uiui nisi prudenter: nec prudenter nisi honeste ac iuste uiuat̃: neq; potest honeste ac iuste nisi prudenter. Deueniendo ad felicitatẽ ait: felicitatẽ bifariam intelligi supremã illam: que in deo est: que nõ admittit incrementũ suũ continuũ. & hoc ipsum pro uera felicitate habet. nihilominus uoluptatẽ exponẽdo interdũ aliquid obscuri deferebat: quod iccirco cõtigit: quia uidetur uoluptatẽ uniuersaliter pro gaudio uel delectatione accepisse. & ideo dicebat uoluptatẽ in se non esse malam eo: quod delectatio inquantũ delectatio bona est. attamen illos reprehẽdebat: qui turpibus & obscenis uoluptatibus dediti: erãt. ponẽs nõnulla exempla ut dicendo. Non oĩs uita est laudanda preter illam: que honesta est: & in expositione uoluptatis ait. omnis uoluptas ex eo qd naturã ppriã habet: bona est. non tamen oĩs uoluptas est eligenda. Queãdmodũ eni dolor malum est. nõ tamen oĩs repudiandus est dolor. Nunc uero assumpto qd epycurus nõ oẽs uoluptates cõmendauerit preter illas q̃ accipiẽde erant. satis põt absq; eius errore intentio pbari. & sic asserimus quod felicitas uniuersaliter assumpta ab uniuersali delectatione emanat. Sed postea per ppriam & supremã diuiditur. & per impropriã & infimam q̃uis dicere possimus nõ esse felicitatẽ. nisi pro ultima aut sũma gloria assumatur. Et quum in rebus infimis nequeat pfectum & ultimatũ gaudiũ adipisci: per cõsequẽs ibi nõ erit felicitas. & in hoc modo cõcedendũ est felicitatẽ non cõsistere uniuersaliter i uoluptate. quum pleriq; in uariis suã felicitatem applicant. Quidam enim in mulieribus: & quidã in diuitiis: aliqui in cibis. & ita de reliquis. & quo ad ueritatẽ tota istorũ felicitas in eisdem uoluptatibus consistit. Quoniã post hanc uitam nullam delectationẽ neq; felicitatẽ habebũt: & nunc saltem quãdo comedunt bibunt aut cũ mulierib9 degunt: aliquã delectationẽ sentiunt. Quod si nullam uoluptatem haberent: dum cibus per guttur transit: uiciosi nullã delectationẽ sentirent nec assererẽt illic felicitatẽ inueniri. Quoniã autem in quoquomõ gaudiũ adinueniunt: felicitatẽ uocant: & q̃uis eiusmodi uoluptas mala sit: respectiue eo quod summe glorie impedimentũ affert. per se res naturalis est atq; bona: sed fit mala: dum ea utimur citra mensuras aut preceptorũ dispositionem. Verũtamen sine delectatione nulla erit in hoc mundo nec in alio felicitas. & si in hoc modo epycur9 capiebat: ut uidet̃ opinio eius tenenda est: atq; laudanda: eo qd uoluptatẽ pro delectatione assumebat: ut iam uisum est. & uera delectatio gloria & felicitas conuertunt̃. Amplius circa plures modernos nr̃os oẽs actus in eo: quod actus sunt boni. q̃uis ad occidendũ uel depredandũ hoĩes dirigant̃. aristoteles uero oẽs fines dicit esse bonos: idest sub colore boni. Vnde fit quod si opinio aristotelica est approbãda approbabit̃ etiã opinio epycuri. Nam quanto peius cõtra ipsum comẽtari posset: idem inueniret̃ dixisse causa: quod uoluptas erat tanq̃ finis: ad quẽ oẽs tendemus. & uera felicitas pculdubio in fine consistit. & qd uoluptas uel delectatio sit cõmendanda aut phibenda in eo: qd tanquã finis delectatiõis representat̃. Secũdum Aristotelem est bona: quum per ipsum oẽs fines boni sint. Et quia Aristoteles uoluit opinionem epycuri tractantis de felicitate tanquã odiosam abdicare. etiã aliquid de aristotelica opiniõe scitabimur. Et quum aperte pateat: quatenus in hoc mundo Aristoteles ultimã felicitatẽ expectabat: ubi nõ põt pfecta gloria adipisci: satis ostendit̃: quod opinio Aristoteles ĩ hoc loco deterior erat. q̃ epycurea: quippe qd epycurus uitã sine fine cõmendabat: & post istam aliã pfectiorẽ: atq; in deo perfectã felicitatẽ esse asserebat. licet concedamus qd Aristoteles felicitatem intellexisset pro unione intellectus nostri cum eã prima. Quoniã autem in hoc mundo credebat esse: si forsitan credidit: aut donec uitam hic degimus: sine ratione cõsideratio eius erat. felicitas enim intelligit̃ ubi omnia sunt perfecta: nihil deficit: & quodcũq; desideratũ est acquisitum: nec quicquã ad extra quin intrinseca fruitio cognoscat̃ in q̃ nulla aduersitas nec uarietas nequidẽ multiplicatio & diminutio interuenit. & quia manẽtes in hoc mundo non possumus ad similia puenire eo: qd generati & corruptibiles & susceptibiles passiones ĩ pfecta quiete morari nequimus. Rursus aristoteles ait impossibile esse indigentẽ posse bona operari. & si summebat indigentẽ p carẽte quacũq; uirtute: recta quidẽ loquutio eius erat. Si autẽ intelligebat indigentem: ut plures capiunt pro diuitiarũ carentia: nõ erat pprie philosophica loquutio: nam iuxta oẽs probos uiros de corporea & icorporea natura constamus. Quocirca alias pfectiones aut finem petit anima per intrinsecam naturã suam & alias corpus. Et quum anima spiritus sit: & incorporea: res spirituales incorruptibiles & imortales expectit. non cõpositas sed simplices: quia cõpositio causa corruptionis est. Quaobrẽ si perfecti esse uolumus. necessario oportet: quod nostre cõsiderationes simplices sint. & si in bonis uel corporalibus diuitiis reuoluti sumus: oportet ibi curam adhibeam9. & donec ita degimus anime opus dimittimus: unde patet quod

pauper & inops sine curis diuitiarū esse debet. si modo simplex & perfectum opus peragere uolet: quāuis citra mundanas diuitias homo nequeat plura huius mundi operari. Sed potest spiritualia opera agere: q̄ meliora sunt: At uero qui bonus est: faciliter necessaria reperit: ut appet in plerisq; deuotis & piis. Qui bona huius mundi deseruerunt: & quamplures ecclesias & alia huiuscemodi in laudem dei edificauerunt: atq; multa pro pauperibus & diuitibus fecerūt: & natura humana paucis contentari potest. Sed carnales cupiditates difficillimum erit ut applacentur. ideo q̄to magis habent diuitias: tanto plus sitiunt. & sic qui contenti aut minus anxii sunt in hoc mundo: sine diuitiarum cura degunt: & qui non est contentus nec mundanis anxietatibus implicitus: nō potest opus bonum & simplex omnino operari. Quapropter ubi Aristoteles de bonis huius mundi curam maximam se habere ostendebat: non potuit recte de uera felicitate intelligere: nam uera felicitas nullo pacto adipisci potest. dummodo temporalibus curis nō denudamur. & penitus derelinquamus: similiter si secundum scientiam epycureoꝝ: ut lucretius narrat aīa nostra de athomis composita est: & mortalis in solutiōe corporis: & alias similes quoq; ineptias dicunt. ridicula erat eorum facultas. Quum uideatur de istius mundi uoluptatibus tractare.

¶ Quod post iudicium taliter confirmati erimus: quod nullus libertatem habebit ad penitendum de operibus suis: nec boni poterunt creatorem non amare. Cap. ccxiiii.

¶ Posteaq̄ boni erunt in gloria cōstituti per merita operationum suarum: & peruersi in inferis: uidetur quod ita cōfirmari debent: quod nemo eoꝝ possit rursus aliam mansionē mereri. & dum mereri nequit: nequaquā uidetur: quod habiturus sit libertatem uolendi id: quod nec haberi nec dignum fieri potest ad id cōsequēdum: quis damnati desiderare poterint gloriam uel aliquam requiem. Sed quia nō possunt recte taliter deum amare: nec suorū peccatorū penitere: non erit ꝓprium uelle neq; desiderium glorie. & ideo eam nolunt eo: quod rectas uias nō capessunt: nec rectum uelle & falsum uelle tanquā nolle bonum est. Attamen omittamus hic de damnatis: quia absolute omnes natura bonū: & non malum appetimus. Sed recte uiuentes nunq̄ malum uniuersale nec particulare appetunt. Si enim mala optarent quēadmodum de peruersis diximus: sua appetitio mala: & non bona esset. Quocirca in gloria manētes qui boni & beati sunt: malum opus uelle nō possunt. hoc enim bonoꝝ nature repugnaret. & loco: quem possident obsisteret. presertim ut iam dictum est nullum manēs in gloria nec in inferis posse locum alium mereri: & ob hanc causam desiderium suum inane esset: & deus & natura nihil inane ad consequēdū eius finē ordinauit. ¶ Super qua materia quidam sunt uarie sentientes. scilicet an anime in gloria manētes possint nō amare suum creatorem: & altera pars tenere uidetur: quod nequeāt nō amare. Quēadmodum enim natura optamus omnia sub fine alicuius boni: uidetur quod totum bonum p̄sentialiter habēdo. natura ibi sit quiescendum: & amando illud: quod habemus licet libera anima sit: non taliter libera: quod possit summū bonum non appetere. hoc est per naturā & honestam rationē. quia puersi quū sine ratione degant: possunt suas operationes contra naturam & rationē dirigere: & boni quia ordinati ordinatū scitantur. Unde constat quod esset repugnantia animabus in gloria positis deum non amare. ¶ In oppositum dici potest ꝙ quum natura liberi simus: semper nobis eadem est libertas: ut probatur secundū uniuersalē sententiam tenentium libertatem esse causam maioris meriti. & quod ratio similiter indicat. & si ad amandum necessitati essemus: uidet quod inuito & non sponte bonum ageremus. & quod tale opus non esset glorie meritorium.

¶ Q̄d iuxta diuinas & naturales ratiōes ꝓbat: q̄d beati de necessitate semp deū amāt. Cap. ccxv.

¶ Ad explicandum hanc materiam cum minori rigore principio intelligendum est: quid liberum arbitrium sit: de quo quidem in loco suo satis tractatur. Et hic rursus aliquid quoq; tangemus: unde petendum est utrum liberum arbitrium finem petat. Si enim finem petit. beati non possunt non amare deum: & si finem non habet possunt deum non amare. Sed primo itelligendū est: quid liberum arbitrium significet: & non solum in uoce de presenti: imo potius ad finem in quem tenditur. ad quod dicimus liberum arbitrium nil aliud esse q̄ habilitatem mediā ad uarios fines acquirendos absq; dependētia potius ad hoc q̄ ad illud: & quum beati & damnati iam sunt ī ultimo fine. & ultimus finis inuariabilis est: quum nequeat ulterius pertransire: nec ad principium reuerti. seqtur nullam remanere libertatem manētibus in gloria neq; in inferis ut in cōtrariis modis operari possent. Nam bene operari habet pro ultimo signo suo beatitudinem & malum inferos sortitur: & dum finis acquiritur: necessario cessat potentia eundi per eandem uiam: quoniā tunc talis potentia sine proposito fuisset: quum nō habeat quo ulterius eat: & hoc ita in dānatis quēadmodum & in saluis intelligitur. Quia angelus malus iam habuit metam: quousq; mereri uel demereri potuisset: & sic iam non est uerus rationalis: quia non liber ad merendū neq; demerendū. Quapropter licet quamplura pexima agat: non ex hoc in deteriora loca labascit. Quum iam determinatum locum habeat. nec angeli boni possunt in altiorem gradum ascendere ultra illum: quem in beatitudinis confirmationē habuerit: & quia neq; ascendere neq; descendere possunt: nequaq̄ liberi ad bonum & ma

um nisi in ordinario bono confirmati. Angeli autem mali in pexímo. Et dicendo de rationalibus circa finem saluationis & condemnationis. similiter de cunctis aliis rebus intelligendũ erit. Nam oẽs habemus fines in operibus nec a nobis ꝑteriri possunt. sicut in uita hominis: in qua est meta q̃ ꝑteriri nusquã põt. nam oia a deo dependentia sub determinatis gradibus atq; mensura ꝑducta sunt absolutũ preter deum uero nil. ℂOmnia gradus determinatos habẽtia atq; ab alio superiori assumptos: dum ad gradũ ultimũ attingunt. ibi quiescunt: aut saltem firmantur. qm̃ per se nil augere possunt: & dum ꝑ uoluntatẽ alterius augemur: ꝑter naturã hoc habeť. oẽs rationales creature habent per ultimũ finem seu gradũ gloriã: si bene fecerint: & suppliciũ dum male concedendũ est. per se nullã creaturã dum in gloria cõfirmata sit posse aliud quã gloriã uelle. deus est gloria uera: & nil aliud constat beatos non posse deum ipsum non amare. cum in eo tunc ad ultimum gradum iam deducti sunt. ℂIn hoc loco uero congrue de angelis dãnatis aliquod quimus adducere exemplũ eo quo disputari solet. utrum angelus potuit in primo instãti creationis mereri & demereri. quidam inquiunt potuisse: alii uero ꝙ non. tandem quia angelus in primo instanti sue creationis liber ad bonũ & malum oꝑandum fuit: & bonũ est prius quã malum. uideť ꝙ angelus in primo suo instanti tendit ad bonũ: & bonum ubiq; de se est meritoriũ. unde uideť saltẽ aliquod paruũ ꝑmiũ angelum in principio meruisse. Sed quia nõ qui incipit. nisi qui in bonũ ambulat & finit: a deo oipotenti approbať id parum bonum ab angelis actum non potuit ipsos ad gloriã deducere. nã ueluti nõ condẽnamur ꝑ primũ motum aut cõsiderationẽ ad malum. nisi ꝑ cõfirmationẽ in prauis cogitationibus. parimodo asserendum est: tanquã meritorios glorie nõ approbari: nisi ꝑ cogitationes in bono cõsistentes atq; cõfirmationẽ in ipsis: & ita angelus cum de primo instanti creationis usq; ad ultimã determinationẽ suam in bonũ uel in malum uiator erat: potuit quandoq; bonũ & quãdoq; malum oꝑari. tamen parum bonum & parum malum tanquam a casu actum. tamẽ post cõfirmationẽ bonoꝝ in gloria & malorũ in abisso non sunt amplius uiatores. nequidem de iure põt auferri ab aliquo eorũ mansio. quã iam a deo oipotenti cõfirmatã habuit. per se autẽ nil mereri neq; demereri amplius possunt. qm̃ iam uiatores non sunt: quia ad ultimũ gradum suũ deducti: & si angeli mali de errore suo penitere potuissent: & deũ seruẽter amare: angeli boni siquidem deum non amare: & de gloria incontenti esse uiatores: non autem cõprehensores de ratiõe essent denominãdi. Vnde hoc concesso oẽs essemus uiatores: tam beati quã nõ beati dãnati. ueluti & non dãnati: quod a natura & ratione repugnat. tãdem oẽs creature rationales in principio in uia merendi & demerendi sumus. ℂChristus autem solus inquantũ hoiem capimus: nunquã uiator fuit. imo de primo ad ultimũ cõprehensor. & ita nulla oꝑatio ab ipso spectabatur. per quã in gloria cõfirmareť. ℂAngeli uero uiatores creati sunt. unde oportebat: ꝙ ꝑ aliqua ꝓpria opera mereri uel demereri & ubicunq; meritoria opera ꝑ aliquẽ discursum: oportet ibi esse iudiciũ sup ea: que acturi sumus: & electio de his que assequi uolumus: & sup electionẽ uiator mereri uel demereri potest: nõ autem prius. ℂEt sic deueniẽdo ad principia angeloꝝ inueniemus plura instãtia priusquã mereri uel peccare potuissent. ℂIta decurrendo in primo instanti: angelus est opus dei: & in secundo uero intelligit se ipsum. in tertio forsitan alios angelos cognoscit. sed dicamus ꝙ in tertio cognoscit deum: in quarto instanti iudiciũ sup ea: que acturus est agit. in quinto siquidẽ ea q̃ potius uult eligit. & in eo instanti electionis angelus meretur uel demeretur. iuxta electionẽ factam. in sexto uero per deum oipotentem iuxta merita: quidã in gloria quidam in pena tanquã in ultimo fine cõfirmať. ℂRursus ad libertatẽ reuertẽdo. Et siquis exemplũ uult de lucifero afferre: qui deum cognoscebat. & alium plusq̃ deũ amabat: idest semet ipsum. Respõdemus: quod lucifer nondũ beatus erat. nisi positus ĩ uia ad gloriam. Quocirca nõ certior factus: imo ꝙ erat in quoquomõ ambiguus de diuina perfectione: & qui beati sunt aliter se habent: quia iam in bono siue in gloria cõfirmati. Et si dicis quod saltem in gloria erit libertas ad bene operandum. & quod libertas duas partes respicere solet. Respondeť. non oẽm libertatẽ esse talem preterq̃ in uiatoribus Deus enim liber est: & malum operari non potest: maxime quod dum beati libertate ad bonũ & ad malũ potirenť: non possent deum uidendo bonum non amare: nam libertas ut est in uiatoribus habet causam ad bonum uel ad malum cõplectendum: & remota causa: scilicet quod amplius neq; bonum neq; malum adipiscamur. sequiť: qđ causa auferť: idest libertas ad bonũ & malũ. quia ab re nullus effectus oriť. Et ut facilius hoc uideať: exẽplũ de nostris experiẽtiis adducemus: ĩ quo patet quod malũ aut periculosum uelle non possumus. ut quando quis sup turri seu alia sublimi altitudine manet. ꝗ necubi cogitare uult ad cõsentiendum. qđ ex sumitate turris in terrã cadat: q̃uis naturalẽ potentiã hẽat ad cadẽdũ uel saltandũ: & hoc patet: qa quãdoq; homo se inuito ꝑcipitať: & si dispositionẽ non hẽret: nullatenus caderet. tamẽ iste effectus nõ ꝑ uolũtatis electionẽ nisi cõtra ipsam accidit: & id qđ cõtra uoluntatẽ fit. nõ est de genere libertatis: & sic patet quatenus manens supra turrim: nõ habet potestatẽ nec libertatẽ uolẽdi semetipsum ꝑcipitare ex sumitate turris: ꝑsertim si post casum multo peius spectaret pariter petať oibus hoibus an possint uelle cõburi uel suspendi ĩ plateis. & ꝙ post mortẽ aie eoꝝ ad inferos descẽdãt. ut ibi sine fine crucienť: uere nullus hõ sane mentis iuenireť q tale uelle ĩ uolũtate sua situare posset. ℂOẽs beati siquidẽ sane mentis sunt. & multo clarius cognoscũt bona atq; mala. quã hic uiuẽdo agim9. unde si nõ possum9 uelle ĩ hoc mũdo & ĩ alio cruciari. neqdẽ ꝑ plura tormẽta ab intrĩseco sũmũ bonũ absolute nõ appetere quãto minus bti q corã se habẽt sũmũ bonũ ipsum cognoscunt: & de malo quoq; plenã habent cognitionẽ. possunt deum non amare: presertim cum clare ipsum cognoscunt.

¶ Qualiter secundum meram naturam uoluntas nullam habet libertatē ad amandū malum:neq̄ beati possunt per naturā nequidē legem deum non amare. Cap.ccxvi.

¶ Preterea dimissis oībus cōsiderationib9 uiatorꝝ.atq̄ cōprehēsorꝝ de naturali absq̄ aliqua lege tantū. dicamus:an uolūtas naturaliter.absq̄ aliquo alio respectu capiēdo sit libera ad bonū & malū operādū: & ut clarius ea que dicim9 pateāt.in primis uidēdū est:qd bonū & qd malū dicāt:quid lex: quid uolūtas. ¶ In sacra scriptura habet.uidit deus cuncta:q̄ fecerat:& erāt ualde bona:& nil in natura rerū dat:nisi deus:& facta per ipsum.deus est sūme bonus:& facta ab eo ualde bona: & uolūtas nō pōt uelle.nisi illud quod est:& quicqd est a natura capiēdo est ualde bonū.Constat qualiter uoluntas a natura nō est libera ad bonū & ad malū operandū sed ad bonū tantū:nō ad unum solū bonū nisi ad plura bona: qm̄ bona multa sunt:& sic uoluntas a natura semp.& ubiq̄ uniuersale bonū uult:idest hoc uel illud bonū.sed sem per bonum aut uero sub colore bonitatis. ¶ Sed capiendo secūdū simplicem naturā : nō datur color bonitatis:seu ambiguitas:nisi oīno bonum.nā peccata nō dantur:iuxta merā naturā nisi circa p̄cepta. & qd per legem aliqua opera sunt nobis cōmissa.& quedā ꝓhibita: & sic dum ꝓhibita uolumus:errorem cōmittimus.sed dum nulla esset lex in cordibus scripta aut in libris:oīa que uellemus essent ualde bona. ¶ Dum primi parētes peccauerūt:nō stetit.quia fructus uetitus esset pexim9: nisi quia p̄ceptū dei trās gressi sunt.unde si nullum p̄ceptū habuerant:quāuis fructum illum comederant :nullū cōmiserant erro rem:& sic lucifer quia uiator erat:aliquod habuit p̄ceptū.intrinsecum uel extrinsecum:qualiter deo obe diendū erat super oīa.& qa p̄ceptū nō seruauit peccauit. ¶ Et inserēdo qd plures opationes opamur: que a natura mala sunt.ut arripere aliena:occidere ꝓximū.& similia.Respōdet quod oīa hec cā trāsgres sionis legis mala facta sunt:Quoniā si in statu inocentie maneremus: aut secūdum simplicē naturam de geremus:oīa bona essent cōmunia:& nullum odium inter nos generaret.cū unusqsq̄ iuxta posse:inquā tū necessitas urgeret & laboraret:& oēs sano animo una cōuenirem9:sed qa artificialiter nūc uiuimus: plures errores ꝑpetramur. ¶ Sed ponamus adhuc in hoc statu manēdo quod oīa bona & oīa mala seu cōmissa operari.& uetita habemus corā uobis de p̄senti:& qd nulla obscuritas stat.super qd melius:& qd pcius semper meliora assumeremus:sed quia sepenumero ea q̄ bona apparentia sunt:ut depredari mer catores. cogitādo : quod nūmi quos ipsi habēt sunt boni:est de p̄senti.& aspectamus qd a nemine sciret talis depredatio:& si fortasis sciretur:qd per alteram uiam possumus euadere: eligimus mercatorē depre dari.sed dum haberemus gloriā dei corā nobis de p̄senti:& patibulum aut penā inferni similiter:ꝓculdu bio eligeremus gloriā:quia sine cōparatiōe magis delectabilis quā arripere nūmos a mercatore. ¶ Et sic quia beati habēt corā se id:qd sūmū bonū est:& pariter quid malum.sequeret necesse eē a natura sem per ipsum deū amare. ¶ Neq̄ est dicendū:qd actus nr̄os amandi suspendere possimus:quod neq̄ deū amemus:neq̄ odium habeamus.qm̄ hoc tantum fieri pōt.dum de ipso deo nō cōsideramus.ueluti hic ui uendo sepe agimus.quia iam nō recordamur de ipso in dormitionib9 prandiis aut aliis reb9 occupatis non amamus eum:neq̄ odimus.sed dum ipsum i p̄sentia hēremus īpossibile est de naturali ordine ipsum deum nō cōsiderare:& cōsiderare ipsum:& nō amare tanquā eū odire fuisset.qm̄ a natura bonū:p̄sertim summū bonū.amandū est.unde nolle amare cōtra naturā ꝓcedimus quamobrem non tanquam bonū sūmū bonū aspicerem9.nisi ueluti malum.& quia malum est odiendū : nō amandū summū bonū ipsum odiremus.Quoniā sub ratione boni assumpto īpossibile est ipsum nō amare:& sic angeli mali odiū hn̄t. cōtra deū.asserendo qd ipse non sit sūme bonus.sed imo sūme malus:uolētes trāsire peccata sua in deo. sed dum tanquā sūmū bonū ipsum aspicerēt.īpossibile est per naturā eum nō amare.qm̄ de uolūtate est absolute:semp bonū uelle:& malū abhorrere.unde si beati possūt deū nō amare:pariter possūnt ipsum abhorrere.quoniā clara uisione p̄sentialiter.ipsum uident:& nō possunt sub ratione sūmi boni uidere:& nō amare illud.unde fit:quod si non amant.uident illud sub ratione mali.& quicquid sub ratione mali a natura odiosum. ¶ Cōcedit ab oībus theologis:quod beatus nō potest deum odire:cōstat quod neq̄ pōt ipm nō amare iusta naturalia merita loquēdo.& multominus ſm legē eo:qd bti iā i optio cōfirmati sunt:& nulla restat ambiguitas i itellectiōe sua ad discernēdū.Quid bonū & qd malū sit:cū uiatores am plius nō sunt.nā uiatores nōdū sunt clari de hiis:q̄ p merita operꝝ suorꝝ habituri sunt.beati siquidem oīa bona iam assumpserūt:q̄ habituri erant.& ipsa de p̄senti possident:& palam cognoscunt: qd nullatenus aliud delectabilius uendicare possunt:nequidē id qd habent augere.& semper quod malum cōmittimus: credimus de p̄senti saltem delectationes nr̄as augere.beati nō possunt hoc excogitare eo qd oēs delecta tiones eorꝝ habent manifestas:& quod in amando deum consistit:constat qd nō possunt ipsum nō ama re:posito qd uellent uelle.nā sepenumero hic uiuendo circa imperfecta contingit nobis non posse non uelle aliqua:que uolumus ut delectationes mēbrorum.unde fit quod:amatores solent dicere uolo & non uolo:& quod uellent amicos deserere:& tamen non possunt:& si mulieres per aliquam cōcupiscentiā seu suum:ita amare possumus: quod non possumus eas nō amare:saltem per aliquod spatium.multo magis erit fixus amor beatorum in deo:cum ibi nullum tempus nulla uarietas nullum contingens interueniat: nisi clara uisio de presenti tantum.unde a natura & lege patet:qualiter beat non possūnt deum nō ama re.quoniam secundum naturam omnia sunt bona atq̄ amanda:& de proprietate uoluntatis est bonum amare.tamen hoc uel illud.sed semper bonum & lex uiatoribus prebet locum ad amandum. quandoque

bonum & quandoq non bonum secundum precepta:& beatis tradit confirmationem boni: quod amplius tanquam uiatores non se habeant. ¶Deniq de communi sententia ubique posita disposita potentia & disposito obiecto cum medio conueniente.necessario sequitur debita actio.uoluntas habet bonum pro obiecto:concedendum est:qd disposita uolũtate:& disposito bono cum omnino debita approximatione necesse est ibi debitam actionem sequi : uoluntates uiatorum sunt disposite.deus est optimum obiectum:& ibi est perfecta approximatio.unde a natura loquẽdo necesse est rectam actionem ibi esse. nam uisu optime disposito & coloribus optime dispositis cum debita approximatione.& quod ibi nullum obstaculum interponatur semper fit uera uisio.& quia inter uoluntates beatorum & summũ bonum nullum ponitur obstaculum:& omnia ibi sunt optime disposita.necesse est ueram actionem sequi.nam uoluntas quicquid amat est bonum aut sub colore boni:& inter deum & beatos nullum potest interuenire fictum:uidelicet quod unum ostendat & aliud sit:unde cõcedendũ est quod de naturali ordine beati non possunt non amare deum:eo quod bonum obiectum uoluntatis est.

¶Cur nõ possunt beati deum non amare eo q summũ bonum:& oẽs creature a natura summum bonum amamus & q deus plus amat quam amatur. Cap.ccxvii.

¶Preterea assumpto q summũ bonum uel bonum absolute consideratum sit obiectum uoluntatis.ut ab omnibus conceditur:nunc sic:deus solus est summũ bonum:aut in quo omnes bonitates concluduntur : palam constat qualiter deo cognito nullatenus a natura loquendo eum abhorrere possumus cum naturaliter semper summũ bonum amemus.licet sepenumero causa ignorantie in apprehẽdendo bonũ abhorreamus.nihilominus in hoc nec in illo instanti intrinsece ab amore summi boni liberamur: & quãuis non semper summũ bonum in re apprehendamus quicquid sit:sub colore bonitatis est: & ab intrinseco principale uelle nostrum nunquam cessat amandi summũ bonum propter illud particulare quod de presenti amat:sub quo ordine quamuis concederemus beatos posse amare aliquid aliud : quod deus non sit.ut malignum spiritum non ex hoc abhorrent deum.nisi fortasis similitudinarie:inquantum amãdo spiritum malignum transiret preceptum dei a natura loquendo nunquam potuisset aliquis beatus deum non amare:quoniã tunc immediate contra obiectum uoluntatis ambularet.unde eadem esset ratio summũ bonum non amare.ac si diceremus oculi nostri uident sonos & non colores:quod sub nulla naturali ratione stare potest.cum colores sint obiecta uisus:nõ autem sonus:& ita bonum obiectum uoluntatis.non enim malum:beati uero quid bonum & quid malum sit distincte cognoscũt. ¶Qm̃ summum bonum iam cognouerunt:quod est primum obiectum creaturarum.nam quamuis dicatur nullum uolitum quin prius cognitum sit.hic non tenet:quoniam absolute prius uolumus quam intelligamus.ut probatur:quoniam omnes creature sic uel sic absolute bonum appetunt:& nõ omnes creature bonum intelligunt neq malum.nec omnes homines summũ bonum idest deum intelligunt: & tamen omnes ipsum amant sub abscõdito amore.unde taliter disponendum est.uidelicet nullum perfecte uolitum: quin prius cognitum:nam dum res per intellectionem optimas esse cognoscimus: ipsas uehementer amam9. ut in pueris exemplari potest.nam quamuis in infantia nostra omnes homines denominemus patres & omnes mulieres matres:quia confuse non autem clare omnes hoies & omnes mulieres cognoscimus.parum ipsos amamus.unde fit q multo magis dum patres & matres proprios distincta cognitione apprehendimus amamus:quam prius diligebamus patres & matres & oẽs alios homines atq mulieres simul: & tale exemplum inter amorem confusum:dum hic uiuimus:quem de deo habemus:& amorẽ beatorum de ipso deo.nam appetitus noster de summo bono:tanquã de re absoluta representans:& amor beatorũ eidem simpliciter habent obiectum:uerumtñ nos dum hic manemus:confuse ipsum summũ bonum amamus:beati enim distincte.deus autem non continet aliquid magis absolute in modo potentiali.& aliqd potius particulare in actu cum totus ipse deus actus purus sit:nil superius nil inferius nil prius nil posterius nil pfectius nil impfectius ab intrinseco concludens:quãobrem non ex parte dei aliquis nñm perfectius amat:& aliud deterius nisi ex parte nostra.quia quidam pfectus & quidam imperfectus iuxta perfectionem creaturarũ intelligas:& quum beati respectiue ad hoies in hoc seculo manentes pfecti sunt: distinctum amorem de deo habent:& quia idem deus quem nos tanqnam absolutum in modo confuso representantẽ summũ bonum est:& quem beati per summũ bonum cognoscunt:& amant est idem.procul dubio constat multum esse firmiorem amorem beatorũ in summo bono siue in deo.quam amorẽ uiatorũ. amor uiatorũ autem in hoc seculo manentium non potest summum bonum non amare.quãuis in abscõdito amemus:multo minus possunt beati summum bonum non amare eo quod ipsum uident & amant. ¶Amplius dum dicitur:si deus assidue non influeret uirtutem conseruatiuam in beatis: per quam attrahit ipsos ad se:potuissent beati deum non amare.hoc conceditur: quoniam sine ipso nil factum est.unde omnes creature semper prouidentiam diuinam exposcimus. ¶Et quod ipsam incessanter habeamus: in duobus precipue comprobatur.primo quia semper ab intrinseco tanquam in abscondito sub appetitu boni attrahit nos ad se.altero siquidem quia esse nostrum prebet atq cõseruat. ¶Et sub similibus cõ

siderationibus fortasis mercurius trismegistus uir sapientissimus per duas denominationes deum appella bat.uidelicet bonum & patrem ipsum dicebat bonum:quia omnes ab intrinseco summum bonum incessanter:& ubiq; amamus quod bonum summum:ipse deus est.& per alteram denominationem deus pater nominabat:eo q patribus tantum est inter alios bona prebere: & quia deus semper bona impendit atq; omnibus creaturis:merito pater omnium creaturarum appellandus: & qr patres cum beneficiis in filios iactis attrahant eos ad se:& uolunt semper super omnia a filiis amari.ita deus prebendo bona creaturis attrahit ipsas ad se & q attrahat satis manifestatur.nam a natura tale habemus preceptum.uis amari ama:& hoc de ratione agendum.deus uult amari:& semper que optima sunt agit.ergo ipse maxime amat:& q uellet amari:omnibus constat:cum talem apponit affectionem in uoluntatibus nostris q nũ quã possumus summũ bonũ non amare:& summũ bonũ deus est:& quia talẽ affectionẽ i uolũtatib9 nr̃is posuit:maxĩe deus creaturas oẽs amat.qm̃ pr̃es poti9 amãt filios:q̃ ab eis amant̃.& magis auctores amãt opa:quã ab ipsis amant̃.deus ẽ pr̃:creature filii:deus auctor:creatura opera.sequit̃ de natura & de arte loquendo:multomagis uehementius deum creaturas amare:quam ab eis ametur.nos amamus incessanter deum sub ratione summi boni:quanto magis deus:qui optimus pater atq; magister est amat nos:& quia amor de bonis patribus ad bonos filios a natura continuatur incessanter:dicendum est q deus de ordine:quem iam posuit.non potest uoluntates nostras deserere:ut ipsum non ament.non tantum non deserit sed imo uero continuatim uoluntates nostras conuocat.ut probatur quia semper ipsum sub fundamento summi boni amamus: & talis continuatio nullatenus sub potestate creaturarum cadere potest. nisi deus ab intrinseco tanquam secrete uoluntates nostras conuocat.ueluti pollus articus attrahit ad se acum cum magnete lapide confitionat & magnes ipsa attrahit ferrum:& tum acus manens in casula nõ uidet pollũ articum.seu stellam attrahentem acum ipsam.tandem si stella cessaret in attrahendo acum. acus per se nunquam ad pollum articum dirigeretur. ❡Et simili modo si amor dei cessaret in attrahẽdo uoluntatem nostram ad se:uoluntas de seipsa nunquam amaret summum bonum sed tunc non haberet uoluntas per obiectum summum bonum:quod esset contra ordinem: quem deus in uoluntatibus posuit.ita q stante naturali ordine beati non possunt deum non amare.eo q summum bonum & incessanter summũ bonum amamus. ❡Et sub hac consideratione attractionis optime:sancti tam res insensuales quam sensuales:tam sensuales quam intellectuales iubent deum laudare:asserendo q elementa celi:stelle lapides mineralia arbores grandines glaties.bonum absolutum in modulo suo appetunt: & bonum absolutum quod oẽs amamus deus est: & id quod ab omnibus amandum: parimodo ab omnibus laudandum.tandem si infereretur uoluntatem de se absolutam captam absq; aliquo respectu a suo creatore semper liberam esse:ad hoc respondetur:q nulla uoluntas est libera:neq; non libera de se nisi tantũ uoluntas dei:unde fit: quia uoluntas nostra in esse suo intrinseco a deo simpliciter dependet.& sine ipso nil operari potest.qua de re dum hic manemus sub ordinatiõe diuina: uoluntas nostra ad bonum & malum operandum libera est.in beatis siquidem etiam sub ordine diuino.tamen uoluntas tantummodo bonum amare potest.cum ibi iam nulla sit ambiguitas: nullus discursus acquirendi noua meritoria uel demeritoria.

❡Vtrum qui in hoc mundo periti fuerint in alio aptiores sint ad intelligendũ. Cap.ccxviii.

❡Penes quorundam opinionem qui in hoc mundo doctiores erunt etiam postquam in alium transmigrabunt:sapientiores existent.& magis bonum cognoscent:ac de ipso gaudebunt.Nos uero respondemus:quod ista pars assumpta uti decet:uera est.nam ubiq; ille solum uere doctus nuncupari potest.qui id quod agit intelligit:& bonum insequitur.Quia licet homo in pluribus sit eruditus.si ipsis abutitur.nullam prorsus claritatem reperiet: quum ex hoc seculo in alium migrauerit.Scientia enim nostra:& expositiones ad ipsam recipiendam nobis diuinitus sunt tribute.& quoniam per gratiã qui magis in suis operibus diuine uoluntati adheserint in alio mundo maiora secreta scrutabũtur: & reuelata erunt.De quo quidem multorum sanctorum exempla habemus: qui erant penitus litterarum expertes:& tamen plurimas reuelationes de diuinis archanis habuerunt.Non enim habemus de domina nostra nec de apostolis: quod essent litterarum periti:nihilominus sapientissimos esse dicimus.

❡Quo pacto negantes legem probaturi sint:quicquid in oppositum aiunt: quoniam res a pluribus comendate impugnant. Cap.ccxix.

❡Quoniã uniuersaliter aut saltẽ ꝓbi uiri hactenus de mũdi pricipio posuerũt unũ deũ esse:cui oẽs obedire debem9.iccirco dũ qsquã nr̃is tꝑibus legem abnegat.ad probationẽ suorum dictorũ tenetur:quum

precisse cõmuni determinationi aduersef.Quamobrẽ.qui credit merito dicef põt:sic est tanquã pro de
terminato.Et qui uult aliã opinionẽ innouare.aut contra cõmunẽ sententiã deducere debet eam secũ
dum rõnem probare.& quodãmodo in oppositum esse uidemus.quoniam is qui minime credit ait:ne
go:proba mihi:quod sit.ut tu asseris.& iuxta bonã consuetudinẽ econuerso deberet se habere asseren
do.Tu q contra rẽ determinatã & approbatã opponis:pbes intẽtũ tuũ.& in hac condictiõe facillime
capiunf ignari.& q leges abnegant:in qbus cũcta bona consistunt.

Qualiter essentia dei ubiq; manere queat:ex eo quod essentia & uelle dei conuertuntur. &
quod possumus deum uidere.& eius gloria frui:licet infinitus sit. Cap.ccxx.

¶Quod deus equaliter ubiq; sit:& respectum ad loca non habeat facillime potest uia philosopho
rum:& naturali ratione probari.Philosophi enim aiunt in prima cã siue perfectissimo ente:nõ differt
esse a posse.Quoniam in ente pfectissimo oia equalia.atq; cõuertibilia sunt.Quamobrem essentia dei
& uolũtas eius idẽ sunt.Quia cõuertunf.& ubi uolũtas ibi essentia & potẽtia.ex eo quod cõuertibiles.
Deus per uelle potest in uno & eodem instãti manere:ubiq; ergo põt p essentiam & potentiã manere.
& uelle ubiq; simul manere.non est cõtra diuinã dignitatẽ.nisi uirtutis sue ampliatio.Deus uult illud:
quod non est sibi cõtradictio.& sit honestum.igitur deus uult ubiq; esse:quũ dignitas magna & hone-
sta sit.Quocirca ubiq; manere põt.& manet:& quia potest illud qd uult eo:qd hẽt equale posse cũ uel
le:est oipotens.Nã circa oẽs facillimũ est oia uelle.& agere in quo quidem uelle cũ posse equiparaf.&
conuertif:& talis oipotens isinitus est.Qui enim oia cõprehendere põt.infinitus uocatur.Infinitũ eni
nil aliud est q̃ unica res oẽs alias cõprehendens.& qm̃ a deo oia depẽdẽt.sub ipso sunt oia.& ideo infi
nitus deus. ¶Sed quidam hic petere possent.Si deus infinitus est:ut religiosi asseritis.quonam mo-
do eum uidere potestis?Nã dicitis qd post hanc uitã eritis fruituri gloria:p uisionẽ:quã de deo habebi
tis.Quod si ipse infinitus est.nõ apparet:quod positis aliqd de ipso comprehendere.Quũ uisio diui-
¶ Quoniam circa omnes homines aut saltem sapientes: dande sunt tres animarũ species in hac mũdi machina: condecenter uidetur: ut intelligamus que corpora sint animata: & que inanimata: & quod planius hoc ostendatur: dicimus animatum pro quacunq; re indiuiduata: & quod per se aliquas habet proprietates a proprietatibus aliorum distinctas: & hoc tale uocamus animal. Quoniam de ultimata forma & materia est cõpositũ. & hic non intelligimus animã pro cõseruatiua. ut de lapide uel edificio: eo quod uirtutẽ conseruatiuã habent: non tñ repugnat eis diuidi uel non diuidi. Sed quando uene lapidũ & metallorũ in terra generate sunt: uegetatiuã habent uel habuerunt quãdo generate. At postquã remote fuerint a matrice sua: tanquam corpora sicca aut mortua sunt: licet eis cõseruatiua insit: eo quod in nihilũ non possent redigi. & hac de causa omnes res per naturã sunt conseruate: q̃uis una diutius q̃ alia in specie sua conseruetur. Nihilominus ista corpora inanimata in uia sunt ad aliã speciẽ induendam: aut ad conuertendũ se in illã uti cadauera faciunt: siue corpora mortua: licet paulatĩ eãt. ¶ Vnde asserendũ est quod oĩa corpora perfecta aut in quoquomodo contenta: de statu suo animata sunt per uegetatiuã sensitiuã uel intellectiuã: & hoc saltẽ ad bene esse aut de naturali ratione est necessariũ. Quoniã manifeste ostenditur: quatenus corpora mortua aut inanimata sint imperfecta. & prima causa quũ summe perfecta: non uidetur aliquã rẽ ĩperfectã creauisse. & ideo in genesi dicit. ¶ Vidit deus cuncta que creauerat quod erant ualde bona. & quicquid omnino inanimatũ est: nõ erit ualde bonũ: nequidẽ mediocriter bonũ. Nã pro illo tunc ociosum aut fere inane: eo quod quibusq; perfectis actibus caret: ut in cadaueribus prospicimus. & deus aut summa natura: quũ semper in actu sit: uult quod oĩa per proprios actus perficiantur. Quocirca opus est: quod aĩam habeãt aut saltẽ formã: pro cognoscendis conuenientiis & incõuenientiis suis. ¶ In similibus locis: uidelicet: agendo de rẽbus uegetatis & non uegetatis nõnulli petere solent. utrũ lapides crescant aut minuantur hoc tẽpore: aut si aliquando creuerunt: uel ita ut nunc sunt in principio mundi fuerũt cõpositi atq; durificati om

nes.si aliquando naturaliter creuerunt:concedendum est:illo tūc uegetatiuā aīam habuisse.& hoc nō uidetur oīno repugnare rationi:ut in aliqua similitudine exemplari possumus. ¶ Ossa animalium in principio aut circa ipsorum natiuitatem crescunt:sed postquam iam i etate completa & matura sunt: nil eorū ossa crescunt. Vnde uidetur omnino carere uegetatiua.sed tantū conseruatiuam ad similitudinē lapidū habere:& ita lapides in principio mūdi forsitan tāquam arbores sub uegetatiua anima creuerunt:sed iam p discursum temporis tanquā ligna sicca absq; uegetatiua sunt. Vnde nūc nō est dicendum ꝙ lapides crescant:ut in montibus lapideis apparet.qm̄ ab antiquo in ea grossitudine & altitudine in qua nūc sunt erant:& assidue remanent.quamuis fundamentum profundissimū in terra fixum habeant. Vnde si mōtes lapidei nō crescunt:nequidē alii montes crescunt.discoperiūtur indies plures lapides:qui prius discoperti non erant:eo ꝙ nos fodimus terram aut aqua uel uentus subtrahit eam: & tunc lapides ipsi apparent:sed non nouiter generari.aliter uero capiendo:qr̄ lapides compositi de uariis sunt:concedere oportet in eis principiū compositionis.& ꝙ compositi sint:monstratur.quia ipsos sepe discomponimus atq; corrumpimus:aut per solē.aquā.uentū.ignem.pluries corrūpuntur.& id qđ corrūpitur:necessario compositū est.qm̄ nulla res oī cōpositione carens:corrumpi potest.uerūtamen potest dici ꝙ in uno solo instanti in principio mūdi oēs lapides fuerunt compositi:aut durificati: & ꝙ postmodum nil creuerunt:eo ꝙ nō fuerunt per uegetatiuam uel aliā animā compositi:nisi per iussum diuinum tantum.

¶ Quod aīa unicuiq; animali cōuenit:& qđ celi & elemēta sunt animata. Cap.lx.

¶ Vidimus superius quo pacto animal intelligatur:& etiam quod de ratione oīa perfecta sunt aīata. Deinceps anima cuiq; corpori est attribuenda:iuxta opus quod in ipso corpore cernimus:aut circa illud quod uidetur animali competere.& primo dicimus:creaturas esse uniuersaliter in tres partes diuisas:quarum prima est natura angelica:& rationalium animarū.secunda celestis machina:uel orbes celorum. Tertia hec inferior massa:ex quattuor elementis simul cū animalibus constans:iccirco deus omnipotens nobis de tribus animis prouidere uoluit. Nihilominus eas differēter diuisit dans unicuiq; corpori animā propriam:penes finem ad quem est creatum. Hic autem instat differentia ad probandum: utrum celi & elementa sint animalia:& pro hac probatiōe accipimus medium:quod sint res perfecte: quod nullo modo sine animis esse potest.& ulterius per opera comprobatur:quod animas habeant:eo quod igneum elementum semper influit & producit ignem:& cōtinuo motu proprio mouetur : & aer idem agit & assidue aquam scaturire uidemus:atq; in nubibus esse generatam:Deinde per rorem siue pluuias in terram labi. ¶ Terra semper pullulat ac de se fructus producit:& ignis se habet tanquam indiuiduum:quia omnibus aliis elementis repugnat & similiter unumquodq; elementum est tanquam indiuiduum & ab omnibus aliis diuisum:& de celis non aliter intelligetur.nam quodlibet celum ꝓprietates sibi competentes:& ceteris distinctas sortitur. ¶ Et si forte unum solum celū est pariter & ab omnibus aliis creaturis differens erit:cui repugnat in alteram speciem trāsire. Vnde satis manifeste cōstat:celū & elementa animata esse. De hominibus brutis & plātis nullū est dubiū quod sint animati. ¶ Sed hic alia occurrit difficultas in repartitione seu attributione animarum:ad uidēdum scilicet:qualis anima celo competat:& qualis elementis.nam de hominibus sensualibus & plantis apud omnes manifestatur quenam anima unī istorum sit.& iccireo de animis celorum & elementorum dicetur. Quāobrem asserimus ingtū ad rationalem animam spectat:per semetipsam gubernari. Vnde si per rationem oportet quod libertate fruatur ad bonum & malum:& qui bonum & malū potest libertate & intelligentia sua agere:decet pro bono premium & pro malo penam consequatur: ¶ Quum uero celi & elementa non sint omnino penis infernalibus apti:nec ad consequendam gloriam accōmodati : sequitur:quod intellectum & libertatem non habeant.quia aliter deus frustra in celis & elementis operatus fuisset:dando eis animas que finem suum consequi non potuissent:nec suis proprietatibus uti. ¶ Amplius uidemus:quod celum semper unam & eandem uelocitatem conseruat:atq; etiam eandem uiam agit. Quocirca non per libertatem nisi necessitatum instinctum operatur:& itidē de elementis. ¶ Attamen quum celum corpus dignum sit:debet animam inter corporeas dignam habere. Ex quo asserendum est celos de sensitiua anima esse animatos:& elementa de uegetatiua . Quapropter dicendum est quod celi his inferioribus animalibus sensitiuas animas tribuunt:elementa uero uegetatiuas. Vnde p uarios discursus:tum ratione:tum experientia asserimus: hominem īter cetera animalia perfectum animal esse:quum uegetatiuam habeat:quemadmodum elementa & plante:& sensitiuam ut bruta & celū: & intellectiuam quoq; quia cū angelis similes sumus. ¶ At siquis dicat si celi animata corpora sunt: qualiter non corrumpuntur? Respondemus materiam suam non esse de uariis compositam: & ideo dissolui non potest:nec ad sustentationem eius cibos habere oportet. Nam celi non sunt corpora organizata nec possunt famem:sitim:frigidum:uel calidum haber̄. Sed quia oportet quod de suis operibus delectationem capiant:per consequens decet:ꝙ sensitiuam animam habeant:ut delectari queant.& recte opera sua dirigere:licet sensitiua aliter in celis q̄ in his inferioribus se habeat. Quamobrē ibi potiꝰ

motiua atq; cognoscitiua rectorum motuum q̄ sensitiua uocari potest. Quum ibi tantum ad ueros motus tendat: & ad capiendum delectationem ab operibus & duratione ipsorum celorum. Et quod intellectiuam animam habeat nil ad propositum: ut uisum est. Quoniam si solum de uirtute anime habet intellectionem & uoluntatem: ut Aristoteles undecimo methaphysice inquit: he due potentie nullatenus in ipso celo operari uidentur. Quoniam intellectus ad uaria discernenda & cognoscenda de propria natura infert. Et uoluntas significat libertatem habere ad hoc assumēdum: & illud dimittendum: & omnis cursus celi tanq̄ necessarius operatur. ueluti inanimata corpora: & quia in eorum cursibus magis conformantur cum inanimatis q̄ cum animatis: que nos tractamus: potius est dicendum celos esse inanimatos q̄ animatos: de intellectiua intelligendo: ac de propria sensitiua in uariis potentiis supposita: ut imaginatiua: cogitatiua: extimatiua: uisu: auditu: odoratu: gustu: & similibus. Quoniam non potest dici q; celum proprie dictum ab aliis rebus cibetur aut peregrinis iuuaminibus indigeat. Nam si cibaretur aut similibus alienis indigeret a natura corruptibile esset: & sic tanq̄ naturale corpus & non ueluti animal proprie dictum semper de toto suo posse agit.

¶ Argumenta opponentium: quod celum animam non habeat: aut quod si habet sit tantum intellectiua: ac de eorum solutione. Cap. x.

¶ Fortasse aliquis uellet nostris dictis opponere: precipue q; de duobus unum: uidelicet: aut q; celū non est animatum: aut si animatum est per intellectiuam animā: talia uero argumenta accipiendo nō uidetur: quod celum sit animal: eo quod ingenerabile & incorruptibile. & si animatum: ex eo quod adeo perfectum ipsum cognoscimus: intellectiuam animam possidet. & q̄uis libertate careat: non repugnat: quod in perfecta gloria maneat. Deus enim liber est & tamen peccare nequit: & semper summam gloriam possidet: & idem de celo dici potest. Quia licet malum agere non possit: locum habet consequende glorie. Attamen ad euitanda huiusmodi argumenta nos aliquid dicemus: & contra primum respondetur: quod iam satis patet nihil corporeum posse esse perfectum: nec mediocriter perfectum. si modo animam non habet. & quia celum res perfecta est: maxime inter corporea entia patet: quod animam habeat. ¶ Et contra secundam oppositionem asseritur: quod comparatio inter deum & celum incongrue fiat. Nam deus per se intrinsece est summe perfectus & ubi summa perfectio: non potest quicquam noui accidere: qđ tāquā intrinsecū se hēret. & ultra hoc ex eo qđ deus eternus est sine pricipio medio & fine: se habet in uno solo istāti & i uno istāti solo una pfectio sola intrinseca esse pōt. Quoniā uero deus in uno solo instanti actus purus & summe perfectus est: sequitur: nullam posse habere compositionem. Quod si malum haberet: esset utiq; summe perfectus: & summe malus: quod est contradictio: igitur nullam maculam potest intrinsecus contrahere: & ex hoc facillime probatur: ipsum non posse quouis modo peccare: eo quod nemo peccat dummodo aliqualiter intrinsece malum opus operari noluerit. Quoniā error semper a uoluntate nostra siue ab intentione uel pauca coniectura emanat. nam de illo quod extrinsecum est: quum non intercidat consensus noster: nullum peccatum habemus: & sic patet quatenus ipse deus peccare nequit: eo quod intrinsece est summe bonus: & semper in uno solo instanti eterno: q̄uis libere operetur: & summam gloriam nanciscatur. Quia non aliunde nisi a seipso omnia possidet: aut quod ipse deus perfecta gloria sit. ¶ Sed celum longe aliter se habet: eo quod non summe bonum nec per se intrinsecam bonitatem amplectitur: & ideo melius potest per libertatem fieri. Quoniam aliūde gloriam petit: & ob hanc causam si mereri potest: etiam de ratione demereri. Neq; est enim per se intrinsece perfectum bonum: nec perfectam gloriam possidet. & quod tali gloria careat angelis seu hominibus competenti facillime demonstratur: quia in perfecta gloria nihil uarietatis est: & nihil magis neq; minus in celis autem manifestas ac plures uariationes cognoscimus: sicuti per elongationem & ppinquitatem solis: & augmentationem & diminutionem claritatis lune. Vnde constat lunam quando q; a sole plus claritatis: & quādoq; minus accipere aut non semper per eadem latera claritatem assumit: iccirco per tales experientias comprobatur: celum non habere perfectam gloriam. ueluti anime intellectiue competit: eo quod nec iusta nec perfecta quiete fruitur. & quia in presenti gloriam non habet: nunq̄ ipsam in posterum habebit. Quoniam non est moriturum: nec in alium locum seu in uitam transiturum: uti homines expectamus.

¶ Cur per uarias depurationes corporum atq; diuersas compositiones: quedam corpora possunt cum dignioribus animabus coniungi: & quia membra hominis pre ceteris corporibus depurata quo ad generationem & organizationem: ipsa tantum uidentur rationalem animam expostulare. Cap. xi.

¶ Quo autem rectius uidere possimus: utrum celum animatum sit & si animatum de qua anima: ad naturales cursus in primis deueniendum est: ut per ordinem de primis ad ultima procedamus. Nā quāto potius ad prima entia siue principia ascendimus: tantomagis ipsa simplicia aut sine compositione

inuenimus.& ad ultima tendentes:hoc est de uariis congregata econuerso repperimus. ¶Et hic tanquam a perfectioribus inter creata seu dependentia in angelis & animabus rõnalibus initium capiemus.deinceps ad corpora deueniendo:de celis & elementis agendum est . postmodum de elementatis corporibus:ut de lapidibus:& mineralibus:tum de plantis & sensualibus animalibus : Demum uero de homine.Quandoquidẽ in enarratione creationis primitus angeli creari sunt:aut saltem tanq̃ digniores inter creaturas:deinde celi & elementa:& prosequendo herbe:arbores:aut uirgulta:denuo sensualia animalia:ut quadrupedia:reptilia:pisces maris:aues celi:& postremo omnium:homo. ¶Nunc uero de simplicitate & compositione angeli dicamus:ubi non tanquam purus actus nec totaliter compositus consideraẽ:q̧ de duobus principiis quodãmodo uariis constet:preterq̃ de una tm̃ simplici natura:& tandem media ad agendum & patiendum:que medietas siue paritas ad conuersandum & conuersari:uel ad agendum in aliis:& patiendum ab eis de actu & potentia:compositionem dicimus . Ibi autem nulla est forma:nulla materia:tanquã hoc ab illo quiditatiue:aut formaliter distincta nisi quod idem principium medium se habet ad conuersandum:& conuersari intellectus:uoluntas:memoria: siue mens ipsius angeli essentialiter idem sunt cum ipso angelo.tamen intellectualitas uideẽ esse intrinseca perfectio:seu quiditas ipsius angeli.Nihilominus in diuiso intellectus ab ipso angelo:quia idem . & sic angeli & aĩe rõnales de se per propriam naturam:intellectus uel intelligentie uocari debent . Nam id quod de angelo dicimus de rõnali anima intelligendum est:licet aliquantulo dignius & indignius se habeant:ut celestium & elementorum corpora:quia ignis elementum:& terra elementum : tamẽ ignis dignior.& similiter de celis intelligendum est. ¶De anima mũdi siue sensitiua: ex eo quod forma de ordine naturali fortasse prius uideẽ esse dicendum:q̃ de celo:in quo sola simplex substantia corporea ẽ consideranda:atq̧ inhabilis ad se congregandum tanquam corpus tangibile ex causa sue perfectiõis & subtilitatis. ¶Vegetatiua post celum est ponenda:tanquam cõmunis forma primorum uiuentiũ: & sic grossior ac deterior sensitiua. ¶De celis uero & elementis ad similitudinem angelorum atq̧ rationalium animarum assumendum est:maximam tamen differentiam inter corporeum & incorporeũ intelligendo.Et hic non semper spiritum pro incorporeo assumimus . Sepe enim pro aliquo corpore perfecto subtilissimo spiritus diciẽ.Vnde id quod uere incorporeum:tum spiritus:& tum incorporeum appellaẽ.Iccirco q̃uis sensitiua anima:uitales animaliũ spiritus:& uires spiritus siue spirituales uocenẽ: incorporei denominari nequeunt.At uero angelus & rationales anime interdum spiritus & interdum ĩcorporei denominanẽ:ueluti sensitiua anima aut uitales spiritus:iam corporei spiritus:& iam uitales. unde plura corporea que subtilissima sunt atq̧ perfecta:inter corporea in nomine spirituum cum angelis & animabus rõnalibus sepe conueniunt.Verumtamen in denominatione corporea & incorporea differunt. ¶Celum siquidem tanquam primum corpus a deo dependens : in qua dependentia seu opere immediate a deo nulla uariorum principiorum compositio intercidit:asserendum est: quod in primis tanquam de actu & potentia compositum sit:licet non tam perfecte ut incorporea . Sed in perfectione aut integritate celi possunt aliqua alia simplicia creata tanquam integrales partes occurrere:ut motiua tanquam propria passio mouendi:luciditas uel similia:que tamen omnia de intrinseca celi proprietate esse possunẽ.hoc enim non refert tanquam compositio de forma & materia:nisi intrinseca rei perfectio.& sic de elementis dici potest:quia dato quod in primo signo essendi ignis essentialiter calidus sit:nil a natura repugnat.Nam de intrinseca ignis proprietate est comburere aut calefacere:sicut in aĩa rõnali intelligere.Et quum intellectus sit de essentia ipsius anime : tota ipsa anima intellectus uocari potest:eo modo ignis calidus quiditatiue nuncupari:per quam naturam comburit uel calefacit:& idem de reliquis elementis dicere possumus . Si autem opponereẽ asserendo calor non potest esse essentialiter de elemento igneo:eo quod aliis corporibus similiter competit. Respõdendũ est quod ipsi elemento igneo:potiusq̃ alicui alteri competit.Naq̧ omnia hic inferiora calida ab igneo elemento calorem assumunt & si diceremus quod etiam sol calidus sit:neq̧ hoc repugnat:quia angelus intellectualis est & homo intellectualis & tamen sub uariis speciebus manentes. ¶Nunc deueniendo ad primam compositionem proprie dictam elementorum:tanquam de uariis principiis constantem:motiuã siue congregatiuam & separatiuam formam dicimus esse cõmunem omnibus elementis : cum qua forma mutuo componunẽ & separanẽ:& in hoc loco iam una pars tanquam materia:& alia tanquam forma se habet.& etiam ĩ compositionibus aliqua elementa potius actiua ad similitudinem forme : & alia magis passiua ad similitudinem materie. ¶In particularibus compositionibus ultra primam aggregationem elementorum inter se occurrentium:alia forma corporea indiuiduans atq̧ conseruans indiuidua:aduenit & hec est in mineralibus:lapidibus:& similibus:ad conseruandum ipsa ĩdiuidua. ¶Super hac uero prima indiuiduatione alia dignior forma accedit:que causa maioris perfectionis uegetatiua anima appellaẽ.Et ista q̃uis corporea precise se habet:tanquam forma & corpus elementorum:seu ab eis descẽdẽs loco materiei:postea sensitiua accedit:que maiorem compositionem assignat:ĩter formam & materiam uel corpus ab elemẽtis:& uegetatiua:progrediens atq̧ ipsam sensitiuam formam. ¶In ultimo tamen intellectiua anima corpori adiungiẽ in quo ultimata differentia assignaẽ:inter corpus & ipsam formam seu animã:& hec cõpositio idest hõ:est ultimata omnium rerũ.quoniam ibi tantũ

oẽs nature componibiles:corporee:& incorporee:occurrũt:in aliis compoſitionibus uero nõ.Nã quã
to aliqua res per naturalem aut artificialem cõpoſitionem magis prolongatur tãto magis diſtinguit:
& ubi plures diſtinctiões: plures formas eſſe inſerunt ut facile aſpicientibus conſtare poteſt. Quia ele-
menta nõ poſſident ſenſitiuam animã nec uegetatiuam:ſaltem proprie dictam:tanquam ĩ eorum for
mam:multoq; minus intellectiuam.Lapides quia parum ab elementis ſeu principiis diſtant: uegetatiuã
propriam nõ habẽt.Arbores ex eo quod aliquantulo magis per naturam edificate ſunt: uegetatiuam
in eis ad habitandum accedentem effouent.Senſualia quoniam magis elaborata ſeu diſtincta q̃ arbo-
res:eo quod potius a primis principiis diſtant ſenſitiuam animam aſſumunt. Corpora uero hominũ:
quia ultimatam habent edificationem naturalem:intellectiuam animam expoſtulant:que tanq̃ paratũ
hoſpitium organizatum corpus appetit ad habitãdum ĩ eo:& non appetit corpora ſenſualium anima
lium:non plantarum:nõ lapidũ:nõ elemẽtorum:quum indiſtinete habitationes ſint: aut ſine ultimata
edificatione. ¶Pariformiter de celo intelligendum eſt:quia dato quod corpus digniſſimum & incor
ruptibile ſit cauſa incompoſitionis:non ex hoc intelligitur:quod aptum ſit ad recipiendum in ſe ani-
mam rationalem:ſiue intellectum:tanquam formam:eo quod non eſt ultime edificatum: ad anime ha-
bitationem appropriatum.Vt in accidentalibus uideri poteſt.nam lapides & ligna durabiliores ſunt:q̃
domus.eſt autem domus dignior hominum habitatio:q̃ lapides aut ligna per ſe:& tamen domus poti9
compoſita q̃ ſolus lapis.& quia in domo plura principia ingrediuntur: etiam ad potiora q̃ lapis apta
eſt.Quoniam a natura loquendo ubi plura principia & plures deſignationes occurrunt: plures affe-
ctiones ad uaria peragenda inueniuntur.Vnde angelus de ſe dato quod digniſſimus: circa naturalem
curſum non eſt habilis ad tot exequenda ut homo.Nam dato quod de angelis ſiue bonis ſiue malis plu
ra dicantur:alia ſiquidem in hominibus uiſa ſunt multo potiora: q̃ que de eis enarrantur. ¶Lapis
quia minoris compoſitionis q̃ arbor:pauciores habet operationes.Nam ſolum habet manere: & ſeip-
ſum inquantum poteſt conſeruare:& ad centrum mouetur:dum extra locum fixum inuenitur. ¶Ar
bor uero in altitudinem & latitudinem creſcit:quod aliqualiter eſt motus de loco ad locum in altitudi
nem & latitudinem intelligendo: & alias ſibi ſimiles generat:ac plures fructus agit. ¶Senſualia ani
malia quia magis compoſita q̃ arbores:plures operationes eis habent.Homo equidem tanquam plura
principia continens:multas ac diuerſas operationes ſortitur. ¶Celi & elementa ſimplices tantũ cur
ſus nanciſcuntur:uſitatos:frequentes:ac neceſſarios:ſemper abſq; interuallo continuatos:& ubi tanta
continuitas ſimplicitas rei denotatur.Celum pre ceteris uiſibilibus neceſſariam continuitatem: ſine ua
rietatum diruptione obſeruat.Sequitur ſimplex corpus eſſe inter omnia corpora:& ubi corporis ſimpli
citas naturaliter loquendo:nulla digna forma habitare uult.Anima rationalis ẽ digniſſima forma: igi
tur habitando:tanquam forma in celo infundi nequit. ¶Nam in homine tantum duo ultimata uel
extrema coniungi poſſunt.ultimum corporeũ cõgregatũ:ac ſimpliciſſimum corporeum: eo quod cor
poreum & incorporeum in prima ſimplicitate conuenire nequeunt.Sed poſitis uariis edificationibus
in corporibus:tantum ipſa corpora depurare poſſunt:quod placeat incorporeum ad habitandum ſi-
mul cum eis:donec recta hec edificatio permanet. ¶Nam aurum in mineralibus non eſt adeo dele
ctabile:ut per diuerſos accidentales diſcurſus ad ultimata monilia:ſiue ornamenta deductum:quemad
modum in auratis pannis ac uariis ſculpturis.Vnde dicendum eſt:hominem eſſe ultimum extremorũ
compoſitorum:& deum ultimatum ſimpliciſſimum ſimplicium.quocirca in extremitate potius homo cũ
deo conuenit:q̃ aliqua alia res.& ſic cauſa extremitatis ad pleraq; agenda:q̃ aliqua alia creatura apti
ſumus. ¶Homines:quia plurima naturalia in compoſitione noſtra comprehendimus: & deus: quia
ſumme potens eſt:& iuxta uelle quicquid uult agit. ¶Et in hoc loco rectius q̃ in alio: propter multi
tudinem operationum hominis probari poteſt:omnia rerum principia ad compoſitionẽ hominis oc-
currere:& que componibilia ſunt in ipſum ingredi.Vnde oportet:quod ſenſitiuam & uegetatiuã: cor
poreas animas habeamus.Nãq; aliter in pluribus perfectis deficeremus:& quia omnes competẽtes agi
bilibus cuiuſq; rei aliqualiter habiles ſumus:cum omnibus denotamus in aliquibus principiis conueni
re:& quia celum tot uariis caret:de ſeipſo arguit:non eſſe de ĩtellectiua anima animatũ. ¶Nonnulli
dixerunt:quod homo propter rotunditatem capitis ĩtellectiuam animã recipit:& celum itidem: ex eo
quod rotundum eſt:que tamen opinio nullam habet efficaciam.ſi enim uerum:in eo tunc ſequeretur:
quod omnia rotunda intellectiuã animã expoſtularent:ut lapides:pile:& alia: que ſub figura rotunda
manent:aut ſaltẽ hoĩes qui rotunda capita poſſident:maximã de diſcurſu intellectus bonitatẽ oſtende
rent:ſuper hoĩbus longũ caput habentibus:quod ſane econuerſo experientia cõprobatur. ¶Prete
rea per accidentalia:ſiue experientiã ab actibus acquiſitã:plene uideri poteſt: quatenus per plures ac
uarias corporum depurationes:corporea & ĩcorporea poſſunt in conuerſatione coniungi. ¶Gra-
tia exempli:ĩ natiuitatibus hoĩum aĩe & corpora eorum fere tanq̃ ignote ſe habent: quocirca parum
aĩa a corpore:nequidem corpus ab ipſa aĩa iuuari poteſt.Sed indies per uarias operationes decurren
do:aĩa cognoſcit corpus:& ab ipſo cognoſcitur.Vnde aĩa iubet & corpus annuit:que operatio fieri ne
quit:niſi ꝑ depurationẽ a diuerſis actibus actam. ¶In acquiſitis ſiquidem tanquã ad extra ꝑ labores
mẽbrorũ & ĩtellectuũ:plura altiſſima atq; abſcondita cognoſcere poſſumus:ſi modo uolumus. ¶Et

in hoc loco inter homines curiosos & ociosos: maxima inuenitur differentia. Nam ociosi aut qui nu lã dant speculationibus operã: speculatiuis cõparati: haud secus q̃ sensualia animalia degunt: & ueri speculatiui utpote homines. Quoniã ociosi aut rudes nunq̃: saltẽ dũ hic uiuunt: cũ eternis: cum sempi ternis: seu cũ deo: & angelis per ĩtellectionẽ coniungi queunt. Quapropter a qbusdã philosophis tene tur: quod sapientes homines idest speculatiui: tantopere sui intellectus uelamina depurare possunt: qd finaliter cum prima causa aut cum separatis intelligentiis coniungantur. Et si per accidens uel per ar tem datur locus coniungendi creaturas: seu hominẽ cũ creatore: ob multas ipsius hominis depuratio nes consequenter est concedendũ: quod ita potest natura per uarios discursus aliquod corpus anima lis tanq̃ pfectũ depurare: q̃ secũ res incorporea atq; intelligens coniungi queat. ¶Ars enim nostra inquantum potest naturã imitatur. Vnde sequitur: quod coniunctio nostra cũ intelligentiis: ab aliquo naturali exẽplari fit: & quia corpus hominis in tota natura p uarios discursus est ultime depuratũ; cũ ipso tantũ de ratione anima intellectualis potest coniungi: & simul unum indiuiduum fieri.

¶Differentia inter corporeum & incorporeum. Cap. xii.

¶Inter corporeũ & ĩcorporeũ multas differentias cõsideramus: quarũ fere prima: quã mente cõple ctimur: est: sicut de puro ad ĩpurũ: de subtili ad grossum: de incorruptibili ad corruptibile: & de actu ad materiã: ex quo argumentũ tangibilibus experientiis: assumimus. Quia corporea q̃uis subtilissima sint: semp aut sepe contrariantur: q̃uis subtiliora minus inter se aduersent: & subtilissima corpora etiã aliquã aduersitatẽ reperiunt. Nã licet solares radii p aerem transeant: & ab ipso non ĩpediantur: neq; aer ob causam radiorũ solariũ eius cursum dimittat: oino aer sole calescit: & radii solis pp aeream frigi ditatẽ minus caloris emittũt: & circa alia grossiora corpora: ut edificia: lapides: aut ligna: radii solares nullo pacto transire queunt. Res autẽ incorporea: ut in animabus intellectualibus nostris manifeste ex peritur: a nullo corpore grosso neq; subtili potest ĩpediri: & quia oẽs rationales a corporibus non im pediuntur: alterius quidem nature ac subtilissime sunt. ¶Et patet ex eo quod ĩtellect9 noster ĩ discur rendo sic transit p oia elemẽta: edificia: celos: atq; ceteras partes apertas: clausas: grossas: & subtiles qd non ĩpeditur. ¶Aut quod fortius est nullũ extrinsecus indiget corpore siue obiecto ad operandũ: ueluti sensus ĩdigent. Vnde constat suam subtilitatẽ ĩcorruptibilitatẽ & differentiã: a corporibus non sortiri. Licet quamplures alii latius ĩcorporeũ accipiant: ac uariis modis ut calidum: frigidũ: tẽperatũ: & distemperatũ: ĩstrumẽta: & conuentiones. ¶Deniq; incorporea uocantur illa que in quoq̃uo non habent tres potissimas dimensiones: & nos corporeũ dicimus: quicquid ex corporea natura ut a celis & elementis oritur: & ĩcorporeũ tantũmodo deũ: angelos: & animas intellectuales. Quoniã numeri aut conuentiones p se non sunt res: nisi inquantum respectiue de rebus corporeis & incorporeis tractanr: uel denominantur. Si enim tres esse dicimus: tres utiq; persone intelliguntur in diuinis: tres angeli: aut de quibusdã aliis rebus realiter existentibus. iccirco nõ est accipiendũ adeo faciliter incorporeum pro unaquaq; fantasia. nam uere corporeũ & incorporeũ dicitur: pro rebus ueris positiuis & existentibus.

¶De quibusdam qui quodcunq; subtile incorporeum uocant: q̃uis corporee na ture sit. Cap. xiii.

¶Quidã dicunt: quod quũ aliquis liquor corporeus in aliquod uas imittit: & deinde p aliquot dies igni superimponitur: tota illa materia foras exit: licet uas bene obturatũ sit. Quapropter inquiunt in incorporeã uerti presupponẽdo: quod aliter nõ posset ab illo uase exire. Nos autẽ dicimus ipsum eua nescere: quo ad illud corpus grossum quod habet: & ita subtiliari: quod pro temporis spacio potest fo ras p uasis porositates exire. Sed si hoc uerum esset: quod isti aiunt: maximũ sequeretur inconueniens. Si enim corporeum & incorporeũ conuerterentur: substantia ĩcorporea posset corporea fieri: adeo quod dicere possemus: angelos & animas rationales tum corporeos & tum incorporeos fuisse: quod nempe absonum est. Quod incorporeum sit mutabile de genere in genus tanq̃ generabile & corruptibile.

¶Quomodo radii solares corporei esse uideantur. Cap. xiiii.

¶Quidã presumere possent: quod si radii solares essent corporei: quũ p aliquam fenestrã ĩtrarent: & eam illicet aut uelociter clauderemus: intus a nobis caperentur: nec amplius exire possent: nisi fenestra aperiretur. hoc autem nõ est ualidũ argumentũ. nã quanto radii solares subtiliores sunt: q̃ aliud cor pus quod nos uidemus aut tractamus: tãto est lux oibus corporibus uelocior: seu eorum uirtute eminẽ tior. quia aliquã fenestrã aperiendo: p quã sol intret licet in aliã partẽ quãtũ poterimus inspiciamus: ra dii uelocius q̃ uisus noster penetrant: atq; pcurrunt adeo: quod nõ possumus sensu cognoscere: quod claritas ocius in unã partẽ q̃ in aliã extendatur: quũ camera expedita sit: & cum eadem uelocitate qua anterius radii percurrũt: retrogredit. Tamẽ dũ manet: manifestatur: quod corporei sint. qm̃ calefaciũt:

deficcāt:aut liquefaciūt loca:ad que attingūt.& uirtus que talia opatur: & sensibus cōprehendi pōt: corporea dicitur:eo quod incorporea non calefacit corpora:nec a corporibus calefit. Sed quia solares radii calidi sunt per se:aut quod calorem ab igneo elemento accipiūt:probatur:ipsos corporeos & nō icorporeos esse:quis ꝑpter lucis uelocitatē & transitionē:quam p aliqua dyaphana corpora agit: nonnulli arbitranť:lumen incorporeū esse.Hoc uero non probať ita se habere:quū easdem operationes inter plerasq; alias materias fieri uideamus.Dico quo ad transeundū una per aliam:absq; quod dirumpať:ueluti unctiones:quas in aliqua mēbrorū parte apponimus & mediū penetrant:& aliunde demonstrantur.& aqua in discursū temporis lignū pertransit:aliqua extremitate posita: frigore scilicet : aut calore:sup aliquo corpore:quod q̄uis spissum sit:aliqua pars caloris aut frigoris intrat : uel aliūde transit.& talis uirtus corporea est:& monstratur:quia temporis necessitatē habet ad talē operationem faciendam.Itaq; quū lumen a corporibus lucidis siue corporea natura oritur:oportet : ipsum quoq; lumen appellari corporeā uirtutē. ℭDe radiis solaribus siquidē nō uideť esse dubitandū : ꝙ corporei sint:quū ab omnibus corporibus saltē oppacis contrarianť:& etiā a diaphanis saltē aliqualiter:si rigidi sunt.Vt in uitro comprobať.nam non sunt cū tanto uigore postq̄ uitrū ptranseunt:ut ante transitionē erant:ut patet:quia ipsos p rectā lineā uersum corpus solis aspicere possumus:in qua declinatione apparet radios solares corporeos esse:licet subtilissimos.Nam transire per poros & corpora rara:plura corpora hoc faciunt.Vt aer per uestes:sudor per cutē:unctio p membra:quāuis spissa humiditas aque:per ligna:lapides:& similia.Et siquis inferret radios solares incorporeos esse:eo ꝙ scindi non possunt:ut in aperiendo & trudendo fenestram apparet:qa in instanti apertionis decurrūt usq; ad ultimū camere:& in claudendo exeunt foras absq; aliqua scissione:respondeť:hoc euenire: quia sup omnia corpora saltem hic inferiora:radii solares pfecti atq; ueloces sunt:tamen non perfectiores sensitiua anima:ut in uisu ꝓbať:qa ubicūq; radii solares transeūt:& etiam uisus noster : & cū eadem uelocitate: sed corpora proprie dicta non sunt ita uelocia:ut radii solares . Vnde non possunt eos abscindere : quāuis scissibiles essent. ℭNeqdem infert:quamuis corporei ꝙ scissibiles sint:eo ꝙ icorruptibiles : ut in celo probať.qm̄ corpus est:tamen ipartibile & incorruptibile . & ita de radiis ipsorū celorū dicēdū est:tamen qa ab aliis corporibus radii impediunť:omnino ostenduť corporei esse.nam anima rationalis nostra qa incorporea:in discursibus suis sic transit p omnia elemēta:hedificia:celos: & alia corpora clausa.grossa:& subtilia:ꝙ nō impeditur.

ℭDifferentia inter lucem & lumen:& ꝙ etiam lumen sit res uel uirtus corporea. Cap.xv.

ℭLux & lumen parū discrepare uideňť.nam corpus luminosum & lucidū uocamus.Sed dicať quod luciditas ex illo quod intus subiectaliter in corpore manet fit:& quod lumen resplendor seu claritas ē: extra radios p alia corpora se extendens illuminando:ut piramides uel radiatiōes faciūt que uideri nequeūt:nisi dū sup aliquod solidū corpus tangunt & reuerberāt.Quapropter diciť : quod lumen tanq̄ ens intentionale uel diminutiuū se habet:sed intentionale saltem esse non potest. Quoniam intentionale dicimus eo quod ponimus terminū siue uocem:ubi re caremus.& quia lumen per se alia corpora illuminat & calefacit:patet euidenter:quod non sit sola intentio . Nam lumen sub genere quantitatis poneť:quū sit cōtinuū semper de subiecto in subiectū.& ideo uocari potest genus subalternum : quia quantitas continua & sub genere quantitatis manens : & species est que per uarias lineas: superficies: longitudines:& ꝓfunditates diuidiť.Vt solis claritate seu illuminatione demonstratur. ℭPreterea.licet superiora & inferiora corpora luminosa non ponamus tanq̄ genus in quo lumen infundiť : eo qđ uideňť p corruptibile & incorruptibile differre:inter inferiora corpora plura luminosa uariarum specierū inuenimus:quandoq; ignem in multis modis & quandoq; luminosos lapides que omnia corruptibilia corpora sunt.Vnde constat lumen esse genus:quia sub se species & particularia habet: atq; itidem per alicuius hominis sanctitatem:q̄uis in presentiarū uiuat:interdū lumen dicimus : & hoc lumen uiuente homine corrūpi potest:& sic patet lumē habere genus:eo magis:quia tanquam corpus dimēsionatum sentiť:quum manifeste ubiq; sit plenū:aeris claritatem siue lumen cernimus. Si autem dixeris quod si lumē corpus esset:non posset simul cum aere manere:hoc non ualet. Nam corpora rara alteruttum concedunt & possunt cōmisceri:ut in radiis solaribus demōstrať.Si enim corpus non essent:nō possent ita acriter oculos nostros offendere:nec uidere dū aliquis radius per fenestram uitream ingrediť:& sic cū aere connecti potest:quoniā ambo subtiles sunt.Lumen enim nil aliud est: q̄ pyramides uel radiationes corporū lucidorū:cum quibus alia corpora cōuersari possunt:quemadmodum & alia corpora inter se:quia cum celis:elementis:& aliis corporibus causa radiationis continue:uniti sumus . Deniq; lumen tanquam forma corporea se habet:non sicut corpus . Quia corpus potest scindi uel diuidi:lumen uero non. Quod q̄uis parum sit nimium dilatari potest ad corporum extensionem : seu ubi concauum inuenerit uel diaphana corpora : & etiam q̄uis magnum lumen sit in quolibet paruo loco recludi potest.Vbi enim flamma non attingit:lumen uel claritas nullum impedimentum habet ad se dilatandum:si modo opaca corpora non inuenit:& in hoc cum uisu nostro uel sensitiua anima lumē cō

formitatē maximā habet:ut in dilatatiōe & restrictione apparet.uñ argumētū accipimus:ad ꝓbandū: qualiter rōnalis aīa sine defatigatiōe sua pōt quēlibet hoiem cuiuscūq; cōdictionis sic aiare.quū enim uirtus corporea:siue forma tantā ꝓmptitudinē & dignitatē habet:qđ pōt adeo dilatare & recolligere ferme in īstāti aut mora circa nos icognoscibili:multomagis rationalis aīa in īstāti opabit̄:ut ꝑ discur sus intellectus & uolūtatis appet:qa ultra qđ i īstāti opant̄:nō īpediunt̄.in trāseūdo per corpora:sicuti lumē & sensus faciūt.& hic manifeste cōprobat̄:lumē eē rē corporeā.Quia ñ pōt opaca corpora pene trar̄:& similiter uidemus ipum a corporibus exoriri.quāobrē dicēdū ē:qđ forma materialis uel corpea sit:& dū lumē in corpore manet ibi corpus est uocādū:qa est tanq̄ i fundamēto uel genere :eo qđ res corpee loco generis corporeā hñt substātiā. ¶Demū splendor seu claritas a radiis luminosis exiens tanq̄ uirt9 ipoꝝ radioꝝ se hēt:ueluti calor ab igne ꝓcedēs.nam dū ignis est i aliquo stipite uel carbo ne ꝗ ardeat i flāma aut nō ardeat:calor reuolut9 i aere multomagis extēdit̄ q̄ ipa flāma uel ignis in carbone.& in eo mō resplēdor exiens a flāma uel ab aliis lucidis corpib9 se hēt.Nā in aere cōmiscet̄:& fere i mō ticture cōuertit aerē in colorē claritatis.& hec ē cā ꝗ pua flāma ueluti i cādela maximā distā tiā illuminare pōt.Q m̄ radii ei9 parū decurrunt.Sed uirt9 uel resplēdor cū aere cōmixtus extendit̄.

De Eodem.

¶De radiis solarib9 siqdē & de resplēdoꝛ ipoꝝ tāquā de luce & lumine multa dicer̄ possum9:si opi niones multoꝝ tāgere uelem9.sed ut min9 tps cōterat̄:sub paucis nōnulla dicem9.assignādo differētiā iter lucē & lumē.uñ ita dicim9:qđ lux ñ pōt ꝓprie qlitas denoiari:sed imo eēntialis cū corpib9 lucidis: ueluti rōnalitas:sensualitas:& uegetabilitas:cū aiab9.& qđ ita sit:satis uideri pōt i radiis solarib9 & lu mie ipoꝝ aspiciēdo.qm̄ radii ipi nūquā magis clari & min9 clari siūt:neqdē i obliquo opant̄.sed imo sp̄ i recto.lumē ipoꝝ radioꝝ uero seu claritas i recto & i obliquo uadūt:maiorē & minorē claritatem assumūt.radii uero sp̄ i recto uadūt:& lucidītatē eqlē obseruāt:ubi expedite trāsire possūt:i qb9 pro prietatib9 asserēdū est:radios ipos eē eēntiales tāquā itegrales ptes cū corpe solari:& sic nūquā ab ipo diuidunt̄.nā ueluti flāma se hēt ad torridē de quo flāma ipa orit̄:ita radii solares a solari corpe: ut in operationib9 ꝓbat̄.nā ueluti flāma de se semp ascēdit sursum recto tramite:& ōndit uim i cursu suo:pa riter radii solares faciūt.qm̄ cū rigore offendūt oculos nostros:lumē uero ab ipis radiis ē exiēs: eo qđ qlitas ē ñ offendit oculos aut saltē nō offēdit tāgere ipos cū ui motiua:ut radii faciūt.uñ lumē ē deno minādū.Qualitas:& lux seu radii solares substātia:cū q̄ substātia sensitiua aīa maximā hēt cōformita tē:ut postmodū patebit. ¶Licet qđ plures antiq atq; moderni auctores oīa q̄ aliqd opant̄ fere deno mināt qlitates:qđ ecōuerso ē tenēdū.nā qlitates ꝑ modū instri se hñt i opando.sed opatio substātiis at tinet nō āt accidētib9:& sic qa radii solares opant̄ i mouēdo:offendēdo:calefaciēdo:illuminādo :cōce dere oportet substātiales eē:quāuis calefaciāt caliditate:illuminēt claritate:uel lucīditate:tāquā cū pas sionib9 ꝓpriis.sed radii ipi sunt fundamētū opans atq; subiectū luminis:& lumē seu splēdor subiectat̄ in solarib9 radiis:dicēdū ē:radios ipos substātiā eē:eo qđ accidentib9 substant:& sp̄ uno & eodē mō se hñt:& sic un9 radi9 nō ē magis radi9 quā ali9:& tñ radi9 nō dicit abstractū:neq; passionē ꝓpriā:sed i mo cōcretū dicit:ut patet.qm̄ lumē tāquā passionē ꝓpriā hñt:& ubicunq; subiectum & ꝓpria passio si mul:ibi concretū. ¶Preterea i hoc loco supiorib9 uisis forsitā dicēdū eēt:qđ quāuis nō darer̄ aer i ꝑ sentia solis:uiderem9 colores ibi positos:& ad hoc aliqđ iā hēm9 fundamētū.qm̄ null9 aer attigit ad so lare corp9:& tñ ipum solē uidemus:uñ dicēdū ē:qđ ita agerem9 in tota cōcauitate inter celū & terrā: dato qđ ibi nō fuisset aer.qm̄ radii solares de se hñt motū:& sunt subiecta luminis.uñ nō fuisset uacuū in ꝑsentia solis:sed imo plenū radioꝝ:& qlitates ipoꝝ:licet qđ in eo tūc fortassis lumē seu splēdor nō extēderet̄ sic nec sic i obliquo:nisi tm̄ ubi radii solares irēt:eo qđ deficiēte aere lumē ñ hēret subiectū i quo maneret:ꝑ obliquā extēsionē.sed saltē maneret lumē ubicūq; solares radii:i quo loco seu distātia. uisio nr̄a uidere posset.& forsitā positi in obscuro absq; aere:dato casu:qđ uiderem9:ēt possem9 uidere a lōge solares radios:seu lumē eoꝝ.uerūtñ si extra mittēdo uidemus:sed ñ aliter.nā si extra mittēdo ui derem9 oculi nr̄i radios emittūt:ad similitudinē radioꝝ solariū.uñ nō repugnat:radios ipos ꝑ uacuū trāsire ad uidēdū claritatē:sed dicam9 qđ sum9 i ꝑsentia radioꝝ solariū:& qđ ibi null9 aer:null9 ignis sic multo facili9 atq; clarius usq; ad celū uideremus:quā uidemus nūc:aut qđ nihil uideremus .& tñ nō repugnat uidere:eo qđ radii solares uisibiles sunt.& nō possunt uacuū cōcedere:ubi attigūt.& qa luci di sunt per se:atq; subiectū luminis & alicui9 coloris:patet:uisibiles esse:qm̄ per lumen clarificant se:& per colorem uideri possunt:ueluti flāma ignea facit.qm̄ ꝑ claritatem ipsius & colorem ibi subiectatum flāma per se est uisibilis.

Qualiter per effectus quos anime uegetatiue & sensitiue producunt: demonstratur: quod sint corporee:ut superius de eis mentionem fecimus. Cap.xvi.

¶Quēadmodū lux ꝑꝑ opationes corpea eē demōstrat̄:idē exēplū de uegetatiua & sensitiua accipeī possum9:qđ apte ur̄.Q m̄ nō possum9 ipis animis uti nisi mediātib9 aliis corporib9 i qb9 opant̄:tū me lius tū peius secundū sanitates:infirmitates:& alias dispositiones corpoꝝ.

De uariis sensibus iterioribus & exterioribus homini attributis. Cap.xvii.

¶Plures potentie interiores & exteriores anime sensitiue attribuunt.primo qnq; sensus tanquã ex trinsece gubernãtes:atq; unus cõmunis sensus interior:q homini replentat potentias uel opa: que reli q qnq; sensus exteriores faciũt. ¶De interiori aũt dr qd habemus imaginatiuã:extimatiuã: cogitati uã:& fantasiã.Sed fortasse est solus sensus cõis q exterioribus sensibus & intellectui inseruit:de qb us ali qd dicemus.Placuit eni maioribus nris differentiã ponere inter cogitatiuã:imaginatiuã:extimatiuã:& fantasiã:dicẽdo unã magis intrinsece opari cõgregando:aliã uero extrinsece diuidẽdo.Sed ut per sen sus cognoscere ualeamus saltẽ cogitatiua & imaginatiua conuerti possunt.Si eni itrinsece aut extrise ce cogitamus:semper unimus atq; diuidimus.& quis dicamus ad extra:intelligitur nos imaginari ea q extra nos sunt:sed imaginatio est interius nobismetipsis:& interius ẽt cogitatio:ex quo uidetur quod una sola potentia esse queant:quis a nobis duobus nominibus appellet.& qd sit una potentia apta ad diuidendum & congregandum non est difficultas.Nãq; aliter etiam possumus i nostro corpore tot po tentias intelligere:quot & operationes aut actus differentes agimus.& uidetur merito dici posse:quod similes effectus ab una origine proueniant.Quemadmodum uisus q diuersos colores recipit:& pp ter cõuenientiã:quã oẽs habent in colore dicimus esse unam potentiam uidendi.Man9 siquidem diuersas operationes atq; inter se uarias agit:unde opus est aptitudinẽ habere ad uaria pagenda.& sicuti exem plũ in uno assignamus:ita & de pluribus intelligere possumus.& taliter inter imaginatiuam: extimati uam:cogitatiuam:& fantasiã parua ur differẽtia.& quis aliqua sit uel non sit:saltẽ actus ab his poten tiis emanantes parum aut nihil differunt.quis aliqui dicant experto uisum esse:differentiam uersari:ac cipiendo exẽplũ:qd uisum sit aliquẽ esse in capite uulneratũ:& denuo restare in eo imaginatiuã & nõ extimatiuam.Nos autem dicimus:quod quotiescunq; imaginamur:quasdã figuras edificamus: & itidẽ dũ extimamus.Attñ post uulnerationem possumus aliquid magis aut minus extimatiua uel cogitatiua uti:& super aliqua re magis:& sup alia minus:ueluti sepe accidit:dum quisquam uulnere in brachio est pculsus:q in supiori pte proiicere põt:& non inferiori:& econuerso.& qñq; ante.& quandoq; retro.& accidit nihil esse scissum pter unũ neruũ:& tñ brachium suam aptitudinem deperdit in una re & nõ in alia:atq; idem agere põt interior sensus:dũ organũ suũ seu mansio leditur:quis una potentia uel sen sus tantum sit.alie quoq; plures cause occurrere possunt:ut dicendo:in illo instanti quo homo uulnera tus fuit:fantasia sua insistebat ad extimãdum aliquam rem: nec recte ipam imaginabatur:ut dum quis piam diuertitur ad stulticiam per maximam & assiduam considerationem in una re:& deinde cõtinuo habet in fantasia & uerbis illud cuius reminiscebatur dum stultus factus est.& ista est causa quod unius rei recordantur:& non alterius.Veluti de illo dicitur:quod de nominibus rerum non recordabatur & omnium in se reminiscebatur.& hic quum memoria communis sit ad quascunq; rememoratiões:& nõ una particularis:de qualibet re honeste dicendum erit:quod dum ille in dementiam uenit nullius no minis reminiscebat.& deinde pp stultitiam uel deprauatum humorem non poterant in mente sua ca racteres fundari:& sub hac intentiõe theologi nostri aiunt:quod siquis in prouecta etate in stulticiam declinat:& moritur:est iudicand9 iuxta pũctũ in quo demens fact9 est. ¶Deniq; si potentie cogno scunt per actus:& actus per obiecta:confitendum est:unum tantum sensum seu potentiam interiorem in nobisipsis habere.qm eosdem actus uidemus operari imaginando:estimando:& fantasticando:& su per eadem obiecta etiam elaboramus:& potentie que uere distincte sunt distinctos producũt actus:at q; distincta alter alterius aspiciunt obiecta:ut in potentiis rationalis anime:atq; in exterioribus sensi bus probare possumus.queniam aliter operamur dum intelligimus:quam dum uolumus & aliter in ob seruando intellectiones & uolutiones:quam in intelligendo & uolendo.& dum uidemus distictum op9 cognoscimus:atq; distinctũ obiectum ab operatione & obiecto auditus.& sic unusquisq; exterior sen sus distictã habet operationẽ:atq; obiectũ ab oĩbus aliis.iter sensus iteriores ãt nõ iuenimus qnq; spe cies actuũ diuersas:nequidẽ qnq; speties obiectorũ.ur esse tenendũ unũ tm̃ cõem sensum in hoĩe esse.

Quonã pacto sensus tact9:& gust9 iter se cõformant:cũ magna dña de uisu:auditu:& olfatu.& qd olfat9:& audit9 i sentiẽdo magnã hñt conformitatẽ: atq; subiecta ipsoꝝ maximã. Cap.xviii.

¶Cũ superius nonnulla.de quinq; sensibus dicta sunt:prosequendo succincte per eãdem uiam uel parum disparem:de aliqbus conformitatibus sensuũ atq; subiectorũ:dicẽdũ est:licet qd similia:aliquali ter obscura esse solẽt:eo qd sensus intrinseci sunt:atq; de se subtiles:& subiecta ipoꝝ subtilissima.pser tim ea que uisui auditui & olfatui attinent.& sic ad cognoscẽdũ:quonã pacto oĩa hec in operibus suis simul occurrentib9 se habeãt:magna stat difficultas. ¶De tactu & de gustu siquidẽ cũ obiectis suis mior iuenit difficultas.qm tact9 & gust9:ad exercẽdũ opatões pprias semp oportet:qd res reales atq; corpeas tãgãt:absq; aliquo medio.nã i oĩb9 ptib9 ubi aĩati sum9:ibi saltẽ aliqliter ẽ sensus tactus :quã uis de cute dicam9:licet cõcedat qd tact9 ipe nõ i supficie cutis:sed in aliquo neruo uel organo agit. ¶Iudiciũ de illo qd palpat:sed ẽt pellis sentit:qa aĩata:& gust9 easdẽ hẽt pprietates i plurib9 cũ sensu tact9:ueluti i tãgẽdo imediate ea:q sentit debet:& qd saltẽ aliqntulũ de duricie hẽat:& ẽt i mõ delecta

su uisus facile intelligere possumus: de quo asserimus aliquid esse dandum quod fundamẽtaliter portet ipsas res uisibiles ad tangendum uisum. aut quod uisus seu radii uisuum ueniant ad tangendũ res: quia aliter nullo pacto sensatio fieri poterit. ℂScimus quod res uise nõ deducunt: sicuti sunt essentialiter ad uisum. igit̃ uisuales radii deueniũt: aut trãsmittunt ad tangendum ipsas res. nõ dicimus audio te totaliter: ita ut tu es: nisi audio uocem exeuntem a te uel tuam: sicut tu ipam pronũcias. Tãgo tibi manũ brachium aut omnia alia membra. & hec omnia uera & in actibus corporalibus sunt. & similiter dum dicimus. uideo manum tuam faciem pedem aut totam personam. uera est ista: nec aliquo pacto uera esse potest. sine corporea contagione. Radii itaq; uisuales extra mittendo tangunt res uisas. ℂEt ista est differentia: per quam potissime cognoscimus rationalem animam esse alterius generis uel nature a sensitiua. Quum sensus nullatenus sine corporum contactione sentire queant. & anima rationalis sine alicuius corporis contactione intelligit. ℂPreterea per aristotelem: & etiam quia apud omnes manifeste patet. Sonus maior impedit & obstat minori. Sed uisus maior non impedit minorem uisionem. ut experientia manifestat. si est aliquis magnus sonus uoces campane uel tonitrua: non audimus alias uoces uel paruulos sonitus. Sed q̃uis magnam uisionem uideamus: utpote celum: hoc utiq; non impedit: qđ paruulas stellas non uideamus. & aspiciendo murũ albũ magnũ: in ipo possumus diuersas & paruas picturas perspicere simul cum uisione muri in eodem instanti. & in audiendo non sic. Si enim magnus sonus uel flagror intubat: paruulos non sentimus. ℂIn gustu similiter. si aliquid amarissimum est: q̃uis ibi alii sapores sint. illud amarũ tantũmodo gustu sentimus. Odor quoq; magnus & acutus obstat olphatui: quod paruuli & remissi odores non sentiantur. & similiter tactus ad maiora attentus est. Si enim quicquam asperrimũ occurrit tangibile impedit. quod suauia paruula ibi nõ sentiant̃. & in uisu ut prediximus: non est talis impeditio. Vnde experientia probatur. Quod uisus nimium differenter ab aliis sensibus sentit eo magis: qđ si aliqua ad ipum uisum extrinsecus aduenit ipam uisionem ĩpedit: ut radii solares aut alia solida & radiosa corpora: sicuti pelis & nix: presertim si sol similia corpora tangit. que reuerberando ad oculos peruenit. & sic patet. Qualiter illa que extrĩsecus ueniũt nostram uisionem impediant. Vnde uidetur esse cõfitendum quod transmittendo uideamus. alii enim sensus non impediunt̃ in sensatiõe sua cum rebus de foris uenientib9: & uisus impedit̃. & quia oportet qđ uisuales radii cum reb9 uisibilibus uniant̃: ut eas uideam9. & uisus abhorret extriseca ad ipum aduenientia: patet qđ ipi oculi radios ad uidendũ transmittant.

ℂQuod quum circa obiecta aliquando intellectus decipitur similiter & sensus defraudatur. Cap. xxxii.

ℂPleriq; tenent: qđ intellect9 non potest circa prima principia decipi: nequidem sensus quo ad prima obiecta. & sic arguere solent: omnes res aut sunt aut non sunt. & dicendo aut est principium aut non principiũ: non sequit̃ deceptio: quoniam altera earum est uera ad quod respondendũ est. qđ satis ille decipit̃: q de duob9 terminis unũ errat. Ipsi enim inquiũt in primis principiis non esse dubitandũ: qđ sint: & postmodũ ponũt dubiũ arguendo. est aut non est. & quo ad ueritatem in nulla re alteram habemus contradictionẽ: nisi an sit eo modo: quo dicimus an uero aliter. & ideo in simili modo ambigui sũm9 asserendo. aut est prima causa: aut non. nec essem9 sine culpa si determinate non intelligeremus unũ deũ solũ super omnia alia esse. Quoniam autem multi in hoc ambigui sunt: aut deũ negant: quod nullaten9 agere deberent: probat̃ ipum intellectũ circa prima principia sepius defraudari. ℂFacta uero de intellectu mentione: de sensib9 dicem9: utrũ in primo motu decipiant̃. qa nonnulli aiũt: quod q̃uis oculi nesciant in primo aspectu discernere: an albũ uel nigrũ seu rubeũ sit aut uiride: id qđ prospiciũt omnimodo colorem uident: qđ plerũq; experientia cognoscim9 econuerso esse: nam inter aperiẽdũ & claudẽdũ oculos. sepenumero apparet nos aliquod corp9 perspicere. & hoc falsum: qđ precipue fieri solet: dũ q̃spiam fuerit in capite percussus: Quoniam uidet̃ nobis stellas ĩ meridie uidere atq; alias imagines aspicere. Aliquando si curuati uel suppini erimus: & oculos reuoluimus firmiter eos tenendo licet unũ hominem dũtaxat prospiciam9 quodãmodo nobis apparet: illic duos uel tres homines esse.

ℂSimiliter interdũ accidit nos arbores uidere: & credim9 qđ homines sint: & quandoq; audit9: uidetur: qđ campanas aut uoces sentiat. & quo ad ueritatem haud parũ decipit̃. Quũ nullũ audiat sonitũ. & q̃uis aliqđ uisus aspiciat. saltem iudicio illi9: qđ est decipit̃. Dormiendo sensibus interioribus utimur quibus multa apparere & tractari uidentur: in quo quidem ualde frustrantur. Vnde manifeste constat sensus circa obiecta quandoq; defraudari posse.

ℂQuatenus experientia edoceat uisum & intellectũ decipi posse. Cap. xxxiii.

ℂNon uisui tantũ est propriũ de albo nigrũ de rubeo uiride. & consequenter de aliis coloribus iudicare. Verũ etiam de diuisione & compositione corporũ. ac de magnitudine paruitate grossitudine gracilitate spissitate raritate opacitate dyaphanitate luciditate & obscuritate. ex quo manifeste habe-

mus: qđ uisus quandoq uno & quandoq altero modo decipiaẜ. Quod interdũ iudicat aliqd recte se habere. & tamen est conuexũ seu curuũ: ut apparet de ligno in aqua posito: cuius una pars sit intra & alia extra. Visus enim tũc ruptũ esse lignũ censebit. ¶ Et si dicet: quod intellectus debet uisui succurrere ad ostendendam cãm quomodo lignũ integrũ sit: licet ruptũ uideaẜ. dicendũ erit intellectũ etiam alias fuisse deceptũ. priusq̃ hoc diiudicare sciret. & per hanc experientiam intellectus causas assignat. qualiter baculꝰ fractus uideaẜ: q̃uis integer maneat. Sed ut manifesteẜ intellectũ decipi posse: rũpaẜ baculus: & in aquam ponaẜ. & deinde ueniat alius intellectus ad respiciendũ. tũc intellectus respiciens credet: quod baculus sit integer. q̃uis ruptus uideaẜ. aut saltẽ rectũ diiudicare nesciet. Vnde quemadmodũ & prius decipereẜ nisi eo experto: uideret. & hic de fractura baculi omnino uniuersaliter & particulariter intellectus & sensus decipiuntur. eo quod nullam partem ruptam prospectãt: nisi qđ tantũmõ uidere credunt: maxime quod dum dicimus sensum non decipi: aut decipi: non ponimus ibi iuuamen intellectus. nisi quod de sensu tantũ loquimur. & sic patet qđ plerunq circa sensibilia & tractabilia decipiẜ.

De Eodem.

Qui uero saluare uolũt: quod sensus & intellectus non decipiunẜ: rem conditionalem ponũt: dicendo quod positis omnibus debitis mediis & sensu & obiecto optime dispositis: non põt aliqua deceptio intercidere: dummodo alia contrarietas non interuenerit. & hoc modo nemo est adeo mentis inops. quin hoc ipum confiteaẜ: & irrideat similia ponentes. Tamen sat est nobis: ut dicant & asserant sensus quandoq defraudari: & pluries ab obiectorũ longitudine uel maligno spiritu seu quacunq alia re. Et dicũt quod intellectus semper uerũ iudicat: q̃uis sensus errare uideanẜ. Sed in hoc etiam econuerso uidemus. & hi quandam generalem propositionem faciunt contra fallaciam baculi positi in aquam: uidelicet. Nullũ molle cedente duro potest durũ dirumpere. & assumpta hac propositione intellectus nõ põt decipi. Quinimo istud argumentũ non est ad propositũ. Nos eni interrogamus de iudicio: an baculus ruptus uel integer sit: & nõ petimus an aqua uel alia res ipum dirumpat. presertim quod sepissime aqua rumpit ligna. que in ea fuerint posita: sicuti nauis & alia plura. Et sanguis hyrcinus frangit lapides durissimos. & aqua fortis res duras diuidit. & gutta aque lapidẽ penetrat. Si enim in aliquam nauem ibimus: sensibus uidebitur montes moueri. Intellectus aũt propter experientiam: quam habemus: iudicat non esse uerũ. Sed paruuli aut ignari omnino plerunq decipiuntur.

¶ Quod sub motiua potentia diuersi actus intelliganẜ: propter quod uideẜ diuersas qualitates esse illas: que mouent. Cap. xxxiiii.

¶ Principio huius libri tres dũtaxat animarũ species seu genera esse diximus: Quoniam ad earũ cõdictionem uidenẜ omnes animaliũ effectus reduci. Sed de motiua non solũ dicere possumus. aliam speciem esse. uerũetiam: quod tanq̃ genus se habet eo quod plures species motuũ sub se complectitur. Et hic de quinq principalioribus aliquid enarrabimus. Primus motus est uolũtarius in instanti factus: quẽadmodũ est angelorũ & animarũ. Secundus celorũ & elementorũ. & hoc per se semper proprium motũ uocamus. Tertius est animaliũ sensibiliũ & mobiliũ de loco ad locũ: in q̃bus plures motuũ uarietates ostendunẜ. Quũ inferius & superius circum circa ac per planũ & transuersum moueantur: quãdoq uolũtario & quandoq uiolẽter: in quo quidẽ maior difficultas consistit ad cognoscendum: quidnam moueat animalia eo: quod tot motuũ condictiones animalia sequũtur: quedã animalia sunt adeo leuia: quod per aera decurrunt: ueluti aues & pleraq alia. Quum sursum ponimur in centrũ deuenimꝰ: aliquando saltamus: aliquando ambulamus. & tũ uelociter tum tarde transimus. ex quo non uidentur omnes huiuscemodi effectus anime sensitiue uegetatiue aut intellectiue conuenire. Quod utiq manifesto exemplo comprobaẜ: primo quod uegetatiua non habet condictionem mouendi corpora de loco ad locũ. Nam sepe accidit: quod homo sufficienter interioribus & exterioribus sensibus potiatur. & tamen non potest extra cameram moueri. & isti sensus sunt eadem anima sensitiua aut eius intrinsece potentie seu una essentia cum ea. pariterq eodem uel simili tempore possumus intellectuali anima uti querente ut nos ambulemus. & sensus similiter moueri appetunt. & tandem motu priuamur. Non enim uires suppeditant. Quambrem dicendum est potentiam motiuam animalium corpoream esse uirtutem: que indies uel per temporis discursum in uitalibus spiritibus generatur. & ueluti hec uirtus motiua ciborum uigore & sanitate crescit: ita etiam & labore atq egritudine frustratur. Quod si esset potentia anime sensitiue pueri duodecim annorum equales cum senibus uires sortirentur apud illos: qui uigesimum aut trigesimum annum haberent. Nam pueri uiri & senes cum pauca uel fere nulla differẽtia sensitiua anima utuntur. & in uiribus aut uirtutibus motiuis magna inest inter eos disparitas.

¶ De quibusdam animalibus imperfectis locali motu carentibus. Cap. xxxv.

¶Sunt & alia animalia sensibilia & imperfecta: ut ostree que non sentiunt: saltem quo ad uisum & auditū. Sed nutrimentū & multiplicationem habent. & tamen non possident organum motui dispositū. & propterea motus eorum est: quod plena aut uacua uel diminuta sint. Quocirca eis natura supplere uoluit de cooperimento: in quo habitarent. Que quidem nullum perfectū sensum habent: quanquā nihil eis iuxta speciem suam deficiat. & licet omnes sensus perfectos haberent: deficientibus uiribus necesse esset in eodem ligamento manere: quia dum aliquam ostream manu tenemus: eam uiuere cognoscimus. Attamen in ipa nullam uim repperimus: sine qua animalibus motus non datur q̄uis intrinsecū motū crescendi & nutrimentum recipiendi habeant. Quartum motum in rebus insensibilibus esse dicimus quendam intrinsecum appetitum reducendi unamquāq; creaturam in suam propriam originē seu principium: quia non solum per graue aut leue: immo quod quelibet in suam originem seu proprietatem redire cupiat. Quintus motus uiolentus causatus est in mobilium corporum: ut dum homo iaculatur telum aut lapidem sursum siue per planum iacit: aut cum aliquo alio artificio: uerbi gratia bombardam siue balistam armando que in longinquo proiiciunt: quicquid in eis ponetur. In alio loco aer uel aqua propriū cursum facientes remouent aliqua corpora. q̄ ex seipsis potentiam mouendi nequaquam habebant. & itidem motū per crementū & decrementū prospicimus. ¶Quidam nonnulla animata ponūt de sensitiua anima: que alio modo uidenť se habere: ut spongia. nam cā dilatationis & restrictionis eius non ab sensitiua anima oriť. nisi quia spongia ipa per omnes partes per propriam naturā est plena concauitatū. & in his concauitatibus aer assistit. sed cū spongiam tangimus uel restringere uolumus: aer de facili cedit locū. Verūtn̄ quia cauerne in spongia naturales sunt. cum ipam in libertatem permittimus aer illico reuertitur ad eas cōcauitates replēdas. & sic spongia dilatatur. nō. n. per aliquam sensitiuam animam. & hoc etiam potest uideri in pane recente. dum bonus uel spongiatus sit: quia quāuis ipm̄ manu restringamus dimittendo eum: aer ingreditur per cauernas & subleuat ipm̄ ueluti prius erat. sed panis nullam habet sensitiuam animam.

¶Quod rationales sensuales & arbores quo ad uegetatiuam conueniunt. Cap. xxxvi.

¶De uegetatiua parua uidetur discrepantia inter rationales sensuales & uegetabiles. Ratiōales enī sensuales & plante in uegetatiua conuenimus q̄uis per speciem sicut in carne istius cum carne illius aliqua sit differentia licet plante nature propinquiores aut cum minori artificio nutriantur. & plante per radices nutrimentum recipiunt: nos uero per ora: attamen omnes nutrimentum ab elementis compositum nanciscimur sed sensuales & rationales circa sensitiuam & uegetatiuam parum differunt nisi quodammodo in disparitate utpote de una specie brutorū a specie aliorum quoniam aliqua bruta nimis uident & parum audiunt: quedam tamen econtra.

¶Qualiter sensitiua & uegetatiua in genere substantie corporee ponende sunt. & q̄ diuerse substantie corporee in natura dari possunt. Cap. xxxvii.

¶Quia i pluribus locis cū de natura aīa; uegetatiuā atq; sensitiuā de natura corporea pono ipas eē. nō autē de tali corporeitate: q̄ i corpus euenire pōt. cōdecēs ē aliquātulū distinctius quā hactenus fecim⁹ explicare. i. qbus p̄dicamētis sensitiua & uegetatiua ponunť. & sub quo genere generalissimo capiēdo generalissimū post factā distinctionē iter spirituale seu icorporeum & corporeum. ¶Quoniā solet dici substātia diuidiť i corporeā & icorporeā: itelligas substātiā aliā esse icorporeā & aliam corpoream: nil super se habentes: nisi deum realiter capiendo dimissis omnibus uanis imaginationibus. tum deus substantia est: sed non genus generalissimum: aut aliusmodi genus quamuis substantia super omnes substantias sit. Verumtamen quia alie substantie de essentia eius non sunt. deus non uocatur genus generalissimum: nec qdem subalternum: eo q̄ alie res de natura sua non sunt. ¶Licet q̄ spirituales seu incorporee similitudinem magnam cum deo habent: presertim ad corporeas res comparate. ¶Vnde fit q̄ tantum de substantia incorporea denumeramus: deum angelos. & rationales animas. deū siquidē primū angelos in gradu secundo. & animas in tertio. sub quo ordine si substantia incorporea diuideretur transeundo de specie in speciem: & angeli & rationales anime de natura intrinseca dei essent. deus se haberet in substantiis spiritualibus tanquam genus generalissimum. angeli sicut genus subalternum: anime uero sicut ultimatum genus aut species: eo q̄ nullam habent speciem spiritualem sub se. attamen quia nullum dependens est de natura intrinseca dei. non potest deus se habere super dependentia tanquam genus: nisi ueluti dans esse. & gubernator omnium rerum. ¶Sensitiua & uegetatiua enim de natura incorporea proprie assumendo esse nequeunt. quoniam semper obiectum corporeum ad uegetandum & sentiendum petunt. res incorporea uero non semper. quocirca de natura corporea esse has animas asserendum est. non autem de tali corporeitate: q̄ corpus uocetur. sed de natura corporea tantum tanquam medium inter corpus & incorporeum. Verumtamen potius cū corporibus conformes. quam cum icorporeis rebus. ¶Et ita cā maioris similitudinis ipas in ordine pre

dicamentorum sub substantia corporea cadētia ponemus:non in fine:nisi in principio sub ipa substā tia:que genus primum super corpoream substantiam est: unde dicemus sub substantia corporea anima sensitiua.sub sensitiua uegetatiua.sub uegetatiua uero corpus.sub corpore aliud animatum aliud inanimatum:inter animatum & non animatum : aliud proprie uiuens : & aliud non proprie uiuens. nam quodcunq; animatum aliqualiter uiuens:& sic plante quia animate quoquomodo uiuunt:tamē ui ta imperfecta. Inter corpus uiuens proprie assumptum & animal nullum datur īferius & superius:quis de cōmuni consuetudine post corpus uiuens in altero inferiori gradu animal assignetur postmodum homo:equus & similia ueluti species: ❡Et hic uero aduertendum est:quia si dicimus homo est:aut animal est:sequitur ibi esse corpus:uegetatiuam sensitiuam atq; substantiam.sed,promendo corpus est de superioribus:tamen sequitur ergo substantia est. Verūtamen nō ualet dicendo corpus est. igitur uegetatiua aut sensitiua est.sed bene ualet substantia est.qr corpus est substantia:& non est uegetatiua nec sensitiua. ❡Vnde his uisis & pluribus similibus:que uideri possunt asserendum est plures substantias esse:ueluti de pluralitate materiarum nos dicimus:ut in sexto libro deo dante diffuse patebit. ❡Nam materia celi & materia elementorum eiusdem nature esse nequeunt.& tamen hec & illa substantia est. Vnde plures materie posite ita plures substantie corporee: quamuis omnes sub una cōmuni predicatione substantie predicentur.tamen in re plures diuerse substantie. ❡Prima earum uero sensitiua seu anima mundi est.secunda uegetatiua:& tertia corpus.in quarto gradu compositum: aut res animata. quoniam in quarto loco descendendo:postquam in prima substantia corporea incipimus substantie corporee tantum denominate:que corpus esse non possunt:uniuntur cum corpore in quo instanti cō positum uiuens seu animal resultat. ❡Et ꝙ plures substantie uariarum proprietatum sub substantia corporea sint:nil repugnat. Vt in accidentibus quoq; exemplari possumus.nam quantitates & qualitates de genere accidentium ponuntur.attamen quantitas reducitur ad punctum ad lineam ad superficiem ad corpus: ❡Qualitas uero non potest de se saltem ad corpus reduci. ❡Etiam in quocunq; istorum predicamentorum magna extat differentia.ueluti inter quantum continuum & discretum. nam continuum potest reduci ad lineam superficiem & corpus.punctus uero non:quamuis sub genere quantitatis cadat:& insuper unum istorum generum subalternorū non subiicitur alteri. cum non sequatur dicendo:punctus est:ergo linea.linea est:igitur superficies est.superficies:igitur corpus ē. ❡In genere qualitatis similiter idem ordo obseruatur:quoniam concesso colorem esse qualitatem frigidum & calidum durum & molle qualitates:una istarum qualitatum non subiicitur alteri: Nec quidem inter se ea que sub uno genere subalterno cadunt obseruant aliquem ordinem tanquam superius & inferius:gratia exempli album est color:& nigrum color.& tamen non sequitur album est:igitur nigrum est.nec econuerso.nec dicēdo color est:igitur humidum:uel siccū est.& non sequit̄:quoniam uarias habent naturas.ut albū albedinem:nigrū nigredinē:calidū caliditatem.frigidū frigiditatē. & simili modo in predicamento substantie corporee dicere possumus:non simile totaliter sed in parte:cū non sequat̄ corpus est:ergo uegetatiua aut sensitiua est:nam q̄uis sensitiua & uegetatiua de natura corporea sint.non de tali natura ꝙ possunt reduci ad corpus:ueluti de pūcto exemplauimus. ❡Bene sequitur pūctus est:ergo quantitas est:uegetatiua aut sensitiua est.igitur substantia corporea est: tamen una istarum animarum non subiicitur alteri.licet ꝙ de cōmuni opinione uideat̄ uegetatiuā subiici sensitiue: cū habeat̄ ubicūq; sensitiua ibi uegetatiua.& ubi intellectiua:ibidem sensitiua & uegetatiua . sed hoc tantum in compositis intelligitur:non autem in naturis ipsarū animarum.nam bene sequit̄ albū est. ergo aliquod subiectū recipiens albedinem est.tñ non sequitur albedo est:ergo subiectū albedinis quoq; est:cum albedo tanquam natura ab omni substantiali subiecto distincta capiatur.& ita unaqueq; anima in natura sua distincta absq; aliis animabus manere potest. In compositis uero anime que digniores alias inferiores tanquam subseruiētes exposcunt.ut intellectiua sensitiuam & uegetatiuam:sensitiua uero uegetatiuam:in naturis propriis enim non obseruant talem ordinem ueluti in compositis : & sic unaqueq; ab altera separata manere potest.

❡Quomodo ens inquantum tale sit subiectum intellectus.& color inquantum tale sit obiectum uisus. Cap.xxxviii.

❡Circa obiectum sensuū intellectus & aliarum potentiarū uarii uaria sentiunt.& pleraq; super hac materia dicunt. Quando enim de obiecto uisus tractant distinctionem faciunt:inquantum color & inquantum uisibile asserendo uisibile esse passionem coloris.& quod nos passionem & non colores uidemus. Sed alibi inquiunt colorem esse obiectum uisus: atq; ipsum duntaxat uisibilem esse asserunt & in hoc modo idem esset dicere uisibile:q̄ si diceretur color : quia conuertuntur. Nam homo humanus & animal intelligibile idem sunt.& sic color & uisibile sunt una sola essentia. Quandoquidem color uidetur inquantum est uisibilis : ueluti homo intelligit in eo: quod intellectualis. ❡De subiecto intellectus aliqui dicunt esse ens materiale:alii ens inquantum ens. Nos uero dicimus:quod subiectum intellectus sit ens inquātū tale uel cū eisdem proprietatibus. Et qui hoc nō credit:respiciat quatenus ipsemet

se habeat ad discurrendum & intelligendum: quoniam proculdubio cognoscet omnes discursus intellectus nostri esse de una re in aliam: & semper querendo quales res sint: & demum intellectus quiescit inueniendo quatenus ens se habeat: uel quale sit. & tale ens ita determinatum est subiectum siue adequatum intellectui: aut super quo ipse laborat. Quia subiectum accipimus pro illo: quod tractamus. & hoc modo dicimus: quod ens inquantum tale erit proprium subiectum intellectus: quoniam intellectus querit scire: quomodo res se habeat: aut qualis sit. & hec est generalis regula cognoscendi subiectum uniuscuiusque scientie. Nam subiectum est illud de quo agimus: aut id super quo nostram intentionē fundamus. nā intellectus noster particularis ē: ut postmodū uidebit. Qua de cā pticularia querit: quoue facilius pro nunc noscatur de hominibus tantū dicam9. Quod ꝑm experientiam & omnes sapientes: particulares: & non uniuersales sumus. & pariter habetur quod non intelligit solus intellectus: Sed homo tantum. Et in hoc loco assumitur homo pro isto illo & alio. qui particulares sunt: proculdubio constat. Qualiter obiectus intellectionis sint entia particularia siue entia talia eo: ꝙ intelligentes particulares & tales sunt. Quia si obiectū esset uniuersale & itelligens particulare nunq̄ simul adequari possent: In quo fundamētū manifestū cape possum9: cōtra asserētes unū tm̄ esse uniuersalē intellectū in oībus hoībus. Quoniam non solum intelligit intellectus. Sed iste homo atq; ille qui particulares sunt. Vnde sequitur particularia obiecta ad intelligendum haberi.

¶ Quod anima intellectualis precipue anima appellari possit. & quod ipa sola sit apta ad gloriam consequendam. Cap. xxxix.

¶ Quoniam in hoc libro moti sumus ad aperiendum: quid rationalis anima sit: ipam pro principali posuim9: nec īmerito. nā circa omnes probos uiros pro intellectiua uera aīa intelligitur. Quia alii sensus & uirtutes conseruatiue atq; nutritiue appellantur. tametsi uegetatiua & sensitiua pro his corporeis uirtutibus intelliguntur. Quidam uero auctores maxime sequaces aristotelis aliter senserunt. Quoniam nolentes quod anima intellectiua sit propria uirtus organica capiendo per intellectum. asserunt ipam non esse nominandam animam. Quum a membris separabilis sit. & qa sensus ꝑm ipos sunt a mēbris inseparabiles: qui organice uirtutis sunt: itidē & anime. Nos tamen in aliis sequētibus capitulis plene probare intendimus: qualiter quelibet anima precipue illa: que intelligit & que sentire potest: sit alterius nature a corporibus elementorum eo: quod necessario aliam propriam originem uiuentem habet. Iccirco anima sensitiua etiam est a membris separabilis: quāuis non reuertatur in locum suum: eodem modo: quo erat dum ī corpore manebat. Quū enim corporea: potest suas proprietates augmētare & diminuere eo: ꝙ non est intelligendum: quod sensitiua anima extra corpora composita & organica audiat uel uideat. Sed quod reuersa in locum suum habet tantummodo uiuacitatem simul cum tota substantia de qua oritur: licet semper aliquid habeat de sensitiuo appetitu. Attamen quumuisus auditus gustus & reliqua huiuscemodi tanq̄ integrales partes se habeant ad hanc animam singularē sensitiuam: necessario sunt de illa partium compositiōe dissolubiles. & quod se habeant tanquam partes patet: ex eo quod diuersa organa petunt: & uarias operationes exercent: atq; ideo in originem suam redeundo opus est deponere illas diuersas affectiōes quas in organis acqsiuerūt. Nihilominus quum sensitiua & uegetatiua corporee sint. possunt a substantia diuidi uel separari: atq; in particularia deuenire: & rursus ad suas origines reuerti. Vnde satis quiete & contente manent. Sed nequeunt perfecta gloria potiri. Quoniam non sunt capaces ex eo: quod intellectus non habent. & sic rationales anime tantum perfecta gloria frui possunt. Quia quum incorporee sint consequenter: & indiuisibiles. Iccirco quo ad se in uno & eodem modo semper assistunt. ¶ Sed redeundo ut uideat utrū rationalis anima merito anima sit nuncupanda: dicimus quod licet eam non uocemus proprie uirtutem organicam: quum nō maneat in uno membro aut organo determinato: quemadmodum agit uisus in oculo. & auditus ī auricula. potest anima appellari. nam saltem in toto corpore manet. & ubi pars: ibi totum. & dicimus qđ non manet in organo determinato. & sensus aliter se habent eo: quod in organis determinatis degūt. & ideo corruptis oculis q̄uis cetera membra illesa maneant: homo uidere non potest. Tandem cōsiderando animal respicere nomen ab animando: & tanto dignius effici animal: quanto anima dignior uegetatiua: ꝑm quid uocatur anima. Quoniam animalia que ab ipa denominantur: imperfecte uocantur animalia: ut in plātis prospicimus a uegetatiua animatis. & sicut equus & leo sunt digniora animalia: q̄ salix & pinus eo: quod digniorem animā possident. ita & homo potius est animal: q̄ sensualia animalia ob digniorē aīam quā hēt. Itaq; decet itellectiuā aīam poti9 aīam nūcupari itellectiuā: itelligas p īcorporeā n̄ āt cogitatiuā. Preterea asserendo de sciētia aīe dignū hēri subiectū maxīe dignū intelligimus: propter rōnalē animam. Quoniam de sensitiua & uegetatiua paucam curam scribēdi haberem9. si modo non crederemus intellectiuam atq; incorruptibilem animam in nobis esse. ¶ Demum anteq̄ ulterius procedamus animaduertendum est: ꝙ non tantum animam rationalem uirtutem inorganicā dicimus esse: ex eo ꝙ determinatum organum ad operandum non habet: quandoquidem cor & cerebrum uera sedes rationalis anime sunt: seu precipua organa: in quibus ipa operatur: dum corporibus

coniuncta manet. Vnde dicimus non esse uirtutem organicam: idest nõ generatam in corpore. Sed deforis uenientem. & quia sensitiua & uegetatiua in corporibus generantur in eo modo: quo particularizate sunt uirtutes organice denominantur eo: quod in ipsis organis aliqualiter producte: sed non ex hoc potius sunt denominande anime: q̃ si in celo aut alibi crearentur: & postmodũ corpori infunderentur ipsum informando siue animãdo. Et sic quũ sola anima rationalis prebeat uerum esse indiuiduis compositus ipsa preter omnes alias formas est denominanda uera anima.

¶Prologus de anima intellectiua. Cap. xl.

¶Quũ de aĩa uegetatiua & sensitiua superius tractauimus paulatim: ulterius de intellectiua explicabitur. quis fortasse prolixiori mõ scribamus. Quippe quod multa necessariora occurrũt. Quũ nostra omnis gaudii spes sine fine consistat penes rationalem animã. & nõ uegetatiuã aut sensitiuam. Et in hac materia ueluti ulterius patebit in nulla re irreligiosos philosophos sequar. Quinimmo aliam securiorem & honestiorẽ uiam spero me suscepturũ. Sed quia hec materia de anima in se nimiam continet difficultatem ac diuersarũ opinionẽ reuolutiões: decẽtius atq; utilius fore ꝓspexi ĩ hoc pricipio. aliquã dare diffinitionẽ de aĩa proprie dicta siue intellectuali: quemadmodum & uegetatiuam & sensitiuam diffiniuimus: quum de eis scribere cepimus. Deinceps alique opiniones tangent ostẽdẽdo: qũo religiosi de aĩa rõnali loquentes minime debent irreligiosos asseq. Et hanc materiam in tres partes diuidam; quarum prima erit de unitate uel pluralitate intellectuum. Secunda quod non sunt idem sensitiua uegetatiua & intellectiua in homine. Tertia uero de anime nostre immortalitate.

¶De dignitatibus quas intellectiua anima habet supra sensitiuam & uegetatiuam. Cap. xli.

¶In pricipio tractãdo de aĩa ĩter entia componibilia formas pre ceteris digniores esse assignauim9. & ĩ alia differẽtia digniorẽ formã appellamus animã: & de corporeis & componibilibus sensitiuã aĩam digniorem esse asserimus. Et uolentes nunc ad intellectualem transire ferme eandem uiam sectabimur. Quanquam hic de intellectiua maiorem differentiã assignabimus. q̃ de sensitiua: sup uegetatiua exposuimus: propterea quod sensitiua & uegetatiua corporee sunt. & sic ĩ pluribus principiis mediis & finibus conueniunt. Sed intellectiua nimiũ ab aliis aĩabus discrepat ĩ natura pricipio & substantia. Quum sit simplex incorruptibilis & inmutabilis de specie in speciem: & incorporea siue spiritualis & creata sola diuina uoluntate absq; eo quod in ea alii cursus celorum & elementorũ interuenerit: propter quas dignitates anime intellectuali existentes supra sensitiuam & uegetatiuam non dignatur: aut non uult informare aliquod animal pter hoiem. Quũ sit oĩbus dignior. & qa rõnalis aĩa ĩ suo principio tot supra alias animas perfectiones ostendit: decẽs est: qd semp ꝓrogatiuas suo principio cõdecẽtes tribuamus.

¶Diffinitio rationalis anime. Cap. xlii.

¶Pro diffinitione rõnalis aĩe cõgrue dicemus. ¶Aĩa rõnalis est forma pre ceteris componibilis. ¶Aĩa rõnalis ẽ ꝑfectior substãtia oĩbus illis: que naturaliter uniunt ad ĩformandũ aliquã materiam. ¶Animam intellectiuam dicimus esse substantiam incorpoream propria natura uiuẽtem. ¶Anima rationalis est inter formas simplex substantia ĩ tribus potentiis fundata. ¶Aĩa rõnalis est creatura apta & appropriata ad informãdũ & administrãdũ corporibus humanis. ¶Aĩa rõnalis est: p quã ĩtelligimus & discernimus uerũ a falso: & a brutis differentes sumus. ¶Aĩa ĩtellectiua est: que nõ põt cõponi nec transmutari corruptiõe aut generatiõe uel congelatione: nec corrumpi potest. Quicqd enim non est componibile minime est dissolubile.

¶Quod circa animam in cõmuni: antiquos philosophos sequi debemus: non autẽ in anima propria: que rationalis dicitur. Cap. xliii.

¶Dũ de aĩa ĩ cõi rõcinamur: hõestũ eẽ uĩ nos antiquos philosophos imitari: nãq; optime enucleãt: qd q̃sq; sensus sit. & qũo circa obiecta habeaẽ. & ad creãdũ sensibiles formas: & qualiter unus sensus ab alio differat. & exteriores quoq; sensus inter sese habeant. & similiter differẽtiã assignãt ĩter exteriores & cõmunes aut ĩtrisecus sensus. & etiã gradati ĩ ĩteriores potẽtias diuidẽdo ipsas secũdũ ꝓprios actus. Nemo tamẽ sensus esse dubitat. Et quũ de aĩa rationali interdũ ab aliquibus dubiteẽ: uidelicet utrũ sit uel non sit. seu utrũ cũ corpore moriatur an semper uiuens sit: auctores qui ĩ hac materia uersantur debẽt oĩmõ eã dilucidare. Quia de crescẽdo minuẽdo sentiẽdo & mouẽdo nullus dubitat. & ubi nullum uersatur discrimen: illos quos uoluerimus imitari possumus. Vnde tractando de anima intellectiua non est inherendum irreligiosis philosophis: quoniam inter nos maxima est controuersia eo: quod nonnulli irreligiosi unum duntaxat intellectum tribuunt: & eternum omnibus hominibus. Religiosi uero particularem intellectum in quocunq; rationali homine. quem intellectiuam animam esse

dicimus:ob quam rationales ſiue intellectuales uocamur. Attamen intellectiuam animam aſſumendo
pro incorporea:non generabili nec corruptibili niſi tantũmodo a deo creata.& Auerroys inqt: ani
mam intellectiuam noſtram eſſe corpoream:ſcilicet cogitatiuam uel intellectum materialem.Sed Ari
ſtoteles uidetur poſuiſſe intellectum poſſibilem eſſe formam noſtram. Quum dicat in principio intelle
ctus noſter eſt tanq̃ tabula raſa:in qua nihil eſt depictum.Sed poſſibile eſt depingi. Et ulterius inquit
Intellectum agentem & poſſibilem idem eſſe.Vnde tertio de aia ĩtellectus agens & poſſibilis nõ eſt ge
nerabilis neq; corruptibilis.& per ipſum ĩtellectus agens deforis uenit:ergo etiam poſſibilis. Quũ idẽ
ſit.Vnde cõſtat qualiter ultimata forma noſtra ſit ĩcorporea ac deforis ueniens:nõ autẽ corporea neq;
corruptibilis.Et ſic nos in eo q̧ ĩ principio infuſionis ĩtellectus ſcientia nõ habet.cũ Ariſtotele cõueni
mus.Vlterius aſſerendo q̧ ĩ oĩ rerum natura eſt aliqd ponendũ:per quod oĩa fiant: & aliud ĩ quo poſ
ſunt fieri:aſſerit duplicem eſſe potentiam anime intellectiue:agentem ſcilicet & poſſibilem. Vnde aĩam
intellectiuam ſuppoſitari dicit ĩ actu & potentia.Neq; eſt dicendum hic Ariſtotelem pro intellectu agẽ
te uel uniuerſali accepiſſe.Quicquid enim eternum eſt:ſemper uno & eodem modo ſe habet. Quocir
ca intellectus noſter in principio infuſionis non eſſet tanquam tabula raſa:ſed plenus ſcientia. Quum
autem ex philoſophis nulla uera probatio colligatur animam eſſe ĩmortalem:nequaquam a nobis le
gendi eſſent niſi interdum iocoſe aut pro acuendis ĩgeniis diuerſas opiniones perſcrutando.Sed non
preciſe tanq̃ ueritatis fundamenta & hinc ortum habet tantam eſſe obſcuritatem inter tractantes de
aĩa ipſa eo:quod Ariſtoteles de ſe obſcuriſſime ſcribebat.& cõmuniter omnes eum aſſequi uolũt.& ob
hanc cauſam ut ſtudendo libris Ariſtotelicis minus elaboremus ĩ hoc loco ſuccincte auctoritates: quas
ubi de anima agit elicere poterimus:oportunius inſeremus.

¶De illo quod de dictis Ariſtotelis circa rationalem animam elicere poſſumus ſub
breui recollectione. Cap.xliiii.

¶In libris Ariſtotelis multa de anima comperiuntur:nec quicquã in lucẽ uenit ferme eodẽ modo:
quo de phyſonomia ſcribebat.ut dicendo.Oculi ſparſi & nubiloſi:ſignificant quod ille homo praue co
gitationis ſit.Et frons hylaris & magna ĩtrinſeca bona denotat.& uaria quoq; ſimili modo dicit. Que
tamẽ omnia aut plura iſtorum ſignorum in uno ſolo homine reperiuntur.& quum aliud ſignum ip
ſius hominis bonitatem denotet.& aliud prauitatem:nullo pacto per hanc uiam determinate cognoſci
tur:qualis ille homo ſit:Vtrũ bonus uel malus circa ſuas naturales affectiones. ¶Nec aliter egit Ari
ſtoteles de anima ſcribendo.Sepe enim cum religioſis conformari uidetur.& ab eiſdem denuo deuiat.
¶In libris anime ubi de intellectiua agit ſeu de intellectu agente & poſſibili ad utrãq; partem multa
ſcripſiſſe uidetur:ut dicendo. ¶Intellect9 eſt pars aĩe. ¶Intellectus omnia ĩtelligit. ¶Intellect9
poſſibilis nõ habet aliquam determinatam naturam.Sed ſolum iſtam:que uocatur ĩtellectus p̱oſſibilis.
¶Intellectus poſſibilis nihil eſt in actu de numero entium:anteq̃ ea intelligat. ¶Intellectus non
habet aliquod organum in corpore:ſed eſt ſeparatus ab omni organo corporali. ¶Anima intelle
ctiua eſt locus ſpecierũ ĩtelligibilium. ¶Anima nõ habet actu ſpecies:ſed ſolum potẽtia. ¶Senſus
non eſt ſine corpore:ĩtellectus uero eſt ſine corpore. ¶Intellectus quũ intelligit alia: poteſt ſeipſum
ĩtelligere. ¶Intellect9 ẽ ſimplex & ĩpaſſibilis & ĩmixtus. ¶Intellect9 agẽs & poſſibilis nõ ẽ genera
bilis neq; corruptibilis. ¶Sicut ĩ oĩ rerũ natura ẽ aliqd:quo poſſunt oĩa fieri illi9 generis:& aliqd qd
põt facere id genus.ſic ẽt neceſſe ẽ ĩ aĩa eẽ hec duo &c. ¶Intellectus poſſibilis ĩ pricipio eſt tãquã ta
bula raſa:ĩ q̃ nihil ẽ ſcriptũ uel depictũ.Eſt tñ poſſibile ſcribi uel depingi. ¶Intellectus ſm ẽẽntiã eſt
abſtract9 a corpore.& tñ ĩpoſſibile ẽ ut ĩtelligat aliqd ſine imaginatiõe. ¶Intellectus ẽ potẽtia ſine
materia. ¶Intellect9 agẽs ẽ ĩmortalis & ꝑpetuus.& non reminiſcit̃ poſt ſeparationẽ. ¶Intellectus
paſſiu9 ẽ corruptibilis. ¶Intellectus nr̃ ẽ ens ĩ potẽtia. ¶Aĩa quodãmõ ẽ oĩa. ¶Intellect9 ẽ qd
diuinũ ĩpaſſibile & ĩcorruptibile. ¶Intellect9 ẽ ſpecies ſpecierũ ideſt forma formarũ. ¶Intellect9
nõ ẽ corp9 neq; uirt9 ĩ corpore exiſtẽs. ¶Oẽs ptes aĩe ſunt forme ĩ materiis p̃ter rõnale. ¶Intel
lect9 ſeparat̃ ab aliis potẽtiis aĩe.ſicut ꝑpetuũ a corruptibili ¶Meli9 ẽ dicere:qd hõ ĩtelligat ꝑ aĩam:
quã aĩa ĩtelligat ꝑ hominem. Et ĩ rethoricis. ¶Intellect9 ẽ lumẽ:qd deus ĩfundit anime.Et ĩ clenẽto
rũ ꝓprietatib9. ¶Aĩa ĩfundit̃ corpi iuſſu dei. ¶Cũcta uero hec Ariſtotelica dicta & alia huiuſce
modi diſputabilia ſunt.tñ unũ ex ĩpo palã elicere poſſum9.Quod ĩtellect9 agẽs deforis uẽit:& ĩcorru
ptibilis ẽ.& ĩ corruptione corpis ab ipſo corpore ſeparat̃. ¶De ĩtellectu poſſibili aliq̃ ꝑ utraq; parte
diſputabilia poſuit:ueluti cõparãdo:qd ſicut ĩ oĩ rerũ natura ẽ aliqd:q̃ poſſunt oĩa fieri illius generis.
& aliqd qd põt facere id genus.ſic ẽt neceſſe ẽ ĩ aĩa eẽ hec duo ſcilicet unũ qd põt facere oĩa ĩtelligibi
lia:& recipe ea.& hoc ẽ ĩtellect9 poſſibilis.aliud uero:qd põt facere oĩa ĩtelligibilia.& hoc ẽ intellectus
agẽs.Vñ duplex ẽ potentia aĩe ĩtellectiue:agẽs & poſſibilis.Et quũ hic dicat̃ duplicẽ eſſe ĩtellectiue ani
me potentiam:agentem ſcilicet & poſſibilẽ.& ĩtellectiuam aĩam pro particulari forma hoĩs aſſumebat.
& ulterius agens pro actu.& patiens pro potẽtia ſeu aptitudie recipiẽdi de q̃bus duabus proprietatib9
oĩs creatura cõpoſita ẽ:dato qd ſimplicẽ quãtũ poſſum9 eã aſſuma:m9.Vñ ſi ĩtellect9 agẽs ĩcorruptibi
lis.pari mõ & ĩpoſſibilis.Qm̃ ãbo potẽtie ẽẽntiales aĩe ĩtellectiue ſunt.ĩ qb9 ĩpa ẽẽntialiter ſuppoſitat̃.

¶Preterea dicendo intellectus est pars anime.& postmodum intellectus omnia intelligit:intellectum quippe absolute denominando de icorruptibili intelligi debet.& dicit quod pars anime sit. ¶Et asserendo anima insunditur corpori iussu dei.& animam pro nostra propria forma intelligebat.penes eiusmodi sententiam asserendum est quod anima nostra iussu dei deforis ueniens corpori insundatur. ¶Item asserendo intellectus est species specierum idest forma formarum affirmari potest:quod intellectus forma hominis sit:ut nos tenemus & pariter anima denominandus sup omnibus aliis formis quũ ipse intellectus forma formarum denominetur. Verũtamen de quali intellectu dicat postmodum forsitasse oportunius uidebitur deniq; cum Aristotele de anima tractando omnis nostra dissentio consistit utrum sit unus tantum intellectus uniuersalis in omnibus hominibus:an uero plures. Quoniam illud quod ipse nuncupat intellectum agentem & incorruptibilem:nos nostram rationalem animam appellamus.Et ista anima uel intellectus secundum omnium sententiam in principio hominis corpori infunditur.& in fine ab ipso separatur. ¶De intellectu passiuo idest cogitatiua uel fantasia eo quod corporea substantia uidetur dubitasse Aristoteles.& etiam alii quod deforis ueniat.& a corpore separetur. De quo tamen alibi oportunius disputatur.

¶Cur de operibus Aristotelis iuxta textum recte iudicare nequimus : nisi aliquid dum plura de finibus suis assumeremus ; & penes operationem nostram ipsa iudicaremus.

Cap.xlv.

¶Quum in operibus Aristotelis tot ambigua de uarias opiniones conformia legimus: nullatenus de ipso possumus ad unum solum finem seu stabilem opinionem diiudicare. ¶De unitate intellectus in omnibus hominibus aut pluribus:quod eternus uel non eternus sit . per uerba eiusdem Aristotelis difficile uidetur ad iudicandum nisi per coniecturam pluribus suis simul exanimatis una cum nostrorum operum experientia.Nam secundum uarias etates uarie sensisse uidetur.ut superius tactum est. ¶In philosophia quandoq; ad religionis conformitatem & pluries in oppositum . Sed in moralitate precise tanquam religiosus scripsit.forsitan sicut de algazele narratur . Quod tempore iuuentutis sue cum irreligiosis philosophis sentiebat.& in senectute cum religiosis nulla est contradictio . quod idem Aristoteles non egerit. ¶Petamus auerroystas:ubi nam comperiant Aristotelem tanquam determinate dixisse unicum tantum intellectum & eternum esse in omnibus hominibus & econuerso q̃uis non apertissime narratum saltem clarius denotat:quia dicendo qui deforis uenit.paret:quod in corporib9 nostris ingrediatur. ¶Insuper intellectus est lumen:quod deus insundit anime. ¶Anime secundũ ipsum Aristotelem plures sunt.igitur plures intellectuum agentium insusiones . & quia in uno & codẽ instanti animarum extat multitudo:necesse est plures esse intellectus agentes:ut in ipsis animabus insundantur eo quod intellectus agens incorruptibilis & indiuisibilis est . & taliter hic quod non alibi. Quia non infinitus.Ad plures igitur insusiones plures sunt intellectus. ¶Et quum asserat: quod deforis uenit:& anime insunditur.negat : quod intellectus agens sit in celo lune tanq̃ uniuersalis custos : nisi i isto & illo homine particulariter insusus. ¶Insup asserendo sicut in omni rerum natura est aliquid:quo possunt omnia fieri illius generis:& aliquid quod potest facere id genus.sic etiam necesse est in anima esse.hec duo scilicet unum:quod potest fieri omnia intelligibilia & recipere ea. & hoc est intellectus possibilis.aliud uero quod potest facere omnia intelligibilia.& hoc est intellectus agens. unde duplex est potentia anime intellectiue.agens & possibilis.Quoniam autem intellectum agentem comparat:cum intellectu possibili.& ubicunq; unus similiter & alius:& intellectus possibilis est manifeste particularis seu possibilium intellectuum multitudo iuxta positam similitudinem:oportet etiam plures intellectus agentes concedere . eo magis quod dicit in eodem genere & uniuersale & particulare eternum:& non eternum nequaquam sunt eiusdem generis. ¶Et quum subdit duplex est potentia anime intellectiue agens & possibilis:in particularitate intellectum agentem cum intellectu possibili equiparat.& dum ista atq; alia huiuscemodi inter intellectum agentem & possibilem inuenimus.quisnam intellectus uniuersalis per argumenta seu fabricatum coniecturam apud ipsum Aristotelem inueniri potest. ¶Et Auerroys in cõmentariis operum Aristotelis a plerisq; admodum commendatur . Ipse autem de postremis cõmentatoribus fuit.& super inuentis & a pluribus alias agitatis:facile est aliquid addere.presertim quod ipse circa omnes nequaquam pro optimo cõmentatore laudatur.nisi tantum circa illos:q leges dei abnegant.& qa auerroys in oibus uult:quod Aristoteles deũ & leges suas denegaret. hoc est quod deus nullã de his iferioribus curã haberet.nec qđ mũdũ creasset .& alia huiuscemodi alii quoq; similes i opinĩõe cũ auerroy iferũt qđ ipm dũtaxat auerroys itellexerit quod falsum ẽ. ¶Et si auerroyste iferũt.Quod Auerroys melius aliis diiudicare scierit:id utiq; p̃suppositũ minime ualet.ut apparet.nã q i pprиis preceteris nõ ualet ad cognoscẽdũ nequaq̃ & in alienis. ¶Auerroys i scripturis suis nõ põt iter primos auctores cõnumerari.igiť neq; primus ad iudicãdũ de Aristotele . nec de aliis auctoribus.Quod ipse iter primos cõputãdus nõ sit i suis opib9 aspiciatur.Opere enim qualis auctor sit cognoscitur. ¶Et si forte asseriť quod Auerroys in medicina & substantia orbis scripsit.Respõdeť

qđ cũcta hec mediocria sunt.& sic nullus medicus maximus nequidẽ commendabilis uia auerroystica: nec philosophus assumpta doctrina in illo quod auerroys de substantia orbis annotauit fieri poterit.

¶Tamen ut super omnes homines intrinseca Aristotelis intellexisse uideretur inquit. credo ꝙ iste hõ scilicet Aristoteles sit regula & metrũ nature.& est quoddã exẽplũ: qđ uenerit ad demõstrãdũ ul timã pfectionẽ in materiis.sed qa dicit ad demõstrandũ. Vt imaginor rectius dixisset:q uẽit ad denun ciãdũ.nã denũciatio mos ,pphetaꝝ ẽ sub enigmate.tñ loquunt:demõstratõ utiq; lõge aliter se habet. Vt patet:qm in demõstratõibus ueris nullo cõmento nullo expositore indigemus. in omnibus uerbis Aristotelis super difficillima pronuntiatis indigemus cõmentatoribus atq; declarationibus ab aliis ho minibus traditis.igitur ad denunciandum philosophiam:non autem ad demõstrandũ ipsam inter nos uenit.erat denuntiator & nõ mõstrator.sequitur potius propheta:quã philosophus denominandus ẽ. Vnde merito ipsum prophetam irreligiosorũ appellare possumus.Et siquis inferret etiam multa clara Aristotelem dixisse:concedimus hoc.Verũtamen claritudo eius in rebus cõmunibus seu infimis consi stebat.quod etiam de consuetudine ,pphetarũ erat:dum conuicinis aut de infimis loquebantur clare ꝓ cedere.sed dum aptissima denunciare uolebant.Vere semper sub enigmate.Aristoteles egit:similiter & omnes similes in eo quo similes sub una & eadem denominatione denominari debent.prophete nostri. Vt Dauid Ieremias & Isaias denunciabant opera dei:Aristoteles denunciauit cursus celorum elemen torũ animalium & similium:dicẽdum est ꝙ ueluti Dauid & alii similes prophete: sunt prophete religio sorũ:ita Aristoteles propheta irreligiosorũ. ¶Demũ si Dauid Isayas Ieremias & similes sub fide cre dendi sunt.etiam Aristoteles sub fide. quoniam hic & illi dicta sua in modo ãnuntiationis tulerunt.

¶Tandem in hoc loco alia magna disparitas inter Aristotelem:& prophetas nostros inuenitur.qm̃ in nostris bene ualet argumentũ ab auctoritate:quoniã prophete religiosi multa miracula in nomine dei agebant.& uitam sanctam ducebant.sub qua sanctitate & miraculis omnia per ipsos anũciata cre denda sunt.Aristoteles siquidem q̃uis aliquã bona probata nobis adduxisset. hec infima erant. Supe riora enim non possunt simpliciter in uirtute inferiorum probari.& insuper atq; fortius dum uitã Ari stotelis per aliquos probos uiros editam aspicimus.nil altissimum de operibus eius approbare possu mus.ultra illud quod ab ipsomet probatum fuerit. ¶Demũ unusquisq; potest Aristotelem pro & cõ tra sibiipsi assumere.Nemo tamen stabilem seu in quacunq; ratione determinatum & sic auctoritates similiũ auctorũ nec omnino approbande nec reprobande. & ideo ea uel obseruare uel ultro abiicere possumus.non intelligas tamen semper Aristotelem ambiguum ad utrãq; partem capiendum esse. nisi fortassis tantummodo dum de anima agit:quoniam ibi medium inter naturalem philosophiam & mo ralitatem se habere uidetur.quo sit:quia iuxta libitum tum ad naturalem tum ad moralem ipsum dedu cere possumus.sub quo ordine scribendi aspiciendo merito dicẽdum est.ꝙ postquã Aristoteles scripsit phisicam & metaphisicam de anima tractauit:postremo uero de moralitate.Vnde sit.quia libri de ani ma tam ad irreligionem quam ad religionem deduci possunt. ita ꝙ doctrina eius non est omnino aspernenda apud religiosos agendo de anima. licet tanquam determinata pro nobis capi nequeat.

¶Qualiter nullo artificioso stilo uel exquisitis uerbis potest obscuritas Aristotelis semper aperiri. Cap.xlvi.

¶Quũ plures sint dissentiões de obscuritate Aristotelis:uidendum est an tota in sententiis continea tur:aut quandoq; etiam in modo procedendi.Vnde dicimus quod non solum in sententiis consistit. Sed i uerbis i modo procedendi & uerborũ multitudine.opera enim ipsius iuxta debitum ordinem po sita i dimidietate uel circa continere possunt de illo:quod continent:quia semper ubicunq; aliud uer bum uel nomen ad uerum processum impositum:ibi aliquod epythetum addit. Videlicet quippe nem pe.Quoniam equidem utiq; & his similia taliter quod scriptura ipsius causa epithetorum duplex est artificiosa fastidiosa & prolixa.Breuis in declarando & in ornamentis & epythetis prolixa. In quo qui dem recte dici potest: frustra est fieri per plura. ¶Nostris uero temporibus quamplures steterunt: qui antiquos traductores Aristotelis ex greca in latinam linguam redarguerunt: asserendo & quodã modo conquerens. quod scriptura Aristotelis erat penitus obumbrata:ob falsam & incongruam trãs lationem.& quod ipsi eam deducturi essent in claritatem & intellectionem apud omnes homines. ta men nullus istorum promissa adimpleuit: ut patet ex eo quod in modo intelligendi tantum commu niter omnes homines uetustiores translationes & non nouas assumunt. Sed postquam in primis instructi sunt causa maioris sonoritatis nouas perlegunt. in quibus maximum artificium est posi tum: & tamen nunquam stillus eo quod stillus per se uideri debet. Quod sine labore discursum ha beat. & in translationibus nuper in Aristotelem factis. solum artificium & exquisita uerba quo ad aures: nullum uero discursum habent. nec ullam claritatem nequidem facilitatem. Verum non nulli istorum traductorum inserre uolunt: quod omnes obscuritates Aristotelis circa inertes tradu ctiones consistebant. Sed nescio unde hoc proueniat: quod per nimiam retrogradationem scriptu ra fiat facilior intellectu.Nam si iuxta positiuam grãmaticam loquimur.diceremus Petrus amat Mariam

& Ioannem.& talis loquutio sit iuxta constructionem:& constructio ad declarandos sermones posita est.& si p uiam anteponendi & postponendi procedimus magis resonans esse potest, non tamē clarius:ut dicendo equidem Petrus bene & merito Mariam Ioannemq; amat. hic ultimus aut similis sermo forsitā potest artificium denotare.Sed nunq̄ super priori claritatem causa q̄: quod equidem bene atq; merito non sunt de intrinseca ratione sermonis.& q̄ inter Mariam & Ioannem positum: & significat:& tamen non proprie per se:& ubi plures significationes:maior inest difficultas intelligendi.Quapropter siquis opera Aristotelis in lucem & claritatem traducturus est abbreuiet ipsa quantum potest.& dilatationem fugiat:hoc est quod omnia epytheta aut fere omnia auferat. & tūc erit facilior breuior atq; intelligibilior.Et si quisquam uult hoc ipsum experiri facile idem poterit solummodo:quod aliquantulo legat de substantiali textu:sine epythetis.& statim cognoscet quanto facilior scriptura Aristotelis reddatur.Lōgitudo enim uerborum si ponenda est in aperitione sententie:& non in ornatu ē applicanda nisi interdum & non semper eo magis:quod in philosophia ad oratoriam facultatem deducta plerunq; aliqua impropria uocabula inueniuntur.In principio physice nescio utrum ab Aristotele uel traductoribus positum sit.Videntur enim ibi quedam eē aliqualiter impropria uocabula: ut dicendo hec autem insita natura nobis est uia.ut e notioribus nobis magisq; manifestis ad notiora nature magisq; manifesta proficiscamur.Et deinde quidam expositor ait.Pueri quoq; primū qdem uiros omnes patres mulieres quasuis matres appellant.posterius autem horum utrunq; discernere distinguereq; uidentur. ¶In primo dum dicit insita natura est nobis uia:uidetur proprius dixisse data uel tributa:q̄ insita.qm̄ insita affectionem naturalem seu appetitū denotat.& nos nullum in nobisipsis intrisecum inuenimus appetitum siue anxietatem ad sciendum de posteriori ad prius.tamen non possumus aliter agere:quum sit nobis eiusmodi debilitas imposita.& quia datum uidetur ad gratum & ingratum & ad dignum & indignum:consonare.potius debet dici:datum uel tributum est nobis de effectibus ad causas procedere:q̄ quod insitum.In secundo dicendo posterius autem horum utrūq; discernere distinguereq; uidentur.hic terminus uidentur conditionalis siue ambiguus est.& nos affirmatiue ab aliis hominibus:patres & matres distincte cognoscimus. & ponendo uidentur improprium uocabulum: quum non affirmet illud quod affirmatiuum est:licet quod in similibus parua est difficultas:tamen ponenda sunt.ut cognoscatur quod multitudo uerborum causā ornatus non deducit potius materias ad intellectionem hominum.Vnde aliud oportet inuenire pro intelligendo Aristotele q̄ ornatum & artificiosum stillum.Ipse in principio cōmuniter & dum contra alios procedebat omnia necessaria aperte describebat.Sed in fine semper de promissione obliuiscebatur. hoc est dum sententiam suam positurus erat.presertim in difficillimis:dum de diffinitione agit:aperte ait: quod diffinitio debet esse breuis & clarissima.Ipse tamen Aristoteles penitus econuerso se habet. quum prolixe atq; obscurissime diffiniat.& docere pro aliis illud quod pro nobis nescimus aut nolumus:indirecte se habet. & nullus locus scribendi inueniri potest.ubi tot facilitates & claritates auctorum cognoscantur: quot in diffinitionibus constant.

De Eodem.

¶Preterea animaduertendum est:quia dum stillum dicimus in loquendi modo penes ethimologiam uocabuli equalem emanationem siue ueram sequellam uerborum dicimus: quoniā stillus ab astillando descendere uidetur.& semper q̄ aliquam rem distillamus successiue cum debito ordine tota illa materia:que stillatur sine rigore ad unum signum tendit:posito q̄ materia quam stillamus infima in seipsa sit.nam circa distillationem eadem est ratio q̄ materia infima uel sublimis sit. ¶Et hic merito quandā similitudinem de unionibus per aggregationē factis diuersarum rerum adducere possumus.Vtpote de omnibus christianis in una sola religione unitis:de fratribus unius ordinis de aceruo lapidū & de materia & forma:quarum unionum quedam obseruant ordinem uerum & quedam non: christiani ī lege christi uniti ordinem seruant:aut iuxta ipsam religionem obseruare deberent.obseruantini fratres omnino potius uniti sunt. & sic illa que per unum fiunt etiam per & alios equidem uera unio inter has uniones de quibus exemplamus de materia & forma est.& ita materia inquantum potest formam assequitur.forma uero materiam ubicunq; simul inueniuntur.& talis unio atq; sequella uerus stillus est. q̄ sine rigore in organico modo unaqueq; pars alteram assequitur. ¶Vnio siquidem aceruī lapidū nullum consequitur ordinem.sed potius confusionem.dato q̄ lapides preciosi atq; magni ualoris sint licet q̄ unusquisq; lapis per se assumptus:nimiū sit estimandus. & omnes simul in ualore lapidum. sed hic de ordine positionis uel aggregatiōis loquimur:in quo fere nullius ualoris sint. ¶Et ita de stillo uerborū scriptorū aliquorū quāuis ī se uerba pulchra sint dicimus.quoniā tanq̄ lapides in saculo uel ī aceruo se habent:nullum ordinem habentes.quāobrē similia uerba pulchra sint ī se denomināda. non autem ī ea reuolutiōe posita.quū nō sequatur ī mō stillatiōis uerbū alterū uerbū. sed potius uidet̄ ipm fugere:& de his similibus modis scribendi in aliqbus traductionibus nouiter emēdatis. aut q̄ emēdate

dicuntur multa inueniũtur. ita ꝙ tantũ unũquodq; uerbũ per seipsum assumptũ intelligit̃: atq; estima tur. sed in ordine ad alia subsequentia sine proposito uidentur: & similis modus scribendi non est nominand9 stilus: sed potius confusio. quamuis pulchra uerba in se sint. ❡Dũ de facultate humanita tis scribit̃. quia sententie insime sunt. uidet̃ uerba ꝑpolita esse applicanda ut sententias extollant. sed ĩ philosophia potius proprietates uerborũ sunt querende: quã limata uerba. q̃m in hac facultate de sen tentiis nõ autẽ de uerbis sentimus. ❡Verũtamẽ elegãtia loquẽdi tantũ uidet̃ cõsistere in prepolitis uerbis in ordine uel sine ordine positis. quũ saltẽ sonorem maximũ in se habent: quãuis in mõ decurrẽ di uerbũ nõ assequat̃ uerbũ. sed tunc diceret̃ elegantia non ordo nec stilus. ❡Et hic penes elegãtiã nõnulli aberrare solent: ueluti dicendo hic iuuenis aut hec puella est elegans habitudinis ꝑ bonam cõ paginationẽ membrorũ capiendo. nã cõtingit habere pulchrã manũ iuxta uisum pulchros oculos co lore albo & rubeo. & tñ habet tibias macilentas. & sine recta proportione surrarũ pedes magnos cin turã latã & longã de clunibus ad costas. & sic de reliquis aliquibus aliis membris. Vnde similes iuue nes minime elegantis habitudinis sunt. quoniam ubi elegantia compaginatiõis membrorum: oportet omnia membra ipsa simul ad unum signum concordanter correspondere. & tunc elegantia ordo atq; stilus membrorum est.

❡Cur improprie uidetur esse positos diuersos intellectus in quocunq; homine ut agentem possibilem & passiuum. Cap. xlvii.

❡Aristoteles multa de intellectu seu intellectibus enarrat: tñ presupponendo semp: probando ue ro nunq̃: aut si probat de raro & paucum est: ueluti proponendo esse in unoquoq; nr̃um plures intel lectus realiter capiendo: ueluti agentem possibilẽ & passiuũ: ꝙ uere similis pluralitas intellectuũ stare nequit: quoniã eadem est ratio denominare aliquã potentiã passiuam aut materialem intellectũ. ac si diceremus materiam esse formã: quoniã proprietas intellectus discurrere est simul cũ decernere & co gnoscere: per que discurrit. ❡Recipiens uero potius habet similitudinẽ cum re materiali: quã cũ for mali. & si rem possibilem siue recipientẽ uis appellare intellectum: res agens seu decurrens nõ potest re cte nuncupari intellectus: quũ inter recipiens & agens magna estat disparitas: accipiendo ꝑ alterã & alterã rem. quoniã ibi diuerse species dant̃: & diuerse species ĩproprie ꝑ unã & eandem denominationẽ denominantur. ❡Demum ad aliqua exempla ab Aristotele posita deueniendum est. ueluti dum di cit. ❡Operatio intellectus possibilis est intelligere: sed operatio intellectus agens est abstrahere. ❡De eisdem intellectibus prosequendo: intelligere est recipere intelligibilia: abstrahere est potentia in telligibilia facere actu intellecta denudando ea a materia & a condictionibus materie. ❡Nunc ue ro concessis his ab Aristotele presuppositis asserendum est intellectum possibilem multo digniorẽ esse intellectu agente: quod ecõuerso uidet̃ de sententia multorum. & ꝙ perfectior sit probatur: quũ multo dignius sit intelligere quã abstrahere. Hoc ꝓbat̃ quoniam ĩtelligere est effectus ꝓsequendo actũ realẽ: abstrahet̃ enĩ nõ in re nisi in imaginatiõe tm̃: q̃m nos per nullã imaginationẽ res in actu abstrahimus ab oĩ ꝑticularitate ab oĩ natura & ab oĩ passione: & agimus ipsas uniuersales. q̃m hoc tm̃ in imagina tione absoluta datur: non in re: intelligere autem in re actualiter est. Vnde proculdubio est tenendum intellectum agentem nil aliud esse quam imaginatiuam. si ille est qui abstrahit res a particularibus. & agit eas uniuersales: quum hoc imaginarium tantum est. & quicquid imaginarium ab imaginatiua or tum habet saltem precipue. ❡Et dum dicitur intelligere est recipere intelligibilia: hoc stare nequit. quoniã intelligere est discernẽdo res cognoscere naturas earum. recipere enim actus confusos dicit. non autem explicationem. nec quidem cognitionem. ❡Et dicendo abstrahere est potentia intelligi bilia facere actu intellecta penes hec uerba sequeretur. abstrahere & intelligere idem esse: quod est con tra propositum superiorum. nam dum res actu intellecte facte sunt: sequitur iam per aliquem intelle ctum esse intellecte. ❡Prosequendo denudando ea idest intelligibilia a materia & conditionibus ma terie: hoc non fit: quoniam nullam rem per imaginationem uel intellectionem abstrahamus: licet ꝙ ut recte procedamus distincte: hoc ab illo secundum uarias naturas ipsas distinctas intelligere oportet. sed non ex hoc res intelligibiles separamus abstrahendo ab eis uniuersalia. ❡Nec quidem est dicen dum omnia que intelligimus esse nudata ab omni materia & conditionibus materie: quoniam mate riam ipsam intelligimus: & multa quoq; materialia. & si materiam denudaremus ab ipsa materia. dum eam intelligimus denudaremus ipsam a seipsa: quod non potest fieri. Vnde non materiam uel ma terialia nisi aliud intelligeremus: sepe intelligimus materialia: ut generationes & corruptiones secun dum uarios motus constat materialia intelligere: non abstracta ab omni materia. nec quidem a pas sionibus eius.

❡Quod si unicus esset intellectus quemadmodum philosophi irreligiosi inquiũt: aut saltẽ auerroys affirmat: eadem esset ratio: quod uel bona uel mala operemur. Cap. xlviii.

Enimuero si unicus intellectus est tanquam humani generis administrator:licet bonum aut malũ operemur:ipse neq; gloriam neq; penam recipiet.& non uiuet magis nec minus propter opera nostra eo:quod ex se est eternus. Vnde necessario semper erit talis:quum eternum nec magis nec minus recipiat.Sed uidendo quod non operatur in omnibus hominibus uno & eodem modo:argumentum accipimus.Quod talis intellect9 hominum non sit eternus:nequidem unus solus nisi plures:q̃uis Aristoteles econuerso tenere uideatur aut potest dici tenuisse.Si enim concessisset nos plures particulares intellectus habere:confiteretur ideas esse eternas.De qua quidem opinione ipse diuinum platonem reprehendebat.Si autem tenet intellectum non esse eternum:maior sequeretur confusio.Nam secundũ ipm mundus est eternus.& quicquid in ipso non est eternũ:est generatũ.igit intellectus erit eternus: aut p aliquam generationem compositus.& si composit9 generatus:seu aggregatus per aliquem cursum aut accidens:necessario erit corruptibilis.& ipe saltem de intellectu agente asserebat:quod esset incorruptibilis.ergo non generatus.& ob hanc causam oportebat ut dixisset unum dũtaxat intellectum esse eternum:ut saluari posset.quod intellectus agens sit incorruptibilis.& ad saluandum quod non sint plures ydee eterne decuerat posuisse unum tantum esse intellectum eternum atq; icorruptibilem: reliquos uero corruptibiles.Quia per unionẽ generati.& quicquid per unionem & transmutationem generatũ est:dicet corruptibile.Verũtamen nulla istarũ ex sententiis Aristotelis extitit.Quoniam si itellectũ uniuersalẽ intellexisset:idẽ cũ platone de ideis uniuersalibus atq; eternis assumpsisset.Quod esset ꝑcisse cõtra ipsum Aristotelẽ.& dicere nõ potest itellectũ agentẽ esse generatũ:q̃m ingenerabilẽ & icorruptibilẽ ipsum denominauit.Vñ sequit itellexisse itellectũ agẽtẽ atq; possibilẽ ꝑ aĩabus: quas plato asserebat uenire de celo a planis tanq̃ forme ad unionẽ humanorũ corporũ.& hec platonica opinio nullibi ab Aristotele impugnata fuit:& sic plato Aristoteles & religiosi omnes una cõuenim9.uidelicet in animabus rõnalibus de celo uenientibus ad infusionem corporum & ad ipsum celum redeuntibus:ut postmodum diffusi9 patebit.Sed auerroys obliquam uiam assumpsit.Cui pro nunc respondemus ꝙ honestius sit dici in quolibet hoĩe particularẽ itellectũ eẽ:eo qd q̃sq; de propriis opib9 gaudere uel tristari possit.

Quod naturaliter omnes desideramus intrinsece perpetuari. Quod frustra nobis natura tribuisset:si solus & unicus esset intellectus. Cap.xlix.

Ferme oẽs philosophãtes cognouerunt natura nobis datũ eẽ quoddã desiderium quo perpetuari inqrimus:& a nemine denegari põt.Semp eni in nobis esse cognoscimus quãdã inuestigationẽ querẽdi ꝑpetuitatẽ.& etiã cõtinuo intrinsece uidet nobis:qd semp erimus aliqd:q̃uis mortẽ inspiciendo turbet is:qui nullã de resurrectione spẽ habet.aut saltẽ de imortalitate anime. & iuxta Aristotelẽ animaliũ ꝑpetuitas i hoc cõsistit:qd unius corruptio sit alterius generatio. Sed hoc mõ nemo ꝑticularis erit eternus.ex quo nostrũ desideriũ penitus inane uideret:quo ꝑpetuari querimus in hoc esse particulari. Quia cũ labore aut sine labore eadẽ erit rõ:dũmõ ꝑticulares itellectus nõ haberemus.& lex nr̃a natura & rõ aliter edocẽt nos operaturos & credituros:quãq̃ de philosophis antiqs tã credẽtibus q̃ negãtibus creationẽ possumus aliqua utilitate potiri.ad ꝑbãdã aĩarũ nostrarũ imortalitatẽ.Quidã eni dixerũt aĩas semp aut ex principio mũdi fuisse ꝑpetuas sine corruptione ꝑmanentes.Alii uero itellectum nostrũ icorruptibilẽ & inorganicũ appellauerũt:& inorganicũ itelligit:qd nõ sit corporee nature:nec determinato membro indigeat ad manendum:aut uerius quod in ipsis organis generatus non sit.Et dum has auctoritates inuenimus iuxta omnes rerum dissertores uel sapientes:maximum argumentum assumimus ad probandum anime nostre immortalitatem.Quoniam de pluralitate intellectuum.& eorum creatione facilius potest ad membrorum formationem probari.

Qualiter uarias uias accipere possimus ad probandum intellectuum pluralitatẽ. Cap.l.

Circa ꝑbationẽ pluralitatis itellectuũ uarias uias accipe possumus:tũ p itrisecã naturã : tũ uero p opa extrisec9 causata.& ecõuerso nulla rõ monstratiua reperiret:nisi solũ argumẽtabilis.& primo dicimus:qd ſm Aristotelẽ & alios philosophos aĩalia sensualia a plãtis differũt.ꝑ aĩam sensitiuã.& similiter differẽtiã ponũt iter rõnalia & irrationalia.Que qdẽ differẽtia causat p rõnalẽ aĩam.quã hõ post sensualẽ hẽt.Et quũ uelint:qd q̃sq; hõ sit rõnalis.& qd iste rõnalis nõ sit ille palã cõprobat.quẽlibet rõnalẽ hẽre itellectũ ab alio distictũ.Q̃m unus nõ ẽ itellect9 alteri9.& tñ ambo sunt itellectuales:iccirco alter ab altero diuisus.& p hãc uiã deuentẽdũ ẽ ad aliqd exẽplũ.ꝑ qd philosophi:q talẽ isequunt opinionẽ uoluerũt hoi unũ itellectũ uniuersalẽ itelligẽtis similẽ supra oẽs hoies tribuere.& qd ex hoc itellectu resultat quasi una ifluẽtia seu administratio qbusq; hoibus generalis.Et hic manifestũ locũ iueniemus ad reprehendendũ similes philosophos.Nã si oẽs hoies p unicũ intellectũ intelligeremus: nostra intellectio inter omnes equalis aut cum pauco discrimine esset:quod manifeste comprobatur. Quum omnes de quatuor elementis constemus.& elementa sunt nobis uniuersalis massa. & iminente frigore aut calore omnia animalia istas uarietates sentiunt uno & eodem tpe:si modo in uno loco manemus:

& hoc manifeste prouenit ex eo quod elementa sunt quedam uniuersalia in animalibus, & sicut de fri gido & calido dicimus:ita quoq; intelligendū est:quod alii sensus faciant. Quū parua differentia sit in ter uisum & uisum istius hominis.& illius. Attamen intellectus longe aliter se habet. Quia si omnes ho mines iunctim aut simul essent:unus dicet quod ningit:& dempsatur nix.& alius quod maximus uiget calor. Dico autem similitudinarie. Quoniam aliquis intelligit deum esse:& aliquis econuerso.& sic quo dammodo in omnibus sit uariatio. Vnde palam restat in quocunq; homine particularem esse intelle ctum.& quum probetur plures esse intellectus.per consequens:simul manifestatur:quod imortales sint apud omnes philosophos. Quia de immortalitate alicuius intellectus humani:nullū inter philosophos dubium uersatur.& quum non sit unus solus nisi plures:patet plures esse immortales.& quod anima sit creata manifeste demonstratur.ubi creationem mundi probamus. Quoniam extra deum omnia sunt creata.& postq̄ multi probi uiri per plures annos & maxime in studiis has ueritates adinuenerunt. & pleriq; alii ignari assurgunt dicentes:nolumus credere esse animam nisi nobis eam ostenderint. Quia nolumus philosophis & theologis fidem adhibere.& querunt animam intelligere uel uidere sub pallio & ense:& quo ad ueritatem sicuti anima est subtilis ita & ingenii acuitatem exquirit. ut intelligatur: quoniam omnimodo cunctis accidentibus denudatur:aut quod dicamus eam esse sine aliqua intrinse ca compositione corruptibili.ex quo est necessarium:si eam intelligere uolumus: quod prius res infi mas & ex grossa materia cōpositas dimittamus:aut quod spiritualibus inherendo conformes dicamus.

¶ Quo pacto auerroys uolens probare unicum intellectum adducit aliqua argumen ta:que ad rem nostram sunt:ut ulterius apparebit. Cap. II.

¶ Quum unicum esse intellectum probare in omnibus hominibus auerroys conaretur:quandā diffi cilem similitudinem adducit:que proposito nostro inheret dicens:quod uniuersale debet illud appre hendere:aut recipere. Quod uniuersale est & non particulare. & hic presupponit: quod intellectus & imaginatiua differant in modo apprehendendi species aut obiecta intelligibilia.& quod imaginatiua intelligit:aut cognoscit in particulari. Intellectus uero in uniuersali.& tale argumētum adducit dicēs. Si species intelligibiles sunt uniuersales:intellectus quoq; erit uniuersalis:& si uniuersales species:simili ter & uniuersalis intellectus.& quod species sint uniuersales patet. Quoniam de multis particularibus unum cōmune abstrahimus:quod est obiectum intellectus:aut res apta ut intelligatur. Quod manife ste aliter se habet. Nos enim nullam rem uniuersalem intelligimus.nisi omnes in particulari. Nam licet imaginemur abstrahere unū cōmune a pluribus particularibus.hec imaginatio est:& non quod ipsum in re abstrahamus.& dato quod abstraheremus:intellectus:qui debet ab isto & ab illo similitudines ab strahere:oportet necessario quod particulariter cognoscat istum atq; illum precise. Quia aliter nullo pacto posset ab eis similitudines abstrahere. ideoq; breuiter innotescunt falsitates argumentationum auerroys.& sequacium eo quod intellectus particularia & non uniuersalia intelligit. quū particularū similitudines intelligat.quoniā ipas particulariter abstrahit.si modo abstrahit. Tandem nos manifesta experientia cognoscimus:quod particularia & non uniuersalia intelligimus ut alibi patebit. Vlterius per auerroym priusq̄ intellectus aliquā rē intelligat ipam abstrahit uel denudat ab oī materia: si modo materialis est.& agit ipam spiritualē. Nūc sic:concesso q̄d aliqs intellectus dependens talem habeat po tentiā deducēdi res corporeas ad īcorporeitatē. Vnū sequit̄ necessariū q̄ ipe intellectus sit incorpore9 seu spiritualis atq; incorruptibilis eo:q̄ ad similitudinem ipsius res intellectas deducat per intellectio nem:& quia ad similitudinem suam deducit omnes res tam corporeas quam incorporeas: necesse est ante deductionem particulariter eas quales sunt cognoscere. Vnde probatur intellectus nostros parti culares esse eo:q̄ particularia intelligunt.

¶ Quod dum corpore & anima coniuncti sumus: intelligimus res ueluti inter spi rituales & corporeas:aut quod saltem nobis taliter representantur. Cap. III.

¶ Dicimus quod dū intellectus noster est corpori coniūctus.non potest recte sine materialibus po tentiis intelligere. Vnde faciliter dignosci potest. Quatenus res intelligamus in modo inter corporeū & incorporeum taliter dicendo:quod quemadmodum ista unio aut persona:que intelligit est corpo rea & incorporea.ita quoq; intelliget tales res non penitus grossas aut materiales nec penitus subtiles aut spirituales:& in hoc loco unusquisq; per se experientiam assumere potest. Quod si aliquem lapidē considerat:licet multum uelit eum abstrahere:& attenuare.semper ibi corporee imagines representa bunt.& fere cum quadam duricie seu asperitate.& si angelum uel animam aut deum coniecturam9:no bis quedam rei corporee cognitio representat̄ quasi ut si de lapide uel ligno consideraret̄ ex quo uide tur:quod q̄uis res nimium abstrahamus:dum eas intelligere uolumus.nobis inter corporeas & incor poreas representant̄.uerūtamē in eo q̄ ipas effiguramus. Sed dū ratio & itellectus restringunt̄ corpo rea ut corporea & incorporea ut īcorporea itelligunt̄. Quidā nō aduertentes quid dicant.ut superius

uisum est aiunt. Quod dũ lapidẽ aut aliqd aliud itelligimus: ab oĩ materia & corporeitate abstrahim9. & spiritualẽ facimus. Quod falso esse ꝓpria experiẽtia demonstraẽ: & multis modis ꝓbaẽ. Si eni distictã ac perfectam cognitionem habere uolumus: decet ut cognoscamus: q̃uo res ordinate sint de materiali bus: ut parietes calce & arena compositi. quia abstractum est secunda intentio: aut umbra ex prima re sultata. quod si res intelligere uolumus. oportet eas sicuti sunt itelligamus: quippe quod aliter falsa eẽt intellectio eo: quod inter corporeum & incorporeum maxima uersatur differentia. quapropter decet ut aliter res intelligamus spirituales & aliter corporales. Preterea nulla res est danda: quin in se particu laris sit. licet uniuersalis respectiue ad alias. omnes eni pluribus cõmunicabiles sumus. Sed in nobisipsis qsq; nostrũ est particularis. & iõ particularia & nõ uniuersalia intelligimus. Nam quelibet res intelligẽ da est secũdũ ipsa se habet: eo magis quod de abstractis per opus intellectus: non est certũ quod sint. Quoniam aliqs concedit: & aliqs negat & quod non sint in re: in qnto libro deo auspice apertissime demonstrabitur: & illud quod non est in re minime intelligibile. Rursum si unicus intellectus debet cũ isto & illo particularibus uniri: competit quod particulariter ipsos intelligat. & sciat differẽtiam inter hominem sensualem & plantam. Si enim illum particularem non cognosceret. ita uniretur cum equo. ut cũ homine eo: quod equus sensus habet. sicut & homo. Quoniam uero intellectus nõ aberrat ĩ unio ne sua: euidenter. sequiẽ quod particularia intelligat. & itidem inter oĩa alia corpora substantias. & ac cidentia discernat. & hic dicẽdũ est: quod intellectus tanq̃ instrumento cogitatiua utaẽ ad intelligẽdũ res particulares & uniuersales. ueluti se habẽt: qa per ipsam cogitatiuam aut fantasiam agit figuras de illo: quod sentimus. aut uolum9. & postea intellectus ipãs figuras experiẽ. ad cognoscendũ an uere uel false sint. fantasia enim has grossas imagines representat. & qui respicere uoluerit: quomodo ipẽ homo ad intelligendũ aptus sit. facillime hũc ordinem in se cognoscet. & ut arbitror utilior uia erit: q̃ alia a pluribus accepta forsitan imaginantibus: quod supra celũ inspecturi sunt uolentes de aliquo scribere uel loqui: quodãmodo inferentes. Quod aristoteles & alii sibi similes super celo manebant eorum ope ra perscribendo. Noster uero discursus de cerebro ad cor uersaẽ. ibiq; inuestigare debem9: dũ subtilia adinuenire cupimus.

¶ Quomodo cogitatiua dignior intellectu sit: si ipa intelligit particularia: & intelle ctus uniuersalia. Cap. iiii.

¶ Ad id quod dicũt imaginatiuam intelligere particularia & concreta & intellectũ dũtaxat uniuer salia siue abstracta. Respondemus quod si hoc fieret esset cogitatiua intellectu prestantior. Quia mani feste patet ens magis reale: ac dignius esse concretum. q̃ abstractũ. Aristoteles ait uniuersalia non sunt: aut si sunt posteriora sunt. & intellectus ex se est concretũ: & non abstractũ. Quia est substantiale posi tiuũ. ex se sine abstractione plurũ. propter quod proprius competit sibi intelligere concreta. q̃ abstra cta. Et si qs dicet quod res debent esse abstracte ab omni materia ferme eodem modo: quo est intelle ctus. Respondeẽ quod intellectus in se est particularis: & non abstractus ab aliquo. nec cũ materia cõ positus. & generalia in abstractis imaginando quendam modũ fantasmatis ponim9. ac si corpea eẽnt. quanquam absolute a nobis speculenẽ. & uolentes uniuersalia constringere. nil penitus in eis reperie mus. saltem de se nisi inquantũ ad particularia reducunẽ. Et q; intellectus de sentẽtia platonis & aristo telis non dicaẽ uniuersalis neq; abstractus. facile uideri poteſt. quoniam plato plures animas rationales posuit uenientes de celo a planis. ad unionem corporũ hominũ & ingenerabiles atq; ĩcorruptibiles ip sas denominat. Sed non imaginaẽ q; sint tanq̃ idee eterne seu uniuersales. quoniam uniuersalia exem plaria eterna esse dicebat. ad quam similitudinem creatus sit totus iste mundus. & sic super omnes aĩas rõnales assignabat unam ideam eternam tanq̃ exẽplar. tamen in pura potentia. aristoteles siqdẽ negã do quod duo mundi denẽ. etiam negare oportuit. similia uniuersalia exẽplaria. Vnde oportet posuisse intellectũ concretũ atq; particularem. non autem abstractũ & uniuersalem. nam aliter ipẽ approbaret id quod totaliter negat. ita q; per platonẽ & aristotelem constat intellectum nostrum non esse uniuer salem neq; abstractum ut de idea diciẽ. licet quidam inquiãt abstractum a materia eo q; nil dẽ materia habet. Sed hoc corruptũ uocabulũ. quoniam intellectus denominandus est spiritualis uel incorporeu9. q̃uis qñcũq; corporib9 uniatur. & ab ipsis separeẽ. sub qua operatiõe unibilis & separabilis uocari põt non autem abstractus. Nam unio & separatio uarias naturas hẽre significant. & abstractio unã tantũ. Anima rationalis & corpus sunt uarie nature. ergo anima non abstrahitur ab corpore. Sed post unio nem separaẽ ab ipso. ¶ Attñ ad ꝓpositũ reuertendo: concedendum est q; quum intellectus sit con cretus atq; particularis. non potest res abstractas tanq̃ ideales aut uniuersales intelligere preterq̃ parti culares & concretas. ¶ Et in hoc loco nonnulli religiosi de uniuersalibus intellectionibus nõ aduer tentes precise pro irreligiosis negocianẽ. quod manifeste erroneum est. Nam concesso q; uniuersalia in abstractis intelligamus & non particularia. idem argumentum assequeremur: quod auerrois potissime contra legem ponit. Quia si unus tantum intellectus in oĩbus hoĩbus: lex eqdem uana & ad uniuersalẽ atq; abstractam intellectionem similiter abstractus & uniuersalis intellectus: Sed quia similes intellectio

nes non dantur minime intellectus potest esse uniuersalis.

Quo pacto si est unicus intellectus oẽs uno mõ ĩtelligere dẽmus.& nõ aliter. Cap.liiii.

Aliam particulam querimus dicendo.si intellectus oium hominũ est unus:& obiectũ circa qđ uer sat est unũ:quenam causa sit:quod apprehendimus & recipimus diuersimode:quoniam non ualet pre supponere nos esse in particularibus differentes.& omnes uno modo in uniuersalibus intelliger.quod nempe falsum est.ut iam superius mentionem fecimus.& pro maiori euidentia querãt quomodo uidea tur apud plurimos:quod sit homo in cõmuni & ostendent diuersimode assumere.& idem de quocũq; alio abstracto uel uniuersali & q̃uis aliquo modo ad hoc intelligendũ conformes simus.nõ ex hoc no stre parti impugnat.omnes enim intellectus hominũ eiusdem nature sunt.atq; inter se similes & ad in telligendũ creati.& post hoc si unam rem intelligere uoluerimus:illa est una atq; uno & eodem modo manet.qñ ego eam intelligo.& quando tu intelligis.& si semper est uno modo necessario cõuenit.si eã optime intelligere uolumus.quod nos ambo illam uno & eodem modo intelligamus.& aliquid magis aut minus intelligere prouenit ex eo:quod intellectus meus est a tuo diuisus.propter quod aliqua iter nos erit differentia.q̃uis in multis conformemur.quum eiusdem nature simus.Quapropter necessario uidetur nos conformes esse ad intelligendũ.q̃uis in nobis particulares itellectus sint.Aliud exemplum pono.Ioannes it romam:& Petrus itidem romam pergit.& quisq; eorum suum intentum exequit.que ro qñ Ioannes & Petrus in eadem uia fuerint.& rome steterit.an particulares sint an uero unum so lum uniuersale gignant.quod utiq; experientia comprobat eos esse particulares.& eodem modo licet intellect9 Ioannis eadem uia discurrat.qua & intellectus Petri.& omnes idem intelligant. propter hoc non est unũ uniuersale solũ.nã oculi uni9 hoĩs particulares sunt.& ab oculis aliorũ hominum diuisi.& multi idem obiectum uidemus eodem modo aut cum pauca discrepantia se habere.

Excusatio quam facit auerroys quare intellectus non intelligat semper in actu in q̃buscq; hominibus.& qualiter ueritati impugnet. Cap.lv.

Auerroys uolens conari ad inferendam causam quare intellectus non semper intelligit ĩ actu cõ iunctim:quedam exempla adducit.ac si intellectus esset de materia & forma compositus.asserens intel lectum in se actiuam & passiuam dispositionem habere:quemadmodum & omnia entia agẽtem:& ma terialem rationẽ:ut intellectus sit aptus ad conuersandum & conuersari:& quod in ista receptibili cõ iectura se habet tanquam materialis ad nouam scientiam recipiendam ad quod breuiter respõdemus. & primo quod si intellectus est unicus in oĩbus hoĩbus eternus & indiuisibilis: impossibile est eodem in stanti coniungi ac separari.si enim est indiuisibilis ubi pars eius erit:ibi & totus intellectus manebit .& eodem modo si in uno loco intelligit in omnibus intelliget.Quia in eo non sunt partes neq; diuisio nes:propter quas si in uno indiuiduo intelligit in omnibus non intelligat. Nam quum unicus & solus sit:erit totus in omnibus humanis.& totus in quolibet.Nec ulla erit sibi differentia de uno puncto ad aliud in modo intelligendi:& quod intellectus sit agens & patiens.si ẽ eternus.semper eodem modo in actu intelliget.& non aliter in adolescente:q̃ in sene quod econuerso experitur.& ideo nõ est etern9. Quapropter manifeste patet plures esse intellectus.& quod falsa sit illorum opinio:qui dicunt unicum tantum esse intellectum.licet uolentes saluare diuersitatem:quam in intellectibus uidemus obliuiscant. aut nolint de eorum fundamento recordari:quod sit unicus intellectus eternus & indiuisibilis.q nullo mõ tales diuersitates cõpati potest:quales ab istis assignantur.

Quod si unicus est intellectus & in uno solo instanti intelligit in una parte & non in alia uno & eodem instanti intelligit & non intelligit quod est impossibile. Cap.lvi.

Qui uolunt unicum esse intellectum:respondent intellectum non semper in actu intelligere.quo niam cogitatiua.& imaginatiua nõ sunt semper disposite ad faciendum suas figuras:sine quibus intel lectus coniunctus non potest nisi uniuersalia intelligere.Sed in oppositum satis declaratum est ĩ supe rioribus capitulis.nihilominus adhuc aliquam mentionem faciemus.& in prima parte dicimus qđ da to:quod intellectus non semper in actu intelligat:sumus conformes tenentes plures esse intellectus cũ illis:qui unicum esse aiunt.Quoniam hoc experientia uidemus:quia dum iteriores sensus totaliter sunt occupati:intellectus non est aptus ad faciendum suos ueros discursus.Sed hic magna occurrit discre pantia.Nam si unicus esset intellectus.quum eternus & indiuisibilis uno modo intelligeret.& si intelle ctus plures:pluribus etiam modis.Et sic dicimus q; si unicus est ĩtellectus.& in uno particulari ĩtelligit. & non in alio intelligit:& non intelligit uno & eodem instanti:quod est impossibile.Et si dicunt quod in generali intelligit:q̃uis hoc particulare non intelligat:etiam in oppositum ut iam superius apparet: nulla res est:que non sit particularis.Icirco si intellectus eternus & in uno loco intelligit: potest ubi

cunq; manet intelligere. At uero secundum tenentes plures esse intellectus stare potest. Quod unus intelligat & non alius eo: quod plures sunt atq; distincti. & nullus eorum eternus. & quilibet unam solam personam siue corpus informat: per quam unionem & societatem si intelligere debet oportet: quod interiores sensus sint apti atq; dispositi: qa itellectus ibi est totus coniunctus. & nihil extrinsecus. Iccirco nō pōt dici: qđ intelligat in uno loco. & nō in alio: nisi quod aut totum intelligit aut nihil intelligit.

¶Quod si intellectus est unicus & ad extra non quotiescunq; uolumus intelligere poterimus. Cap. lvii.

¶Quidam sequentes opinionem cōmentatoris argumentum assumunt. ut alii de libertate hominū inquiunt: scilicet quod in manu nostra sit ad aperiendum fenestram. ut sol ingrediatur. uel non ingrediatur: & simili modo ab istis argumenta fiunt. asserentibus. quod quotiescūq; fenestram aperiūt. hoc ē disponere interiores sensus quod intelligunt. & in responsione dicemus primo de exemplo: quoniam non semper fenestram aperiendo sol intrat in cameram: quemadmodum si eam noctu aperimus: aut quod sol in alia parte sit: & non in illa in qua manet fenestra. & eodem modo contra unitatem intellectus inferimus. Nam si est unicus finitus: & similis aliis intelligentiis: non est in omnibus partibus. Quapropter non quotiescunq; uolumus intelligeremus. ¶Et aristoteles inquit intelligimus quando uolumus: & non sentimus quandocunq; uolumus. Et si intellectus est ad extra: necessario sequit quod nō possumus ad libitum aliquatenus intelligere.

¶Quod minime est ad propositū de uniuersali intellectu comparatio: dicens: qđ ex duabus arboribus sole calefactis una affert fructum: & alia non affert. Cap. lviii.

¶Aliqui dicunt: quod sol duas arbores calefacit: quarū altera pp suam dispositionem fructū producit: & altera non producit causa indispositionis. & quod intellectus cōmunis itidem se habeat: quoniā in illis intelligit in quibus dispositionem reperit. ad quod respondemus: quod sol equaliter arbores calefacit in eodem loco manentes: & equaliter calorem sentiūt: aut cum pauco discrimine: presertim quū eiusdem speciei sint. Sed aliud est arborem calefactam non producere fructum: & aliud esse calefactam aut non calefactam. Nam fructus post calefactionem actui arboris & non soli competit: & sic nos debemus fructus producere de illo quod intelligimus. Sed in primo signo intelligentes uocamur: & arbores non nominant calefacientes: nisi postmodum in secundo signo fructum producentes. & ideo arbores solem habent quō calescunt: & nos non habemus intellectum: tanquam ad extra a casu uenietem: quo intelligamur. quia intelligentes sumus: & non ab alio intellecti. Sed finaliter dicimus: comparationem istoꝝ philosophorum esse inualidam. Sole enim omnia equaliter & eodem modo calescunt: & intellectus non tribuit hominibus equalem intelligentiam in eodem tempore. & quod deinde fructus producamus aut non producamus: hoc est sub alia consideratione. Sed dicemus quod ipse intellectus erat nobis intelligentiam daturus: ut sol arbores calefacit. Hec autem differentia quemadmodum superius diximus faciliter potest ex particulari intellectu prouenire: & nullatenus ex uniuersali: presertim quia non semper accidit propter membrorum indispositionem unum hominem intelligere: & alium nō intelligere. Nam plerunq; duos homines simul manentes atq; in sua ultima dispositione uidemus: quorū unus intelligit & alius non intelligit. ¶Auerroys forsitā ponēdo uniuersalitatē intellectus deceptꝰ est: ubi Aristoteles tertio de anima ait: intellectus est cōmunis in oībus: cognitio autem non: que quidē uerba nil aliud inferunt: quam si diceremus oēs homines sumus rationales: & tamen non omnes equaliter in actu ratiocinamur aut equalem scientiam habemus: & sic in cōmuni est intellectus ī oībus hominibus: siue unusquisq; hō intellectum habet: sicut & alii. ualde tamen in cognitione uel scientia differimus. ¶Auerroys asserit tria egisse: Auicenam errare: & fortassis rectius Auicena contra ipsum dixerat. quattuor fuerunt cause erroris auerrois uidelicet. odium contra diuinam legem. argutia dicendi. uīculum in alienis dictis. & inexperientia in propriis operibus: sine quibus fere impossibile est recte iudicari: aut saltem an bene uel male iudicemus: intrinsecam cognitionem haberi: experiētia enim mater certitudinum est: inexperientia uero confusionum.

¶Qualiter stringenda sunt argumenta Auerrois que contra seipsum agit negotiando: de unitate intellectus: eo quod per nullam dispositionem: uel indispositionem corporū pōt unicus intellectus in uno solo instanti uarias intellectiōes causare. Cap. lix.

¶Preterea aduertendum est quod dum auerroys contra argumenta sua argumēta alia fabricat: dato quod bona sint ultima argumenta. non explicant omnia que ibi explicanda sunt. Et sic uidetur sibi omnia contra intentionem propriam posita: facillime soluere: asserendo: quod causa uariarum indispositionum hominum: unus solus intellectus in nobis manens uarias intellectiones causat. ¶Exem-

plando de calefactione solis in pluribus arboribus:ut uisum est:sed hic sub paucis rursus restringēdus est auerroys. ¶Ita dicendo:nunquam contingit duas arbores eiusdem speciei & in eodem tempore & loco unam earum:a sole calefieri:& aliam frigefieri per aliquod inconueniens:licet quod ista magis & illa minus calefieri possit:sed frigefieri nulla earum a sole tantum. ¶Et si inferreret:quod aliquando sol liquefacit unum:& desicat aliud.respondet:quod hoc contingit ī diuersis speciebus aliquo casu eueniente ueluti dum aliqua sunt congelata per frigus:quod sol dissoluit illam congelationem accidē talem:sed de se semper desicat & calefacit.unde in omnibus particularibus eiusdem speciei : per unam & eandem uiam se habet.concesso:quod hoc sentiat magis calorem solis:& illud minus causa alicuius dispositionis uel indispositionis.sed nunquam unū sentit calorem:& aliud frigus a sole.quoniam hec contraria sunt.Et contrariam ab uno solo agente indiuisibili:in uno solo instanti fieri non possunt.p̄sertim in subiectis unius speciei. ¶Intellectus noster est īdiuisibilis:& naturaliter operat̄.ergo ī una sola specie nullatenus per unum solum īstans:potest contrarias intellectiones causare. probatur experientia:quod in uno solo instanti contraria intelligimus:& per totam uitam nostram in ea pugna sistimus:ueluti dum iste uult:quod mundus sit eternus:& ille quod sit pricipiatus:& sic de reliquis aliis opinionibus:quod sub uno solo intellectu indiuisibili stare nequeunt:patet:plures particulares intellect9 in nobis esse.nam si una intelligentia plures celos per uarios motus mouere nequit:multomin9 posset in ipsis uarias motiones causare:si omnes orbes unius & eiusdem speciei essent. unde nulla indispositio corporum sufficit:ad saluandum uarietates intellectionū:inter homines & homines oēs ab uno solo intellectu causatas.

¶Cur opinio Auerrois de unitate intellectus:tanquam fabula se habeat quum a lege & naturali philosophia omnino diffugiat:& quomodo particularia nō autem uniuersalia intelligamus.& q̄d si unicus intellectus in omnibus hominibus:oēs homines unus solus intellectualis essemus nō aūt plures. Cap.lx.

¶Post uarios discursus merito deueniendum est ad naturalem atq; intrinsecam cognitionem:ut ibi indicet̄.quomodo unicus intellectus uniuersalis in omnibus hominibus actualiter det̄:& quo pacto p̄ticularis intellectus istius hominis atq; illius cum ipso uniuersali uniatur.sub qua ratione:aut intrinseco appetitu hoc cognoscat̄.nam id quod in omnibus hominibus aut saltem ī maiori parte aliqualiter p̄ aliquem appetitum non cognoscitur:ignorantiam denotamus:dum ponimus:quod naturalis sit null9 nostrum ab intrinseco cognoscit:neq; appetit aliquem uniuersalem ītellectum in omnibus hominib9: neq;dem ab intrinseco optat:quod particularis intellect9 noster cum ipso uniuersali uniatur.igitur pa lam constat non esse naturalem cognitionem:id quod auerrois de unico intellectu in omnibus hominibus opinatus est:non naturalem ut per omnes homines probari potest:uolentes in seipsis ab intrinseco iudicari.ergo pro ritu seu fide hoc auerrois assumpsit.Vnde non tāquam philosoph9:Sed fabulosus procedebat:& fabulosus dicimus:eo quod non ut legales.legales enim omnes sub aliquo rationabili fundamento fundant̄.De unico autem intellectu in omnibus hominibus in nulla ratiōe fundatur: sequit̄:non esse secūdum philosophiam:neq; legem.Nam si auerrois posuisset quod intellectus noster nunquam quiescere posset:nec felix esse quousq; cum prima causa uniret̄:idest clara uisiōe ipsam uideret:tunc sententia sua fuisset naturali philosophie ac legi conformis.quoniam de naturali ratione quū omnes per principium a deo dependeamus:postremo reuertendum est ut ipsum uideamus : intelligas creature que rationales sumus:eo quod omnes fines principium suum petunt.& lex uera hoc docet:& regulas ponit:per quas ad uidendum deum ire possimus.Sed opinio auerroistica neq; hoc neq; illud: īmo penitus in oppositum:quum neq; per naturam neq; aliam legem uel rationem detur aliquis intellectus:preter deum cum quo uniendi sumus:per quam unionem felices reddemur. ¶Preterea omne agens cum suo subiecto adequari debet:particulare & uniuersale adequari non possunt: sequitur:intellectum nostrum esse particularem:eo quod particulares res intelligimus.& quod res particulares intelligamus pluribus modis probari potest:& primo per subiectum intelligens patebit.Nam per Aristotelem:quem Auerrois se assequi fatetur:ac per omnes sapientes constat:quod homo intelligit:& non anima sola uel intellectus.Et hic non assumitur de homine uniuersali abstracto:nisi de isto & illo:qui particulares sunt.Vnde probatur quod res particulares intelligimus:eo quod nos qui intelligimus particulares sumus.Quocirca si obiecta intelligibilia essent uniuersalia:nūquam cum eis adequari possemus: ex quo nulla sequeret̄ intellectio a natura capiendo. ¶Amplius deueniendo ad fundamētū in quo Auerrois & sequaces eius firmari uolūt:exemplo etiam patebit:qualiter pro nobis & nō pro ipsis agat. Quia asserendo:quod tantum uniuersalia intelligimus:eo quod Aristoteles inquit:particularia sunt dū sentimus:& uniuersalia dum intelligimus.hec uerba circa omnes recte aspicientes clara sunt. Quoniā de quocunq; expertum est ad operationum originem deueniri : dum aliqua repperit obscura uerba. Quamobrem in hoc loco uidendum est:quo pacto sentiamus atq; intelligam9.res uniuersales uel particulares cōcretas uel abstractas.& ut facilius nosipsos ītelligamus:aliquod exemplum ī operibus ponē

mus. Vñ petimus utrum ītelligamus istam domum particularem:ī qua habitamus: aliam atq; aliam si miles idest particulares? Si dicis: quod non concedis: quod ipsas domos edificare nescim9. Nam de illo quod non intelligitur nusquam habetur ars. De ista domo illa & alia particulari habetur ars seu scien tia edificatoria: ergo ipsas intelligimus. & quod ipsas per artem & scientiam edificemus: quibusq; sensi bus patet. & si tanquam ab omnibus sensationibus atq; rationibus effugere uelles: ostēdas nobis in ac tu tuam edificatoriam artem: quod nempe demonstrari non potest: si aliquod uniuersale edificium nō agis: quod non sit hoc neq; illud. Non dař talis edificatio in actu: non in potentia. quia ad similia edifi canda inhabiles sumus: quum ipsam nunq̄ ad actū deduceř possimus. ¶ In uniuersali per abstractio nem per te non datur magis & minus: ut patet dicendo: equinitas tantum est equinitas. In sciētia edi ficatoria datur magis & min9. quoniam si non daretur: omnia edificia essent equalia: sine aliquo magis uel minus. sunt disparia: sequitur: quod ars uel scientia edificatoria sit particularis: seu aspicies ad illud illud & aliud edificium. ¶ Vnde satis manifestatur: quod particularia & non uniuersalia ītelligim9. Verūtñ aristoteles in hoc loco recte dixit: ut in quinto libro tractando de hac materia plene patebit. Nam respectiue ad latitudinem quam intelligimus: semper id quod sentimus: particulare aut parum ē. quia dato quod istum hominem illum & alium uisualiter uideamus: & cum omnibus aliis sensibus tāga mus: & diu circa ipsos conuersemur: non propter hoc omnes homines mūdi preteritos presentes & fu turos uisu cernimus: neq; aliis sensibus tangimus. Sed uiso isto illo & alio: atq; assumptis diuersis expe rientiis artem uel scientiam ex ipsis agimus: per quam omnes homines mūdi: qui fuerūt sunt: aut erūt: intelligimus: idest cognoscimus: quod omnes similes erunt rationales & mortales: & si non similes: ne quaquam de specie istorum hominum. Quocirca si de eadem specie oportet quod homines sint: uelut ti isti quos cognoscimus: & hoc modo aristoteles & alii sapientes assumpserunt: quod particulariter sen timus: & uniuersaliter intelligimus. Sed non ex hoc uniuersalia abstracta ab omni materia intelligim9: ut nonnulli dicunt: quod dum lapidem uel lignum aut similia ītelligimus: ipsa ab omni materia abstra himus: & ad spiritualitatem deducta intelligimus. Sed quod hoc non modo falsum sit: Sed falsissimum: plura siquidem monstrabilia adducere possumus. & in primis quod solus deus potest ageř corporea: in corporea: siue spiritualia: non autem creature. ¶ Vlterius per omnes philosophos affirmať aīalia sen sualia nullum in se continere intellectum incorporeū & incorruptibilem: & tñ ipsa uniuersalia cogno scunt seu uniuersalem artem habent. Gratia exempli: hec auis agit nidum: & nō solum unum: Sed plu res in uariis annis: ad quam edificationem nidorum aues habent uniuersalem artem: quia sicut unū ni dum faciunt: ita & plures cognoscunt ipsum nidum: & tamen non per denudationē ab omni materia. quoniam aues nullum intellectum: aut aliam potentiam incorpoream uel ab omni materia denudatā: possident. Itaq; ad nullam similitudinem potes abstrahere nidum ab omni materia. & ipsum uniuersali ter cognoscere. Quūq; de auibus dicamus: de ceteris aliis brutis animalibus intelligendum est. Nam lu pus habet artem occidendi oues: & deportandi ipsas supra humeros. & tamen huiusmodi cognitio nō est de ouibus in abstracto: nisi ad deportandum istam illam & aliam. Sed q̄a ad plura particularia hec ars extendiť: & uisio ad pauca uidenda: dicimus lupum habere uniuersalē cognitionē occidendi oues: & sensum ad uidendum ipsas in particulari: eo quod sensatio ad multo minorem numerum q̄ cognitō uel ars extenditur. Sed etiam dicere possumus: quod quisq; sensus aliquem habitum agit: per quem mul ta simul iudicare potest. Quandoquidem per uisum homines albos a nigris differentes cognoscimus. Ideo talis habitus ī ipsa uisione fit: quod stati aliquem colorem uidendo qualis sit cognoscit: uidelicet an albus: niger: rubeus: pallidus: nimium incensus: aut parum longus: uel breuis & similia: & talis cogni tio tanquam ars uisionis in modo suo uocanda est. & quod per experientiam magna pars acquiratur: comprobari potest. Quia dum paruuli sumus: q̄uis uidemus: hanc cognitionem ī uisione non habem9.

¶ Et hoc pacto de uniuersalibus & particularibus ītelligendum est: non autem: ut nonnulli sōmniā tes uniuersalia abstracta posuerunt. hi enim ut philosophantium nomen uendicarent: multa quidem dixerunt: que minime intelligebant: & similia non utiq; philosophie partes: sed potius eius impeditio denominanda sunt. nam recte philosophia nuncupari potest clara atq; intrinseca rerum cognitio: & sic experientia ab actibus orta omnibus expertis constat: qualiter res intelligentes sint particulares & obiecta intellecta itidem particularia. Aristoteles primo de anima īquit aīa seipsam cognoscens digna est de aliis facere fidem & hic cognitio pro ītellellectione capitur: & quod de particularibus dicat palā constat. ¶ Nam si unicus tantum intellectus in omnibus hominibus: tunc oēs homines precise eēnt unus solus intellectualis & non plures. Nempe quod indiuisum haberemus fundamentum: siue essentiā per quam intelligimus. Vnde dicendum esset sicut dum de personis diuinis agim9: que idem sunt ī eēn tia uel deitate: eo q essentia earum indiuisa. & sic unus tantum deus & non plures: pariter si omnes ho mines per unicum intellectum uniuersalem indiuisibilem seu īmultiplicabilem intelligimus omnes ho mines sumus unus solus ītellectualis: quod est absurdum circa sapientes & insipientes. Nihilominus im possibile est quod plures intellectuales simus: si omnes unū solum intellectum habemus. ¶ Tandem q̄ unitatē intellectus assequūtur: aliquā similitudinē in sua roboratōe adduceř deberēt. nā quū intelle ctus noster dependens sit: quum pluribus rebus assimilari potest: nulla datur assimilatio. quoniam pacto

unicus intellectus indiuisus atq incorruptibilis in pluribus hominibus distinctis particularibus manere queat? nam q uniuersalia apponere solent ipsa multiplicabilia per uarias diuisiones imaginantur: ut primam materiam: aial & hoiem in cōi ponentes unitatem: intellectus enim nullam diuisionem: nullam extensionem: in ipso assignant: nequidem aliquam mansionem: de qua omnibus hominibus couersari posset indiuisus atq inextensus manendo. Igitur tanquam falsa opinio eoꝝ habenda.

Qualiter tota difficultas de unitate uel pluralitate intellectuum: sub paucis cognosci possit. si occurrere uolumus ad principia per que unaqueq res formaliter ē talis. & qa auerrois in hoc deficiebat de unitate intellectus falso imaginatus ē. Cap. lxi.

¶ Quum superius de unitate aut pluralitate intellectus multa dicta sint: ut minus in hac materia elaboremus: seu aliquem uerum finem in ipsa ponamus: ad prima principia gradationum rerum occurrēdum est. Nam dum principia ita se habere presupponimus: sepenumero errare contingit. ita quod dū inter nos dissentimus: ad cognoscenda principia deueniendum est. Notis enī pricipiis: facillime consequentia comprehendunt. Et hic in primis uidēdū est an nos uirtualiter uel remisso modo an formaliter simus intellectuales? Quoniam si in modo remisso siue uirtuali unicus intellectus: potest in pluribus diuidi: & in ipsos transire: ut pote elementa in hec inferiora transeunt. hec autem inferiora nō sunt eiusdem speciei cum elementis: & sic nos minime uocamur elementum neq elementales: Sed res elementate uel ab elementis emanate. Sed quia in isto omnis nostra hec dissensio consistit: diligenter animaduertendum est: quod non sumus formaliter intellecti seu res intellecte: nisi intelligentes. Et quia formaliter uel quiditatiue tales absolute est impossibile quod ab uno solo itellectu idiuiso hoc euenire queat: & quod ego sim alius intellectualis seu rationalis a te. Si enim ab uno & eodem intellectu intelligētes sumus: necessario sequitur: quod ego & tu & sic alii homines: unus tantum & non plures simus. quēadmodum superius diximus. sumus plures formaliter: ut experientia constat: ac per omnes sapiētes: igitur non per unum solum intellectum particularem uel uniuersalem: sed per plures sum9 tales. Nam hec est uera: omnis homo est animal rationale & mortale: petrus est homo: ergo petrus est animal rationale & mortale. & quia ista est uera seu essentialis eius diffinitio: & ioānes est formaliter a petro diuisus: igitur per alium & alium intellectū. ¶ Licet quod intellectuales & non intellect9 uocamur: eo quod de materia & forma constamus: siue de intellectu & corpore. & quia non totum de hoc aut totum de illo: sed de ambobus principiis: non possumus denominari materia neq itellectus: Sed materiales & intellectuales: idest de duobus pricipiis constantes. Et tamen si uis inferre: quod ueluti omnes homines & alia hic inferius composita de una sola materia: ex parte corporis constamus: similiter ex parte intellectus uel aīe: de uno solo uniuersali intellectu. Responsio prompta atq clara est: ita dicendo: Materia secūdum omnes & id quod sensibus patet: ad plurificationem compositorum diuiditur. Vnde ad similitudinem: dato quod unicus itellectus uniuersalis sit: etiam ad plurificationem hominum ipse itellectus per diuisionem multiplicaretur. At quum ponentes ipsum asserant esse eternum īcorruptibilem atq īdiuisibilem: est penitus īpossibile: quod essentialiter ac formaliter ipso īdiuiso de pluribus oīno iter se diuisis ēentialiter predicari posset. ego & tu essentialiter alter & alter sumus: & tamen ambo itelligentes. Vnde hoc non potest ab uno solo itellectu oriri: nisi a pluribus. Et quod ego & tu diuisi simus: idem nullibi ꝓbatur. quia alter sine altero nati sumus: unus mori potest: & alter remanere: quod esse non posset si idem ab itrīseco essemus. ¶ Et īferendo quod essentialiter seu formaliter itellectuales non sumus: talis propositio abiicienda: quoniam sine ratione uel euidentia: quum sensibus atq itellectibus pateat: nos itellectuales ab itrīnseco esse. & ita omnes probi philosophi tenent. ¶ Forsitā tamen auerroys in modo abscondito opinionem Auicene assumpsit: uidelicet: q itelligentia mouens celum lune creat aīas nostras: auerroys enī denominat ipsum itellectum uniuersalem nostrum: aut quod eum denoiat tanquam ideam platonicam: Sed minus opinioni platonis q̄ Auicēne adherere uidetur. Verūtā quomodocunq sit: plato & Auicēna: particulares & īmortales aīas ponebant in oībus hoībus: dato quod aliquod tanquam exemplar uel itelligentiam in celo super omnes homines imaginarentur: ueluti christiani de angelo prouinciarum custode dicimus. hec autem oīa aut similia sub fide aut aliqua opinione teneri possunt: & non secūdum meram philosophiam nequidem ab aliquo separato uel diuiso essentialiter diffiniri possumus: preterq̄ a conuertibili simpliciter. omnes homines sumus intelligentes: & qsq per se itelligens simpliciter: sequitur impossibile esse: quod aliquod uniuersale competens hominibus intellectuale detur: uniuersale enim & particulare simpliciter conuerti nequeunt. Iste homo est itellectualis: ille intellectualis: & unusq̄sq formaliter talis: & demum omnes particulares: est impossibile quod aliquod uniuersale in re itellectuale detur: preter istud & illud: nisi ī uoce tantum: īquantum quod intellectuale de pluribus predicatur: & qcqd de pluribus predicatur: & cum eis conuertitur: est impossibile: quod sic uel sic ab eis diuisum detē. Et sic facillime de errore ponētiū unitatē itellect9 cognosci pōt. Et assumpta hac uia: ēt multa contra ponētes uniuersalia realia ī abstractis manifesta cognosci possunt: ut ī qnto libro tractando: de uniuersalib9 diffuse patebit. Nā queuis bōa predicatio assumpta pro re simpliciter cum

suo predicato conuertitur. Nos omnes: ut ego tu ille alius & alius formaliter homines sumus: sequitur ipossibile esse: quod aliqs de specie nostra detur: qn iste aut ille homo sit. Vnde si alia res homo uocat. que cum his particularibus simpliciter aut formaliter non conuertit: differt in genere aut saltem in specie ab his hominibus. Quamobrem nulla similitudo formari potest iter res pticulares: & uniuersale abstractum: quod tu dicis. ¶ Nec iter uarias species possunt couersiones formari: Nulla eni species de altera uaria predicari potest. Necesse est igitur q̄ quomodocūq; homo eentialiter assumat: sit eiusdem speciei cum his particularibus: & formaliter cum eis conuertibilis. Vnde positis particularibus nullum uniuersale dari potest cum his conuertibile: & si non conuertibile: nullatenus de ipsis predicari potest qditatiue seu itrinsece assumendo.

Qualiter si de eadem uniuersali materia: & de eodem uniuersali itellectu omnes homines constamus: non plures homines sed unus homo tantum sumus. & q̄ñ duo itellect9 uniuersales simpliciter icorporei in hoibus stare nequeunt. & quod sint a nemine pbatur: sed tantum presuppositū est. Cap. lxii.

¶ Dum auerroys uult soluere: quod quāuis omnes homines per unicum intellectum itellectuales simus: superficialiter cōtra seipsum arguit: qui solum ponit: si omnes homines per unum solum itellectū homines constituti sumus: unus homo tantum sumus non autem plures. Sed nō posuit etiam: quod de mente Aristotelis: quem ipse assecutus est: & de mente multorum aliorū philosophorū. oēs homines de una & eadem materia compositi sumus: unde si idem subiectum fundamentaliter assumptum: & eadem forma nulli dubium ē: quod oia constantia: de eadem forma & de eadem materia erunt idē. omnes homines constamus de eadem materia & de eadem forma indiuisis assumptis: ergo unus homo sumus nō autem plures. ¶ Et si opponeretur: quod sensitiua & uegetatiua sunt diuise: respondendū est: has formas esse potius uniuersales: quam intellectiua: ut experientia patet. ¶ Et dum auerroys tanq̄ per ultimatum suum argumentū arguit: quod nos non constituimur homines per intellectum: nisi p sensitiuā aut cogitatiuam: & quod itellectus se habet: tanq̄ assistens in hominibus: ueluti nauta in naui: non autem ueluti forma informans corpus organizatum. Vnde q̄uis unicus intellectus tantum in oibus hominibus sit: eo quod per ipsum non constituimur: homines non sumus unus solus homo: sed plures ad pluralitatem cogitatiuarum potentiarum. sed quod cogitatiua non constituat nos in esse hominis: pbatur. Quoniam ipsa non est anima per se nisi pars integralis: tanq̄ membrū sensitiue anime: Et illud per quod nos homines constituimur: non tantum forma p se: sed anima ab aliis aiabus distincta est: tādem in hoc pro nūc non existimus: eo quod a nullo sapiente sunt posite: nisi tres anime proprie dicte: constituentes animalia: uidelicet: uegetatiua: sensitiua: & itellectiua. ¶ Vlterius quomodocunq; intellectus in nobis maneat: intellectuales sumus: & itellectuales per cogitatiuam seu sensitiuam nullatenus esse possumus: Et animal intellectuale & homo simpliciter: idem constituimur intellectuales per intellectum: ergo per intellectum homines constituimur. est unus itellectus in nobis per quem hoies seu itellectuales constituimur. igitur sumus unus homo: & non plures. ¶ Vlterius quod intellectus seu anima intellectiua: quod idem est: sit forma ultimata hominis: probatur. qm̄ illud quod semper est in omnibus unius speciei ab intrinseco naturale est: illi speciei intellectus est ab itrinseco i oibus hoibus: & semper: ergo naturalis i eis. ¶ Propterea quicquid ab intrinseco se habet tanq̄ gubernans illud aliud se habet ut forma i subiecto: aia itellectiua ab itrinseco est in hominibus: atq; administrat ipsis: ergo ab intrinseco ipsos iformat: atq; i esse ultimato hois constituit eos. ¶ Preterea petendum est: ponentes duos intellectus uniuersales i hominibus: alterū eorum siquidem agentem: & alterum possibilem seu materialem: ambos de incorporea natura: quomodo ipsos istelligūt? & ubi eos collocant? an in hominibus ambos dicant manere: seu agentem i celo & possibilem i hoibus: uel dicunt manere ambos in celo: si ambo i nobis manent. hoc sine proposito factum est: cum sit frustra fieri per plura: que per pauciora fieri possunt. & quod sit frustra probatur: ita discurrendo: non itelligit solus itellectus in homine: sed homo intelligit. ¶ Vlterius homo non constat. de sola natura corporea: siue spiritualí: nisi de incorporea & corporea. Vnde necesse est aliquem accomodationem iter corporeū & icorporeū dare: eo quod simul cōmunicari possint: intellectus possibilis per ponentes ipsum: de natura sua ē ab omni materia denudatus: ueluti itellectus agens: sequitur: quod si intellectus agens non potest cōmunicare cum fantasia cogitatiuam: quod neq; potest cōmunicare itellectus possibilis: sed imo minus potest. Quoniam intellectus agens assumit sensationes & agit ipsas intellectas: in qua assumptione cōmunicant cum interioribus sensibus & cum in assumendo ea que per sensus comprehensa sunt: cōmunicat cum sensib9 ipsis: etiam in prebendo eis intellectionem per regressionem: potest ipsos cōmunicare: nam nullus sane mentis negare potest: quod dum intelligimus: Imaginationibus seu fantasmatibus non utamur, simul cum discursiuo intellectu. & de intellectu possibili in similibus operationibus nullam habemus cognitionē: nequidem de ratione habere possumus. nam per ponentes ipsum tanquam receptaculum se habet: siue subiectum in quo intellectus agens decurrit: & agit intellectiones: sub quo ordine asserendum est: intel

lectum possibilem:tanquam subiectum materialem se habere.& agens sicut forma:ut de anima & corpore unitis dicimus. ¶Et hec uidetur fuisse opinio platonis asserendo : quod rationalis anima indigebat aliquo substantiali corpore & spirituali in quo fundaretur imediate:& quod illud corpus fuisset medium inter partes corporeas ab elementis descensis:& rationalem animam.sed hoc substátiale corpus platonicum:nil aliud quam sensitiua anima est:quoniam secundum ipsum sensitiua anima : quam uidetur denominasse animam mundi:etiam incorruptibilis est atque indiuisibilis:licet extensiuá ipsam denominet cum dicat se habere tanquam punctus tota simul assumpta:eo quod indiuisibilis.sed extensibilis:quia tanquam linea seu radiationes in isto illo alio & alio particulari animali descendunt:uelu ti radii solares faciunt:qui per uaria loca extenduntur & colliguntur.& semper idiuisi:atque semper ad corpus solare tanquam ad punctum:omnes radii aspiciunt & cum eo uniti sunt : & sic quia anima sensitiua non est proprie corporea.sed potius substantia:media inter uerum corporeum & incorporeum:plato posuit ipsam tanquam sedem intellectiue anime:uegetatiuam enim per sedem anime sensitiue:& sic ubi non datur in corporibus uegetatiua táquam medium iter sensitiuam & corpus ipsum: sensitiua ingredi nollet:nequidem intellectiua:ubi non est medium sensitiua . & sic de mente platonis sensus cõmunes interiores:seu anima sensitiua est itellectus possibilis:eo quod cõmunicando cum anima intelligit & est medium inter partes ueras corporis & intellectiuam animam. ¶Sub qua similitudine licet in uario modo narraret:Aristoteles posuit intellectum agentem & possibilem. ¶Sed assumat quomodocunq;:quoniam non est de intellectu táquam subiectum intellectionis se habere immo memorie hoc attinet. ¶Nam intellectus noster p seipsum quandoque uehementius intelligit:& quá doq; remissius:& per seipsum de intellectione ad intellectionem transit.Vnde non oportet unum intellectum semper agentem considerare:super homines & alium quandoq; intelligentem & quandoq; nõ intelligentem:eo magis quod etiam inter intellectum possibilem & sensus esset dandum aliquod aliud medium:per quod transirent intellectiones de intellectu possibili ad sensus. quoniam cum de itellectu ipso non sit agere:nisi intellectionem recipere:nullatenus potest esse instrumentum prebendi intellectiones sensibus:cum hoc tantum intellectui agenti conueniat.& sic non est magis ratio quod intellectus possibilis sit:intellectus cõmunicans:cum sensibus:quam intellectus agens sed imo multo minus. Vnde palam constat.plures intellectus in quocunq; homine non esse ponendos : nisi unum tantum. nam si eiusdem generis intellectus possibilis & intellectus agens:si unus indiget medio ad cõmunicandum cum sensibus:aut partibus corporeis:etiam & alius indiget medio ad cõmunicádum sensus ipsos. & oportet ad aliquod imediatum deuenire:ut in isinitum per uaria media:ne defugiamus.Vnde nõ decet:uarios intellectus eiusdé generis ponere.

¶Quamobrem ad particulare corpus pticularis forma est ponenda:& q; repugnat forma istius alicuius alterius esse. Cap.lxiii.

¶Preterea in hoc loco etiam de quibusdam aliis negotiantibus de anima:aliqua mentio ageda est. quoniam non solus Auerroys in húc errorem lapsus est:sed nonnulli alii etiam ceciderunt : uidelicet: ponendo animam cõmunem:siue indeterminatam omnibus hominibus :asserendo Martinum & Andream non differre per intellectiuam animam:nisi per materiam ab aliqua quantitate signatam.unde concesso hanc opinionem ueram esse:pariter consitendum est:unam tantum animam esse idiuisam in omnibus hominibus:que opinio eadem cum opinione auerroystica est. ¶Sed ad assignationem deueniamus:ut cognoscere possimus:an quantitas inquantum accidens uocatur :potest esse principium indiuiduationis materie & forme:aut una illarum tantum.non potest esse principium indiuiduationis forme:saltem de intellectiua:cum anima ipsa indiuisibilis sit:igitur de materia tantum potest denominari principium indiuiduationis. ¶Vnde sit quod si anima intellectiua se habet ambigua ad hominem istum & illum:absq; aliqua distinctione:est unica in omnibus hominibus:que opinio erronea ẽ. ut in pluribus locis istius uoluminis probatur.& etiam in hoc capitulo succincte aliquid dicemus. ¶Et ut melius ea que querimus appareant:in primis de proprietatibus quantitatis extense agedũ est.unde palam inueniemus:quonam pacto quantitas per quam materia denominatur extensa:ẽ dispositio simpliciter:per quam diuisiones in ipsa materia fiunt.& nulla dispositio diuidit in actu seipsam: nec aliud: sed immo ab altero in actu assumit diuisionem.quantitas extensa est huiusmodi:uidelicet: dispositio in qua diuisiones fiunt.quocirca proculdubio patet:aliquam formá in actu accedere super materiam extensam:per quantitatem:ad diuidendum ipsam materiam siue quantitatem.& cum in actu ad agendas particulares diuisiones accedit:sequitur etiam formam ipsam particularem esse:atque ab omnibus aliis formis diuisam.& cum Andreas & Iacobus distincti alter ab altero sint:& non per materiam non per quantitatem diuisi:nisi per formam:sequitur:animam istius hominis esse diuisam per principium suum ab anima illius.nam materia de se cum potentiam dicat:diuidi per se non potest:nequidem quantitas: cum dispositio per quam diuisiones fiunt sit.igitur oportet concedere: animam siue formam esse principium indiuiduationis:rerum. ¶Preterea quantitas assumpta pro accidente nõ potest esse proprie

de genere operantium:quoniam substantie sunt principia operationum:nō autem accidentia:licet qđ accidentia sunt dispositiones per que substantie sepenumero cognoscuntur.sed accidentia nō cognoscunt uel determinant substantias.nam color non uidet:sed uidetur:uoces non audiunt: sed audiūtur: frigidum non sentit tactum:sed a tactu sentitur:atque iudicatur.quantitas siue qualitas. nō intelligūt intellectum:nequidem uident uisum:sed ab intellectu intelliguntur:& a uisu uidentur. quātitas per ponentes ipsam in materia est accidens:& de natura accidentium est per substātias iudicari:siue determinari.sequitur quantitatem non posse materiam neque formam indiuiduare:uel hoc distincte ad illud ī particularitate ponere. ℂTandem aduertendum est:ut alii in similia ne cadāt:quod in hoc loco pricipalis deceptio in uerbis tantum iacet:uidelicet:dum dicitur:non repugnat anime intellectiue:inquātum anime:esse in Petro aut in Ioanne aut non magis in hoc quam in illo:intelligendum est:ut deceptio in his uerbis non fiat:quod dum in hoc modo loquimur:de omnibus animabus ratōalibus simul imaginamur.sub qua apprehensione uere dicimus:non repugnat anime inquantū anime:potius esse in isto homine quam nullo:uidelicet:non repugnat magis alicui anime:istarum simul assumptarū esse in Petro:quam altera alia esse in Ioanne:sed repugnat:quod anima Petri sit in Ioanne.& anima Ioānis in Petro.sed hic iuxta assumptionem uerborum plures decepti sunt:credentes:cum dicitur : non repugnat anime inquantum anime esse magis in isto homine quam in illo:cogitauerūt de aliqua anima uniuersali ambigua dixisse.& quo ad ueritatem secus se habet.nam dicendo non repugnat magis anime inquantum anime:aut quomodocunq; dicatur:esse magis in isto homine quam in illo:assumēdum est:non repugnat magis alicui anime esse in isto homine:quam alia in altero. ℂEt hic de principio: medio:& fine:animarum capiendum est.nam si dicimus:antequam anime creentur:non repugnare in mente diuina magis creare animam illam per corpus istud:quam per illud:de mente diuina conceditur:de anima uero negatur:cum non sit anima nisi usq; ad instans:in quo corpori īfunditur: cum anima ab animando dicatur. ℂEt si poneretur animam esse in aliqua uniuersali substantia:ubi non repugnat ei magis diuidi & esse per hoc corpus quam per illud:respondetur:quod in ea substantia uniuersali seu indiuisa:non est anima hominis nisi substantia uniuersalis tantum:ueluti materia manēs in elementis non est materia hominis:& sic quamuis in eo loco:nō repugnet magis diuidi & per generationem & corruptionem transire in homine:quam in equo:in elementis nō est materia hominis:nequidem qui:quousq; in matricib9 feminarum materia illa generatur.sed post generationem usq; ad corruptionem penitus repugnat materie:que est in homine esse in equo & etiam ecōuerso.& pariter:aīa petri:qūocūq; sumatur:de primo signo ipsius essendi anime repugnat:quod sit in Ioāne & repugnat anime Ioannis esse in petro.

ℂQua de re principia auerroistica in quibus fundari uult:agēdo de unitate itellectus:falsa sunt:& falsa que sup ipsis principiis edificare uult. Cap.lxiiii.

ℂCum iam superius multa contra opinionem auerroisticam de unitate intellectus imaginantem adduximus:in hoc capitulo prosequendo de fundamento anime cogitatiue quale sit : querendum est . & quia hoc auerrois non ostendit:insufficienter de cogitatiua locutus est. & consequenter de omnibus: que super ipsa fundari uult.quoniam falsum fundamentum assumptum aut improbatum dereliquit:de sequentibus super ipsum edificatis:nil tenendum est. ℂEt quod cogitatiua detur in hominibus: tanquam forma ultimata auctoritate antiquorum sapientium:experientia:& ratione probatur. auctoritate antiquorum quoniam nullus philosophus:ut Aristoteles:nequidem alius posuit cogitatiuam .tāquā formam ultimatam alicuius speciei animalium:nequidem in aliqua specie cogitatiuam super fantasiam posuit:sed immo fantasiam ī omnibus animalibus:tanquam suppremam potentiam assignauerunt.sub qua imaginatione:nonnulli uoluerunt intellectum in homine esse fantasiam:de cogitatiua uero null9 tantam perfectionem adduxit. ℂVlterius disputatio inter antiquos stetit:atq; semper manet: utrum plures potentie interiores dentur.uel unus sensus communis tantum:quod magis uidetur consonare: uidelicet:de uno:quam de pluribus:ut in propriis locis apparet.Auerroys non probauit plures esse interiores potentias:nequidem quod cogitatiua sit super fantasiam.concedere oportet in hac opinione diminutum fuisse. ℂVlterius deficit:cum non assignauit qualiter per naturalem formam homines possimus a brutis differre per intellectualem & sensualem differentiam!quoniam nulla forma materialis differentiam intellectualem apponere potest:cum ipsa intellectualis non sit.quamobrem concedere oportet posito:quod cogitatiua sit ultimata forma hominis:differentia nostra a brutis esset sensualis:ueluti inter canem & equum est.sed quia homines essentialiter multa operamur:de principio ad ultimum distincta.in conditione ab operibus brutorum que opera non attendunt omnino beneficium corporum:nisi ad spiritualem atq; incorruptibilem.sequitur:formam in qua hec opera fundantur:nō materialem imo intellectualem atque incorpoream esse. ℂEt in hoc loco Ioānes de Iāduno multa in

fauorem Auerroys uidetur dixisse:sub pluribus diuisionibus:tandem sine proposito posita.quoniam si ne fundamento cum tantummodo presupponat duplicem esse animam:Rationalem : particularem:& uniuersalem:uidelicet:particularem cogitatiuam:& uniuersalem intellectiuam.sed quod aliqua anima uniuersalis sit negatur:presertim de intellectiua super omnes:ut patet.quoniam uegetatiua super omnes animas uniuersales:sensetiua siquidem post uegetatiuam:intellectiua uero ultimata iter omnes animas:atque particularizata.nam in pluribus subiectis inuenitur uegetatiua quam sensitiua:& uegetatiua in pluribus quam intellectiua:sub quo ordine concedere oportet:intellectiuam animam super omnes alias particularem esse:eo magis quod maiorem conuenientiam seu magis latam habemus cũ brutis per cogitatiuam seu sensitiuam:quam per intellectiuam:& id quod magis cõmune pluribus:potius uniuersale:& quod cogitatiua sit cõmunis hominibus & brutis experientia patet:cum omnia que nos per cogitationem seu fantasiam agimus:etiam bruti eadem agunt:uel similia atq; equiualentia.& non ex hoc bruta animalia particulariter:nequidem uniuersaliter rationalia sunt : & tamen cogitatiuã uel fantasiam quę idem sunt habent.& si nõ idem fantasia dignior est.& quia per digniorem sensualia animalia rationalia esse nequeunt:idest per fantasiam:multominus essent per cogitatiuam:cum deterior sit:si idem non est.ita quod nullus per cogitatiuam rationalem esse potest.& sic patet:qualiter Ioannes de Ianduno insufficienter opinionem suam probauit. ¶ Amplius Auerroys inaduertenter cogitatiuam in hominibus assignauit:tanquam ultimatam formam:per quam homines a brutis differimus. quoniam pariter oportebat assignare inter alias quascunque species aliquem distinctum sensum interiorem additum:per ultimam perfectionem in quacunq; specie per quem ab inferioribus distinguuntur.sub quo ordine digniores species omnium aliarum magis quam centum mille interiores sensus haberet.nam si hic est ordo naturalis:quod homo per aliquam potentiam materialem tanquam formam additam.super equum differt ab equo ipso:ultimatim formaliter.pariter est ponendum:assequendo naturam aliquam formam additam in equo super bouem.& in boue aliquã super ouem:& sic de reliquis. non dantur he forme addite in omnibus dignioribus speciebus:super deterioribus.igitur nõ est dicendum quod i homine detur:intelligas formam additam eiusdem nature.nam uegetatiua super simplicẽ formam corpoream datur:sensitiua super uegetatiuam:itellectiua siquidem super sensitiuam:ut prosequendo latius patebit.sed de natura unius anime non datur maior numerus potentiarum : & minor numerus:nisi fortassis in aliquibus animalibus imperfectis:que causa debilitudinis organizationis non assumunt omnes sensus sed omnia animalia que perfecta denominantur:equalem numerum sensuum habent.unde non per plures aut pauciores sensus differunt : nisi per alias & alias proprietates ipsorũ sensuum:ueluti in membris tãgibilibus exemplare quimus.nam ceruus & bos:in membris suis differũt non per plura aut pauciora membra:sed per eundem numerum.nam quamuis pes cerui sit pes de ossibus:carne:neruis:& pelle.& pes bouis similiter:omnia hec concessa in specie differunt . quoniam alias & alias proprietates intrinsecas habet.pes cerui:& alias pes bouis.& ueluti de membris dicimus:de sensibus asserendum est.quoniam per eosdem sensus quos ceruus & bos conueniunt:differunt.licet sub altera ratione conueniant. & sub alia disconueniant.& ita nos per sensus : cum brutis conuenimus : & etiam disconuenimus:inquantum de alia & alia specie sumus . Vnde non oportet aliquam potentiam additam sensualem ponere i hominibus:per quam a brutis differamus. ¶ Preterea unum tanquã potissimum petendum est:uidelicet:super quo naturali ordie auerroys quiescebat: dum Cogitatiuam pro ultima formali differentia hominis posuit:cum non tantum anima addita causat speciem diuersam:sed etiam genus:ut subsequendo patebit.& in primis a corporea incipiemus:cuius ratio est simul cum materia corpus cõponere:ipsum conseruare:& propriam mansionem semper expetere.postmodum uero addita uegetatiua in corporibus ipsis super corpoream formam:aliud genus fit.Nam lapis que de materia & forma corporea constat:sub nulla ratione animal uocatur.sed corpora habentia uegetatiuã super corpoream formam:in quoquomodo animalia uocantur:atq; alterius generis a lapidibus seu mineralibus:& i eo modo super uegetatiuam addita sensitiua:aliud genus fit:& eueniente itellectiua anima super sensetiuam:etiam aliud genus proprie loquendo.& quod non solum per species plante a mineralibus & sensualia a plantis & homines a sensualibus differamus in ordine generandi:patet.Quoniam assumptis duabus speciebus sub uno & eodem genere simul concurrendo:aliquid sibi simile generare possunt.sed plante cum mineralibus nullum sibi simile generarẽ possunt:nequidem sensualia animalia cum plantis:nequaquam homo cum brutis. ¶ Et cogitatiua simpliciter est eiusdem generis:atque speciei cum sensitiua anima uel sensibus interioribus :homines sumus alterius speciei atq; generis a brutis:proculdubio constat cogitatiuam non esse ultimatam formam nostram. ¶ Sed quid in hoc contra auerroym insistendum est?cum nullum fundamentum:nullum uerisimile in hac imaginatiõe assumpsit:nisi ad ephesios loquendo:tãquam a casũ cogitatiuam posuit:& quod ad ehpesios ipsam imaginaretur:probatur.quoniam si cogitatiua ẽ forma addita super sensitiuam:ut auerroys inquit necesse est concedere cogitatiuam animam esse.unde male antiqui & moderni posuerunt in distinctione animarum.Quoniam tres animas proprie dictas tantum assignauerunt:uegetatiuam:sensitiuam:& intel

lectiuam.nam augmentatiua & diminutiua & ſimiles:uirtutes ſubſeruientes uegetatiue ſunt.motiua ue
ro ſecundum locum in modo greſſiuo:uirtus ſubſeruiens uegetatiue.appetitiua:& generatiua: ſiquidē
digeſtiua & expulſiua utriſq; iſtarum animarum ſubſeruiunt. Intelligere & liberum uelle itellectiue ani
me attinet.quocirca tres anime proprie dicte:tātum inueniuntur.cogitatiua per auerroym res addita
ſuper ſenſitiuam conſtat animam per ſeipſam eſſe:quod ab omnibus ſapiētibus negatur . ſed ponatur
pro nūc:quod anima ſit.ubinam ſunt potentie eius:ſeu uirtutes ſubſeruiētes.quoniam unaqueq; ani
ma pleraſq; potentias habet:ut uegetatiua potentiam diminuendi & augmētandi:ſenſitiua habet po
tentiam mouendi & generandi:& plures habet ſenſus interiores atq; exteriores.intellectiua anima ue
ro tres continet potentias:uidelicet:intellectum uolūtatem & memoriam.cogitatiua enim nullam po
tentiam:nullam uirtutem ſubſeruiendi habet. Vnde conſtat animam eſſe non poſſe nō animam: ergo
non potentiam additam:ſuper ſenſitiuam.nam id quod ultimata forma eſt in aliqua re:nil amplius ſu
per ſe concedit.nam quamuis aliquid ibi eueniat:illud aliquid tanquam paſſio propria ſe habet : non
autem ueluti realis forma.nā riſibilitas noſtra atq; humanitas non ſunt res poſitiue: tanquā reales per
ſe aliqualiter manentes:aut habentes propriam naturam.niſi quod proprietates anime & corporis ſi
mul unite ſunt.ſed cogitatiua non eſt proprietas niſi forma:tanquam principium per ſe ad componē
dum hominem:concurrēs principium per ſe reale.ergo anima:anima ultimata hominis:per quam ho
mo in hac ſpecie conſtituitur.ergo nulla alia intellectiua anima aut alterius conditionis ſuper cogita
tiuam euenire poteſt:euenit:ut per omnes conceditur:igitur cogitatiua non eſt ultimata forma homi
nis:nequidem ualet inferre intellectiuam non manere in homine:tanquam formam niſi exiſtentem ue
luti nauta in naui:quoniam hoc apocriphum eſt:aut ſub pia fide tenendum.nam ſi a natura hoc dare
tur etiam in plantis ſuper uegetatiuam daretur aliqua uniuerſalis anima ibi exiſtens:& in brutis pari
ter.ſuper ſenſitiuam aliqua uniuerſalia exiſtens anima non datur aut non aſſignatur per auerroym:pa
tet inſufficienter opinionem ſuam poſuiſſe:aſſerēdo ſuper ultimatam animam hominis ſiue propriam
formam:aliam animam exiſtere:non ſe habentem tanquam formam. ¶ Tandem ſi opinionem auer
roys accipiemus:dicendum erit:hominem eſſe animal cogitatiuum.quia affirmat cogitatiuam eſſe no
ſtram propriam formam:& iſta opinio maniſeſte eſt erronea.Et ſiquis dicet:ꝙ etiam cogitatiua intelli
git eſt falſum:quoniam cogitatiue competit cogitare & non intelligere:ꝙ ſicut intellectui nō compe
tit ſentire:ita nec ſenſibus intelligere. Vnde neceſſario opus eſt:ꝙ per intellectum & non per cogitati
uam intelligamus. ¶ Omnis quiditatiua diffinitio aſſumitur ab ultimata forma:nos diffinimur per i
tellectuales ut ſententia omnium ſapientium comprobatur: concedendum eſt ultimatam formam no
ſtram intellectualem eſſe:atq; ſpiritualem:non enim cogitatiuam: nequidem corpoream. ¶ Vlterius
duo principia potiſſime per auerroym poſita:aſpicienda ſunt.alterum eorum ſiquidem eſt:ꝙ talis uni
cus intellectus ſit eternus :ingenerabilis:& incorruptibilis.alterum uero:quia non tanquam forma in
hominibus:niſi aſſiſtens ueluti nauta in naue ſe habet.his duobus principiis poſitis diligenter excutien
dum eſt:quid de ipſis in modo intelligendi oriri poteſt.taliter decurrendo:in eterno: ingenerabili:& i
corruptibili non datur magis & minus:ſub quo ordine neceſſe eſt:uniuerſalem intellectum ſemper de
preſenti actu aliter intelligere:& in preſentialibus cōceptionibus:nullam imaginem ſeu figurā edifica
mus:ut in uiſione noſtra patet:quoniam dum preſentialiter res aſpicimus:nullam figuram de ipſis agi
mus.in intellectionibus noſtris plures occurrunt ſpecies ſeu figure:ſequitur:itellectionem noſtram nō
emanare ab aliquo unico intellectu.omnia in actu intelligente non intelligit:omnia in actu:igitur nō
eternus:non omnino unicus in omnibus. ¶ Et dum dicitur in modo aſſiſtente in nobis ſe habere ad
huc hec pars potius pro nobis eſt.quoniam in tali ordine manendi in modo conſiliario ſe habet. con
ſiliarii enim non per diſcurſus:non per imagines : niſi immediate atq; maniſeſte impendunt conſilia:
que impenſuri ſunt.unde poſito:intellectum tanquam aſſiſtentem in hominibus ſe habere : neceſſe eſt
per prius ea que ſcit cum prima potentia corporea uel ſuperiori communicare:ut cum cogitatiua uel
fantaſia deinceps per gradus deſcendendo uſq; ad exteriores ſenſus deueniret:quod eſt contra inten
tionem ariſtotelis. ¶ Quum ipſe dicat:nil in intellectu:quin prius fuerit in ſenſu .& ſi intellectus tan
quam aſſiſtens ſe habet:oportet per uiam conſiliandi in primis cum cogitatiua:ſi ipſa eſt ſuperior po
tentia:cōmunicare.nam dum in modo conſiliandi procedemus in conſiliatoribus incipit conſilium:&
per gradus ad ultimos conſiliatos deſcendit. ¶ Amplius ꝙ talis intellectus uniuerſalis de mente ali
cuius probi philoſophi:ueluti platonis nequidem Ariſtotelis ſit palam comprobatur:dum an contin
gat nobis ſcire uel reminiſci:decertabant. Vnde negant ambo aliquem eſſe in nobis intellectum : om
nia in actu ſcientem.quamuis plato preſupponeret:animas rationales que nunc ſunt in nobis alias eē
in aliis hominibus.Et tamen in ſeparatione & aſſumptione ad celum fuiſſent oblite:de his que ſciebāt.
tandem plures aſſerebat eſſe animas.Sed ſi unicus intellectus ſemper in omnib9 hominibus in actu exi
ſtens:eſt impoſſibile aliquid obliuiſci.Et ſic patet qualiter non fuit ſententia platonis de ſimili itellectu
auerroyſtico. ¶ Ariſtoteles ſiquidem in hac diſputatione:ubi diſtincte de ſcire agit:aſſerit ꝙ contin
git nobis ſcire:tamen ab intrinſeco inquit:ſcire in potentia que potentia uniuerſalis uocari poteſt:co

q ab intrinseco & in omnibus hominibus:tamen nunquam talis potentia intellectus ab aristotile denominatur. ¶Preterea de unitate intellectus agendo:animaduertendum est:quia ponentes ipsum tanquam potissimum fundamentum:adducunt ad intenententionem suam probandam:quod uniuersale intelligimus & particulare sentimus. Vnde hoc posito & concesso:aliqua uidetur esse presumptio intellectum hominum unicum atq; uniuersalem esse:eo quod ad similitudinem etiam uniuersalia itelligit:nō autem particularia.tandem quod semper particularia sentiamus:& uniuersalia intelliganus:tanquam falsum & ab hominibus inexpertibus positum negatur. Vt de mente ipsorum similia ponentium facile probari potest.quum ipsi concedant:atq; affirment:bruta animalia intellectu carere:nihilominus multa uniuersalia siue in modo uniuersali concipiunt:gratia exempli.omnis gallina habet uniuersalem cognitionem dicentem:obseruandi sunt pulli a miluo:non ab hoc miluo solo immo a quocunq; . omnis ouis talem acquirit communem cognitionem:esse fugiendum omnem lupum:tandem ouis & gallina intellectum non habent:nihilominus per uiam sensuum cognitionem uniuersalem acquirunt . quamobrem interioribus sensibus sepissime uniuersaliter sentimus:aut cognitiones communes acquirimus. quamuis omnis sensus particularis est.& quia sensus talem habet prerogatiuam : ad sentiendum tum uniuersaliter & tum particulariter.intellectus quoq; ad intelligendum uniuersaliter & particulariter deus creatus est.

¶Quod anima nostra:licet incorruptibilis sit:cum humano corpore coniungi potest. Cap.lxv.

¶Quamplures dubitauerunt in nobis intellectualem atq; incorruptibilem animam esse:ita opponentes:si corruptibile & incorruptibile plusq̄ genere differunt:cur igitur ad unam unionem conuenire possunt:si uolumus penes naturalia merita loqui:ac rem ipsam explicare. ¶Nos uero pro maiori ampliatione ab ipsis aliud dubium interrogabimus:hoc est:quonam modo ignis & aer:quum adeo sint aque oppositi in unam compositionem secum concurrant atq; conueniant:& quod in omnia composita corpora concurrant:sensibus innotescit. Insuper de natura ignis est ī sublimi sphera quiescere: & de natura aeris prope ipsum manere:Aque uero & terre infima obtinere.& semper ipa elementa reuoluta perspicimus:tum aliquem ignem & aerem hic inferius:tum & aquam & terrā superius. Quoniā uero hoc ipm assiduo fit:de naturali ordine esse dicimus:eo quod incessanter nec uoluntario nisi naturalibus cursibus productum:quod si petitur qua ratione hoc fiat:aut unde ortum habeat : nos quoq; dicemus:quenam causa sit:quod ignis sit calidus & aqua humida.& si sunt cur non econuerso.uerū in simili responsione necessario deueniendum erit:ad prime cause uoluntariam ordinationem . Vnde dicemus deus optimus & pater omnium est:& semper in melius opus suum peragit:Iccirco causa perfectionis huius mundi ipsum de uariis creaturis repleuit:& q̄uis in originibus suis multe sint diuerse: dimissis suis extremis uel intrinsecis proprietatibus:per quas recte diffiniri possunt : cum multis aliis conuenire queunt:sicuti habemus:quod deus omnipotens dat cunctis creaturis dependere:& quod ipse infinitus sit:& creature finite:& inter finitum & infinitum penes naturam non uidetur posse equam proportionem assignari. ¶Angeli seu intelligentie secundum aliquos philosophos ad mouēdum celos sunt deputati:pariter & alii ad diuinam contemplationem & interdum ad hominum custodiā. ¶Celum quum sit altissimum & īcorruptibile causa utilitatis istorum inferiorum: cum ipsis irradiando concurrit. ¶Elementa inter se contraria sunt:ac diuerse speciei ab animalibus:que tamen assiduo inuicem componuntur:& denuo compositis fauent. Nos homines cum brutis:plantis: lapidibus : metallis: atq; aliis similibus conuenimus:q̄uis & specie & genere differamus:que quidem omnia pro multorum beneficio naturalia sunt:quia aliter minime potuissent esse animalia. Quoniam uero bona sunt merito a natura uel deo ordinata:& quemadmodum uniones inter corpora uidemꝰ:de animabus cum corporibus dicetur. In nobis enim animas esse effectibus cognoscimus:& quatenus hoc fiat:nisi diuina ordinatione nescimus. Sed quod bonum sit cognoscimus:quippe quod animalium corpora per se pauci ualoris sunt. Vnde asserimus:quod prima causa in hoc mundo uel in terris:animal perfectum siue hominem:super aliis animalibus statuit.& quia in corporeis uirtutibus nequimus omnibus aliis administrare atq; subiicere:decens fuit & natura necessarium:quod animam incorpoream nobis preberet:nō quod alterutrum cōuertantur:nisi quod simul maneant:& anima semper tanq̄ perfectio.& quia ad gubernandum in unione humani corporis est procreata:absq; eiusmodi unione non potest sibi suum ultimatum ac perfectum finem uendicare.si enim intelligentie celum non mouerent:aut deum non contemplarentur:suis perfectionibus carerent:quum sint ad hocipsum producte. Quocirca dicēdum est: quod anima nostra:licet ab humano corpore alterius nature sit:oportet quod secum uniatur : ut suo fungatur officio.tandem quia de uaria natura quanquam diu simul degant:nunquam inter se perfe-

cte noscuntur:licet palam in nobis corpus & animam esse sciamus. Sed quia sensibus ceterisq; potentiis patet:nulla alia probatione indigemus. ¶ Attamen nõnulli fortasse inferent:quemadmodum tu ponis:non repugnare:quod particularis anima incorporea & incorruptibilis cum corpore generabili & corruptibili uniatur. Nos similiter asserimus:nullam esse repugnantiam : quod unus uniuersalis & eternus intellectus:cum quibusq; hominibus ad ipsos gubernandos uniatur . Sed ad hanc obiectiõem multipliciter respondere possumus:& primo asserimus:ꝙ cõmune bonum prestantius est q̃ in uno solo particulari:& iccirco si plurime anime sunt:earum quelibet in seipsa est intelligentia incorruptibilis & imortalis. Intellectus autem quem tu agentem & cõmunem uocas:nil aliud est in se q̃ id:quod de quacunq; anima dicimus. Quoniam & ipse intellectus quo ad se similiter est particularis:& plura particularia bona multo magis ualent:q̃ unum solum bonum eiusdem speciei aut generis:& sub hac conditione deus in cunctis generibus & speciebus particularium multitudinem procreauit:& mundum nõ de una sola re:sed de multitudine atq; uariis congregauit. ¶ Preterea in qualibet re proprium seu ĩtrinsecum bonum laudabilius est:q̃ bonum extrinsecus manens:tanquam a casu applicatũ . Maior enĩ de intrinseco:q̃ extrinseco bono naturaliter habenda est cura. Quamobrem si unus solus itellectus & eternus pro cuiusq; hominis administratione datur : huiuscemodi administratio nequaquam est sibi propria:nec naturaliter assumpta:ut probatur . Nam ipse uniuersalis intellectus uel bene uel male administret:nequicquam in dignitate uel gloria sua ascendit:aut declinat. Et sic non dicimus nec licitũ erit dici:intellectum eternum ad inferos iturum:dum aliquis homo male uiuit. Et quum ad bonum uel malum minime paratus sit:penes opera que in hominibus agit:cum ipsis repugnat natura uniri . Et quod recta aut rationabili linea non uniatur:latissime patet. Quicquid enim natura in nobis tanq̃ aliquod fundamentum manet:ponendo inferiora:necessario danda erunt superiora. Vt si dicatur: homo est:igitur substantia est. Sed dicendo corpus est:uel animal est:non sequitur ergo homo est : nequidem dicendo homo est:ergo uniuersalis & eternus intellectus est : pro sua administratione deputatus . hic enim nec propinqua subalternatio est:nec longinqua:nec eiusdẽ speciei specialissime. & quia hoc non datur:probari non potest:quod necessario sit:nec quod sine repugnantia unio inter ipsum intellectũ uniuersalem & homines fiat. Particularis uero intellectus quem nos esse testamur ad intrisecam & propriam administrationem:cum corpore copulatur. Quocirca de operibꝰ totius hominis:gloria uel supplicium in ipsius itellectus beneficium aut iacturam resultat. Quoniam autem bonum uel malum operari sibi soli attinet:necessario seu naturaliter assumptum debet de corporea unione & eiusdem gubernatione assiduam atq; intrinsecam curam nauare. De intellectu uero uniuersali agẽte longe aliter sentiendum est. Non enim proprie ab eo gubernamur nec tanquam a naturali fundamento:nequidẽ per primam dependentiam originamur:utpote a sublimi causa. Nam si causa prima esset:tunc sequeretur: homo est. ergo intellectus agens & uniuersalis est:sicut conceditur si homo est:igitur deus est:q̃uis super naturam nos producat aut creet:sine quo tamen nil prorsus esse potest . Sed de altero uniuersali intellectu ad gubernandos homines deputato:nulla quidem necessitas nec ratio natura nec super natura protenditur:q̃plures uero de particulari intellectu necessitates. Necessario enim conceditur : si homo est:igitur rationalis seu intellectualis. Homo est:ergo intelligens particularis. Non tamen homo ẽ: ergo uniuersalis intellectus intelligens est. & sic facillime ac manifeste probatur:qualiter nõ repugnet: quod particularis intellectus cum particulari corpore:tanquam ad intrinsece & proprie operandum uniatur. & repugnat posse uniuersalem intellectum uniri. ¶ De uia siquidem unionis inter corporeum & incorporeum naturaliter assumendo:in uno solo indiuiduo iam superius agendo:ꝙ celum saltem de anima intellectiua animatũ non sit:satis explicauimus. Vnde causa multitudinis depurationũ corporis hominis:potest cum ipso anima intellectiua atq; incorruptibilis uniri.

¶ Qualiter anime nostre ex nouo adiscunt:& nil de antiquis recordantur. & ex hoc unus potius q̃ alius adiscit:& scit. & multas ueritates scimus : non tantum in uerbis: immo & intrinseca cognoscimus. & in modo sciẽdi seu narrãdi:atq; in sentẽtia alter ab altero differimus. Cap. lxvi.

¶ Quidam sequentes pythagoricam opinionem:causa saluandi ipsam:ubi opponimus:quod recordari anime deberent de his que in aliis corporibus antiquitus egerint:asserunt:ipas nondum esse purgatas seu ab aliquibus indumentis ignorantie expoliatas. quam uero ignorantiam siue indutiões :descendendo ex celo aplanis ad habitationem nostram assumpserunt:per septem alios celos transcẽdo. & tamen post uarios cursus seu per mansionem in diuersis corporibus ab omnibus ignorantiis siue indumentis:que acceperint purgantur:& tunc de omnibus que in celo aplanis ante unionem corporum agebant:meminisse dicunt:pariterq; de operibus que in quocunq; corpore particulariter opera

te fuerint.& ad probandum suam opinionem:aliquam presumunt experientiam adducere :asserendo:
q :od quidam homines iam ab antiquo recordabantur:quod in aliis etatibus eorum anime in aliis cor
poribus stetissent:& de operibus que agebát. ¶Sed contra hanc sectam multa ac diuersa prompta
sunt:& primitus ita iuxta illorum regulas procedendo dicimus.Si anime per uaria corpora ad habitã
dum transeunt propter habitationum multitudinem ab omni ignorantia purgãtur.Vnde fit quod de
quocunq; preterito in aliis etatibus & corporibus exacto recordentur:cur iam tanto tempore omnes
anime non sunt depurgate? ¶Preterea si ab antiquo iam homines inuenti sunt : qui purgatas ani
mas haberent:qua de re nunc eedem anime in corporibus quibus nunc manent :non reminiscuntur:
& alii quamplures qui ab antiquo nondum purgati erant:nequaquam sunt his temporib9 depurgati.
¶Contra experientiam quam adducunt:quod aliqua abscondita ab antiquo dixerint si qui purga
tas animas habebant,respondetur:quod hec & his similia a spiritibus malignis aut ab angelis bonis se
pe reuelari solent:ut querentes thesaurum ex aliquibus lapidibus siue carbonibus coopertum :ubi effo
diendum sit prenosticantur.hi uero non presumunt uidisse ista in aliis corporibus manentes:nisi quod
a libris uel spiritibus didicerit. ¶Amplius si hoc uerum esset : necessario indies unaqueq; anima po
tius in ultimis corporibus q̃ in primis recordaretur:quum non dicant ista opinãtes in una die animas
esse purgatas:nisi tantum in pluribus:& per continuam transitionem de corpore ad corpus: Vnde pa
tet:quod si penitus non recordaremur:iam in etate nostra per magnam discursum omnino anime ual
de recordarentur de iis:que in aliis corporibus egerint.Sed quia minime recordamur opinio tãquam
falsa penitus obiicienda. ¶Demum hec experientia quam ab antiquis elicere uolunt : eadem aut pa
rum distans uidetur ab auerroystica opinione:asserente:in quibusq; etatibus aliquem hominem esse cũ
prima causa coniunctum:seu intellectum suum possibilem particularem cum intellectu agente uniuer
sali:& quod tunc sine aliquo discursu scit omnia:de quibus uero sapientibus unum uidetur inferre esse
aristotelem:& felices denominat.Sed quod hoc sit econuerso apparet : quandoquidem multa aduersa
aristoteles passus est:presertim in ultimis dierum suorum.& auerroys uult: quod iam fuerit cum intelle
ctu agente coniunctus.Et similiter asserentes de quacunq; recordatione post animarum purgatiõem:
inquiunt:quod erunt homines in hoc mundo felices. ¶Et sic per uarias uias cognosci potest : quali
ter anime nostre nunq̃ in hoc mundo manentes felices sint:nequidem recordentur in aliis corpori
bus alias habitasse. ¶Alia circa his similia inuenitur opinio:licet ab hominibus potius ignorãtib9.
Tandem dicunt:quod puerorum anime multa de deo aliisq; sublimibus sciunt:sed quod tantũ de sub
limibus obliuiscantur:quantum de his infimis adiscunt.Vnde fit quod in eo instanti infusionis anime
in corpore:ipsa anima est doctior:& per gradus descendendo seu ambulando sit ignorantior.Verum
hoc natura stare nequit.Scientia enim non confundit scientiam:intelligas quin de ipsa recordemur:&
sic quanto anima sit in diuersis expertior:tantomagis a natura indies potest de celestibus ac terrestri
bus scire.Quod si rationalis anima eo puncto quo creatur:humano corpori infunditur : nihil potest
ante infusionem scire.Nam creare & in corpore infundere opus dei uel nature est ; non autem ipsius
anime.Iccirco de illo quod ipsa non agit:nec sibi attinet:non competit meminisse. Et quod ita sit sa
tis experientia concipere possumus:quod in natiuitate nostra omnes homines tandẽ doctrinam osten
dimus:tamen parua est aut nulla. ¶Quamobrem super tali argumento recte aristoteles inquit:intel
lectus noster in principio se habet tanquam tabula rasa in qua nihil est scriptum:& tamen possibile ẽ
in ea scribi. ¶Et in hoc loco infusionis anime:maxima inter platonem & aristotelem differentia uer
satur . Aristoteles enim nollet quod anime aliquod scire habeant:eo primo instanti quo in membris
uniuntur:tamen quod habiles ad sciendum. ¶Plato uero uult quod in principio infusiõis animarũ
omnia sciunt:eo quod ueteres sunt & forsitan in uariis corporibus steterunt.Sed quod non recordan
tur: ¶Et de hac platonis opinione:& altera aristotelis aut saltem auerrois scilicet:quod unus intelle
ctus agens:atq; incorruptibilis:tantum in omnibus hominibus detur : plura mala inter humanos in
gressa sunt.Nam neq; hoc neq; illud ad particulare hominum beneficium siue supplicium congruere
potest.Et quia unusquisq; nostrum particularis est:& particulariter bonum & malum operatur : decet
unumqueq; particularem animam habere:non autem cõmunem cum pluribus aliis qui fuerũt : sunt &
erunt.Quoniam si anima mea erat in aliquo antiquo bono:nunc est in me qui deterior sum:& in futu
rum in aliis peioribus habitatum uenit:quo pacto se habebit.Quandoquidem per unum corpus ĩ quo
habitabat:gloriam meretur:& per aliud supplicium.Quapropter iuxta naturam decet : quod unaque
q; particularis anima in uno tantum corpore particulari moretur:non autem in pluribus.pariterq; de
auerroystica opinione hic intelligendum.si enim per unum intellectum uniuersalem tantũmodo om
nes homines intelligimus:& particulares intellectus incorruptibiles non habemus:nullum bonum : ne
quidem malum proprium siue meritorium agere possumus:quod a natura & lege odiosum. ¶Et hic
rursus procedendo:aliquid de hac platonica opinione dicemus:eo quod in ipsa plures errare solent:
Veluti asserendo:omnes homines in re equaliter scimus:sed in modo narrandi circa ea que scimus dif

ferentias ponimus. Attamen que unus scit: eadem omnes. Verum quandoq; hec anima citius recordatur: & alia tardius: eo quod ista per actus membrorum atq; sensuum in quibus manet: uidet: & altera in mansione sua non uidet. ℂVlterius sepe inquiunt de ueritate nihil scimus: nisi quod in modo narrandi scire uidemur. & quod nullam prorsus ueritatem sciamus: probatur. quia sepe nobis uidetur quẽ quam auctorem audiendo: quod ipse sinceram uel meram ueritatem narret: & alius aduenlẽs alteram ueriorem rationem adducit. ℂAt nos aliquid contra has opiniones dicemus: & primum in qua asseritur: quod anime nostre omnia sciunt: & nihil eis contingit ex nouo scire: nisi tantum reminisci de iis: que alias in celo & in terra atq; in animalium corporibus manendo intellexerint. ℂEt tali modo dicimus recordari seu reminisci semper esse de iisdem uerbis: que discimus: seu de aliis operationibus & locis in quibus operati sumus: ac de sociis cum quibus eramus. Quod si huiuscemodi condictionibus careremus: falsum est nos reminisci. ℂTu dicis quod de iis que in aliis etatibus atq; corporibus manẽdo anime nostre reminiscuntur: nullam sic uel sic ostendunt de his condictionibus reminiscentie competentibus: Igitur falsum siue erroneum a natura: quod anime nostre reminiscantur eorum: que in aliis etatibus egerint. presertim quod anime seu spiritus: qui ad alienos homines ingredi solent: quos spiritatos uocamus: de iis que in primis habitationibus egerint recordantur. Dormitio cum morte aliquam habet similitudinem: uigilia uero cum uita: & dum dormimus: de pluribus que uigilando egimus: recordamur: & uigilando fere de omnibus que dormiendo somniauerimus: reminiscimur. Et quum potius hec uita cum altera preterita conformetur: q̃ cum dormitione & uigilia: si anime nostre in aliis temporibus operate fuissent anteq̃ in nobis essent coniuncte: itidẽ recordarentur. ℂEt ubi arguitur: quod dum aliquod nouum audimus: cito ac facile ipsum concipimus: eque ac si alias idipsum sciuissemus: hec utiq; friuola sunt. Nam quo pacto a natura apti esse possumus ad sciendum: si ea que sentimus: tanquã uera uel falsa non concipimus: q̄uis alias ipsa non audiuissemus. ℂVlterius si tantum de his que in aliis etatibus anima nostra sciuit: reminiscimur: Cur multo facilius concipimus ea que hic uiuentes audiuimus licet obliti simus: q̃ alia que in uita nostra non audiuimus. Quoniam si tãtum hoc & illud est reminisci: pariter quecunq; uideremus uel audiremus conciperemus. ℂCõcedamus: quod causa mortis aut separationis inter animam & corpus: anime aliquod assumant impedimentum: ueluti contingit iis qui ex alto super caput aut pectus cadere solent: quod per aliquas horas aut dies absq; sensatione manent. & de iis que in eo tẽpore eis contingunt siue de modo cadendi nil tãdẽ reuiuiscẽtes recordãtur: nisi quod tantum optime reminiscuntur illorum: que ante casum illum egerint: ac si nunq̃ eiusmodi mortificationis casus contigisset. & parimodo anime nostre recordarentur in his corporibus existẽtes: de operibus siquidem que ĩ aliis corporibus egerint: dum sana corpora ipsa manebãt: q̄uis non recordarentur de tempore mortis: causa: quod maxima ibi cõfusio extitit. ℂAd alteram opinionem quod nil de ueritate scimus: nec potius unus q̃ alius sciat: palam utiq; contra sensuum experientiam proceditur. Quoniam ueluti in uerbis differimus: ita & in sententiis seu modo cognoscẽdi discrepamus: quũ uerba ad extra pronunciata: sint signa de scire nostro seu intrinseca determinatione uel uoluntate nostra. & quoniam extrinsece differimus: patet: quod etiam intrinsece. Et quod nihil de ueritate sciamus: erroneum est: quia scimus bonos esse cibos & potus: ad corpora nostra preparanda contra famem & sitim: & uestes itidem atq; edificia contra frigus & calidum. & quod totum corpus hominis sit maius q̃ sola eius manus: pariter & alia multa scimus. ut uaria edificare: assumendo ab isto & ponendo in illo. Si autem infertur: quod ultimam edificandi perfectionem ignoramus: ex eo quod in dies forsitan ad perfectionem aliquid addi potest: ex hoc non sequitur quod non sciamus ueritatem edificandi: atq; perfectionem penes ea que humanitati nostre attinent. Nam que nobis sufficiunt quo ad naturalem ordinem assumendo: & circa legis obseruationem. res utiq; perfecte seu ueritates nostre sunt: nam uaria ad placitum seu quo ad fantasiam edificare parua aut nulla est humanitatis perfectio. & q̄uis ultimum modum perfectionis edificandi ignoremus: plures gradus ueritatis scimus: & forte ultimum. Quandoquidem unaqueq; ars in perfectione gradus determinatos habet: sed tamen sub eadem perfectione alias quamplures ac diuersas edificationes agere possumus. & quia bonum edificare scimus: uerum cognoscimus: quum bonum & uerum conuertantur. ℂVlterius dum infertur: concesso: quod ad extra sensibus patentia cognoscamus: de intrinsecis aut absconditis nihil scimus. respõdetur: quod eo modo quo uerbis corda hominum abscondita cognoscuntur: ita & omnia alia per exteriores effectus emissa penitus abscondita cognoscimus. & quod quecunq; in mundo sunt recte non cognoscamus: nõ ex hoc arguitur: quod multa alia nesciamus. Neq; si penitus unãquãq; rem ignoramus: quod aliquid de ipsa non intelligamus. Quoniam unaqueq; res in se uarias proprietates complectitur: Ideoq; alteras earũ scire possumus: & alteras ignorare. ℂDemum unde similes opiniones ortum habeant: aut quo colore inuente sint haud parum admirandum: quum nil rationi congruere uideantur. que enim sic uel sic sensibus patere nequeunt: non sunt nostra iudicanda. Nam omnis nostra scientia per effectum sensuum aliquod initium habet: & quod anima hominum nunc sit in uno corpore seu animali ad habitã

dum:& postmodum in altero nulla quidem experientia ostendi potest.nisi potius ecōuerso: in his que
intrinsece atq; extrinsece sentimus.& quod unicus intellectus eternus atq; uniuersalis sit ī omnibus ho
minibus:contra sensualitatem & intellectionem nostram adductum est.

¶ Quonam pacto in pluribus fundamētis magnus numerus auctorū una cōueniūt:
& q nō semper ita dissentiūt:dū dissentiūt:ueluti in uerbis apparet. Cap.lxvii.

¶ Viso in superiori capitulo de nonnullis ponentibus:quod nullam scimus ueritatem:nisi tātū opi
nionem cum aliquo colore ueritatis:prosequēdo etiā de similibus fantasiis:aliqua dicemus:tū ab anti
quis:& tum a modernis tradita:licet quod moderni similia ponentes:minus quam antiqui aberrare ui
dent.aut qd fortassis reprehēsores antiquorū:ponētiū similia nō enarrāt opiniones ueluti ab auctori
bus earū posite sunt. ¶ Aristoteles siquidē ī methaphisicis uidet reprehēdere quosdā:asserentes:affir
matiōes & negatiōes circa idē elaborare:aut idē esse.ut ueluti dicēdo:est homo:& est nō homo:addu
cit uaria cōtra similes.sed forsitā hii ātiqui nō asserebāt:qd hō & nō hō fuissent idē:nisi qd cōueniebāt
in hoc termino homo.& in affirmatiōe:uidelicet in hac copula est.& qa ē uī semp sonat affirmādo:tā
quā de re positiua:nō āt de nō ente:sub hac apphēsiōe antiq poterant imaginari adhuc sub hoc termi
no:uidelicet:est nō hō:significat aliqd positiuū:eo qd ibi applicat affirmatio:& de nō ente nō est affir
matio:uñ negatio & affirmatio cōueniūt ī affirmatiōe:uñ ablato illo medio iter ē & hō:idest nō: affir
matio & negatio sunt idē simpliciter.uerūtñ duo cōsiderar debuerūt.primū qa nō eē petit affirmatio
nē positiuā:eo qd p se nō ualet ad ostēdēdū neq; nō oñdēdū aliqd.uñ oportet ut cognoscat qñ de eē
& qñ de nō esse loqmur:affirmationē sup hoc & illo apponer:idest:sup itētiōes nostras atq; uerba:ut a
nobisipsis & ab aliis itelligamur:qñ de re & qñ de nō re loqmur. ¶ Secūdū qd cōsiderare debuerant
ē:qa iuxta cōsuetudinē loquēdi ꝓcedēdū sit:ut nō tm̄ a nobisipsis sed ēt ab aliis intelligamur. & qa de
cōsuetudine habet ubicūq; hic termin9 nō reperit:quāuis sit cōiūctus cū hac copula ē:affirmat de nō
ente:nō cōuertibiliter cū nō ente:sed est nota:p nosipsos posita:qd nō est ī re illud quod denominare
uidemur. ¶ Preterea de opinione pithagore dr fuisse:qd ueritates tm̄ assumerent iuxta diuersas opi
niones.uñ si un9 nñum dicebat:de9 ē oīpotēs:& hō aīal rōnale:& alius asserebat nō est de9:hō nō aīal
rationale:opinio uniuscuiusq; istorum erat ueritas apud ipsum. ¶ Attñ si talis ergo opinio eius erat
manifeste falsa.qm̄ aut qd de9 est oīpotēs:aut qd nō est oīpotēs:hō est aīal rationale:aut qd nō est ani
mal rōnale.& qd un9 affirmet:quod sit & alius quod non sit:nil propter hoc in re ipsa mutari pōt : &
ueritas similitudo adequata cum re de qua agimus est:& esse & non esse nullaten9 possunt cum una &
eadē re sub eadē natura adequari. ¶ Sed fortassis opinio pithagore eadē erat cū opinione aliquorū
modernorū:& hoc potius cōsonare uidetur. ¶ Que opinio talis est:dicūt enim nullam scim9 deter
minatam ueritatem:sed opinionē coloratā sub aliqua similitudine ueritatis:& qd ita sit:probat:ab anti
quo uenerabat tāquam uera opinio anaxagore:democriti:& aliorū similiū.postmodū eueniente socra
te & platone:inceperunt cessare opiniōes aliorū antiquorū:& cessabāt:quia non uidebant amplius ue
ras esse:cū opinione socratis:& platonis:comparatas.Deinceps accessit aristoteles:& posuit saltem in
aliqbus maiorē similitudinem:quam socrates & plato agebāt:aut qd melius narrabat:uel probabat ea:
que dicebat.postmodū plures cōmentatores super hos antiquos euenerunt:& unusquisq; tanquam ue
rus habetur:quousq; alius subtilis eueniat ¶ Durat opinio aristotelis tanquam uera:& cōmētatio ali
cui9 cōmentatoris super ipsum:eo quod alii non reperiuntur:qui cum maiori sufficientia in naturali
bus dicant:sed melior auctor dum reperiretur:opinio aristotelis tanquam falsa haberetur.& cum inter
philosophos exemplamus:in omnibus facultatibus intelligendum est : sub qua experientia dimittendi
sententiā istius:que tāquam uera uenerabat:& assumendi aliam:que maiorem uidet habere colorem:
nonnulli moderni inquiunt:nullam scimus ueritatem:nisi tm̄ coloratam opinionē:sub similitudine ue
ritatis. ¶ Verūtamen quamuis hii aliquā adducant experientiam ad opinionem suam fortificandā:
nō ex hoc sequit:quod uera enarrant.& ut facilius ea que dicimus ab omnibus hominib9 agnosci pos
sint:eadem exempla que hic capiunt:& nos capiemus:uidelicet de anaxagora:de platone:aristotele:&
de omnibus aliis probis auctoribus:tam religiosis:quam irreligiosis:nam nulla est differentia inter re
ligiosos quod sit deus:& non sit:nequidem inter religiosos & irreligiosos stat disputatio an mūdus sit
neque unus philosophus asserit:quod homo sit animal:& alius non sit animal.ita quod omnes sapien
tes in fundamentis saltem sensibilibus penitus conueniunt:sed postmodum agendo de proprietatibus
ītrisecis:q palā nō cōprehēdunt a sensib9 īcipit disputatio atq; dissensio.sed nō ex hoc ē dicēdum: qd
nullā scim9 ueritatē:sic uel sic assumptā qm̄ hoc ē uerū simpliciter:iste hō ē hō:iste equus ē equ9:hic co
lor alb9 ē color:hic color niger ē color:& uerū dicēdo de9 ē:mūd9 est:hō ē:equ9 est:color ē.sed ī oīb9
istis aut ī quocūq; ipsoꝝ plura cōcludunt:q nō cognoscunt a nobis simpliciter.uñ querēdo ueritatē si

millũ sepe dissentim9.& null9 nrum simpliciter i oib9 simplicẽ ueritatẽ scit.si a deo oipotẽti ei nõ reue laret: licet quod absq̧ hoc:ut uisum est:alias in fundamentis scimus ueritates saltem in sensibilibus: & improprietatibus quoq̧ seu in absconditis sensibus in plurimis omnes sapientes una conueniunt. Vnde non est asserendũ unumquẽq̧ auctorem opinionem distinctam ab omnibus aliis auctoribus habere:nisi in aliquibus tantum. ℂLicet quod ubicũq̧ in opinionibus dissentimus:parimodo nobis uidetur in ueritatibus dissentire:& unusquisq̧ opinione suã habet:tãquã uerã:alias siquidẽ icertas. ℂEt super similes uarias opiniones forsitã pythagoras fundabatur:non quod ipse iferre uellet:simplicem ueritatẽ.in quacũq̧ opinione manere:secũdũ rẽ:sed de fantasia tantũ auctorũ loquebat̃: eo quod unusquisq̧ posita ab ipso habet tanq̃ uera:& nil aliud circa facultatẽ uel rẽ illã. Vnde fit quod ueritas per quã honoramur:uituperamur:saluamur:uel cõdẽnamur:consistit in opinione quam assequimur:& tandem non ex hoc quod in omnibus assumptis nostris ueritatem assequamur:nisi ueritatem semper iuxta fantasias nostras. ℂEt similimodo Epicurus de felicitate capiebat:nõ autẽ quod unusquisq̧ merã attingeret felicitatẽ:nisi quod unusq̧sq̧ uidet̃ ultimatim i opinione sua preter oĩa alia delectari. Quidã in cibis:quidã i mulieribus:nõnulli i acquirẽdis diuitiis:alii in mecanicis artibus: quidã i alendo animalia & cultiuando agros:aliqui i uenatõe:nõnulli i liberalibus artibus:q̃ i naturali philosophia:qui i morali.& qdã i theologia:& nõnulli in ludis:& alteri in depredando:alii i dormitõe:qdã i societate:& quidã i solitudine:& unusquisq̧ istorũ super oĩa i facultate sua delectat̃:& ubi nõ delectamur:nulla est felicitas:respectu nostri. ℂLicet qd si peteret̃ utrũ unaqueq̧ istarũ delectationũ sit uera felicitas:aut omnes equales?respõdẽdũest:quod nõ. ℂNã uera felicitas:tãtũmodo i fruẽdo deo clara uisione consistit.& tamẽ plures hoĩes sunt:q̃ potius uellẽt in hoc mũdo semper cũ diuitiis maximis prolibus & mulieribus pulcherrimis manere:quã quod ut deũ uidere possent:& ipso frui. Quocirca felicitas isterum respectu sui i uoluptate semper uiuendi:cũ delectatiõibus huius mũdi cõsistit:& tamẽ nõ est hec uera felicitas:& sic unusq̧sq̧ delectat̃:tanq̃ i ultima felicitate:in his que assumit iuxta uoluptatem:idest ad libitũ. ℂEt fortassis epicurus ut in uita & testamẽto ei9 apparet assumebat uoluptatẽ nõ per spurcitias nisi per electa iuxta libitum:& quia iuxta libitum assumpta delectare solent:quamuis de ratione assumi non debeant potest dici felicitas uniuscuiusq̧ in uoluptate eius consistere. Vnde habetur unusquisq̧ delectatur in arte sua:aut delectatur in his que sibi placent. ℂDemum non omnia que nos delectãt atq̧ tanquam ultima felicitas a nonnullis habentur sunt commendanda nequidem talia recte appellanda felicitas nisi felicitas secundum stultam opinionem sequentium ipsam: & pariter de ueritatibus iuxta uarias opiniones assumptas intelligendum est. Quoniam unusquisq̧ ueneratur opinionem suã: tanquam ueram & sic quo ad ipsum illud est uerum:sed non propter hoc uerum in re:aut non uerum: nisi tantummodo ubi opinamur:ueluti res in se sunt.tunc uerum capimus. aliter enim opiniones ad libitum assequimur. ℂEt quod in hoc modo pythagoras.& Epicurus in facultatibus suis agebant:& querebant ueritates seu felicitates:alteram ab altera distinctam & hanc cõmendabant: & illam blasfemabant.& si epicurus unamquãq̧ uoluptatem per felicitatem uere dictam:non magis hanc uoluptatem quam illam cõmendaret:& similiter pythagoras tractando de ueritatibus egisset:non potius istam quam illam commendauerat nullus eorum ab aliis tanquam philosophus assequutus fuisset. ℂDe Epicuro saltem multa bona per laertium:& quosdam alios inscripta inueniuntur.nam inter alios philosophos omnia ornamẽta huius mundi potissime uilipendebat: asserebat tantum panem & aquam ad uitam hominum esse necessarium: & si magis aliquando caseum tantum. In testamento ipsius multa bona etiam de intentione sua comprehendi possunt contra tumiditates philosophorum: multa apponebat: Aristotelem denominabat prodigum qui paterna substantia consumpta militasset: & uenena uendidisset.

ℂQualiter uocemus potentias anime intellectiue:& ab irreligiosis differamus. Cap.lxviii.

ℂIn modo nominandi potentias anime intellectiue: admodum uidemur ab Aristotele & sequacibus differre. Nos enim memoriam appellamus: id quod Aristoteles intellectum passiuum nominat. Iccirco nos magis distincte loquimur. Memoria enim quo ad omnes rationes & experientias est receptaculum: in quo scribimus: & obseruamus quecunq̧ intelligimus aut cognoscimus: & de se non est potentia inquisitiua:nisi recipiens atq̧ obseruans. Tamen in separatis a materia: rectius dicit̃ mens q̃ memoria. Quoniã claro modo:& fine imaginibus seu fantasmatibus cognoscit. Sed coniũcta anima cũ corpore:ibi est memoria:eo quod facit discursum simul cũ fantasmatib9:& in mẽoria seu receptaculo caracteres quos itelligit describit. Si enĩ nõ scriberet:per corporeas figuras anima tantũmodo itelligeret:& non homo. Sed quia homo debet intelligere & de facto itelligit:oportet necessario quod ad itelligendũ & memorandum corporee imagines occurrant: que in anime & corporis separatione cor

rumpuntur:& tunc anima separata per claram intuitionem recipit in mente:quecunq; uult intelligere.quemadmodum & nos agimus:aliquod corpus presentialiter prospiciendo. Quia non utimur imaginibus aut speciebus de ipso:nisi q cognoscimus id tale:quatenus presentiali intuitu se habet.

¶De opinione platonicorum super animam. Cap.lxix.

¶Plato posteaq̃ deũ & mentem diuinã:atq; in ea omnes species per representationẽ ponit:tria imaginatur.primo animã mundi:secundo animã celestẽ:tertio elementa:& quicquid sub concauitate lune degit.& sic in quinq; diuisionibus omnia ponit:scilicet:deum:mentem:anima mundi:celestia:& elementalia.& ex uniuersali anima mundi arbitratur:quod omnes anime exeant:per celum:elementa:homines:equos:arbores:& sic de reliquis.q̃q̃ uideatur dixisse aĩam ĩtellectiuã a mente diuina creari : non autẽ ab anima mundi exire.& quod anime que benefaciunt in hoc mundo redeunt ad uniendũ se cũ anima mũdi:in parte perfectiori aut rectius de mente platonis super celo aplanis & quod ille que male uixerunt:uiuunt in hoc mundo:donec peccata depurgentur.& deinde etiam ascendunt supra octauum celum seu aplane.Videtur etiam tenere:quod dum anime ueniunt ad inferiores partes transeũtes per celos & signa:accipiunt qualitates siue aptitudines alie ad speculandũ:alie ad preliũ: & alie ad mũdana negocia.& ita de reliquis:quibus obliti sunt illius quod prius sciebant:quum in celo aplanis manerent.& quod quãdo sursum redeũt dimittũt illas induitiones:siue qualitates ĩ eisdem signis quibus ipsas acceperunt:tamen non apparet quod tales induitiones incorporeum a corporeo accipiat:quia in corporeum:nihil sentit:neq; accipit quodãmodo induitionem de rebus corporalibus. & ob hanc causam anima incorporea potest per corpus transire:absq; corporis & anime lesione.

¶Quo pacto a platone principia:siue origo omnium animarum exponantur. Cap.lxx.

¶Opinio platonis latior est:& ideo facilius eam itelligere possumus.& hic de mente diuina dimittemus:ubi uult ideas collocare & de uniuersali anima mundi dicemus:& quicquã etiã de particularibus. ¶Dũ plato uniuersalem animã de incorporea substantia ponebat:uidetur talem intentũ habuisse. Quia quemadmodum machine corporee elementorum simul cum influentiis celorũ ordinate fuerunt ad componendum & conseruandum omnia ista corpora particularia:itidem danda erat una substantia incorporea uiuens & incorruptibilis apta ad componendum omnes animas.& ista opinio satis philosophica est:quando homo ulterius nõ respicit.Quocirca ego pariter de cognitione hominũ tractãdo causa disputationis:hanc opinionẽ ĩsinuaui:q̃uis ipsam a nemine prius audierim. Quinimmo quo ad rationẽ & uerã philosophiam perspectã:non ita se habet.nam quelibet substãtia ĩcorporea sine magnitudine moli est:& ideo tanq̃ punctũ se habet:& punctũ indiuisibile est atq; incomponibile in continuitate:secũdũ plures philosophos:& propterea ex una aĩa nequeunt plures diuise exir:neq; si exirent possent redire ad conuertendum se in illam uniuersalem animam . Quoniam hec eadem condictio est de materia extensa per quantitatem molem:& non de forma siue anima incorporea . quia indiuisibilis est ut punctum:& in hoc loco itidem uideri potest:quantum errent uniuersaliste tenentes:dandam esse animam rationalem in cõmuni.nam quo ad ipsos contrahibilis ac diuisibilis est in pluribus : que quidẽ opinio falsa atq; erronea. ¶Vlterius illud quod natura semper uiuit:necessario ẽ simplex uel sine aliqua corruptibili contrarietate:& illud quod natura contrarietatem corruptionis nõ habet: est penitus indiuisibile:in quo fundamentum assumimus:quod licet aliqua spiritualis substantia a principio mundi daretur:nullatenus in plures animas diuidi posset.iccirco anime nostre non habent ortum ab aliqua uniuersali substantia:sicuti corpora ab elementis : nisi quod particulariter unaqueq; ab omnibus aliis diuisa sit:a deo simpliciter creata.Veruntamen de anima sensitiua siue anima mundi intelligi potest: quod substantia uniuersalis sit:de qua omnes sensitiue anime emanant siue descendunt. ¶Nihilominus de mente platonis:ut in oportunis locis patebit:anima intellectualis non est de natura anime sensitiue neq; idem in aliqua uniuersali anima:quum asserat quod soli homines & celi sumus animati de intellectiua anima.Vnde si omnes anime essent eiusdem nature in aliqua anima mundi aut alibi : etiam anime sensualium & arborum essent itellectiue:qua de re de mẽte platonis constat:animas intellectiuas non exire ab uniuersali anima mundi.

¶Quod secũdũ aliquos platonicos:aĩe intellectiue sunt particulariter create. Cap.lxxi.

¶Secundũ aliquos platonicos:uidetur intentio platonis cum legibus cõformis. Quoniam ĩ primis aiũt:quod mens diuina animam mũdi producat:tãquam partem iter corporeas perfectam: & postmodum dicũt:quod respiciẽdo hãc animam superius ad mẽtem diuinam: & mẽtem ad animam uniuersalem:alias particulares mẽtes producũt:quas rationales animas appellant. Et hic mẽtem pro itellectiua accipiũt:& aĩam mũdi ꝑ sensitiua:uegetatiua & generatiua:aut saltẽ ꝑ sola sensitiua.& ideo Mercurius trismegistus ĩquit:animã esse in corpore:mẽtem ĩ anima:ĩ mẽte uerbum:& eodem modo a nobis exponitur. Nam prius ĩ istis particularibus est corpus:deinceps uegetatiua & sensitiua:super quibus infunditur mens siue rationalis anima.& quia hanc uiam Mercurius & plato sequebantur:patet:quod posuerint animam rationalem ab uniuersali anima mundi distinctam: q̃uis anima mundi sit tanquam ministra ad omnes animarum infusiones. Attamen ipsa quum de sensitiua uegetatiua motiua & generatiua:ac de similibus corporeis substantiis constet:potest esse extẽsibilis:diuisibilis:unibilis: & separabilis: licet uiuacitatem suam semper obseruet:& hec erit propria anima mundi. Nam mundum communiter accipimus pro toto illo quod celum superius circundat:& quia ista machina corporea est: per intrinsecam rationem nature animam siue uirtutem aut formam corpoream ac uiuacem expostulat. Anima uero intellectiua ex eo quod incorporea non petit locum:& ideo in hoc mundo corporeo & extra celum manere potest: non enim locum neq; tempus poscit:& propterea hic religiosi cum platonicis & egyptiis cõformamur. Quoniam sicut dicimus corpora celorũ & elemẽtorum ĩ pricipio mũdi esse creata:eodem modo tenemus de substãtia animarum sensualium & uegetabilium: & animam itellectiuam asserimus esse creatam ĩ particulari:ad formationem corporũ hominum particularium.& nõ prius nec posterius asserẽdo:quod deus cũcta uidet:tãquam uniuersalis prouidẽtia. & sic quum primum corpus hominis est perfecte organizatum:deus creat itellectiuam animam & creãdo ĩsundit ĩ corpore. Tamen dicere possumus uniuersalem aĩam ut uegetatiua & sensitiua:esse causam istrumẽtatiuam: quod deus ĩtellectiuã creet. Si enim iste aĩe ĩferiores corpus nõ disponerẽt ::deus itellectiuam aĩam minime crearet. & secũdum uerba platonis:que superius exposuimus:non apparet quod aĩe sint ab eterno create: nisi quod anima mũdi siue sensitiua & uegetatiua istius corporis humãi ĩdigẽtiam respiciũt: & petũt mẽtẽ diuinam siue deum:mẽtem rationalem pro isto corpore. Et hic etiã nõnulli platonici tenere uidentur: quod celi animas intellectiuas habeant:sicut & homo.

¶Qualiter rationalis anima de numeris non constet. Cap.lxxii.

¶Quidã cõsiderare uoluerũt aĩam de numeris perfectis cõpositã esse: & numeri cõgregabiles siue unibiles sunt:& sic nequeũt unam rem simplicem atq; cõtinuam causare:& propterea id quod de numeris cõstat separationem expetit:sed aĩa itellectiua que incorporea est aliter se habet. quemadmodũ uidimus. Et platonici quoq; uoluerunt animam ad armoniã musice comparare:quod ĩ modo comparatiõis sufficiẽter habetur:ĩquãtũ aĩa est quo moderamine proportionata:& ĩ hoc itidem stare potest similitudo de numeris. Nam sicut numeri perfecti rem perfectam faciunt:ita uidetur quod & anima nostra iusto perfectionum numero constet:quicquid enim perfecte creature competit:proculdubio possidet. Quoniam autem hic de anima tanquam de re perfectissima agimus:uidendum est utrum ars geometrarum anime nimium attineat? quãquam arismetica digna sit nihilominus quum omnino ad aliud respectiue se habeat:& non positiue seu formaliter nisi materialiter pro signo ad aliud respiciente: nõ est dicendum:quod numeri in se digni sint:ex eo quod non sunt res nisi in uoce tantum. Quod si numerum pro ipsis rebus accipimus:quatuor sunt meliora q̃ tria:& octo q̃ septem. & sic quantomagis tanto melius. Sed accipiendo per numerum solum: & unus numerus utputa sex uel septem cum pluribus aliis numeris concordetur. q̃ cum nouem uel decẽ uidetur accõmodatior numerus sed ista noĩa tantũ sunt. Aĩa uero intellectualis non de noĩbus neq; signis constat:nisi de simplici re substãtiali. Vnde frustra est ponere:quod ipsa de numeris componatur. nam si de uocibus nihil erit in re:& si de rebus plures ac uarias in se compositiones continet:quod est contra anime dignitatem. Quocirca geometrarum facultas paucam uel nullam habet efficaciam in re:nisi in uoce scilicet ad numerandum seu designandum res positiuas. & omnes res de positiuis unitatibus: & non de nominibus constant. Vnde dicendo tria uel quinq;: intelligitur ibi quinq; unitates reales esse: utpote Petrum Ioannem & Andream:& non quod numerus de se sit quinq; neq; sex.& quia non est:paucã uel fere nullã perfectionẽ habere potest:nisi ĩ eo quod ad aliud significatiuũ:licet quod utẽtes arismetica solẽt multa obscura argumẽta adducere. Sed obscura ex eo qđ parũ usitata:tñ similia ĩ apparẽtia & nõ ĩ re sunt: q̃uis cõcedat:mathematicalia esse mõstrabilia. Sed itelligendum est:quatenus ostendantur an necessaria & in se: seu condictionalia & ad aliud. nam dicendo accipiantur due linee: & extendantur per omnes partes equaliter producantur in infinitum super prima mensura semper in eodem gradu distabunt:

quo in principio distabant, dentur quatuor & tria: semper & ubiq; facient septēnarium numerum. Sed nos negamus: quod in re deducantur linee in infinitum: nec fantasia nostra quum finita atq; fragilis sit infinitum attingere potest: & quod tria & quatuor fiant numerus septēnarius: si tres unitates seu res realiter sunt: & similiter quatuor simul congregate ad septenarium numerum ascendunt. Sed in eo quod numerus uoces dumtaxat sunt: non septem neq; quatuor: nisi tres uoces seu termini tantum idest tria quatuor septem: licet significatiue ad aliud: tria & quatuor septem sint. ¶Et hic nonnulli dicunt ab eterno hoc uerum esse: tria & duo sunt quinq;. Ad quod respondetur: quod in se tantummodo sunt termini ad aliud significatiui: tanq̃ secunde intentionis: ut exemplo probatur: ubi dicitur: hec est uera ubiq; & semper: quinquaginta & quinquaginta sunt centum. petimus nunc an intelligas pro quinquaginta & quinquaginta unitatibus: an uero pro ipso numero numerante. Si pro rebus seu centū unitatibus simul congregatis quinquaginta & quinquaginta significant centū unitates reales: & mentaliter cum ipsis rebus conuertuntur. Sed assumendo per se idest non significatiue ad aliud: quinquaginta & quinquaginta duo tantum termini sunt: & non centum unitates. ¶Et si uis annumerare litteras que in his duobus terminis ingrediuntur: uiginti quatuor sunt duodecim in uno termino: & alie duodecim in alio que non sunt centum unitates. & sic patet numerum in se esse terminum: & non rem realem: & pro secunda intentione utitur. Quamobrem in similibus quibus uis sua in significatione ad aliud consistit: necubi magnum fundamentum assumere ualemus: & ubi non est completum fundamentum minime ibi perfectio. & sic argumentantes per numeros in uerbis & non in rebus fundantur. & consequenter eorum doctrina est absq; potissima & magna utilitate. ¶Et si forsitan diceretur: agimus figuram que per se tantum habet uirtutem pro decem unitatibus: alia pro quinquaginta: & alia pro centum. itaq; numerales unitates per se realiter dantur. Nos uero petimus: utrum ista figura uidelicet. L. quam dicis continere uirtutem quinquaginta unitatum sit in se talis? an ad libitum nostrum posita? & ad aliud significatiua. Si per se ubicunq;. L. inueniret dicet quinquaginta: & non aliud: & quod aliter experiamur patet: quum ad libitum sit posita & ad aliud significatiua. & iccirco ista littera. L. est una sola unitas: & non quinquaginta.

¶Quod non sunt omnes anime eiusdem nature: seu masse. Cap. lxxiii.

¶Tenendo quod omnes anime celorum: elementorum: & animalium particularium: sint eiusdem nature: hoc utiq; sine ratione dimetitur: eo quod oppositum nobis experientia ostendit: ut in suis oportunis locis demonstrabimus. Quoniam res quales sint effectibus cognoscimus. & quia effectus animarum hominum: omnes alios effectus superant: sequitur ipsam animam ex qua proueniunt ceteris prestantiorem ac digniorem esse: & quia anime incorporee indiuisibiles sunt: si in aliquo different: diuerse nature erunt. & quod anima hominis sit ualde differens a ceteris aliis animabus: patet. igitur aliam atq; aliam naturam habent. ¶Et quod animam habeamus: experientia comprobatur. Scimus enim in nobis uisualem potentiam esse: eo quod uidemus: & similiter scimus nos possidere intellectum: propterea quod ītelligimus. Nam sicut in corporibus conformes sumus: q̃uis uarias compositiones in ipsis habeamus: multomagis in animabus conformaremur: si omnes anime essent eiusdem speciei: & incorporee. Quia quum simplices: necessario essent conformes: licet in uariis corporibus manerent: q̃uis non equaliter intelligerent saltem per unam uiam tenderent: aut cum pauca disparitate. ¶Quam uis plures credentes se platonem assequi: imaginati sunt omnes animas esse eiusdem nature: idest ab anima mundi emanantes: & hoc assumpto necesse est tenere quod hic uario modo anime operentur: solum propter diuersitatem dispositionis corporum: in quo ualde hi expositores decepti sunt: quum de sententia platonis mentes nostre seu rationales anime superioris nature sint: q̃ anima mundi: & tamen sequendo hunc errorem quidam posuerunt: q; loquendo secundum naturam aut de mente platonis: anima que hic bene agit post separationem a corpore: reuertitur ad digniorem partem anime mundi. Sed hoc concesso: quod tamen erroneum in lege natura & experientia: scilicet q; omnes anime sint eiusdem nature: concedere oportet: q; unum compositum potest tantum habere unam formam & non plures. Nemo enim est tam demens qui dicat q; homo aut equus habeat plures animas sensitiuas: nisi unam tantum. Sed asserendo q; intellectiua sensitiua & uegetatiua sunt de uariis speciebus ac fortasse generibus: asseritur q; possunt esse omnes in uno solo indiuiduo.

¶Quod non sit danda una tantum species animarum: sed plures. Cap. lxxiiii.

¶Per hanc uiam de unitate anime mundi: nonnulli imaginati sunt: quod in omnibus animatis sunt anime de una & eadem specie: & nō plurium ut superius uisum est. Sed contra hoc plura inconuenientia occurrunt: & primo: quod frustra sit illa potentia que nunquam deducitur ad actum. Et si arbor rationalem animam habet: quemadmodum & homo. arbor erit rationalis ī dispositiōe seu potētia. Quo

niam autem nunq̃ accidit:quod in actu intelligat:frustra est talis potentia:& incassum natura operat̃ plantis & brutis intellectum tribuendo:quoniam in eis nunquam operari debet. Vlterius per actus co gnoscimus potentias nostras: & per effectus perspicue comprehendimus actus & fundamenta a quibus emanant:& quia per effectus patet animam nostram multum differre in specie ab animabus brutorum & plantarum:absurdum est dicere:quod eiusdem speciei sint.hoc enim contra experientiam:& sensus est:& nullam habemus experientiam:quod eiusdem nature seu speciei omnes anime sint. Quapropter non ualet asserere:quod anime sint ad plura peragenda per uarias corporum species constricte: quoniam si omnes anime eiusdem speciei sunt:& materia est una tantum:ut ab antiquis dicitur:paruã uel nullam differentiam uideremus inter homines & arbores. quoniam in modo componendi parua inest disparitas:nisi uarie forme aut materie occurrerint.Et de materiis manifeste cognoscimus: quod una sola sit aut tantummodo quatuor:ueluti quatuor sunt elementa:dummodo celum non sit materiale:cuncta tamen corpora generabilia & corruptibilia sunt ab istis quatuor elementis deducta. iccirco parua erit differentia per materiam:inter animalium corpora. Vnde affirmandum est: quod per uarias formas plures diuersitates in corporibus animatis eueniant; igitur non una anima in specie sed plures sunt dande.

¶De opinione religiosorum super ortu anime. Cap.lxxv.

¶Religiosi intellectis opinionibus philosophorum irreligiosorum:aliam uiam tutiorẽ acceperunt: In primis fundamentum a creatione assumendo.& hoc non in opinionem uel auctoritatem a lege: sed per naturale fundamentum conati sunt ad consitendum mundũ habere principium:ex eo quod dependet:& non de ipsamet natura dei:nam si de ipsa:nos quoq; essemus dii.& quia sumus a deo creati: quẽadmodum in pluribus locis probamus:oportet de ratione:deum tanquam dominum consiteri & inferuire:& etiam postquam probamus in nobis plures animas particulares esse:iudicium agimus: quando sunt de ratione creande:& per prius sic assumimus. ¶Anima habet nomen ab animando: & ideo si corpori non uniretur:nequaquam diceretur anima.& quia ad animandum corpus est creata: & deus & natura nihil agunt frustra:sequitur:quod in illo instanti:quo corpus est ultime dispositum:deus tanquam uniuersalis prouidentia animam creat:& humano corpori infundit. Si enim prius per aliquam longitudinem dierum anime essent create:frustra manerent donec ad corpora uenirent.Quia principium merendi aut demerendi est per corporum unionem causatum.Nam si per prius anima suam haberet perfectionem:nollet ultro ad animandum corpus accedere.& ideo tunc generatio esset uioleta: & non naturalis quod est contra omnes naturales generatiões & ueras uniones.& propterea oportet organizato corpore:animam esse creatam:& quod natura tanquam per principium perfectionis anima amet corpus:& corpus sit erga eã dispositũ.Quocirca tenendũ est plures esse rationales animas:& natura ab oĩbus aliis aĩabus diuersas & creatas in illo instanti:quo corpus est ultime organizatum:& quod post separationẽ anime:que bene uixerunt ibunt in celestẽ gloriã:ubi nulla est contrarietas: corpus:locus:neq; tempus:dũmodo non fuerint corpora glorificata.& que male fecerũt simul cũ corporibus ad inferos descendent.& hinc iusticia proprio loco fungitur.potest enim unicuiq; quod suũ ẽ impendere & si essent ut irreligiosi dixerunt:oĩa profecto inuoluta ac penitus sine iusticia se haberent: & ob hanc causam opus est religiosos & nõ irreligiosos assequamur:quũ omnimodo clariorem ac tutiorem uiam religiosi obseruent.

¶Qualiter rationalis anima intelligat actus:per sensus transeuntes. Cap.lxxvi.

¶Videtur quod anima rationalis se habeat cum potentiis corporeis ad intelligendum:sicuti sensus interiores cum exterioribus ad sentiendum: Aer enim in se sonitum recipit:qui est impalpabilis inuisibilis inodorabilis & ingustabilis.Deinde auribus sonus ipẽ representatur.Quocirca necesse est: quod auditus semper appetat cum aere uniri:& sonitus secum impressos cognoscere. Quum auditui solum cõpetat similia determinare:& similiter necesse est quod aer appetat continuari siue uniri cum auditu. & uoces aut sonitus representare:& auditus ea que audit statim representat omnibus sensibus interioribus.Et simili modo dicimus:animam rationalem habere conuersationem:seu continuationem cum co cogitatiua & imaginatiua aut cum sensibus communibus:& quod semper cupiat eis quicquid ĩtelligit representare.& potentie corporee pariter in eodem appetitu sunt seu in mutuo amore dandi & recipiendi ab intellectiua:quoniam non solum corporee potentie ab anima rationali recipiunt. Verũẽt ipse suos conceptus intellectui representant.& taliter coniunguntur:uidelicet:quod partes subtiliores aĩe sensitiue uniuntur cum inferioribus respectibus:siue esse anime intellectiue & hoc modo simul communicare possunt.Nam inter corpoream & incorpoream naturam aliqua proprietas est danda:ut una cum altera conuersetur.Iccirco dum corporeum in suam ultimam perfectionem;per uarias depuratiões ascendit:uidetur habere dispositionẽ:per quã aliquo modo possit cum incorporeo uniri. Vnde etiam

de incorporeo dicere poſſumus:aliquod minus & aliquod magis perfectū:preſertim quia deus ordina
uit omnes creaturas inter ſe aliquo modo conuerſabiles : maxime proprias formas cum ſuis materiis.
Quia aliqualiter fruſtra ſimul unirentur. Vnde fit:quod dicamus omnes creaturas de actu & poten-
tia eſſe compoſitas. Sub qua ſententia forſitā Ariſtoteles denominauit animā intellectiuam ſiue men-
tem deforis uenientem per duas denominationes iuxta duas potentias ſcilicet actiuam & paſſiuam: &
inquantum recipiens appellat intellectum poſſibilem:& agentē ex eo ꝙ actualiter operatur.& qui uſq;
ad infuſionem corporis nondum potentia receptiua aliquas aſſumpſit intellectiones:dicit eā eſſe tanꝗ
tabula raſa in qua nihil eſt ſcriptum.

¶Quod ſpecies quas recipimus cum ſenſibus paulatim depurantur: quouſq; ad in-
tellectum deueniant ; & ꝙ deinde ipſe intellectus ad cognoſcendum uſq; ad princi-
pia deſcendit. Cap.lxxvii.

¶Dicimus quod principiū intelligendi in hominibus ab exterioribus ſenſibus ꝓueniat: preſertī in
rebus corporeis. Quia quū uiſus aliquē extrinſecus cernit:ipſum ſenſui cōmuni cum ſagacitate repre
ſentat:& ſenſus cōmunis depurando ſpecies colorū quas uiſus prebuit : paulatī eas ad imaginatiuam
cogitatiuam & fantaſiam tranſmittit. Vnde appurate ſpecies in ſuo ultimo gradu cū intellectu uniunt
aut ab ipſo intelliguntur. Sed ꝙuis hec ſit uia cognoſcendi ſenſibilia:non propterea ſequitur : quod in
tellectus non habeat ex ſe aliquē propriū motū aut finē intrinſecū quo moueatur:qui erit ſaltē deſide
riū intelligendi:& acquirendi perfectū bonū. Quocirca cū tali inclinatione aſſidue aliquā moleſtiam
materialibus potētiis infert:ut conētur ſuis officiis uti ad repreſentādū quicqd reperierint. ¶Et hoc
modo anima rōnalis nō eſt ocioſa in ſe. Nā ſi potentie corporee continuo deberent ad cōmouendum
rōnalē animā cōcurrere & ipſa nunꝗ ad cōmouēdū potētias:uidereť a principio de ſe nullo laudabili
fine potiri:quod aliter eſt in quibuſq; entibus. Quia unūquodq; habet intrinſecū deſideriū deuenien
di ad ſuū finē perfectū:& manifeſtatur ex eo quod ꝙuis uiſus a coloribus cōmoueatur ;uiſus ipſe natu
raliter uidere deſiderat:licet nunꝗ aliquid fortaſſe uiderit.

¶Quonam pacto intelligendum ſit:in ſenſationibus atq; intellectionibus : obiecta
ſe habere in prima occurrentia actiue:organa uero ſemper paſſiue:& potentie actiue
iudicando repreſentationes obiectorum. Cap.lxxviii.

¶Vt clarius cognoſcatur:utrum ſenſus ad ſentiēdum paſſiue tantū occurrant:& intellectus pariter
ad intelligēdū paſſiue:uel ſenſus agentes ſimul cū patiētib9 denť:ut de itellectu agēte & poſſibili a nō
nullis dici ſolet. ſed i hoc loco quedā difficultas occurrit:q̄ de rōne i pricipio declarāda eēt p ponētes
ſimilia dubia. hec ē:qd ſit ad rē:qđ ſenſus uel itellect9 alii agētes & alii patiētes denť:dū de pria occur
rētia iter obiectū & potētiā cōſideram9. nā ibi aut qđ ſenſus cū ipo obiecto ſe hēt i mō agēte uel patiē
te:iuxta q̄ſtionē hāc. Vñ nō deceat ſimul miſcere aliū ſenſum agētē & aliū paſſibilē:niſi an ſenſus i obie
cto agat:aut ab ipo patiať q̄ſtio ꝓponit. ¶Sed dicam9 duos ſenſus eē eiuſdē nature ut uiſus agēs:&
uiſus patiēs:tūc eēt tenēdū uiſum agētē agere i colore:& paſſibilē uiſum pati a colore ipo: ſed hoc cō
ceſſo:de duob9 uiſib9:uidelicet altero agēte & altero paſſiuo explicādū eēt:an agēs i agēdo aliqd repa
tiať. cū ois motor p̄ter deū i mouēdo aliq̄liter moueť:aut aliqd repatiť. ut i oib9 opib9 nr̄is lata experiē
tia patet. & i eo gradu qđ uiſus agēs nr̄ deducēdo colores ad cognitionē nr̄am patiť:ēt colores patiū
tur i ea deductiōe. Quocirca qūocūq; hic uiſus & colores aſſumanť:ꝙuis agētes ipos denomiem9 alter
i altero:ſic uel ſic agit:& ab ipo patiť. Vñ fit qđ ſub nullo ordie uidenť eē ponēde due potētie uiſiue:ni
ſi una tm̄ cū ipſa i agēdo i coloribus ēt ab ipſis patiť. quapp uidēdū ē:an uiſus actiue uel paſſiue i ſen
tiēdo occurrat:uel potius actiuitatē uel paſſibilitatē habeat:i quo loco plura argumēta fieri ſolent. Ve
rūtñ ut ꝓlixitates uitenť:plāo mō iuxta ea q̄ expiri poſſumus:aliqua dicēda ſunt. & i primis i cōſuetu
dinibus ſenſuū ſaltē iteriorū:cōſiderādū ē. Vñ iueniem9 q̄liter nūquā i pura potētia:ut a qbuſdā iſerť:
ſenſus iueniūť:ſed imo ſemp ab itra ſenſus ſic uel ſic laborāt. ꝙuis nullū obiectū exteriorē habeāt. nam
ueluti puer iuxta natiuitatē appetit ſuggeť lac:aut aliū aſſumeť cibū:ēt ab itriſeco uidere:audiť:guſta
re:mouere & ſimilia appetit. & ſemp uſq; ad mortē dormiēdo & uigilādo ita agim9:& qđ dormiēdo ēt
ſenſus iceſſanter openť:i digeſtiōe:nutritiōe:i ſomnis i pulſis cordis atq; p alia mēbra cōprobatur. ſub
quo naturali ordie plato:aſſerebat aiam imortalē eſſe eo qđ ſemp moueť:& de mēte ipſi9 qcqd ſemper
mouetur a ſe moueť:& quicquid a ſe moueť eternū eſt:& quicquid eternū imortale. ſed pro nūc dimit-
tamus hāc opinionē:ut incepta proſequamur. ſufficit quod de opiniōe platonis & expientia aīa ſic uel
ſic inceſſanter moueť. ut in ictibus quos per pulſationes agit. probať : qualiter nunꝗ in pura potentia
manet:licet quod qn̄q; rōne corporū noſtrorū aut obiectorū ad extra eueniētiū magis & min9 ſentia
mus atq; itelligamus:ſed iceſſanter ab itriſeco ſentim9:ꝙuis ſentire uel nō ſentiť nō aſpiciamus. ſed ſem
p qđ aſpicere uolumus:aliqd ab itriſeco i nobiſipſis ſentire cognoſcimus:ſaltem an bñ uel male nos ha-

beamus:quid appetimus & quid abhorremus:& omnia hec opera potentiarum nostrarum sunt:quam obrem non est dicendum:sensus & intellectus:aliquando in pura potentia se habere absq; aliqua operatione.& id quod semper operat̃ sic uel sic:nullatenus est ponẽdum pure passiuum:nisi potius actiuũ.

¶ Et inferendo:quod sensus non sentiunt organa in quibus manent:respondendum est:hoc merito a natura factum:eo quod semper inter organum & potentiam defatigatio non detur. sed immo conuenientia atq; quies:eo quod ad alia tanquam ad extra euenientia sentiendum ualeant. nam si uisus oculum uideret:cum sit ei propinquis:semper ipsum oculum uideret:& dum uideret ipsum:nõ potuisset alia uidere.& similiter unusquisq; sensus egisset.nam dum cum manu nostra alteram manum nostram etiam palpamus:nil aliud cum hiis partibus tangentibus nisi ipsam manum apprehensam tãgere aut sentire possumus.unde necesse fuit a natura taliter ordinari: quod potentia non sentiret organum in quo manet:licet cognoscat quando dispositum uel indispositum manet. ¶ Insuper quia omnes sensationes per aliquem cunctatum fiunt:tanquam simul occurrentes sensus non potest sentire organũ in quo manet.Quoniam ibi nulla est cunctatio:nouiter facta:tanquam inter rem & rem.qm̃ uisus auditus.& unusquisq; alius sensus:semper uniformiter est commixtus cum toto organo:in quo manet.& sic non potest ipsum organum sentire per modum cunctangendi ueluti inter rem & rem sit. ¶ Vnde causa tante conformitatis inter potẽtiam & organum sepenumero dicitur:manus sentit uel palpat: & oculus uidet:& hoc non omnino immerito.quoniam organum instrumentum tangendi obiecta est.& quia oportet organum esse nimium tẽnere compositionis:eo quod ibi absq; impedimento alicuius duriciei potentia operari queat : tenendum est organa in quibus potentie ad sentiendum & intelligendum principaliter situantur:quod in modo passiuo se habeant:ut piramides seu species obiectorũ sensibilium concipiant.nã obiecta nõ tãgunt sensus immediate:nisi organa.& sic non destruunt sensus : quamuis obiecta praua sint:nisi organa deperdunt.unde habetur si senex haberet oculos iuuenis:tanquam iuuenis uideret:eo quod uisus non deficit nisi organum ipsius.unde albũ non est proprie disgregatiuum uisus:nisi disgregatiuum organi in quo uisiones fiunt : neq; piramides obiectorum reuerberant in potentiis:nisi in organis:cum potentie subtiles sunt:nil de densitate : nequidem molie habentes & piramides ad sensus uenientes corporee & aliqualiter dense sunt:non possunt in subtilissimo representari.unde oportet in aliquo denso tangere:ut ibi reuerberent:ut in speculis patet:in quibus piramides tangendo reuerberant:& ita dum piramides organa sensuum tangunt:ipsa patiuntur atq; recipiunt similitudines obiectorum:super quam rationem sensus attingunt:per modum agendi. unde iudicant per piramides representatos obiecta:de quibus oriuntur:in qua operatione iudicandi: forsitan etiam potentie aliqualiter repatiuntur:eo quod omnis creatura dum aliam communicat:ab ipsa communicatur:unde aliqualiter in quacunq; operatione nostra aliquid patimur:quamuis principaliter tã quam agentes concurramus. ¶ Et hic de modo quem sensus obseruant:simul cum organis & obiectis:quoddam exemplum aliqualiter accommodatum adducere possumus. Videlicet:de aranea de tela & de musca:in quo exemplo musca tanquam obiectum se habet:tela uero:ueluti organum: aranea siquidem ut sensus.nam musca tanquam agens uenit ad telam:& tela ueluti patiens recipit ipsam:aranea uero tanquam ultimum agens occurrit ad sentiendum muscam: & etiam instrumentum contra lupos & uulpes factum:tabule se habent ueluti organa:in quibus membra luporum & uulpium tangunt:in qua tangentia organa ipa uel tabule concedunt atq; collocant pedem lupi: sed statim loquẽs occurrit actiue ad retinendum & iudicandum pedem luppi:& in similitudine de sensibus organis ipsorum:& de obiectis dicendum est.quoniam obiecta & sensus principaliter actiue se habent: organa uero ubi sensationes fiunt passiue:licet quod etiam organa aliqualiter in obiectis faciunt in actionem cũ eis:secũdũ magis aut minus:organa ipsa disposita sunt.nã dum indisposita potius resistunt:similitudines obiectorum ut ibi non imprimantur.& talis resistentia in quocunq; modo actio contra obiecta denominari potest. ¶ Potentie eni inter se ad obseruandas similitudines obiectorũ aliquã habent potentiã:tanq̃ passiuã:idest retentiuã uel memoriã:que non se habet in modo agendi per aliquẽ discursum motionis : nisi modum obseruandi absq; aliquo alio discursu : sed etiam obseruare in modo suo actio est:ueluti in manu exemplari possumus.quia q̃uis per aliquid aliud ponatur panis aut baculus in ea:postmodum restringendo ipsum:ut a manu nõ fugiat:ea restrictio uel conseruatio aliqualiter actio est:& sic memoria in quocunq; animali in obseruando ea:que ibi posita sunt:sic uel sic agit: q̃uis memoria in recipiendo in modo passiuo sicut & organum se habet:sed potentie discursiue atq; iudicantes semper actiue occurrunt:saltem principaliter. ¶ Quamuis a nonnullis dicatur : quod sentire & iudicare tantummodo grãmatice loquendo actiue intelligatur:non autem secundum rem uel philosophiam sed nos de hoc exemplum petimus:uidelicet:quodammodo sub philosophico ordine assumatur:quod iudico iudicas patior patiris intelligendum sit.quoniam dum aliqua iudicamus per plures discursus ibi operamur:nam non tantũ recipimus:sed distinctiones quãplures in discurrendo:accedẽdo & discedẽdo agim9.nã nõ ẽ dicẽdũ q̃d sensibilia obiecta rep̃sentent̃ sensib9:tãq̃ iã sensata ĩ actu uel iudicata:sed sensibilia & iudicabilia tm̃.uñ oportet p̃ iudiciũ sensuũ:atq; discursum:q̃d obiecta iudicent̃.

¶ Vñ sit q̃d nõ sensus simpliciter ĩ sensatiõe passiue se habẽt:sed imo organũ:sub quo ordĩe obiecta

tanq̃ ſigillum ſe habent.organa uero ſicut cera:& potentie tanq̃ magiſter iudicans ea:que in cera:uel
in organo impreſſa ſunt:nam ſenſus non contangit:neq; poteſt cõtangi: proprie dicto cum obiectis
cauſa ſubtilitatis potentiarum & groſſitudine obiectorum:quo ſit:quia quamuis rem ſpiritualem uel in
corpoream intelligere uellemus:ſemper ipſa aliqualiter ſub aliqua forma corporea : aut ad corporei-
tatem tendentem imaginamur : eo quod in organis noſtris per modum impreſſionis repreſentari
queat.& quod potentie de genere actiuorum ſint:experientia lata patet : cum unaqueq; ipſarum po-
tentiarum inceſſanter officium ſuum exercere appetit:& inſuper prebet motum membris. Vnde quam
uis potentias ipſas immediate non ſentiamus:operationes earum ſentimus:atq; cognoſcimus: ut mo-
tus de loco ad locum:& pulſationes per pulſos:nam organum non mouetur:per ſeipſum:ſed ab aliqua
potentia ſpirituoſa de genere ſenſitiuarum mouetur:& tamen nos non tangimus ibi cum digitis ſpiri
tum ipſum uel ſenſus:ſed organum motum per ſenſitiuam tangimus :& pariter piramides obiectorum
tangunt organa:& ibi imprimuntur:poſtremo uero a ſenſibus iudicantur . Vnde primo & ultimo in
modo actiue ſe habent:medio ſiquidem paſſiue:organa intelligas paſſiue obiecta: actiue in occurren-
do ad organa.deinceps enim obiecta aut repreſentationes eorum:ſe habent paſſiue. Quoniam a ſen
ſibus iudicantur:& ſenſus in iudicando actiue. ¶Et in hoc loco aſpectis ſuperioribus aſſerere poſſu
mus:intellectum noſtrum organo in quo obiecta repreſentantur:indigere.nam dum intellectus con-
iunctus corpori eſt:per aliquod cunctatum cum obiectis intelligi: non autem per claram uiſionem eo
quod a corporeis partibus impeditur. Vnde ſit quod ſi aliquod organum appropriatum in quo ſimili
tudines repreſentantur non habuiſſet:non ualeret ad intellectiones cauſandas.& adducendo auctori-
tatem dicentem:intellectus non eſt corpus neq; uirtus incorporea. Reſpondendum eſt omnibus con-
ſtare corpus non eſſe:neq; uirtutem corpoream & quia non uirtus corporea:non proprie uirtus ĩ cor
pore:uidelicet non ſemper in corpore manens.nam aliter non poteſt recte hec auctoritas ſaluari . quo
niam ubi res ibi operatur : non enim alibi intellectus operatur : in corporibus hominum ut omnibus
conſtat : ſequitur proculdubio eſſe uirtutem ſeu potentiam:dum uiuimus in corporibus noſtris infu-
ſam:atq; manentem.

De Eodem.

¶Preterea ueluti de ſenſibus diſponimus:uidelicet:ꝙ receptibiles & iudicãtes ſunt:eo ꝙ ea que ſen
tiunt concipiunt.& per diſcurſus qualia ſint iudicant:ita rationalis anima ſe habet.nam ipſa ueluti &
omnia alia dependentia agens & patiens eſt:ſeu apta ad communicandum & communicari quas pro-
prietates duas dicimus eſſe potentias.& quia unum uult:& aliud abhorret:aliam ibi aſſignamus poten
tiam. Vnde habetur:tres eſſe potentias rationalis anime:intellectum:memoriam:& uoluntatem. poni-
mus memoriam ſecundo gradu.eo ꝙ potius naturalis aut ſaltem coniuncta intellectui quam uoluntas
uidetur:quum intellectum in anima ipſa dicamus per ualitudinem ad uaria diſcurrendo: que uolumus
querendo:memoriam uero per aptitudinem concipiendi & obſeruandi que per diſcurſum aptitudinis
agendi inuenimus.ſub quo ordine potentia decurrendi ĩtellectus dicitur:& receptibilis memoria . licet
hoc tantum in intellectualibus rebus aſſumatur:non enim in inſenſatis:nequidem in ſenſualibus: cõce
dendo tamen omnes creaturas in ſuo primo ſigno compoſitas de actu & potentia eſſe:non tanquam
de re & re:niſi ꝙ in ſeipſis aliqualiter perfecte:& aliqualiter imperfecte ſunt: atq; apte ad agendum in
aliis & patiendo ab ipſis.tales aptitudines ſiquidem in intellectualibus:intellectus & memoria uocant̃ .
Verumtamen quia in quacunq; re eſt aliquis naturalis appetitus:ad uolendum hoc & abhorrendum il
lud:in intellectualibus talis potentia appetendi & abhorrendi appellatur uoluntas:cauſa perfectionis:
ſuper appetitus aliarum rerumque intellectuales non ſunt. ¶Tandem per has tres potentias non
intelligimus compoſitionem uere dictam:niſi aptitudines ad uaria peragenda in uno & eodem ſubie-
cto:qua de cauſa nullatenus intelligendum eſt ꝙ intellectus noſter ſimpliciter aſſumptus: potẽtia paſſi
ua ſit q̃m aptitudinẽ ad cõuerſandũ:dicit receptiuã potẽtiã:nã id qd̃ recipit memoria nũcupat̃ : ideſt
receptibilis potẽtia:q̃m p pri9 diſcurrim9: & ea q̃ ĩuenim9 an bõa uel mala ſint diſcernim9: & ĩ eo iſtã
ti quo ipſa iudicamus:memorie cõmendamus.& ꝙ ita ſit experientia patet . nã quũ aliqd tanquam re
ceptum collocamus:iam ſub colore ueri uel falſi ipſum iudicauimus:talis prima diſcretio uero ab intel
lectu acta eſt:diſcernere enim nullatenus paſſiue potentie attinet:quocirca concedere oportet : intelle
ctum noſtrum agentem eſſe memoriam ſiquidem paſſiuam potentiam : ſeu receptibilẽ: non intelligas
materialẽ dicere:quia paſſiuã niſi inquantũ recipit ea que ab aliis eueniunt.quoniã incorruptibilis ue
luti & intellectus:cũ idẽ in rationali anima ſint ſimpliciter capiendo:non autẽ tanq̃ diuerſe res & res:
uerumtamen nequidem de ordine intellectus memoria appellari poteſt:neq; memoria intellectus: quũ
uariis potiantur officiis . Quocirca non decet confundere intellectiones noſtras cum multitudine
nominum intellectuum:tum paſſiuum:ſeu materialem: tum poſſibilem : iam agentem : iam adeptum:
iam ſpeculatiuum:iam praticum:quum unus tantum ſolus intellectus:in quocunq; homine ſit:non eni
plures: ¶Licet ꝙ praticus:ſpeculatiuus:& adeptus:per uarios modos & gradus ſciendi capitur.non

enim per diuersos intellectus:nisi quia intellectus istius est praticus:seu doct9 circa res agibiles atq; sensibus conuersabilis:intellectus illius doctus in altissimis causis:intellectus alterius Iam in omnibus sciētiis peritissimus. Vnde in sentione aliquid aut uolēdo ipsum fere sine discursū usq; ad ultimum gradū comprehendit:sed intellectus materialis possibilis & agens:quia plures species intellectuum dicunt:sta re nequeunt.imo tantum intellectus agens:simul cum memoria ad recipiendum : & uoluntate ad uolendum est.

¶Quamobrem experientia probetur plures esse animarū species:& qd de elementorū materia nullatenus esse possunt. Cap.lxxix.

¶Quum de natura animarum in hoc libro agimus.uidendum est quot species ipsarum animarum experientia inueniant.uñ in primis dicim9 animas non esse elementa:nequidē ab ipsis elementis emanate.& primitus ut ex inferiorioribus ad superiora ascendamus:ab elementis inchoādum est:que quatuor esse dicimus:non plura nec pauciora. At unde hoc nisi ex diuturna experientia effluxit. Quando quidem in omnibus hic compositis semper terram aquam aerem atq; ignem iuenimus.& nunq̄ unum sine alio repertur.Sed assiduo simul omnia.Et positis his elementis in ultimis speciebus ueluti in animalibus tunc proprietates seu naturas elementorum complexiones denominamus.Et primum in uno animali unam tantum complexionem quasi absolute loquendo uel per congregationem qualitatum quattuor elementorum.Sed dum magis scrutamur quattuor complexiones in quocunq; īdiuiduo imaginamur melancoliam scilicet flegmam coleram & sanguinem. Melancoliam dicimus oriri ex terra: flegmam ab aqua:coleram ab aere:& sanguinem ab igne.quāquam plures alii sanguinem ab aere : & coleram ab igne oriri dicant. ¶Vlterius de his quatuor elemētis duo passiua & duo actiua sunt:terra & aqua passiua:aer uero & ignis actiua.& tamen non omnino quecūq; passiua uocantur:omni actu carent.nisi quod minus q̄ actiua operantur.Et hoc etiam de sententia aristotelis comprobari potest.Quum dicat quod non solum actiones ad formam ueniunt uerumetiam ad materiam,principaliius tamen ad formam.& sic inquit:quod unumquodq; agens in agendo repatitur.& eandem sententiam tractando de motu dicit.asserendo:quod extra primum omnis motor in mouēdo mouetur.& similiter intelligendum est:quod preter deum omne agens aliquid in agendo patiatur eo:quod solus deus actus purus.& omnia alia aliquid de materia omnino continentia.& ubicūq; materia aliqua passio occurrere potest.Qua de causa dicendum est:quod q̄uis ignis & aer tanquam actiua elementa se habeant:aqua & terra uero passiua.etiam ignis & aer in agendo aliquid patiuntur:& aqua & terra agunt. tandem principalius ab igne & aere operationes ueniunt:passiones autē ab aqua & terra.Insuper hec omnia elementa gradatim de minori perfectione ad maiorem perfectionem ascendunt . Terra inferius in esse & perfectione:aqua aliquantulo superius:aer in tertio loco:& ignis in quarto:in quo tanta perfectio apparet:quod ignem non putrefieri dicimus. ¶Nunc assumpto exemplo de elementis facile possumus:ad animarum naturam deuenire eo:quod ad similitudinem elemētorum etiam quatuor formas ponimus alias digniores & alias deteriores.Corporea forma inter omnes infima est :ut de terra inter elementa diximus.uegetatiua uero aliquantulo supra primam materialem formam ascendit.& sensitiua digniorem gradum q̄ uegetatiua continet.& intellectiua locum superiorem.& sic causa perfectionis proculdubio incorruptibilis atq; incorporea appellatur . quemadmodum imputrefactibilem ignem dicimus. ¶Et tamen anime ualde differunt ab elementis ut manifesta experientia probatur. nāq; in iis compositis saltem nunquam datur unum elementum sine alio.& una anima sine alia continuo reperitur.in aliquibus indiuiduis:omnes anime simul coniuncte sunt : in aliquibus uero non. ¶In lapidibus aut lignis siccis atq; his similibus solum corporea forma.In herbis & arboribus uiridibus forma corporea simul cum uegetatiua . & in sensualibus forma corporea uegetatiua & sensitiua. In hominibus autem forma corporea uegetatiua sensitiua & intellectiua simul sunt:in qua disparitate mansionis animarum quandoq; plures simul & quandoq; una sola per se manendo : proculdubio probatur:qualiter forme non sint elementa nequidem ab ipsis elementis emanate.Sed eis addite:& hic palam procedere possumus contra tenentes animam oriri ex aqua aere aut igne.Si enim hoc eēt unum quodq; indiuiduum hic compositum esset uegetatum:sentiret & intelligeret.Quoniam unum elementum in his compositis nunquam absq; aliis tribus datur.Vnde necesse esset.quod si unum indiuiduum intelligeret:& sentiret reliqua idem agerent:dum forme seu anime de elemētorum aut cuiuspiam ipsorum natura essent.& ita constat ignorātia ponētiū:quod anima sit aer ignis terra aut aqua. ¶Preterea secundum quod de congregatione quatuor elementorum in uno indiuiduo unam tantum complexionem exoriri dicimus.& denuo ad proprietatem quatuor elementorum : quatuor consideramus pari modo unam animam de quatuor animabus in uno indiuiduo per excellentiam dicere possumus.

¶Amplius sicut diuturna experientia quatuor elementa esse cognoscimus:ita & quatuor formas:& cognitionis initium ab actibus resultat. Quoniam per actiones formas eē cognoscimus. Materiam uero per corruptiones.Et quia hec omnia superius posita sensibus comprobantur:denuo ad ratiōes sub

aliquibus argumentis facile deuenimus. Vnde probatur aliquarum animarum immortalitas ipsarum origines: a quo ueniant: & quo reuersure sint. Quum enim actus nobis formas esse probet. & corruptio materiam ibidem duo principia probantur. Vnum siquidem corruptibile & alterum incorruptibile. Quippe quod impossibile esset formam per quam agimus: & materiam per quam patimur eandem aut similem habere originem. ita quod si materia est corruptibilis: aut que ab ipsa materia orta. necesse est formas esse incorruptibiles. ℭPreterea siquis negaret quatuor esse formarum species: tunc ad sensus occurrendum est. sensus enim rerum effectus cognoscere possunt. deinde intellectus siue ratio fundamenta: de quibus effectus oriuntur: qualia sint discernit. & quia nullaten⁹ citra quatuor animarum seu formarum species in his inferioribus per effectus cognoscimus. & cognoscimus hūc quaternarium numerum: concedere oportet. quatuor esse formas substantiales unibiles cum his indiuiduis. Nam sicut superius de quatuor complexionibus diximus: ita & de quatuor formis. Si enim he complexiōes ex quatuor elementis non oriuntur: unde affirmare possimus: quod ueniant. Et sic ad conformitatem melancoliam impendimus terre: flegmam aque: coleram aeri: quatenus ego sentio sanguinē uero igni. Quā obrem ex eo quod omnia nobis tractabilia de forma & materia sunt composita: ut per effectus patet in lapidibus mineralibus lignis aut terra sicca quedam cōmunis forma extat: que materialis de ratione uocari potest: eo quod ipsi materie propinqua. postremo in arboribus aliquam aliam digniorem formam uidemus. Sed non adeo uniuersalem: ut prima uidelicet materialis. Et hec secunda uocatur uegetatiua eo: quod omnia corpora que sic uel sic uiuere dicimus uegetat: siue fauet: quocirca possunt uegetata alia sibi similia generare. & alia que dumtaxat corpoream formam habent uere generare nequeunt. In tertio gradu aliam uidemus formam: quam uocamus sensitiuam: & hec propria deducit ultimata indiuiduata de loco ad locum: & uarios in eis motus atq; sensationes ponit. Quarto loco alia repetitur dignior forma: que intellectiua denominatur: eo quod indiuidua in quibus ipsa manet effectus faciunt multo digniores ceteris indiuiduis. & hinc talis forma potest denominari anima ad animandū seu gubernandum: & intellectus inquantum quod aliqua per uiam cognitionis discernitur: forma enī corporea quāuis infima seu rudis aliquam habet cognitionem: ut probatur: quia lapides & mineralia cognoscunt plures qualitates ueluti frigidum & calidum. Quoniam quandoq; frigesiunt & quandoq; calesiunt: & arbores seu uegetatiua: que in eis est tum calidum & tum frigidum atq; humidum appetit. & interdum abhorret: animalia sensualia in quibus est sensitiua plura cognoscunt: plura uolunt: & plura abhorrent. homines uero in quibus intellectiua anima est: multoquidem digniora ceteris idiuiduis operantur. Ita quod sensibus probatur quatuor esse formarum species. & species dicimus ex eo quod plures. nam de naturali ratione quemadmodum corpora indiuiduorum q̄uis ab iisdem elementis cuncta emanent in ultima idiuiduatione inter se diuiduntur. necesse est etiam formas diuidi. nāq; aliter per dimidietatem indiuiduorum ego essem tu: & tu ego: intelligas in forma idem: & in materia non idem: & quo ad omnes sapientes potius per formam q̄ per materiā differimus: uel indiuiduatas perseitates habemus. & quia in materia palam diuisi sumus: in quo siquidem magis uniti constat in formis esse diuisos. Vnde non tantum plures forme: idest materialis uegetabilis sensualis atq; intellectualis: immo & in quacunq; specie istarum plures particulares. licet secundum religiosos non habeatur rationalem animam ab aliqua uniuersali substantia descendere: quemadmodum corpora ab elementis. Sed quod ab organizatione corporum simpliciter deus omnipotens ipsam rationalem animam creat. Demum unaquęq; istarum formarum in hominibus posita: intelligens uocari potest; eo quod non itelligit sola anima: nisi totus homo. & quia omnes partes aut saltem forme ibi intelligunt: de iure quelibet ipsarum in modo suo intelligens uocari potest. Attamen quia una magis & alia minus intelligit in differentiis denominandi: unaqueq; denotat id: quod est.

Qualiter de mente aristotelis & quorundā aliorū philosophorū aīa rationalis est ꝓpria forma nostra: & sunt plures atq; icorruptibiles quod pluribus auctoritatibus istorū philosophorū & rōne cōprobari potest. Cap. lxxx.

ℭIn superiori capitulo aliquam de uariis speciebus animarum mentionem fecimus. Et subsequēdo de propriis formis uidebitur tamen precipue de dictis aristotelis hic agemus. Quum de anima tractādo inquiat intellectum non esse corpus neq; formam in corpore. Et ut hoc melius intelligatur: ad physicā atq; methaphysicā eius occurrendū est. In tertio physicorū omne mouens naturale ī mouēdo mouetur: unde fit ꝙ aliqua īmota manentia alia mouere possunt. Sed similes motores nō erunt naturales aut de consideratione physice nisi tantū methaphysice. & sic in secundo physicorū que mouēt nō mota non āplius physice cōsideratōis sunt. ℭHec āt uerba initio aliquātulū obscura sunt: tādē necesse ē de rebus mouentib⁹ itellige᷑. ꝙ īmote maneāt eo: ꝙ si de mobilib⁹ assumpsisset: tunc fuissent mote: & nō mote q̄d stare nō pōt. eo magis q̄d in tertio seipsum declarat. ut iā uisum ē ingens: q̄d oē mouēs naturale ī mouēdo mouetur. & naturale solū de ordine physico intelligebat. ita ꝙ motores secūdū ipsum methaphisice assumēdo: īmoti manētes mouere possunt. Quāq̄ ī aliis locis dicat. Deueniendū ē ad pri

mū motorē:q sic mouet:ꝙ nō mouet.& uno tm̄ motori hoc priuilegiū attribuit.Et pari modo asserit: ꝙ ille solus motor primus sit actus purus oī materia carens.& quelibet alia res siue corporea siue incorporea aliqd continens de materia.& ubi materia ibi aliquid de passiōe dari potest.& ubi passio ibi mobilitas:sic uel sic assumpta:nihilominꝰ comparatiue ad corporea & corruptibilia:sepe de perpetuis aut intelligentiis presupponere uidetur:ꝙ nihil de materia contineant. ¶Vnde octauo methaphysice: in separatis a materia idē est qditas:& habens qditatē.Sed in aliis nō sunt idē.Sed differūt. ¶Et ubi qditas & hn̄s qditatē conuertuntur:parū de materia considerari potest.& oīo a corruptiōe alienū. ¶Quocirca in eodē libro ait.forsan quedā naturalia nō habent materiā.uel si hn̄t:non hn̄t talē qualē generabilia & corruptibilia.Sed solū habent materiā mobilē secundū locū.Deinceps non omnium est materia.Sed quorū est generatio & transmutatio adinuicē:qa quecūq; transmutari nō possunt:nō habent materiā. ¶Et prosequendo corpora celestia non habent materiā:que sit in potentia ad corruptionē.Sed materia eoꝝ est ens actu.scilicet corpus:& ideo dignius habet hoc nomē subiectū q̄ materia.Et ꝙ forma hominis sit de perfectis formis omniū reꝝ experiētia cōprobat:ita ꝙ si aliqua forma incorruptibilis etiā incorruptibilis forma hois.Incorruptio eni seu obseruatio est forme perfectio.& pfectio per effectus cognoscitur.effectus forme hois sunt perfecti iter alios effectus.seqtur ex pfecta forma ortū habere. ¶Itē intellectus ab intelligendo denominatur.& quicquid per itrinsecā seu simplicē naturā intelligit est intelligentia.Intellectus noster de natura sua & nō aliunde intelligit.igitur est intelligentia. ¶Sed ad primū propositū reuertamur:ut uidere possimus quo pacto aristoteles assumpserit:dū dixit intellectū non esse corpus neq; formā in corpore.In his eni methaphysice loquebatur. eo ꝙ ipsum intellectū tanq̄ substantiā separatā considerabat.Quia id qd a corpore illesum separi potest:nō est de rōne forme corporis:qm̄ physice secūdū ipsum assumēdo non dat corpꝰ sine forma:neq; forma sine corpore.Sed he forme materiales sunt:& īpossibile iuxta naturā ab ipsa materia in esse separi.Et quia intellectus de mēte aristotelis a materia separi pōt.recte dixit ꝙ intellectus nō est opus neq; forma in corpore idest propria.sine qua corpus manere nō pōt.& ꝙ itellectus a materia separi queat: in pluribus locis per ipsum aristotelē patet.Quū sextodecio de aīalibus dicat:solus itellectus intrat in nos ab extrinseco:& ipse solus diuinus est. ¶Et alibi intellectus agens est īmortalis & perpetuus:& non reminiscitur post separationē. ¶Vnde palā de separatiōe intellectus loqtur. ¶Et subdit itellectus agens & possibilis non est generabilis neq; corruptilis.Et id quod nō generatur neq; corrūpit: non est de intrinseca corporū proprietate.Et quicqd non est de alterius natura ab ipso separari pōt. ¶Sub qua qdē aristotelica auctoritate etiā teneri poterit intellectū possibilē siue sensitiuā animā eē a corporibus indiuiduis separabilē.Et hoc modo minīe itellectus possibilis uel sensitiua erit forma corporis physice assumendo. ¶Sed quū ipse aristoteles qnto physicorū dicat.Motus est tantū in tribꝰ predicamentis:scilicet q̄titatis qualitatis & ubi. ¶Subsequendo motus in quantitate dicit augmētū & diminutio.Motus in qualitate dicitur alteratio.Motus in ubi dicitur latio uel secundū locū mutatō. ¶Nūc sic.Aristoteles tantum ponit motum in q̄titate qualitate & ubi.& non proprie in substantia saltem q̄titatiua q̄titate extensa.Intellectus noster est substantia sine quantitate extēsa.igitur in mouendo corpus hois non mouetur ad motū ipsiꝰ corporis.& ista uidet sententia aristotelis:ꝙ aīa nostra nō moueat in motiōe corporis:idest tanq̄ de loco ad locū.Sed semper uno & eodē mō manēs dat corpori moueri.Et quod ita habeatur septimo physicorū asserit.oē corpus est mobile:& oē mobile corpus ē. Nunc sic.per ipsum intellectus non est corpus.igitur intellectus nō mouetur.Et subdit oē quod mouet est diuisibile:quia parti est in termino:a quo & parti i termino ad quē mouet.Intellectꝰ per aristotelē est indiuisibilis:ut in pluribus locis per ipsum uideri potest.Tn̄ in eodē libro inquit:indiuisibile nō potest moueri:nisi per accidens:taliter quod secundū hec uerba intellectus seu forme indiuisibiles nō possunt naturaliter moueri:nisi forte per aliquē superiorē fluxū a pria cā assumptū. ¶Quū tertio physicorū dicat.oē mouens naturale in mouendo mouetur.& alibi que mouent non mota:non sunt ãpliꝰ physice considerationis ita quod de sententia aristotelis naturaliter assumendo:intellectus non potest moueri ad motū corporis:nequidē motus quē ipse intellectus prebet:est naturalis nisi methaphysicus uel rationalis. ¶Insuper intellectus non est accidens:non est ubi.& ideo ꝙ non contingit sibi motus augmentationis neq; minutiōis:nequidem alterationis nec motus in ubi seu per mutationē de loco ad locū.Et forma corporis physici in mouendo mouetur ad motū ipsius mobilis:constat intellectū non esse corpus neq; formā in corpore.Et ubi auerrois dicit:Intellectus non est corpus neq; uirtus in corpore existens.uidetur intellexisse ꝙ intellectus agens sit in celo lune:non autē unitus cū hominibꝰ. quod naturali ratione stare non potest:neq; ex mente aristotelis. ¶Et dato quod hec uerba aristoteles dixisset:aliter exponenda sunt eo:ꝙ secundū ipsum prime substantie non sunt in subiecto: neq; dicunt de subiecto.Et ꝙ intellectus sit in hominibus:& non alibi de sententia eiusdē cōprobari potest. Vt tertio rhetoricorū.Intellectus est lumen:qd deus infundit anime.In quo duo asserit primū ꝙ intellectus in hominibus sit & nō separatus secundū ꝙ deus de his inferioribus curā habet.ex eo quod hominibus intellectū infundit. ¶Et dū aristoteles dicit ut in loco suo exponitur:quod intellectus nō ē corpus nec forma ī corpore:ferme idē refert. ¶Et eadē ratio phibet asserēdo:itellectꝰ nō hēt aliqd

organũ in corpore.Sed est separatus ab oĩ organo corporali separatus scilicet non indigẽs organo
determinato:quẽadmodum uisus auditus & q̃libet sensus agit.& tamen intellectus organicis corpori-
bus indiget:quia aliter intelligere non põt saltẽ unitus corpori. ¶At nũc de diuersis corporibus ui
dendũ est:nã corpus hoĩs non est simpliciter corpus:nisi tm̃ corpus hoĩs. ¶Et ita aristoteles primo
de anima.Non quelibet aĩa potest intrare quodlibet corpus.Sed quelibet aĩa habet proprium corpus.
¶Et hic distinctam mentionẽ facit inter animã & formã.forma enĩ corporis physice consideratiõis
non declinat magis ad unũ corp9 q̃ ad aliud.nisi ad oĩa equaliter.Quemadmodum enĩ ibi materia ad
recipiendũ omnes formas equaliter se habet.itidem forma ad qualcũq; materias seu corpora.Sed dum
ad animas peruenim9 longe aliter est intelligendum.Nulla enĩ anima proprie dicta simplici materie
infundit.nisi materia que iam actuata est per materialem siue corpoream formã.Quapropter uegeta
tiua improprie uocatur anima:quoniã facile ad plura corpora parum disposita unitur.& sic rationabi
liter uegetatiua potest uocari forma corporea siue in corporibus existens:atq; ab ipsis inseparabilis.
Anima uero sensitiua & intellectiua & precipue intellectiua organizata corpora exposcunt. & sic uel
sic organizata non possunt uere denominari forma in corporibus.preterq̃ sensitiua forma in sensuali
bus.& intellectiua in intellectualibus.Quia substantie ipsis corporibus addite sunt.ut de intentiõe ari
stotelis uideri põt.dum dicit. ¶Forma non est elementum nec ex elementis.sed substãtia addita ele-
mentis. ¶Et simili modo.Intellectus hominis non est corpus hoĩs:nequidẽ ipsius corporis. sed sub-
stantia sibi addita & tamen forma.Quoniã corpus hoĩs determinatũ est:in quo anima itellectiua isun-
di põt:& q̃a ipsum & non aliud est:anima intellectiua seu intellectus agens est propria forma eius.nã i
corporibus hominũ priusq̃ rationalis anima eis infundat:plura sunt contenta ueluti materia tanq̃ pri
mũ fundamẽtũ forma corporea seu materialis idest ad materiam simpliciter relatiua. ¶Et forma spe
ciei ex eo ꝙ sperma hominis atq; embrius priusq̃ intellectiuã & sensitiuam assumat: est alterius speciei
ab omnibus aliis corporibus plantarũ atq; brutorũ seu a quocunq; corpore.& talis forma cum ipsis
corporibus hominũ simul generatur & corrumpitur.Vegetatiua quoq; est in corpore hominis:& post
modũ sensitiua:priusq̃ intellectiua in eo corpore infundatur.& indiuiduum quod tot in seipso conti-
net.non potest simpliciter corpus denominari.ita q̃d corpus hominis postq̃ ultime organizatũ atq;
sensatũ tanq̃ segregatũ siue differens ab omnibus aliis corporibus ad recipiendũ intellectiuam aĩam
per propriã formã accomodatũ est.& corpora brutorũ ad assumendũ sensualẽ aĩam pro ultimata for
ma.& plante uegetatiuã expostulãt pro forma eis propria. ¶Et sic tertio de anima ab aristotele fer
tur.Omnes partes anime sunt forme in materiis p̃ter rõnale.Que quidẽ propositio.intelligenda est ue
luti superius exposuimus.Nã post distinctionem atq; organizationẽ corp9 hominis p̃ uegetatiuam &
sensitiuam:nõ proprie uocatur materia nisi animal aut tale indiuiduũ.Iccirco ibi intellectiua recte põ
test esse forma.quis in simplicibus materiis non sit forma. ¶Et hoc uidetur de intentione aristotelis
fuisse:dum dicit intellectus non est corpus neq; forma in corpore.attamen auerrois & nõnulli alii erra
uerunt credentes aristotelẽ simpliciter assumpsisse corpus hominis physice:& formã etiam simpliciter.
Quod longe aliter sentiebat.ut uisum est.Et p̃ ipsum aristotelẽ facillime ꝓbari põt.quũ septimo metha
phisice inquiat.Omnis predicatio est a forma. ¶Et deinde omnes partes diffinitiõis sunt forme.Vn
de sane constat de mente aristotelis: ꝙ anima intellectiua est nostra ultimata forma: quoniam intelle
ctuales siue rationales per ipsum denominamur. ¶Et si cogitatiua esset forma nostra:ut auerrois in
ferre uidetur:tunc de iure cogitabiles & non rationales denominaremur.& quelibet pars diffinitionis
nostre animalitas rationalitas atq; mortalitas est.Que quidem omnia de formis inferunt.& tamen ra
tionalitas principalior:per quam a quibusq; aliis animalibus ac rebus differimus. quemadmodum in
aliis locis probatur.Iccirco facile uideri potest:qualiter omnes religiosi cum platone pythagora & ari
stotele conuenimus in eo:quod rationalis anima ẽ ultimata atq; recta forma nostra. pariter & omnes
hi philosophi in animarum eternitate & pluralitate conueniunt.& nos etiam in hoc idem dicimus.Ve
rumtamen in maiori animarum numero earumq; creatione differimus.Nos enim creatiõem ponim9:
& tot animas esse dicimus.quot & homines fuerunt sunt & erunt: ¶Plato autem determinatum nu-
merum posuit.omnesq; animas initio mundi creatas.Vnde oportebat ꝙ anima per exolutionem istius
indiuidui in alterum transiret.Nos uero aliter sentimus.& similiter plato & aristoteles a pithagora dif
ferebant.Nam pythagoras tenere uidetur:quod queuis anima ad quodcũq; corpus transiret:& plato
& aristoteles asserunt.unãquãq; animarum speciem determinatam habere speciem corporũ.in quibus
infundi possunt.& dum aristoteles ait:intellectus est communis in omnibus:cognitio autem non:ibi ui
detur intellectum assumpsisse per primum motum apprehendendi tamen absolutum quoniam omnes
homines in primi motione conuenimus in cognitione explicata nimium alter ab altero differrimus.
Quamobrem tenendum est:ꝙ si aristoteles tenuisset unum esse intellectum uniuersalem ĩ omnibus ho
mĩnibus:seipsum in aliquo loco declarauisset:istic presertim.quia de eiusmodi materia agebat:& de ra
tione ea:que in aristotele inuenimus de mente eius potius sunt tenenda:q̃ illa que non inueniuntur.&
de unitate intellectuum in uno loco apparere potest in operibus aristotelis. ¶De animarum imor-

talitate nil ambigēdum ē circa doctrinam aristotelis platonis & pythagore. Quum palam omnes per fectas formas incorruptibiles atq; perpetuas denominet. & quicquid perpetuum seu incorruptibile semel uiuens. necesse est ꝙ semper uiuat. Anima nostra siue intellectus est idiuisibilis uel incorruptibilis. & patet sensibus: ꝙ quandoq; uiuit. igitur semper. ¶ Aristoteles tractando de causa longitudinis & breuitatis uite ait: Corruptis animalibus corrumpitur sciētia & sanitas: que in eis sunt: Et subdit anima non est in corpore: sicut scientia in anima. Ideo anima solum incorrumpitur corrupto corpore. Quod utiq; anime imortalitatem aperte declarat. quia non tantum comparando asserit. ꝙ aīa nō ita in corpore se habeat. ut scientia in anima: eo ꝙ scientia & sanitas manentes in animalibus ad eorum corruptionem corrumpuntur. Sed etiam affirmat ꝙ ad corruptionem corporis siue istius indiuidui sola anima īcorrupta manet. ¶ De pluralitate uero intellectuum tertio de anima absq; ambiguitate uideri potest: quum dicat ille intellectus: qui plura intelligit non ē nobilior: sed qui digniora: que quidem cōparatio inter unam speciem intellectuum fit. non autem inter plures & tamen unum alio digniorem assignat. Quod de uno solo intellectu. ꝙ uniuersalis uel particularis sit nullatenus esse potest. uidelicet ꝙ unus dignior & alius deterior. Tandem de unitate intellectus & mortalitate anime rationalis: necubi apud aristotelem inueniri potest. immo econuerso in pluribus. Tractando de pomo & morte: Beata anima que nō fuerit infecta prauis operibus huius mundi. Et subdit. Ve anime peccatrici que nō habet posse redeundi ad locum suum. Quia turpia opera delectabilis corporis impediunt ascensum eius sursum. In his uero duabus auctoritatibus proculdubio de mente aristotelis patet: post hanc uitam animarum gloriam uel penam expectari iuxta opera: que hic agimus. Amplius posita animarum gloria atq; pena necessario sequitur: plures animas siue intellectus hominum incorruptibiles esse. Nam si unus tantum itellectus atq; eternus esset. impossibile diceretur absolute per istorum particularium opera pmiū aut supplicium assumi. Ita ꝙ de mente aristotelis ista sufficiunt ad delēdas omnes fantasias auerrois de unitate intellectus. ¶ Preterea aut ꝙ ipse ueritus fuisset ueram esse platonis doctrinam: aut ꝙ quādo ꝙ a deo uel ab angelis inspiratus fuerit. Quum de celo & mundo tractando inquiat. extra celum nec est tempus nec locus nec uacuum. Sed ibi entia ducentia uitam optimam quam toto eterno perficiunt inalterabilia & impassibilia. ¶ Et subdit a primo ente singulis cōmunicatum est esse & uiuere: his quidem clarius his uero obscurius. hec utiq; de doctrina seu principiis platonis sunt. dato quod iterdum aliter & aliter exposuissent. Iccirco quia plato super celo posuit animas atq; alias intelligentias beatas & incorporeas. Aristoteles dubitans uerum esse in primo libro de celo & mundo cōcedit pluralitatem intelligentiarum supra celū summo atq; eterno gaudio fruentiū. & tn̄ dicit nullū ibi corpus esse: quod ītelligētie moueāt ¶ Deniq; gloriā sup celo in separatis ab oī materia atq; motu concedit. ut a platone ac ceteris religiosis asserit. & hic palam testatur ꝙ a primo ente unicuiq; cōmunicatū est esse & uiuere quibusdam clarius & quibusdam obscurius. & hoc clarius & illud obscuri9 differētia particularis est: unde ostendit tenere quod de quacunq; re particularē curam deus habeat & religiosi eandē sententiā seqmur. ꝙ deus de oībus rebus uniuersalem ac particularem curam habeat. & ꝙ eē & administrationē eis prebet. ¶ Et sexto ethycorum tractando: ꝙ consilium sit de futuris ait. Quod factum est non pōt fieri: uel nō factum esse. Et subdit. ꝙ hoc solo priuatur deus: uidelicet agere: ꝙ genitum non sit genitū. seu ꝙ factum non factum: Et in his uerbis deum omnipotentem denominat: eo ꝙ in oīb9 aliis pōt. quatenus religiosi nr̄i dixerūt qa iā facta ex pte ipsarū rerū factarū est cōtradictio ꝙ facta nō sint. Sed ex pte dei pōt qcqd n̄ repugnat itrīsece sue eēntie. & iō ꝟm aristotelē ēt affirmari pōt: qd̄ de9 sit oīpotēs.

De quibusdam fundamentis que nos a natura inducūt ad cognoscēdam nostrarū aīarū imortalitatē siue icorruptibilitatem. Cap. lxxxi.

¶ Inter plura que nos iducūt ad querēdū utrū aīa nr̄a mortalis uel imortalis sit: q̄dam pricipalia sciētāda sunt. qb9 oēs uideri possim9: q̄liter n̄ absq; rōne moti sim9 ad q̄rēdā aīarū imortalitatē. ¶ Quū eni rōnales denominemur: iure naturali tenemur ad indagādū ac discernēdū quenā nr̄a pricipia sint. Q m̄ uero a natura oīa accidētia aut res q̄ accidūt i aliq̄ fixa substātia fundant. parimodo oportet: ꝙ hoc gn̄abile & corruptibile i nobis cōgregratū: in aliqb9 stabilib9 pricipiis fundet. & qa nr̄a hec uitadū i aīab9 & corpib9 uiuim9 dissoluit. necesse est ꝙ sp in aliquo fixo seu idistinguibili remaneat. & qm̄ unusqsq; hō eēntialiter ē substātialis: ac pfecta res i hoc mūdo: sequit aliqd̄ hēre principium sibiipsi attinēs. Dūq; ad hūc locū attigim9 aliud maximū fundamētū cōperim9. Nā qcqd a natura est sp: tale primus icorruptibile uocādū. ¶ Quisq; nostrū de natiuitate quādā pseitatē ita ppriā deducit: ꝙ nūq̄ sic uel sic cōcedit un9 i alterū trāsire uelle. licet quāplures uellēt possessiōes ab aliis possessas possidere. pulchritudies: sanitates gubernatiōes & his similia. Semp tn̄ unusqsq; uult eē eēntialiter illud: qd̄ est. & nullatenus in aliū trāsire uellet. licet in uniōe carniū ossiū capillorū & bonorū tpaliū cū aliis cōiungi aut pmutari eēntialiter cuperēt: i eo ꝙ hoies sumus assidue huiusmodi naturalē appetitū inuiolatū obseruam9. & nunq̄ un9 i aliū trāsire desiderat. Sub quo fundamēto affirmare possum9 aliqd̄ ppriū i quocū ꝙ hoie esse oīno icorruptibile. q̄nquidē necubi i aliud trāsmutari uolet. Et qa ultimū pfectū nr̄um ē rō

nalis aïa:merito tenemus ac naturali pcessu assequmur ipsas aïas imortales esse.Semp eni eas intrāsmutabiles ab hoc esse in illud experimur.Nā id qd semp tale incorruptibile & qcqd icorruptibile si semel uiuit semp uiuit.Et qa patet aïam nostrā aliqn uiuere seqtur.q semp.Et assumpto hoc intrinseco fundamento in nobis semp reperto alias quamplures probationes ad probandū aïe imortalitatē inuenimus atq applicamus.

¶Cur rationalis aïa tres possideat potētias & non plures neq pauciores. Cap.lxxxii.

¶Dicimus quod rationalis anima tres habeat potentias:in quibus tota ipsa anima suppositatur.& non plures neq pauciores.Tamen quelibet istarum potentiarum uidetur in se duplicem continere aptitudinem.Intellectus enim per uaria discurrit atq discernit.& ab hac discretione cōmuniter rationales potiusq intellectuales nuncupamur:qūis intellectus sit discernere inter propriū & impropriū. quia aliter impossibile esset intelligere.Quoniam intelliger nil aliud est q̄ uera rerum cognitio.& si iter bonum & malum non explicatur.atq alterum ab altero separatur:minime ibi erit intellectio.Quoniam autem intellectus per suam intrinsecam rationem est intelligens:consequenter ac necessario est discernens.& uerum discernens nil aliud est q̄ ratio.& iccirco dum rationales appellamur:nil aliud est q̄ si intellectuales uocaremur.Sed quia discernere intelligitur inter uerum & falsum p maiori proprietate aut ad conformationem:quod intelligimus tum bonum & tum malū agimus uisum fuit maioribus nostris cōmuniter nos esse potius denominandos rationales q̄ intellectuales. ¶Voluntas uero etiam habet uelle & nolle:in quibus due aptitudines consonare uidentur.Verumtamen in re oportet:quod una sola simplex sit.Nam quum intellectus seu ratio inter proprium & improprium discernat: oportet quod una sit uoluntas:quemadmodum & unus intellectus ad uolendum illud:quod per intellectum est: tanq̄ bonū discretum & ad falsum abhorrendum.& si due potentie fuissent in una uoluntate ad uolendum.& altera ad nolendum.semper precise uellemus unamquāq rem:& nollemus ipsam.Potentia enim uolens semper uellet.& nolens nollet.Libertas eadem potentia est:que & uoluntas . Et ideo sic possumus dicere:potentia libera:ut & potentia uolens:idest media ad uelle & nolle. ¶De memoria pariter dicimus:quod duplicia officia habere uidetur.quorum primum recipiens:& secundum cuncta que recipit conseruans.& tamen non infertur:quod ibi due sint potentie.Memoria enim de se non acquirit tā quam ad extra.nisi quod concipit illud:quod intellectus & uoluntas in ipsa memoria collocar̄ uolunt.& iccirco receptio & memoria de ratione ipsius conseruationis est:taliter quod tres potētie sunt in rationali anima:& non plures neq pauciores.In animis uero beatis he potentie longe aliter sunt considerande.q̄ hic manentes coniunctis corporibus.Nam dum hic uiuim9 propter corpoream unionem.& quod anima non est totus homo.per se nisi quod tanquam pars integralis ipsius hominis se habet: oportet quod simul cum aliis partibus intelligat.uelit & rememoretur quicquid intellectura uolitura.& memoratura est.& quum corpus seu natura corporea ad perficiendum opera eius.omnimodo temporis tarditate indigeat.pariter & anima unita in natura corporea decet quod aliquantulo tarditatē in operibus seu conceptionibus suis habeat.Dum uero ab hac indutione corporea siue concomitantia fuerit denudata in instanti:actus suos operabitur.in quo quidem statu nullus erit discursus i discretione inter proprium & improprium.Quod intuitiue cuncta sibi competentia intelligat.& uelle illud quod sibi attinet ad conformitatem mansionis in qua inueniretur.& memoria in illo tūc potius mens q̄ memoria uocaretur.omnia enim in promptu habebit:atq presentialiter seu intuitiue:& sub hac ratione quidam antiqui ut plato rationalem animam denominabant mentem idest omnia sibi attinētia intuitiue cognoscentem.

¶Quare intellectiua anima essentialiter in intellectu uoluntate & mēte supponitef: & simpliciter conuertaf. Cap.lxxxiii.

¶Penes cōmunem sententiam anima intellectiua nostra continet:uel dicit in se tres potētias , tamē ad cognoscendum utrum potentie uidelicet intellectus uoluntas & memoria sint essentialiter cū ipsa anima:inter quosdā magna uersaf dissentio.super cuius rei intelligentia merito aliqd dicendū erit.& i primis sic pcedef:aut qd aïa itellectiua nostra est simplex.aut de re & re cōposita.si simplex uel non cōposita de re & re potentie eius uidelicet itellectus uolūtas & memoria essentialiter sunt ipsa aïa .hoc est quod tota anima in suo primo signo in his tribus modis suppositatur:quos nos potentias uocamus.Si de re & re est composita:uidelicet de tribus potētiis tanquā de tribus rebus aïa intellectiua dicit quatuor res natura distinctas in se continere.Quū enim intellectus non dicat oīno uoluntatē neq memoriā.neq uolūtas itellectū.si eēntialiter i aïa nō sunt.idē i nullo supiori neqdē iferiori idē esse possunt. Nam quū res icorporee sint iextēsibiles ipartibiles & icorruptibiles atq idiuisibiles sunt. Quapropter necessario cōfiteri oportet aïam itellectiuā eē cōpositā de qtuor reb9 dato qd itellect9 uolūtas & memoria sint potētie sibi addite,Q d ē cōtra oīum sapiētū opinionē. ¶Sed nūc petim9 qdnā erit aïa

i primo signo suo eentialiter:aut quouis modo.Nō eni iferri pōt:qđi esse eentie sine existētia eo quod anima ab animando denominať.& qcqd animat existit.quia animare actus est.& perfectus. ¶Vlterius animare est per aliquam proprietatem.& talis proprietas potentia uocari potest.Vnde dicendum est animā nostram esse in primo signo suo intellectiuam uel non intellectiuam:nō nō intellectiuam:ergo intellectus est de essentia eius.& ubicūq; intellectus ibi uoluntas & memoria seu mens. Quoniam intellectus inter proprium & impropriū discernit.Vnde sine uelle & nolle frustra esset opatio siue discretio eius.& si nihil recolligeret de illo:quod itelligit & uult:ēt frustra itelligeret & uellet.Quocirca unusquisq; intellectus uere dictus dicit in se simul continere uoluntatē & mentem.& quia talis intellectus sine essentia dari non pōt:idē erit essentialiter anima:quam nos intellectiuam uocamus cum itellectu uoluntate & memoria.& si nō idem unicuiq; istarū potentiarum est tribuenda aliqua ꝓpria essentia.Vñ erunt quatuor essentie & consequenter quatuor res.Et in hoc loco nonnulli decepti sunt: precipue in duob9.In primo ubi aristoteles uniuersaliter diffinit animam:dicēdo anima est per quam uiuimus sentimus & intelligimus.& in altero ubi uidetur tenere:quod intellectus incorporeus nō sit anima nostra nisi tantum intellectus materialis.uerūtamen dicendo. ¶Anima infundiť corpori iussu dei: & infundi de re deforis ueniente infert.& aristoteles non uidetur tenuisse sensitiuam animā deforis uenire nisi quod intus in corpore generata.Vnde asserendum est quod idem intellexerit dicendo:intellectus est lumen:quod deus infundit anime.& anima infundiť corpori iussu dei.quia talem intellectum & talē aiam dicimus esse animam nostram intellectiuam atq; simplicem:tamen cōcedimus: quod post sensationem corporis in ipso corpore in organis aut in ipsa sensitiua intellectiua anima infundatur:non tanquam potentia anime sensitiue nisi domina.& gubernatrix. ¶Et si iuxta intellectionem alicuius intellectus non uocať anima penes sensitiuam nostram & cōmunem loquutionem istam solam dicimus esse aiam hominis.Quoniam per ipsam intelligimus:homines sumus:& a brutis differimus & dato quod per sensitiuam membra uiuant:& per uegetatiuam crescant.dicimus quod dignius sit intelligeř & per se uiuere:q̄ sensationem & crementum aliis prebere.& quia per intellectum intelligimus:& uere semper uiuentes erimus:ipsum intellectum nuncupamus animam nostram.& non sensitiuam neq; uegetatiuam. Intellectus enim in se rem perfectam dicit:ut superius uisum est.Quoniam intelligens uolēs & memorās essentialiter in se refert.& iccirco he potentie quas dicimus esse intellectum uoluntatem & memoriam essentialiter cum anima nostra intellectiua conuertunť:aut melius ipa anima simpliciter assumpta:licet dicamus potentias:eo quod intellectiua aīa quamplura respicit.seu quod ad diuersā ē accomodata :& de hac intellectiua anima uel intellectu:qui deforis uenit aristoteles nil dubitauit:quod in corruptione corporis ab ipso corpore separeť.Sed de sensitiua tanquam de pelago in quo potentie intellectiue uel uti intellectus uoluntas & mens ut dcm̄ est infunduntť.& alie plures potentie corporee sunt contente. ut uisus auditus cogitatiua extimatiua & similia de hac subiectiua anima dubitauit: quod a corpore separeť. ¶Sed intellectiuam animam proprie assumendo:non est ambigendum quod aristoteles intellexisset esse intelligentem uolentem & memorantem animam uolentem siue intellectum animam uolūtatem & animam mentem non tres animas:Sed unam tantum.Quia per intrinsecam essentiam indiuisibilis. ¶Quāuis aristoteles dixisset aiam intellectiuam esse locum specierum intelligibiliū. Vñ uideť de materiali intellectu seu fantasia intellexisse.Quoniā ueluti aliquas potentias corporeas denominabat intellectus.sub eadem ratione poterat eas denoīare aīam intellectiuam eo ꝙ hoc & illud ab intelligendo talem appellationem hēt.Nam considerando ꝙ homo intelligit & non anima sola: omnes partes ad intellectionem nostram occurrentes.aiam in una unione denoiat.Et sic tertio de anima ait:Aia quodāmodo est omnia.ex quo satis apparet.Sepe aiam dixisse pro omnibus potētiis seu partibus: que in hoīe intelligunt.Sed alias dum particulariter loquebatur unamquāq; potentiā proprio nomine ab aliis distinctam appellabat.Ideo dicit aīa rationalis indiget respicere & considerare intentiones que sunt in uirtute imaginatiua.sicut sensus indiget in specie sensibilia.Et hic palam ostendit: qualiter rationalis anima siue intellectualis particularia inquirit.atq; cognoscit. quum dicat indiget respicere & considerare intentiones:que sunt in uirtute imaginatiua.& talis machinatio particularis est.eo magis ꝙ ipsam sensuum operationib9 cōparat. ¶Sed ad potentias ipsi9 anime reuertendo ponatur ꝙ intellectus agens aut quomodocunq; uolueris denominetur:quia oportet quum creatura sit de actu & potentia constare intelligit.uult & memoratur.sub quo ordine intellectus uoluntas ac mens denominari potest.siue continens uirtutes essentiales intelligendi uolendi & memorandi.Quo nil aliud de nostra intellectiua anima asserimus.Vnde intellectus seu mens que deforis uenit & anima itellectiua uel rationalis idem est.

¶Qualiter potentia motiua & alie similes non sint intellectus. Cap.lxxxiiii.

¶Alias potentias uel ꝓprietates q̄plures habemus:tamen nulla eaꝝ intellectus proprietatem continet.q̄uis qdam dixerint. Quod motiua potentia debeat itellectus uocari.Quū nos de loco ad locū at

trahat. Sed qualis hec potētia sit in secūdo libro atq; isto latissime appet. Vn̄ dicimus qđ potētia propīqua ad mouendum:& que in actu mouet uirtus corporea sit:& uis appellatur. Quocirca deficientibus uiribus non possumus de loco ad locum mouere. q̄uis potentias motui imperatiuas retineamus. & ideo ratio uoluntas appetitus & fantasia potentie imparatiue sunt:que nos ire uel manere iubent. tamē ad deportandum corpus oportet:quod uis corporea occurrat:& hec uis ex eo quod corporea & generabilis & corruptibilis non est intellectus nec appetitus est intellectus. Quoniam appetere est proprietas siue conditio cuiusq; sensualis uel intellectualis potentie. Nam quelibet potentia appetit suum officiū exercere. Sed tamen ista proprietas non est speculatiua neq; cognitiua nisi tanquam absoluta & attractiua per modum incognitum:neq; delectatio est intellectus. Quum etiam proprietas cuiusq; potentie sit:neq; irascibilitas est intellectus. quia proprietas uniuscuiusq; potentie neq; desideratiua eo:quod tā q̄ absoluta & non explicatiua. & idem de aliis proprietatibus que partibus corporeis & incorporeis cōpetunt:dicimus quod nulla istarum sit intellectus. & ita patet nos unam speciem intellectus habere. & non plures. hic autem sepenumero intellectum pro tota anima accipimus. ex eo quod intellectus ratio uoluntas & memoria sunt idem in anima:aut anima rationalis. & omnes iste potentie simul:& quemadmodum intellectus tanquam principalior potentia agit totam animam ab ipso denominari: quum intellectiua uocatur etiam dicendo intellectus merito potest pro tota anima itelligi. & nulla aliarum potentiarum talem prerogatiuam habet: q̄uis ratio appropinquet: eo quod per ipsum intellectum assumitur. dum pro rationali potentia capimus. Sed uoluntatem uel memoriam nominando non uidetur pro tota anima nostra intellectiua assumi. & ideo hec potentia intellectus per dignitatem sepe pro tota anima intelligitur. Quia dicendo anima habet tres potentias:aut de tribus constat. non intelligim9 q; sit de ipsis composita:nec quod eas tanquam res distinctas possideat. Quoniam idem est dicere animam habere tres potentias:ac si diceret animam esse intelligentem uolentem & memorātem:eo quod talis est in sua simplici natura tota intelligens uolens & memorans:non totaliter intelligens qn uolens & memorans. Sed totaliter simul uolens intelligens & memorans seu rōcinans. non per constitutiōem seu congregationem nisi talis per simplicem suam naturam.

¶De numero potentiarum:que uident esse in anima intellectuali. Cap. lxxxv.

¶Videtur quod in anima rationali debeamus tres potentias annumerare. Videlicet intellectum uoluntatem & mentem:licet quod per intellectum & uoluntatem uidemur potius a brutis differre: q̄ per memoriam. tamen si nos tantum reminiscimur. & non bruta etiam per memoriam differimus. Quoniā in quacunq; istarum sumus ab ceteris animantibus differentes. nec cognoscimus maiorem numerum istarum trium habere. quia experimur quod nulla istarum trium potentiarum sit in brutis. Nam si aliqua esset saltem quandoq; aliter se haberent: q̄ se habent. Quoniam uoluntas nostra semper ad summum bonum & incorruptibile dirigit. & intellectus inter bonum & malum siue inter honestum & inhonestum differentias cognoscit. & mens ipsum obseruat atq; reminiscitur. & quia bruta semper iisdē operationibus carent: absurdum est dicere: quod intellectiuam animam habeant. nequidem eius potentiam. & he potentie anime intrinsece sunt in ipsa atq; eadem essentia. Nam simplex anima & non composita. & iccirco tota intellectualis anime essentia est in tribus potentiis supposita: scilicet in intellectu uoluntate & mente: que cōmuniter memoria uocatur. Quoniam sicut totum corpus humanum est in membris suis suppositatum. & membra sunt de essentia corporis. & idem cum ipso corpore similiter & anima cum potentiis suis. & ipse potentie cum anima. & hic in anima rationali rectius mens q̄ memoria assignat. Quoniam bruta animalia manifeste habent memoriam.

¶Prologus siue principium secunde particule. Cap. lxxxvi.

¶Quum superius uiderimus aliquas disputationes circa intelligentiam uidelicet utrum in hominibus unicus tantum intellectus sit an plures: atq; itidem de ordine quem una potentia cum aliis habet: ac de plerisq; aliis decens erit in hac secunda particula uidere. utrum sola anima rationalis in toto corpore hominis ministret: aut si habemus uegetatiuam & sensitiuam pro potentiis anime rationali subseruientibus. Et quum de uegetatiua tractauerimus partem suarum condictionum explicauimus. assignando cur per ipsam animalia primo incipiant formam recipere: & quo pacto inde sit principium recipiendi nutrimentum pro membris & sensibus. & similiter probauimus uegetatiue & sensitiue effectibus: quod corporee sint: & in quoquomodo componibiles & dissolubiles: per quam quidem condictionem precise patet eas ab anima rationali differre: quoniam effectus anime intellectiue aliter significant: quanq̄ aliqui super his omnibus experientiis teneant: quod quum anima rationalis infunditur

membris:uegetatiuam & sensitiuam separat siue destruit.& quod ipsa pro omnibus supplet:quod difficile uidetur ut aliquo modo probari queat.Quia saltem experientia in contrarium refert.& nulla quidem ratione constat.cur non debeamus sensitiuam & uegetatiuam habere.

¶Quod qui tenent nos gubernari & nutriri per solam animam intellectiuam: nullam habent manifestam auctoritatem in hac re potissimam. Cap.lxxxvii.

¶Tenentes hanc opinionem:scilicet nos non habere sensitiuam & uegetatiuam uolunt auctoritatem Aristotelis accipere.dicentem anima est principium:quo uiuimus sentimus intelligimus & mouemur.Sed Aristoteles in hoc passu de anima in cõmuni tractabat: hoc est de omnibus animabus simul. Nam semel dicit omne:quod cuiqꝫ animarum competit.& postmodum differentiam adducit de anima & anima uel inter animas.nec solum dicit tres esse : quas intellectiuam sensitiuam & uegetatiuam appellamus: uerum etiam motiuam atqꝫ augmentatiuam animam esse assignauit. Motiuam enim dixit : que de loco ad locum mouet. Vegetatiuam uero:que substẽtationem siue assiduum refrigerium tribuit cunctis corporibus uiuentibus.& ita discurrendo de aliis animabus . & si nos per rationalem animam sentimus:falsum presupponitur.ubi Aristoteles dixit animam letari aut tristari . Quum idem sit : ac si quisquam diceret ipsam texere uel edificare . Videmus enim quod sensus gaudent:& merent . tandem quia Aristoteles in difficillimis absolute aut in modo profetizandi loquutus est.non in dictis suis : immo in ratione simul cum experientia manendum est . Eo magis quia ultra experientiam omnes antiqui philosophi asserebant homines uegetatiuam sensitiuam simul cum intellectiua possidere. ¶Vlterius qꝫ anima sensitiua in nobis ueluti & in brutis sit : palam experitur.Quoniam eodem modo quo bruta uidemus audimus gustamus . & sic de singulis sensibus . licet non semper in eadem quantitate imo eadem uia . Quod utiqꝫ impossibile esset.Si homo per incorpoream potentiam sentiret & bruta per corporalem.

¶Quod ratione dignitatis dicimus in homine esse animam rationalem tãtum: aut quod sibi hoc nomen tribuitur . & sensitiua & uegetatiua uocantur potentie intellectiue anime subseruientes. Cap.lxxxviii.

¶Ex cõmuni prouerbio dicimus.quemlibet domi sue esse regem aut dominum.& postq̃ coram maioribus assistunt:ab eo nomine cessant.ut assiduo uidemus.Nam plerosqꝫ uocamus dominos & proceres in suis atriis.& omnes dicunt dominus uadit:dominus uenit. & tamen pro tali particulari domino intelligunt.Sed dum in curia principis sunt dominum nominando regem tantummodo intelligimus. & reliquos proprio nomine appellamus. Non tamen ex hoc licitum est illos deuastare nec proscribere.nisi quod in quibusqꝫ suis prerogatiuis sint apud principem . nec eis competere:ut domini uocentur.Nam tale nomen solummodo in principem cadit:ubicunqꝫ inueniatur.licet alii aliquo modo submisso possint tali priuilegio potiri non tamen aperto. ¶Et similiter inter animas intelligimus.quod in presentia rationalis non competit sensitiue & uegetatiue animas appellari . Sed propter hoc nulla illarum deficitur.aut quod a proprio officio & munere deficiat.

¶Qualiter pro unione & perfectione multarũ potentiarum dicat̃ unã alias continere non autẽ per ipsarum dirruptionem. Cap.lxxxix.

¶Dum dicitur sicut quadrangulus continet triangulum . ita & sensitiua uegetatiua & intellectiua : hic manifeste de uirtute uocabuli infert ibi esse tres animas uel uarias potentias . Si enim non essent uegetatiua & sensitiua minime continerentur.Id eni quod non est:contineri non potest.& quia sunt : necessario operari debent.Quippe quod ad euitandam ociositatem in natura omnes res aliqualiter continuam operationem habent.& ubi aliquid manet:ibi operatur. ¶Preterea Aristoteles semper ĩ quocunqꝫ homine de facto assignabat potentiam uegetatiuam sensitiuam cogitatiuam uel intellectum materialem distincto modo ab anima intellectiua proprie dicta:& ista tantum causa dignitatis anima intelligitur sicut & nos dum de cõplexionibus agimus:quia q̃uis in unoquoqꝫ animali sint quatuor:unã predominationem seu dignitatem complexionem nominamus . utpote si homo habet plus de elemento igneo q̃ de aliis : ipsum quidem sanguineum uocamus . aut secundum quosdam auctores colericum . Ibi tamen realiter de omnibus aliis elementis siue complexionibus sunt : atqꝫ in actu operantur.ut manifeste comprobatur ubi de complexione agimus. ¶Sed deueniendo ad com

parationem inter triangulum & quadrangulum asserimus: quod semper quadrangulus habet quatuor unitates realiter distinctas: seu quod una ñ sit altera: q̃uis ad unã unionẽ deducti unum solum faciant: per congregationem: nõ aũt totũ simplex: seu quod plurima ac uaria intrinsece non aspiciat. Iccirco ad componendum quadrangulum prius occurrit una unitas: que angulus uocatur. Deinde alia que dicitur biangulus. & postmodum altera triangulus nuncupata. & denuo alia in qua quadrangulum nominamus: Attamen biangulus triangulus & quadrangulus non sunt simplices unitates: nisi compositę de duabus de tribus & quatuor unitatibus. Nam si accedente biangulo. angulus dirumperetur. & extramitteretur. tunc biangulus angulus & non biangulus esset. duo enim dicimus eo quod secundũ super primo fundatur. tria super duobus & quatuor super tribus. & sic de reliquis. Quocirca nunquam fuisset quadrangulus. si ibi realiter tres angulorum unitates non extitissent. atq; continuo remanerẽt. Alium enim super biangulo ponimus. & super triangulo alius angulus. & sic fit triangulus. & quadrãgulus. Sed ibi non destruuntur primi: nisi quod suam primam diffinitionem deperdunt. Quoniam aliter operantur. q̃ prius faciebant. & similiter forma corporea uegetatiua & sensitiua. cum anima rationali se habent. Quod aliter saluari non potest rectam esse Aristotelicam opinionem. licetin pluribus locis taliter se habere declaret. Quia absurdum est tenere: quod anima intellectiua uere dicta in primis sit uegetatiua: deinde sensitiua. & postmodum intellectualis. quemadmodum & anguli: q; primum uocantur anguli: deinde bianguli. & sic discurrẽdo: omnes enim anguli unius nature corporee sunt. Anime uero de pluribus ut i locis suis manifestatur: presertim de rationalibus. Quoniam uegetatiua & sensitiua facilius in natura concordari possunt: Sed a rationali differunt. per corporeum & incoporeum corruptibile & incorruptibile. & sic in nullo principio medio & fine possunt oĩno conuenire. ¶ Sed quia comparatio non tenet in omnibus nisi in aliquibus. ut per Aristotelem met patet dicendo. exemplum ponimus non q; ita sit. sed ut adiscentes sentiant. itaq; in hoc loco quia quadrangulus ubi prius biangulus. & triangulus non sint. euenire non potest. nequidem intellectiua anima. ubi prius uegetatina & sensitiua non sunt: infundi uult comparatio tenet. non ex hoc sequitur intellectiuam de natura uegetatiue. & sensitiue esse. neq; q; in loco earum administret. licet tanquam domina eis imperet.

¶ Qualiter non competat uni speciei animarum in loco alterius operari. Vnde sit quod uegetatiuam & sensitiuam simul cum intellectiua habeamus. Cap. xc.

¶ Rursus ad comparationem de trigono ad tetragonum cum anima reuertendum est. Vnde si anima intellectiua tanquam quadrangulus triangulum continet: uegetatiuam & sensitiuam continet: cõcedere oportet. quod uegetatiua & sensitiua sint ibi ab intellectiua formaliter contente. Si enim non sunt: contineri non possunt. ¶ Si uero asseris quod uirtualiter sint ab intellectiua contente: uidelicet operandi uirtutem habere: quemadmodum sensitiua & uegetatiua: hoc stare non potest iuxta comparationem. Quia triangulus ad plura est aptus. ad que nullo modo quadrangulus. & similiter uegetatiua & sensitina plures habent proprietates: que non possunt intellectiue competere. & iccirco cum intellectiua manentes: & ab ipsa comprehense. alium modum operandi habent: q̃ si soli manerent. uerũ omnes simul ad plura apte sunt. q̃ una sola potentia. & quod hec unio i hominibus sit: facile potest experientia comprobari. Nam plura animalia sunt: que in aliquibus sensibus homines precedunt: & plures arbores in uegetatione ut crescendo in altitudinem latitudinem & profunditatem: Sed in uariis & perfectis homo cuncta animantia precedit. ¶ Vlterius Aristoteles inquit. Necesse est omne quod uiuit habere animam uegetatiuam a principio usq; ad finem. & similiter necesse est omne animal habere sensum. hic enim absq; triangulo ad quadrangulum affirmat cuncta uiuentia sensum habere atq; uegetatiuam. & quia homines uiuimus & animalia sumus: sequitur iuxta Aristotelicam sententiam nos sensitiuam habere potentiam.

¶ De quibusdam experientiis demonstrantibus quo pacto rationalis anima non totaliter corpus humanum gubernet. Cap. xci.

¶ Quamplures sunt experientie: que ostendunt impossibile esse: quod corpora ab intellectiua anima moueantur. Quia dato quod sic esset: tot uires haberemus. dum nascimur: quot in integra & perfecta etate. Nam per usum uel consuetudinem deportandi aliquod onus aut subleuandi ex una parte in aliam non utimur nimio studio seu experientia: quia uiribus duntaxat opus est. & uidemus quod interdum ieiuni aut infirmi magis integre utimur potentiis anime quam epulis sine cibis expleti: aut in optima ualitudine manentes. & minus uim mouendi uel portandi grauitatem adipiscimur. Et si ab intellectiua, anima moueremur eo quod tunc ipsa melius suis potentiis utitur: multoquidem ualidiorem atq; integriorem motum preberet. pariterq; uidemus: quod qui sunt corpore

eminentiores plus omnino uirium sortiuntur. Sed anime intellectiue non habent talem disparitatem. & similiter uidemus pusillos homines magnam doctrinam cõsequi. quemadmodum & alii quis eiusdẽ complexionis sint. & plerasq; alias experientias habemus: que nobis demonstrant nequaquam nos ab intellectiua anima moueri. nisi tantummodo uitalium spirituum uigore: quibus corruptis membra quoq; corrumpuntur. & tunc anima discedit. ¶ At demum experientia edocet: quod si anima rationalis daret nobis motum: quandocunq; esset disposita ad intelligendum: esset etiam disposita ad mouendũ. ¶ Et uidemus quod sepissime dum infirmi sumus anima rationalis est in toto suo uigore. nam integre suis potentiis utitur. & corpus immobile atq; inualidum iacet. Quapropter aperte sensibus cõstat motum nostrum a spiritibus corporeis & non ab anima intellectuali procedere. Vlterius si anima intellectuali moueremur. Quando cum deo optime se haberet: membra nostra uiribus uigerent.

¶ Quod penes auctoritatem Aristotelis omnia animantia creata indigent uegetatiua & sensitiua. Cap. xcii.

¶ Secundum Aristotelẽ omnia animalia generabilia & corruptibilia de necessitate indigent uegetatiua & sensitiua. Quoniã animal generatũ uiuens indiget crescere statu & motu. propter quod necesse est in omnibus generabilibus & corruptibilibus uegetabilem esse potentiam. ¶ Deinde dicit necessario quod quodlibet animal sensu indiget. Quod si aliter esset: multa quidem inconuenientia sequerentur. ex quo dicit nullum animal gressibile intellectum habens: potest esse sine sensu. ac si dicat: Quod si essent animalia sine sensu: neq; corpori: neq; anime prodesset: Vnde penes aristotelem manifestat nos sensitiuam & uegetatiuam possidere. Et si aliquem locum inquirimus: in quo ipse dubitauerit inueniemus: quod potius dubitauerit nos animam intellectiuam habere: q̃ de sensitiua & uegatiua. Intellectiuam autem intelligas eo modo quo nos ipsam assumimus: ut postmodum patebit. Quocirca nemo cũ aristotele probare potest: quod rationalis anima uegetatiuam & sensitiuam eiiciat. & quod ipsa deinde totaliter corpus gubernet ac moueat. Licet fantasia ponentium quod in homine sit tantũ aĩa intellectiua extitit: quod omnes aĩe haberẽt ortũ ab una sola uniuersali aĩa: quã plato aĩam mũdi denominabat: ita quod ea substãtia seu uirtus. que in arbore est uegetatiua: in brutis est sensitiua. & in hominibus intellectiua: Que uana est cogitatio. quia cõtra mentẽ philosophorum religiosorum & irreligiosorum atq; experientiã sit. Quãdoquidẽ eã formã uel uirtutẽ quã aristoteles appellat mentẽ seu intellectiuã animam: de qua dicit esse potẽtias intellectũ agentẽ: & possibilẽ in q̃bus ipsa aĩa supponitur in primo suo signo essendi. tãquam in actu & potẽtia: religiosi aĩam nostrã esse asserimus: & easdẽ animas plato dicebat ab octauo celo ad infusionẽ nostrorũ corporũ deuenire & ab operibus patet aĩam sensitiuã uegetatiuam & intellectiuã a natura multũ differẽtes esse. ut superius uisum est. Quocirca in operãdo una pro alia supplere nõ põt. & hoĩes opera agimus similia cũ plantis brutis. & insuper aliud multo perfectius. Vnde ꝓbatur nos cõtinere quascũq; formas bruta & plãte habẽt. & ulterius aliã multo digniorẽ.

¶ Quonã pacto uideri potest quod de mente platonis atq; aristotelis anime rationales nullatenus ab unica uniuersali anima mundi oriri possunt: & cur posuerint determinatum numerum animarum ab eterno seu principio mũdi. & quod una anima in plura corpora hominum in discursu temporis transeunt. Cap. xciii.

¶ Quod de mente platonis anima intellectiua nostra non habeat ortum ab anima mũdi aut ab ea origine: ex qua anime sensuales ac uegetabiles emanant. sane per ipsum comprobari potest. quum tantum dicat celos & homines de intellectiua anima animatos esse: eo quod celum est rotũde figure. & ẽt capita hominũ rotũda. Et quia rotũda figura precise perfecta. Deus siue natura de rationali anima ꝓuidet celo & homini. Si uero sensualis anima eiusdem nature cum intellectiua esset. non potest dici: q̃d soli homines. & celi intellectiuas habuerint animas eo: quod non de mẽte platonis neq; dẽ aristotelis dicentiũ oẽs animas esse eiusdẽ nature. ¶ Quoniã etiam aristoteles sextodecimo de animalibus solus intellectus est: quid diuinũ impassibile & incorruptibile: & uult q̃d solus homo intellectũ habeat. Vnde nec secundũ ipsum neq; platonẽ anima rõnalis seu intellectus est eiusdẽ nature cũ aĩa brutorum. Sed petendũ est ab illis q̃ dicũt oẽs animas unius & eiusdẽ speciei esse: quatenus hoc ꝓbare queant. Non eni ab aliqua experiẽtia neq; auctoritate. Et si assumũt: quod propter rotũditatẽ capitis hoĩs ibi intellectus ostẽdatur. & non in aliis aĩalibus: hoc nequaquã ualet. Si eni causa rotũditatis ueniret. Plura alia ĩtellexissent: sicut & homo: saltẽ ursus meliori modo: q̃a non tantũ caput sed totũ corpus habet rotũdum. Et leo mirum immodũ rotũdum habet caput. & tamen non intelligit. Sed alia rotũda dimittẽdo exẽpla in hominibus tantũ assumamus: Qui eni rotũda capita possidẽt: pro maiori parte in sensibus ꝓualẽt: ut in uisu auditu gustu & olphatu: in tactu uero non tantum. Verum in discursu intellectus multominus ualet: quam ii qui longa habent capita. Itaq; nequaquam proponendum est: quod nos intellectum habere ostendamus ex eo: quod rotunda capita possidemus. & in alia neq; experientia:

neqꝫ auctoritas ad rem istorum agens inueniri potest. Plura enim sensualia animalia sunt: que optime sensibus suis utuntur. Ideo nulla uidetur contradictio: quod si anima sensitiua esset eiusdem nature. uel essentie cum intellectiua etiam in brutis recte intellexisset: quum tam subtiliter in eis sentiat q̃ in hominibus. ¶ De mente Aristotelis etiam anime de uariis speciebus & non de una sola sunt: quum agẽdo contra pythagoram asserat: quod non quelibet anima in quodcunqꝫ corpus ingreditur. Sed unaqueqꝫ habet corpus determinatum: in quo infundi debet. Quibus uerbis manifeste intẽtionem suam declarat. Videlicet plures esse animarum species. ¶ Preterea quod rationales anime ab anima mundi tanquam ab unica uniuersali substantia non oriantur: de sententia platonis & Aristotelis per ipsos constat: quoniam post separationem a corporibus asserunt animas: que male coniuncte uixerunt: supplicium pati: & que bene fecerũt delectationem uel premium assumere. ¶ De sententia platonis late patet: quum dicat: quod anime que male uixerunt: dum a corporibus exeunt: in sepulturis in arboribus in gelu in aquis & similibus penare: quousqꝫ peccata purgentur. & deinceps in celum aplane ad assummendum gaudium ascendere. ¶ Et Aristoteles in libro de pomo & morte. Ve anime peccatrici: que non habet posse redeundi ad locum suum: quia turpia opera delectabilis corporis impediunt ascensum eius sursum: & in hac sententia hi philosophi non possunt assumere de unico uniuersali intellectu. Si enim eternus & unicus pati non potest: nequidem de aliqua substantia generabili & corruptibili: nisi de particulari indiuisibili ac semper uiuente. Vnde non possunt intelligere: quod anime que post separationem supplicium aut premium capiunt ab uniuersali anima mundi ortum habeant. Si enim ab uniuersali per diuisionem in ista & in illa anima particularizatur: & quicquid diuisibile & unibile ac de scõ diuidit̃ & reunit̃: saltẽ aliqualiter generabile & corruptibile. & id qđ generat̃ & corrũpit̃ post separationẽ ab his corporibꝰ nullatenꝰ suppliciũ neqꝫ ueꝝ gaudiũ assumer̃ põt. Q̃m sestinati ad uniuersalẽ substantiã suã reuertit̃. & de sñia istoꝝ philosophoꝝ aĩe post separationẽ a corporibus quandoqꝫ penam pro longo tempore assumunt. Sequitur quod ipse anime de se sunt particulares atqꝫ indiuisibiles & irreunibiles. Sed in uno & eodem modo semper incorruptibiles manentes. ¶ In quo satis concipi potest: qualiter plato & Aristoteles aut alii philosophi: qui probi fuerunt: & simplicem creationem ignorabant: determinatum rationalium animarum numerum posuerint in principio mundi. seu ab eterno manentium. nam posito ꝙ mundus sit eternus: aut sic uel sic ab aliqua materia tã quam exemplari productus. necessarium est consiteri omnes animas esse ab eterno uel a principio mundi productas: concesso quod icorruptibiles sint. Quia naturaliter loquendo: si de aliqua uniuersali materia uel substantia diuiduntur ad ipsam reuersure sunt. & tunc tanquam corpora generabilia & corruptibilia se haberent. ¶ De mente istorum philosophorum ac de ratione ut in pluribus locis istius libri probatur. anime rationales sunt incorruptibiles. sequitur quod non emanant ab aliqua uniuersali substãtia: tanq̃ corpora generabilia & corruptibilia ab elemẽtis. ¶ Et dato quod ab aliqua uniuersali substantia emanarent: & per diuinam potentiam & uoluntatem ad ipsam substantiam non reuerterentur: de necessitate post plures diuisiones illa substantia finiretur. quemadmodum & elementa. si nullum corpus quod semel generatur amplius ad ipsa elementa reuerteretur quoniam elementa in eadem magnitudine semper obseruantur eo: quod ueluti per unum latus aliquod corpus generatur per alterum aliud ad ipsa elementa reuertitur. ¶ Et ita si rõnales aĩe ab aliqua uniuersali substantia emanarent. & amplius in ipsam non conuerterentur: dum illa substantia finiretur: tunc fuisset finis omnium hominum. intelligas in generationibus: quoniam non haberent unde rationales anime eis euenirent. Et aliam uiam assumendo. Videlicet ꝙ mundus est eternus. & ꝙ ab eterno sunt tot anime particulares: quot fuerunt homines: sunt & erunt. maxima uideretur confusio atqꝫ infinitas sine proposito. Quandoqdẽ indistincta & in naturalibus principiis nil inordinatũ est ponendum. Quapropter philosophi qui sapientes erant dum mundum eternum imaginabantur: oportebat quod determinatum numerum animarum posuissent. tamen aliquanto maiorem numerum quam homines sunt in uno solo tempore uiuentes. quum dicant quod alique anime post separationem a corporibus sunt in supplicio: ut peccata depurgent. & alie in celo aplani ad recipiendum premium. & tamen eedem anime postq̃ hic in terris purgantur ascendunt ad celum. de mente istorum & denuo ad alia corpora informanda descẽdũt. tamen dicunt: quod post separationem nil recordantur in celo de iis: que hic fecerunt: neqꝫ in terris de illis: que in celo sciebant. ¶ Religiosi siquidem quum simplicem mundi creationem posuerint merito tenere possunt animas indies creari ad formationem corporum. & ꝙ non detur determinatus numerus ab eterno nequidem a mundi principio. Nihilominus de mente theologorum & precepto legis non erit creatio animarum sine fine preterq̃ determinato tempore. & sic quidam dixerunt tot animas esse creandas: quot possint adimplere mansiones. quas angeli maligni perdiderunt. Sed hoc non uidetur ad propositum. Nam in creatione hominis non inquit deus: faciamus hominem ad possidendum ea: que Sathan & angeli eius perdiderunt: nisi quod ait faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostrã. & p̃sit cunctis aĩalibus terre: & piscibus maris. Sed sit quomodocũqꝫ sit: ꝙ nos habemus generatiões & corruptiões cessandas fore. Vñ erit determinatus aĩarũ numerus nõ aũt cõfusus aut in

finitus. ¶ Denique uisis superioribus facile cognosci potest.qualiter dum aliqua substantia uniuersalis imaginatur:de qua plures anime emanant.super uegetatiua & sensitiua intelligi potest.non autem de intellectiua. Quoniam omnino in se indiuisibilis.& ubi diuisio non datur minime emanatio ab aliqua uniuersali substantia.neque reunio cum ea.

¶ Quomodo generetur spiritus & corporee uires membra mouentes. Cap.xciiii.

¶ In omnibus rebus generabilibus & corruptibilibus uidemus uegetatiuam in principio sue generationis ad sensum concurrere.& exinde sensitiua & intellectiua eueniunt. Sed uegetatiua incipit organa disponere:in quibus subtilissimi spiritus generantur.& in spiritibus uitalibus quedam uirtus gignitur: quam fortitudinem uel uim uocamus: cui proprie competit corpora de loco ad locum mouere. Attamen quod membra bene proporcionata sint. Quoniam necesse est iuncturas musculos & neruos accommodatos esse ad extendendum & attrahendum:& etiam expeditos:quod uitales spiritus pertranseant.& post uitales spiritus alii animales eueniunt. qui sunt sedes anime sensitiue. & sicut anima sensitiua est dignior spiritibus uitalibus:ita quoque potestatem habet imperandi eis. & sic uires sensibus parent inquantum possunt.& in aduentu anime rationalis uegetatiua & sensitiua cum suis uirtutibus intellectiue obediunt.& non in eam conuertuntur:nisi quod tanquam minores & subiecte concomitantur.& sic nullus philosophorum uult:quod homo solam intellectiuam potentiam habeat. ¶ Vlterius si anima intellectiua in nobis operari non potest.ut dicunt sine sensibus: quonam pacto nos inferre possumus?quod sensitiuam non habeamus?& si dicunt in homine non erit anima sensitiua: a philosophis siquidem anima uocatur una sola potentia. ueluti est sensus tactus: quibus omnibus sensibus coniunctis sensitiuam appellant.

¶ De inconuenienti quod ab aliquibus assignatur. si anima uegetatiua & sensitiua non euanescerent in aduentu rationalis in corpore. & quod aliter sit sentiendum. Cap.xcv.

¶ Qui tenent quod insusa rationali anima in corpore sensitiua & uegetatiua destruuntur: solum inferunt in uno solo supposito plures formas non conuenire.& quod dum sensitiua & uegetatiua remanerent:intellectiua esset in humanis posita:tanq̃ accidens ueluti album in homine. Sed ista non est recta comparatio. Vt per eandem comparationem uideri potest. ita dicendo albedo in modulo suo tanquam forma in pariete se habet.quamuis in primis iam ibi erat altera forma. saltem corporea. sed quia albedo de se accidens est:non potest tanquam substantialis forma se habere.tamen absque diruptione prime forme ibi manentis sistit. ¶ Et parimodo quia anima rationalis substantia est in corporibus nostris insusa forma substantialis.non autem accidentalis denominanda est.nam non solum corpus informat immo formam corpoream uegetatiuam & sensitiuam:quoniam perfectionem eis tradit. de contradictione enim nulla ibi intersit quoniam incorporeum absque repugnantia atque occupatione loci ubique cum corporeis substantiis atque accidẽtibus manere potest. Anima rationalis est incorporea uegetatiua & sensitiua uero de corporea natura ambe.palam sequitur intellectiuam animam simul cum ipsis tãquam suppremam formam absque repugnantia posse manere. ¶ Conceditur quod dum omnes anime eiusdem nature essent:nullatenus in uno solo subiecto omnes tanquam forme manere possent. Sed quia alterius & alterius nature quedam earum superior quedam uero inferior.unaqueque in gradu suo informare potest.atque recte ibi potentias suas exercere.ueluti in quocunque regno ciuitate domo naui & similibus optime administratis fit.nam si i regno preter regem nemo stetisset: regnum illud pauci ualoris esset.& sic domus nauis & alia similia:quia aliquem gubernatorem super alios exposcũt. tamen alios plures ministros sub ipso ministrantes.& quum homo perfectum animal in terris est:decet in se plura bona continere.& quia anima uegetatiua & sensitiua bone sunt. bonum est ipsas possidere eo magis quia cum lapidibus arboribus & sensualibus in materia omnino generabili & corruptibili conuenimus. uel in insimiori materia: quam dari potest. & non conuenire in forma corporeitatis uegetabili & in sensuali defectus maximus annotaretur. Quoniam potius in optimis uel sublimibus cum arboribus & sensualibus conuenire debemus: quam in insimis. ut super ipsis aliis animalibus homines tanquam perfecti commendari possemus. licet de ultimatis considerando non tantummodo in specie:immo genere a lapidibus plantis & brutis differimus. aut potius quam generice quoniam de corruptibili ad incorruptibile distat disparitas. cum anima intellectualis nostra in

generabilis & incorruptibilis simpliciter. forme enim lapidum plantarum & sensualium generabi les & corruptibiles aliqualiter saltem. ¶ Quamobrem de ultimatis formis considerando maior ex tat disparitas inter hominem & sensuale. quam inter sensuale & arborem. arborem & lapidem.

¶ Preterea quia nonnulli dum plures formas in uno & eodem animali negare uolunt. exemplum de corporibus adducere solent. asserendo: ueluti plura corpora manere nequeunt: eodem modo repugnat plures formas simul manere: quod exemplum simpliciter assumptum nos negamus uerum esse. ut delicet quod duo corpora uel plura simul manere nequeant: dum corpora de uariis speciebus sunt. quam uis pro nunc dimittemus corpus compositum de uariis elementis: tamen deductum ad unam solam in diuiduationem: ut corpus hominis corpus equi arboris aut de similibus. immo ultra hanc compositionem indiuiduatam uel ad unam solam speciem translatam de aliis speciebus corporum semper cum corporibus nostris simul manentibus dicemus. ueluti sudor qui corpus est. uerumtamen absque diruptione cutis & carnis transit per corpus nostrum recipimus calorem solis ignis per omnia membra usque ad medullas: ingreditur aer intus in membra dato quod tunc nimium assutiletur: tamen ingreditur. exit uapor a quocunque uase. quamuis nimium per omnes circumferentias clausum. si modo ibi apponimus ignem magnum radii solares qui etiam corporei transeunt per uitrum non tantum per poros immo per totum uitrum ipsum. ¶ Tandem non transit uitrum per uitrum. non corpus hominis per corpus hominis: non corpus arboris per corpus arboris. & ita de reliquis intelligas quod duo corpora eiusdem speciei simul sub eadem superficie manere nequeunt. sed dum de diuersis speciebus sunt: simul manere possunt. & per hanc uiam facile solueretur pôt dictum multorum tanquam magnum presuppositum dicens: si hoc esset penetratio corporum: daretur: quod nullatenus stare potest. tamen quod maneat experientia lata patet. Et ita de pluribus formis seu animabus de uariis speciebus constantibus asserimus simul in uno & eodem animali manere posse.

¶ Preterea unum potissime expetendum est asserentes animam intellectiuam posse in aliquo animali per sensitiuam & uegetatiuam supplere: utrum he anime omnes de una & eadem natura sint uel de pluribus. si de una palam concedendum est animas per generationem & corruptionem de specie in speciem transire ueluti corpora generabilia & corruptibilia agunt: quod absurde sonat. saltem de intellectiua anima capiendo. ¶ Si eiusdem nature omnes anime non sunt: exemplum exposcimus: quonam modo una anima per animam alterius nature supplere queat: quoniam non ualet presupponere quod causa perfectionis stat. quoniam sol non potest supplere in operationibus competentibus lune: neque unum elementum pro altero supplere potest. non celi per elementa non elementa per animalia. ubi operationes perfecte occurrunt. licet aliquando quoquomodo una res per rem alterius nature operetur. nunquam tamen perfecte nequidem in omnibus anima intellectiua per te operatur in hominibus omnes operationes attinentes sensitiue & uegetatiue. igitur in solo hoc talia contingere affirmare potest. quoniam nullum aliud naturale exemplum inuenimus. est potius tenendum illud: quod in pluribus comprobatur: quam id quod de uno solo asseritur: igitur relinquendum est. quod anima intellectiua per sensitiuam & uegetatiuam recte operari possit. In omnibus operamur perfecte omnes operationes sensitiue & intellectiue competentes: confitere oportet unumquemque sensitiuam & uegetatiuam animas habere. concesso quod in homine anime non denominentur. nam ueluti in quocunque animali quatuor semper obseruantur complexiones a quatuor elementis dependentes: que complexiones aliqualiter tam quam forme se habent. & nunquam complexio ab hoc elemento emanans transit in complexionem alterius. quamuis semper ibi detur una principalior complexio omnibus aliis. pari modo de animabus seu de formis uere dictis asserendum est. quoniam nunquam una in alteram transit quamuis quatuor forme in uno & eodem animali occurrant: ut in homine uidelicet forma corporea simpliciter dicta forma uegetatiua forma sensitiua & forma intellectiua. ¶ Quoniam ueluti complexio malenconica super partes terrestres administrat in homine principaliter capiendo. flegmatica complexio siquidem super aqueas partes complexio aerea super aereas: ignea complexio uero super igneas partes. ¶ Simili modo forma corporea simpliciter capta super primam compositionem corporis animalis administrat. uegetatiua enim super crementum. & naturale nutrimentum eueniens atendit. Sensitiua circa sensationes & motus de loco ad locum. intellectiua uero ad intelligendum uolendum & reminiscendum sub propria ratione ea: que acturi sumus. ¶ Vlterius quoque petimus: si anima intellectiua eiusdem nature substantie aut originis cum sensitiua & uegetatiua est: sub qua ratione fit: ut in tantam perfectionem ascendat. quod intelligat. & sub recta ratione agat: quicquid agit. in sentiendo & uegetando autem nil ascendit super uegetatiuam: que est in arboribus. & super sensitiuam manentem in brutis. quoniam si de specie in speciem transit per gradus perfectionis ascendendo. ita in uegetando & sentiendo ueluti in intelligendo super alias animas ascendit: non ascendit in uegetando & sentiendo. ut experientia patet. ergo non est eiusdem nature. Cum aliis animabus nec potest per eas in operando supplere.

¶ Preterea minime causa euasionis inferendum sit. sensitiuam & uegetatiuam esse potentialiter in homine: quoniam quicquid in homine est: pro hoc nunc presenti est in actu licet habile ad transeundum de futuro in aliquid aliud. tamen de presenti in actu ut penes auctoritatem Aristotelicam de triangulo & quadriangulo positum uideri pôt: in qua

potissime negantes sensitiuã & uegetatiuã i nobis esse fundare solent:uidelicet dũ dicit sicut trigonũ i tetragono. Sic uegetatiua i sensitiua:& sensitiua i intellectiua i his uerbis palã ostendit: qd si quadragulus est in actu similiter triangulus atq; biangulus. Vnde si anima rationalis est in nobis in actu. similiter uegetatiua & sensitiua. licet coniuncte omnes: nam duo anguli adueniente eis altero in figurã triãgularem transeunt:& adueniente altero angulo: illi tres anguli transeunt in quadrangularem figurã. nihilominus unusquisq; semper angulus remanet. licet non solus ut prius erat. ¶ Vlterius anima & corpus simul manentes sunt homo atq; una sola res q̃uis ante unionem due res essent. nec ex hoc q̃uis simul una res sola sint in aliquo gradu aut tempore. anima est corpus nequidem corpus anima. neq; ẽ asserendum ꝙ corpus maneat & in pura potentia anima: quoniam utraq; in actu manent. tamen quia in unione perfecta. Simul una sola res denominaretur causa unionis: non ꝙ ab intrinseco una sola res sint. Vnde fit ꝙ in intrinseca diffinitiõe hominis duas partes diuersas ponimus: idest rationalem & mortalem. Et ita de uegetatiua & sensitiua simul cum intellectiua dicimus: qa causa unionis in homine una sola res uel anima denominari possunt. tamen ab intrinseco distincte atq; distinctas quoquomodo habentes operationes ut de corpore & anima simul manentibus patet. quia q̃uis perfecte coniuncta aliq; operationes conueniunt anime. que nõ attinent corpori & econuerso. ¶ Demum dum quedã ab aliquibus modernis scripta inspicimus. ferme compulsi sumus assequutos esse anaxagoram dicentẽ de quolibet quodlibet fieri. que opinio in paucis tenet. q̃uis de solis sub celo manentibus generabilibus & corruptibilibus capiamus. nam q̃uis materia elementorum secundum diuersas corruptiones & generationes in uarias quoq; transeant species: nunq̃ unum elementum in simplicitatẽ alterius transit. licet hoc & illud simul in aliquam uariam speciem: tandem unumquodq; elementum semper naturam suam a naturis aliorum obseruat. ¶ Vñ fit. qa in qbusq; aĩalibus cõpositis quatuor ꝓprietates ad similitudinẽ quatuor elemẽtorũ cognoscimus & unaqueq; imutabilis obseruat proprietatẽ elemẽti. de quo maiorẽ ptẽ capit. ut in altero uolumie a nobis ꝓbatũ. & ẽt i nonõ istius patebit. ¶ Et i similitudine de uegetatiua sensitiua & intellectiua est assumẽdũ. dũ intelligeretur. tñ intellectiua per cogitatiuam seu formam corpoream. non enim per ueram intellectiuam idest incorpoream: ut nos de anima nostra asserimus. ita quod non de quolibet quodlibet fit. simpliciter capiendo: sed de rebus unibilibus. & separabilibus. dato ꝙ generabiles & corruptibiles non sint. qnelibet compositio fieri potest. idest compositio q̃ agenda sit. quia discomponitur hoc:& componitur illud. tamen compositio semper tanquam ad extra sonat. non autem fundamentaliter ab intrinseco conuersio substantialis. Et ita platonem & Aristotelem uidetur sensisse. sub quo ordine nullibi dicũt. ꝙ anime brutorum & plantarum expectent gloriam: nec penam post separationem a corporibus. de animabus hominum uero asserunt iuxta merita gloriam uel penam spectare. Vnde plato animas intellectiuas hominum mentes denominant non ab anima mundi emanatas: immo super ipsam a deo omnipotente productas. Vnde decipiuntur credẽtes dẽ mente platonis ab anima mundi emanare. quoniam secus se habet. ¶ Aristoteles inquit. omnes partes anime sunt forme in materiis preter rationalem: in qua quidem sententia de uariis partibus ipsam aĩam cõstare dicit: hoc est de materialibus. & ĩm aterialib9. assumit tñ animã tãquã in cõmuni per uniõnem de uariis naturis ut superius uisum est: ¶ Secundo libro de generatione animalium agendo de potentiis separabilibus & inseparabilibus ait restat igitur ut mens sola extrinsecus accedat ea que sola diuina sit. Vnde palam constat homines sensitiuam simul cum intellectiua possidere. cum in hoc loco de pluribus formis generabilibus & corruptibilibus in corpore nostro agat.

¶ Quod si non haberemus uegetatiuam & sensitiuam in nullo modo operandi cũ brutis conueniremus. Cap. xcvi.

¶ Tenentes quod anima intellectiua in homine pro omnibus animabus suppleat inter pleraq; alia argumenta asserunt: quod si animam sensitiuam haberemus oporteret unam habere: qua cum brutis conueniremus: & aliam qua disconueniremus. Hoc autem argumentum nescio ad quid traditum sit. ex quo sine proposito & patet ex eo: quod equus & asinus per sensitiuam animam solummodo conueniunt:& differunt & neuter duas animas possidet nisi unum. Veruntamen in genere animarum sensualium conueniunt:& in asinina & equina specie disconueniunt. Nam sicut totum hoc animal equus differt a toto animali leone. ita & partes eorum differunt: ex quibus propinque sunt compositi. ut manifeste uidemus eo: quod membra & caro leonis differunt a membris & carne equi. & ideo caro equi erit ad unam medicinam accommodata. & caro leonis ad aliam. Quoniam uero membra istorum animalium uarias proprietates possident. similiter & eorum anime inter se uarie. Quocirca manifestatur inter se esse diuersas tot uarietates causando. Sed quia corporee & sensitiue sunt ambe in multis assimi'ãtur. hanc uero similitudinem non possumus recte inter sensitiuam & intellectiuam animã ponere. Quũ sint penitus diuerse. & non apparet ꝙ similes esse possint. quia dum de substantia tractamus: aliam

dicimus esse corporeã:& aliã icorporeã.& hic nequaquam una alteri subalternatur.Quamobrem si in ferimus corpus est:igitur substantia corporea est.Nõ tamen sequitur corpus est: igitur substantia in corporea est.nisi pro deo substantiam accipiendo.sine quo nihil omnino esse potest.Hic autem de substantia dependenti loquimur.Vnde per naturam non subalternatur una ab alia.& sic constat: quod si debemus cum animalibus sensualibus in uegetando & sentiendo conuenire oportet potentias corporeas uegetatiuas & sensitiuas habeamus eo:quod per intellectiuam totaliter dissimiles:& probatur: qa si nõ haberemus carnes & alias partes corporeas:nullo pacto diceremus esse similes animalibus sensualibus.Sed quia tenemus mẽbra ut ossa neruos carnes & alia plura:sicut & bruta dicimus i hoc esse similes.& tali modo habẽtes corporeas potẽtias utpote sensitiuam & uegetatiuã dicimus esse sensualibus similes:q̃uis i specie differẽtes:& per hanc specierũ differẽtiã nõ ualet argumẽtum dicẽs. Si anima sensitiua est anime itellectiue suppositata aut subseruiẽs.similiter & anima sensitiua equi erit subseruiẽs aut recipiẽs itellectiuam animam:quia quum sensitiua hominis & sensitiua equi:sint uarie in specie sensitiua hoĩs petit itellectiuã.& sensitiua equi.penitus repugnat.finaliter negando:q̃d sensitiuam & uegetatiuã habeam⁹:quemadmodũ bruta est:ac si diceret nos non habere carnem ossa & neruos: nisi quod totaliter spirituales uel incorporei:q̃d proculdubio esset inane.Sed tamen animaduertendũ est:q̃d secũdum religiosos quotiescunq; animam intellectiuam dicim⁹ pro icorporea itelligit:& penes irreligiosos plerũq; pro materiali itellectu. ¶At uero i articulis damnatis parisius reprobat opinio tenentiũ: quod itellectiua corpori isusa:ipsa uegetatiua & sensitiua corrumpantur.& damnatur quod uegetatiua sensitiua & itellectiua sint una tantum simplex forma.

¶Quomodo itelligatur contineri uirtualiter. & quod deus non potest queecunq; a creaturis fiunt eadem uia agere. Cap.xcvii.

¶Alia uero potissima altercatio est.uidelicet ĩ uidendo utrũ aĩa itellectiua i se uirtualiter contineat uegetatiuam & sensitiuam i quo plura adducũt exempla.ut de deo q̃ continet i se omnia uirtualiter: & methaphysica alias scientias:utpote physicam & mathematicam tanq̃ sibi subalternãtes. Attamen in uidendis his omnib⁹ longus erit discursus.& ideo hic pauca dicemus:quũ plene alibi oportunius tractetur.Sed licitũ est illis:qui similibus uocabulis utunt:quod noscant: quid inferat uirtualiter contineri. Nam diuersimode hoc accipi potest.& prius aliq̃d de uirtuali continentia dei explicabitur. Ipse enim omnia numine complectitur.& quicq̃d nos agimus potest idem ac perfectius:alia tamen uia.Quia hominem generare neq; ad actũ uenereũ concurrendo neq̃dem in generationem & corruptionẽ creaturarũ ingredi.neq; manualiter inquantũ deus põt edificare domos.Quia hoc in deo esset iperfectio. Sed tamen alia uia ut uolũtate producere.& pfectius q̃ nos agimus edificare.nec deus malũ agere potest:ut nos agimus.& quando deus qui infinitus est cũcta facere neq;:que per nos fiũt:scilicet eadẽ uia. multominus aĩa itellectiua penes naturã suã ualet ad operandũ q̃cq̃d uegetatiue & sensitiue cõpetit. & hoc i q̃busq; rebus naturalibus demonstrat.Nã licet superioribus iseriores pareãt. hoc nõ oĩno totaliter:qa celũ nõ tollit omnes elemẽtorũ actiones:nec celi & elemẽta oẽs curas aut labores nostros dirimũt.Nos eñi digniores apibus sumus.nõ tamẽ possumus fauũ mellis agere q̃uis aliqualiter maiores minorũ opera exerceant.seu administrent.nõ eadẽ uia nec totaliter:q̃m unusq̃sq; proprias actiões habet sibi soli cõpetentes. ¶Deniq; homines plures opationes opamur in eodẽ mõ ut animalia sensualia faciunt.ueluti dormire uigilare generare cibari ambulare crescere minuer & multa similia sequitur. uegetatiuam & sensitiuam in nobis esse ueluti in plantis & in brutis.

¶Quomodo in animalibus subalternatio intelligatur. Cap.xcviii.

¶Inferendo quod anima intellectiua sensitiuam & uegetatiuam subalternet : ueluti methaphysica physicam & mathematicam:ut a quibusdam dicitur.hic dicendum est.Quo pacto inter animalia subalternatio intelligatur.& per prius asserimus:quod dicendo omne animal currit : intelligitur : ergo aliquod animal currit:uel homo currit. Sed pronunciando omnis homo currit : non intelligitur ergo equus currit:nisi ergo aliquis homo currit.Quia nullum genus subalternari potest : preter particulare de genere suo.nec ulla species particularem de aliena specie subalternat.& sic quum rationalis anima alterius speciei & generis sit a sensitiua & uegetatiua.patet ipsas subalternari nõ posse. ex eo quod non habent similia subiecta & predicata.Quia in diffinitione anime itellectualis pro genere spiritualitatem uel incorporeitatem accipimus. & pro differentia intellectualitatem uel rationalitatem. & in sensitiua & uegetatiua loco generis ponemus corporeitatem.& loco differentie sensualitatem & uegetabilitatem.Quapropter nequaquam cum intellectiua conueniunt:nisi uoce tantum. neq; ualet inferre rationalem animam a corpore dependere.ut quidam dixerunt:quoniam anima immediate est a deo creata.& prius essentialiter ad terminum creationis terminatur:q̃ corpori infundatur. Et etiam est articulus Parisius damnatus:siquis dixerit animam prius non terminari ad creationem dei : q̃ in corpus

infundatur. Icceirco omnes res sunt in primis diffiniendi intrinsecus. per se anteq̃ ad aliud respiciant.
¶ Quidam alii tenẽt: quod in parte superiori possunt esse idem anima & corpus: quod est falsissimũ. Et presumunt exemplare in animalibus asserendo hominem & equum esse idem quo ad animal i cõmuni. & sic de ceteris animalibus quod est ridiculum eo: quod in homine nihil est de equo. nec i equo quicquam de homine. & in elementis non est aliquid: quod non sit elementum: neq; in celis quod nõ sit celum: simpliciter accipiendo. licet materia hominis & materia equi sint idem in elementis. Sed ibi non ẽ materia animalium: nisi elementorum in principio generatiõis hominis in semine: quo oriri debet homo est distinctus in specie a semine equi. Matrices in quibus debemus nutriri etiam sunt uarie speciei. Embrius siue fetus hominis est diuersus ab embrio equi: & similiter dicimus de pricipio ad finem: quod nunquam homo & equus sunt idem: imo semper uarii. Quapropter in pluribus modis patet intellectiuá animá non subalternare alias animas. nec esse in aliquo signo. idẽ cũ eis nequidẽ cũ corpore. & de hac subalternatione deo auspice clarius in quinto libro innotescit.

¶ De oppositione quam aliqui thomiste adducere uolunt asserentes: quod dũtaxat intellectiuá animá habeamus. Cap. xcix.

¶ Quidam defendere uolentes hanc opinionem tale exemplum adducunt aut quod in generatiõe equi anima uegetatiua occurrit: aut tantum sensitiua nõ uegetatiua. Quoniam omne simile generat sibi simile. ergo sensitiua solum occurrit. quum equus sensualis & non uegetabilis sit. Quod si uegetatiuam simul cum sensitiua haberet: ita generaret plantá ut equum. & quia sensitiuum tantum generat: patet uegetatiua carere. Et per consequens uidetur unam esse formam in quocũq; corpore & non plures. Ad quam obiectionem respondetur. quod equus non dicit sensuale simpliciter: nequidem uegetabile nisi totum simul & tamen de nobiliori forma denominationẽ assumit. & sic generat uel producit sensitiuum & uegetatiuum simul ad eius similitudinem. non tamen solam plantam: quia equus non est tãtummodo uegetatus: nisi sensualis simul atq; principaliter. & anima uegetatiua non generat arbores. Sed quod arbor que est ex quatuor elementis composita: & per uegetatiuam animam animata: aliam arborem sibi similem generat. Et equus qui eandem aut similem materiam atq; animá ut planta habet subiuncta sensitiua equum generat: & homo elementorum materiam sustinens animam sensitiuá & uegetatiuam. insuper & intellectiuam assumit. Et iste ordo non tantum ratione imo & sensibus patet. Nã sicut in materia elementorum similes sumus: lapidibus plantis sensualibus & aliis corporibus compositis. etiam & in uegetatione cum plantis conformes: & in sensatione cum sensualibus. Quocirca omnes uirtutes ab homine continentur. aut illis similes: quas & cetera animalia habent. & aliud itidẽ superius: quod est intellectus. & si neq; uegetatiuam neq; sensitiuam possideremus: nõ essent in nobis omnes uirtutes similes illis. que sunt apud alia animalia. & non tantum in nobis manifeste cognoscimus uirtutes animales corporeas. Verumetiam necessario de naturali ratione esse debent: quia aliter substantia uegetationis aut origo: ex qua oritur nullam prorsus de corporibus nostris curá haberet: neq; nobis sensationis substantia; faueret. Quoniam uero sedes uegetationis ueluti origo est maxime in elementis: quando de sua natura uegetatiuam non haberemus: nulla de nobis in elementis cura daretur: nequidẽ nosipsis indigeremus. & sensitiua anima que aperte dignior elementis uidetur: tenendum est quod ad celum simul cum radiis stellarum ueniat. Vnde etiam stelle sensationis nostre curam dimitterent eo: q̃d anima intellectiua quum incorporea sit: non gubernatur per stellas neq; elementa. ¶ Et hic asserere possumus: quod dum aristoteles dixit hominem esse quodãmodo paruũ mundũ: itellexerit: ex eo quod de omnibus perfectis mundi aliq̃d ab homine contineret. Nam quum de omnibus elemẽtis aliqua i nobis insit materia. ac de eorum formis & aliquid de uirtutibus celorum pariter oportet ꝙ aliquid de uegetatiua & sensitiua sortiamur. eo ꝙ perfecte scimus aut saltem tanq̃ mundus uocari possem9. & ꝙ plures forme adhuc corporee in nobis sint. probari potest: quia unũquodq; elementum formam habet ab alio distinctam: ut dicendo ꝙ calor sit forma ignis: frigidum forma aeris: humidum aque: & siccum terre. Quũq; hec omnia elementa sint in quocunq; corpore hic cõposito. constat ꝙ ibi plures diuerse forme sint: ut in carnibus animalium uideri potest. non tantum secundum uarias animalium species: imo & in quacunq; specie uarietates carnium inuenimus penes elementorum proprietates. Nec tantum uita cognoscimus disparitatem. Inter hoc corpus & illud corpus: uerumetiam in cadaueribus. Quoniã caro huius colerici est terra sapida. & confortabilis atq; plurimum aduersus corruptiones insistit. Et caro flegmatica mollis insipida: & cito corruptibilis: melancolica nigra dura & pauci saporis: sanguinea tenera sapida: cito tamen corrumpitur. patet igitur diuersas formas corporeas haberi. Preterea ad generatiões aialiũ redeũdo: equ9 ñ generat ꝑ̃se equũ: neq; hõ hoiem. Quia solũmõ equ9 imittit semẽ ĩ matrice uegetatum: cui natura altiorẽ gradũ tribuit: sup uegetatiõe: uñ sensitiu9 nũcupaẽ. Nec aliter de hoie dicim9: q̃a p se materiá solũ p filio uegetatá tribuit: & ñ sensitiuá neq; itellectiuá: & sicut p uegetatiuá: oĩa aialia habẽt generãdi augẽdi ac nutriẽdi pricipiũ: oportet donec uiuim9 ĩ hac cõpositõe idẽ obseruem9 pricipiũ. Et hic nõ ualet opponere: q̃d aie scilicet uegetatiue sensitiue & itellectiue: se in

uicem tolerare nequeant. Quum nullam ostendant cõtrarietatẽ aut repugnantiã:& q̃uis aliqua esset: quod minime apparet non erit tanta:ut elementorum contrarietas:& compatiunẽ se in uno cõposito. In corporibus uero animalium quatuor sunt contrarie elemẽtorum forme. licet remisse:tñ ibi est calor ignis:frigiditas aeris:humiditas aque:ac terre siccitas. Et una istarum formarum non excludit aliã omnino. Nam corpus semper posset quatuor elemẽtorum exilio potiri. & idem de uegetatiua sensitiua & intellectiua dicere possumus. non quod quelibet sit tanquam principalis forma totius animalis:imo intellectiua tanq̃ domina. Vegetatiua uero & sensitiua ut uirtutes subseruientes ac supplentes in locis ad eas spectantibus. ¶ Demum ut uidimus homo equus:& unumquodq; animal inquantum ei attinet uegetatum semen producit. aut nondum uegetatum. Sed post collocatiõem illius seminis:natura aspicit formam suppremam illius animalis:de quo semen illud ortum habuit. & super hoc intentũ laborat. ut ad eandem speciem semen assequaẽ. de qua orta est. quo fit q̃ dum peteref cur si equus uegetatiuam animam habet:non generat plantam. ueluti sensuale cẽ. respondendũ q̃ non attinet equo omnino semen suum ad sensualitatem deducere quoniam natura hoc agit uel ordinatio dei.

¶ Quonam pacto uita nostra maximam uideatur habeẽ conformitatem cum igne: & quomodo ab ipso oriri nequeat. nisi a forma ceteris elementis atq; aliis corporibus digniori. Cap. c.

¶ Quum omnes homines aliaq; animalia de facili moriantur:dimissis omnibus argumentis per planũ discursum merito scrutandũ est:qualis anima nostra sit. Vtrum idem cum elementis uel ab eis orta: an uero alterius diuerse nature:& in primis dicimus:quod idem esse uidetur eo:quod uita nostra maximam ostendit conformitatem cum elementis:presertim cum igne ardente:ut in escas consumendo ac moriendo experitur. Nam ignis sub aqua aut ubi aer non ingreditur uel liberũ aditũ non habet:uiuer seu ardere nequit. Et similiter homines sub aqua suffocamur:& si continuũ aerẽ in aspiratione & respiratione non assumimus festinatĩ morimur. Vnde uidetur animam nostram ab igneo elemẽto ortum habere. Sed ecõuerso plura exempla in experientiis fundata adducere possumus:& in primis dicimus:q̃d non omnia animalia sub aquis suffocantur:nequidem sine aspiratione & respiratione:preter gressibilia. Quoniam pisces rana multaq; alia aquatilia:sub aquis habitant. & tamen nõ suffocantur: nequidẽ aspirationẽ. & respirationẽ aeris expostulant. Vt probatur:quum aer sub aquis non igrediatur. Vnde in piscibus constat aliquam esse animam uel uirtutem uiuentem:que neq; ignis neq; aer sit. ¶ Insuper in animalibus terrestribus etiam simile exemplum aut parũ dispar assumere possemus:hoc est dum filii in matricibus matrum remanent:quoniam per multos dies in matricibus uiuunt:priusq̃ nascãtur. & in eo loco seu casuscula plures humores sunt:& aer ingredi nequit:saltem in modo spirãdi ac respirandi:& tamen creatura uiuit assumendo nutrimentum per umbilicum:ita quod non est locus spirandi:nec respirandi:& os nares auricule plene sunt aut circũdate de magna humorum siue humorum copia:qui non sinunt:per os seu narices aerem ingredi in modo spirãdi & respirandi:& tamen creatura uiuit. unde probaẽ per aliquã uirtutẽ uiuere:que non sit ignis neq; aer:quoniam ignis in matrice mulieris partim propter humorũ multitudinẽ parti ẽt:quia ibi aer liberũ cursum non habet:nequaquam uiuere aut durare potuisset. licet quod artificialiter ignis sub aqua ardere potest. ut faciendo aliquã magnam pilam aeris plenam:& tamen intus artificiatam cum quibusdam rebus aquã expellentibus :uelut termentina & multa alia que defendunt lichinum in niue reuolutum:ne ab ipsa madesiat. Vbi lichinus in niue reuolutus ardere potest. Sed oportet q̃d in pila sub aqua posita:aut in lichino iacente in niue quantitas aeris sit. Nãq; aliter stati ignis suffocaretur. & in piscibus sub aqua atq; animalibus in uentribus matrum positis non est additus aer:nec aliqua eius quantitas ibi reclusa. Vnde constat aliquam esse in aĩalibus uirtutem uiuentem:que neq; ignis neq; aer sit. ¶ Quocirca aliud principium animarum extra elementa querendũ est:nã concesso quod de facili moriamur:hoc in ordinatione p̃rie cause consistit. Quia sic uel sic morituri sumus. eo quod plura animalia successiue in mundo denẽ:sub qua ordinatione in uẽtribus matrum possumus sine aspiratione & respiratiõe uiuere. & post natiuitatẽ si non spiramus & respiramus festinati morimur. & pisces dum extra aquam ad aerem exeunt:pauco momento moriunẽ:que quidẽ disparitas ab elementis oriri non potest:nisi tantum ab ordinatiõe dei. ¶ Sed nunc dimisso de modo ardendi spirandi respirandi atq; suffocãdi aliud assumamus fundamẽtum:ut in eo uideamus utrũ elementa talẽ habeant potestatẽ:quod uitam animaliũ producere uel generare queant. Vnde in primis dicetur:quod illud quod est cã:q̃d aliud sit tale:ipse causãtor igrediẽs in cõposito maxĩe est talis. Nũc sic:si elementa tanquã origo sunt causã uite animaliũ:dicendũ est:q̃d ipsa elementa maxĩe sunt uiuẽtia:elementa non uiuunt:saltẽ uita itellectiua neq; sensitiua cõstat elemẽta non esse pricipia:siue originẽ uite aĩaliũ. Et q̃d elemẽta itellectũ uel sensationẽ nõ habeãt:patet:ex eo q̃d de toto cẽ suo absq; aliquo uolũtario seu medio libero opanẽ:ut i igne patet:q̃a quãtũ põt cõburit. & tñ nihil sentit in uera sensatiõe:multoq; minus dicẽdũ ẽ:q̃d itelligat. hoĩes itelligim9:atq; sentim9:& sentire & itelligere est multo dignius q̃ cõburere:sequitur ignẽ nõ cẽ nostrarũ animarũ originẽ:q̃m nullũ ori

ginatum uel principiatum est dignius sua origine. Virtutes nostre per quas sentimus & intelligimus sunt multo digniores aere & igne: igitur ab ipsis elementis emanare nequeunt. ¶ Amplius si elementa talem haberent potestatem. ut animas nostras a substantia sua generarent: ubicunq; aliquod tertiũ composuissent: ibi fuisset sensatio atq; intellectio: patet e conuerso. Restat igitur quod anima nostra ab ipsis elementis non oriatur. nunquam est totum animal anima nequidem totum corpus: ergo de duabus naturis constat corpora sunt ab elementis emanata. igitur anime aliunde ueniunt: nõ autẽ ab elementis. & quod possit fieri totum animal anima: si ab elementis simpliciter cõstaret. uideri potest: quia quedam compositiones gignunt. ueluti lapides: qui tota corpora sunt. & nil de anima. unde pariter potuissent generare aliquod animal: quod totum esset anima. Verũtamen causa unionis inter animam & corpus concedendum est: quod i uirtute anime etiam aliqua pars corporea sentiat simul cum ipsa anima. Nãq; aliter non fuisset unum indiuiduum: nisi tanquam due res: eo quod non intrinseca atq; unita cõmunicatio. Et quum concedere oporteat aliquam esse partem sentiẽtem simul cum anima: que de natura sua inuiuens est eo: quod de natura corporis pariter est concedendum: quod in fine hec pars tanquam de se inuiuens disrumpatur. Et quia hec pars denominata fantasia siue intellectus materialis: aut quomodocũq; uolueris se habet tanquam receptaculum passiuum: in quo anima intellectiua operatur describendo & cõmunicando suas intellectiones. & fantasia est uirtus organica: deficientibus organis fantasia quoq; deficit. & corrupto uno alterum corrumpitur aut saltem nimium declinat eo q̃d omnia hec de corporea natura sunt. Sed intellectiua anima non ex hoc disrumpitur. quanquam instãtia in qua manet penitus disrumpatur. neq; sensitiua omnino disrumpi potest. Sed spiritus uitales atq; corporei disrumpuntur seu suffocantur: qui maxime de igne & aere constant. & hi tãquam ignis escas consumunt: quoniam cibari uolunt. tamen diuerso modo. & sic suffocari seu disrumpi possunt. & quia hi spiritus sunt sedes anime: sine quibus ipsa in corpore manere nolet. eo quod inualida mansio ipsis corruptis anima recedit. & tamen hi spiritus se habent tanquam forma corporea uitam in ipso corpore substentans. atq; fantasia siue cogitatiua tanquam forma eo: quod ex parte corporis simul cum intellectu agente intelligit. ¶ Iccirco aristoteles asserit quod non intelligit sola anima nisi homo. & etiã contra tenentes animam ab uno solo elemento emanare: uel ab omnibus simul multa dicit: ex quo ꝓbatur: quod secundum aristotelem non est dicendum: quod intellectiua scilicet anima ĩcorporea sensitiua & imaginatiua in homine idem sint. neq; una tantum forma: Sed plures. Quoniam illud quod intelligit: quod anima incorporea non sit tanquam forma se habet. & de sententia aristotelis non intelligit sola anima: Sed homo: quocirca aliquid quod aĩa non est intelligit. & quicq̃d intelligit tãquam forma denominandum. licet quod si est de materia generabili & corruptibili in separatiõe animalis simul cũ aliis corporeis partibus corrumpitur. Verumtamen aduertendum est: ut minus difficile uideatur de separatione animarum ad corruptionem corporum: quod etiam inter composita corpora de similibus aliqualiter exemplum capere possumus. Nam secundũ omnes philosophos & experientiam: ignis non putresit. Vnde non ex parte sua a compositis separatur: nisi causa quod partes aliorum elementorum putresiunt. uel corrumpuntur. Quamobrem aqua terra & similibus corruptis: ignis discedit & superius ascendit ut sensib9 patet. licet per aliquod spatiũ sursum deducat aliquem uaporem uel fumũ. Sed paulatim omnia putrificabilia dimittit & ad spheram suam reuertitur: pariq; modo ratiõalis anima corruptis organis recedit. ¶ Demum hic & ubiq; de iure semper honestiora assumenda sunt: & concederẽ animam in nobisipsis ab elementis non emanantem decentius ac rationabilius est: q̃ inferre quod animam non habemus: & si habemus ab elementis emanare. Quod animam habeamus negare nõ potest: quoniam nullum opus absq; fundamento operante dari potest. Nos intelligimus atq; sentimus: sequitẽ alteram uirtutem intellectiuam: & alteram sensitiuam in nobisipsis esse: que anime uel forme oĩno sunt denominande. intelligere & sentire est ualde diuersum ab ardere spirare & respirarẽ: sequitẽ uarias habere origines: & uirtus intelligens ac sentiens nequeunt ab elementis neq; a celis emanare: eo quod elementa & celi non intelligunt nec sentiunt. Ideo non possunt intelligibilia causare. Nam semper causa recte dicta est multo dignior causato: ut in deo comprobatur. qui est causa creaturarum: ac multo eis dignior. Nos causamus domos arma uestes depicturas & similia. nec unquã tã recte opari possimus: ut cãta nr̃a sint adeo digna ueluti nos sumus. Aĩe nr̃e sunt multo digniores q̃ celi & elemẽta. quod effectibus ꝓbatẽ eo: q̃d ad libitũ uaria opamur: ex quo sequitẽ q̃d ab ipsis celis & elemẽtis aĩa nr̃a originari nequit. Vñ cõstat ab alio altiori seu digniori pricipio nasci. Et si oĩno in psidia inferet: q̃d ab ipsis elementis aĩe nr̃e emanãt. tũc cõcedẽdũ est deũ pticulariter accipere materiã elemẽtorũ & formarẽ istud illud atq; aliud aĩal: & semp in hac cura manere. Sed hoc mõ nõ generaremur: neq; uiueremus naturaliter nisi p manũ dei oẽs penitus paginati atq; administrati. Verũtñ tenemus: q̃d ab initio mũdi de9 posuit ordinẽ: quẽ naturalẽ denominamus ut p eũ generari uiuerẽ & mori possimus. & hoc decẽtius apparet: ergo est tenendum & naturalis ordo esse nequit per ea: que in opibus uidemus. si anima non est suapte natura a corporibus diuersa.

❡Quod oculus non uidet ex eo quod anima intellectiua est in eo:nec ipsa itellectiua a corpore potẽtias reiicit:que in ipso erãt añ infusionẽ itellectiue.& alias corpori potẽtias applicat.Sed illas quas reperit purificat aut pficit. Cap.ci.

❡Sup hac uero materia uidelicet de pluribus formis in uno & eodẽ subiecto qdam uidentes nõ posse ptẽ suã sustentare:ad ephesios ita respondẽt.Nos non asserimus corpus oino sine sensitiua & uegetatiua gubernari:Sed dicimus:Quod quũ aĩa rõnalis infundit corpori:aufert illũ calorẽ & potentias: que prius gubernabãt corpus.& qđ ubi aĩa intellectiua possessione fruit secũ nouas potẽtias ducit : & eas manu collocat ac disponit.Vñ aiunt:qđ aĩa rõnali in oculo existente:stati in eũ uisus igredit.& in aurẽ auditus:pariter & de oĩbus organis sensuum:eo ꝙ aĩa equaliter ꝑ totũ corpus se habet. ❡Sed cõtra hãc opinionẽ dicimus quod uolentes ab uno errore precauere in aliũ maiorẽ incidunt. quod faciliter probat.& prĩo ubi inqunt.quod infusa anima rõnali sensitiua & uegetatiua eiiciuntur.& si hoc esset manifeste pateret.Animã quodãmodo inimicã corpori.& non amicã infundi.Nã hoc ipsum nec amicis nec inimicis neq; dñis:erga subditos est decorũ.hoc est quod maiores non debẽt minores penitus destruere.& extra proprias domos abiicere:precipue dũ obedientes sunt.Et sic de animis itelligat. Si enim intellectiua proiiceret sensitiuam & uegetatiuam:que sibi mansionẽ preparauerunt: qlibet sensus semper animã intellectiuam haberet tanquam oppositam:& quo ad naturam nollent ad secum habitandũ accedere. ❡Rursus aliud sequit inconueniens:quod expulsis illis potentiis:que erant in corpore ante rationalis anime infusionem.corpus & anima intellectiua pro illo tunc tanquam fantasmata remanerent:eo quod organicis potentiis proculdubio carerent. ❡Et si inferre uolueris eo instanti quo potentie corporee:que erant in corpore corrumpuntur:alie noue ibidem generantur: falsum est. Quia ex quo sunt corporee necesse est:ut temporale spacium habeãt & discursum:ad hoc :quod generentur siue infundantur. ❡Preterea si ex eo quod anima itellectiua ẽ in lingua gustus ibi aduenit.& ex eo quod in manibus ibi tactus.sequeretur quod rationalis aĩa esset ut materia.& aduenientes potentie ut forme in ipsa intellectiua subiectate.Dicunt enim sensitiuam & uegetatiuam aduenire:ex quo ibi est rationalis anima.Quocirca uidetur ab ea tales potẽtias exoptari:ut formam materia appetit.& hoc necessario patet:si modo uegetatiua & sensitiua ultimate ueniunt ad dandum ultimam perfectionẽ homini.& ista uocaretur forma hominis & non anima rationalis.qa tanq̃ subiectum se haberet. ❡Ad responsionem quoq; aliter similitudinario dici potest intellectiuam animam uisui aduenir:eo quod ibi est uegetatiua & sensus uisus.& hoc experto comprobatur.Quoniã in corpore ubi nõ sunt sensus nõ est anima intellectiua unita.& finaliter dicimus nihil esse quod manifestius teneatur q̃ cognoscere i nobis animam uegetatiuam & sensitiuam ab intellectiua differentes.Et quum hoc tam manifeste sensib9 constet nulla alia probatione indiget. ❡In sacris codicib9 legimus.animam beati pauli fuisse a corpore raptam.& usq; in tertiũ celum deductam.& quod corpus in terra uiuebat.non per intellectiuam eo:quod separata:nisi tantum per sensitiuam.& uegetatiuam.& in hoc nulla est naturalis repugnãtia. quia sicut ante infusionẽ aĩe intellectiue ꝑ sensitiuã & uegetatiuam uiuimus.ita quoq; uidetur:quod separata intellectiua possumus aliquanto:cũ aliis animis siue potentiis uitã degere.quod nequaquam sequeretur.si ipse in nobis non essent.

❡Quonam modo deductio de potentia ad actum assumatur per dare perfectionẽ super illud: quod prius erat absq; dirruptione alicuius perfectionis prius manentis. Cap.cii.

❡Quia nonnulli plura inconuenientia inexplicata cum esse potentiali & deductione de potẽtia ad actum adducere solent:sub paucis aperiendum est:quonam pacto i hoc loco deductio de potẽtia ad actum capiatur.qm̃ asserentes uegetatiuã & sensitiuã i hoĩbus nõ esse:aut saltẽ ꝙ in aduẽtu sensitiue: uegetatiua q̃ prius in corpoꝛ erat destruit.& ad ĩfusionẽ ĩtellectiue ꝙ sensitiua euanescit eo ꝙ oportet ĩtellectiuã deducere id qđ ĩuenit simpliciter de potẽtia ad actũ tñ qualis hec deductio sit ꝑ ponẽtes ipsam obiectionẽ nullibi declaratũ repit.uelle loq eni prius quã declaremus qlia sint ea:de qb9 tractare ĩtẽdim9:ĩproprie se hẽt:quãobrẽ in primis uidẽdũ est.quonã mõ forme se habẽt deducẽdo materias de potẽtia ad actũ. ❡Licet ꝙ ꝑ nũc nõ ĩtẽdimus disputaꝛ de prĩa materia uniuersali in pura potẽtia. qm̃ de similib9 alibi erit sermo. ❡Modo uero de hac pticulari materia illa & alia pticularib9 agem9: q̃ i pura potẽtia oĩno nõ sunt:nisi i aptitudine ad recipiẽdũ maiorẽ & minorẽ pfectionẽ:nõ per dirruptionẽ seu putrefactionẽ:nisi tm̃ ad pfectionẽ accipiẽdã: grã exẽpli:nos hẽmus pãnũ incisum atq; insutũ:nõ est uestis tñ in potentia ꝑpinqua absq; putrefactiõe ad trãseũdũ in uestẽ de hac farina agimus massam de massa cruda panẽ coctũ:de ferro gladiũ.de lapidib9:& lignis hedificam9 domũ & hic nulla iterfit putrefactio neqdẽ deductio de aliq potẽtia sine existẽtia ad actũ: qm̃ oĩa hec existũt lapides ligna massa ferrũ & similia.tñ sine dirruptiõe ipsaꝝ materiaꝝ trãseũt ĩ alteꝝ modũ se habentes: non ꝙ prius i pura potẽtia absq; existẽtia essent:neqdẽ ĩ trãsitione dirrũpunt totaliter ab illo:qđ prius erant nisi ꝙ aliusmodi se habẽt.nã hõ dũ dormit ẽ i potẽtia ad uigilãdũ:& sedẽdo ad ãbulãdũ:tñ hõ i se sun

damētaliter capiēdo nō ē ali9 dormiēdo & sedēdo: quā uigilādo. & ābulādo imo idē simpliciter: cōcesso φ aliter & aliter se hēat tāquā accidentaliter capiēdo. nō aūt intrinsece. ℂEt similiter de infusiōe animarū in corporibus intelligendum est: qm̄ absonum esset inferre. φ dum uegetatiua īfundit in corpore destruit ipsum seu dimensiones eius: φ amplius latum longū & profundū non sit: qm̄ palam ecōuerso: uidemus. nequidem sensitiua destruit extensiōes seu auctiones per uegetatiuam actas: nequaquā intellectiua anima organa corporis disrumpit: quoniam si disrumperet nullatenus ibi habitare potuisset. ut patet quia non uult infundi nisi in corpore organizato sub tali distincta organizatione seu specie: qua de causa concedere oportet formam deducere materiā de min9 pfecto ad magis perfectū: aut de uno modo se habendo ad alterum: non autem de simplici non esse ad esse. licet de potentia seu aptitudine ad actum in eo φ non ita se habet: ueluti ut prius se habebat. & ita sensitiua anima prebet perfectionē uegetatiue anime. & intellectiua perfectionem uegetatiue & sensitiue tradit. qm̄ aliter se habet sensitiua & uegetatiua post infusionem intellectiue: quā prius: eo φ simul cum intellectiua intelligunt: qm̄ homo intelligit non sola anima & quum uegetatiua & sensitiua in hoīe partes integrales itrinsece eius sunt: simul cū oībus aliis partibus intelligūt: φ ante infusionem intellectiue non intelligebant: sed non ex hoc concedendum sit: φ sensitiua & uegetatiua non sint: qm̄ corpus hoīs ita est corpus: ueluti erat antequam cum anima uniret. tñ añ unionem non intelligebat. & post unionē intelligit. ℂVlterius in uermibus quoqꝫ absqꝫ dirruptione transeuntibus in aues exēplari possumus: quoniam palam uidemus ipsos uermes uiuentes aliqua pfectione eis adiuncta tanquam auuiculas fieri. ut in uermibus laborantibus siricū assidue comprobat: atqꝫ in aliqbus formicis: quia post tot tempus nascūtur eis ale: & uolant: nihilominus per hanc ascēsionē perfectionis non disrumpitur uermis non moritur nequidem transit in aliud quam in animal sensuale: ueluti prius erat.

ℂQuod in blassemiā aīe rōnalis dicitur: quod ipsa totū corpus hoīs gubernet Cap. ciii.

ℂPropter anime intellectiue dignitatem obiiciendum est huic opinioni tenentium ipsam animam fungi offō sensitiue & uegetatiue competenti. Non enim solum quibusqꝫ experientiis cōtradicit: uerū etiam nimium aduersatur rationalis anime dignitatibus. Nam si per ipsam uidemus audimus gustam9 odoramus & palpamus mouemur & appetimus. difficillimum erit: ut probet animam nostram digniorē esse q̄ sit anima equi: aut cerui & aquile uel uulturis atqꝫ aliorum animalium his similium eo: quod effectibus cognoscimus fundamentum aut res: quibus effectus emanant. & quum generamur & corrumpimur: esurimus sitimus calescimus & frigescimus: quemadmodum bruta & ī motu uisū auditu & aliis sensibus minusqꝫ pleraqꝫ bruta ualemus. sequit quod in potentiis tales actiones causantibus simus cum sensualib9 similes. & ista similitudo nō oritur ab anima intellectiua: quoniam in potentiis suis que sunt intellectus uoluntas ratio & mens ualde a brutis discrepamus: quod operum experientia comprobatur. Et quum in sensibus ipsa non superamus est intellectiue anime ignominiam inferre: quod ab ipsa anima sensatio nostra oriatur.

ℂQuod Scotus tenere uidetur animam intellectiuam sensitiuam & uegetatiuam esse idē sine aliqua distinctione: ac de solutione in oppositum. Cap. ciiii.

ℂScotus secundo sententiarū super hac materia disceptando uidetur: quod uelit omnino plus Alberto & Sancto Thoma declinare. Ipsi enim in quoquomodo assignare uoluerunt aliquam distinctionem natura rei inter animam nostram intellectiuā sensitiuā & uegetatiuā. & Scotus uult quod sint eadem res indistincta: aut quod possunt esse secluso opere intellectus. & tres opationes realiter distinctas causare. ℂEt quia scotus in pluribus locis disputare solet nō esse repugnantiam in aliquibus similibus. Videndū est an repugnet: quod anima intellectiua possit esse idē cum sensitiua & uegetatiua. Quoniam hoc presuppositum de uirtute uocabuli est falsum. Quum intellectiua dicat de natura incorporea. sensitiua uero & uegetatiua de corporea. Et corporeum & incorporeum in nullo principio medio & fine sunt idem: eo quod differunt ut corruptibile ab incorruptibili. Iccirco plusqꝫ genere ex quo patet quod uegetatiua sensitiua & intellectiua distinguūtur: tanquam species & genus. & non ut potentia unius subiecti. Quia alia est corporea & alia incorporea uel spiritualis. ℂEt si inferimus non repugnare: quod anima intellectiua suppleat in homine pro omnibus tribus: tunc non erit dicendū nos sensitiuam & uegetatiuam possidere: quod est contradictio. ℂEt quod non repugnet: difficillimum erit ut probetur. Quia idem est ac si diceremus non repugnare: quod homo sit leo siue idem cum ipso: nisi quod p membra differunt: sicuti manus differt a pede. & adhuc non tantum repugnat: quod homo & leo sint idem quantū repugnat: quod uegetatiua sensitiua & intellectiua sint idem: omnino quia corpus hominis & corpus leonis sunt corporee nature & eiusdem masse elementorum: sed intellectiua sensitiua & uegetatiua per corporeum & incorporeum differunt. Quocirca nullum simile principium habent. nec intellectiua potest pro cunctis aliis animis supplere. licet superior aliis sit. Quoniam non ua

let inferre est dignior. Igitur potest quicquid minus dignum. Deus enim q̄uis summe perfectus sit: non potest eadem uia: qua nos agimus hominem generare. nec homo potest generar̄ equum nec aliud animal magis infimum. Nanq̃ homini hominem generare competit: & equo equum & repugnat econuerso se habere. & non aliter de anima intellectiua sentimus: quia quum uidere palpare & alia huiuscemodi sint corporalibus naturis appropriata: nullo pacto incorporalibus competunt. ¶ Nec est inferēdum nos per animarum species a brutis differre. Quoniam in membris corporeis manifeste sumus cū brutis similes. licet cum aliquo magis & cum aliquo minus tamen per speciem differimus: ut bruta etiā inter se differunt. pariter & in modo audiendi uidendi gustandi palpandi & odorandi cum brutis conformamur. & per species ab eis differimus. Verūtamen in potentiis anime intellectiue multum a brutis discrepamus: nec quicquam conuenimus. Et non est dicendum quod bruta non habent uelle memoriam & prudentiam loco intellectus nostri. hic tamen nulla ferme extat similitudo: quum potentie brutorum duntaxat ad corporea corruptibilia. & cito transitoria extendantur. & potentie anime nostre intellectiue longe aliter se habent. Quum de eterno de infinito de deo de corporeo & incorporeo ac de differentiis inter corruptibile & incorruptibile dimetiantur. & sensus nostri ut sensus brutorum se habent. & patet quia per actus & obiecta potentias & naturas cognoscim9. & ideo quum sensus nostri ad res corporeas attendant: & nil sine corporibus cognoscere queunt. aut sua exercer̄ officia: sequitur euidenter corporeos esse ac diuersi generis ab anima intellectiua. ¶ Sed fortasse scotus dicere uoluit: quod intellectiua sensitiua & uegetatiua essent idem in ente in anima cōmuni: uel unū in subiecto hominis. hic autem non loquimur de uniuersalibus: nisi de ista & illa anima in particulari & quamuis per uniuersalia incipiamus nunq̄ sensitiua uegetatiua & intellectiua erunt idem in ente nec in alio cōmuni: quia aliud ens corporeum & aliud incorporeum: nec ullum est. quin sit hoc uel illud distinctum: neq̃ est aliqua anima cōmunis. quin sit distincta corporea uel incorporea. Quia non competit sibi utrūq̃ esse: nec in homine sunt idem sensitiua uegetatiua & intellectiua. nisi quod in uno subiecto manēt: nō tamen eodem modo ex eo quod alie organice & alie inorganice. Quum enim distincte sint ī parte superiori: etiam ubicunq̃ manent aliquam habent distinctionem. Petrus & Ioānes sunt eiusdem speciei. Sed in nullo loco cōmuni neq̃ particulari idem homo. Nam sub hoc termino li homo: q̄uis ambo reducantur semper in re erunt distincti. Quia nunquam unus erit ali9 per principiū medium neq̃ finē: licet Ioannes sit homo & petrus homo. duo tamen sunt & non unus solus. & ideo alius atq̃ alius & nō idem. Quocirca nunq̄ erunt idem iste homo & ille in cōmuni neq̃ extra cōmunem naturam. neq̃ homo & equus idem animal superius nequidem inferius: q̄uis ambo maneant sub hoc termino li animal. sed in re semper sunt duo diuersimode. & non unum tantum. nec in illo cōmuni neq̃ particulari sunt idem. Quoniam semper homo est animal particulare & equus similiter: & uaria res una ab altera. Nihil est enim quod sit animal homo & animal equus. & tamen est aliquid omnia ista animalia precise comprehendens: scilicet deus & non animal: homo leo capra & alia huiuscemodi. Nec aliter de intellectiua cum sensitiua & uegetatiua dicimus eo: quod non habent unam solam naturam sed plures. Quocirca earum potentie diuersa obiectorum genera expetunt. Nam si sub eodem gener̄ conuersarentur, posset stare quod scotus assignat: uidelicet eandem animam posse distinctas operationes nācisci. quemadmodum fit a sensitiua: que dat animalibus audire uidere gustare & alia consimilia. hec autem omnia cōcluduntur sub sensibiliū & corporeorum genere. Sed intellectiue potentie alia obiectorum genera exquirunt. q̄uis uoluntas & intellectus diuersimode se habeant. Attamen omnino ambe potentie circa īcorporea & incorruptibilia tractant dum uolunt. Iccirco natura sunt a sensitiua distincte. ¶ Et si dicis: quod intellectiua componitur cum sensitiua: & quod tunc sunt unum: ueluti anima cum corpore sub eadem consideratione largo modo stare potest. nunquam tamen erunt idem: nisi quod faciunt unum compositum continens intellectiuam sensitiuam & uegetatiuam. Quum uero compositum sit diuersas habet naturas: & ideo semper intellectiua erit diuersa a sensitiua & uegetatiua. q̄uis in uniōe simul degant. Sed quum unite etiam separationem expostulant: & q̄uis manerent semper simul non erunt idē. Quia anima rationalis & corpus humanum nunquam conuertuntur: licet in una compositione maneant in hac uita per aliquod tempus: & post iudicium sine fine. & similiter anima intellectiua semper uaria erit a sensitiua. ¶ Aristoteles quoq̃ ait: intellectus separatur ab aliis potentiis anime: sicut perpetuum a corruptibili. Et quia anima intellectiua est indiuisibilis atq̃ incorruptibilis. & alie anime diuisibiles & corruptibiles nullo modo sunt eadem essentia: q̄uis aristoteles tres potentias nominet. etiam asserit uegetatiuam manere posse sine sensitiua & intellectiua & non econuerso. & itidem de sensitiua sine intellectiua. Quod si eiusdem essentie essent omnes cum intellectiua: nequaq̄ diuidi possent. & sic ꝓbatur quod non sint idem. q̄q̄ hic potentie loco anime nuncupentur. Et assumpta hac sententia aristotelis: uidelicet quod sensitiua absq̃ uegetatiua stare non potest: nequidem intellectiua sine uegetatiua & sensitiua de mente ipsius. proculdubio est tenendum: quod ubicunq̃ intellectiua in animalibus ibi etiam necessario uegetatiua & sensitiua. Et si fortassis hii auctores opinionem auerroysticam assumpsissent. uidelicet ꝙ intellectus passiuus seu cogitatiua sit anima intellectiua nostra: quod praua excogitatio est ut iam probauimus: nequidem ex hoc constat ꝙ ipsa cogitatiua possit per uegetatiuam sup

plere.nam cogitatiua tanquam membrum uel potentia sensitiue anime est.Sensitiua & uegetatiua autem a natura differunt.& multomagis intellectiua anima proprie dicta a uegetatiua & sensitiua distinguitur.Vnde per ipsas supplere nequit. ℭEt dum infertur:ꝙ quidam uermis in auem transmutatur.unde anima que prius erat in uerme sit anima auis:& ꝙ ita uegetatiua in sensitiuam & sensitiua in intellectiuam:hoc uere in natura falsum:& in lege erroneum:quoniam anima in uerme & in aue semper sensitiua est.licet manendo in uerme nondum erat in subiecto completo:quoniam in auem trásitur:sic arbor uero nunquam in sensuale animal transit nequidem aliquod animal sensuale in hominem nisi assumeretur:quia in principio generationis nondum anima intellectiua in uobis infusa est in uerme & in aue:in quibus tu exemplaris semper est eadem anima uegetatiua.

ℭQuonam pacto ubi est uegetatio sensatio & intellectio:ibidem uegetatiua sensitiua & intellectiua:& ꝙ potentie cōmuniter denominate sunt ipsemet anime quarum potentie denominantur Cap.cv.

ℭVlterius aliqua exempla in ordinibus naturalibus capienda sunt:ueluti dicendo:seca est:ergo ferrum est:secatio est:ergo seca est:simul cum aliquo secabili:& ita ad propositum:anima est : ergo forma est:animatio est:ergo anima simul cum corpore est:intellectio est:igitur intellectus est:sensatio est:igitur sensitiua est:uegetatio est:ergo uegetatiua est:& ubi res:ibi operatur.non autem alibi in homine est sensatio atꝗ uegetatio.ergo ibi uegetatiua & sensitiua.& inferendo quod anima intellectiua sit uegetatiua sensitiua & intellectiua:hoc repugnat intellectui atꝗ imaginationi.uerba quamplura ibi narrare possumus:intelligere quomodo hoc fieri potest uero non:quoniam intellectiua omnino simplex.atꝗ per naturam uaria a naturis sensitiue & uegetatiue. ℭEt quia dicendo sensatio est.ergo sensitiua est de naturali cursu loquendo.& non ualet sensatio est.ergo intellectus est:omnino est negandum assumendo per naturam:quod anima intellectiua per uegetatiuam & sensitiuam supplere possit : cum tantum ei attineat intelligere sensibilia:& uegetabilia & alia:sed non uegetare.& sentire:& sic ualet dicendo intellectio est:ergo intellectus est. ℭEt animaduertas quod dum intellectum hominis dicimꝰ per animam intellectiuam penitus intelligendum est.nam aliter esset intellectus tantum non uolens nō memorans.sed tantummodo intellectus:& quia sine uelle non potest corporibꝰ uniri:neque alias operationes discursiuas exercere:constat quod est intelligens uolens & memorans:& ita anima intellectiua nostra est:non autem sentiens & uegetans:Et hic plures decepti sunt sub hoc nomine potentia.imaginantes quod intellectus uoluntas memoria uisus auditus gustus tactus & olfatus.sint passiones animarum:quod secus se habet. ℭNam potentie per passiones assumpte:affectiones ad ita operandum sunt.non autem res operantes.Et intellectus realiter operans est.sed affectio intelligendi passio ipsius intellectus est.& affectio siue aptitudo uidendi est passio propria uisus:uisus autem non est passio.sed res uidens commota a passione propria uidendi.unde intellectus uoluntas & memoria sunt ipsa rationalis anima se habentes in ea.ueluti omnia membra corporis hominis in ipso corpore . Et uisus auditus gustus olfatus & tactus minime affectiones anime sensitiue sunt.immo tanquam partes integrales cum ea:ut membra cum corpore.nam manus per se corpus est.& idem cum corpore hominis . non ueluti passio propria eius.sed aptitudo manus uel affectio accipiendi dimittendi & similia . & passio proprie dicta sed manus non passio:sed membrum.& ita uisus auditus & alie potētie denominate membra anime sensitiue sunt.non enim passiones.Et sic intellectus uoluntas & memoria membra in modo suo intellectiue anime non passiones.Vnde ueluti corpus hominis operatur dū proiicimus aut assumimus:non sola manus operatur:ita intellectiua intelligit non solum intellectus.anima sensitiua uidet.non solum uisus:quoniam uisus pars integralis ipsius anime sensitiue est.& ita substantia. nam absurdum uideretur tenere quod uisus intellectus & similes potentie denominate sint qualitates de hoc uel illa anima.Et deinceps disputare utrum sint substátie:Quoniam certum est:quod non:sed hec est uera anima sensitiua est.quinꝗ sensus interiores & quinꝗ exteriores .uel quinꝗ exteriores & unus interior tantū aut quinꝗ sensus interiores.& quinꝗ exteriores simul sunt anima sensitiua . Et pariter intellectus uoluntas & memoria simul sunt anima intellectiua.& anima intellectiua est intellectus uoluntas & memoria simul sed affectiones proprie potentie denominate intelligendi uolendi & reminiscendi non sunt anima intellectiua sed passiones ipsius.Et hee qualitates: non autem substantie sunt.Intellectus uoluntas & memoria uero substantia.quoniam anima rationalis ipsa.& parimodo uisus auditus & alii sensus substantia sint.Quoniam anima sensitiua ipsa sed affectiones uidendi audiendi imaginandi & similes proprie passiones sunt.& sic nō idē fundamentaliter ipsa aīa sensitiua ℭEt hic palam sub paucis uideri potest.qualiter intellectiua anima non potest habere potentias sensitiuas:idest uisum auditum imaginationem & similia.Quoniam si has potentias seu membra sensualia habet: animam sensitiuam ha

beret.& sic erit in homine sensitiua anima simul cum intellectiua anima: affectiones uero uidendi audiendi imaginandi & similes facilius est: quod sint in intellectiua anima: sed quomodo uidebit si uisum non habet: quamuis uidere uelit. nam dato quod homo telum lapidem Iaculare uellet: si membris corporalibus atq; substantialibus careret: nunquam Iacularet. per affectionem Iaculandi tantum: & in simili modo asserimus non ualere. quod anima intellectiua uidere uellet carendo substantiali uisu: quamuis affectionem uidendi haberet. ita quod oportet concedere in homine esse formam substantialem. ut uegetatiuam & sensitiuam simul cum intellectiua aliter & aliter se habentes. eo quod in homine auditio seu uegetatio atq; sensatio est. ¶ Preterea de cōmuni sententia philosophorū & experientia probatur: ueluti in locis propriis uideri potest. animam uegetatiuam sensetiuam & intellectiuam de genere substantie esse. unde nulla illarum potest corrumpi absq; corruptione subiecti i quo manet. embrio hominis uegetatus non corrumpitur in aduentu sensitiue anime. igitur uegetatiua ibi manente non corrumpitur: quoniam accidentia tantum corrumpi possunt subiecto remanente. non autem substantia. neque in aduentu intellectiue anime sensitiua corrumpitur. cum subiectum non corrumpatur. & quod non corrumpatur. per concessa ab omnibus patet: cum dicant perfecti ex sperma hominis in matrice mulieris positum per uegetatiuam & sensitiuam: ita quod in aduentu intellectiue. embrio est competenter perfectus: ponatur in eo puncto. quod derumpatur nonne erit ueluti exsperma erat in sua ultimata deruptione. unde oportet: quod anima intellectiua deduceret ipsam materiam de infimiore gradu quod dari potest ad perfectionem. unde hoc concesso uidelicet quod embrio corrumpatur. ad infusionem anime intellectiue. non est dicendum: quod anima ipsa infundatur in embrione. nisi in materia ultimata imperfecta habetur quod infunditur in embrione. ergo non derumpitur ipse embrio ad infusionem anime intellectiue non derumpitur embrio. igitur neq; forme substantiales in ipso manentes.
¶ Rursus quod potentie anime ita denominate se habeant ad ipsam animam tanquam membra ad corpus: non autem sicut passiones pluribus modis probari potest. ¶ Ita discurrendo. risibilitas est passio propria hominis. & quia passio tanquam contingenter anime & corpori coniuncta non dicimus risibilitas ridet: sed dicimus uisus uidet & auditus audit. & si uisus & auditus passiones uel dispositiones anime essent: falsum promeremus: asserendo uisus uidet & auditus audit. unde dicendum esset audiens audit: & uidens uidet: & sic per totum hominē assumeremus: ueluti agimus dicēdo resibilis ridet: sub quo ordine uisibilitas & audibilitas siue aptitudines uidendi & audiendi sunt passiones: ueluti risibilitas. uisus & auditus uero passiones non sunt sed tanquam membra integralia ad animam in modo suo. ueluti pes & manus: ad corpus animalis. ¶ Rursus ad idē si uisus & intellectus sunt potētie idest passiones proprie anime. quomodo proprie passiones per alias post se passiones proprias habere possunt. nam hoc a natura non datur. & sic risibilitas est ultimata propria passio hominis. Vnde risibilitas ipsa non habet propriam passionem sub se: quoniam ridere non est passio risibilitatis: sed passio hominis constans de anima & corpore humanitate & risibilitate. & pari modo intelligere est passio propria anime intellectiue non autem passio intelligibilitatis. sed intelligibilitas est passio uel dispositio intellectus. sed intelligibilitas nullam per se habet passionem propriam neq; risibilitas continet sub se propriam passionem eo quod propria passio propriam passionem non habet: unde concederē oportet intellectum & uisum esse idem essentialiter cum animabus: non autem tanquam passiōes proprias quoniam si passiones seu qualitates alias passiones uel qualitates sub se non haberent. habent passiones ꝓprias: constat intellectum & uisum passiones non esse. ¶ Et per hanc uiam potest saluari: qualiter anima intellectiua post separationem a corpore potest intelligere uelle recordari: quoniam ab intrinseco intellectum uoluntatem memoriam habet: uidelicet est essentialiter intelligens uolens & memorans.
¶ Nam ridiculum est inferre: quod anima rationalis ab intrinseco per propriam essentiam non sit intellectualis uolens. & memorans: quoniam si non sit hoc minime rationalis erit: auferatur ab ipsa ratio intellectus uoluntas & memoria. quid ergo erit nisi ens diminutiuum: seu tanquam inane & si respondes: quod est subiectum substantiale istarum potentiarum: iterum asserimus. quod de se tanquam uacua dicat. unde unaqueque potentia ipsarum accidentalis erit multo dignior ipsa substantiali anima quod repugnat accidentibus digniora esse substantia. sed quod intellectus dato quod potentia denominetur: substantia sit atq; uisus substantia patet: quoniam intellectus intelligit. & uisus uidet: & accidentalia uero non intelligunt. non uident sed uidentur: & intelliguntur: ¶ Et sic non tantum anima intellectiua post separationē corporū pōt itelligerē. & uelle: sed et sensitiua aliqualiter uiuet & sentiet: licet nō in eo mō quo agit. dū unita corporibus aīaliū est: qm̄ aīa sensitiua nō ꝓprie icorporea siue spiritualis: nisi media iter icorporeū & corporeū ē: & sic aliqd assumit iuuamē sentiēdi ab organis: i qbus manet: sed itellectiua anima nullum assumit itelligēdi a corporibus. imo impedimētum eo quod oportet non tantum sensibus interioribus & exterioribus uti: sed et corporeis membris: quoniā dū mēbra indisposita sunt: ut infirma somnolēta aut repleta cibis anima ibi coniuncta parum intelligit. quoniam cū anima & corpus simul unum solum tantum sint: oportet in ea uniōe manendo occurrere simul: ad operandum: non autem unum sine alio. unde decet animam intellectiuam corpori coniunctam fantasmatib9

uti: simul cum sensitiua ad discurrendum & intelligendum: sed segregata a corpore a uegetatiua & sensitiua nullis indiget fantasmatibus ad intelligendum uolendum & memorãdum: quoniam cum anima ipsa incorporea: seu immaterialis sit. & fantasmata de genere corporum: aut non proprie spiritualia sunt. nullatenus anima intellectiua de ipsis habet necessitatem: post separationem ad intelligendum.

¶Quoniam anima intellectiua per naturam proprie loquendo non indiget fantasmatibus sed intelligibilitate: & concesso quod intelligibilitas sit passio propria anime intellectiue: non propter hoc sequitur. quod post separationem a corpore ea intelligibilitas corrumpatur: quoniam non habet pro subiecto corpus. sed intellectiuam animam tantum. & nulla passio propria corrumpi potest: subiecto suo permanente. anima intellectiua est subiectum intelligibilitatis sue: & anima non corrumpitur. ergo neq; propria passio eius cum qua intelligit. igitur anima separata intelligere potest.

¶Prologus uel principium particule tertie. Cap. cvi.

¶Initio huius libri proposuimus ipsum nos esse in tres partes diuisuros: quarum prima erit de uegetatiua: secunda de sensitiua: & tertia de rationali. & ultra has diuisiones polliciti fuimus etiam a nobis intellectualem partem in tres diuidendam: de quibus duas iam superius posuimus: quarum prima de intellectuum inuestigatione an plures dentur uel unus tantum. Secunda uero quod uegetatiuam & sensitiuam potentiam simul cum anima intellectiua habemus. & circa hec plurima alia superius annotata sunt. Nunc autem ad tertiam particulam deueniendo conabimur probare nos rationales animas possidere: & quod immortales aut sine fine uiuentes. & hic totus intentus noster de anima consistit. Quoniam alia quodãmodo tradita sunt ad falsas opiniones obiiciendas licet quo ad rudes insolentes ac peruos difficile sit posse rationalis anime dignitates probari. non quod in se hoc arduum sit: nisi quod circa sensus nostros est aliquanto absconditum. Quum anima ipsa inuisibilis sit & intangibilis: siue a sensibus abscondita. Attamen quum natura nobis datum sit res per suos effectus cognoscere: nullus sub aliquo fundamento negare potest nos non habere intellectiuam atq; immortalem animam. namq; eius effectus palam ostendunt in nobis esse rem perfectam incorpoream & indissolubilem, illam originem: de qua similes effectus oriuntur. Et si aliquis non sufficiet ad hoc dignoscendum: suus tantum erit defectus & non anime eo: quod ipsa satis laborat & aperte secundum suam incorpoream naturam. per quos tamen labores possumus eam si modo uolumus cognoscere. ¶Et siquis dicat quod probatio per effectus sit a posteriori & non a priori: respondetur quod omnis nostra distincta cognitio per principium in quoquo modo a sensuum operationibus prouenit. Quapropter necessario debemus res per effectus intelligere: aut cognoscere: maxime quia omnes creature sumus effectibus causate. & qm̃ per actus a superioribus causis distamus: etiam oportet quod per actus siue effect9 redeamus ad cognoscẽda rerum principia. Nam sicut cause superiores respiciunt de superiori ad inferius: ita & nos econuerso decet inspiciamus: quia nos cum prima causa nostra reuniendo oportet quod medio operationum prosequamur: & iccirco ad probandum rationalem animam opus est: quod per suos effectus eamus ueluti decet in dignoscendis aliis. ¶Quoniam quidem penes communem sententiam & ueritatem ut experientia constat: omnis nostra distincta cognitio a posterioribus siue ab effectibus ortum habet. & hic in ordine conuerso effectus in modo cognoscendi loco cause assumimus: & causam loco effectus: quum causa de ordine semper initio ponatur: & quia effectus anteponimus circa talem ordinem: effectus sunt nobis causa cognoscendi prima principia. licet quod res ĩ serie sua aliter se habeant. ¶Tamen multum interest inter modum cognoscẽdi ĩter res sensibiles & insensibiles. Per res enim que sensibiles sunt presertim in pluribus in eodem puncto incipimus causas & effectus cognoscere. Causas tamen propinquas intellige exempli gratia: iste homo est causa propinqua suorum effectuum. & tam cito eum cognoscimus: saltem habitualiter quemadmodum & effectus: quum a nobis sensibus discernatur. licet quod ad intelligendum omnino quod sit intellectualis: quoniam hoc ab insensibili uirtute prouenit: oportet quod effectus ipsius hominis experiamur ad cognoscendum fundamentaliter qualis sit pariter. & de quibusq; aliis rebus cognitionem habemus: quis sensibiles sint. Sed in inuisibilibus & a sensibus nostris alienis seu remotissimis per remota nostra incipit cognitio. hoc est non in eadem re: quam intellecturi sumus. nisi in alia que ista uisibilia struxerit: ut dum nunc uetustissima & preclara edificia perspicimus: quis nomen & habitudinem edificatoris ignoremus. per opera seu edificia ab ipso acta cognoscimus aliquem fuisse edificatorem: qui & optimus magister erat. ¶Nec aliter dum in naturalibus consideramus perspectis quampluribus inter nos uariis: & quod minime per se esse queunt: neq; in generationibus ordinẽ quem habẽt assumere potuerunt. Nam semen generationis color humidum frigidũ & siccum sunt ad ordinandũ & obseruãdũ quascunq; species aut particularia ĩ regulis suis sed deinceps gradatĩ de ĩferiorib9 seu ĩperfectioribus ascẽdẽdo deuenimus ad unũ summũ pfectũ architectorem: a quo hec omnia opera & regule que per se non sunt dependent. & sic experiẽtia quam de rebus habemus: & aliquo intellectus labore possumus in dei cognitionem naturaliter deuenire: & multo magis in cognitionem anime nostre dum eius opera explicare uolumus: quum creatura & finita sit.

¶Qualiter mors & corruptio intelligantur:& quomodo illud quod non componitur minime corrumpi queat. Cap.cvii.

¶Quoniam uero de immortalitate anime agimus:consentaneum esse uidetur in primis explicare:qd per immortale.&;quid per mortale capiatur:& quatenus corruptio fiat.Nam si uaria dicemus: & per primum fundamentum non aperimus obscure seu indeterminate disceptamus. Sed explicatis seu notis principiis in occurrentibus facile ac breuiter conformamur. ¶Mortalitas etenim nil aliud est in primo suo modo q̃ separatio compositionem:licet aliqui mortem pro corruptione capiant. hec autē non est uera intellectio:quia propter membrorum uel corporis debilitatem mors aduenit.& post mortem idest separationem omnes partes que generate erant corrumpūtur.& non in puncto mortis quā diffiniendo recte dicemus.Mors est ultimatio uite:non post uitam:nisi eodem instanti.Quoniam mors extra actum separationis anime & corporis:non est res positiua.nisi terminus tantum. Attamen per actum separationis eo quod ibi est relatio diuisionis inter animam & corpus mors dicitur.icciřco asserendum est:quod finis uite & finis mortis sint idem.Nam post separationem non est mors: nequidem ante separationem.Quum mors pro ultima operatione separationis assumatur. ¶Et diffiniendo uitam animalium propriē assumptam nil aliud est q̃ operatio anime: simul cum corpore organizato sentiente aut intelligente:q̃uis etiam uita tanquam pro abstracto capiatur. Sed in re uiuere seu uita est dum animal habet animam & corpus in una sola unione: in compositis tantum intelligas. ¶At rursus cognoscendum est quid hoc sit:quod in homine corrumpitur:& nonnulli asserunt: quod non partes nisi totum:Nos autem dicimus:nec hoc nec illud.Quicquid enim non generatur:non potest in uarias species transire.& dum in suo primo esse remanet:nulla resolutio uel regressio aduenit ad aliam priorem originem.& quum forma saltem incorporea sit principium per se:idest non constans de uariis necessario est indissolubilis.Nulla enim res potest suum principium essendi deperdere:nisi esse tale: quod sibi accidit.Et quia solum rationali anime accidit cum corpore uniri & non generari nec componi in seipsa:non potest corrumpi:nisi tātummodo a corpore separari.Sed alie partes hominis que sunt ante generationem composite & per generationem transmutate in aliam speciem separantur: & corrumpuntur.Nam sicut per generationem alias atq; alias species accipiunt:ac dimittunt. oportet p corruptionem ab omnibus speciebus acquisitis denudari:& ad suam primam originem reuerti.Et quū non per originem suam intrinsecam uiuentes ipsas mortales & corruptibiles uocamus.Sed rationalis anima neq; hoc neq; illud.Quum per principium suum sit ingenerabilis & in aliam speciē intransmutabilis.& ideo patet:qualiter semper suam intrinsecam naturam obseruat. & quum aliquid perfectius sit in homine per quod originaliter uiuimus.& hoc non potest esse nisi anima eo:quod ipsa est in nobis ultima perfectio constat animā per se intrinsece uiuentem esse.& quia ingenerabilis per consequēs semper talis uel immortalis.Nam cum corpore uniri est:ac si unus homo cum alio associaretur. Quoniam neq; in comitiis generantur neq; dum ad inuicem separantur:omnino corrumpuntur: pariterq; de omnibus rebus: que in compositione sua non generantur erit intelligendum. icciřco q̃uis anima uniatur & separeť a corpore:hoc est aliter & aliter se habere in modo extrinseco.sed in intrinseco semper est eadem.Homo enim aliter se habet sedendo q̃ ambulando:& tamen nulla generatio neq; corruptio intrinseca in hoc sibi accidit:nequidem inferendum est:quod anima sit ex causa corporearū dispositionum.Anima enim dat esse corpori:idest perfectionem potiusq̃ ab ipso accipiat.licet deus creet animam eodem instanti quo corpus fuerit ultime organizatum:idest dispositum:in quo possit anima habitare.Quoniam uero corpus se habet tanquam potentia:& anima tanquam actus:nullo quidē pacto poterit eam educare eo:quod potentia est actu imperfectior.Quocirca oportet: quod deus libera uoluntate creet:& corpori infundat.Quamobrem non attinet anime intrinsece: quod dispositiones corporis generentur:aut corrumpantur.nisi quod dum he dispositiones integre sunt: anima ipsas cū corpore associat.& non prius nec posterius.Quapropter absurdum est dicere: anima a corpore separatur:ergo moritur uel corrumpitur eo:quod in se indiuisibilis:& consequenter immortalis & incorruptibilis.Quia illud quod in se non potest diuidi:quanquam in aliis extrinsece uniatur & separetur:nullo modo generari potest:neq; corrumpi.& ideo dicendum ē:quod totus homo sit separabilis. Sed nō omnes partes corruptibiles.nec in se mortales.pariterq; secundum philosophos.Materia neq; generatur neq; corrumpitur eo:quod est tanquam principium seu fundamentum generationis. & si non materia:que respectiue est imperfecta:a fortiori multominus forma generaretur: que est alterum & perfectissimum principium.Et de hoc qualiter anima intrinsece uiuens sit:in sequentibus capitulis latius propalabitur. ¶Deniq; aduertendum est quod dum quidam uniuersaliste dicunt in morte animalium totum & non partes corrumpi:de quodam toto intellexerunt.quod tertiam entitatem denominant a partibus integralibus causatam.Et q; hoc erroneum sit iam in tertio libro agendo de toto & partibus integralibus diffuse probatum fuit.

¶Quod ad cognoscendum utrum anima rationalis sit: oportet recurrere ad uidendum quid illud sit, quod pro uegetatiua & sensitiua intelligimus & deinde ad rationalem deuenire. Cap.cviii.

¶Anteq̃ de immortalitate anime aggrediamur: sciendum est utrum anima rationalis sit: aut quid pro tali anima capiamus in cuius intelligentia possumus ad conditiones uegetatiue & sensitiue recurrere. ¶Vegetatiuam enim capimus pro quadam insensibili uirtute. que corporibus dispositionem tribuit ad crescendum & recipiendum nutrimentum ab elementis & stellis. Quoniam autem arbores idem iuuamen sortiuntur: asserimus hanc uirtutem uegetatiuam ipsis inesse: atq; idem in sensualibus & rationalibus. ¶Sensitiuam uero uocamus aliam digniorem uirtutem: que animalibus sensus tribuit & auditum uisum gustum imaginatiuam & fantasiam: & sic discurrendo. Quoniam autem bruta effectus agunt conuenientes sensibus aut anime: uegetatiua digniori probatur quod sensitiuam animam habeant: & dicitur sentire: ut est actus uidendi audiendi gustandi & palpandi. Et animam intellectiuã accipimus pro alia uirtute: que sit uegetatiua & sensitiua pstãtior. & quod dignior sit patet ex eo quod effectus intelligendi est perfectior effectu sentiendi & uegetandi: & quemadmodum multa nos intelligimus: que non possunt per uegetatiuam & sensitiuam attingi demonstratur talem uirtutem esse ĩ hominibus & non in plantis nequidem in brutis.

¶Quo pacto animam intellectiuam accipiamus pro illa uirtute: que facit nos intelligere & plura discernere: quod non competit corporeis potentiis. Cap.cxix.

¶Anima intellectiua dicitur pro illa uirtute: que facit nos in celo & abysso corporeas & ĩcorporeas substantias intelligere primas causas secundas & tertias effectus ortus atq; fines. Nam q̃uis ante animã opponamus muros tecta montes lapides elementa & celos: nequeunt tantum obstare: quod anima a cursibus & operationibus suis desistat. ex quo non solum talis uirtus in nobis ostenditur: uerum etiam patet: quod ceteris corporibus sit multo perfectior: quippe quod in claro obscuro clauso & aperto loco plurima propinqua & longinqua intelligit. & anima non impeditur aut defatigatur per taies discursus. & etiam suis potentiis utitur sine aliquo obiecto composito aut corporeo extrinsecus. Vnde ostenditur quod simplex sit & incorporea: & talem uirtutem nos animam appellamus: & quod in nobis sit denegari non potest: quum unusquisq; cognoscat in se similem uirtutem uel potentiã habere: ut de sensibus cognoscimus. Et siquis dixerit: quod ostendamus intellectiuã aĩam ut tangi possit. Respondendum est: quod nobis demonstrent sensitiuã uel uegetatiuã potẽtiã uisiuã aut auditiuam: quia saltem nemo dubitat: quod similes potentie in nobis sint. Et quũ hec eadẽ demõstrare nequeunt: q̃uis corporea sint cur ergo crassam demonstrationẽ ac sensibus tangibilẽ de aĩa intellectiua expetunt. Itaq; dicendũ est: quod efficacibus & demonstrabilibus rõnibus id qđ inuisibile ẽ ostendimus: & nõ sensibus. ac si res corporee & dimensionate essent. & sic p rõnes & effectus esse & dignitates aĩarũ nostrarũ ostendimus. Nam queadmodũ p effectus ex eo quod uidemus & audimus: palã scimus in nobis esse sensum uisiuum & auditiuũ: similiter quia intelligimus & ratiocinamur: proculdubio intellectiuam & rationabilem potentiam in nobis esse cognoscimus. & quod non sciamus simpliciter: quomodo in principiis suis mere se habeant. nec cognoscimus qualiter sensus ordinati sint atq; producti.

¶Quatenus rectam cognitionem habuerint illi: qui immortalem animam esse dixerunt: & quomodo per effectus immortalitas probetur. Cap.cx.

¶Quum superius uiderimus: quomodo ĩ quacunq; sciẽtia oporteat nos ab effectu ad cãm pcedere saltem in principio habito hoc fundamento cognoscemus iustam esse sententiam illorum: qui primo dixerunt animam nostram immortalem esse: quia sicut discurrendo passim natura cognouerũt unã eẽ causam: ex qua omnia dependent: & partem suarum dignitatũ cognouerunt: similiter noticiam habuerunt: quod prius sit esse q̃ non esse: ut respicientibus facile cõstat. quod esse sit ab eterno: & diuisum aut oppositum ad non esse. Quocirca apparet q nõ esse neq; sit eternũ nequidem in tempore. & ideo cõprobatur: quod esse sit prius q̃ nõ esse. & perfectũ prius iperfecto. & sicut causas aut substantias absconditas per effectus quos faciunt cognoscimus. dicimus deum esse uitam atq; actum purissimum: per quẽ omnia alia esse recipiunt. Et uiam superiorem prosequendo palam cognosci poterit formam esse digniorem materia. & uitam morte meliorem. siue res uiuentes digniores: q̃ non uiuentes. & similiter quũ forma ducat materiam ad perfectius esse: patet: quod sit prior penes naturalia merita aut dignior q̃ materia. Quamobrem attentis similibus principiis uidendo effectus ab homine prouenientes oportuit unde procederent dimetiri. & sic passim in considerationem deuenimus: & probamus unam esse in homine dignissimam substantiam: que sine aliquibus obiectis aut alienis mediis corporeis operatur. & sic quum reminiscimur de condictione. quam in prima causa esse diximus. & in angelis aut

intelligentiis inuenimus aiam nostram illis esse conformem. Et quum illi superiores sint fere puri actus uel uite: aut saltem incompositi de uariis naturis. & quia anima nostra est illis similis: ut effectibus patet expresse: sequitur illam esse simplicem: & propria natura uiuentem.

¶ De quibusdam dicētibus immortalitatem anime nostre non posse naturalibus me diis probari. de quo tamen aliter ostendere intendimus ꝙ anima est propria natura uiuens. & incorruptibilis. Cap. cxi.

¶ Quibusdam philosophis & theologis uisum fuit difficillimum: aut fere impossibile esse naturalibus meritis posse anime nostre immortalitatem probari. Quocirca ualde admirandum est: quum ipsimet affirment in natura quasdam esse creaturas: que nullā corruptionē expectāt imo semp uitā sine fine: ue luti boni & mali angeli. & quādo nō haberemus auctoritatē scripture: que nobis natura memorie ipen deret: decet necessario. quod confiteamur in rebus perfectis uitam ab intrinseco uiuentes esse. & sicut ui ta est perfectior q̄ non uita: aut qui uiuit inuiuente dignior & uiuens a se dignius uiuente per aliud: cō stat substantias uiuentes digniores esse: q̄ inuiuentes. & quia digniores igit simpliciores. & postq̄ ali que nostre operationes ostēdūt a pfecta substantia exire: per hanc similitudinem palā naturalibus me ritis demonstrat aiam nostrā esse substantiā intrinseca natura uiuentem. & quia simplex & incomponi bilis per consequens imortalis. ¶ Nihilominus qui imbecilles ingenio sunt: aut recta cōsiderandi per spicacia carent inquiunt. uidemus oēs homines mori: nec amplius reuiuiscere. Vnde nos quoq; petim9: si aliquando uiderunt hominem uiuentem: & alia animalia: aut semper ipsa mortua cognouerunt. & si uiua quandoq; qualiter potius in mortuis intrinsecam mortalitatem q̄ in uiuentibus intrinsecam uitā assignant: quum uita sit morte perfectior. & quicquid perfectius durabilius. Tandem mēbra corrūpun tur: & anima solūmodo discedit a corpore. non tamen dissoluitur ex eo: quod incomposita. & ubi non est compositio: minime erit dissolutio. Iccirco licet corpus moriatur aut dissoluatur: quum propria na tura sit compositum & inuiuens: non sequitur quod qui dat sibi uitam sit moriturus: ex eo quod uitā per se propriam habet: sed quod separatur. Si enim uitam per suum intrinsecum principium non ha beret: esset impossibile posse per se uitam propinque assumendo causare: aut alicui alteri eam dare: & quia uita dignior atq; altior est: q̄ non uita: probatur. Non uiuens non posse uitam causare: uel produ cere: nisi quandoq; instrumentaliter ad productionem uite in compositis: & ad eius conseruationem occurrit. Sed similis uita etiam erit composita: & per hāc uiam probare possumus esse quasdam res na tura per suam propriam substantialem originem uiuentes: & alias non uiuentes. & itidem patet quod ab uno principio animalia uitam assumant. & ab alio corruptionem. & non uitam ad non intelligen dum neq; sentiendum. & ideo pars uitalis ad principium uitale redit: sicuti inuiuens ad principium non uiuens. licet anime sensitiue non perfecte uiuant post corpoream separationem: quia nec or gana nec sensuum ordinem nanciscuntur: quinimmo in suo principio uiuacitatem habent: ut in aliis locis explicatur.

¶ Quod in nobis quedam pars aut uirtus immortalitatis sit. Cap. cxii.

¶ Quod in nobis aliquam immortalitatis partem habeamus experientia comprobatur eo: quod im possibile esset non posse corrumpi aut mori: si aliquod incorruptibilitatis principium non habuissem9. & quum per tale principium morimur. per aliam partem manifeste constat: nos aliquo principio uiuere: quod sit in nobis ac per se uitale. Sed quia ē propria natura uitale: per nullam aliam naturam mori po test. Quocirca naturalibus meritis apparet animam nostram de se esse immortalem. & postquam uiuēs nullum est de duratione dubium: omnes enim creature in suis principiis aut uero propriis mansioni bus sempiterne durant.

¶ Quod inquantum tenendo opinionem de immortalitate anime religiosi atq; irre ligiosi philosophi concordant. Cap. cxiii.

¶ Circa hāc opinionē. hoc est utrū rationalis anima mortalis an immortalis sit: omnes philosophi an tiqui & moderni concordant pariterq; theologi & sancti. licet de aliquibus aliis proprietatibus suis ua rio modo sentiant. sicuti super intelligentia: unde anima procedat ad unionem corporis ueniens. & ad quem locum post separationem redeat. ¶ Sed pro nunc sufficiat ad propositum nostrum: quod qui cunq; in naturali doctrina & sanctitate preualuerunt: affirmant in nobis immortalem animam esse: li cet enim inter ueteres philosophos aliqui fuerint uarias opiniones sectati: qui deterius infert ait animā unius a suo corpore separatam in alterius corpus transire: & non quod corrumpatur. ¶ Alii tenue runt plures eē aias in humanis siue in quolibet hoīe particularē intellectum. Quidam ī oībus unicum intellectum esse dixerunt. & nonnulli asserebāt aias esse creatas: & alii eternas & quidam ad corporum

formationem plaſmatas.Sed ut ſuperius diximus:omnes ſimul concordant tenendo intellectiuam ani
mam immortalem eſſe.

¶Quod infinitum intelligendo non ſolum per concluſiones argumenta & diſcurſus natu
rales:immo etiá in actu patet:quod aïa noſtra incorruptibilis ſit & imortalis. Cap.cxiiii.

¶Quemadmodum per intelligentiam noſtram ualemus ad perueniendũ in aliquam cognitionem
de infinito:& ad ponendam differentiá inter finitũ & infinitũ:& cognitionẽ habemus de eterno & prin
cipiato:& eorũ differẽtia:& nõ tm̃ de infinito ꝑ diſcurſum aut multiplicationẽ. Sed ẽt de iſinito i actu
per effectus:conſtat:quod anima noſtra perfecta & incorruptibilis ſit:quia nõ ſolum ſimiles infinitates
& eternitates intelligit:immo etiam diligenter procurat ad faciendũ eternas operatiões:aut quod ſine
fine durent.Et quum anima noſtra tale deſideriũ habeat.& opera:oſtendit habere ad ſue nature cõfor
mitatem:merito eſt nuncupanda immortalis.Corpora enim non talia deſiderant:nec ſimiles diſcurſus
agunt.& patet dum uidemus:audimus aut guſtamus.per aliquam temporis diſtantiam: quod ſenſus &
membra deficiunt:& tedio afficiuntur.Anima uero rationalis nunquam de intelligentia ſatiatur:neq;
uellet non intelligere.licet quandoq; non adeo extenſe operetur:propterea quod fantaſia imaginati-
ua aut ſenſus cõmunis ſatiantur.& eam aſſequi nequeunt.Et anima quum ſit corpori coniuncta : ne-
quit diſtincte operari non concomitantibus eam ſenſibus cõmunibus.In hac enim unione oportet ho
minem intelligere:& non preciſe ſolam animam.& ideo anima quo ad ſe non deficit: neq; ſatiatur ad
intelligendum. ¶Et ſic per opera corporis de facili concipi poterit:quale fuerit ſuum principium.&
qualis erit finis.& eodem modo intelligendum eſt de anima:quia ſicut opera corporis tedium afferũt.
& tangibilia atq; corruptibilia expetunt:preſupponunt corpus eſſe tale.Et ſimiliter quum in anima pa
teat eſſe perfectas & incorruptibiles operationes coacti ſumus concedere:quod rationalis anima icor
ruptibilis ſit & perdurabilis.

¶Quomodo diuerſimode conſtringi poſſint illi:qui dicunt non poſſe anime noſtre im-
mortalitatem probari. Cap.cxv.

¶Diximus ſuperius nonnullos eſſe aſſerentes nõ poſſe anime noſtre imortalitatẽ aliqua rõne ꝓba
ri:niſi inquantum : quod eam lege tenemus.Nos autẽ dicimus : quod ubi aiunt non poſſe anime no-
ſtre imortalitatem probari inferunt:quod ipſi in oppoſitũ maiorẽ habeát rõnẽ.Vnde nõ tantum ſuffi
cit:quod dicant nõ poſſe ꝓbari:niſi quod probent:nõ eſſe animá:& per cõſequens nec eius imortalita
tẽ:quod abſolute eſt impoſſibile:ſcilicet:aut quod talis ꝓbatio cõcludatur:aut aliquis in ea color uel ex
perientia aſſignetur.& ſic quando magis nequaquam poſſunt in tantam altitudinem deuenire ut te-
nentes immortalitatem deueniunt.Et quotieſcunq; ſunt due contrarie partes : ualidior tanquam de-
terminata eſt accipienda.donec ſecum inferior adequetur.Quapropter qui contra probationẽ de im
mortalitate anime obiiciunt:debent aut eorũ partem probare:aut noſtram concedere.Non eni ſatis ẽ
aſſerere non probas.Nam ſi ipſi probare neſciunt non eſſe animá:nec quod ſit mortalis:minime ſciẽt
noſtras probationes percipere:quis bone ſint.quia manifeſte negant id quod nullatenus eſt negan-
dum eo:quod oppoſitum probare neſciunt.tametſi multa preſupponant.ut dicendo:homo non intel
ligit poſt mortem:neq; nos uidemus animam:quod intelligat:nec ſcimus qualis erat priuſq̃ in corpus
infunderetur.Et nos reſpondendo aſſerimus:quod nullus eſt:qui ponat quod homo poſt membrorum
corruptiones niſi ſola anima intelligat:quoniá ipſa a corpore ſeparata non eſt amplius homo: & ideo
non infertur : quod intelligat homo : Sed quod anima . Et ubi preſupponunt neſcimus ubi erat ani-
ma ante corporis infuſionem.Nos tenemus:quod quum primum debet infundi:eſt creata.ut in aliis lo
cis probatur . & ſic non eſt inquirendum qualis erat anteq̃ fuiſſet corpori infuſa nequidem de eius
manſione:& ad aliud dubium.ubi aſſerunt quod non uidemus animam:reſpondetur iam declaratũ eẽ
quod anima de ſe inuiſibilis ſit:atq; intangibilis.& ſic non poteſt uideri:niſi cognoſci per ſuas opera-
tiones.& a corpore diſcedens ad originem ſuam uadit.in qua per naturam ſibi competit:uel per bona
aut mala opera.& ideo ſi quis eam uidere uoluerit: eat ubi eſt.ibi enim eam aut eius operationem uide
bit. ¶Et ſi petieris ubi ſit : dicimus quod in celo uel abyſſo : & inquirendum erit : ubi maneat . ſi
modo ipſam inuenire uolueris : tandem quicquid uoluerint negantes uel increduli faciant . Quia
pars eorum nunquam erit adeo ualida : q̃ ſit noſtra . Nos enim ſaltem probamus experientia :
quod donec uiuimus animam habemus . per cuius opera etiam innoteſcit : quod ſit in mortalis .
Quapropter certiorem partem in hoc mundo tenemus . & itidem ſi bene dicimus quando omnes
in alio mundo erimus : aut poſt mortem noſtram oſtendemus manifeſte : quod male dixerint tenen
tes oppoſitum : quod ſi uerum dicunt nunquam aliquid contra nos oſtendent : in hoc mundo nequi
dem in alio . Si enim anime mortales erunt nos minime erimus . Iccirco non poſſunt quicquam nobis
aliquatenus demonſtrare.Sed de eſſe anime nulli eſt dubium:quum ſuos effectus uideamus : quoniam

autem effectus proueniunt per principium a re omnino simplici ac per se uiuente palam fit:quod ubi cunq; erit anima:erit precise talis.Quia sicut in aliis capitulis huius libri constat: quicquid est calidum per se:quod sit ubiq; calidum . & id quod est corruptibile per se non potest per alterius dispositiones esse incorruptibile.& similiter affirmatur:quod incorruptibile per se:non potest corrumpi alterius arbi trio & petitione.& sic anima nostra.Quoniam scimus eam uiuere.& non p corpus:nisi per se.& itidē p eam corpus.patet quod de se uitam habeat : & quod ubicunq; manserit obseruabit ipsam ueluti corpo ra suam obseruant corruptibilitatem.

¶Qualiter impossibile diceretur:q animalia morirentur:si aliquod inuiuens princi pium per intrinsecam naturam non daretur: nequidem uiuerent si aliquod ibi prin cipium semper uiuens non esset. Cap.cxvi.

¶Superius in uariis locis de īmortalitate aīe uaria dicta sunt:& similiter in aliis subsequētibus capitu lis multa tractaturi sumus:nihilominus ob aliquā reductionē in hoc loco quedā sub paucis ponemus: ad que dū oportuerit semper tanq̄ ad naturale fundamētū occurrere possimus:i quo saltē īmortalitas aīarū necessario ꝓbaret ita dicēdo. Vbicūq; aliqd opus tale reperit:necesse ē aliquod tale fundamētū occurrat:exēpli gratia uidemus aliqd qd mouet īferius nō uiolēter nec artificiose:in quo aliquā graui tatē confiteri oportet.& si motus sursum:ibi aliqd de leuitate ubi calidū reperit:aut aliquid calent : ibi necessario aliquod naturale calidū de se.qm̄ uel qd hoc pricipiū caliditatis proueīt ab igne ab hac uel illa origine:que de necessitate est calida.Et si opponeret quod aliqua pp frequētiā motionis calefiunt : que de se oīno simpliciter frigida sunt.hoc fieri posse negat.Aer eni & aqua alterutrū per se aut ābo simul nunq̄ p magnā frequētiā motionis calefiūt.Sed duo lapides aut duo gladii p magnā fricationē ab aliquo motore causatā calefiūt ex eo:qd lapides de quatuor elemētis sunt cōpositi:& multū de sicci tate habēt:& satis de igne.& sic ignis causa fricationis siue motiōis īcēdit.At dū nil de igne ut aliquo p itrīsecā naturā calido i lapide uel gladio itrīsece maneret:aut aliqd ab extrinseco calidū nō occurris set.ad calefaciēdū ipos:nunq̄ p motū uel quomodolibet calefierent. ¶Et ita ad propositū nostrū de īmortalitate aīe accedēdo asserim9:qd si aliqd pricipiū iuiuēs i aīalibus nō eēt īpossibile diceret a natu ra assumēdo:q mori potuissent:& qa moriunt:necesse est cōfiteri aliqd ibi mortale: seu iuiuēs pricipiū de ꝓpria natura eē.Et pariter aliqd ē cōcedēdū suapte natura uiuēs.nā sicut īpossibile ē mori.si aliqd iuiuēs i aīalib9 nō occurreret eodē mō īpossibile ē uiuere.si aliud pricipiū ex ꝓpria natura uiuēs n̄ eēt: & qcqd ab itrīseca natura ē tale ubicūq; ponat:ē tale sub quo fundamēto semp īsistere possum9:q aīe ubicūq; iuenientur uiuētes sunt.licet brutorū aīe nō pfecte uiuentes.Sed uiuaces reuerse ad originē suā siue ad aīam mūdi.Quoniā de corporea natura ostēdunt eē.& qcqd de natura corporea magis & mi nus assūere pōt p aliquā additionē uel scissionē.Sed icorporeū nequaq̄ diuidi pōt.& hec erit differētia iter rōnales & sensuales aīas post corporū separationes:qa q̄uis oēs uiuētes rōnales manebūt i particu laritate ueluti nūc sunt:& maiorē acqrēt itellectionē:sensuales uero i una uniuersali aīa. tn̄ actuali de quo ortū habēt reuniunt:q uero uiuax est:& sub hoc fundamēto aīa uocat.nā si uiuēs nō eēt nequaq̄ aīa absolute denominari deberet. ¶De mēte platonis ēt tenere oportet sensitiuas aīas sic uel sic sem per uiuētes eē.Q m̄ ab una sola mūdi aīa asserit oēs aīas saltē sensuales oriri:quā uniuersalē aīam uiuē tē eē dicit.parimō aut manifesti9 i ꝓbatiōe eius:q īmortales aīe sint:tale assumit argumētū.Quicqd a se mouet eternū ē.Quicqd eternū īmortale.Aīa mouet a se.igit īmortalis.Et hic de oībus aīabus itelle xit.Brutoꝶ eni aīe si mouent a seipis mouent:& corpora mouēt.hoc quoq; Aristoteles & auerrois cō cedūt Octauo physicoꝶ:moueri ex seipō ē ꝓpriū aīalis.& auerrois asserit q qcqd a se mouet cōpositū ē de altera pte mobili & altera mouēte.& qa aīalia sensualia a se mouent penes hos philosophos dicen dū ē de platonica snīa:q ēt sensualis aīa naturaliter sp ē uiuēs seu īmortalis i mō suo. ¶Nōnulli iad uertētes qd loqrent posuerūt aīam i aīalib9 tanq̄ feruorē i aqua se hēre:i quo errore ego ēt tanq̄ inexp tus i libro de cognitiōe hoīum cecidi.attn̄ de sensuali aīa tm̄ nō aūt de itellectiua : sed quo ad ueritatē neq; hec neq; illa tanq̄ feruor se hēt.Q m̄ feruor ē uariarū rerū opatio:nō aūt res p se . Sed actio uel opatio.Ambulatio eni siue cursus act9 tibiarū uel aliorū mēbrorū ē:nō aūt res p se. & sic p se dari nō pōt.nisi i uirtute alicui9 corpis.qd taliter opat.idest qd mouet:& i eo mō feruor i aq̄ ē opatio ignis si mul cū aq̄.Sed ablato igne sulphure aut alia re calidissima:p naturā aq̄ de se nō pōt causare feruorem. Sed qa ignis de se ē pullulās & ascēdēs sursum:quū i aquā igredit aut nimiū ipsam calefacit : agit ēt pul lulare aquā simul cū calore ipsi9 ignis.licet qd ignis & aq̄ simul aliter opant:q̄ ignis sol9.Sed illa bulli tio oīno ad similitudinem ignis tendit.& non aque.Similiter quelibet anima siue sensualis siue itellectua lis in corpore se habet.Oportet enim q ipsa de se mobilis sit:ac uiuēs eo q uita i corpore causari pōt. & q̄uis aliter ibi se habeat q̄ a corpore separata . decet q ubicunq; inuenitur uiuens sit atq; pullulans. & hic non petimus de actu quem uidemus : nisi de re causante actum.nam uisio actus est & quia actus oportet q ab aliqua uirtute uisibili oriatur.Quam uero rem uisiuam potētiā a natura nuncupam9. & licet n̄ i eo mō uideat ueluti posita i oculo uidet oīno de se:sic uel sic uidēs ē.Quia aliter nunq̄ uisionē

causaret:ueluti ignis non causaret feruorem in aqua.si calidus non esset. Vnde in exemplo adducto per negantes uitam anime probatur:q semper de natura intrinseca est uiuens.Si enim aliqua res de se mobilis ab intrinseca natura non daretur.nunq̃ fuisset motus.& sic quũ uiuere actus sit.necesse ẽ ab aliqua re intrinsece uiuẽte emanare:quia aliter nunq̃ opatio uiuendi in aĩalibus repiret. Reperit. constat ergo ibi aliud principium per se ab intrinseco uiuens esse quod animam appellamus. Et hic monstratiue ac de necessario ita se habentibus loquimur.non autem de auctoritate legis tantum. ut quidã insipientes dixerunt:q aĩa & imortalitas eius secundum legem duntaxat tenenda. Vnde recte adducere possumus exemplum inquiẽs.Dixit insipiens in corde suo:non est deus.& sic insipientes tantum perdurabilem uitam siue corruptionẽ aĩe nostre negant. Tandẽ ne proterui uideamur uia arguẽdi est prebẽda iis:qui ecõuerso opinionẽ habent.uidelicet q ipsi per uerũ naturalẽ cursum ostendãt: quonã pacto animalia uiuere queant.si ibi aliqua uirtus seu pricipiũ suapte natura ab intrinseco uiuens nõ occurrit.Sed dum hoc ostendere nequeunt. Quum impossibile uideatur q ostendant tanq̃ iniqui ac dementes sunt reputandi dũ ad uiam ueritatis reduci nequeunt. ¶Et ĩ hoc loco causa cõtinuitatis pulsationis anime facile itelligere possumus:qualiter plato dicebat aĩam de pluribus perfectis numeris cõstare:tanq̃ de uariis tonis perfecte ordinatis.non autẽ de diuisis numeris tanq̃ de uocibus istius hois & illi9:sed ĩ una sola substãtia idiuisa quãdã armoniã ĩcessantẽ cõsiderabat:& armoniã eo q sursum deorsum dextrorsum & sinistrorsum ĩcessanter correspõdet. Quũq ita gradata sit aĩa ut ĩ pulsatiõibus ĩ uidẽdo audiẽdo digestiẽdo mouẽdo & augmẽtãdo patet:ita dormiẽdo sicut & uigilãdo recte aĩa ad armoniã de pfectis numeris cõstãtẽ cõparat eo:qd ĩ aĩa optima correspõdẽtia ĩ mõ pulsatiõis uel consonãtie.nã cõsonãtia nõ solũ ĩ uocibus aut sonoris.Sed ĩ ceteris quoq rebus optime ordinatis cõsideratur.& sic mẽbra aĩaliũ que ĩ debita pportione sunt cõposita tanq̃ armonia se habẽt.Ideo delectamur: dũ ea uidemus.uel palpamus:& si disproportionata sunt ĩ uidẽdo ipsa fastidimus. Qui enim saltãt seu choreãt:ita armoniã obseruãt.sicut & pulsantes atq canẽtes.Et hoc mõ assumẽdũ est: dũ dicit ĩ corporibus celestibus armoniã maximã eẽ:nõ de uocibus neq sonoris.Sed de gradibus decurrẽdi frequenter iusta mẽsura cõseruatis. Vñ ĩ quocũq celo armonia p se dat:q̃uis de pluribus numeris nõ cõstet. Iccirco aĩa nr̃a qa ĩ uera pportiõe a natura pducta & ĩ mõ pullulatiõis seu pulsatiõis innata se habere ur: ac si de uariis nũeris pfectis cõstaret & tñ unica. ¶Quãobrẽ aĩam diffiniẽdo merito dici põt aĩa est substãtia ĩ mõ pulsatiõis se habẽs.Aĩa ẽ ab itrĩseco pfectã armoniã operãs. ¶Et cõcesso q oẽs res fundamentaliter atq actus earũ ĩ ordĩe armonico cõstituant cã pfectiõis:q̃ ĩ aĩa reperit:ipam tñ in diffiniẽdo substãtiã armonicã siue ĩcessantẽ iusta mẽsura pulsantẽ diffinire possumus.nã celi elemẽta arbores corpora animaliũ edificia depicture littere & alia naturalia atq artificialia ĩ uera mẽsura cõstituta sunt.tñ ẽt oẽs act9 sub pportione cadũt:dũ recte opari uolumus ut ambulatio cursus saltatio choreatio cãtatiões pulsatiões descriptiões modi depingẽdi.& similiter de oibus aliis actibus recte obseruatis dicẽdũ ẽ.& tñ quũ corpora q̃nq mouent & q̃nq nõ mouent.& sepe scribimus aut legimus.& sepe ñ. pbat q corpora nõ habẽt penit9 ab itrĩseco has opatiões.Sed qa aĩa ubicũq iuenit absq aliquo itervallo armoniã suã assequit.& obseruat:cõcedere oportet itrĩsecã ipam pulsationẽ habere.& qcqd oĩno itrĩsecũ iseparabile. ¶Et hoc cõsiderato merito plato tanq̃ sapiẽs aĩam imortalẽ eẽ asseruit. Quoniã p seipsam ab itrĩseco mouens intelligas a natura siue per deũ ei tributũ.nã quicquid de se per motum pulsationis mouens est.semper in eo motu uel operatiõe cõsiderandũ.& id quod ab intrinseco motu nõ cessat:nullatenus corrũpi potest.anima ẽ huiusmodi.igitur incorruptibilis: & quod qcqd semp mobile incorruptibile sensibus patet.quoniã inter corpora tantũ celũ semper mobile & illud solũ oĩno incorruptibile.& quia aĩa semper mouetur in exẽplo a celo assumpto etiã incorruptibilis est appellanda.

¶Quomodo debeamus animam nostram intelligere talem scilicet uti est & non aliter. Cap.cxvii.

¶Quidã litterarũ expertes petunt ita dicentes:probate nobis aĩam demonstratiue: & uolunt quod manibus ac pedibus ipsam eis tangibilẽ tanquã corporea mẽbra propalemus. Quod si nos diceremus quod talis sit:mendaces quidẽ essemus.quia sicut est simplex & incorporea inuisibilis & imortalis: conuenit quod eã probemus iuxta suã naturã:& condictiones nec per alienas aut sibi incongruas. Quocirca siquis uult de hac materia tractare:decet in principio seipsum examinet:ut cognoscat. Vtrũ sufficiens sit ad intelligendũ animã.Si enĩ difficultas cognoscendi ex parte nostra orit:imerito aĩabus nostris iniuriamur affirmando:quod non sint:si modo eas intelligere nequiuerimus.& sic de illis qui sunt natura rudes:nihil ẽ ĩ materiis subtilib9 ac dignis recẽsendũ.& ẽt errare ur: q uult altissimas materias hoibus natura ignaris & ĩbecillibus declarare. Quia iã sepenumero accidit uelle eosdẽ crassa atq infima docere.& nihil seu parũ itelligũt.& p magnũ tẽporis discursum. Quãdo ãt ĩ reb9 infimis tã ignari sunt.de eorũ temeritate admiramur:qten9 rõnalẽ aĩam denegare audeãt:& alia q̃ subtilia sunt denigrare. Anima enim quũ de se digna sit ẽt subtilis a natura.& ideo q natura est rudis in similibus materiis debet aliorum consilio assentire & acquiescere. Quippe quod & anima nostra talis est: qualis esse

debet res perfecta. Iccirco non deturpanda:& licet non sufficiamus ad percipiẽdum ipsam:nos redar
guendi sumus.& non anima. Tamen non est inferendum quod natura nos adeo infimos produxerit.
Nam si penes subtilia aut animarum naturam a nobis continua diligentia adhiberetur :Veluti in cor
poralibus negociationibus agimus : multa quidem bona de anima intelligere possemus . ideo qui ad
conformitatem animarum degunt : in hac facultate sunt credendi. non autem qui contra animarum
bonitatem cum operibus suis procedunt . Quisq; enim artifex uel in arte sua assuetus potiusq̃ in alia
est tenendus.

¶Quod non ex nihilo facti sumus:nec ad nihilum redire possumus:ut quidam aiunt:
nisi ad nostrum principium quod est esse. Cap.cxviii.

¶Cõmuniter qui tenent mundum esse creatum tali uocabulo utunt̃ dicentes:ex nihilo creati sum9:
& hec uerba absolute prolata nullo pacto uidentur bene congruere:ut procedendo uidebit̃ . Et super
hac imaginatione quod ex nihilo creati simus nonnulli asserunt:quod omnes creature sumus per prin
cipium nostrum mortales eo:quod ad non esse tendimus:inferendo quod nihil fuerit nostrũ pricipiũ:
quod longe aliter se habet:ut hic demonstrabitur. ¶Ait aristoteles de nihilo nihil fit.& hanc opinio
nem absolute accipiendo tenere possumus. Quia nihil non est substantia accidens aut aliqua qualitas
nec principium medium neq; finis nec eternum nunc neq; post. Quapropter de illo quod non est nõ
potest aliquid fieri. Si enim fieret ex illo daret̃ principium . & principium esset aliquid:& non nihil.
¶Sed uolendo hanc materiam intelligere honestius dicet̃:quod deus est prius q̃ aliquid aliud: & quũ
sibi placuit mundum creauit:quem nondum creauerat. Mundus autem non erat nihil . nec in nihilum
fundabatur eo:quod nihil non est.& ideo nequicquam originare potest. Itaq; deus summa potentia &
uoluntate mundum creauit nouum.& in creatione non respicit nihilum nisi esse uel nouitatem mun-
di. Vnde manifestatur:quod mundus per primam suam originem deum respicit . & deus in primo si-
gno ad originandum siue ad creandum mundum aspicit nouum esse mundi. Quoniam uero creature
nunquam fuerunt:quin essent aliquid:constat quod suum principium sit esse:& non nihil. Iccirco con
sequenter per naturam ad aliquid redire debent:& non ad nihilum. Si enim fuisset aliquid prius q̃ esse
fuisset utiq; priusq̃ seipsum esse:quod est impossibile. Quapropter si creature in nihilum redirent : hoc
uiolenter & contra naturam suam esset:quoniam nihil non est principium nostrum nisi deus : & quia
creature nequeunt esse per seipsas:aut essendi principia accipere minime ualent per se in nihilum re-
dire. principium enim earum est aliquid. Vnde non respiciunt non esse. sed suum principium: quod est
esse eo:quod nunquam fuerunt . Quin aliquid fuissent:& nihil non est aliquid . tamen hic inferri po-
test. Quod si deus uellet nos dimittere totaliter annihilaremur. Sed nos contra hanc obiectionem di-
cimus:quod hoc a naturali ratione penitus deuiaret:quod deus opus suum dimitteret in perditionem
labi. Nullum enim natura principium aut superius inquantum potest deficit:nec appetit suis inferiori
bus seu rebus ab ipso fundatis annihilari:& quum deus sit principium nostrum per actum creandi pe-
nes naturam nobis deesse nequit:ex quo ad principium nostrum redeundo semper erimus aliquid. aut
saltem tales quales nos deus creauit. Qui est aliquod esse nouum:quod non habet aliunde principium:
nisi diuinam tantummodo uoluntatem. Et si denuo a nobis illud esse abstulisset:tunc nostram amouis-
set naturam:que est esse.& nos in nõ esse transtulisset. quod nunquam fuit nostrum principium:nec in
illo aliquando nos uidimus.& quando multum dissolueremur:deueniremus in illam perfectam cogni-
tionem:quam deus de creaturis habet.& in se omnino est aliquid eo : quod non potest esse uera cogni
tio:quod aliquid in re non dicat.& sic probatur mundum non habere nihil pro principio nisi potesta
tẽ & uoluntatẽ dei:que sp̄ fuerunt sunt & erunt. nec unquã pñt deficere . & nos prius fuimus q̃ non fui
mus. Nã pri9 est esse:q̃ nõ eẽ. Q m̃ eẽ ẽ sp̄:aut nũq;.& nõ eẽ nũquã erit:& iter deũ & creaturas nõ ẽ po
nendum aliquod medium. quin deus sit. aut creature.& deus res realis est:& itidem creature in esse reali.
¶Et siquis inferret ponendas esse actiuitates & passibilitates per prius q̃ sint creature. Respõdemus
quod actiuitas & passibilitas sunt res:& proprias conditiones habent. Iccirco deus erunt aut creatu
re in suo primo signo essendi. ¶Preterea in communi sententia habetur de contrariis eadem est do
ctrina creare & annihilare. sane contraria sunt. nam cum unum eorum sit : nil presuppositum de quo
fiat nouum esse producere:annihilare uero econuerso de aliquo facto agere simpliciter:q; non sit. quo
circa creare & annihilare sunt contraria ad creandum oportet potentiam infinitam esse. igitur ad an-
nihilandum ea:que iam sunt oportet potentiam ĩfinitam preuenire: quamobrem dicendum est . nulla
res in rerum natura annihilatur naturaliter loquendo. ¶Et si diceretur operationes nostre sunt ali
quid.& inquantum fluxibiles annihilantur. igitur multa in natura rerum annihilantur naturaliter lo
quendo. ad quod respondetur:q; operationes nostre in eo q; fluxibiles:ut ambulare:uoces emittere . &
similia non sunt res proprie dicte. quoniam nullum in se habent subiectum. nam ambulare tantum est
transitio alicuius corporis de loco ad locum. ita q; finita ea transitione tota ambulatio euanescit. uo-

res aut sonus causantur:dum aerem in palato seu in labiis uel aliusmodi percutimus.sed quia acciden taliter sonus causatur:cito anihilatur.aer uero per primum suum esse a deo omnipotente dependens semper remanet resonando & non resonando.& homo ambulando uel quiescendo:quanam causa nul la res proprie dicta a natura ad nihilum reduci potest:nisi deus de summa potestate ipsam anihilaret.

Verumtamen animaduertendum est:quia deus nullam habet potentiam preter ordinariam: non intelligas ordinariam per istam & illam tantum:nisi ordinariam quia semper bonum agit :nam quum actus purus sit:impossibile est ꝙ malum faciat:imo semper quod melius est. Nunc sic.creauit mun dum sub ratione bonitatis:quoniam aliter nunquam ipsum creauerat ergo si debet anihilar̃ mundum ipsum:oportet etiam ꝙ sub ratione bonitatis fiat:est bonum creare mūdum.ergo malum ipsum anihi lare.malum anihilare mundum.igitur deus hoc non potest agere:quoniam mundus est bonus: uel ma lus est bonus.igitur corruptio eius mala.nam quecunq; corruptio alicuius boni:est mala:igitur corru ptio mundi:quia bon9 mundus ipse mala.deus non potest agere malum: igitur non potest mundum anihilare .quoniam deus nullam de tali anihilatione habet necessitatem:nequidem de ipsa seruiri pōt: potest tamen inferre:ꝙ fortassis totus mundus ingratus esset creatori suo.aut ꝙ alium cōmisisset erro rem:& in eo tunc sub ordine potuisset deus mūdum anihilare.tamen totus mundus nunquam pecca re potest:quoniam multa in eo īpeccabilia sunt.ita ꝙ anihilari nequit:si fortassis alium meliorem agere noluisset.quia tunc sub ratione bonitatis fieret.

Quo pacto ex animalium generatiōibus pateat animam nostram ab aliis potissi mum differre. Cap.cxix.

Superius plures differentie uise sunt inter animam uegetatiuam sensitiuam & intellectiuam:& hic etiam pro habenda maiori noticia de dignitate anime nostre aliquid enarrabimus:demonstrādo quā tum ab aliis ipsa differat. Vnde dicimus animam uegetatiuam & sensitiuam tanquam genus se haber̃. Nam quelibet earum plures sub se species continet. Attamen sensitiua & uegetatiua inter se gener̃ dif ferunt. Quoniam unaqueq; habet species omnino a speciebus alterius distinctas:q̄uis sub nomine ani me conueniant.& anima rationalis quum non habeat plures sub se contentas species:neq; genus supe rius.si modo non ponimus ipsam cum angelis:nequaquam sub genere uocari potest: nec cum sensiti ua nequidem uegetatiua conuenire.scilicet neq; in genere neq; in specie: quum enim incorporea sit: minorem cum sensitiua similitudinem habet q̄ sensuales cum uegetatiua.eo quod uegetatiua & sensiti ua corporee:sunt extensibiles & reductibiles.& ī quoquomodo dissolubiles & anima intellectiua est in corporea simplex & indissolubilis:& de distinctione aut disparitate inter has animas nullum est dubiū includēdum. Veritas enim per animalium generationes manifestatur eo:quod nullum animal potest fi lium cum animali alterius generis procreare.licet cum aliena specie ualeat : ut de asino & equa in spe cie uariis & in genere similibus.& dicimus quod non possunt de uariis generibus simul generare:ex eo quod non competit:quod mulus sit dimidium sensuale & dimidiū planta:aut alterius generis nisi totus sensualis.& ideo deus aut natura prohibent:quod qui est eiusdem generis cum specie alterius generis generet.& hoc experientia comprobatur. Planta enim potest in aliis plantis diuersarum specierum in seri.& illic generare.non tamen potest in brutis generare.& similiter bruta si naturas aut membra ha bent disposita ad concurrendum simul in actu generationis:unum brutum in alio generare potest.& constat in lege ueteri:ubi deus mandauit:ut non commiscerent uarias species ad actum uenereum . & nunc quoq; diuerse sensualium species insimul generant. Sed nequit brutum quouis modo cum plan tis generare. Et similiter ad hominem deueniendo ex eo:quod diuersam animam in genere ab aliis ha bet:asserimus hominem non posse in plantis neq; in brutis generare:neq; plantas aut bruta. in mulie re. Et hic non est inferendum quod ad ueneream copulam cum omnibus brutis instrumenta deficiant: quia in actu manifeste plures hec scelera perpetrarunt.& tandem non potuit homo cum brutis filium generare.q̄uis aliquī sic fabulose dicant. Non enim decet nequidem possibile recenseri poterit : quod anima nostra sit media rationalis & media irrationalis. Quoniam tunc nos etiam essemus:semirationa les & semi irrationales : ex quo nullo pacto deus permittere uoluit : quod homo posset cum brutis & plantis generare.licet a plerisq; ignaris teneatur mandragoras esse genitas hominum semine: & quod iccirco sint ad uersutias & plurimas deceptiones appropriate. Quinimmo talis malicia illis duntaxat inest:qui mandragoris fidem prestant:ut ab incantatoribus & magicis sit in suis ueneficiis: non quod ex hoc radix mandragore in se similes condictiones habeat.ut de ea narratur . nam q̄uis dicant quod semper lucrum tenentibus ipsās consequuntur:experientia oppositum adducit:presertim quia si uerū fuisset principes.& magni proceres plurimas habuissent mandragoras. aliam tamen securiorem uiam frequentant ad consequendas & accumulandas diuitias.finaliter si cum brutis & plantis homo genera re potest:nullo modo probabimus in nobis digniorem esse animam atq; ab ipsis diuersam. Quoniam

uero nequimus cum brutis & plantis in generationem commisceri. patet in nobis esse animam a suis animis in genere diuersam.& sic euidenter per plures uias possumus animarum nostrarum dignitatē atq; immortalitatem probare. ℭTandem de9 super naturali ordine iam ab initio mundi posito potest:si uult concedere q̄ homines simul cum brutis filios generare possent.uerumtamen similis productio de naturali ordine assumendo fuisset homo & brutum simul.non enim solus homo aut solum brutum.Vnde oporteret q̄ rationalis anima tota in parte hominis subiectaretur:quapropter necessario sequeretur ibi esse unam animam uel potentiam sensitiuam ad humanam speciem reductam : & alteram ad speciem brutorum:ut ad eqnam si homo cum equa cōmisceret:Sed deus prouidet q̄ in hoc examē de facto non ueniatur.Nam si diceretur in modo fabule ut dici solet aliquando. Visa esse similia . hoc ab omni ratione & experientia fugit:quoniam per confessionem multorum hominū sepe ac sepius dederunt operam cum brutis.& tamen nullus inquit uidisse ab illo actu fetus exire & si unum brutum cū alio diuerse speciei in actu uenereo cōmiscetur:producunt fetū ac si eiusdē speciei ābo essent.

ℭQuod intrinsecis & extrinsecis effectibus constet animam nostram pre ceteris esse digniorem. Cap.cxx.

ℭIam in pluribus locis dictum fuit res effectibus iudicari:quia sicut uoces quas pronunciamus sunt signa illius:quod in precordiis nostris habetur.ita & bonum aut malum aliorum membrorum & potētiarum per operationes:que ab eis proueniunt dignoscitur.Et per hanc regulam nature non solum ītrinsece aut in rebus speculabilibus ostendimus nos esse ceteris animantibus digniores. Verūetiam per extrinsecos effectus facillime probatur.pleraq; enim artificialia agimus: que nos intellectuales esse demonstrant:& multo ualidiores q̄ bruta.tam in edificandis aut ornandis habitationibus. q̄ in cultiuandis agris & preparandis cibis & indumentis scripturas quoq; agimus & diuersa etiam arma ad offendendum & obsistendum cōmittimus bellum & pacem struimus uiam & iter:quo quis de regno ī regnū transmigrare queat imus pedestres & equestres per uarias prouincias:& equora transimus iter nos uaria adducimus:tum ad beneficium:tum uero ad detrimentum & iacturam. Deo diuersimode sacrificamus.& domum orationis in nomine eius struimus.& ratiōe alia animalia subiicimus : atq; magnum exercitum congregamus ad preliandum aduersus hostes & inimicos:& tutandum amicos :ideoq; perspectis tot dignitatibus palam constat:quod ab una & eadem massa nequeant tot uarie differentie inter nos & sensualia animalia prouenire:quum sensualia his omnibus careāt.Si enim de uno ligno uaria instrumenta agimus:quis uaria sint in figuris:intrinsece semper unam & eandē naturā obseruant. Quocirca in corporibus & sensibus semper cum brutis similitudinem habemus.Sed in anima uel ultima forma nimium discrepamus.& sic quo ad animas sumus a sensualibus dissimiles.Quia quemadmodū itē animalia uisum est:solus homo querit infinita eterna atq; imortalia.Iccirco ipse solus imortalē animā habet.Nā brutorū opa tantūmō ad corporū alimenta uacant.& nihil ad intellectū.Itaq; ex operibus suis constat mortalia aut īdigna esse ad pfectā gloriā:seu consequendā uitā.

ℭDiscursus naturales ad cognoscēdum animarum atq; aliarum rerum dignitatem per sua opera. Cap.cxxi.

ℭQuidam opponere solent dicentes:nos uidemus quod etiam animalia sensualia aliquam habent cognitionem & prudentiam in suis operibus exigendis.igitur bruta sunt hominibus similia . & ideo si sensualium anima mortalis est itidem & hominis.Sed his obiectionibus respondendo:sub paucis dicimus:quod semper probationes nostras referimus ad naturalia principia ex operibus:inde prouenientibus cognita.Nam quum perfecte aliquod opus cognoscimus:acquiritur in nobis uera noticia de fundamento:a quo oritur.& similiter si fundamentum cognoscimus:de suis quoq; operibus cognitionem habebimus.Et sic uidendo corpus inanimatum:graue asserimus quod multum de terra sortiatur:si uero leue presupponimus de igne sortitum.licet hoc corpus animale non sit adeo graue ut terra nec leue ut ignis:tamen per grauitatem uel leuitatem :quam habet fundamentum istius corporis cognoscimus.Nec aliter de animabus dicendum erit.Non enim negamus:quod arbores animam non habeant & bruta itidem & homines.Sed ponemus differentiam inter animam & animam penes opera illorum animalium:quoniam si in plantis uidemus dignius opus q̄ in brutis & hominibus .animam plantarum ante alias laudaremus.Stulta enī consideratio fuisset tenere:quod quanto aliquod corpus est grauius: tanto plus de sublimi uel igneo elemento capit.nec est dicēdum:quod corpus terrestre aut graue post corporeum solutionem animalis debeat ascendere ad manendum in celis uel superioribus elementis. ℭEt habito hoc fundamento facillime de proprietatibus animarū cognosci poterit.& prius dicemus: quod anima uegetatiua quo ad opera sua ostendit:nil penitus de propria uiuacitate possidere. ut uidēdo & audiendo:& ideo ipsam uegetatiuam tenemus tanquam intrinsecam elementorum proprietatē. & licet in simplicibus elementis uegetatiua aliter se habeat:q̄ in corporibus cōpositis siue animalibus.

minime ibi est dicendum quod sit uiuax aut sensibilis. Nãq aliter necessario ostenderet aliquam partẽ uiuacitatis in plantis manendo pro euitanda ociositate in natura: Quod si citra propriam operationem maneret natura eius frustra elaboraret: ponẽdo in plantis uegetatiuam: in quo nihil potuit de sua uiuacitate demonstrare. quod nequaquam esse poterit secundum naturam loquendo. Terra enim ubicunq inuenitur grauis est causa obseruandi naturam suam. ¶ Ascendẽdo gradatim ad animam sensitiuam dicimus: sensibus & intellectus patere brutorum opera non esse adeo digna ut opera hominũ licet in rebus ad corpora pertinentibus similitudinem cum brutis habeamus. Sed in aliis ad imortalitatem siue spiritualitatem tendentibus ualde differimus. Nos enim discursus de eterno de ifinito de mortali & imortali ac de gloria & pena agimus: & hoc nequaq̃ a brutis fit. Nos quoq leges dei uolũtarias cognoscimus. & templa & orationes in nomine dei facimus. & bruta cunctis his ad immortalitatẽ spectantibus carent. ¶ Et si quis dicat quod etiam animalia sensualia suos discursus & cognitionem de deo habent quemadmodum & nos. falsum est omnino ut experientia innotescit. nec est inferendum in brutis esse absconditas uirtutes circa homines. Tunc enim ut iam superius diximus natura i cassum elaboraret dando animas brutis: que nequeunt suas proprietates exercere. Iccirco considerare oportet brutorum animas ita ut operibus competit. Nam licet quandoq recordentur & faciãt aliquos discursus. omnes quidem sunt ad corporis & speciei substentationem: ut ex causa comedendi bibẽdi & generandi proles. Sed quia hec omnia sunt finita aut corporibus competentia: coacti sumus ad tenendum: quod anima brutorum seu sensitiua sit in quoquomodo composita. tamẽ uiuacis nature. Quapropter est elementis dignior. & sic digniorem habet originem: ad quam debet post hãc separationem remeare. Tandem non est digna uere glorie: nec potens ad manendum per se. Quũ precise uideamus: quod semper sensitiua res corporeas in suis operibus petit. & hac de causa uocatur uirtus organica. tamen non dicimus: quod omnino pereat nec quod totam suam uiuacitatem dimittat. ut ignis qui nunq̃ oẽm leuitatem suam deperdit: nisi quod dicimus sensitiuam non esse dignã uera gloria. nec per semetipsam posse particulariter manere. nisi in sua uniuersali substantia: de qua oritur in quarto super alteram notam.

¶ Cur cum semel cadunt a mẽte brutorum simpliciter omnino que pri9 sciebãt per nullam reminiscẽtiam amplius ipsam recupari queunt: & q musce & similes auiuscule sensu uisus carent. Cap. c. xxii.

¶ Penes memoriam & reminiscentiam brutorum multi multa dicunt. utrum per ueros discursus recordentur de hiis: que tanq̃ oblita erant: uel tantum recordantur eorum: de quibus adhuc aliquos retinent caracteres. ¶ Aristoteles eni omnino asserit sensualia animalia reminiscentiam nõ habere: tã quã per intellectuales discursus actam. uerũtamen quod ita sit: nil probauit & nullã adduxit experiẽtiã & in similibus facultatibus experientia sup omnia ualet. unde fit q pſumentes apponer in brutis reminiscentiã aut contionẽ per ueros discursus factam experientiã adducunt. ¶ Veluti dicendo uidem9 si in uno equo nunc ãbulamus per quãdã longinquã uiã: & postmodũ i spacio triũ uel quatuor annorum rursus per eandem uiam tendimus in eodem equo: in quo alia uice eramus: ipse melius quam nos aut ita probe de omnibus hospitiis in quibus alias prius extiteramus recordatur. ¶ Et non est dicẽdum omnia que equus in tribus uel quatuor annis agit possit recordari: uidelicet quod nunquam a memoria eius cadant. unde uidetur hec & alia sensualia animalia per ueros discursus reminiscẽtiã habet.

¶ Tamen contra hanc experientiam plures alias adducere possumus ad probãdum qualiter sensualia aialia reminiscentiam non habeant: & in primis uero taliter dicimus non oportere semper habere in mente ea: de quibus recordaturi sumus. nisi aliquos obseruare caracteres in memoriam ẽ necessariũ ad recordationẽ & postmodum cum uidem9 audimus uel cum alio sensu sentim9 aliquam rem a nobis prius cognitã illico de ipsa recordamur. in caracteribus memorie scriptis aspiciẽdo: & eo modo animalia sensualia faciunt per aliquod tempus. Dummodo adhuc caracteres in memoria obseruent. sed deletis caracteribus nil amplius per aliquem discursum recordantur: ut plena experientia patet. ¶ Nam si contingit ambulare in aliquo animali nũc: & postmodum manemus per spacium septem uel octo annorum ad reuertendum per eam uiam nil de hospitiis: nequidem de similibus animal illud recordatur.

¶ Vlterius omnia animalia tam sensualia quam intellectualia filios suos amant: & filii patres: quoq fratres: atque parentes propinquos etiam super omnia animalia. De specie nostra amare debemus bruta animalia: cum per aliquod tempus patres a filiis separantur: nullum maiorem amorem nullam obedientiam nullam superioritatem inter se obseruant: quam inter alia animalia eiusdem speciei longinquam affinitatem seu generationem. ¶ Amplius quod fortius atq clarius est ad probandum sensualia nullam habere reminiscentiam per discursum sepe atque sepe contingit quod ducimus aliquod ipsorum sensualium de patria ad patriam: & non tantum quando est nouum circa natiuitatem: imo etiã sepe quando iam in etate integra tantum cum prius obliuiscitur de patria illa: in qua natus est nunquã

amplius ad ipsam reuerti scit:nequidem habet intellectum ad scrutandum de ipsa.& quod non habeat probatur:ita procedendo ueluti omnes cum hominibus nos habemus ita in modo suo equi cum equis & canes cum canibus:homines dum extra patriam propriam in qua nati sumus degimus sepissime eũtes & redeuntes : petimus de patria parentibus & amicis incessanter redeundi ad patriam cupimus: sepe reuertimur:& quamuis pueri essemus quando exiuimus per intellectualem inquisitionem domos nostras in quibus nati sumus atq; parentes inuenimus.sensualia animalia autem nunquam hoc faciunt nequidem aliqua opera similia.unde palam probatur nullum habere in se intellectum:quoniam ubi intellectus ibi uerus discursus ad inueniendum ea:que oblita atq; incognita erant.licet quod sensualia animalia ut necessaria corporea pro uita acquirere possint memoriam possidet atq; aliquos sensuales discursus ad res propinquas tendentes:tamen nullam habent uerã similitudinem:cum intellectualibus discursibus.& in hoc potissime semper existendum est ad probandum quod bruta animalia ĩtellectum non habeant:& ubi non intellectus non uera ratio.& ubi non ratio nõ intellectus neq; uera datur felicitas uel gloria. ¶Preterea aristoteles de similibus proprietatibus aĩalium sensualium tangendo tenere uidetur:ꝙ paruula animalia ut musce non habent sensum uisus:sed ꝙ p naturalem ĩstinctũ quoddam supplent in loco uisionis.ignoro tamen ubi ipse fundabatur dum similia adducebat.cum oĩs experientia contra ipsum opponit licet ꝙ eius defensores proponunt:ꝙ quando similia aĩalia.oculos haberent:non essent ita magni ut ad uidendum ualerent:sed hec persuasio insufficiens est:quoniam pariter diceremus muscas ita paruas alas & paruos pedes habere:ꝙ uolare nequidem ambulare possunt. ita minimum organum audiendi ꝙ audire nequeunt:ita minimum olfatum ꝙ odorare non ualent.sic paruum instinctum ꝙ non eo discursum agere non sufficiunt.sed cum in his omnibus operatiõem habent ut experientia patet qualiter minus in uidendo quam in his aliis ualere debeant. ¶Viteriꝰ omnia que in animalibus que manifeste uidere scimus reperiuntur etiam in muscis uidemus. ut in appropinquando ad prosperum & in fugiendo nociuum.Et inter alia multa nonnulla difficillima soluenda ponemus talia exempla adducentes:apes & apespe habent apearecium determinatũ: ad particularem uadunt hinc illinc tum propinq; & tum longinq; ad querendum cibum & potum & recto tramite ad apeareum reuertuntur.& quomodo attingunt iuxta foramina in apeareo ipso facta sedent.omnia hec sunt signum uisionis:& nullatenus apparet ꝙ per aliquem alium distinctum sine uisione fieri posset. ¶Similiter sunt apes aut musce de uariis speciebus:iam paruulissime & iam magne ĩ aliqua camera expellimus ipsas aut ipsemet foras uolunt exire:uadunt semper ad fenestram:non tangũt parietes nõ sursum non deorsum imo recto tramite se conferunt ad ipsam fenestram.& ad hoc non sufficeret semper instinctus absq; uisione. ¶Preterea dum camera est clara uolumus ipsas muscas aut capere aut percutere:diligenter atq; sagaciter fugiunt:si claudimus fenestras taliter:ꝙ camera obscuratur possumus ponere manum aut baculum super muscas:ꝙ non fugiunt quousq; ipsas tangimus: quod experientia est potissimum signum uisionis:conceditur plura animaliuscula esse omnino imperfecta sine uisu:ut pediculi & similia sed de muscis formicis & aliis similibus animalibus:que cũ ordine uadunt & ueniunt extra proprium locum:& ad ipsum reuertuntur operando multa que sunt signa uisionis:nil est dubitandum ꝙ uisum habeant.& dato ꝙ aristoteles aliter sentiret:qr nil probat nequidem in similibus ostẽdit sufficientem habuisse experientiam:neq; in similibus per solã uerba est tenendus.

Quomodo manifestetur anime rationali naturaliter inesse digniorem mansionem q̃ cuilibet rei corporee. Cap.cxxiii.

¶Quemadmodum iam de elementis uegetatiua & sensitiua exemplum dedimus:ita quoq; de intellectiua anima intelligetur.Nam quum ipsa preclarius opus agat q̃ aliquod elementum:& perfectius q̃ uegetatiua & sensitiua proculdubio denotat altiorem habere naturam uel originem pre cunctis elemẽtis & aliis animis:pariterq; animarum rationalium natura stellis est prestantior:quia manifeste sol necessario seu absq; propria libertate agit quicquid agit.Anima uero nostra libere operatur:& cum ratione agit ueluti sensibus & intellectibus patet.Iccirco opus quod agimus presupponit nos maiorem habere similitudinem cum prima causa:q̃ aliqua alia res corporea.Quapropter natura altiorẽ & digniorem mansionem petimus q̃ elementa celi & anima uegetatiua ac sensitiua : hec enim uia naturalis est ad dignoscendas rerum naturas per proprios effectus.Vnde ad primam causam siue ad ens perfectum deuenimus . & deinde descendendo a rebus incorporeis incipimus ut ab angelis & animabus . Quia quum per effectus cognoscimus unam naturam incorpoream & alteram corpoream : ponemus post primam causam angelos qui incorporei sunt.& quod angeli sint constat:tum per scripturas tum per communia exempla & rationem.Quoniam uero anime nostre intellectionem spiritualitatem & rationem possident asserimus eas bonis & malis angelis esse similes.& angeli semper sunt particulares: & itidem quelibet anima erit semper particularis:ut nunc:dum in his corporibus manent.& quod hic particulares sint satis apparet.Vbi de unitate & pluralitate intellectus pertractamus. ¶Tamen tota difficultas uersatur ad cognoscendum utrum anime nostre: postq̃ fuerint a corporibus separate ad unam

naturam seu cōmunem substantiam redeant ueluti corpora ad elementa. Si uero anime manent particulariter: ut nunc: eo quod de uita & intelligentia earum nullum est dubium. Quoniam per suā intrinsecam naturam necessario sunt tales: illud quod sua intrinseca natura ē tale nullo quidem pacto deperdi potest. ut de terra comparationem ponendo: que nunquam deperdit suam grauitatem & appetitū manendi in centro mundi. ¶ Et quod anime nostre semper sint particulares post corpoream separationem in suis operibus: maximum argumentum assumimus eo quod uidemus nos libere & ratione operari: & quosdam bene & quosdam male. & ubi tanta est diuersitas in modo uiuendi dum hic particulariter manemus tenendum est quod semper aliqua differentia post separationem erit ad similitudinem illius: quod hic sumus. Quia sicut uarias mansiones elementis attribuim9 circa proprietates suas: similiter inter animam istius hominis bene uiuentis: & animam illius male uiuentis q̄uis in suam originem redeant semper aliqua erit disparitas. licet quod si ambe redire possunt secundum simplicem naturam loquendo: non erit ibi maxima differentia inter animam & animam. Sed semper aliqua: eo quod anima nostra perfecta forma est: & per consequens incorporea. & quicquid perfectum & incorporeum est tanquam punctum indiuisibile. & illud quod diuidi non potest: minime uniri proprie. Et quum cognoscimus hic animas nostras non esse unitas cum aliqua superiori substantia uniuersali: nequaquam possunt ad unam cōmunem unionem seu substantiam redire. & quod hic anime nostre non sint cum aliqua superiori substantia spirituali unite: patet ex eo quod si essent unite cognosceremus quicquid illa substantia cognoscit: ueluti corpora nostra cognoscunt uel sentiunt motus & proprietates elementorum atq; celorum.

Quo pacto uiam naturalem accipiamus legi conformem ad probādum disparitatē mansionum inter bonas & malas animas. Cap. cxxiiii.

¶ Quum per meros discursus naturales uidemus necessario q̄ anima nostra propriam per se uitam habet: ac digniorem mansionem: q̄ aliqua res corporea expostulet alteram uiam accipimus: que cū lege conformatur: hoc est: quod quum uidemus quosdam bene & quosdam male operari assumim9 argumentum: quod qui male agunt: non sunt digni ad redeundum in preclarum locum iuxta illud: quod natura expetebant eo: quod anima nostra rationalis ac libera est. & id quod rationale decet secundum rationem uiuat. Et qui bene & rationabiliter uiuit: digna mansione potiturus est. Qui autem male omnino pexima: & ideo penes naturalia merita rationales anime bene uiuentes post corpoream dissolutionem in celis manebunt: & male uiuentes in abysso cruciabuntur. Nam postquam in hoc mundo uiuentes cognouerunt: quid bonum & quid malum esset: oportet quod post separationem iuxta merita suorum operum inueniant. ¶ Et hic legem diuinam assumere incipimus: eo quod natura animarum nostrarum non est per se capax ad cognoscendum neq; uidendum creatorem suum. Et qui deum non uidet: non potest perfecta gloria frui. Et dum homines hic uiuimus: deum adoramus & inseruimus circa eius precepta asserimus: quod bonis perfectam quietem & malis horribilem dabit. & quod legem diuinam habeamus: iam in locis suis patuit: & hic iuxta legem homines nimiū ab omnibus aliis creaturis extra angelos differimus. Nam manifeste cognoscimus nullum animal elementū neq; celum aptum esse ad cultum diuine legis cū ratione & libertate preter hominem & angelū. ¶ Multi tamen in lege quia non aspexerint naturales ordines: increduli fuerunt. Vnde postpositis omnibus legibus dicimus patere: nostras animas esse intrinseca natura uiuentes. & quod super quibusq; rebus corporeis mansionem expostulant: scilicet in proprium locum redire. Et hic bone anime in multo maiorem perfectionem: q̄ in natura fuerint per legem extolluntur. pexime uero declinantur. Sed quo ad naturam loquendo anime: que optime degunt in hoc mundo: & legem non cognoscunt ante alias corporeas creaturas gaudebunt. q̄uis diuina uisione careant: sine qua nulla ē uera gloria. ¶ Quūq; anime nostre possunt a natura tot bona uendicare stulticia denotatur: si malum quis egerit eo: quod de immortalitate animarum nostrarum ac de differentia inter bene uiuentes & male palam fit esse uerum: q̄uis leges denegemus & etiam sine ratione imaginari quod sine lege nil boni adipisci possimus. Denique tenendum est quod sine lege diuina paulo magis possunt anime hominum & brutorum differre. post corpoream separationem ab illo quod hic rationales & sensuales differunt dum sensualitate omnes uiueremus licet quod ultra alia erit differentia ex eo: quod anime nostre semper erunt particulares. quoniam incorporee & indiuisibiles & sensualium anime erunt in una uniuersali substantia unite. q̄uis ibi aliquam uiuacitatem habebunt: ut in locis suis propalatur. Quia sicut nulla res mori potest: nisi in se aliquod inuiuens principium habuerit: ita nec uiuere nisi per aliquod principium intrinseca natura uiuens. & quicquid est per intrinsecam naturam idem & inseparabile. & ideo anime nostre tanquam forme perfecte ac per se uiuentes sunt immortales. Anime uero brutorum neq; omnino mortales neq; proprie immortales: non omnino mortales: quia in origine sua aliquam uiuacitatem obseruant. nec proprie immortales: quia non manent particulariter sicuti sunt: dum hic uiuunt in animali.

bus. Et quia anime hominum talem reunionem non faciunt in una uniuersali substantia immortales nuncupantur. Nihil enim deperdunt de illo: quod nunc habent: immo potius intelligendi habilitatem adipiscuntur. ¶Proprie siquidem mortalia uocamus corpora animalium ex eo: quod per accidens uiuunt: hoc est non per se nec per suum principium: nisi aliunde: quum enim in quolibet animali cognoscamus duas naturas: alteram scilicet per se uiuentem: & illa uocatur anima. & alteram per accidens: que corpus nominatur. & quia per accidens mortalis. ¶Et hic anima uegetatiua mortalis simul cum corpore ponitur: quia de se nullam ostendit ueram haber̃ uiuacitatem. & sic generatur & corrumpitur simul cum corporibus: licet aliquam habeat dignitatem supra grossas materias eo quod uegetatiua est forma. & anima tamen propinqua corporibus circa proprietates suas: & iccirco mortales. Et etiam dicendum est: quod uegetatiua in animalibus sensualibus sit prima pars: que uiuit per alterius accomodationem. Vegetatiua enim est sedes anime sensitiue. & in aduentu sensitiue in primis dat uegetatiue uiuacitatem seu uiuere. q̃ alicui alteri corporee parti. & tunc uegetatiua uitam suam cum aliis grossioribus partibus communicat. aut uero quod sensitiua medio uegetatiue toto corpori uitã cõmunicat. sicut intellectiua medio sensitiue suam intellectionem toto homini participat. Quoniam sensitiua est sedes intellectiue. & ob hanc causam intellectiua nolet in corpus uenire: quousq; ibi sensitiua fuerit: neq; sensitiua ubi non est uegetatiua: uult se conferre: & in separatione loquendo secundum naturam idem se habent: quoniam intellectiua manet in hominibus: donec ibi sensitiua manserit. Qua tandem corrupta intellectiua discedit: & dicimus sensitiuam corrumpi intelligendo: quod sit unibilis & diuisibilis crescens & decrescens. & ubi crementum & decrementum potest sanitas & egritudo interuenire. Quod in anima intellectiua accidere non potest. non assumendo pro peccato egritudinem. Sed talis infirmitas est similitudinaria. Et sicut intellectiua cum sensitiua se habet in receptione sua, ita & sensitiua cum uegetatiua. Nam prius uegetatiua incipit deficere: q̃ sensitiua. & sic quum uegetatiua in declinationem uenit: non potest sensitiua illic amplius manere. ¶Et etiam uegetatiua manet in membris tanquam in propriis sedibus. quocirca declinantibus membris uegetatiua quoq; declinare icipit. & quia membra de quatuor elementis constant: & sunt in alteram speciem translata extra elementorũ simplicitatem: oportet necessario quod per discursum temporis declinent proprias origines: per dirruptionem petendo: & ideo dicendum est uegetatiuam a corporibus discedere: aut in ipsa declinare eo quod corpora composita ad corruptionem declinant. Quoniam in elementis simplicibus nunquam uegetatiua deperditur. At uero in corporibus compositis & in uarias species conuersis quandoq; uegetatiua effugit: ex eo quod illa corpora male se habent. nec aliter de sensitiua & intellectiua dicẽdum erit. Quia quum uegetatiua male se habet: etiam sensitiua aliquantulo deperditur. & declinante sensitiua iidem & intellectiua a suis operibus desistet. & a corpore separabitur eodem puncto: quo sensitiua amplius preualere nequit. Attamen aĩa intellectiua illesa siue integra discedit, quod non fit aliqua alia pars animalis. Quoniam membra omnino dirrumpuntur: & suam omnem uiuacitatem deperdunt. & similiter uegetatiua ab omni uiuacitate: quam prius habebat desistit. & sensitiua quoq; pleranq; partẽ amittit. Anima uero intellectiua nequicq̃ perdit & sic anima intellectiua est uere imortalis. & nulla alia ut iã superius uidimus.

Qualiter intelligatur auctoritas dicens: homines & iumenta saluabis domine: & quod hic saluatio proprie intelligatur per conseruationem rerum ab ordine diuino assumptam. Cap. cxxv.

¶Per hanc uero uiam gradationis rerum quam superius exposuimus: breui ac facile de aliquibus auctoritatibus sacre scripture intelligere possumus. Vt dicendo homines & iumenta saluabis domine: super qua auctoritate diuersi diuersa senserunt. Verumtamen dum uarias sententias inuenimus: saluabrior ac propinquior penes textum atq; nature conformis assumenda est: iccirco homines & iumenta saluabuntur uel saluabis iuxta naturalem gradationem: merito est capiendum. quia unaqueq; res circa speciem suam saluabitur. idest quod a deo erit gubernata atq; prouisa. Vnde habetur quod minime unum folium arboris absq; diuina prouidentia seu ordine cadere potest. Si enim in aliis naturalibus atq; artificialibus semper obseruandus est ordo: quantomagis in diuinis operibus obseruabitur. & sic in genesi habetur. producat terra animalia seu reptilia iuxta genus suum. & hic non proprie per generationem nisi per alimentum secundum species & genus intelligendum est. Quum dicat iuxta genus ex quo uidetur quod elementa de se non possunt nouas species generare. nisi nutrire aliqua: que in terra tanquam dispersa sunt. ueluti oua aut semen animalis sub ordine diuino omnis administratio tamẽ nequidem hic intelligendum est: quod de hominibus prauis & cacademonibus saluatio intelligatur nisi de hominibus ordinem sue speciei obseruantibus. & de omnibus armentis seu brutis animalibus: que secundum naturalem ordinem iuxta species suas saluanda sunt. Nam saluatio non semper intelligitur pro habendo clarã dei uisionẽ. ut in cõi loquutione nostra appet. qa a morte a frigido calido fame siti

& a quocunq; periculo quod fugimus saluari dicimus. Quapropter aristoteles inquit. equus a casu ue- nit ad stabulum. & saluatur: tamen uere saluari intelligendum est de iis: qui deo fruūtur. & quod hic de naturali ordine intelligatur etiam per alias plures auctoritates comprobari potest. ueluti dicendo om nes capilli capitis uestri numerati sunt. & alibi omnia sub pondere & mensura creasti domine. Quum q; omnia numerata atq; ponderata. oportet siquidem quod iuxta species suas saluentur: hoc est quod ad origines suas redeant. & in eis absq; fine conseruentur. Tamen oportet quod nos dum hic uiuimus bona faciamus: ne nostram naturalem uiam confundamus. Verum a natura per claram uisionem deū uidere non possumus. nisi per gratiam ipsius nobis tributam iuxta merita nostrorum operum simul cū ordinatione atq; gratia dei. Et sic dum possumus circa claram scripturam seu textum procedere debe- mus: non autem in allegoricis sensibus: si aliter inuenire possumus. ¶ Et respondendo aliis argumen tis a quibusdam factis: dum de iure diuino tractant: si omnia saluanda uel non saluanda sunt: dicimus quod per uisibilia aut sensibus patentia ad superiora & inuisibilia ascendendum est. ideo dum de theo logia seu opere dei tractare uolumus in consuetudinibus hominum aliquod exemplum in primis capi mus. ¶ De iure hominum priusq̄ malefactores in carceribus trudantur: aliqualiter a principibus ue- niam consequi possunt. tamen facilius aut difficilius iuxta errorum grauedinem siue leuitatem. Sed dū in carcere sunt compressi de iure omnino mori debent. & post mortem nulla est redemptio uite huius mundi. saltem ui imperatorum: quum mors sit ultimum iudicium: quod malefactores a iudicibus habeꝛ possunt. ¶ Et parimodo deus in operibus suis regulas infallibiles habet. Et quia dum simul in corpo ribus & animabus uiuimus tantummodo homines sumus non prius neq; posterius. Quoniam uero in eo quod homines saluandi sumus: oportet iuxta naturalem atq; honestum ordinem quod in ultīo pun cto indiuisibili: quo anima a corpore separatur sententiam eundi ad gloriam uel ad penam assumamꝰ. Quia quum post homines non simus nec mereri nec demereri inquantum homines possumus. & sic si in eo ultimo signo mortis ad gloriam sententiati sumus: nunquā amplius ab ipsa discedere possumus. Et si ad inferos sententiamur: etiam ibi perpetuo remanebimus. Nam quum ultima hominis operatio mors sit. de iure in eo tunc diffinitiuam sententiam assumere debemus: & contra ultimam sententiam dei absurdum est amplius querere aut cogitare: quod ipse de iure diuino potest aliam sentētiam addu cere. Quum nos post mortem de ea mereri non possimus. Et si nos iuxta regulas per ipsum deum posi tas aliqualiter operando non meremur. deus non prebet nobis gloriam: neq; parcit peccatis nostris. Quia quum rationales simus bonum a malo discernere possumus & itidē uelle ac nolle habemus. opor tet quod ad merendum & demerendum apud deum cum operibus nostris occurramus. & post mortē in eo quod homines operari non possumus. ideo negandum est: quod aliquando omnes creature seu animalia deum clara uisione uidebunt. Sed unaqueq; creatura de ordīe diuino iuxta speciem suam sal uabitur: uidelicet conseruata erit. Quia non tantum de sententia philosophorum & communi consue tudine omnium hominū sepenumero saluari de prebendis aliquibus corporeis remediis assumitur. Sed in euangeliis quoq; similis modus loquendi plerunq; inuenitur. Veluti dum christus inquit fides tua sal uum te fecit. & etiam dum iret per uicos uillas & ciuitates ad predicandum & sanandum infirmos: euan geliste inquiunt quotquot tangebant fimbrias uestimentorum eius salui fiebant. & hic de liberatōe ab infirmitatibus corporum saluatio assumitur. Quocirca hoc pacto omnia iumenta & omnes creatuꝛ in modo suo sub diuina prouidentia saluabuntur. ¶ Et quod opinio origenis fundaretur in hac aucto ritate dicēte homines & iumenta saluabis domine: satis apparet quoniam ī his uerbis solicitudo & pie tas diuina denunciaꝛ. & si deus habet curam de saluandis iumentis: in qua operatiōe summā ostēdit bo nitatem: atq; pietatem: fuit uisum origeni: quod etiam de omnibus hominibus quāuis in more beluaꝝ hic uiuant. post uaria supplicia deus misereretur eorum. & deducit ipsos ad gloriā. sed saluatio nostra nō consistit in naturalibus meritis. sed imo in lege. & non solum in lege scripta in tabulis uel libris sed etiā in cordibus innata. q̄m a natura innatum est nobis uidelicet a deo ordinatū. ut deū super oīa ame mus: & ꝓximū ueluti nosipsos. & hec intrinseca lex est: p quā oēs hoīes naturaliter saluaremur: si mō eā assequeremur. uerūt̄n p istā solā nō uideremus deū: q̄m ianua p quā ad uidēdū deū ingressuri sumus: p̄ cepta p iussum dei in libris scripta sunt. & q p̄cepta legis negligit: deū uidere neqt. & si ita praue opa- tus est: qd̄ semel ad īsernū cōdēnaꝛ nūquā ap̄lꝰ ab ipso liberabiꝛ. q̄m ueluti beati nō p̄nt eici extra glo riā de uero ordine assumendo: neqdē dānati ab iferno liberari eo magis: q̄m cū scriptura sacra tenēdū est. & in lege ueteri habeꝛ i iferno nulla est redēptio. & in noua lege ī locis quāpluribus habeꝛ: qd̄ descē dentes ad infernū ibi sine fine in penis manebūt: ueluti dicēdo ite maledicti in ignē eternū. q est para- tus uobis a diabolo & angelis eius. Et uerba christi potius fixa quā celū & terra tenenda sunt.

Quod multa adducere possumus contra illos: qui dicunt nō uidemꝰ aīam ī hūc mū dū redire: postquā fuerit ab hac corporea cōpagine exoluta. Cap. cxxvi.

¶ R̄ndēdo ad illos q asserūt: qd̄ nullā uidemꝰ aīam post corporeā separationē in hūc mūdū remea re: dicimus qd̄ quū aīa icorporea & intāgibilis sit. nō p̄ōt eā qs uidere q̄uis redeat: & licet uideret nō se

quiſ.qđ aĩa iterũ nõ ueniat ĩ hũc mũdũ.ex quo facillime probare poſſumus in oppoſitum ſimilia ne gantium.Nam cunctis auctoritatibus dimiſſis plures homines & mulieres:qui ĩſpiritati uocantur aiũt ĩ eis eſſe aĩas:q̃ pri9 erãt ĩ hoĩb9:q iã pierũt.& qđ ſint ille aĩe:q̃s dicũt:aut ꝙ ſpirit9 ſint aĩabus ſimiles: nullũ omnino eſt dubium.Dicunt enim quecunq; dicebant & faciebant illi:quorum eas aĩas eſſe aiũt. & interdum narrant archana:que ipſi ſoli ſciebant.aut quod ſaltem ille homo a ſpiritibus uexatus:hoc ipſum ignorabat.& quandoq; eſt in hac aduerſitate aliquis ruſticus uel ſimplex mulier.& latine ac uariis linguis proloquitur:& ait ſpiritum loqui & non hominem illum:in quo ipſe maneat. & ſcimus etiã illum ruſticum eas linguas ſiue ydiomata ignorare ore proprio a ſpiritu expreſſa. ¶Ego uero recordor in teneris annis quendam ſenem nimium me olim in puericia abhorruiſſe.& poſt obitum dicebãt animam eius fuiſſe in corpus cuiuſdam puellule ingreſſam.que donec inſpiritata manſit lapides in me iaciebat.& baculis interdum percutere conabatur atq; iiſdem actibus quemadmodum & ſenex dum uiueret.ueluti more canis dentes oſtendebat rumoremq; canum agebat.Me quoq; illomet cognomine ab eo prius impoſito appellabat.& ſic de aliis etiam pluribus:que nullo pacto ab ea puella ſciri potuerant.licet dicamus:quod malorum anime nequeant in hunc mundum redire:& quod nolit bonorum anime. ¶Preterea ſi he nõ ſunt anime:ut dicunt ſaltem ſunt demones ſimiles animabus in natura.& quum alique creature particulares & imortales ſint:& noſtris animab9 ſimiles nihil repugnat:quin anime noſtre imortales ſint:imo animarum noſtrarum imortalitatem probant.& de angelis bonis & ſpiritibus:quod ſint q̃plures auctoritates comperimus.tam de hominibus legem obſeruantibus: q̃ de quibuſq; aliis.Gentiles enim a ſpiritibus dicebant habuiſſe reſponſiones:& ſimiliter in quibuſdam inſulis ubi legem dei non habent:demones apparent:& omnes ſpiritus in ydolis loquentes. & anime ſiue ſpiritus.qui in homines ingrediuntur:dicunt animam noſtram imortalem eſſe.nec quiſpiam econuerſo aſſerit:quocirca hec oppoſitio nullius eſt efficacie.Videlicet quod non uidemus aliquam animã ab alio mundo uenientem.Quandoquidem plura de animabus noſtris ſentimus ab illis: qui aiunt eas ab alia uita migrare.& ideo aduerſus incredulos poſſumus uerba chriſti adducere dicentis ad iudeos. Si ueritatem dixero uobis non credetis mihi.Quia quũ dico uobis terrena non creditis:& quãto minus ſi dixero uobis celeſtia.Et in euangelio narrando de Abraham inquit.Si non crediderũt moyſi & prophetis: non credent alicui ex mortuis:qui reſurgerent.Iccirco qui ſuas dignitates denegãt:que oẽs in imortalitate aĩe conſiſtunt:cũcta mala admittere poſſunt.nec ad aliquod bonum peruenire.

Quonam pacto plures auctoritates in lege & experientia habeam9 per quas probare poſſimus ꝙ dato ꝙ aliquis ex mortuis ad loquendũ nobiſcũ ueniret:nõ ex hoc recte ei crederemus:nec a malis operibus ceſſaremus. Cap.cxxvii.

¶Expoſtulare aliquem ex mortuis:qui declaret nobis gloriam & penam:que poſt hanc uitam hominibus parent:iuxta cuiuſq; eorum opera excuſatio eſt:ut male agere poſſimus. hoc enim dũtaxat malefactores querunt:contra quos plura exempla in ſacra ſcriptura atq; in tãgibilib9 habem9.In ſcriptura legitur ſathanam & angelos eius facie ad faciem deum omnipotentem uidiſſe.Quocirca ſuã magnitudinem ac bonitatẽ cognoſcebant.& tamẽ quia liberi ut ad libitum hoc uel illud agerent:uoluntatẽ dei tranſgreſſi ſunt:uolentes ſe cum eo equiparaꝛ.De adam habemus quod deum uiderit:aut ſaltem ſecum coram loquutus fuerit.In qua ſiquidem uiſione ſeu loquutione cuncta bona repreſentant uiſibilia atq; inuiſibilia.Nihilominus adam motus ab appetitu contra preceptum dei ambulauit.ex quo merito ordinatum eſt.quod nullus uiator ſeu extra ueram gloriam manens deũ uidere poteſt:cauſa quod primus angelus & primus homo tantam cum deo conuerſationem neglexerũt.Nam quum ii primi: uidelicet lucifer & adam tantopere ſuper aliis creaturis perfecti fuerint.& precepta dei tranſgreſſi ſint:ſuas uoluptates proſequentes.Quonam modo teneri poteſt de aliis creaturis:que deteriores ſumus.Quãq̃ manifeſto deum uideremus:ꝙ contra precepta ſua quandoq; nõ aſſiſteremus. Quod ſi deum non credimus:uel ordinationes eius non obſeruamus.quonam modo defunctis peccatoribus crederem9 q̃uis ad loquendum nobiſcum accederent.Quum potius deo ſemper uiuenti q̃ defunctis hominibus credẽdum ſit.De tangibilibus exemplis maximum habemus numerum:ſemperq; inter nos agitatum.Quiſq; enim malefactor in genere aut ſpecie ſue male operationis uidet plures alios: qui per ſimilia ſcandala cruciati ſunt.& hoc uiſibiliter ſit:& omnes homines ipſum ſcimus:& tamen cauſa adimplendi uoluptates noſtras indies in huiuſcemodi errores labimur.& ſi non in hoc in illud.Quicũq; aliena furantur ſepe uiderunt:uel audiuerunt latrones ſuſpendi.& tñ a furando penitus ceſſare nolunt.Mulieres que adulterium contra honorem mariti cõmittunt:ſine dubio ſciunt:quod male agunt.& talia perpetrantes ab earum ac totius parentele honore declinant.& contra corpora grauem penam expectant nec ab errore deſiſtere uolunt.omnes tamen malefactores unam dũtaxat ſpem habent:forte cogitantes quod nõ ſcireꝛ:quanq̃ habeaꝛ ꝙ nullum abſcõditũ.qn reueleꝛ:licet ꝙ q̃uis non oẽs ſciãt.ſi nõ iſte ille:& ſi nõ hodie cras.& dato qđ nõ ſcireꝛ de malis opib9:unuſquiſq; in fugiẽdo coopiendo & timẽdo aliqđ aſſumit ſuppliciũ.Et ſi ſcãdala ſciunꝛ ꝓ maiori pte:magnũ hic uiuẽtes ſuppliciũ aſſũim9.nihilominus a ma

le opando cauef uolum9.& tñ iferre ñ possum9:nūq̄ uisos fuisse hoïes neq; mulieres p cōmissis scādalis penare:nequidem nobiscum habitum fuisse sermonem aperiendo:quantum mali de male operádo cō tra nosipsos effectu sequatur. In quibus operibus satis constat:quod dato quod plures de mortuis re surgerent ad admonendum nobis:ut bene beateq; uiuamus.minime ex hoc a peccatis penitus conti neremur.hic enim semper aliqua spes remanet.dicens confitebor deus pius est.non uult mortem pecca toris.Sed ut magis conuertatur & uiuat.uel benefaciat.Iccirco non ualet excusatio faciamus malum: quia animas defunctorum non uidemus:quandoquidem minime hoc ualeret ad prauas cogitationes nostras delendas.Vnde non credendi sunt mortui nec malefactores preter deum siue eius legem ideo ea facienda sunt que secundum intrinsecas nostras cōscientias bona sunt. ¶Licet uera saluatio aut condemnatio nostra contingentes sint:eo quod ab operibus eueniunt & dicitur de futuris contingē tibus non habetur determinata ueritas.Ad quod respondendo asserimus:quod ex quacunq; operatio ne aliquod meritum uel demeritum oritur.& hoc ab omnibus hominibus de presenti scitur.Sed in fu turum quanta erit gloria pro bonis operibus aut supplicium pro malis determinate neq; horam neq; diem scimus:nisi quod de naturali atq; accidentali ordine scimus:quod erit.q̄uis horam mortis nostre nesciamus.Nam contingenter morimur in eo:quod hodie uel cras.& non necessario determinate nūc aut post.De morte autem determinate scimus:quod aliquando indubitata erit. pariq; modo de meri to ex bonis operibus acquisito:ac de pena pro malis quandoq; in effectu est expectandum. Nāq; ali ter plura in mundo frustra haberentur.si que meritoria sunt non remunerarentur.& que demeritoria non punirentur.De gradibus uero quantitatem remunerationis ac punitionis nescimus:neq; prorsus qñ erit. & tñ simus q erit:& tardaf neqt.Quū parū hic uicturi simus. ¶Demū qđ a natura & rōne semper salubriora & rationabiliora assumenda sint:probatur:quia bonum & non malum est agendū. dato quod in hoc mundo nullum supplicium expectaremus.Est enim tutius q ad gloriam ab hac ui ta parati.q̄ cum umbra damnationis pro preteritis erroribus migremus.

¶Quo pacto non ualeat presupponere quod spiritus:quos dicimus in homines in gredi sint quedam egritudines. Cap.cxxviii.

¶Si quisq̄ opponere uolet:quod illud quod nos dicimus esse spiritum in homine ingressum omnino sit infirmitas:nusquam ualet ad probandum intentionem suam.Si enim ita esset : oporteret corporeas medicinas applicare.Sed quum in egrotantibus oppositum uideamus:patet nō esse humorē seu isirmi tatem corpoream eo:quod solo uerbo dei seu in nomine dei curantur. Vnde constat incorporeos esse spiritus.Et hic etiam manifestatur:quod deus nos exaudierit.precipue:quum in uirtute suorum uerbo rum demonia eiiciamus. ¶Et lingua latina aut aliquo uario idiomate loqui uel adisceri nequaquā ab infirmitate prouenit:& similiter in hoc loco adducere possumus de ueneficis exemplum : que dicunt se cum demonibus ire:seu a malignis spiritib9 concomitari.Quia q̄uis uerum non sit illud: quod se fa cturas aiunt:saltem uidetur quod aliquem malignum spiritum cōperiāt. multa eis facinora persuaden tem ac detinentem:ne ad legem redeant. ¶Et itidem experimentum habemus iuxta mortem homi num:quia quum ad animarum separationem appropinquant:ostendunt se incorporeas uisiones uide re.& patet quod res incorporee sint:eo quod nemo alius eas uidere potest preter illum : qui pro tunc est ab ista corporea compagine transmigraturus.& hic maximum exemplum assumere possumus.Nam boni uisiones bonas & mali malas se uidere demonstrant.boni enim brachia aperiunt : & uisiones am plexari uolunt. & mali conqueruntur. & quodammodo effugere conantur.& in illa hora fere nemi nem cognoscunt:nec res corporeas sentiunt.ex quo palam fit:quod iam rationalis anima liberari in cipit a corporea compagine.& suis potentiis uti.

¶Quod per plures & honestas causas non possumus in hac uita precise animas no stras cognoscere. Cap.cxxix.

¶Forte quisq̄ admirari posset:qua ratione totaliter aīas nostras ī hac uita nō cognoscamus. Ad qđ tñ respondemus hoc multis de causis licitis accidere.primo qđ sicut sumus de grossis materiis cōpositi sensibilia & tāgibilia querimus:si modo de ipsis sufficiētē cognitionē habere uoluerim9.Et quū aīa no stra subtilis & incorporea sit.natura quoq; difficile cognoscef.presertī quū pleraq; in rebus grossis & corporeis ignoremus.Ideo nō est admirādū:si aperte nō cognoscimus quascūq; anime proprietates.
¶Alia itē rō uidef a libertate nr̄a puenire:pp qđ aīas nō cognoscamus. Videf ēt:qđ a libertate que nobis est elargita ad bonū & malū alia rō pueniat:pp quā pcise nō debeamus aīas nr̄as cognoscere. Nā si ipsas palā cognosceremus:māifeste eēm9 libero arbitrio priuati. Quia cognoscēdo aīas eē imor tales:semp bonū opus exigerem9.maxie ob timorē.Quod si eas mortales pciperem9:a nobis queuis lau dabilis doctria puipēderef.Vñ ad cōseruādū liberū arbitriū cōdecēs fuit nos ī hac ābiguitate uersari.

¶Qua ratione quia anima & corpus simul remisso modo se ha bent: non possunt simpliciter se cognoscere.& ꝙ in sentiendo & intelligendo nullas reales species ab obiectis abstrahimus. Cap.cxxx.

¶Quia penes multorum opinionem maximum uidetur esse interuallum ad tenendum perfectionem rationalis anime:eo ꝙ ipsa anima non ostendit nobis ad plenum se intelligere.& causa applacandi si milia dubia aliquid dicendum est ultra ea:que iam posita sunt. & ut patientius id quo tantum indige mus assentiamus in primis de esse nostro considerandum est.nam dum hominem dicimus duas diuer sas naturas simul unitas pronunciamus.& ubicunq; aliquid inuenimus de diuersis compositum: opor tet semper aliquem respectum habere ad quácunq; naturam istarum:tanquam in simplici modo assum ptam.contemplando de unione uero ut de composito explicandum est: non simpliciter secundū hoc nec illud.nisi ī mō cōposito.& ubicūq; cōpositio:ibi aliq obscuritas ad simplicē naturā cōparata.hō ē compositus de anima & corpore.sequitur esse remissas potentias seu naturas anime & corporis in illa unione ueluti de remissione elementorum in mixtis manentium asseritur:iuxta quam remissionem nul lum elementum proprietate sua ad plenum utitur:ueluti in propria sphera agebat. sed immo remisso modo. ¶Et ita corpora nostra faciunt:quia quamuis anima in simplici natura sua ab omni corpo re separata seipsam intelligat.unita corpori atq; in uno toto simul cum ipso translata:necesse est a na tura loquendo proprietatem suam seu naturam remittere.sub qua remissione sufficit: ꝙ anima intelli gat uiuere:atq; alterius nature a corpore esse:& tamen cum ipso unita.& ꝙ similia anima intelligat ꝑ batur.quoniam anima est principium:per quod uiuimus intelligimus.ratiocinamur:& alia multa ope ra digna agimus:in quibus sufficientem cognitionem anima nostra habet. & dum coniuncta corpori est:eo ꝙ unum totū dicunt.non potest unum absq; alio distincte operari.uidelicet non anima sine cor pore & corpus absq; anima.Vnde habetur ꝙ non intelligit anima sola.sed homo intelligit. & quia ho mo dicit animam & corpus simul:& corpus de se nullam habet intelligentiam: debet oparari simul cū anima:in hoīe necesse est intellectiones aīe a simplici natura sua nimiū declinare.ut corpus ipsam asse qui possit. ¶Verūtamē quia aliqualiter nosipsos nos intelligimus.& de anima & corpore constamus capiendo partē per totū:dicendū est aīam seipsam intelligere.licet remisso modo. tum p opera ꝓpria tum uero per aliena.ueluti de potentiis exterioribus exemplari possumus.quia q̄uis sint ut omnibus pa tet:non ex hoc unaqueq; sentit seipsam:quoniam uisus nō uidet se inquantum uirtus uisiua est. sed q̄a multa alia uidemus asserimus uisum habere.& etiam oculos aliorum ubi uisiones situanť uidemus: q̄uis nostros uidere nequimus causa situationis:quia natura ita ordinauit. nam si unum oculum haberem9 in manu & aliū in fronte:aut ubi cōmuniter situati sunt unus uideret aliū:tandē q̄uocunq; sit aspicien do oculos aliorum aut nostros:dū coram speculo sumus uidemus.ubi uisio nostra collocatur. uel nero miam agendo.& hoc sufficit.dato ꝙ uisio non uideat seipsam. ¶Et ita atq; multo perfectius de ani ma rationali capiendum est:quoniam intelligere profundius atq; uniuersalius quam uidere est. & sic anima nostra alias intelligere potest:atq; seipsam.& hoc sequitur uidelicet intelligit seipsam ꝙ etiam & alias:& parimodo si alias ipsammet iuxta similitudinem procedendo.nam hic homo per intellectionem recte cognitus omnes homines mundi qui fuerunt: sunt & erunt cognoscimus: inquantum homines. unde sit ꝙ eadem cognitione quam anima nostra de aliis animabus eammet de seipsa habet. ¶Li cet ꝙ non simpliciter anima nostra per seipsam cognoscitur.cum hoc omnibus creaturis negatum sit absq; aliquo iuuamine ad extra euenient e recte operari.& aliquod seipsum cognoscere opus dignum est.quocirca concedendum est cognitionem creaturarum sic uel sic accidentaliter euenire: quoniam anima nostra in principio tanquam tabula rasa se habet:aut nullam habens distinctam cognitionem. unde oportet per operationes tum ad intra tum ad extra doctrinam uendicare.sed hec difficultas ita in unico intellectu uniuersali se habet:dato ꝙ unus tantum in omnibus hominibus sit: ueluti in parti cularibus animabus:cum etiam ipsum uniuersalem in principio tanquam tabula rasa dicant se habe re.& hoc cōcesso proculdubio constat contingere ei per actus tanquam ad extra procedentes seipsum & alia cognoscere.& quantum ad hoc tantū eadē est ratio:ꝙ anima sit corporea uel incorporea:quo niam si in principio immunis ab omni scire reperitur:& postmodum per operationes:ut patet: sit do cta:talis doctrina contingenter acquiritur. ¶Licet ꝙ intelligere omnino per primā originē ab in corporeo non autē a corporeo per primū principiū cōpetit dato ꝙ postmodū per unionē & cōmuni cationē inter partes corporeas & incorporeas etiā corporeū intelligere pōt:non p se primo neq; prin cipaliter.sed ab alio assumendo. ¶Et hic aduertendū est ut a pluribus argumentis facilius euadamus: ꝙ intellectiones non se habēt in anima ueluti forma in subiecto ut aīa in corpore:& albū in pariete; quoniā si intellectiones ueluti forma in aīa se haberēt.nil anima nostra seu intellectus de aliis aīabus i tellectiuis intellexisset.qm̄ nulla forma est de natura formati:nisi de altera nimium differēte. Vnde ha betur ꝙ omne recipiens debet esse nudatum a natura recepti . sed in his uerbis aut in hoc loco dē forma & materia tantum intelligitur : quoniam si corpus nostrum debet assumere rationalem ani mam : oportet omnino ab ipsa nudatum esse : quoniam si corpus fuisset rationalis anima :non

informaretur ab ipſa quia tunc corpus ſolum informaret ſeipſum : & inſuper ſimpliciter dixiſſet per ſe
ſubiectum & formam:quod ſecus ſe habet. ¶Nequidem plures forme eiuſdem nature ad informan
dum unum ſolum ſubiectum accedere poſſunt. Vnde ſit qꝛ cum corpus noſtrum habet unam intellecti
uam animam:non poteſt recipere alteram:ſaltem eiuſdem nature:quouſq; ab ipſa anima denudetur.
¶De intellectionibus uero in anima poſitis longiſſime aliter capiendum eſt: quoniam dum intelligi-
mus nullam materiam nullam formam a rebus intellectis capimus:ut in memoria noſtra apponamus :
ſed immo intellectus ipſe contemplando res intelligibiles de fantaſmatibus ſuis aſſumendo: at ſi attra-
mentum eſſent caracteres in memoria ſcribit ad ſimilitudinem rei intellecte:ueluti artifices faciunt : dũ
aliquem hominem per depicturam figurare uolunt. Vnde artifex nil de homine illo quem uidit ponit
in figura ad imaginem illius hominis factam.& ita intellectus noſter contemplando res quales ſint
de propriis fantaſmatibus uel imaginationibus aſſumit:& per caracteres deſignat res: quas contem-
platur.& ſic poſſumus tam corporea quam incorporea intelligere . & de quocunq; genere atq; ſpecie
plura ſimul & diuiſim ut lata experientia patet:quod fieri non poteſt.dummodo intellectiones tanquã
forme in intellectu ſe haberent.quoniam una occuparet manſionem alterius:ueluti forme faciunt eo ꝙ
realiter in ſubiecto ſituantur.intellectiones uero non ita ſed immo per figurationem in memoria no-
ſtra per intellectum edificatas plures res eiuſdem ſpeciei ſeu nature in uno ſolo puncto intelligimus. &
dato ꝙ in longo diſcurſu intelligamus:non repugnat:ꝙ intelligendo hodie petrum abſq; aliqua dir-
ruptione illius intellectionis.cras Ioannem non intelligamus.deinceps de ambobus ſimul non habea
mus cognitionem . cum pateat plures particulares eiuſdem ſpeciei in uno ſolo tempore cognoſcere.
Vnde probatur non oportere animam noſtram eſſe nudatam ab omni natura de illo quod intellectu
ra eſt.quoniam non intelligit eo modo quo ſubiecta formas recipiũt.niſi quia contemplando res qua
les ſint:caracteres in ſeipſa edificat ad ſimilitudinem rerum:quas contemplata fuit . de hoc recordari
ideſt per hos caracteres ſcire in ordine diſcurrere ſcientia uel ſcire denominatur.demum ſub hoc ordi
ne concipiendi aut rectius edificandi intellectiones.ita anima noſtra poteſt intelligere res ĩcorporeas
ueluti corporeas de natura ſua uel aliena.& dicimus rectius per edificationem ſcientiam acquirere:quã
per receptionem:eo ꝙ dum adiſcimus per plures diſcurſus uarias edificamus figuras.& ad recipiendũ
tantum ſeu concipiendum nullus interſit diſcurſus nulla multitudo machinationum. quoniam diſcur-
rere per uarias uias atq; machinari non attinet rei paſſibili immo agenti.& quia anima noſtra in intel
ligendo uel acquirendo ſcientiam nimium atq; nimium elaborat per uarias uias diſcurrendo:non de
cet inferre tanquam rem paſſibilem ſimpliciter ad concipiendas intellectiones ſe habere.& hic ordo in
telligendi nil mutatur:ꝙ ſit unicus intellectus in omnibus hominibus aut plures:dummodo omnes de
natura ĩcorporea ſint.ut religioſi de animabus rationalibus noſtris habemus. ¶Et in hoc loco aſpi
ciendo ea que ſuperius poſita ſunt:uidelicet quonam pacto ſcientia non ſe habet in anima tanquam
forma in materia per aliquod aſſumptum a rebus intellectis tanquam reale & poſitum in anima noſtra
facile comprehendi poteſt:quomodo non oportet intellectum noſtrum omnes res quas intelligit ĩ mo
do ſpirituali ipſas intelligere.quoniam nil reale accipiendo ab ipſis ita caracteres ſignificantes corpo
reum ueluti incorporeum:intellectus edificare poteſt:eo magis.quia ſi aliter ſe haberet in intellectioni
bus noſtris nulla eſſet cognitio diſtincta inter corporeum & incorporeum : inquantum corporeum &
incorporeum inuenitur diſtinctõ maxima:ut lata experientia probatur.igitur itellectus noſter res cor
poreas intelligit ueluti ſunt:& ꝙ ita fiat neceſſe eſt ut intellectiones uere ſint.nam ſi res ab eſſe ſuo pro
prio abſtraherentur ſub alio altero:nullatenus uere cognoſci poſſunt.ſed ꝙ res corporeas corporali-
ter:ipſas ut ſunt intelligamus.unicuiq; aſpicienti patet.quoniã ſi aliquando uidimus romam in eo mo
do:quo muros.templa:alia edificia.& ſituationem creuimus penitus:eodem modo ſemper ꝙ ad memo
riam noſtram recurrimus ipſa figurata inuenimus:ideſt per caracteres repreſentata:non autem in ſpi
rituali modo . & ita de omnibus rebus corporeis : quas aliquando ſenſimus per eandem uiam corpo-
ream intellectionem habemus.nam cum aliquam turrim uidimus:nullatenus poſtmodum tanquam ſpi
ritualem ipſam intelligimus: ¶Vlterius ponatur aliquas abſtrahi ſpecies a rebus intelligibilibus atq;
ſenſibilibus:dum ipſas intelligimus aut uidemus: quibus ſpeciebus conceſſis conſequenter uidendum
eſt.utrum res intellecte poſtquam intelliguntur aliqualiter ab eſſe ſuo minuantur:an in eadem integri
tate remaneant:ut priuſquam intellecte eſſent:& ꝙ diminuantur ſatis apparet . ita procedendo aut ꝙ
ſpecies quas a rebus intellectis abſtrahimus ſunt aliquid earum rerum:uel nil.ſi aliquid. ablato uel ab-
ſtracto illo aliquo a re cuius erat.neceſſe eſt illam rem minui de illo:quod prius erat . ſi ſpecies quas ab
ſtrahere dicunt non ſunt de eſſe rerum intelligibilium aut ſenſibilium:non eſt dicendum aliquid ab ip-
ſis rebus abſtrahi in modo ſpecierum aut aliuſmodi . dum ipſa ſentimus uel intelligimus. ¶Non mi
nuimus res dum ipſas intelligimus uel ſentimus:concedere oportet nil ab ipſis realiter abſtrahi : niſi
imaginarium tm̃:que imaginatio ĩ nobiſipſis generatᷓ:atq; imagines ad ſimilitudinẽ rei uiſe uel intelle
cte ꝑducit. ¶Et ꝙ nil ab ipſis reb9 uiſis abſtrahatᷓ facile ꝓbari põt:qm̃ qñ una res a pluribus intelle
ctibus intelligeretur:uel a pluribus oculis uideretᷓ gradatim:multo min9 ĩtelligibilis fieret qm̃ minorem
intellectionẽ uel ſenſationẽ de rebus diminutis quam de integerrimis atq; pfectis habemus: & omnem

abstractionem realiter dictam corpoream uel incorpoream oportet aliquid assumere: & ipsum excerpere a fundamento illo:a quo extrahimus.ueluti dum manu spongiam uel aliquod aliud corpus humidum premimus:quod post pressionem multominus humidum remanet.lapis magnetis attrahit ferrum ad se quasi per modum insensibilem.Verũtamẽ in eodem tempore non potest a pluribus magnetibus in uariis locis manentibus ferrum illud attrahi:nec quidem postquam ferrum lapidi ipsi unitur per ipsam lapidem: nec per aliquem alium attrahitur. ¶Res autem intelligibilis atq; sensibilis a pluribus intellectibus & sensibus in diuersis locis manentibus intelligi atq; sentiri potest: si aliquid ab ea abstrahimus minuitur:& indies minus intelligibilis seu sensibilis fit quod non datur pari modo radii sola res lutum percutiendo ipsum dissiccant:& p gradus diminuunt humiditatem in luto ipso prius manentem:tãto q faciunt non amplius lutum esse illud:quod prius erat per uiam abstractionis.ita nos res intelligibiles atq; sensibiles attrahendo ab ipsis plures species auferemus ab eis omnem intelligibilitatem atq; sensualitatem non agimus ipsas in intelligibiles nec quidem insensibiles per multum: q eas intelligamus ac sentiamus:procuidubio nullam cum intellectione aut sensatione nostra realem speciem ab eis abstrahere constat.

¶Qualiter rationalis anima in modo manendi in corpore nostro se habeat. Cap.cxxxi.

¶Iam in plerisq; aliis locis tractauimus quo pacto anima nostra sit substantia perfecta & spiritualis siue incorporea ingenerabilis incorruptibilis:& exterioribus sensibus intangibilis atq; idiuisibilis.Quapropter non possumus in ea aliquam molis magnitudinem assignare. Vnde dicitur quod sit impartibilis substantia: licet finita que est in humano corpore posita:tota in toto & tota in qualibet parte eo:quod indiuisibilis & sine parte extra partem q̃uis ad animandum unicuiq; magno corpori sufficiat: ac si paruum esset.& per hoc non animat magis ex una parte q̃ ex alia: nisi quod in toto corpore est equaliter infusa:nec locum animando occupat.Sed quod manet in tota persona ut spiritualis forma. quanquam dicamus esse quantam quum sit finita.& etiam aliquo modo imaginari possemus in ea determinatos perfectionis gradus:quousq; in suum esse peruenit:ut in alio uolumine exemplũ dedimus. In cognoscendo quante sint uires nostre eas dimetiendo ex pondere:quod semel aut in uno ictu a terra subleuare uel mouere possumus:& ita de rationali anima dici poterit.quod tanta sit eius uirtus quã tum attingit ad discurrendum:& intelligendum per suas potentias. non quod substantia anime a nobis interim quod uiuimus separetur:immo quod facit effectus.quod extrinsecus uadat ut telum iaculãdo.Quia remanente in nobis uirtute aut robore in brachiis telum remoti9 prosilit. ¶Rursus aliud dubium occurrere uidetur.Nam dicitur animam non occupare corpus.& alibi quod nequeunt multe anime simul in uno corpore hominis manere.Verumtamen in hoc non contradicimus in aliquo.Dicimus enim non posse multas animas in uno subiecto per formas existere.Quia uni soli indiuiduo una sola forma.& non multe eiusdem speciei conueniunt.Sed dũmodonon sit in loco propriarũ formarũ: possent multe anime in uno solo corpore existere:q̃uis eiusdem speciei aĩarũ sint. Tamen aduertẽdũ est:Quod dicendo animã esse totã in toto:intelligitur non habere partes nec de partibus constare. & quia simplex creata est una sola res sine aliqua distinctione.& sic ad differentiam rerum habentiũ partes dicimus animã totã:non per congregationem seu unionẽ:nisi q̃a oĩbus necessariis completa non habet partes nec diuidi potest.& cũ tali proprietate necessario est tota in toto.& quo ad ipsam totaliter.Sed respiciendo partes corporis dicimus non totaliter:quoniã non est ita ĩ una parte quod nõ sit in aliis.Et quando dicitur aĩa rationalis non habet partem extra partem intelligimus:quod caret partibili extensione:& quod partes minime possidet:nisi quod sit una res simplex.& ideo tota. & non de partibus. ¶Quoniam uero cõmuniter asseritur q̃d rõnalis aĩa tanq̃ punctus indiuisibilis atq; inunibilis in aliquo cõtinuo se habeat tãgibile.exẽplũ inquãtũ possumus querẽdũ ẽ ueluti ĩ litteris seu elemẽtis capere possumus.Nã hec littera a in pronunciatione siue in uoce nullatenus cũ altera littera continuari cõiũgi põt:nec ipsum a diuidi:q̃m dimidiũ ei9 ꝓnũciare nõ possum9. similiter unusq̃sq; nũer9 ab aliis nũeris distict9 ẽ nunq̃ cõtinu9.sed semp cõtigu9 q̃q̃ iter duo & tria mediũ nũeratiõis nõ deẽ.tãdẽ discõtinuatio daẽ.licet cõtiguitas sit.possũm9 tñ hãc lr̃am a ĩ ꝓnũciatiõe ꝓlõgaẽ uel abbreuiaẽ.Sed ñ diuideẽ neq; cũ alio ĩ cõtinuatõe cõiũgeẽ.pẽterq; de nr̃a rõnali aĩa itelligẽdũ ẽ:q̃a tãq̃ pũctũ idiuisibile nihilomin9 extẽdi põt extẽsiõe toti9 corpis.ĩ quo mãet:sicuti a ĩ ꝓnũciatõe extẽdiẽ & abbreuiatur alia pũcta q̃ de uocib9 aut terminis cõstãt:ueluti athomi aut minutissimi puluere.cõcesso q̃d cã paruitatis ĩ cõtinuatiõe cõiũgi nequeãt.plura pũcta simul absq; ordĩe tanq̃ aceru9 lapidũ magnitudinẽ causare possunt.tñ cõtigua & nõ cõtinua erit ipsa magnitudo. ¶Vlteri9 q̃d aĩa sit tota ĩ toto & tota in qualibet parte aĩalis multis modis probatur.& primo fundamẽtaliter:eo q̃d aĩa tm̃ extendiẽ quantũ ipsum aĩal:& unũquodq; animal tanquã pũctum se habet:ĩ eo quod diuidi nõ põt.& sic unũ animal nõ est magis animal altero animali.& cum ibi inquãtũ aĩal est:nõ deẽ magis & minus. aĩandũ aliquid aĩa totũ illud aĩal aĩat.Quoniã non aspicit partes extra partes:neque magis & minus: nisi unũ solũ ĩdiuiduũ aĩal. ¶Vnde cõcesso q̃d aĩal nõ uideat p pedes:sed p oculos:neq; audiat p stomacũ sed p aures.

non propter hoc intelligitur.quod solum tantum anima manens in oculo tanquam pars diuisa uideat immo in eodem istanti quo ea pars manens in oculo uidet. & etiam ea que est in pede: uidet per idem organum oculi:& pariter anima per totum animal animalis in eo istanti uidet per organum illud:nam in modo exemplandi ita se habet tota anima ad uidendum per uisum & audiendum per auditum. ue luti totus homo ad uidendum per aliquam fenestram camere campos extra cameram manentes que p nullum locum est aperta preter fenestram:tamē per ipsam solam campos uidere potest:& sic anima no stra per organum oculi:tanquam per fenestram uidet:& per aures audit.& sic de reliquis.& quod tota anima simul in eodem istanti per organum oculi uideat:patet in operibus pedum & manuum: quia p cognitum per hanc fenestram oculi regulantur.in eo istanti ꝙ per oculum uidemus.

¶Comparationes quorundam ad probandum animam nostram non habere contrarios motus. Cap.cxxxii.

¶Iuxta plurimoꝝ sniam sola aīa rōalis tāquā pūctū se hēt.tota ī toto & tota ī qͥlibet parte:& in oppositū qdā arguūt dicētes. Si tota aīa est ī manu dextra:tota ī sinistra:tota ī pede:& tota in corde:cōtrarios motus hēt:sursum ac deorsum.& ī uno & codē istāti tota sursum & tota deorsum. Quod uꝭ impossibile existēte aīa indiuisibili. ¶Pro cuius argumēti solutōe multi multa dicunt.& quedā exēpla inferunt ita asserentes.In prima materia est generatio & corruptio:que tamen non generatur: neq; corrumpitur.Preterea polus articus & antarticus sunt in celo.& celum mouetur. Sed poli stabiles manēt, & similiter quis corpus per uarios motus moueatur:anima in ipsum infusa potest fixa manere.Ista uero exempla licet colorata sint.non precise uidentur concludere. Materia enim generabilis & corruptibilis secundum omnes philosophos a prima materia emanat.& tanquam pars eius. Vnde quis tota prima materia non generetur neq; corrumpatur.corrumpitur & generatur pars eius: si elementa ex prima materia emanant.ut plures aiunt.Quoniam partes elementorum in particulares species per generationes & corruptiones transeunt.Iccirco cōprobatur primam materiam esse extensam non totā in toto nec totam in qualibet parte:Quamobrem pars generatur & pars non generatur: & anima si quidem tota quiescit:aut tota mouetur.Et exemplum de polis mundi adhuc minus est ad propositum: q de pria materia:eo qd polus non est in toto celo nisi in puncto & etiā si fixus est ī celo secum aliquā to mouetur:ut patet quia stellam que uocatur polus articus aliquanto moueri perspicimus.& anima in toto corpore degit.& dicitur:quod sit tota in toto & tota in qualibet parte.& corpus diuersimode de loco ad locum mouetur:& celum non mouetur de loco ad locum.Vnde manifeste patet:quod anima uadit cum corpore.& ideo aliter exponendum est de uariis motibus anime in membris posite.

¶Quo pacto intelligatur dum dicitur animam esse totam in toto & totam in qualibet parte:& quomodo punctum dicatur: & quatenus ipsa anima extensa sit & indiuisibilis. Cap.cxxxiii.

¶Quo melius intelligamus si anima rationalis contrarios motus habet ad membrorum conformitatem:primo sciendum est.quod non dicimus animam esse totam in toto:& totam in qualibet parte totaliter:nisi quod quicquid potest tota:potest & quelibet pars eius. Quocirca tantum operatur pars: quantum & totum.Sed non accipimus:quod tota substantia anime totaliter in qualibet parte corporis maneat:neq; dicimus animam esse punctum in paruitate:nisi punctum in eo quod indiuisibilis:& sine molis magnitudine.Sed eam quantam nominamus:eo quod quantitatem comprehendit & informat.& punctum ex paruitate nuncupatum non potest magnitudinem informare: & ideo anima extēdi poterit sine aliqua sua diuisione:per totum corpus quod informatur.Attamen quum incorporea sit diuidi non potest:ut de radiis solaribus apparet:quis corporei sint:quoniam nullo pacto possum9 eos scindere.Quia quum primum fenestras claudimus omnes radii exeunt extra camerā sine aliqua lesione & postquam uirtus corporea talem habet proprietatem:multo quidem maiorem rationalis anima que est incorporea.tamen non extenditur per se nisi ad corpoream informationem: nec potest plura corpora simul informare.licet enim informet corpus extensum & uaria membra habens: tantum isoc mat ipsum:inquātū quod unitas aut una unio.& quia inquantū est unum indiuiduum & indiuisibile: anima potest totum ipsum informare absq; impedimento corporee magnitudinis seu paruitatis.Quoniā pōt in ipso toto & in qlibet minima pte manere.& sic ad uarios motus rēspōdēdo:dicim9: qđ nō moueꝭ tota uirtus eius totaliter eodē instanti sursum:& totaliter deorsum.Sed illa uirtus que sursum extollit membrum pro tota aīa supplet. & uirtus aliud mēbrum deorsum mouens etiam supplet pro tota anima: & quod ipsa sursum ac deorsum eat: inquantum est per totum corpus: hoc nihil ad rem. Quia extensa se habet ipsum corpus informando: licet tantum spirituali extensione aut sine molis

magnitudine:& ob hãc causam indiuisibilis. Quoniam ut iam de sole uidimus:non repugnat quicquã esse indiuisibile:& diuersa comprehendere. Radii enim solis plura comprehendunt & in quoquomodo sunt indiuisibiles:saltem per corpoream potentiam diuidi nequeunt.& iccirco q̃uis anima indiuisibilis sit:potest aliqua uirtus eius simul cum una manu superius tendere:& altera cum altera iferius.eo quod manus continue una cum alia se habent:& similiter omnia membra unius corporis: q̃uis extrinsecus respiciendo:uideatur unam manum esse ab alia separatam. Sed tamen per uiam totius corporis sunt unite:& ideo corpus hominis est tanquam pannus aut uiridis uirga:que q̃uis continua sit: aliqua pars eius inclinatur aut mouetur ad manum dextram:& alia ad sinistram:uel sursum & deorsum sine diuisione eiusdem uirge.iccirco quum corpus hominis sit continuum:ab anima informari potest.& quocũq; fuerit sine contrariis motibus ex parte anime accedere.tametsi plures uirtutes membris prebeat eodem instanti:quibus uaria membra sursum & deorsum moueantur. Non tamen intelligitur: quod motus sit extra corpoream extensionem.tunc enim anima non assequeretur membrum scissum:nisi quod ad maiorem partem reuerteretur:eo quod non sinit se scindi:ut de radiis solaribus enarrauimus.

¶Quo pacto anima sensitiua & uegetatiua diuidatur:& quod pars extra partem earum aliquanto uiuere potest. Cap.cxxxiiii.

¶De anima uegetatiua & sensitiua aliter accipiendum est:q̃ de intellectiua. Quum enim corporee sint:& in quoquomodo composite etiam diuidi possunt & extendi. Et ideo pars extra partem earum aliquantulo manere ac uiuere potest:ut in arboribus cernimus. Nã scisso ramo adhuc inest aliqua uegetatio.& patet:quia quandoq; ramus plantatur:& fit arbor radicata & producens. Attamen interdũ ramus apprehendit:& aliquando desiccatur. Sed saltem per aliquod tempus in se uegetatiuam substinet: quamuis non plantetur:ut patet:quia uiridis manet:pariter & in quibusdam speciebus animalium sensualium:post corporis sectionem remanet anima in parte corporis extra partem:ut in serpentibus experimentum capimus. Et hic multa a plerisq; dicuntur ad cognoscendum: quomodo hoc fieri queat: quod diuiso serpente in plura frustra.quelibet pars per semetipsam sentiat. & ista declaratio satis prõpta uidetur. Anima enim uegetatiua & sensitiua corporee sunt:ut demonstratur: quia corpora eis auxiliantur:& impediunt. Nam posito ante oculos aliquo obstaculo:nequicquam extra ipsum uidere possumus:& ad intelligendum per quemlibet murum aut spissum corpus transit:uel apprehendit nostra intellectio. & sic constat intellectiuam esse incorpoream: uegetatiuam uero corpoream: & res corporee extensibiles ac diuisibiles sunt. ideo anima sensitiua potest aliquanto in duabus partibus diuisis manere.

¶Cur animalia unius speciei:postq̃ scissa sunt nonnullis diutius uiuunt: q̃ alia alterius. Cap.cxxxv.

¶Difficile uidetur probari posse:qualiter anima in una specie animalium maneat post corporis incisionem:diutius q̃ in alia.& hic facile & clare responderi potest:duas partes adducendo. primam scilicet:quod anima serpentis non est adeo uelox aut perfecta sicut anima equi. Quapropter non currit tam uelociter nec sentit aduersitatem:ut discurrere queat per omnia membra: quumq; anima imperfecta petat corpus imperfectum:in eo manens contentatur:q̃uis ĩperfectum. Sed alterius species anime pfectior:nolet in ĩperfecto corpore manẽr. Quocirca homo quũ perfectior quocunq; animali sit:per dimidiũ aut per membra principalia diuisus uiuit minus altero animali. Verumtamen repentino motu manum scindendo per sensationem manus illa mouetur:sed cito moritur. ¶Ad aliam causam quam diximus ex parte corporis oriri:quod frustrum serpentis magis q̃ aliud uiuat:id utiq; ab imperfecta serpentis organizatione prouenit. Quia non habet neruos neq; arterias:quibus anima cito discurrat.& quoniam in organizatione deficit:sanguine caret & ultra corpus serpentum ferme se habet:tanquam insertum siue inter contiguum & continuum: & ideo in unaquaq; domuncula potest anima eius aliquanto morari. Quia non perfecte una ad aliam correspondet: & etiam in arboribus exemplum accipimus. Quũ enĩ corpora imperfectiora:& min9 organizata sint:q̃ serpẽtes:scissa arbor pars extra ptẽ diutius suã aĩam substẽtat:q̃ ps serpẽtis suã obtineat:qbus rõnibus ostẽdis:unã speciẽ aĩaliũ scissam lõgius alia sentire posse. De quibusdam hominibus legitur:quod post scissionem capitis uoces emiserũt: hoc tamen miraculose factum meo iudicio recensendum puto:licet quod si in illo instãti scissionis uox est in palato aut in principio motus lingue:potest lingua uocem ipsam pronunciare:sed hec una uox tantũ esse potest. Aer enĩ per quẽ uox profertur:a pectore oritur:& frustrũ serpentis per horas aduersitatẽ sentit:& fortasse utilitatẽ.& ideo quidã dicũt:qd ibi sit fantasia:eo qd inter cõmodũ & ĩcõmodũ diiudicat. Tñ quo ad ueritatẽ nõ ita res se habẽt. Quia si repẽtie ponit̃ ignis:ĩ mẽbris nr̃is:uel aliquo frigido corpore:aut magno ictu pcutimur repẽtine:sentimus aduersitatẽ. Sed ĩ illo ĩstanti nõ iudicamus:

quis sit. quoniam aliquando bona eueniunt: & nos ipsa timemus. Vnde patet: fantasiam super iudicio aut re transacta elaborare. Iccirco serpens incisus non iudicat quid sit illud: quo tangitur. & propterea nõ est asserendum: sentit: igitur habet fantasiam. ℭEt petendo quid sit illud frustrum: utrum animal an pars animalis: responderi potest: quod nec animal nec proprie pars animalis: eo quod animal indiuiduum aut rem perfectam significat: & pars animalis membra coniuncta sunt. & q̃uis tunc unum totum faciant: postquam sunt diuisa: non erunt proprie partes animalis. Nam partes in animalibus dicũtur per distinctionem: & non per scissionem. & ideo donec frustrum serpentis sentit: erit corpus imperfectum sentiens: aut animal equiuocum: & pars animalis equiuoca est. Verumtamen dum illud frustrũ sensatione carebit: aut totaliter erit absq; anima: potius erit pars equiuoca animalis: q̃ dum sentiebat. ℭEt frustrum serpentis q̃uis sentiat: non est intelligendum quod habeat totam animam: que prius erat in toto serpente. Anima enim sensualis corporea & diuisibilis aut nimium extensibilis est: & quelibet res huiusmodi potest esse magis & minus: siue in maiori quantitate & minori quantitate. Quamobrem sicut uires & alie uirtutes corporee crescunt: & decrescunt: in animalibus: idem sensitiua anima agere potest. ℭEt hic non est asserendum quod uirtutes corporee: aut forme membrorum: semper sint equales in esse suo: nisi quod quandoq; dilatantur: & quandoq; restringuntur. Si enim non augerentur aut minuerentur tantam uim possideremus: aut paulo minus in uno tempore q̃ in alio. Quidam pisces natura fere sunt mõstrua: & ad serpentum similitudinem post septiones uiuunt: ut raza murena atq; alia huiuscemodi. Inter terrestria quoq; animalia quedam experimur: que lesis aut ablatis interioribus: satis mouentur & nimium respectiue ad homines. Nam porcus uulnerato corde ambulat: & dici potest diu uiuere. ℭIn aliquibus auibus sicuti in anatra sepe expertum est: sublato corde per iactũ lapidis uolare. & ista animalia aperte demonstrant non eẽ totã animã in corde: nisi quod est toto corpore accõmodata. & homo citius aliud aĩal lesionẽ sentit in corde: eo quod subtiliori modo organizatus est: ut iã diximus.

ℭCur anima nostra intellectualis sit in toto corpore: & non in una parte sola. Cap. cxxxvi.

ℭDe principali sede anime aliqua inter plurimos auctores differentia uersatur. Quia aliqui dicunt animã manere in cerebro: tanquã in propria sede: & alii in corde. Attamen hic fortasse non omnes loquuntur de una & eadẽ aĩa. Quoniã platonici intellectiuã animã uolunt in cerebro collocare: asserentes ꝙ natura nobis itellectiuã animã prebet: ex eo quod rotunda capita possidemus: & sub hac coniectura oportet: quod caput sit locus in quo intellectiua aĩa habitat. Sed nõnulli aristotelici nõ possunt taliter assumere: itellectũ enĩ uocãt uirtutẽ inorganicã: & ultra hoc dicunt unicũ tantũ esse itellectũ in oĩbus hoĩbus. igitur erit tanq̃ gubernator manẽs ĩ aliquo loco cõmuni: ad respiciendũ oẽs hoies & nõ ĩ cerebro nec ĩ alio particulari mẽbro. & hoc modo uidetur: quod de aĩa ĩ cõmuni itelligãt: scilicet: de sensitiua: dũ aiũt: q̃d cor sit sedes aĩe. Sed quo ad ueritatẽ nos q asserimus: hẽre aĩam rõnalẽ ĩcorruptibilẽ creatã ad corporis generationẽ: dicem⁹: q̃d sedes aĩe itellectiue sit ubi sedes sensitiue. Aĩa enĩ rõnalis nõ põt ĩ corpe opari: ubi nõ erit sensitiua: & q̃a ĩdiget sensitiua: ubi sensualis erit fortior & subtilior uel uiuacior: ibi erit principalis loc⁹ itellect⁹: & q̃a cor & cerebrũ sũt mẽbra subtiliora ceteris aliis: q̃ hoĩ ĩsunt: illic uiuacior erit sensualis. & ꝑ cõseq̃ues ĩ eisdẽ locis itellect⁹ uehemẽti⁹ opabit: & suas sedes obtĩebit. Quapp quũ oĩa mẽbra nostra sint sensualia: cõseq̃uẽter oportet: quod oĩa sint itellectualia. si enĩ intellectualis aĩa solũ maneret in capite tunc rationales essemus: secũdũ quid: uidelicet: inquantum capita: q̃uis totũ pro parte acciperemus: sed ĩproprie: quũ maior pars nostrũ irrationalis fuisset: & minor rationalis. Nã licet Ethyops dentes albos teneat: ĩproprie albus uocaretur. Quoniã ad maiorem partẽ quã uidemus: attendimus. Quapropter de organicis potentiis nõ habemus ĩtrĩsecã atq; ĩfallibilẽ denominationẽ: eo quod nobis uiuentibus deficere possunt: ut uisus uel auditus: ex eo quod organice uirtutes sunt: & possunt deficere: dum uiuimus: & tunc non erimus audientes neq; uidentes: nec uiuere possumus: quin sensuales simus & rationales. Quoniam per totam personam communes sensus & intellectum habemus: & si intellectus in uno solo membro maneret: non essemus precise intellectuales. pariter & leso illo organo nõ deceret nos amplius rationales appellari. sicuti non nominamur uidentes: corruptis oculis. Iccirco tenendum est: quod anima intellectiua sit in cunctis membris: licet dicamus principaliter eam in cerebro & corde manere: ut de deo dicimus: quod in celis sit: q̃uis ubiq; maneat. Sed propter loci dignitatẽ hoc modo loquimur: & quod intellectus in cerebro maneat: atq; in corde: patet: dũ uolumus quicq̃ attente perspicere. Quia de cerebro ad cor mutuã correspondentiam noscimus: & quod in aliis mẽbris non tã sentiamus intellectiue aĩe operationes: hoc ipsum causatur: ex eo: quod membra sunt grossiora aut minus subtilia: & patet. Quoniam cognoscimus intellectus de corde ad cerebrum correspondere: & in gutture nil penitus de hac operatione sentimus: quãuis medium sit inter cor & cerebrum: & correspondentie necessario per guttur seu collum transeunt:

& idem de aliis membris rigidis dicimus:quod non cognoscunt intellectuales operationes adeo faci le: sicut cor & cerebrum:licet aliqui cognoscant. Quia obediunt & operantur circa illud: quod intelle ctus uult:& de anima sensitiua nullum est dubium:quin ubiq; sit in toto corpore; eo quod ubicunq; e uirtus mouendi & sentiendi:ibi necessario anima sensitiua manet. Nam si tota maneret in corde:posset duntaxat membra restringere & relaxare attrahendo & mollificando cordas siue neruos. Sed non pos set manum in altitudinem extollere:& quod alia pars brachii maneret infima aut in quiete ueluti uide mus. ℭPreterea per hanc uiam discurrendo:uidelicet:quum aspicimus discursus:quos in corde & in cerebro agimus:si diligenter aduertere uolumus:dum aliquã rem uehementer appetimus: & ratio nol let q̄ ipsam habeamus:ibi manifestam differentiam inter sedem anime rationalis & sedem sensualis co gnoscimus. nam in eo tunc:cor tanquam res implacabilis delectabilia illa uult: & cerebrum inquantũ potest aufugit:ut delectabilia corporum ne accipiamus. Vnde dicendum est: sensitiuam animam habe re principalem sedem in corde:intellectiuam uero in cerebro circa anciput: uel in anteriori parte: & dum aliqua honesta:aut uero q̄ nullum scrupulum i ipsa ponimus:uolumus:non cognoscimus has di uisiones inter sedes animarum sensitiue & intellectiue:sed dum contingit:q̄ contra rationem aliquod delectabile corporis uolumus:manifestam differentiam inter sedem anime intellectiue & sensitiue co gnoscimus: ℭSedes intellectiue siquidem in cerebro:& sensitiue in corde. & hanc uidetur fuisse opi nionem platonis.

ℭQuod anima mouetur a se uel ab alio. Cap.cxxxvii.

ℭScripsimus iam superius:quo pacto anima in toto corpore animalis sit: & quod tantam uirtutem habet in qualibet parte:sicut & in toto:& quod motus eius non sit contrarius: q̄uis anima indiuisibi lis. Nunc uero sciendum est:utrum anima a se uel ab alio moueatur:& an moueatur. Et quod moueatur sub paucis probari potest: eo quod palam fit sensibus. ℭEt secundum Aristotelem illud quod sensi bus patet nulla indiget probatione:q̄uis sibiipsi in hoc loco repugnare uideatur. Nam tenet animam non moueri:& quod si mouetur ab alio mouetur. Sed de motu eius nullum est dubium:quod per pro prietates motus probaẽ. Vnde dicimus q̄d motus sit transitio de loco ad locũ: aut uero pullulatio siue quassio dũ res in uno loco manet. Quia ẽt bullitio uel pullulatio discrepantias habet: per gradus quã doq; magis altos:& quandoq; minus altos:& ex his differẽtiis locus acquiritur ac deperditur. Itaq; om nis motus est ob aliquam mutationem:ut in arboribus apparet. Dum enim maiores fiunt:maiora loca consequuntur radices in terra:& ramos in aere. & ideo quicquid locum deperdit: adipiscendo alium a se uel ab alio est motum. Hic autem non est inferendum nauem moueri: & non nautam qui intus est: quia nauis & quecunq; intus sunt de termino in terminum transeunt. ℭEt si dicis: quod homo ma net semper in uno & eodem loco sedens:respondeo: quod de patria in patriam transit: quod nequa quam sine motu fieri poterit:quum motus nil aliud sit q̄ transitio de loco ad locum: uel acquisitio de uno ubi ad aliud ubi:siue de una ad aliam proprietatem. Et quando homo sedẽs:equitans: aut quouis alio modo transit:tunc proprie dicitur ab alio & non ex se moueri. Quoniam nunc est hic: & demum alibi:& non in instanti: nisi per discursum temporis. Et licet non mutetur extra corpus in quo simul cum corpore sedebat:tamen de termino ad terminum mutatur.

ℭQuod anima per se motum habet:& non aliunde. Cap.cxxxviii.

ℭRespondendo ad aliam difficiliorem partem:idest:utrum anima a se uel ab alio motum accipiat: dicimus:quod animal sit de anima & corpore compositum:& non aliter. Quocirca necessario animal est mobile ab uno istorum principiorum uel ab ambobus:non a corpore manifeste. Videmus enim cor pus immobile esse:igitur non ambo sunt principia mobilia: nisi tantum anima: ergo per semetipsam anima est mouens. ℭEt si infers:quod habet aliud extrinsecum per quod mouetur:peto de illo alio & alio:& sic in infinitum discurrendo:hoc est ad primum motorem: qui ita mouet quod non mouetur. & sic qui ambulat uel currit: non ambulatur neq; curritur ab alio: nec dicitur ambulat seipsum: nisi quod dicendo ambulat: uadit de loco ad locum: & idem intelligendum est de re mobili: & mouen te p se. Non enĩ ab alio moueẽ:sed ipsamet transit ex una parte in aliam. Q m̄ sicut aliqs natura ẽ habi lis ad manẽdũ:ita & ali9 ad mouẽdũ:eo q̄d utraq; ps ẽ actus:& sicut una res simplex põt seipsam amaf ita & mouere. ℭQuod si respondes q̄d ibi erit actio & passio:& q̄d nequeat in uno & eodem subie cto manere:experientia oppositũ denotat:quia saltẽ oĩa corporea cum quibus conuersamur:agendo

patiuntur:& ideo anima quãuis simplex sit:agendi & patiendi aptitudinem habet:& per se intrinsecum motum possidet:ueluti in igne:aere:& anima uidemus. eo quod uigilantibus & dormientibus animalibus anima mouetur:per pulsus sentiendo:intelligendo:digerendo:& nutriendo. ¶Si autem dices aliam esse uirtutem & non animam:illam uirtutem per se semper mouentem:appellamus animam. Quod si infers:quod illud quod in animali dat cunctis membris mouere est penitus imobile:econuerso se habet. Nam totum animal:& quicquid in ipso est mouetur: eo quod de loco ad locum transmigrat. Ideo concedendum est:quod anima per se proprium motum habeat tamen sub uirtute diuina intelligendum erit:& quod hoc non contradicat alicui naturali rationali:etiam per philosophos demonstratur. ¶Dicunt enim:omnes res extra primam causam esse compositas de actu & potentia. quocirca in seipsis possunt & agere & pati. ¶Vlterius si anima non moueretur per se:difficile esset inueniri sibi motorem:maxime de sententia Aristotelis:ut nonnulli exponunt:inferendo:quod non uult quod prima causa extra se quicquam intelligat:& quod ipsa solum sit imobilis:& per uelle & intelligẽtiam sola det motum:& nulla alia res. Vnde oportet quod si aliquod dependens sit moturum aliud ipsum in quoquomodo mouendo moueatur:& illud mouere mouendo est de intrinseca eius natura:& non aliunde. & sic tenendum est de anima:quod sit mobilis & per intrinsecam naturam uiuens. ¶Siquis autem arguet:quod aut anima est leuis:aut grauis:uel utrũq3:si leuis ascenderet superius:& si grauis inferius:si uero medium haberet circulariter moueretur. Nos tamen dicimus quod anima mouens corpora sit temperata. & ideo mouet corpus superius:inferius:circum circa:ante & retro:dextrorsum & sinistrorsum. & quo corpus ducit: illuc uadit anima cum eo simul:quum enim animalia per uelle moueantur penes appetitum suum:decet quod anima temperata sit:& ubiq3 motus habeat. & sic Aristoteles octauo physicorum moueri ex seipso est proprium animalis.

¶De opinionibus antiquorum:tractantium de imortalitate anime. Cap. cxxxix.

¶De opinionibus proborum philosophorum antiquorum circa esse & imortalitatem anime:q̃plura ac uaria inscripta comperimus. Tãdem philosophi:& sacerdotes:atq3 alii:qui figuratiue ueluti poete scripserunt:omnes una conueniunt ad affirmandum anime imortalitatem. Sed in mediis siue proprietatibus anime diuersas uias accipiebant:tamen semper imaginabantur animam esse celestem:scilicet:de celo descendentem. & hec doctrina uidetur ab egyptiis emanasse de theologia loquentibus. & secundum aliquos scriptores ut dyodorus siculus testat:prior fuit Mercurius trismegistus: a quo omnes egyptii perfectam scientiam nouerunt. & deinde greci: maxime pyctagoras & plato. Nam plato in theologia sua parum uidetur a Mercurio discrepare:quod uerisimile indicat. Plato enim per aliquot annos in egypto perstitit pro adiscenda egyptiorum theologia. Quippe quod uane erant alie de anima opiniones:ut cogitando:quod anima esset aer uel ignis & alia his similia. Iccirco loquimur de illis qui maiorem cognitionem habuerunt: quorum quidam dicebant omnes animas esse eiusdem nature: & alii uarias animarum species assignabant. Omnes tamen asserebant quod anime a celo uenirent:& in celum rediture essent. Sed quod anime male uiuentes semetipsas impediebant in ascensu ad celum: & quod in hoc mundo in cruciatibus manebant. Et qui rationalem animam a sensitiua & uegetatiua distinguebant: circa monumenta cruciari asserebant. qui uero omnes animas cogitabant ex una natura: dicebant animas ex uno corpore in aliud transire. Sed quod post purgationem ad celum: tanquam ad propriam originem reuerterentur. ¶Postquam autem ueteres considerabant:animas esse de natura uiuente per modos manendi earum:etiam et uitam & mortem attribuebant. Vita erat cui bene dirigebatur dies suus simul cum corpore:mors uero male uiuentibus attributa. Quocirca duas mortes assignabant: uidelicet mortem animalis:idest:separationem inter animam & corpus: & mortem anime ob flagitium eius. & ultra has duas aliam mortem aut imbecillitatem anime imaginabantur:iuxta improprias animarũ mãsiones. & hac de causa quidam in tres partes mundum diuiserunt: primam accipiendo ab istis inferioribus:que de quattuor elementis constant:ut de terra:aqua:aere:& igne. & quod hic anima:ut a principio suo elongata: tanquam mortua se habet. Nam quodammodo penitus oblita perfectionis sue nature. ¶Aliam partem mundi celum lune ueneris: mercurii: & solis: esse dixerunt. & ibi anime medium se habent:inter mortem & uitam:quia non totaliter oblite. ¶Superior pars est celum martis iouis saturni: & octauum celum quod aplane uocatur: & illic animas omnino uiuentes ac sapientes esse dixerũt. Alii tamen non assignauerunt tot diuisiones extra celum aplane:in quo omnes felicitates sine ambiguitate: & deinde totam inferiorem partem ambiguam: & instabilem uocant licet assignent generationes & corruptiones inter sola elementa & non in celis. Tandem animas uolunt super celum aplane redire:in quo earum extat origo:& quod ibi sine fine uiuant:& de ultimata morte anime nullus sapiens concedere uoluit.

❡Quo pacto intelligende ſint ſententie philoſophorum religioſorum:in diuiſionibus rerum ui-
uentium & inuiuentium. Cap.cxl.

❡Poſteaq̃ ſuccincte uidimus quaſdam antiquorum opiniones de anima tractantium:etiam proceden-
do noſtram interſeremus. & primo ſciendum eſt:quid de antiquorum ſententia ſentiatur. ❡Pleriq;
maiorum noſtrorum anxii ac diligentes ſummopere fuerunt:in percũctandis rerum principiis:& preci
pue quid homini bonum:& quid malum ſit:& qualiter homo ceteris animalibus preſtantior. & quia per
ſpicuum eſt talem perfectionem ab anima prouenire:merito ſuper cognitione anime maiores noſtri ni-
mium elaborauerunt. & inter alias nationes egyptii ſollertes erant in perſcrutandis ſcientiis: & ſicut de
curſu celorum & uariarum ſtellarum aliquas ueras cognitiones in diſcurſu temporis habuerunt:non ali
ter de cognitione anime ſentiendum erit. Quoniam ſpecularis ſuis actionibus:quid anima & quid cor-
pus ſit:quid uita & quid ſine uita manere:recte diuiſerunt totum mundum in duas partes. unam ſcilicet
per ſe uel intrinſecam ſuam naturam uiuentem:& aliam inuiuentem:& uiuentem nuncupamus animam
& inuiuentem corpus. Attamen ſicut inter corpora aliqua ineſt diſparitas:quedam enim generabilia &
corruptibilia ſunt:ut elementa:& alia ingenerabilia & incorruptibilia:ut celi: eodem modo de anima-
bus intelligendum eſt:quoniam uarias naturas ſortiuntur. ❡Anima intellectiua omnino ingenerabi
lis & incorruptibilis:& anima ſenſibilis & uegetabilis in quoquomodo ſunt generabiles aut congrega-
biles:& ideo que ſunt eiuſmodi congregationis:diſſolubilia intelliguntur. ❡Hic autem aliquę ratio-
nes adducende ſunt:cur ad tenendum hanc uiam moti ſimus:& dicimus:quod primum uidemus anima
lia de duabus naturis conſtare:hoc eſt de anima & corpore. Nam ſi eiuſdem nature eſſent:quum ſemel ui
uerent ſemper uiuerẽt. quia propriam uitam haberent:& non aliunde:ſiue accomodatam. Sed quum pri
us uideamus aliquas res ſine uita:& deinceps uiuere & alias uiuentes:& poſtremo uita carentes:patet du
as eſſe naturas in animalibus:unam uiuentem & alteram inuiuentem.

❡De exemplo ſeu uia ad probandum eſſe anime imortalitatem. Cap.cxli.

❡Aſſerimus quod notis corporum & animarum proprietatibus:ex ſua origine manifeſta intelligentia
elicitur:ueluti de ſpheris elementorum cognoſcere conſueuimus. Nam per motus elementorum ſeu ope
rationes:in nobis reſultat cognitio de unaquaq; ſphera ab aliis diſtincta:& ſic de loco aut origine cor-
poris & anime intelligimus. Corpus enim ſemper terreſtria petit:anima uero celeſtia in celum aſſurgere
intendens. ❡Preterea proculdubio uidemus terram:aquam:aerem:& ignem:nõ eſſe adeo dignos ut
ſunt anime animalium:& quia ſub animabus tam infima ſunt elementa:ut uidemus nullo quidem pacto
ipſa elementa poſſunt uiuentes animas producere:& ideo in celo uel ſupra celum inquirende ſunt ani-
marum origines. At quia uarios effectus ab animabus prouenire cognoſcimus:ſemper tenendum eſt:qđ
uarias habeant naturas. Quoniam effectus animarum rationalium uidentur ab incorporeo fundamen
to oriri:& ſenſualium opera a principio corporeo:quãuis perfecto inter corporeas naturas: ❡Vege-
tatiua uero omnino a corporea:ſiue a uirtute corporum emanat. ❡Et ſic animarum loca aſſignan-
do dicimus:quod intellectiua ſit ſupra celum:& ideo totaliter ingenerabilis & incorruptibilis:ſed tãtum
a deo creata. ❡Senſualis anima inter celeſtia corpora uidetur habere ſedem:ſiue ſit uirtus aliquorum
celorum ſiue ſubſtantia uiuens corporea & diuiſibilis ad animalium generationem. ❡Non tamen in
telligẽdum eſt:quod ibi audiat aut uideat:niſi quod ſolum indiſtinctam aut uiuacẽ uitã habeat. ❡Ve
getatiua uidetur quod poſſit in animalibus generari:per uirtutem elementorum ſimul cum influentiis
planetarum: uerumtamen ſedes eius in elementis conſiſtere uidetur:ut iam initio huius libri uiſum fuit.
Et iſte ordo non eſt ſine tangibili cauſa:ſi recte conſpicere uoluerimus. Vegetatiua enim ſemper uel ut
plurimum terreſtria aut res elemẽtorum petit:ſed ſenſitiua anima plerũq; appetit celeſtia:& in rebus ce
leſtibus delectatur:ſicuti uiſus qui petit claritatem ſolis:& cupit celorum ac ſtellarum diſpoſitiones uide
re:& auditus eſt cupidus audiendi plura de celis:& quod ſenſitiua anima ex ſuperiori parte ueniat: ſatis
comprobatur in motibus aut modis manendi animalium. dum enim uiuimus faciliter poſſumus directe
ſuper pedes manere:ambulare:ac ſurſum ſalire. & anima a corpore ſeparata in terram corpus declinat:
unde experientiam capimus: quod anima tanquam ad proprium principium ſemper ad celum tendat
& cum illa ui & naturali appetitu corpus ſubſtentat:& motum ei ꝑbet. Vnde fit ſenſitiuam animã de ce-
lo uenire: & ad celum eſſe redituram & quoniam ſenſitiua ex tam digno loco emanat: & ipſum appetit
multomagis anima rationalis in celo manſionem querit. ❡Ad deducendum ſenſitiuam animam in
iſta inferiora animalia:uidetur quod ſol magnum ſit inſtrumentum:non quod anima ſenſitiua ſit de ꝓ
pria ſolis natura. Tunc enim omnia corpora ſole calefacta ſenſitiuam animam haberent. Sed quia aliter
ſe habet dicẽdum eſt:quod radii ſolares a celo ſenſitiuam uirtutem accipiant:& in iſtas inferiores partes
deducãt:ponendo eam in animalibus que generantur.

¶Quod anima non sit pars elementorum. Cap.cxlii.

¶Manifesta uero experientia cognoscimus: intellectiuam & sensitiuam animam non constare ex istis quatuor elementis. Anima enim non est ignis: non calor non aer non frigiditas non aqua non humiditas non terra non siccitas non sanguis nec aliquis humor. quia uidemus animam esse substātiam: omnia ista gubernantem & dantem eis uitam: eo quod sentit intelligit explicat aut cognoscit. Vnde patet: quod sit substantia ab elementis distincta: atq; ipsis superior & dignior. & quia substātia magis perfecta: constat digniorem habere originem: in qua semper suam uiuacitatem obseruat: quemadmodum & quelibet res suas proprietates obseruant: ut de igne uidemus. quia simplex & in quacūq; compositione aliquod sui caloris uestigium retinet: & quando elementa que minus ualida sunt: semper aliquid retinent de suis intrinsecis proprietatibus: multo magis res natura uiuentes sue uite principium conseruant: & quod anima sit aliud ab his corporibus manifestatur: quoniam post anime separationem corpora animalium aliquantulo omnes elementorum proprietates retinent: & tandem non uiuunt neq; anima sensitiua est ab his inferioribus corporibus totaliter generata. nam si esset: erit sibi similis. Neq; anima intellectiua ab aliquo corpore generatur: eo quod ab omnibus corporibus est omnino dissimilis. ¶Attamen ita in temporibus nostris: ut & olim: insipientes seu rudes de rerum principio uaria insulsa loquuntur: quia secreta uel proprietates rerum ignorātes nesciunt: an bene uel male dicant: & semper obloqui uolunt. ¶Plerūq; dici solet anima hominis nil aliud est q̄ sanguis: ut probatur: quia quāuis aliquis homo sit paruo uulnere sauciatus: totus sanguis per ipsum uel per nares scaturit: ita quod accidit hominem illum illico mori: & multa alia huiuscemodi opponunt. Nos uero semper respondemus: qd sanguis uel alius humor sit corpus compositum: & aliunde uiuens: ut probatur: quia postquam sanguis a corpore exit: uidemus ipsum esse mortuum. quod si propriam uitam haberet: ut iam diximus: nullatenus moreretur: licet dum sanguis simul cum aliis humoribus a corpore egreditur: omnia membra corrumpūtur & debilitantur: & itidem uitales spiritus qui sedes anime erant: & dum inualidum est corpus anima separatur: quod diuersimode potest contingere. nam sepe nec sanguis: nec colera: nec flegma: nec melancolia a membris exit: & tamen homo perit: ex eo quod organa male se habent: & anime nolunt amplius illic manere. Sed ex hoc non est dicēdum: sanguinem: coleram: ignem: aut aerem: esse animas. Hec enim omnia sunt corporea: & per consequens: non uere intrinsecus uiuentia.

¶De animarum nostrarum principio: penes religiosorum sententiam. Cap.cxliii.

¶Quoniam uero superius mundum in duas naturas diuisum esse diximus: unam scilicet uiuentem: & alteram uita carentem: aliquid tandem de religiosorum sententia subnectam: eo quod quidam antiqui: ut iam exeruimus: asserebant animas ante unionem cum corporibus esse nobiliores ac sapientiores: q̄ post unionem. Religiosi autem aut uere legis sectatores aliter sentiunt. nec id immerito factum: si enim anime non uenirent sub intentione impetrandi aliquam dignitatem: nunquam ad informandum corpus descenderent: quia non tantum natura aberraret: ponendo animas taliter quod fiant indigne: uerumetiam frustra elaborasset: quando in corporum concomitantia nequirent digniores effici: q̄ prius erant: Nam quemadmodū corpus animalis dignius fit: q̄ hec terra aqua uel aliquod elementum simpliciter compositum: eodem modo anime: si bene degunt meliores q̄ prius erant euadunt: quāuis in corporibus manendo: quum uincte sint aut membris imerse nequeunt recte: nequidem absolute: suis naturis potiri. Decet enim corpora concomitari: & in tali concomitantia: ut corpus ascendit in cognitionem super origine sua: anima descendit. & ideo unum medium faciunt nec tam rude ut elementa: nec tam subtile ut anima siue eius natura. ¶Ista uero declinatio anime non est sibi causa pene: post separationem si bene uixerit in corpore permanens. nec ascensus corporis ad unionem anime dat sibi gloriam: postquam fuerit separatum: si in malum dies suos expleuit. ¶De assumptione anime ad celos nil dubitamus: quia sicut incorporea & incorruptibilis est: nullo corpore impediri potest. presertim quod ad proprium originem uadit: sicuti aer: ignis: & alia elementa ad suas origines.

¶Quod illud quod mouetur nulla condictione eternum esse potest. Cap.cxliiii.

¶Platonici uidētur quod uelint: īmortalitatem anime uia motus probare: Asserendo: quod quicquid p se mouetur est eternum: anima habet motum per se: igitur est eterna: aut saltem incorruptibilis. At uero uidendum erit: utrum anima hominis eterna esse queat: & uidetur quod non: quia eternum dicitur

ſine principio:medio:diſcurſiuo & fine: & quia ſine extremis quibus principiari & finiri poſſet:neceſſario erit immobile.qm̃ non habet locum a quo:neqꝫ locum ad quem:ſiue locum extra locum:& ideo eternum moueri nequit. ¶Preterea quia eternum ſine principio & fine ſignificat:neceſſe eſt: quod ſit ens per ſe.nam ſi ab alio erit utiqꝫ dependens & illa dependentia erit ſibi principium.iccirco quum unus ſolus independens ſit:ille ſolus eternus.& ſic manifeſtatur:animas non poſſe eſſe eternas: ex eo quod dependentes & mobiles.Et qui eternus eſt cuncta comprehendit:quapropter non habet locum in quo moueatur.Nam mouere partem poſt partem & alterationem ſignificat:quod non datur in ente eterno.At tamen aliter accipiendo:hoc eſt:quicquid per ſe mouetur eſt incorruptibile:poterit congrue dici: quia per ſe moueri probat eſſe rem indiuiſibilem:& quod partem extra partem nõ habet.& ideo dum aliqua pars mouetur totum mouetur:& id quod eſt indiuiſibile:non poteſt ab alio motum recipere.Quoniam caret partibus ſeu extenſione: in quibus alius motor manere poſſet: aut opus ſuum ponere. Quumqꝫ anima intellectualis indiuiſibilis ſit:oportet:quod per intrinſecam ſuam naturam ſit mobilis. Sed intrinſecum dicimus pro illo:quod non aduenit per accidentia: nec cauſatur a creaturis: niſi a deo tantum.

¶Quocirca Ariſtoteles & quamplures alii philoſophi dicunt:animam eſſe principium uel dominam ſuarum operationum.In quo quidem tenere oportet:quod per ſe moueatur:maxime quod nequit ab aliquo propinquo motore moueri:eo quod indiuiſſibilis:ut iam diximus: & ſic patet rationalem animam incorruptibilem ſeu indiſſolubilem eſſe.Quamobrem neceſſario uiuens uel immortalis: & quo ad hanc immortalitatem conſideratam dici poteſt eterna.quoniam ſine fine durationis:non tamen proprie eterna:eo quod principiata:& medium diſcurſiuum habet:& in uere eterno:neqꝫ eſt prius neqꝫ poſterius:niſi totum ſimul in inſtanti.

¶Quonam pacto rationales anime ſint eiuſdem generis cum intelligentiis. Cap.cxlv.

¶Contra immortalitatem animarum noſtrarum nonnulli arguere ſolent:taliter aſſerentes. Anime rationales non ſunt eiuſdem generis cum intelligentiis: & probatur.quia intelligentie per ſe intelligunt: & non anime:ſemper enim fantaſia uel imaginatiua ad intelligendum indigẽt. Vnde anime aliquo modo intelligunt: intelligentie autem in recto. quumqꝫ anime ad extra indigeant iuuamine ad intelligendum: dicendum erit: quod per ſe manere nequeunt: eo quod imperfectionem de ſe ſignificant: & ſi per ſe manere nequeunt: erunt per ſe corruptibiles. ¶At contra has obiectiones plurima naturalia ſunt in promptu: & primo dicimus: quod dato quod anime non intelligant per ſe: non propter hoc ſequitur: quod ſint corruptibiles. Nam celum quãuis ſit materiale & per ſe non intelligat: licet concedamus ſibi intellectiuam animam ineſſe:ut platonici dixerunt:eſt tamen incorruptibile:pariter & anima intellectiua:conceſſo:quod per ſe non intelligat non ex hoc cõceditur quod corruptibilis. ¶Ad alteram & principaliorem partem:quod anime noſtre non ſint eiuſdem generis cum intelligentiis:eo quod intelligere per ſe & non intelligere per ſe uaria denotant genera:hoc in loco negatur:ſcilicet:quod anima noſtra aliqualiter per ſe non intelligat:& probatur corpus hominis per ſe non habet principium:medium: neqꝫ finem intelligendi per ſe:& homo intelligit: ergo aliunde habet intelligendi principium:q̃ per corpus:& illud principium:quum ſit cauſa:quod aliud intelligat de neceſſitate ſemper cauſa eſt ꝓponẽda:tanquam origo:nõ autem cauſatũ. Anima eſt origo ĩtellectiõis hoĩs:& ꝓbat̃:qa nõ corpus:& nos ſolum de aĩa & corpore cõſtamus: Itaqꝫ tãquã cã aĩa habet pĩcipium ĩtelligẽdi per ſe:& aſſumpto tali principio neceſſario:ſufficit ad probãdum: quod anima noſtra intellectiua per ſe ĩtelligat & ſi non totaliter:tñ corpori coniuncta: de hoc utiqꝫ nulla nobis eſt impugnatio.Nam de intelligendo per ſe:& non intelligendo per ſe queſtio tantum uerſatur:& nõ de perfecto & imperfecto: aut de magis & minus intelligere:& probatur:quod hoc non ſignificet alterum & alterum genus.Nam ſecundum irreligioſos ponentes quadraginta & tot intelligentias ad mouendos celos deputaras:prima intelligentia perfectius atqꝫ magis intelligit quã ſecunda:& ſecunda perfectius & magis quam tertia:& ſic uſqꝫ in ultimam diſcurrendo.& quod noſtre rationales anime ſint in ſpecie:poſt quinquageſimam ſeptimam intelligentiam aliqualiter minus perfecte:quam ipſa intelligentia ultima:non propter hoc ſequitur: quod anime in altero genere contineantur.Si enim ſub intelligentiarum genere anime intellectiue non caderent nullatenus intelligerent:nequidem intellectiue nuncupande eſſent. ¶Penes religioſorum opinionem qui ponunt nouem choros angelorum: & quod primus ſecundo perfectius intelligit: & ſecundus itidem tertio preſtantius:atqꝫ in ordine uſqꝫ ad ultimum deſcendendo:anime noſtre in decimo ordine ſiue choro inferiori ſunt ponende:& tamen in eodem genere cum omnibus angelis. ¶Vlterius ad alias demõſtrationes ab omnibus conceſſas deueniri oportet.Anima uero ſenſitiua & uegetatiua ſunt ſub uno & eodem genere:& tamen ſenſitiua ſentit.& uegetatiua non ſentit.recte tamen accipiendo.Nihilominus uegetatiua ſentit:aut cognoſcit in modo ſuo ꝓſpeꝝ & aduerſum.utpote frigidũ.calidũ.hũidũ.& ſiccũ plan

rationes:& scissuras:sed quia talis cognitio herbarum siue arborum respectiue ad sensualia animalia:est omnimoda parua:dicimus:plantas nõ sentire:licet non negemus:quod sensitiua & uegetatiua sub uno solo genere maneant. ¶Et similiter ac perfectius rationalis aïa est eiusdem generis cum intelligentiis: Quoniam multo magis nos cum angelis in intelligendo conuenimus:q̃ plane cum sensualibus in sentiendo:ut experientia constat. Quoniam omnia aut fere omnia que de angelis habemus:nos quoq; homines agimus:utpote deum adorare:plura mouere:& ratione administrare. Plante uero nunquam similia operibus animarum sensualium facient. Vnde concedendum est:quod maior differentia intelligendi inter angelos & animas consistit:ex eo quod anime sunt materiebus corruptibilibus coniuncte:& angeli uero nõ. Nã cocesso quod angeli sint ad mouendos celos positi:materia celorum dignior est elementorum materia : & sic angeli non possunt adeo impedire : uti anime in coniunctione cum corporibus. ¶Presertim quod angeli non se habent tanquam propria forma celorum:nisi quod duntaxat ad mouendum assistunt:ex eo quod materia illa in primo de se est incorruptibilis:& secundario:quod non indiget uariis operationibus:nisi tantum simplici motu : & corpus hominis de se est etiam componibile & corruptibile:& uarias expetit operationes. Vnde oportet quod ibi rationalis anima:tãquam forma maneat:ad administrandum intrinsece & extrinsece ipsum corpus.& iccirco qa rationales anime potius reuolute sunt in materia:q̃ angeli minorem habent intelligendi libertatem:quousq; a corporibus dissoluant. ¶Preterea homo:equus:leo:& alia similia animalia in genere conueniunt:& tamen homo intelligit & non alia animalia. Iccirco per uarias uias probatur:rationalem animam eiusdem generis cum intelligentiis esse.

¶Quonam pacto anima sensitiua se habet in animalibus tanquam alterum principium existens non autem sicut passiones materie siue membrorum organicorum:& de recollectione atq; solutione diuersorum. Cap.cxlvi.

¶Dum de immortalitate anime agimus:& penes auctoritates antiquorum negociamur aduertendum est:quod non solum aspiciendum sit. Iste auctor dicit animam esse immortalem : & ille uocauit ipsam mortalem.quoniam nonnulli considerabant de rationali anima sola:& alter tantum de sensitiua : quidam intellectiuam & sensitiuam:tanquam de uariis naturis constantes posuerunt : alteri uero de una & eadem natura omnes animas esse asserebant. ¶Qui posuerunt unãquãq; animam per uarias species corporum animando hoc & illud transire:affirmant omnes animas eiusdem nature atq; immortales eẽ: nam aliter de corpore ad corpus transire nequirent. ¶Plato siquidem animam uniuersalem mundi posuit:& tamen inter ipsam animam mundi & mẽtem diuinam:alias posuit mentes:idest:rationales animas:& tamen plures cogitauerunt de mente platonis eas particulares animas ab ipsa anima mũdi oriri. ¶Aristoteles uero sensitiuam & intellectiuam ponit:& quia intellectum dicit esse ingenerabilem & incorruptibilem : & animam uidelicet sensitiuam corruptibilem:patet : quod de duabus naturis intelligit esse. & quia dum animam denominat causa maioris uniuersalitatis per sensitiuam assumere uidet̃ : eo quod homines & alia animalia ipsam habent.intellectum uero solus homo. ¶Verumtamen de mente Aristotelis atq; multorum aliorum philosophorum:sensitiua anima corruptibilis simul cum corporibus:& etiam facilius:eo quod tanquam affectiones seu passiones corporum denominant ipsam:qđ secũdum ueritatem stare neq̃t.& ab hoc ortum sit:quod nullus istorum antiquorum:nec quidem sequentium eos immortalitatem anime probare potuit. ¶Aristoteles enim inquit:animam non posse diffiniri nisi simul cum materia:inferendo animam tanquam affectiones materie se habere:ut in exemplo uideri potest.quoniam ipsam animam cum materia tanquam iram cum sanguine dicit se habere:eo quod per incensionem & occurrentiam sanguinis ad cor ira fit:& per compaginationem lignorum & lapidum domus congregatur:sub quibus exemplis aut similibus:anima sensitiua in separatione membrorum penitus dissoluitur:ueluti ira agit dum sanguis aquietatur:& per arterias ubi prius erat reuertitur:aut dissoluitur domus dum lapides & ligna segregantur quoq; deficit. ¶Et hic facile comprehendi potest:qđ Aristoteles assumpserit:dum animam diffiniebat:dicendo. Anima est actus corporis physici organici uitam habentis in potentia. ¶Que diffinitio nil in similitudine differt:a diffinitione ire:secundũ quod ipse aristoteles assumit.unde de intentione ipsius recte diceremus:ira est actus seu operatio sanguinis accensi occurrentis ad cor. ¶Domus est actus lignorum & lapidum congregatorum:ad defensionem caloris:frigiditatis:& humiditatis animalium. ¶Feruor est actus siue operatio aque calidissime:habẽtis ebulitionem in potentia. ¶Nam aqua composita & simul cum igne semper est in aptitudine calefactionis:in qua aptitudine feruorem generare potest. ¶Sed quo ad ueritatem de anima sensitiua: longe aliud sentiendum. Nam anima sensitiua tanquam unum principium in animalibus se habet : & alterũ uero corp9 est:& tũc duo pricipia posita motus sensationis ibi cãnt:ueluti sanguis & cor sunt pricipia generãdi irã:sine qb9 duob9 principiis ipsa gñari nequit. ¶Et ad feruorẽ oportet qđ tanq̃ fundamẽta aq & ignis simul occurrãt:& tũc feruorẽ gñrant:sub quo exẽplo oportet si sentire debem9: qđ ibi sit aïa tanq̃ unũ pricipiũ agens:& corpus alterũ i quo sensationes fiant:nã necesse est alterũ principiũ operato-

rem dare:& alterum in quo operationes fiant ueluti in materia.nam operationes saltem in creaturis ab operibus semper distinguũtur:ueluti ignis & aqua a feruore:& simili modo fundamenta propinqua ad generandum sensationes se habent.anima sensitiua est tanquam unum principium in ipso animali existens. Vnde oportet iuxta exemplum de ira positum: quod in separatione animalium sensationes corrumpantur: ueluti ira & feruor faciunt: principia uero non. Quoniam sanguis & cor non dirumpuntur in diruptione ire: nec quidem aqua & ignis per solutionem feruoris. Nam oportet quod fundamenta semper maneant: ut habeant operationes in potentia: que ab ipsis principiis fieri possunt. Vnde si anima sensitiua omnino dissolueretur:impossibile esset remanere aliquam aptitudinem ad animas sensitiuas iterum generandas.quoniam si ignis & aqua omnino dissoluerentur:nunquam amplius esset feruor:nisi per potestatem dei absolutam fieret:& quod in animalibus duo principia diuersa sunt omnibus hominibus recte aspicientibus patet.quoniam si per solum corpus uitam generare posset:dum semel uiuunt semper uiuerent:sed quia iam uiua & iam mortua ipsa uidemus:cōcedēdum est:de duabus naturis diuersis constare omnia que animalia sunt.nam eo modo quo calefactio per solam aquā eueni re non potest:nec quidem ira per solum sanguinem:nisi ira per iuuamen cordis atq; unionem cum sanguine:& bulitio per ignem simul cum aqua:pariter sensatio ab anima ibi existente simul cum materia.

¶ Altero modo poterat melius Aristoteles exponere de anima:iuxta principium istius opinionis.nā cū dicit animam non posse diffiniri sine materia:aliter quam ipse assumit assumendam erat:scilicet: anima habet hoc nomen relatiuum ad animandum.& nullum relatiuum potest proprie diffiniri sine correlatiuo ad quod aspicit:ueluti causa dicit ad suum causatum:sub quo ordine anima simul cum corpore diffinienda:ueluti dicendo.Anima est informatrix seu uitam dans corpori physico organico.sed dum ipsam per se diffiniremus aliter diceremus:ueluti ponendo:anima sensitiua est substantia inter omnes corporeas perfecta.Anima intellectiua est substantia incorporea indiuisibilis:& tamen apta nata ad informādum aliqua corpora. ¶ Rursus ad sensitiuam animam reuertendo:uidendum est:an substantia uel accidens sit:si tanquam affectio materie se habet: non uidetur substantiam esse posse sed potius accidens dato quod potentialiter ab intrinseco in ipsa materia sit.sed quia dissoluitur in separatione animalium & materia nunquam dissoluitur in eo quod materia:possumus inferre ipsam animam tanquam accidēs se habere.si ita diffinienda sit simul cum materia:ueluti ira cum sanguine accenso ad cor occurrente.& hoc modo sensitiua forma materialis nuncupari potest:idest ab ipsa materia orta.Et quod anima sensitiua accidens non sit:per ea que dicta sunt satis probari potest. quoniam tanquam alterum principium existens simul cum materia:oportet ad producendas illas sensationes occurrere.nam sensatio operatio est:unde ab aliquo principio substantiali ortum habet.effectus ipsius sensationis uero ab ipsa sensatione ortum habet:saltem potius imediate:quam ab aliquo alio:ueluti dolor in corde quandoq; causatur ab ira: sed ipsa ira per sanguinem simul cum corde tanquam a duobus principiis existentibus generatur.

¶ Nonnulli alii philosophi ueluti Auicena aliud adducunt exemplum:ad probandum unāquāq; animā substantiam esse:ueluti dicendo:sicut accidens recipit magis & minus:substantia recipit contraria.nam accidens ut album:manendo album:non potest assumere aliud contrarium.sed substantia semper remanens substantia uaria contraria assumere potest:ut paries:album:nigrum:humidum:& siccum:& tamen semp paries remanet:sensitiua anima uero concipit frigidum:calidum:humidum:& siccum:& tamen remanet eadem anima intellectiua.anima remanēdo semper anima:uult & non uult:que proprietates approbant omnes animas esse de genere substantie. ¶ Amplius quicquid de aliquibus precedentibus cōpositum est:oportet essentialiter de eadem natura cum principiis de quibus constat esse. Vnde fit:quod per compositum ingredientia in ipsa compositione cognoscuntur:& pari modo precognita principia quale compositum ab eis essentialiter erit cognoscitur.& sic ab aristotele habetur triplicem esse substantiam:scilicet:formam:materiam:& compositum.Et quia hoc animal est subāstria:& illud est substantia.& essentialiter constant de anima & de corpore tanquam de duobus principiis:Palam constat:animam eē substantiam & corpus substantiam. ¶ In intensione & remissione siquidem substantia & accidens conueniunt.nam hoc est magis intensum album frigidum uel calidum: & illud magis remissum: & similiter substantie quando magis extense & minus extense sunt.Et etiam in uolendo & nolendo:atq; in sentiendo intensiones & remissiones in operationibus animarū seu aliarum substantiarū.cognoscimus. ¶ De dictis Aristotelis siquidem ambiguum uidetur an anima in cōmuni assumendo substantia uel accidens sit principium per se:aut idē cū corpore:tāquam affectio ipsius:& hoc apparet dum dicit:si anima habet operationem propriam contingit ei separari:separationem non habet propriam ei separari non contingit.Vnde fit quod si non separatur:tanquam affectio seu uirtus existens in corpore se habet:si separatur ueluti alterum principium cum ipso corpore dicit:atq; per se substantiam alterius nature a corpore. Nam quicquid ab alio separatur naturam differentem ab illo altero habet. sub quo ordine ualet argumentum Aristotelis dicens:si aīa habet opus proprium:contingit ei separari:& si non habet opus ꝓpriū nō cōtingit ei separari. ¶ Nā qcqd opationē habet ꝓpriā:q̄uis cū alio cōiunctus sit:naturā distinctā ab illo altero habet:& qcqd naturā distinctā ab altero cōtingit ei separari ab ipso aīa ē huiusmodi:cum corpore igitur contingit ei separari. ¶ Nullum habens eandem naturam cum altero habet operatio-

nem propriam:& nullum non habens operationem propriam contingit ei ſeparari: anima non habet
operationem propriam ſine corpore:ſequitur ab ipſo nõ ſeparari. ¶Primo de anima ait ariſtoteles.
Anima eſt tanquã principiũ animalium.& materia non poteſt denominari anima:unde iuxta hanc au
ctoritatem dicendum eſt:animam alterum principium cum ipſa materia eſſe.& ab ea diſtinctum. ¶Pre
terea in eodem libro egrediente anima ex corpore corpus marceſcit & expirat.Nunc ſic:quicqd ab alio
exit ab ipſo ſeparatur:anima egreditur a corpore.igitur habet operationem propriam:quia contingit
ab ipſo ſeparari. ¶Verumtamen aſſumendo de anima:ubiq; ambiguitates per Ariſtotelem quamplu
res inueniuntur. ¶Secundo de anima inquit:intellectus non eſt corpus neq; uirtus in corpore exiſtẽs
quam prerogatiuam de ſolo intellectu uidetur inferre eſſe.& ſi ſolus intellectus non eſt corpus neq; uir-
tus in ipſo corpore exiſtens:uidelicet:uirtus intrinſeca ſeu propria ipſius corporis:alie potentie ſeu aĩa
ſenſitiua & uegetatiua ſunt corpus aut uirtus intrinſeca in corpore.quoniam exiſtens a natura ſemp ibi
permanens ab intrinſeco dicit:& de ſimilibus potentiis in corporibus exiſtentibus dicit formas materia-
les eſſe:ideſt:uirtutes in corporibus:tum in actu:& tum ĩ potentia. ¶Verũtamen ſi anima ſenſitiua:ue
getatiua:& motiua ſunt uirtutes exiſtentes in materia:petendũ eſt dum in potentia ſunt:per quã formã
deducuntur ad actũ.nam ſi ab intrinſeco materiales ſunt:aut quomodocũq; aſſumantur:quandoq; ĩ pu
ra potentia ſunt:unde oportet aliquam ibi occurrere formã ad deducendũ ipſas uirtutes ad actum:que
forme ad extra ueniẽtes:oportet quod anima intellectiua:ſenſitiua:uegetatiua aut ſimiles ſint. Cũ nulle
alie forme digniores in animalibus reperiantur:nec quidẽ equales. ¶Vnde non tantum intellectus ẽ
uirtus diſtincta a uirtutibus corporũ.ſed etiã ſenſitiua anima:conceſſo:quod minus digna ſenſitiua quã
intellectiua ſit. ¶Alibi Ariſtoteles ait:intellectus ſeparatur ab aliis potentiis anime: ſicut perpetuũ a
corruptibili. ¶In quibus uerbis tenere uidetur:ſolum intellectum incorruptibilem eſſe.& tamẽ primo
de anima dicit:quod ipſa anima exit a corpore.& ſi exit ab ipõ corpore:ſeparata uiuere poteſt. ¶Ter
tio de anima inquit:intellectus agens eſt ĩmortalis & ꝑpetuus:& nõ reminiſcit̃ poſt ſeparationẽ. ¶Et
poſtmodũ in eodẽ libro:intellectus agẽs & poſſibilis nõ eſt generabilis neq; corruptibilis. ¶In qbus
duabus propoſitionibus idẽ dicere uidet̃.nã ponẽdo intellectũ agẽtẽ eſſe ĩmortalẽ & ꝑpetuũ.& qđ non
reminiſcitur poſt ſeparationẽ:hoc neceſſe de intellectu particulari atq; quãdoq; agẽte.& quãdoq; poſſi-
bili ſeu tũ in actu operãdi.& tũ in aptitudine ad operãdũ aſſumẽdũ eſt. ¶Et ꝓbat̃ ita dicẽdo:ſi intel
lectus eſt unicus in oĩbus hominibus:nũquã ſeparat̃:nec qdem obliuiſci põt:eo quod in corruptibilis &
ſemp cõiunctus.unde ſeqtur quod de particulari iſtius:& de particulari illius aſſumit:non aũt de aliquo
uniuerſali: ¶Et cũ dicat nõ recordat̃ poſt ſeparationẽ:hoc nõ recordari manere ĩ poſſibilitate recor
dationis dicit:recordatur dum manet cõiunctus corpori:ſeqtur in eo tunc:agẽtẽ eſſe.qm̃ de nõ recordã
te ad recordãtẽ deductus:Vnde probat̃:intellectũ agẽtẽ & poſſibilẽ idẽ eſſe.ſed dum cõiunctus & recor
dat̃ agens denominat̃:& cũ ſeparatus & nõ recordatur:poſſibilis. ¶Nunc ſic:intellectus poſſibilis per
Auerroim & oẽs alios philoſophos negantes intellectũ noſtrũ eſſe ĩmortalẽ:intellectus poſſibilis eſt itel
lectus noſter particularis.& eſt idem cum intellectu agente:intellectus agens eſt ingenerabilis atq; ĩcor
ruptibilis:igit̃ & poſſibilis ſimiliter. ¶Vnde de mẽte ariſtotelis aĩa noſtra eſt particularis:ĩgenerabilis:
atq; ĩcorruptibilis:ueluti plato de animabus ueniẽtibus de celo aplane & ad ipſum rediẽtibus aſſumebat
in qua ſententia nil plato & ariſtoteles differunt:licet quod uaria uerba alter ab altero enarret. ¶Sed
ambo ĩ rationali aĩa ſiue ĩtellectu aliquã cõſiderabãt accidẽtalem ĩductionem:& etiam expoliationem.
¶Plato ſiquidem inſerebat:animam inductionem aſſumere a celis tranſiendo per ipſos: dum de celo a
plane ad ĩfuſionẽ corporis ueniebat.& in reuerſione ad ipſum celũ etiã ab iiſdẽ celis expoliabat̃:ubi ĩdu
cta erat. ¶Ariſtoteles uero tenere uidet̃:qđ ĩtellectiua aĩa ſiue ĩtellectus nõ ĩtelligit ſine fantaſmatibus
ĩmaginatiua cogitatiua & ſimilibus potẽtiis ſenſualib9.Vnde fit:qđ dũ ĩtellectus ĩ humano corpore ĩfun
dit̃:eo qđ fantaſia & alie ſenſuales potentie in eo tunc inualide ſunt aut ſaltem non deducte ad ſeruien-
dũ ĩtellectui:ut debet̃:ipſe hõ nõ ĩtelligit:& qa hõ de partib9 corporeis & ĩcorporeis cõſtat:nõ ſufficit:qđ
ſolus ĩtellectus intelligat:ſed totus homo ſeu hec & illa pars.Et quia intellectus coniunctus humano cor
pori non intelligit ſine fantaſia:quidam argumentum aſſumunt:quod neq; poſt ſeparationem recordã
tur nec quidem intelligunt. ¶Et tamen hoc & illud contra naturam aſſumptum.nam quãuis intelle-
ctus a fantaſia:a cogitatiua:ſeu ab omnibus corporeis potentiis ſeparetur: non ex hoc natura intelle-
ctus corrumpitur:poſito: quod potentie corporee corrumpantur.nam eõ modo quo corpora proprie
tates ſuas intrinſecas obſeruãt.& ſimiliter intellectus agit.& corpus terreſtre.qa de natura graue nõ põ
derat min9 ſine aĩa:quã cũ aĩa:ſed imo magis.& pariter calidũ:frigidũ:& hũidũ:quãto ſimpliciora: tãto
principalius ꝓprietates ſuas ĩtrinſecas obſeruãt. ¶Amplius ueluti ĩ aĩalib9 materie aut ꝑtes corporee
ſemp de hoc & de illo cibari uolunt in deſtructione aliarũ materiarũ: ſimiliter alie materie poſt ſeparatio
nem anime faciunt:ut in aliis libris probabitur. ¶Et ita:ut in corporibus exemplamur:poſt ſeparatio
nem ab anima etiam de anima ſiue intellectu capiendum eſt.quoniam ubicũq; manet: proprietates ſuas
obſeruat multo perfectiori modo:quam cõiuncta corpori: Eo quod rationalis anima oĩno ĩgenerabilis
& incorruptibilis:& ubi nulla datur corruptio nec qdem obliuio: cum obliuio corruptio uel defectio ſit:
unde oportet quod intellectus obſeruet ea que ſimul cum corpore ſciebat:& adhuc perfectius: quocirca

non sicut in corpore:sed per alteram uiam intelligit multo digniorem:nam si aliquid de ipso intellectu corrumperetur:etiam totus ueluti & pars:non corrumpitur totus:igitur nil de ipso.& intelligere proprietates essentiales ipsius intellectus est:non autem hominis.quoniam homo intelligit per intellectum: non intellectus per hominem.nam ueluti grauitas & alia similia sunt intrinseca corporis:priusquam hominis intellectio est intrinseca intellectus:& quicquid intrinsecum nunquam ab ipso in quo est separatur:unde fit quod anima rationalis ubicunq manet.presertim separata intelligit:& de hoc & de illo recordari potest:non eo modo quo coniuncta corpori:sed perfectius. ¶Amplius in hoc loco merito de potentiis animarum & de ipsis animabus uidendum est:an conuertantur uel diuerse sint:Cum Aristoteles semper enarret de potentiis tanquam de diuisis ab anima:& sic secundo de anima ait:quattuor sunt potentie anime principales:scilicet:Vegetatiua:sensitiua:intellectiua:& motiua. ¶Nos uero ut prolixitates euitentur sub paucis petimus:si uegetatiua sensitiua : intellectiua . & motiua . sunt potentie anime & una sine alia stare potest . ut uegetatiua sine aliqua alia : qualis est hec anima cuius uegetatiua:sensitiua:Intellectiua & motiua:sunt potentie:non intellectus.quoniam ipsum etiam potentiam denominat:ueluti dicendo:quod separatur ab aliis potentiis:sicut perpetuum a corruptibili:& aliqua uniuersalis anima nusq est inuenta in hominibus:in qua alie anime tanquam potentie fundentur:unde asserendum est:quod sicut membra animalis cum ipso corpore animalis conuertuntur:& pariter potentie anime cum ipsa anima. ¶Et animaduertendum est:quod hic de animali isto & illo particulari loquimur: nō autem de uniuersali abstracto:& cum corpora animalium hec corpora sunt:pariter de his particularibus membris constāt : & unumquodq mēbrum per seipsum corpus:& tamen plura membra secūdum uaria officia tanquam partes integrales:sunt unum solum corpus unius solius animalis. ¶Et ueluti membra cum corpore:ita potentie animarum cum ipsis animabus:ut intellectus:memoria : & uoluntas cum anima intellectiua uisus:auditus:imaginatiua : & fantasia:cum sensitiua:nutritiua:augmentatiua: diminutiua:generatiua:& corruptiua cum anima uegetatiua. ¶Vnde nullatenus potest assumi anima uniuersalis:cum de necessitate sit ista uel illa particularis:ad particularitem corporum seu membrorum. & sic dum aristoteles loquitur de uniuersali anima:de ista & de illa particularibus omnibus simul assumptis:intelligit aut de ratione intelligere deberet. ¶Attamen cum intellectiuam:sensitiuam:uegetatiuam.& motiuam denominat potentias anime:uidetur intelligere animam uniuersalem in omnibus corporibus ad instar prime materie.nam eo modo quo uidetur primam materiam posuisse uniuersalem:ingenerabilem:& incorruptibilem:tanquam fundamentum:in quo omnes generationes & corruptiones fiunt:forsitan eo modo imaginatus est:quandam animam uniuersalem dandam esse:tanquam animam mundi.In qua omnes particulares anime fundarentur siue ei adhererēt. ¶Sed talis uniuersalis res forma:non autem anima denominari deberet:cum anima ultimata perfectio in animalibus sit:& illa forma uniuersalis non sit ultimata perfectio in animalibus:nec quidem ad instar prime materie uniuersalis anima est ponenda:nisi forma uniuersalis tantum. ¶Sed ut clarius hic uideamus an similia uniuersalia i animalibus atq in natura dentur:sub paucis aliqua dicemus:licet quod hec materia ꝓpria libri sequētis sit:ubi diffusius atq clarius eā ponemus. ¶Tandē semper unū aduertendū est:quod ubicūq aliquod nomē seu res cū altero nomine uel re simpliciter cōuertitur:ipossibile est.quod distincte ab illa re detur. ¶Ad exemplū:materia siquidē conuertitur cū hac:cū illa:& cū alia particulariter assumptis est ipossibile aliquā materiā uniuersalem dari:quin cum ista & cum illa simpliciter conuertatur.quoniam uniuersalis & particularis nusquam simpliciter simul conuerti possunt:Materia conuertitur simpliciter cum hac materia particulari:igit̄ non datur uniuersalis materia:nisi hec:illa:alia:& alia:& similes tantū. ¶Animal simpliciter conuertitur cum hoc & illo:sequitur nullum esse animal uniuersale:nisi homo:equus : & similia.Homo simplicitur conuertitur cum hoc & illo:ergo non datur homo in uniuersali:quin cum isto & illo conuertatur. ¶Sed homo quia non conuertitur cum equo:sine equo dari potest. ¶Deus nō conuertitur cum aliqua alia re:& sic datur sine aliis rebus. ¶Celum non conuertitur cum elementis: nec quidem cum animalibus : & sic sine his datur . Elementa remanendo elementa non conuertuntur cū aīalibus:& sic sine aīalibus dari possunt. ¶Nūc uero ad uniuersalē aīam reuertēdū ē:sub eo exēplo: qđ de prima materia & aliis uniuersalib9 posuimus:dicēdo:aīa cōuertit̄ cū ista:illa:& alia ꝑticularib9:igit̄ nō dat̄ uniuersalis anima:nisi ista:& illa particularis tantū. ¶Quocirca dū intellectiua:sensitiua:& uegetatiua potentie denominant̄:sub consideratione unius societatis intelligendum est:ac si simul una res essent:eo quod ad administrādum uni soli homini omnes simul posite:ueluti pes & manus ad administrādū corpori hominis: quod quamuis pes sit corpus & manus corpus sed nō totaliter manus aut pes totū corpus hominis in ea unione mēbra denominant̄:tāquam instrumenta uel potentie & eo modo omnes aīe simul in uno corpore causa unionis possunt denominari potentie:& omnes simul assumpte aīa:ueluti omnia mēbra unita corpus. ¶Nam cum dicat egrediente anima a corpore corpus marcescit & expirat: non potest intelligi de aliqua uniuersali anima in ipsa materia semper ab intrinseco insita nisi de particulari anima tantum . Et non solum de homine : sed etiam de sensualibus animalibus : ita quod iuxta hanc auctoritatem : etiam anima sensitiua a corpore separatur. ¶Et per hanc uiam opinio Aristotelis facile saluari potest : qualiter tum animam tanquam uniuersalem : & tum potentias di-

cat. sed opinio aliquorum modernorum: ut beati Thome: & Scoti: difficilius saciatur: cum inferant sensitiuam sine uegetatiua: & intellectiuam sine sensitiua & uegetatiua dari posse: quod saltem contra mentem Aristotelis est: & ponere quod intellectiua sola in hominibus sit: Et tandem gubernans per omnes alias animas est affirmare: quod intellectiua sine sensitiua & uegetatiua manet. ¶ Vlterius si nutritiua diminutiua uisus: auditus: sensus cōmunis: fantasia: similes sensus siue potentie: sunt potentie animarū sensitiue. scilicet: & uegetatiue: quomodo possunt fundari in intellectiua anima? nam posito: quod oēs hec anime corporee sint: potentia unius se haberet in altera: ueluti membra equi in homine: aut ramus arboris in hominibus uel in equis: quod stare non potest cum totum corpus hominis de membris tanquam de partibus integralibus simpliciter. cōstat arbor de ramis trunco & radicibus: & equus & leo etiam de ꝓpriis membris suis. unde si corpus hominis constaret de membris leonis: leo esset: non autem homo: & si haberet omnia membra leonis & hominis simul: corpus hominis & leonis esset: quod a natura non dat. ¶ Et eo modo si in anima rationali potentie: uegetatiua: & sensitiua fundantur: intellectiua anima tanquam monstrum est denominãda: ueluti esset corpus nostrum: dum de membris arboris hominis & equi constaret: & adhuc peius: anime se haberent: cum intellectiua sit incorporea & alie corporee: inter corpus enim arborum equorum & hominum non est tanta disparitas: cum unumquodq; istorum corpus sit: Et quod anime sensitiue sit sentire: apud omnes & de uirtute uocabuli patet: & sensus a sentiendo denominant. Crescere: diminui: generari: & corrumpi: ꝓprietates uegetatiue sunt: ꝓprie assumendo. & hoc uidetur Aristoteles intellexisse: dū dicit: si senex haberet oculum iuuenis tãquã iuuenis uideret. ¶ Intelligas quod oculus seu instrumentū per quod uisus uidet deficit: aut minuit: non enim ipsa uirtus uisiua: & uisiua uirtus seu uisus anime sensitiue est. unde de mente Aristotelis dicēdum est: quod anima sensitiua non deficit: sed materia simul cum uegetatiua deficit. ¶ Deniq; dicta Aristotelis in difficillimis locis propositiones nō autem ꝓbationes sunt: & sic eas tenere uel dimittere possumus. ¶ Nam phylosopho attinet ea que dicit rationibus ꝓbare: presertim ubi difficultas maxima reperitur: ut cōmunes gentes intelligant. nam declarare ea que in cōmuni intelliguntur parua utilitas est: licet quod in modo ꝓposit. onsi scribere sepenumero industria auctorū sit: eo quod ipsos comprimere non possunt: dato quod aliquãdo insufficienter dicant. ¶ Sub probatione uero scribere: oportet tãtum uni parti adherere: quod palam ea que dicere uolunt: ab aliis intelligantur.

¶ Quonam pacto probetur animam opus ꝓpriū habere: & a corpore separari posse: quamuis de sensuali dicamus: dimissis auctoritatibus ratione procedendo. Cap. cxlvi.

¶ Quia super uerba Aristotelis dicentia: si anima habet opus proprium: contingit ei separari: si opus ꝓprium non habet: separari non contingit. multa ab uariis expositoribus scripta reperiuntur: tum ut plurimum omnes in hoc loco logicaliter ꝓcedunt: quod nil ad propositum sentiendū sit: imo potius uidendum est per alios discursus: ubi Aristoteles uarias tangebat facultates & similibus omnibus congregatis iudicium agere possumus: quid magis de mente Aristotelis tenendum sit: an aĩa proprium opus habeat preter administrationē corporis uel ne: unde agendo de naturali philosophia uel physica omnino est dicendum de sententia Aristotelis: aĩam nullum habere opus preter administrationem corporis: aut simul cum corpore ipso: eo ꝙ Aristoteles omnia entia de physica agendo diuidebat in res mobiles & mouētes: unde nullam rem imaginabatur: quin mobilis uel motor sit: asserendo si aliquod ens esset: quod non moueret aliud aut ab alio moueretur: esset ociosum in natura. ¶ Et hanc opinionē ꝓsequēdo: nō assignabat in re materiam sine forma: nec formam absq; materia: nisi in imaginatione tm̄: taliter ꝙ oēs intelligentias atq; deum superiorem asserebat esse deputatas ad mouēdum celos ut ociositatem effugerent ac si aliter nullum potuissent habere opus proprium: in quo dignius quam in mouēdo celos se exercere potuissent. tum ꝙ hec opinio insufficienter cogitata & posita sit iam in secundo libro huius uoluminis satis probatum fuit. ¶ Et quia plures de modernis nostris quamuis quidam eorum religiosi sint: hanc opinionem tanquam ueram assequūtur in philosophia: nullatenus similes auctores instantes in hac opinione ad probandum: ꝙ anima ꝓprium opus extra corpus habeat: ualent: quoniã nil aliud si uolumus dicere: penitus imaginant in uera philosophia reperire: nisi ea que ab Aristotele tradita sunt: & ꝙ ad ueritatē Aristoteles nullã fecit philosophiã: licet de ipsa narrauisset quanto melius potuit: sed homo erat: non autē deus: ut ipsemet in pluribus confitebatur. unde fit ꝙ quandoq; melius: & quãdoq; deterius imaginari & scribere potuit. ¶ Et sic non solū dū de naturali philosophia seu physica agebat aspiciendus est: imo in aliis pluribus locis atq; fortasis principalius. quoniã ut de cōi determinatiōe habetur: primū opus qd Aristoteles scripsit aut saltē de primis fuit physica: de qua: postquã ediderat ipsam: aut foras miserat: cū Alexandro iactabatur: ꝙ nullus ipsam intellexisset sine ipso: aut aliquo eius discipulo. & quia methaphisica & moralia in matura etate aut senectuti adherendo: physicã uero in iuuētute: potius sunt tenenda in matura etate facta: quã que in iuuentute. ¶ In methaphisica uidetur tenere esse aliquã rem q̄ nō mouet aliam: nec ab aliis mouetur: ueluti in sexto libro ipsius methaphisice: dū dicit: ¶ Si omnis substãtia est mobilis: physica est philosophia prima: sed si aliqua substantia est imobilis illa est prior: & sciētia de

ſilla eſt prior.quã phyſica: ¶ In his uerbis enim quãuis apertũ nõ affirmet de aliqua ſubſtantia ẽẽ imo
bile ſaltẽ dubitat:ꝙ ſit:& ſi eſt:forma erit non autẽ materia:cũ de mente Ariſtotelis aĩa non mouetur de
ſe:ſed contingenter a moto corporis:in quo loco cogitat ipſam tanquã ſubſtantiã imobilem de ſe:& id
quod de ſe imobile ab omni alio ſeparatũ:aliquod opus habet propriũ.quoniã ſubſtantia & imobilẽ ẽẽ
quoddã pfectũ dicit:& quicquid perfectũ:ubicunq; reperitur opus habet ꝓpriũ. ¶ Agendo de anima
ſi quidẽ in aliquibus locis oſtendit tenere:ꝙ aĩa ſeparetur a corpore ſaltẽ intellectiua : cũ dicat ipſam de
foris euenire ad infundendũ ſe in corpus:& quicquid foris uenit per naturam foras reuerti debet:que re
uerſio ſeparatio erit. ¶ Pari modo dicendo non quelibet aĩa poteſt intrare quodlibet corpus:ſed que
libet anima habet propriũ corpus:quod eſt contra pithagoricos:qui oppoſitũ dixerunt. ¶ Et cũ dicat
non quelibet aĩa poteſt intrare de pluribus aĩabus:denotat de foris euenire : & euenire ex foris:propria
opãtio anime ſine corpore eſt. ¶ Inquit alibi egrediẽte anima ex corpore corpus marceſcit & ſpirat.
¶ Vlterius intellectus ſeparatur ab aliis potentiis aĩe ſicut perpetuũ a corruptibili:uidelicet:aĩa intelle-
ctiua ſeparatur a uegetatiua:a ſenſitiua:& motiua. ¶ Itidem intellectus eſt quid diuinum impaſſibile &
incorruptibile. ¶ Et poſtmodum intellectus agens & poſſibilis non eſt generabilis nec coorruptibilis:
& multa alia ſimilia aſſerendo de imortalitate atq; incorruptibilitate intellectus ponit.tñ in ſimilibus nil
de ſeparatione uel non ſeparatione ipſius intellectus ſiue anime intellectiue a corpore declarat:imo aliq
alia tanquam determinata dicit:in quibus tenere deſignat intellectũ a corpore ſeparatũ nil intelligere.
¶ Vt dicẽdo intellectus ſecundũ eſſentiã ẽ abſtractus a corpore:& tñ impoſſibile eſt ut intelligat aliquid
ſine imaginatione. ¶ Similiter intellectus agens eſt imortalis & ꝑpetuus:& non reminiſcitur poſt ſepa
rationẽ. ¶ In quibus locis abſq; enigmate Ariſtoteles locutus eſt affirmando immortalitatẽ itellectus:
& pariter nullũ habere opus dum a corpore ſepatur. ¶ Sed dũ dicit ẽẽ alterius nature a corpore: quia
diuiſum in eſſentia eundem intellectũ denominat:in hac natura inſiſtendum eſt.nam ſemper ꝙ diuerſas
naturas probamus neceſſe eſt ibi diuerſas opationes cõcedere dando unicuiq; nature opus ꝓpriũ in ea
ſimplicitate:ut ocioſitas in natura euitetur.nã ſane contra naturã ſtetiſſet aliquod eſſe dari:ab aliis rebus
diuiſum:ubi ꝓpria opatione careret.& ſic penes naturã ꝓcedendo:ubicunq; res inuenitur:ibi ꝑ ꝓpriam
naturã operatur.unde nil de opatione dubitãdum ſit: de potius pfecto ad minus pfectum autẽ uidendũ
eſt:ut iuxta finem huius capituli patebit. ¶ Sed ad auctoritatẽ rurſus reuertendo dicentem:ſi aĩa habet
opus ꝓprium:contingit a corpore ſeparari:in hoc loco oĩbus ſuperioribꝰ & inferioribus dimiſſis Ariſto
teles dubitabat:utrum aĩa haberet poſſe manere ꝑ lõgum tempus a corpore ſeparata:ut plato aſſerebat:
ponendo:unãquamq; aĩam intellectiuam a corpore ſepari:& poſt ſepationem accedere ad celũ aplane:
atq; iterum poſt tot ſpatium reuerti ad ſe infundendũ in alterum humanũ corpus: & de hoc aut de ſimili
bus tacito modo Ariſtoteles dubitabat:an anime potuiſſent habere opus dignum a corporibꝰ ſeparate.
¶ Nam ꝙ per aliquod ſpatium ſeparent non uidetur dubitare:ut in corruptione iſtius corporis: ſaltẽ ꝙ
tranſit ad alterũ:& hoc modo poteſt uerificari ꝙ a foris uenit : & nõ recordatur poſt ſeparationẽ ꝑ illud
parum ſpatium ꝙ demoratur:poſtquam exit ab uno corpore quouſq; in aliud infunditur.& hec opinio
poteſt ſtare aſſequendo platonem de pluribus animabus agendo:tũ ꝙ per illud ſpatium non aſcendant
ad celum poſt ſepationem. ¶ Iuxta opinionẽ de unico intellectu uero:ſimilis ſepatio teneri nõ poteſt.
quoniã ſi unicus eſt intellectus in omnibus hominibus : nunquã ab iſto uel ab illo ſepatur nec obliuiſcit:
que prius ſciebat:cũ unicus & imortalis ſit:poſito ꝙ talis intellectus detur.unde uidet Ariſtotelem in hoc
loco quoquomodo opinionẽ platonicã de pluribus animabus aſſequi: tandem an uera ꝓpter ita longã
ſepationẽ eſſet dubitabat:& pari modo ſi alicubi poſt ſepationem ꝓprium habeant opus: ut plato aſſere
bat:poſtquã ad celum ad planem aſcendebant. ¶ Demum quomodocũq; Ariſtoteles dum dixit:ſi ani
ma habet opus ꝓprium:contingit ei ſepari indeciſam dimiſit ſententiã ſuam.unde per nullum argumen
tum poſſumus ipſam potius ad unã quam ad aliam partẽ deducere.unde ſolum reſtat : ut nos queramus
& querendo intelligamꝰ:an anima habeat opus ꝓpriũ uel ne:& ſi inuenimꝰ habere: tenendum eſt.poſſe
a corpore ſeparari.& ꝑ lõgum ſpatium ſine ipſo ꝑmanere ueluti religioſi aſſerunt. ¶ Et etiã alibi ideſt
in moralibus de mente Ariſtotelis poteſt concipi plurimas eſſe animas aſcendentes ad celum.ad manen
dum ibi per longum ſpatiũ : poſt ſeparationẽ a corporibus.ut in libro de pomo & morte uideri poteſt.
¶ Veluti dicendo:mors nil aliud eſt niſi receſſus anime a corpore.& hic non dicit corruptionẽ anime.
ſed imo receſſionem. ¶ Ibidem ſapiens letari debet de morte ſua.& non dolere.& ſi anima noſtra cor
rumperetur.aut in alterum corpus trãſiret.nullo pacto eſſet letandum de morte.ſed quia anime bonorum
ad celum aſcendũt.ut ibi gaudeãt.boni quia tale ſpectãt beneficiũ.de morte ſua letari debent. ¶ Itidẽ
beata anima que non fuerit infecta prauis operibus huius mundi. ¶ Proſequẽdo.ue anime peccatrici
que non habet poſſe redeundi ad locum ſuum.quia turpia opera delectabilis corporis impediunt aſcen
ſum eius ſurſum. ¶ In eodem libro ait:philoſophia docet hoĩes ſuum cognoſcere creatorẽ. ¶ In his
uerbis non tñ Ariſtoteles cum platone conformat ſed imo cum religioſis:qui nunc ſumus.& ut nõ uide
retur tãquã a caſu loqui aut preter naturalem ordinem inquit:philoſophia docet homines ſuum cogno
ſcere creatorẽ.unde denotat qualiter per ea que alias decurrendo ꝑ naturales curſus uindicauit:poſtmo
dũ uenit in cognitionẽ ſui creatoris.unde non minus Ariſtoteles eſt credendus tractando de moralibꝰ:

quã dum in physica ptractabat imo magis.qm̃ dicta que posteriora ueniunt habent uirtutem limitandi priora:& non econuerso.dicta Aristotelis in moralibus fuerunt posteriora dictis in physica:igitur in mo ralibus potius tenenda. ¶ Verũtñ in dicendo ueritatẽ in quocunq; loco seu facultate immutabiles esse debemus:idest semper eadem sententia:licet p uarios terminos eam declaremus : quãdo melius & quãdo deterius:ueritas uero nunquã remouenda.quo fit:si Aristoteles probus uir erat:ut de ipso habet:non mi nuebat ueritates agendo de moralibus:potius quã dum de physica tractabat.unde si auctoritates in phi sica posite ualent:et in moralibus ualent:atq; potius:stante scripsisse postremo de moralibus.& insuper: quia ubicunq; uaria dicta sup unum fundamentũ inueniuntur clariora:maxime sunt tenenda.in morali bus:quicquid Aristoteles de aia scripsit clarius id posuit:quam agẽdo in libris de anima: aut physice assẽ rendum est:potius esse tenenda que in moralibus posita:quia clarius & in ultimis ubi sententia de pteri tis elimitare potuerat. ¶ Dimittamus pro nũc dicta Aristotelis:eo q̊ semper ubi difficultas apud alios homines inuenitur ad intelligendũ aliquã rem:ibi sententia ipsius ambigua remanet : ad utrãq; partem reducibilis minime ibi est querẽdus:eo q̊ ut bonum faciamus determinati ita ad unum signũ:q̊ ad aliud pendere nõ uideamur:esse debemus. ¶ Aristoteles siquidem in difficillimis rebus ambiguus p maiori remanebat:in modo diuidendi autem locutiones terminos superius & inferius:& in similibus nimiũ pre ualuit.nunc uero de re profundiori.atq; necessariori:quam de ordinata diuisione pdicamentoꝝ nego cíamus.nã dato q̊ nullus nostrũ sciret anumerare p ordinẽ decẽ pdicamẽta cũ speciebꝰsuis:nulla pditio hoium ex hoc sequeretur:sed si animam nullus cognosceret hoc penitus pditio hoium fuisset : qm̃ nullũ bonum:nullum honestum:nullum pium oparemur.unde omnia bona que agimus sub intellectione:aut saltem imaginatione quoad aías immortales fit:& ita ad politice uiuendũ conamur: ut tanquam belua carens cognitione animarũ ne uideamur. ¶ Denum ad ppositum nostrum accedamus : & in primis petendum ubinam Aristoteles inuenit:aut ubi probauit:q̊ uarie res per essentiã uarias opationes ab in trinseco non habeant:& quonam pacto ipse imaginatus est:ita in fine aliquod esse cõpositum de uariis naturis constans:quin principiũ in actu cõpositionis habeat.nã oia hec repugnant intellectioni & ima ginationi:eo magis:quia ueluti in libro quinto & aliis locis pbabitur:nulla essentia:nulla natura : nullũ esse:nulla res datur:quin de psenti existat.nam esse:essentia : que nõ existit simpliciter imaginariũ est:dũ transmutationes futuras consideramus.causa:quia illud quod nunc est in una specie:postremo potest in alteram transire.sed in ista est in actu & in altera futura:quã denominamus quoq; in actu erit. ¶ Ari stoteles concedit plures res distinctas in natura siue essentia simul unitas esse ubi cõpositum congregant quod nõ cõgregarent si eiusdem nature essent:& ad hoc tenendũ fortassis constrinxit Aristotelem eo q̊ oẽs res saltem:quas sensibus tractamus composite sunt. ¶ Et ultra hoc ut intentionẽ suam de eterni tate mundi sustinere potuisset:negabat principiũ cõpositionis:in qua negatione palam cõtra sensus & intellectus pcedebat.qm̃ inferre hoc est cõpositũ:uidelicet:de uariis naturis constans:que nature diuer sas habent effectiones:ut p oẽs sapientes comprobatur & experiẽtia apparet : & non habet principium compositionis:hoc contra oẽs apphensiones & imaginationes distincte positum est.nam posito & con cesso:ut ab oibus conceditur de uariis naturis constare:petimus nunc:quis ipsas naturas simul uniuit:si p se unite sunt:necesse erat prius fundamẽtaliter esse: quam unirent.qm̃ hoc cum illo diuersõ cõponere opatio ad extra est:& nullus actus ad extra simul cum effectu ab actu ipso emanato eternus: ut i libro se cundo agendo contra tenentes deum potuisse creare mundũ ab eterno:uidimus:& quia repugnat deo aliquid ad extra eternũ pducere:multomagis repugnat aliis rebus a natura diuersis cõpositũ absq; prin cipio pducere.& qr̃ necessarium est ubicũq; compositũ ibi principiũ dare:& oẽ pricipium petit opatio nem pcedentem emanatam a causa sup principiatũ. ¶ Sub quo ordine non tm̃ in hoc loco monstra tiue probare possumus unãquãq; rem in natura uariam ab aliis opus ppriũ habere:ab aliis rebus quoq; distinctum:imo pbare possumus qualiter mundus eternus esse nequit:eo q̊ omnia que nos sentimus de uariis naturis composita sunt:& nullum cõpositum eternum esse potest: cum hoc repugnat:ut ostensum est:& quicquid a natura diuersum sub quocũq; ordie naturali atq; artificiali qñq; causa libertatis ad sim plicitatẽ suã reuerti appetit:nisi a deo oipotenti in unione retineret.& ita quia anima est alterius nature a corpore:necesse est naturaliter loquendo aliquãdo a corpore ipso separari:& in simplicitate sua rema nere posse.qm̃ opus pprium habet:quia si nõ haberet:alterius nature non esset. ¶ Tandem Aristoteles de similibus nullam adduxit pbationem nisi tm̃ asserebat:non datur res imobilis absq; motore: nõ mate ria sine forma : nequidem econuerso.non accidens absq; substantiali subiecto : nõ opus pprium rebus i simplicibus naturis suis:nisi inquantũ hec res administrat illam & illa administrat ab ista simul in una so la cõpositione:seu in indiuiduo manentes: que opinio nullo modo stare potest realiater capiendo : nec quidem p imaginationẽ:cum penitus a natura repugnat naturas diuersas istam ab illa ponere:& q̊ ipse simpliciter manere nequeant. ¶ Et ut in uerbis tm̃ non contrastemꝰ ad compositiones rerũ tanti na turalium quã artificialium deuenire oportet:& in exemplis ibi assumptis facile intentiões nostras aperire possemus. ¶ In essentialibus siue naturalibus cõpositionibus enim:ad primũ & ultimum deueniẽdum est:quum in infinitum in essentialibus decurrere non concedat:quo fit:quia ultima cõpositio inter natu rales erit ueluti compositio hominis:primo aũt sicut compositio celi de simplici forma & simplici mate

ria. ¶Nunc uero de magis noto nobis ad minus notum:de uisibili ad inuisibile procedendũ est:ut ab
oĩbus concedit.& primo de cõpositionibus artificialibus dicemus: ut de domo que de lapidibus & lignis
constat:non tutãt nos a frigoribus & caloribus ligna nec lapides:nisi domus:tñ ratione lapidũ & ligno
rũ:inquãtum domus de ipsis constat:nihilominus lapides p se a lignis separati opus ꝓprium habent ad
hoc uel ad illud:& ligna p se pariter opus ꝓprium sortiunt:ita ꝙ quãuis in domo aliquando uniantur p
longum uel breue spatium separant:& semp unumquodq; p se aliquid opatur:& ita in quocũq; alio arti
ficiali cõgregato inuenienmus. ¶Ad naturales cõpositiones siquidem deueniendo p eundẽ ordinẽ fere
aut parum discrepantẽ ꝓcedem⁹:ut uideri potest capiẽdo aliquẽ lapidem.qm̃ ipse de quattuor elemẽtis
compositus quandoq; calefacit & quãdoq; frigefacit:iam dissicat iam humidificat:tñ nõ dicimus:ꝙ ibi ca
lefacit ignis nisi lapis:non frigefacit aer sed lapis:non humidificat aqua nisi lapis:non ponderat terra in
frigidat aut dissicat nisi lapis:& tñ nõ calefacit lapis inquãtũ lapis:nisi eo ꝙ aliqua pars ignis est in ipso
composito.uerũtamen ignis p se sepatus multo fortius atq; pfectius calefacit quam lapis:aut pfecti⁹ quã
ignis calefaciebat compositus in lapide.& hic non est dicendũ:ꝙ lapis nõ soluatur: quia ad sensus appa
ret.unde pars ignis ad spherã suam uadit:pars aeris ad aerem:pars aque ad aquã:& pars terre ad terrã.
¶Ita ꝙ decurrendo p compositiones quattuor elemẽtoꝝ:deuenit tandẽ ad spheras simplices:ut ad cen
trum terre.unde a natura repugnat aliquid de aliis elementis ibi remanere:& in sphera ignea repugnat
manere aliquid alioꝝ elemẽtoꝝ.unde iam ĩ hoc loco palam aliquod simplex inuenimus. ¶Et si respõ
deris ꝙ ibi est materia & forma:petimus de qua forma & de qua materia intelligis.qm̃ ignis corpus est:&
de ratione corporis continere formam corpoream est : tanquam ei essentialem : calor enim de natura
ignis tanquam essentialis proprietas:quoniam nullum datur subiectum seu principium igneum : quin
ab intrinseco calidum sit.Unde non est inferendũ se habere calorem in igne ueluti risibilitas in homine.
quoniã anima est & corpus est:ubi neq; hoc nec illud est risibile.ignis uero ubicũq; calidus saltem simpli
citer assumptus:nam in compositione cum aliis elementis sepenumero remittit tñ caliditatem:que non
põt opari:quum ipsa causa impedimenti:ut infirmi & dormientes aut insani mentis faciunt.quia quãuis
rationales sint ab intrinseco rationalitatẽ p illo tunc ostẽdere nequeunt.ut aqua facit dum ipsam nimiũ
calefacimus:quia tantũ declinat frigiditas que non potest p aliquod spatium se ostẽdere:sed paulatim de
soluit caliditatẽ:& ostendit esse illud quod prius erat: & ita dicimus:ꝙ dum deuenit ad ignem in simplici
sphera:nõ datur ibi compositio tanquã de re & re de uariis naturis cõstans : & si datur in eo modo quo
de ultimato composito de re & re ad minus compositũ deuenim⁹:a natura ꝓcedendo etiam illud minus
compositũ:si de re & re diuersis constat:sepabile est:& si a naturali beneficio tñ manet:quãdoq; sepabit.
¶Alie compositiones siquidem que uere compositiones non sunt: ueluti de actu & potentia cõstantes:
nunquã soluunt:eo ꝙ una & eadem res in natura:exempli gratia:ego totus sum agens & totus patiens:
totus in actu de pñti & totus in potentia ad futuras trãsmutationes uel ad alias opationes:sed nõ sum
totus corpus:totus aĩa:nec quidẽ alicubi anima est corpus:neq; corpus anima:sed unumquodq; ipsorũ
est agens & patiens ab intrinseco.unde agens & patiens seu agibilitas & passibilitas in una re sola diuidi
non possunt:nisi ratione tantum.diuiduntur anima & corpus enim:quia diuerse res sunt: & una non est
alia:a natura sepant. ¶In qua sepatione nõ solum opationes habent imo multo fortiores quã unita:
ut in pipere aut similibus compositionib⁹ uideri potest.nam quãuis ignis simul cum partibus alioꝝ ele
mentoꝝ multomagis ignis incensus aut in sphera sua calefacit.nã id qd compositum cum alia naturali
compositione est:causa:ꝙ illud aliud sit tale assumptũ:p se maxime tale est.ignis est causa ꝙ piper sit ca
lidus in illa specie compositus:constat ignem in sua simplicitate calidum esse : atq; fortius calefacere quã
piper facit:& tali modo deueniendo ad animã nostram sepatam a corpore intelligẽdũ est.nã quãuis in
hoc cõposito non intelligat nisi homo:homo intelligit ratiõe anime:& aĩa est semp principiũ itellectio
nis:& si homo qui composit⁹ ratione altera parte:idest:p aĩam intelligens est:sequit:aĩam p se assumptã
nimiũ intelligentem esse:& quid potius intelligentẽ:fortius intelligit.unde cõcedendũ est:aĩam sepratã
multomagis atq; pfectius intelligere:quam homo:licet ꝙ in ea sepatione nõ denominaret anima saltem
in actu aĩa:sed apta creata ad aĩandum. ¶Unde fit quia diffiniẽdo aĩam in cõmuni recte põt dici:aĩa
est substantia apta creata ad se infundendũ ĩ aliqua corpora: ut ipsa guberner. ¶Anima sensitiua est
inter substantias corporeas dignior. ¶Diffiniendo animam itellectiuã siquidem merito potest poni:
anima rationalis est substãtia in ordine intelligentiaꝝ inferior:in quibus ultimis diffinitionib⁹ nil de cor
poribus spectantibus uitam apponimus. ¶Aristoteles uero occupatus in pfidia ꝙ mundus eter n⁹ sit:
semp ꝙ aĩam diffiniebat:simul cum corpore ipsam designabat:similes diffinitiones enim impfecte sunt.
qm̃ dum pfecte diffinimus:unaqueq; natura ab aliis oĩbus diuisa capienda est. ¶Rursus in numeris:in
litteris:seu in uocibus:de cõpositione & simplicitate reꝝ multa agnoscere possum⁹:ueluti dicendo:unum
quia cõponit cum duobus:quũ tribus:& quoq; ab ipsis separi potest:in qua sepatiõe simplex ipsum inue
nimus : & tñ opus ꝓprium p se habet ab oĩbus aliis unitatibus sepatum.littere seu uoces p quas scribere
possumus simul cõponunt:tum magis:& tum minus:uerumẽ ibi deuenimus ubi tantũ una sola uox sim
plex atq; indiuisibilis repitur:in quã nulla ingredit tãquã de re & re compositio. ¶Gratia exẽpli:sepe
apponimus simul has litteras sicut.a.l.aut.a.&.s.unde simul faciũt.al.aut.as.tñ:quia he littere separi pos

ſunt aſſumpta ipſa in uoce intelligas: nullatenus amplius diuidi poteſt:nec dimidiā ꝓferre nec quidē cū alia coniungi:ꝙ ibi ad alias litteras aliqualiter tanquā de natura diuerſa non ſonet: tñ in unione ſimul cum aliis litteris opatur:ſepata autem opus ꝓpriū habet.& ita ſepenumero ſola ipſa a ꝑ ſillabam ſupplet etiam ſola aſſumpta manifeſtius ſeipſam oſtēdit quam unita aliis litteris. ¶ Et ſic anima noſtra quauis corpori coniungatᷣ:qa alterius nature a corpe ipſo ab eo ſeparari poteſt:atqꝫ in ſepatione clarius opari: quam ſimul cum corpe. ¶ Demum ſi Ariſtoteles tractādo in phyſica nolebat attribuere tale priuilegiū deo:ut neceſſitatus ad mouendū primum celum pticulariter non eſſet:quid mirum eſt:ſi alias res inferiores.cogitabat unitas eſſe ab eterno:ut aliqꝫ earum mouerent:alie uero mouerentᷣ. ¶ Sed quia de ſimilibus Ariſtoteles nil ꝓbauit:& hec repugnant rationi potius eſt tenendus in moralibus:eo ꝙ dum ibi ſcripſit in etate matura erat:& nil rationi impugnat.

¶ Quonam pacto probari poteſt:unāquāqꝫ aīam ſimpliciter cū potētiis ſuis cōuerti:& de pluribꝰ incōuenientibus que cōtra naturam & legem:ſi ita nō eſſet:darētur. Cap.cxlviii.

¶ In altero ſuperiori etiam longo capitulo inter alia multa de anima & potentiis ſuis nonnulla poſita ſunt:cauſa ꝓbandi animam cum potentiis ſuis cōuertibilem eſſe.ſed cum nōnulli auctores aliter ſentiāt: uidelicet:quod anima a ſuis potentiis differat:tanquam cauſa a cauſato: & inſup quod anima ſit ſubſtātia:& potentie ipſius accidentia.& ideo ſequēdo rurſus cōtra has opiniones aliqua ſunt ponēda: ¶ Et in primis negandum eſt:quod anima hec pticularis potentias ſuas cauſet.nam tunc oporteret dare aliquam aliam ſubſtantiam aut materiam:de qua ipſe potentie fierent: ueluti domus de lignis & lapidibus fit:& tamen cauſatᷣ ꝑ modum efficientem ab architectore:nunc ſic:ponētes aīam cauſare potentias ſuas non deſignauerūt.unde anima ipſa aſſumit materiā uel ſubſtantiam ad ordinandū ſeu cauſandū ipſas potentias. ¶ Vlterius nullum principium ingrediens in ſuo principiato:eſt cauſa ipſius ꝓprie dicta: cum cauſa tanquam ad extra intelligitᷣ:ſub quo ordine deus celi & patres ſunt cauſa iſtoꝝ qui generantᷣ: elementa uero tanquā principia.nō enim ueluti cauſe ſe habent in cōpoſitione hoīs equi: lapidis:& ſimilium.qm̄ corpora iſta ultimata eiuſdem nature ſunt cum elementis:& in ſpheris elemētoꝝ.elemēta ſunt. unde conceſſo quod hic ꝑ uarias trāſmutationes in ſpeciebus diuerſis ab eo quod erant in ſimplicitate. elementoꝝ.traiciantᷣ:non ꝓpter hoc ſunt alia materia:ſed bene aliter ſe habentia:& in eo modo cū non datur alia ſubſtantia de qua potentie anime fiant:niſi ipſamet anima:incōſiderate dicitur animam potētias ſuas cauſare. ¶ Preſertim quod ueluti hoc corpus pticulare cum hiis mēbris pticularibꝰ ſe habet: ita hec pticularis anima cum pticularibꝰ ſuis potentiis:& cum non datur hoc corpus:quin cum membris ſuis ſimpliciter conuertatᷣ:nequaquā hec anima dari poteſt:que cum potentiis ſuis ſimpliciter nō conuertatur. ¶ Nam aliud eſt de elemētis ſimplicibus tractare:Reſpectu ad iſta corpora animalium.quia ſub uaria ſpecie elementa a ſpeciebus aīalium ſe habent:ſed aliter dum de hiis corpibus agimus aſſumendum eſt:cum membris ſuis.quoniā in hiis ſpeciebꝰ manent.& pariter de ſenſitiuis animabus particularibꝰ ad ſubſtātiam ſenſualem ſeu animam mundi ſe habent.quoniā ſub aliis ſpeciebus ſunt:ſed hec anima & hee potentie in una & eadem ſpecie manent.unde una alteram cauſare non poteſt:cum nō habeant aliunde ubi aſſumant ſubſtantiā:ꝑſertim quod ſaltem patet:potentias intrinſecas ac inſeparabiles ab ipſa anima eſſe:& omne cauſatum a ſua cauſa hodie uel cras ſeparari poteſt & de facto ſepatur:potentie anime nō ſeparantᷣ ab ipſa anima:igitur ſunt de eſſentia eius.& quicquid eſſentiale in quacūqꝫ re cum ipſa re ſimpliciter conuertitᷣ.potentie ſunt eſſentiales cum anima: igitur conuertibiles. ¶ Et aduertas quod dum de riſibilitate exemplatᷣ exemplum non tenet:quoniam riſibilitas nō de ſola anima non de ſolo corpore ſed de toto agregato eſt:& ſic homo tantum riſibilis eſt:non ſolum corpus nec anima per ſe.nam ſi aīa per ſe riſibilis:eſſet ſemper ubique riſibilis.& tunc riſibilitas eſſet ſubſtantia:non autem accidens.ſed qa contingit ad cōpoſitionem animaꝝ & corporum:tanquam accidens ſe habet:non autem ueluti ſubſtantia:ut probatᷣ:ita dicendo. ¶ Si riſibilitas eſſet ſubſtantia atqꝫ eſſentiale homini:homo qui nunquā riſiſſet non poſſet homo uocari:habemus de chriſto fuiſſe ꝑfectiſſimū hominem:& tamen non inuenitur.qđ riſiſſet:& ſi nūquam ſenſerat: nullatenus homo uocaretᷣ:cum nullum animal ſine aliqua ſenſatione qn̄qꝫ natum datur.& quia talis inuenitᷣ differentia inter riſibilitatem & potentiam ſentiendi:non fiat cōpatio de riſibilitate ad affirmandum:quod potentie ſe habent in anima tanquam accidentia. ¶ Nam riſibilitas tanquā habitudo totius hominis ad oſtendendum de ſe aliquam hylaritatem data eſt: nō autem ad cognoſcendum uel determinandū aliquam rem ad extra uel ad intra manētem. ¶ Et unuſqſqꝫ ſenſus uero ad determinandas ſubſtantias & accidentia poſitus eſt:in qua experiētia palam probatur: qualiter nullatenus potētie anime accidentia eſſe poſſunt.quoniam nullum accidens intelligit: nullum accidens ſentit:ſed intelligitᷣ & ſentitur.nam album & nigrum & alii colores uidentur a uiſſu:nō autem uident.durum:molle:calidum frigidum:a ſenſu tactus ſentiuntur:non enim ſentiūt.dulce:amarū:a guſtu guſtantᷣ: non autem guſtant.odores ſuaues & praui ab olfatu odorantur:non autē odorant. ¶ Voces & alia ſonora ab auditu audiunt:non autem audiunt.omnes artes:omnes ſcientie:ab intellectu intelligunt:ſed

artes & scientie quia accidentia seu qualitates:non intelligunt:& ita de oībus accidentibus inueniemus.
unde palam probatur:qualiter sensus seu potentie anime de genere substantie sunt.non autē accidētis:
& sic risibilitas:quia nō sentit:nō determinat:& a sensibus terminatur:non est de genere substātie:& ite-
rūdo quod sensus sentiūt accidentalia:eo quod etiam ipsi accidētales sunt:hoc nullum habet fundamē-
tum.quoniam oēs operationes perfecte substātie:nō autem accidēti attinēt.itelligere & sentire:sunt ope
ratioēs perfecte proculdubio cōstat a substātia emanare:nō enim ab accidente.quoniam a natura perfe
ctius est iudicare quam iudicari:& quia itellectus & sensus iudicāt omnia alia:sequitur esse de genere sub
stantie & nō accidentis. ℭEt hic aduertēdum est:quia cum accidētia sunt instrumenta: quibus potētie
anime operātur:ueluti manus gladio uel baculo sepe accidētia tāquā obiecta ad extra euenientia manet:
tamē sensus ab intrinseco hoc uel illud sentire appetunt:sed dum dulce aut amarum tangit:in palatu no
stro gustus expergitur.& si calidum aut frigidum tangit:nos per aliquam partem corporis sensus tactus
sentit. ℭEt dum uoces ad aures ueniunt:auditus ibi manens sentit ipsas:sed obiecta quomodocūq; su
mātur ueniētia ad sensus:nūquam sensus ipsos cognoscūt:neq; iudicant.unde sensus se habent: tāquam
agentes:obiecta uero ueluti patiētia.nam iudicare agere est:iudicari enim pati:obiecta iudicātur:igitur
passiua. ℭLicet quod etiam sensus iudicando defatigantur:ueluti omnes iudices uel agentes tāquā ad
extra operātes faciūt.quoniam dum in aliis agunt:etiam repatiuntur. ℭNon enim est dicēdum:potē
tias anime cum obiectis se habere:ueluti cera ad sigillum:nisi ueluti manus que apprehēdit:restringit:&
cōseruat.nam de materia est solum passiue recipere:ut cera in recipiēdo sigillum:sed proprietates forma
rum assumere & iudicare.unde fit quod corpora nostra seu organa passiue concipiunt obiecta:& anima
seu potētie sue determināt ipsa obiecta.ℭ Vnde non dicimus passiue uideor a coloribus:sed colores ui
deo.uideo uides autem actiue sonat. ℭEt aduertas quia sub hoc nomine potētia animarum:qdā auctō-
res obliquas assumpserūt uias:imaginādo : qđ omnes res potētie denominate sunt de genere qualitatis:
tāquam passiones proprie:sed uisus:auditus:itellectus:& uolūtas: minime tanquā passiones ꝓprie anime
se habent.imo tanquā partes integrales atq; essentiales cum ipsa anima: ueluti membra cum corpore.&
quod ita sit probatur:quoniam nulla passio propria operatur:sed tātum est causa uel instrumētū cū quo
subiectum operatur:nequidem passio propria habet aliquam aliam passionem.nam risibilitas nō ridet:
sed homo ridet risibilitate:nec risibilitas habet aliam passionem propriam:cum ridere nō sit suum sed ho
minis:& uisus & alie potētie seu membra anime operātur.nam uerum est dicere: uisus uidet:& intellectus
intelligit:& uisus habet per passionem propriam siue aptitudinem uisibilitatem:& itellectus itelligibilita-
tem:que materia latius ī altero capitulo patet. ℭVlterius:ut uidimus : nullum accidēs est pricipiū ope
rationis sed istrumētum per quod substātia operatur:ueluti dum per calorem calidi sumus: per frigidum
frigidi:per album albi:per nigrum nigri:ab aliquibus aliis substātiis sentimur.sed nos cum frigido nullū
frigidum nostrum:nequidem alienum determinamus:nec cum calido calidum:nec cum albo album: nec
cum nigro nigrum:nec quidem cum quātitate extensa quātitatem cognoscimus:sed omnia ista & similia
sensibus exterioribus & interioribus atq; itellectu cognoscimus:& recte iudicamus. ℭVnde constat:ali
quam formam substātialem esse principium operationis nostre:nō autem accidens. ℭSed rursus ad rē
nostram: uidelicet : an potentie anime cum anima ipsa simpliciter conuertantur : alique sunt ponende
obiectiones a quibusdam tradite:ueluti dicendo:potentie se habent in anima tāquam istrumēta per que
anima ipsa operatur:& istrumētum semper a causa sua uel a fundamētali operatore distīguit. ℭVnde
non sentiunt aut itelligūt potētie sed anime sentiunt & itelligunt:gratia exempli:nō uidet uisus nisi anī
ma uidet per uisionem: ℭSed nos respōdendo pari modo dicemus:nō ambulant tibie nisi corpus am
bulat:manus nō assumit baculum:nō ensem:nō scribit:sed corpus assumit baculum:ensem:& scribit:& sic
de ceteris membris dicēdum est:quod nil membra faciūt:nisi corpus.sed petimus:quidnam est corpus ho
minis preter membra ista:cum unūquodq; membrorum istorum corpus sit : & cum datur aliquod quod cū
isto & illo simpliciter cōuertatur:īpossibile est ab ipso cum quo cōuertitur.diuisum dari.corpus cōuertit.
cum isto & illo particulari:igitur īpossibile est:iuxta naturam aliquod corpus uniuersale dari nisi istud &
illud & similia particularia.unde cōcedēdum est:quod manus tāquam pars integralis cum corpore homi
nis simpliciter cōuertit:& sic probatur ibi nullum esse corpus uniuersale:nisi hoc corpus particulare tan
tum. ℭEt pariter in quocūq; animali hec anima tantūmodo datur:nō autem uniuersalis anima tāquā
idea siue imaginaria materia prima. ℭEt aduertas quoniam ī hoc loco multa falsa ī philosophia circa
legem a nōnullis posita sunt:ueluti imaginādo petrum & ioānem per quātitatem distingui : nō autem ꝑ
itellectiuam animam : imaginādo ipsam animā indeterminatam ad ioānem & petrum.& sic ad alios ho
mines:que opinio multo deterior est opiniōe auerroystica agēte de unitate itellectus.quoniam auerroys
in actu imaginat itellectum ipsum tāquam administratorem super homies: & sic ī sole circa calefactibilia
hic inferius sepe exēplatur. ℭSed anima indeterminata ab isto & ab illo tāquā materiam ī pura potē
tia dicit:non declināte magis ad hoc quam ad illud:& quod hec sit fantasia istorum auctorum etiam per
ipsos cōfirmat:cum dicāt animam nil per se operari:nisi per potētias ei adherētes : uidelicet intellectiuā
animam per itellectum:uoluntatem:& memoriam:sensitiua anima siquidē per uisum:auditum ; imagina

thiam:ſantaſiam:& ſic per alios ſenſus exteriores.& interiores. ¶ Quocirca hoc poſito:& conceſſo oia que de anima in lege & in uera philoſophia habentur deſtruunť.& ꝓbatur:nam ſecũdũ philoſophiã aĩa itellectiua & ſenſitiua iter oẽs formas perfectiſſime ſunt:preſertim itellectiua:& ſic ultimatam pfectionem in corporib9:quibus uniuntur ponũt:& ſi aliis indigent formis anime ipſe nõ ſunt perfecte.& quod aliis formis indigeant probatur.nã ſi anima intellectiua de ſe indifferens ad iſtum hominem & illum ſe habet tanquã materia i potẽtia eſt:& nulla materia i potẽtia perfecta habetur.& cum per potẽtias dicãt ipſam animam ad actum deduci:cõcedũt potentias formas eſſe deducẽtes animã ad actum.unde multo pfectiores potẽtie quam anima in ſe. ¶ Nunc uero ad hunc locum mãifeſtum deducti:ut nõ paralogizemur: neceſſe eſt unũquemq; quid per animam intelligat declarare.nos autem animam ſenſitiuã denõminam9 quinq; ſenſus exteriores cum aliis quinq; exterioribus:aut uero cum uno ſolo cõmuni ſimul informãtib9 membra animalium atq; dantibus eis ſentire. ¶ Intellectiua uero eſt itellectus:uoluntas:& memoria in una ſimplici ſimultate:ueluti tibie:brachia:caput torax:corpus animalis.uerũtamẽ corpus quia generabile & corruptibile diuiſibile:ſed anima intellectiua cum nõ generabilis:nõ corruptibilis:indiuiſibilis.unde in hoc loco alius maximus error cognoſcitur:uidelicet:ponẽdo animam itellectiuam tanquã i potentia indeterminata ſe habere.quoniam quicquid ideterminatum:generabile & corruptibile eſt:aĩa itellectiua ſecũdũ philoſophiam & legem : eſt ingenerabilis & icorruptibilis atq; hec anima particularis.quoniã nulla uniuerſalis datur: eo quod cum iſta & illa particularibus ſimpliciter cõuertitur.Dimittamus ꝓ nũc Ariſtotelem quia in ſimilibus indeterminate loquebatur & modernos.petimus ſi anima intellectiua de ſe ſe haber indeterminate ad hũc & illum hominem:& per itellectum:uolũtatem & memoriam determinať. certum eſt animam ipſam de ſe non eſſe formam:cum per alias formas deducitur de potẽtia ad actum:& omnis forma i actu determinato eſt:anima itellectiua eſt forma perfectiſſima: ergo ita pfectiſſime determinata ad hoc:quod nõ ad illud: ſub qua natura.ingenerabilis & incorruptibilis uocať:& ſi indeterminata ad iſtum & ad illum generabilis & corruptibilis:unde potentie erunt ingenerabiles & incorruptibiles:& anime corruptibiles:per quam uiam aſſerẽdum eſt animam accidens eſſe & potẽtias uero ſubſtãtiã: quod eſt cõtra poſitionem iſtorũ auctorum:licet quod uolentes opinionem ſuam cõfirmare:uidelicet:qđ anima ſit ſubſtãtia & potẽtie accidẽtia:dicũt animam ſemper i uno & eodem modo ſe habere:& quod potentie deficiũt.ad quod reſpõdẽdum dicimus:potẽtias nil deficere:ſed quod ſedes uel fundamẽtum i quo manẽt:deficiũt.ſi tu dicis animam ſe habere tãquam ſubiectum potẽtiarũ.palam cõcedis ipſam animam deficere:nõ autẽ potẽtias.ſed ſecũdum uiam cõmunem & ueritatem non eſt anima ſedes uel ſubiectũ potentiarũ:niſi organa corporea:& ſic deficiẽtibus organis:anime operari nõ poſſunt: & etiam hoc de mẽte Ariſtotelis cõprobari poteſt. ¶ Dum dicit:ſi ſenes haberet oculos iuuẽis tãquã iuuenis uideret:i qua propoſitiõe affirmat:potẽtiam uiſiuam nil deficere : ſed quod ſedes uel fundamẽtum i quo manet deficit. ¶ Deniq; aſſumpto fundamẽto huius opinionis:ideſt:quod anima itellectiua & ſenſitiua tãquã in modo indeterminato ſe habeãt uſq; ꝑ aliquas potẽtias determinẽtur:nil repugnat:quod anima itellectiua ſimpliciter aſſumpta:& ſimiliter ſenſitiua:hoc eſt:ſine aliquibus potẽtiis:quod idem ſint:& hoc cõceſſo:quod tãquã falſiſſimũ negãdum eſt:nil repugnat omnes ſenſus iteriores & exteriores ſimul cum itellectu:uolũtate:& memoria:i anima ipſa itellectiua tãquã potẽtie fundari:quoniã quicquid ambiguũ.ut i pura potẽtia indeterminate ad aſſumẽdas oẽs formas ſe habet:ſed neſcio quonã pacto aĩa itellectiua forma uocari poſſet:ſi tãtas terminatas formas ad determinãdũ ſeu ponẽdum ipſam i actu petit.uerũtñ ſi ita eſſet:intellectiua anima poſſet ſupplere per omnes alias ideterminatas animas:ideſt: per uegetatiuã & ſenſitiuã ſed nos dum de hac materia agimus.: uarias naturas animarũ ab originibus ſuis cõſideramus.& quia de uariis naturis uaria habẽt officia:unde oẽs in uno ſolo animali ſtare poſſunt nõ ad unũ & eundem modum miniſtrãdum:ſed ad diuerſos.& quia de diuerſis naturis abſq; impedimẽto i uno ſolo ſubiecto ſtare poſſũt:ſed de una ſola natura uero plures in uno ſolo animali ſtare nequirent.nã duo corpora eiuſdẽ naturę repugnant ſimul in uno & eodẽ loco manere ſed ſi de uariis dãtur: poſſunt.ut de corporea luce & de radiis ſtellarũ trãſeuntes per aerem uitrum & alia corpora diaphona cõprobatur.quoniam ibi plura corporea in uno & eodem loco ſunt:ſed quia de diuerſis naturis nihil inter ſe repugnãt:& pariter anima uegetatiua:ſenſitiua:& itellectiua:quia de uariis naturis imperfectiorib9 & perfectioribus ſimul i uno animali ſine repugnãtia manere poſſunt. ¶ Et conceſſo de mente Ariſtotelis eſſe quod una tãtũ detur forma i uno ſolo indiuiduo:etiam poſſumus adducere de mẽte platonis plures eſſe formas:& cũ ꝑ ambas partes auctoritates antiquoꝝ inuenimus: dimiſſis dictis alioꝝ ratione inſtãdum eſt.nam ubi Ariſtoteles aut ſequaces eius tanquã pro maximo incõueniẽti adducunt:quod ſi plures fuiſſent anime: nõ haberent a quo terminarẽtur:ſi modo alia nõ daretur uniuerſalis anima ſuper oẽs particulares iſtas:cum aĩe a corporibus non terminãtur ſiue cõcluduntur:ſed potius ipſe corpora terminant:ſed hec uerba paucam uel nullam habent uim. ¶ Et quod uim nõ habeãt ꝓbatur.ita in primo dicẽdo quod corpus & anima tanquam duo principia equalia inquãtũ principia ſe habent ad cõponẽdum hominem:& i ipſa cõpoſitione igrediẽdo:& cum equalia nõ terminat totaliter corpus animam:nequidem anima corpus: ſed corpus eſt ſubiectum & anima uero forma corpus i modo fundamẽtali ſuſtinet animam in ſe: & anima adminiſtrat

corpus fere autem in similitudine ita se habēte:ut nauta ad nauem. ¶ Nauis autem sustinet siue retinet
in se nautam:nauta uero gubernat nauem ipsam:unde nunc totaliter nauta terminat nauē:neq; ab ipsa
terminatur.sed secūdum quid adinuicem terminātur:ut dictum est.& sic in eo modo anima & corpus se
habēt simul i uno indiuiduo. ¶ Et cum dicitur oportere esse aliquam animam uniuersalem ad terminā
dam omnes istas particulares.hoc nihil ad ꝓpositum:potius quod sint plures forme in uno indiuiduo:q̄
sit una sola.nam assumant quomodocūq; quod si corpus nō terminat totaliter animā:neq; ab ipsa ter-
minatur:posito hoc:ut de hac opinione elicitur:quod oportet aliquod aliud ultimatū ad terminandum
ipsum indiuiduū eadē ratio est:quod sit una sola forma in indiuiduo illo:aut quod plures sint.unde nos
asserimus quod anima & corpus simul perfectū indiuiduū dicunt:eo quod ex parte corporis habēt subie
ctum:& ex parte anime administrationē.& si plures sunt anime uel forme simul:uidelicet:uegetatiua:sen
sitiua:& itellectiua in homine:intellectiua aīa omnino se habet tanq̄ ministra sup corpus & alias formas:
ut rex in regno super priuatas gentes & alios principes siue ministros.nam quāuis unus solus rex in uno
regno cōueniat:nō propter hoc sequit̄ non esse plures alios officia ministrādi habētes.unde gētes īsime
aut si in officio ministrādi tanquā corpus se habent:presules seu principes habentes superiorem tanquā
uegetatiua & sensitiua sub intellectiua se habent.nam principes plures ieniunt̄ ministrationē habentes
& tamē iussu regis operātur.& sic intellectiua anima tāquā dominatrix corporis uegetatiuā:& sensitiuā:
in homine gubernat:& tamen sub hoc iussu etiam corpus aliquid operatur.similiter uegetatiua & sensi-
tiua:circa eā que sibi attinent. ¶ Vlterius ualde mirādum est de aliquibus opinionib9 modernoꝝ seu
expositorū Aristotelis qui scribēdo iuxta imaginationē sepe forsitan deterius quam antiqui agentes de
anima:quos Aristoteles reprehēdebat:dicunt:& de hiis similibus opinionib9 imaginariis aliquod addu
cemus exemplum. ¶ Veluti dū Auerroys uult ꝙ uiuēte homine itellectum ab ipso separari possit:& qđ
intellectus agens non infundatur in homine usq; ad etatem septem annorum:& similiter nōnulli dicunt
animam nostram de oībus rebus constare:eo quod omnia sentit aut itelligit & similia alia incōueniētia
adducunt. ¶ Tamē rñdendo sub paucis in hoc loco similibus obiectionib9:dicimus:quod homo & ani
mal rationale cōuertūtur.& pariter homo & animal itellectuale.nam angelus minime animal est: & cum
embrio in matrice mulieris per uegetatiuā & sensitiuam completus est:de necessitate naturali eo instanti
infunditur in eo anima intellectiua:eo quod necesse est : sub aliqua specie disticta ab omnibus aliis i actu
manere & cum homo in eo instanti quo ultimate organizatur distinguitur ab oībus aliis speciebus atq;
generibus:ut superius uidimus:sequitur in eo instanti aīam itellectiuā assumere:cum per nullā aliam for
mam a sensualib9 distinguat̄. ¶ Concedimus a natura loquēdo: quod unus embrio in matrice matris
potius demoretur ad assumendam organizationē suam:& iuxta breuitatem aut tarditatem organizatio
li ueniunt per lineam perpendicularem & ſi ingrediuntur per aliquod foramen alicuius edificii &

ponatur in eo foramine aliquod obstaculum:radii solares sursum recedunt. ¶Et in hoc modo anima causat uarios motus.unita corpori sursum:deorsum:circũcirca:ad latera:ante:& retro decurrẽdo:aia cũ corpore ipso nõ tanquam locata in ipso corpore sed ei unita.unde unũ totum faciunt:quod animal uocatur:& sic ubicũq; animal mouetur:anima & corpus simul unita mouentur.quoniã nil aliud est animal quam anima & corpus unita per totũ se tangentia cum ꝓprietatib9 suis intrinsecis: aliquibus cõpetentibus anime soli:& aliis soli corpori:& quibusdam utrisq; : uidelicet : anime & corpori simul manentibus. ¶Et quod anima aliquẽ habeat ꝓprium motum:etiam secundum Aristotelem patet:cum ipse primo de anima dicat:egrediente anima ex corpore corpus marcescit & expirat : in eodẽ libro inquit nõ quelibet anima potest intrare quodlibet corpus:sed quelibet anima habet ꝓprium corpus: ¶Et ĩ secũdo libro: intellectus separatur ab aliis potentiis aĩe sicut perpetuũ a corruptibili. ¶Et sextodecimo de aialibus: solus ĩtellectus intrat in nos ab extrinseco. ¶In libro de pomo & morte ait mors nihil aliud est nisi recessus anime a corpore:in eodem libro: ¶Ve anime peccatrici que nõ habet posse redeundi ad locum suum:quia turpia opera delectabilis corporis:impediunt ascensum eius sursum. ¶Aspice modo quod omnia hec uerba significãt an motus ꝓprius anime an non:nõ potest dici: quod motus sic uel sic assumptus non sit siue accessio siue recessio per trãsitionem:tunc ab uno & tunc ab alio:cũ in hiis uerbis dicat egredi animã a corpore:separari intellectum ab aliis potentiis : mortem nil aliud esse nisi recessionẽ aĩe a corpore:& quod turpia opera corporis impediunt ascensum anime sursum:oẽs hec operationes p motum fiunt siue per transitionẽ:de hoc ubi ad aliud ubi:que transitio motus anime uocari potest:in modo suo assumptus. ¶Sed opinio ista:uidelicet:qđ oẽs motus cõtingenter fiant : eo quod forma & materia cõiuncte sunt & non aliter:multum prodest ad ꝓbandũ: quod mũdus qñq; cessabit a motibus suis.nam si oẽs motus accidentales sunt.quia coniuncti corporibus oĩno tanquam uiolenti se habent:& nullũ uiolentum sempiternũ de naturali ratione loquẽdo:licet quod deus potest disponere de oĩbus depẽdẽtibus sicut uult:sed a natura assumendo:concesso quod oẽs motus accidentaliter fiant:oportet cõcedere quod qñq; cessabunt : eo quod unaqueq; res abintrinseco appetit ad suã primã originẽ reuerti:& si in prima origine oẽs res sine motu sunt cũ ad illud primũ signũ reuerse fuerint ibi nullũ habebunt motũ. ¶Et sic opinio Aristotelis cũ sentẽtia religiosoꝵ cõuenit:aut approbat ipsam ueram esse.

¶Cur repugnat a natura : quod aliquod inuiuens per se aut per aliud ei simile transeat in rem uiuentem:& quod est ponendũ aliquod principium ab intrinseco uiuens in quacũq; re uiuente:Et qualiter non cognoscimus perfecte animam nostram:sed quod sit perfecta tantum: quãuis de sensitiua assumatur. Cap.cli.

¶Cum in capitulo ꝓcedenti super ostẽsionẽ qualiter anima motũ propriũ habeat : nullatenus a corpe dependentẽ:multa dicta sint: ꝓsequendo fere de eadem materia quedã alia dicenda sunt:& in primis merito petendũ est antiquos atq; sequaces eorũ:quomodo intelligant generationẽ uite:aut super quo fundamento quiescũt.nã in modo inexplicato inferendo:quod corruptio unius est generatio alterius:& qđ de quocũq; istorũ animaliũ aliud aĩal generari potest.hic nulla ĩgredit explicatio uite quod ĩsufficienter se habeat:cũ iter oĩa perfecta uita perfectissima & semper atq; potissimũ de maiori perfecto agendũ est: uita est pfectissima super oẽs generationes & corruptiones:ergo a natura loquendo nullatenus uita per corruptionẽ & generationẽ ꝓduci potest : nã ea que per generationẽ & corruptionẽ fiunt:de se infima sunt:& sic inquantũ corrupta & generata solũ:semper pauci ualoris:sed post generationẽ atq; organizationem adueniente altero principio ab intrinseco uiuente ipsa res genita post putrefactionẽ perficit. ¶Sed ponatur ut plures cõsiderauerũt quod de eadẽ materia de qua corpus generat: etiã generat aĩa: quomodo hoc stare potest:quod idem per se potest uiuere & mori cũ fere incõparabilis sit distantia inter rem uiuentẽ & nõ uiuentẽ:& cũ multo perfectius uiuere quã non uiuere.oẽs res que semel uiuunt si ab intrinseco hanc haberent potestatẽ uiuendi:semp uiuerent:quoniã a natura nõ tantũ bonũ.sed etiã optimũ.cupimus:res corporee siue a quattuor elementis dependentes qñq; uiuunt & quãdoq; sine uita sunt: sequitur nõ habere uitam ꝓpriam:nisi appropriatã per aliquod uiuens:ibi adiunctũ mutuatum: qđ adiunctum anima denominatur:& ueluti corpus de se semper sine uita ita anima de se semper uiuens coniuncta corpori & ab eo separata: ¶Vnde non generationes & corruptiones tanquã principium uite aspiciende sunt : immo aliqua res ingenerabilis & incorruptibilis secundum ꝓpriam generationem & corruptionẽ dicta:& de simili discursu querendi primũ principiũ in quocũq; genere : quandã sententiã Aristotelis in secũdo methaphisice habem9 dicentem. ¶In nullo genere causarũ contingit ire in infinitũ:sed semper est deuenire ad aliquod qđ est principiũ in illo genere.unde contingit uenire ad primũ efficiens:primũ finem:primam materiam:primam formam. ¶Et cũ dicat esse deueniendũ ad primum efficiens:primam materiam:primũ finem:& primam formam:omnia hec essentialiter per se assumpta:ita in genere uite ad primũ uiuens ab intrinseco deueniendũ est.materie elementoꝵ siue generabilia & corruptibilia non sunt uiuentia ab ĩtrinseco:igiẽ cõcedere oportet ab aliqb9 formis essentialiter uiuentib9 assumere uitam hec generabilia & corruptibilia dũ uiuũt. ¶Et inferendo:qđ natura producit siue ge

nerat de non uiuente uiuens : & de uiuente non uiuens : petimus qualis sit hec natura? quia oportet ad
similia operanda omnipotentem esse:& quia unus solus deus omnipotens : natura quam tu dicis similia
operari deus est.uerumtamen quia deus ea que rationabiliora sunt agit : non est dicendum . quod ipse
semper sit in hiis omnibus operibus particularib9 attentus:uidelicet:ad occidendū totaliter hoc animal
quod nūc uiuit:& ad uiuificandū aliud qđ totaliter inuiuens est.nam similis operatio eadem est ac si dice
remus:deus simpliciter creat res:& simpliciter anihilat ipsas.nam producere simpliciter uitam de reb9 oī
no inuiuentib9 est transitio de natura ad naturā ualde inter se diuersas:& occidendo uitā:adhuc maior
est distantia.qm̄ uita nō potest reuerti per anihilationē in aliquo corpore:quoniam uita nō est corpus:
sed additio super ipsa corpora adueniens:dū corpora uiuere debent:& sic non potest in hiis corporib9
reuerti:cū ab intrinseco sua non sit. ⁋Vnde confiteri oportet:quod si uita simul cum corporibus ani
maliū moritur:ibi intersit anihilatio:qđ in natura nō datur:quoniā anihilatio a natura simpliciter odio
sa.Sub quo ordine nō datur uacuū.nam si aliquod uacuū in centro terre aut in aliqua alia parte mundi
daretur:fuisset tanquam anihilatio:& sic tota natura ꝓuidet:qđ nō fiat:& similiter itelligendū est de uita
nō posse anihilari.unde anima uiuens ab intrinseco est cōcedenda in animalibus per quā corpora uiuūt
dum eis cōiuncta est:& post recessionem absq; uita remanent. ⁋Et inferendo ut a nōnullis solet:si ani
ma uiuit per se ab essentia ꝓpria & ad essentiā ꝓpriam mouetur per se:ab essentia illa atq; uita p se mo-
uetur:idest separatᷣ:Sed hec argumēta sophistica sunt.quoniam nō ualet dicendo: iste amat seipsum:per
se:ergo habet odio seipsum per se:anima mouetᷣ ab essentia idest per essentiā ꝓpriam:igitur ab illa essen
tia remouetᷣ.qm̄ nullum per seipsum ab essentia remoueri potest : & tamen multa mouentᷣ per essentiā ꝓ
priam:ut in celo:& in aere patet.nam aer p se mobilis est:licet quod maiorem rigorem ostendat:dum ni
mium ab aliquib9 uaporibus ingrosatur. ⁋Sed ponamus has duas partes equales:uidelicet: aut quod
anima per se est uiuens.& habet ꝓprium motum : aut qđ habet uitam & motum p unionem cū corpore
seu per generationem & corruptionē:& deinceps iudicetur qualis istarum partium maiorem habeat per
fectionem:atq; similitudinē:quod posset diu durare.nā si uita & motus in aliqua re simpliciter assumpta
nō datur:idest ab intrinseco mobili atq; uiuente.eadē ē ratio:ac si diceretᷣ:nullum datur a natura quātū
nullū quale:nullus calor:nullū frigidū:nulla albedo:nulla nigredo:sed omnia hec simpliciter ꝓducuntᷣ.
simul cum generationib9 & corruptionib9 rerū:qđ secūdum religiosos.& irreligiosos negatur : licet qđ
religiosi ꝓbemus:totum mūdum esse creatum iam per tot ānos elapsos:& etiam habem9:qđ anime ratio
nales indies creantᷣ: & nulla alia res indies creatur.irreligiosi uero omnem creationem negant.& tamē
si simpliciter uita & motus indies ꝓducuntᷣ:assidue datur creatio motus & uite. ⁋Verūtamen nō itelli
gas:ea que ab intrinseco habent motum qđ quiescere nequeant: quoniam uarii modi quiescēdi dantur:
quiescere per assumere gaudium mouēdi:& quiescere per firmum sine aliquo motu manere.unde res itel
lectuales aut que libero motu mouentᷣ:ambobus modis possuntᷣ.ea uero que necessario mouentᷣ:ut celū:
tantūmodo quiescit p delectationē motionis.sed angelus anima & animal:quia liberum habēt motum:
tum moueri & tum fixa manere possunt:ut in animalibus cōprobatur. ⁋Et si ab aliquo alio aut acci-
dentaliter omnino mouerentur:nullus cōtinuus daretur motus:neq; semper:qđ res mobiles uellent mo
ueri mouerentur. ⁋Vnde multo rationabilius est ponere aliquas res per essentiam ꝓpriam mobiles &
uiuentes:quam omnia que uiuūt & mouentur accidentaliter uiuere & moueri. ⁋Nam per naturalem
cursum:ut uisum est:assumendo:nullatenus res generabiles & corruptibiles possunt ꝓducere motum cō
tinuum & liberum:& multominus uitam.unde oportet:quod similia a solo deo simpliciter ꝓducantur in
dies:aut iam in pricipio mundi ꝓducta:sed hoc tātum stare potest penes religiosos:quia asserimus : totū
mundum per meram sapientiam:uoluntatem:& potestatem dei:nouum simpliciter creatum esse.sed irre
ligiosi creationem negant.unde cōpulsi sunt ad cōfitendum ubicūq; uita datur:aut motus de loco ad lo
cum:siue de hoc ubi ad aliud ubi:ibi aliquod principium uiuens:ad eā uitam occurrere:& mobile ad mo
tum:ut in exemplo de naui posito:uisum est.quoniam ipsa de se nūquam moueretur:si aliqua res ibi mo
uens nō cōcurreret. ⁋Et cum hoc a natura & experientia potius cōsonat:uidelicet:quod ubicūq; ali-
quam rem uiuentem uidemus occurrere:ibi aliquod pricipium per essentiam uiuens:quam qđ omnes res
uiuentes accidentaliter uiuant:uel sine aliquo principio ibi ingrediente uiuente ab intrinseco.etiam est
omnino asserēdum:quod deus hoc facit:eo quod semper quod melius sit ipse operatur.quāobrem cōce-
denda est essentia animarum sensitiuarū mobilis atq; uiuens seu uiuax:& anime intellectuales multo prin
cipalius per essentiam ꝓpriam uiuentes:sunt a principio mundi omnes create:aut in diebus ad organiza
tionem corporum : ut in capitulo ꝓprio patet. ⁋Preterea nōnulli qui litteris uacant de imortalitate
anime & aliis ꝑfectionibus dubitare solent:dicendo:plures antiqui atq; moderni multum laborauerunt:
ut possent animam nostram perfecte cognoscere:& tamē nō uidentur omnino demōstratiue aliquid de
īmortalitate ipsius ꝓbare:& si anima ita perfecta esset ut dicim9: seipsam perfecte cognosceret. ⁋Nos
autē similib9 dubiis respōdendo:asserim9:qđ solus deus perfecte seipsum cognoscit:& alie res intellectua
les:sensuales:atq; oēs animate:tantam habent cognitionem:quāta eis sufficit. ⁋Gratia exempli:arbo
res & oēs alie plante per uegetatiuam animate:aliquam habent cognitionem de calido:frigido:humido:
sicco:& de similib9.qm̄ ꝓsperū appetunt.& de ipso gaudere uidentur. abhorrent aduersum.& de illo in

modo suo tristantur. ¶Sensualia animalia siquidem cognitionem ad querẽdos cibos: fugiendo extremũ frigidũ: extremũ calidũ: & ad querẽdũ comodũ: aptitudinẽ habent. tanq̃ ad extra tendentẽ & aptitudinem ab intrinseco generandi alia eis similia: atq; nutriendo ipsa. ¶Homines uero cognitionem de oĩbus hiis: & de aliis plurib9 similibus: habemus. & aptitudinem ad ea cõsequẽda & insuper intellectuales sumus: per quã ꝓprietatẽ deũ si uolum9 cognoscim9: & ei seruire possum9: & intelligim9 qđ ratione fieri debet: ut a natura. & optima cõsuetudine comẽdat. & hoc sufficit nobis. ¶Nam tantũ nostrũ est scire: quia sumus: & qđ de anima & corpore constamus: atq; super omnia alia animalia & corpora digni: & tñ nõ digni per pricipiũ corporis: nisi per animam: & cũ anima ita nos dignos agat: quisnam dubitare potest: quin ipsa anima dignissima sit: & dignissimũ nullatenus similem habet naturam cũ indigno: unde satis uideri potest: qđ si corpus q̃ñq; per animam uiuit: & ad p̄fectionem ascẽdit: quãuis de se pauci ualoris sit: qđ anima uiuit semper. qm̃ p̄fectissima ad corpus cõparata: cũ p̄beat ei uitam: & ut uisum est: ubicũq; uita datur: ibi aliquod sistit principiũ essentialiter uiuens. ¶Et si fortassis altius atq; profundius essentias animarũ & corporum nostrorũ p̄ primũ principiũ essendi cognoscere ab intrinseco uolumus: deos nos faciam9: uidelicet seruos dei: ut ipse ea que sup̄ naturam scire nostri sunt cõmunicet nobis. nã intrinsecum esse rerũ opus dei tantũ est: & sic ipse solus distincte id cognoscere potest: creature uero tanquam p̄ uelamen altissima atq; intrinseca aspicim9: & semp̄ pro statu isto saltem in eadem difficultate manem9: & si aliqualiter aliquam attingim9 cognitionem. omnino parua est. sed multũ placet nobis: & ad modũ ꝓcedit in regressione: ad cognoscendũ hec inferiora. nam concesso qđ in primis in hiis p̄ticularib9 iferioribus cognitio nostra incipiat: eo qđ p̄ticularia in continuo usũ: tamen nũquam ipsa cum aliqua p̄fectione cognoscim9: quousq; ad cognoscendũ principia seu uniuersalia de quibus p̄ticularia constant: ascẽdimus. sed notis principiis: ut deo: celis. elementis: quid corporeũ: quid incorporeũ: siue spirituale sit: quid corpus: quid anima: quid animal: quid genus. quid species: clariorem habemus cognitionẽ de hiis inferioribus: quam quod sup̄iora cognoscerem9. ¶Superiora uero in primis mediis: atq; ultimis. semp̄ apud nos difficillima cognitu: licet nõnulli aliter sentire dicant. asserendo. quod uniuersalia uel suprema totaliter cognoscunt̃ uel ignorant̃ a nobis. que ꝓpositio falsa uidetur. qm̃ unusquisq; nostrũ diuerse ab aliis concipit. hoc conceptum entis essentiam esse anime. angeli. forme. materie: & de similibus. nam quidam dicũt huius termini ens aliquid correspondere in re alicui enti uniuersalissimo: quod nõ sit iste lapis: ista arbor: hic homo: hoc elemẽtũ: hoc celum: hic angelus: hic deus: neq; simile: sed ens tantũ uniuersalissimũ: nec hoc nec illud. & alii quãplures dicunt qđ non datur ens uniuersale extra terminũ: uel quod terminus tantũ non sit: aut hoc p̄ticulare ens illud aut simile: & tãdem oẽs scimus. qđ sit ens. sed de prima origine an uniuersale detur uel ne: ambigui sumus. unde patet. quod etiam de primis pricipiis aliquid scire possum9 & aliquid ignorare: ut etiam cõprobatur in cognitione: quam de deo habem9: qm̃ aliquis nostrũ magis de ipso cognoscit alii uero minus. ¶Et qđ per uelamen principia rerum cognoscam9: etiam p̄ Aristotelem ꝓbatur: sicut in primo methaphisice: ¶Veluti dicẽdo que maxima sunt uniuersalia difficilia sunt hominib9 ad cognoscendũ: quia a sensu sunt remotissima & omnes res in principiis suis essendi. siue in simplicitatib9 suis remotissime sunt sensibus nostris. anima in essentia ꝓpria separata: est huiusmodi: ergo difficilis cognitu. ¶Vlterius ait secundũ simonidem: solus deus hunc habet honorem: idest sapientiam: seu methaphisicam: & ꝓsequendo. ¶Nulla scientia melior & honorabilior metahpisica est: quia ipsa est maxime diuina: tum qa de deo est: tũ quia deus solus eam maxime habet. & in secũdo libro inquit sicut se habet oculus nicticoracis ad lumen solis: sic se habet itellectus anime nostre ad manifestissima nature. ¶Omnia hec dicta Aristotelis asserunt. quod nos non intelligimus distincte principia rerum seu p̄fecte. sed quod solus deus ea intelligit. unde nõ potest dici esse de mente Aristotelis saltem in hoc loco: quod cognitio nostra distincta intelligatur circa principia rerum. uel uniuersalia. nam potius distincta est hec locutio atq; intellectio eius: dicendo. hĩc equus: quam promendo equinitas inquantum equinitas in abstracto aut quomodocũq; uis. qm̃ semper remotissima aut semper p̄ uelamen ad intellectum nostrũ conspecta. sed hic equus inquantũ equus nõ aspiciendo alia principia sup̄iora. satis distincte patet sensibus. & intellectui principia simplicia de quibus ipse constat. semper remota esse a cognitiõe nostra. uerũtamen parũ quod de ipsis principiis sciamus multum prodest. ad cognoscendũ distincte ista iferiora seu cõposita. qm̃ aliter nũquam cognitionem sufficientem de hiis compositis habere possumus. nisi p̄ regressionem. postquã aliquam habemus cognitionẽ de principiis simplicibus. ¶Sed prima principia semp̄ sunt nobis aliqualiter obscura cognitione: ut experientia patet. nam omnes auctores dũ de sublimi spacio multa incognita dimittunt: intelligas nõ omnino p̄fecte cognita. unde habetur: mathematicam esse in primo gradu certitudinis: eo qđ sensibus patet: & si mathematica causat mõstrationem sensui: est i primo gradu certitudinis: methaphisicalia aut principia simplicia rerum erũt in ultimo gradu certitudinis: quia a sensib9 remotissima. ¶In hoc loco autẽ animaduertendũ est: qđ scire cõpletum & incõpletum perfectũ & imperfectum multipliciter assumitur: Et in primis semper de rebus intelligibilib9: quo ad nos hic capimus. nam secundum uerum ordinem deus est primũ intelligibile: atq; super omnia distinctũ: postmodum angeli: & sic descendendo usq; ad ista inferiora. sed cũ cognitio nostra ab operibus & sensibus apparẽtibus incipiat: omnino ista iferiora sunt nobis prius cognita: & apertius quam suprema: cõcesso

quod superiora distinctiora atq; cognoscibiliora quo ad naturam:sed nos hec inferiora cognoscim9 in pluribus gradibus aut fere usq; ad finem:& de supioribus paucos gradus cognoscimus:licet quod unusquisq; gradus de suppremis multum pfectus sup plures de hiis inferioribus. ¶Verũtamẽ nõ intelligit cognitio pfecta de omnibus quibus supiores in cõmuni cõsuetudine denominant ueluti aĩalia abstracta. ¶Sed cognitio pfecta est super ista inferiora de deo:de angelis:de animabus:de materia:de forma:de celis:de elementis simpliciter assumptis:& tamẽ in cõcreto seu in actu. ¶Vniuersalia p abstractionẽ sigdẽ:ut genera:spẽs:elemẽtũ ĩ abstracto:celũ ĩ abstracto:materia ĩ abstracto:forma ĩ abstracto:& ita de aliis similibus:parua obscura & impfectissima habet cognitio.qm̃ entia diminuta sunt:ut p ponẽtes ipsa cõprobatur. ¶Et secundum Aristotelem & alios plures:sicut se habet res ad esse ita ad intelligi:abstracta sunt entia diminuta:igit cognitio ab ipsis assumpta diminuta:& hic nõ dicit Aristoteles: sicut res se habet ad esse ita ad intelligi p cognitionem:quam unusquisq; nostrum de ipsa re habet.nisi quod cognitio uera de quacũq; re est adequatio illius rei:sub quo ordine in mente diuina:in mente angeli:in mente hominis:cognitio abstractarũ rerũ est puula ad alias cognitiões compata.unde abstracta nunquã possunt esse obiecta adequata potentiarũ animarũ nostrarũ:qm̃ anime ipse sunt entia cõpleta siue pfecta : & abstracta uero entia incõpleta.atq; diminuta.unde nõ possunt simul adequari uel couenire: neq; cognitio ab ipsis abstractis assumpta erit cognitio adequata pfectioni potentiarum anime.uerumtamẽ quia anima magnas & puulas cognitiones cõcipere põt.assumit aliquam cognitionem de abstractis in re si aliquod reale de ipsis datur:aut saltem iuxta terminũ.aliquam imaginationẽ apprehendit. ¶Sed animaduertendum est:qd dum dicimus adequari potentiã intellectiuã cum obiecto intelligibili uel potentiã sensibilem cum obiecto suo sensibili:nõ decet intelligere ita pportionatam esse potentiam intelligentem cum re intellecta:qd essentialiter una non excedat alteram.qm̃ si hoc esset:de raro uel nunquam aliquid sentiremus:aut intelligeremus:cum de raro una res:cum alia simpliciter adequet.unde capiendũ est adequari. potentiã intelligentẽ cum re intellecta:quod cõprehendat tantum de ipsa quantum a natura atq; arte datum est ei cõprehendere.unde fit quia cum creature nõ possimus cognoscere omnino intrinseca rerũ quousq; ad primũ signum essendi: qd est opus imediate dei: nequidem per ptem inferiorem nullam rem quãuis infima sit possumus cognoscere usq; ad suum ultimum intrinsecum gradum:quãuis intellectus noster.multo pfectior sit re illa:& in aliquibus rebus aliis multum altiores gradus itelligamus:quã sunt gradus istius rei.sed quia cognoscere usq; ad finem unamquãq; rem & oẽs:soli deo attinet:intellectus noster non sufficit ad intelligendum aliquam rem usq; ad summũ.siue ultimum perfectum.& qd de infimis non sentiamus neq; intelligamus:potius quam de pfectis patet.qm̃ nõ sentimus magis pfecte colorem: quãtitatem:habitudinem seu distinctionem mẽbrorum formice & musce: quam hominum & equorum:neq; potius intelligimus essentias:quam sentimus colores & distinctiõem mẽbrorũ hominis & equi. ¶Suppre ma uero:ut animas separatas a corpibus:angelos:& deum minus cognoscere possumus:qm̃ in pfectione excedunt nos.uerũtamẽ dum haberemus de anima separata & de angelo totam illam cognitionẽ:quam p statu isto habere possumus:talis cognitio adequata denominaret.cum totum illud esse quod a natura cõceditur haberemus:& cõcesso quod intellectus separatus a corpore maiorem adequationẽ põt habere cum rebus perfectis quam dum cõiunctus est:ueluti de animabus separatis:de angelis:& de deo: non ex hoc intelligitur : quod in modo suo cognitionem quam itellectus cõiunctus corpori habet de angelis & de deo:nõ posset denominari adequata:Respectu ad statũ istum:si habet quicquid habere põt a natura: loquendo dum corpori cõiũctus est. ¶Et quod cognitio adequata.denominari debeat: satis pbatur: cõcessis hiis que a pluribus dicunt:uidelicet:quod itellectus beatus siue angeli siue hominis habet cognitionem adequatam de omnibus altissimis rebus:atq; de deo:quod stare nõ posset:si assumeremus adequationẽ per intelligere deum & omnia opera ĩmediata eius:usq; ad summũ gradum.nam ueluti repugnat deo & creaturis:qd alia creatura sit deus:ita repugnat quod penitus deũ cognoscat.quoniam si cognosceret:talis cognitio esset cõprehensio dei.& deus incõprehensibilis est ab aliis rebus. unde non decet inferre:quod per naturam & habitum caritatis aut per lumẽ glorie:uidelicet:per gratiam a deo assumptã: in uidendo ipsum posset cognitio nostra cum essentia dei adequari.Sed adequari dicimus:dum oĩa illa q̃ sufficiunt nobis per naturam & gratiam dantẽ habemus. ¶Nequidem intellectio dei siue cognitio est adequata cum essentia uel esse creaturarũ:qm̃ itellectus dei multo plures gradus atq; perfectissimos continet:quam obiecta intelligibilia:intelligas assumendo obiecta per dependentiam:quia essentia dei simpliciter cum intellectu.siue intellectione ipsius adequatur.& hec sola est uera adequatio inter potentiam intelligentem & obiectũ intelligibile:in aliis uero semper aliquid magis aut minus datur.nam quãuis itellectus noster potius in intelligẽdo cum esse hominũ adequetur:quam cum aliqua alia essentia: nõ pp̃ter hoc sequitur:quod intellectus noster simpliciter totũ esse nostrum intelligat:nequidem intelligendo etiã diminuta itellectus diminuatur.nam cum manu & uiribus nostris maius & minus pondus subleuare possumus:quãuis unũ quoq; istorum cum manu & uiribus non adequet:omnino manus & uires ad magnũ & paruum accomodant:& ita potentie sensitiue & intellectiue faciunt circa sensibilia & intelligibilia.quoniam ad supprenũ & infimũ accomodantur:licet nõ adequentur.cum omnibus:neq; cognoscant penitus usq; ad summũ gradum.sed per opera ad extra.exeuntia omnino de intrĩsecis uniuscuiusq; rei multa.

cognoscere possum9. Sed nō de oībus simul:nisi gradatim:tum de uno:& tum de alio:nō autem de oīb9 simul:sub aliquo uniuersali cōceptu: nisi de hoc ente:& de illo particulariter assumpto.ut intellectio per fecta sit.quapropter numerū potentia anime nostre cum aliquo unico cōceptu adequatur.imo cū pluri bus particularibus.Et cum nullo penitus:nequidem cum omnibus : cum nullam rem simpliciter cogno scam9.Et insuper nullus homo inexpertus habet aliquem conceptū de ente uniuersali:quin hoc uel illud sit:& posito quod talis cōceptus uniuersalis omnium entium daretur:cum potentie anime nostre pticula res sint:nullatenus cum uniuersali adequari possunt:licet aliqualiter accōmodari secundū aliquid magis & minus. ¶Et sic anima nostra tantum per opera ad extra exeuntia cognosci potest: sed non est uisi bilis:nō tangibilis:nō audibilis:nō gustabilis:nō odorabilis:sed uidet:audit:gustat:tangit:& odorat:per quas operationes cognoscimus animā dignam esse:tamen quia simplex:difficilis cognitu in ꝓpria essen tia. ¶Verumtamen cum datum sit nobis per operationes tanquam a dextra tendentes:qualia funda menta:de quibus emanant sunt cognoscere per opera animarum ad cognoscēdum ipsas animas:argu mentum naturale capimus:atq; ad ꝓbandum animas per essentiam ꝓpriā dignas esse:& a natura elemē torum.nimium diuersas:ut facile cōprehendi pōt ita dicēdo. ¶Omnes operationes elemētoꝝ petunt discursum temporis ut perfici possint trāseundo:tanquam de principio per medium ad finem: sed opera tiones anime nostre in instanti sunt:ut in uisione patet.quoniam in instanti quod oculos aperimus uide mus:& omnia alia sentimus sensibilia appropinquata in debito medio:licet quod sonos si fiunt a longe aliquantulum demorantur ad deueniendum ad aures:sed dum in aure ipsa fit sonus: imediate ab auditu percipitur. ¶Amplius & potius ad ꝓbandum quod anima:quāuis de sensitiua agamus:nullatenus de natura elementorum esse potest.eo quod soli cōformatur nō autem elementis : ut patebit.nam aer dum cōuersatur cum aliquo putrido:inficitur.similiter faciunt aqua:& terra: ignis uero nō ita coinquinatur: sed corrumpitur:& habet motum dissimilē motui anime:quia tardum.anima enim uidet plura sana:plu ra infecta:& tamen uisus nil inficitur:neq; auditus a sonoribus inficitur: licet quod organa sepe a prauis obiectis destruitur:ut oculus per colores albissimos:& aures seu organa:in quibus principaliter auditus sedet:per horribilia tonitrua dirrumpūtur.uisus & auditus enim non destruuntur : nisi quod organa in quibus manent deficiunt.& sic patet:qualiter anima nullatenus de natura elemētorū esse potest. ¶Et hoc assumpto ꝓbatur:in celo esse ueram originem animarum:eo quod cum reb9 celestibus anime cōfor mantur:ut in operationibus radiorum solarium & in operationibus animarum experitur . radii solares enim non generantur:non corrumpuntur.dilatantur a dilatatione corporum diaphanorum:& restrin gūtur.ꝓpter oppositionem opacorum.unde fit quod si aliquod corpus opacum iuxta corpus solare ap poneretur:omnes radii solares manerent in corpore solari ipso:absq; aliqua dirruptione ipsorum radio rum:& si mundus dilataretur:pluries super illud quod est:& nullum ibi daretur corpus opacum:radii so lares extenderentur ad extensionem totius mundi siue corporum diaphanorum:& omnia illuminarent. Ingrediuntur radii solares sepenumero per stricta foramina:& a longe tendunt:& tamē quāuis extēplo occurramus ad claudendum foramen illud:nunquam ualemus ad diuidendum radios solares.unde pro batur penitus indiuisibiles eē:& quicquid omnino indiuisibile incorruptibile.attingunt radii solares ad corpora sicca:humida:frigida:calida:putrida:sana:uiuētia : & inuiuentia: & tamen radii solares nil infi ciuntur.uerumtamen impediri possunt:ut ita intense apud nos non operentur : ut de natura sua ꝓpria est operari:nam pluuie:nubes:uapores:siue nebule:impediunt claritatem radiorum solariū in operatio nibus hic iferius:& etiam frigus impedit quod tantum non calefiant:& tamē radii solares quo ad se:sem per in uno & eodem modo se habent. ¶Et omnia hec aut simili modo: quod de ꝓprietate radiorum solarium dicimus:etiam in anima nostra sunt:ut in uisū precipue patet.qm̄ nullatenus radios uisionis in cidere possumus:quāuis usq; ad celum tendant:& festinatim aliquod obstaculum ante oculos ponamus: nullatenus radios ipsos incidere possumus:& quod radiatiōes oculares extra mittamus:iam in prima par ticula istius libri satis ꝓbatum est:aut saltem potius hoc:quod pars cōtraria habet euidentiam. ¶Trā seunt radii uisuales per omnia corpora diaphana extendunt usq; ad celum : & multomagis irent:si celū altius fuisset:nil uisus coinquinatur uidendo hoc & illud:quāuis prauū sit:si nullū opacum ante oculū po nimus:a longe uisuales radii tendūt:& si oculum claudimus:aut aliquod ibi iuxta ponimus obstaculum: radii nullum sentiunt laborem manendo in oculo reclusi. ¶In quibus experientiis patet:animā sensi tiuam aliqualiter saltem de se ingenerabilem & icorruptibilem esse:qm̄ nullatenus incidi potest: & id qd̄ non sciditur neq; corrumpitur:& sic quāuis mēbra incidantur & frustrum a frustro separetur:nō repu gnat omnino quod anima ipsa indiuisa extēdatur ad extensionem membrorum separatorum:quoniam anima sensitiua non tantum est ita subtilis:ueluti radii solares:imo multomagis.& patet:quia non possu mus uidere animam:neq; ꝓprie ipsam sentire:licet per operationes ab ea emanātes:ipsam cognoscam9. & uidemus radios solares atq; caliditatem eorum factu sentimus:uerūtamen sicut radii solares nō tantū modo illuminant:sed etiam calefaciunt:desicant:& similia opera.per que penetrant plura opaca corpo ra.ita aīa nostra cum tactu:gustu:olfatu:& cum auditu:multa opaca discernit:cognoscit: atq; penetrat: & a nullo istorum cognoscitur:neq; penetratur.unde cōstat palam animā ingenerabilem & incorrupti bilem esse:& quod origo ipsius in celo est:de qua ad organizationem corporum descendit:& post sepa

rationem ad ipsam originem tanquã ad patriam ꝓpriam reuersura est:tamen dum in corpore est:oportet iuxta maiorem & minorem dispositionem corporum operari.nam corpora que optime organizata sunt:faciliter obediunt siue concipiunt operationes anime: Corpora inhabilia uero e conuerso faciunt: quãuis anima de se nil uarietur:sed infusa corpori sepe affectiones corporis oportet assequi:qm̃ in unione cum ipso a subtilitate declinata est.nam sol non calefacit tantum hec inferiora in diebus pluuiosis & uentosis:ueluti dum clarum & quietum tempus est:& tamen radii solares nil in seipsis uariantur.sed minus una die quam altera operationes suas imprimere possunt:& sic anime in corporibus in quibus manent faciunt:& nihilominus per propriam naturam ad dilatationem & restrictionem mẽbrorum dilatãtur:& restringuntur:absq; aliqua multiplicatione diminutione & dirruptione ipsarum. ¶Intellectuales anime uero multa digne super radios solares & sensitiuas animas sunt:quoniam intelligere dignior operatio:quam illuminare calefacere & sentire est. ¶Et hee experientie que posite sunt.& alie que per similem uiam tendunt:sufficientes sunt ad ꝓbandum: qualiter anime sensitiue & maxime intellectiue ab origine propria res dignissime sunt:& nimium a natura elementoꝝ differentes:cõcesso quod penitus ipsas ab intrinseco per primũ signum essendi non cognoscamus. nam non tantum in hac specie aialium deducte ipse anime:quia coniuncte corporibus non possunt simpliciter seipsas cognoscere:sed nec dum separate erunt:seipsas cognoscunt.quoniam opera sua non sunt:& unũquodq; opus cognoscere magistro ipsius attinet:aut alteri sibi simili.& quia nullus similis deo:ipse solus tantum opera imediata sua cognoscere potest:& si nullus angelus:nulla anima potest semet cognoscere:si per reuelationem specialem a deo assumptã ei non daretur. ¶Vnde uana querimus:dicendo:non intelligimus perfecte nosipsos: neq; anima nostra perfecte se intelligit:ergo nõ est res digna non imortalis.quoniam solus deus ꝑfecte seipsum intelligit:& omnia alia.tandem:sufficit nobis per opera cognoscere animam nostram: creaturã perfectam:de celo uenientem:atq; incorruptibilem esse. ¶Et in hiis perfectionibus similibus diligẽter aspiciendum est:dum aliquid de natura anime excogitare uolumus.quoniam aliter multum deterius est sẽtire:quam secundum naturalia merita manere:de quo exemplum tangibile attinens corporibus adducere possumus. ¶Quod exemplum tale est:sepenumero contingit scrimitoribus in cõmuni lingua sic appellatis:uidelicet hominibꝰ qui docent alios decertare armis: quod hii magistri dum ad uerum prelium accessuri sunt:ualde timent:& nil de ictibus quos in scolis docebant & operabantur faciunt:sed tanquã deperditi remanent.sed dimittamus magistros:quoniã si cõstantem habent animum:multum in certaminibus ueris ualent:& de discipulis qui didicerunt aliquid:tamen parum:quoniã isti uolunt se ponere in custodiis atq; ictibus determinatis:& quia tempus accomodatum ignorant:quãdo ingredi:& quando regredi debent:in hoc medio multa mala patiuntur.& alii homines qui nil didicerunt ad dextrum uel sinistrum agendo:plures ictus eiciunt:unde nõ ita male faciunt:ueluti illi qui credunt aliquid scire:& nesciunt.& ita contingit hominibus:qui operam litteris dederunt:si parum sciunt.nam in argumẽtis ingrediũtur:& raro ad excũdũ ex ipsis ualent.unde raro inuenitur homo nimium deditus ad speculandũ opera philosophorum antiquorũ qui de deo:de principio mũdi:de imortalitate anime: neq; de essentia propria sua:sane sentiat:nequidem terminare sciãt.nã quanto plura facit argumenta:tanto magis in erroribus implicatur.eo quod superius ascendere non potest occupatus in hiis inferioribus ab antiquis positis. ¶Et alii homines quãplures:qui nil litteris uacauerunt iuxta naturalia merita:decurrendo: minus malum cõmittunt.quoniam saltem deum credũt:mundum esse principiatũ:immortalitatem anime:& qd post hanc uitam anime sunt habituꝛ ꝓmiũ aut supplicium penes opera:que hic operati sumus. ¶Conceditur quod qui plures libros uident:& cum sana mente speculãtur:multo fortius credunt omnia bona que credenda sunt:eo quod cum fundamento ipsa habent. ¶Et unum aduertendum est:ne de nobis ipsis tãtum ꝓsumamus quod aliena occupare tentemus: nam non solum auctoritatem legis habemus de casu luciferi:eo quod attinentia soli deo occupare uoluit:sed unusquisq; princeps noster irascitur:dũ aliquis subditus uult secreta ipsius principis penitus scire:aut bona occupare: & cum horrore eicit ipsũ a facie sua:in quibus exemplis & similibus argumentum capimus de uia:quã assumpturi sumus:dum archana dei scire uolumus. ¶Quoniam non tanquã per nosipsos:eo quod a nobis non sumus:sed orando deum:ut gratiam nobis prebeat ea que bona sunt:& ei placita sciamus.nam si per nosipsos multa cõprehendere presumimus:ꝓculdubio decipimur.sed dum in nomine dei ambulamus:cum ipse pater optimus sit:semper de laboribus nostris bona reddit nobis.quãuis multa archana:per seipsum obseruet.

¶Qualiter si determinate Aristotelem agendo de anima apprehendere uolumus:oportet ad secũdum librum de generatione aialiũ occurrere:ubi examen inter aias & animas describit. Cap.chi.

¶Quum inter alias facultates potissimum agendo de anima:uarii homines tam docti quam litterarum inexperti diuersas adducunt opiniones:quãuis superius de similibus multa dicta fuerint:in hoc capitulo prosequendo: etiam nonnullas opiniones enarrare intendimus. ¶In primis enim uidendum est: an omnes uniones ubicunq; diuersa ad unam solam simultatem occurrunt generatio dici debeat:uel qdam uniones simpliciter:& quedã uniones & generationes simul.unde sub paucis dicendũ est:oẽm generatio

nem a natura capiendo:fieri ſub aliquo curſu uariaꝝ reꝝ ad unam ſolam unionem occurentium,tamen
omnis unio non eſt generatio: niſi forte latiſſimo modo capiendo : ita quod omnis generatio denotat
unionem:non tamen omnis unio generationem.qm̃ unio uniuerſalior generatione:gratia exempli:iſte
homo ille alius & alius abſq; aliqua corruptione & generatiōe ipſoꝝ aut trãſmutatione de ſpecie ĩ ſpẽm
ſimul uniuntur:& cauſant ſocietatem:tamen ibi nulla eſt generatio realiter capiendo:Si modo non acci
peretur generatio ꝓ illa ſocietate:tamen in re idem hoīes ſumus manendo circa alios ueluti ſoli. ℂIn
generationibus ꝓprie dictis ſiquidem longe aliter ſe habet.quoniam ibi corruptio:ibi generatio:ibi trãſ
mutatio de ſpecie in ſpeciem datur.ueluti dum panis poſitus in ſtomacho trãſit in carnem: unicum:aut
aqua in ſanguinem:hec & ſimilia generatiōes ꝓprie dicte ſunt. ℂNunc uero aſſumpto quonã modo
non omnes uniones generationes denominari debeant:facile comprehendi poteſt an per pauca media
uel plura de quolibet quodlibet fiat ut Anaxagoras aſſerebat fieri:licet Ariſtoteles in aliquo ipſum cõce-
dat in alio uero non concedit. ℂSicut ubi Anaxagoras exemplat quod de plurib9 aquis paruulis ſeu
torrentibus fluuius maximus fit:ſub qua experientia conſtat de aqua aquam fieri: tamen Ariſtoteles hoc
conceſſo aſſerit in oībus hanc regulam nõ tenere:exemplando de lateribus non fiunt lateres. ℂTamẽ
inter hec duo exempla parua ſtat differentia:quum tantũmodo fit per continuum & contiguum:ut uide
ri poteſt:aqua enim cauſa liquiditatis poteſt cum altera aqua per omnes partes comiſci:lateres cum alte
ris lateribus ꝑ omnes ptes comiſci nequeunt:tamen cõtiguare poſſunt.unde ueluti de pluribus paruulis
aquis :poteſt aqua magna continua congregari:ita de multis lateribus puulis unus later magnus conti
guus. ℂEt aduertas:quod in nullo iſtoꝝ exemplorũ eſt ꝓprium de quolibet quodlibet fieri: qm̃ nulla
ibi datur generatio:nequidem tranſmutatio de ſpecie in ſpeciem:niſi unio in una & eadem ſpecie manẽ
do ſicut prius erat. ℂDe quolibet autem quodlibet fieri aliter capiendum eſt.ueluti dicendo : de terra
fit aqua:de aqua aer:& de aere ignis:& econuerſo aduenientibus aliquibus corruptionibus & generatio
nibus:& hoc conceſſo:ut ꝑ Ariſtotelem conceditᷣ:de omnibus ſub celo manentibus generabilibus & cor
ruptibilibus intelligas:de quolibet quodlibet fit:licet quandoq; res inueniuntᷣ ꝓpinq; de hoc ad illud:qñ
q; uero longinq;.unde ſub longinqua trãſmutatione de latere poteſt fieri aqua:lutum:herba:arbor:& ſi-
militer alter later:poſt uarias corruptiones. ℂNunc uero iactis fundamẽtis ad ꝓpoſitum noſtrum de
anima agendo reuertẽdum eſt:cauſa quia plures expoſcere ſolent:qualis ſit unio inter animã & corpus:
ꝑ continuationẽ uel contiguationẽ:ſub generatione ꝓprie dicta:aut uero ſimplici unione. ℂQuibus
petitionibus in primis reſpondemus:quod de uirtute uocabuli inter animam & corpus unio ſimplex tm̃
fit:non autem generatio.quoniam infuſionem anime in corpus dicimus:& ubicunq; infuſio datur:opor
tet ꝑ prius eſſe ſubiectum recipiens:quam recipiat:etiam res infundens oportet quod ſit antequam infun
datᷣ:ut in omnibus infuſionibus quibus nos patentibus ſenſibus utimur:comprobatᷣ : ueluti infundendo
aurum in argẽtum:plumbum:aut alteꝝ metallum.quoniam ꝑ prius argentum eſt generatum: & aurum
generatum:tamen hoc & illud ꝑ maximam calefactionẽ liquefactũ:ut aurum in argẽtum infundi poſſet:
& quod ibi altera generatio non aſſequatᷣ:pter infuſionem:ꝓbatur.quoniã deinceps cum aqua forti aut
aliuſmodi poteſt diuidi aurum ab argento:ueluti prius erat.unde patet ꝙ radicaliter capiendo:nunquã
aurum in ſpeciem argenti aut alius metalli tranſmutatur:licet in ipſa alia metalla ſepenumero infundatᷣ.
ℂItidem nõnulli alchimiſte dum uolunt attrahere perfectionem argenti : quam animam denominant
capiunt totidem de ere ueluti argentum erat:& liquefactum ipſum es infundunt ſup id animam ab argẽ
to abſtractam.unde es deducitᷣ ad pfectionem argenti : tandem iterum poſſunt eam animam abſtrahere
ab ere. ℂParimodo de anima & corpe aſſerimus:quoniã poſtquã embrio pfecte generatus atq; orga
nizatus eſt:anima in ipſum infunditᷣ:& faciunt unum totum quod animal uocatᷣ:non cõtiguum imo cõ-
tinuũ.Sicut aqua cum aqua & uinum ſimul:uel aurum & argentum poſt infuſionem : tamen ueluti poſt
infuſionem auri in argentum nulla ſibi datur generatio:niſi ſimultas manendi:nequidem in animali poſt
quam anima in corpus infunditur:datur aliqua generatio ipſius animalis multiplicare : in magnitudine
poteſt generari:inquantum animal uero non. ℂVtimur quoq; uariis infectionibus:unde palam oſtẽ
ditur rem infuſam non tranſire in ſubiectum in quod infunditᷣ:ut dum tincturam ſuper pãnum infundi-
mus.quia quãuis pannus & tinctura ſimul ꝑ totum continuatim ſe tangentes maneant : nunquã aliquis
ipſoꝝ in ſpeciem alterius tranſit . quoniam ueluti duo principia ſe habent de diuerſis naturis cõſtantia:
Et ubicunq; diuerſa principia occurrunt: ſemp unũquodq; coꝝ originem ſuam obſeruat abſq; ſimplici
tranſmutatione in naturam alterius.quãobrem ſi aliquid iſtoꝝ additurum eſt : oportet quod de natura
ſua ꝓpria aditio ſibi eueniat:non autem de natura alterius:ſub quo ordine:Si caro in corporib9 nr̃is fie
ri debet:oportet ibi aliquam materiã occurrere de eadem ſubſtantia uel materia.de qua mẽbra nr̃a ſunt
euenientia.Nam aliuſmodi nõ potuiſſet generari in carne nr̃a:id quod eueniſſet. ℂNunc ſic:aīa & cor
pus aīalis ſunt duo principia de uariis naturis cõſtãtia:reſtat per nullam generationẽ nullã corruptionẽ
aīam in corpus trãſmutari:nequidẽ corpus in aīam:quãuis de ſenſitiua aīa capiam9.nã conceſſo qđ poſt
infuſionẽ ſeu unionẽ cum corpore aliquid addatur:decet qđ ſubſtantia illa eueniat de origine:de q ipſa
ſenſitiua aīa cõſtat. ℂEt quicquid tanquã principium per ſe cum altero unitur: ab ipſo ſeparari põt:aīa
ſenſitiua eſt alterius nature a corpibus elemẽtoꝝ ſeu aīalium:ſequitᷣ:uniri cum eis tanquã ad extra eueni

ens.& hoc uidetur ſignificari in quibuſdam ꝓpoſitionibus Ariſtotelis:ueluti: dum in primo de anima ait
¶ Non quelibet anima poteſt intrare quodlibet corpus:Sed quelibet aīa habet ꝓprium corpus. ¶ In
eodē libro egrediente aīa ex corpe corpus marceſcit:& expirat.in his duobus locis : iuxta ſignificatiōnē
uocabuloꝝ:palam dicit:animam de foris euēire ad corpus:& poſtremo foras reuerti:& inſuper de omni
bus animabus denunciat:quum dicat non quelibet anima proprium corpus habet. ¶ Altera ꝓpoſitio
quoqꝫ uniuerſalis eſt:quoniam in omnibus animalibus tam ſenſualibus:quam in hominibus equaliter ꝓ
batur:quia dum anima non eſt in corporibus animalium:ipſa corpora putreſiunt. ¶ Verumtamen he
auctoritates Ariſtotelis aliqualiter cōmentande ſunt : ut cum aliis ab ipſo traditis manere queant.unde
dicēdum eſt:in hoc loco aſſumpſiſſe ingreſſionem & receſſionem animarū ꝑ generationem & corruptio
nem:quia non quelibet anima in quodlibet corpore generatur:quoniam de mente ipſius Ariſtotelis:ōis
anima preter intellectiuam eſt uirtus alicuius corporis:unde aſſerit impoſſibile eſſe a corporibus ſepara-
ri:eo ꝙ nulla uirtus poteſt ſeparari ab eo cuius eſt uirtus.unde nō uult intellectum eſſe uirtutem organi-
cam:nequidem cōmunicabilem cum actionibus corpalibus:ut ſecundo de generatiōe animaliū ꝑ ipſum
apparet:Sed omnes alias animas dicit eſſe uirtutes corpoꝝ:& quia uirtutes:oportet ad generationem &
corruptionem ipſoꝝ corpoꝝ generari & corrumpi. ¶ Nos tamen negamus ꝙ aliqua anima:ut ſenſi-
tiua & multo minus intellectiua ſit uirtus alicuius corporis:immo uirtus manens in corpore:dans uirtu-
tem ſeu ꝑfectionem ipſi corpori in quo manet.nam non ſequitur eſt uirtus manens in corpore:ergo eſt
uirtus ipſius corporis.quoniā nos manemus ī domo & damus ei ꝑfectionem:& ſumus uirtus:tñ nō uirtus
domus.& ſic poſſumus ingredi domum:ibi aliquantulo manere:poſtremo uero ab ipſa egredi:& ita ſen-
ſitiua aīa.quia dans uirtutē ut ꝑ aduentum ſuum & receſſum patet:uirtutē manentem in corpe denomi-
nari poſſe:dum ibi manet: nō autem uirtus corporis nequidem talis competit ei diffinitio. ¶ Demum
dimittimus in hoc loco opinionem noſtram de ꝓprietatibus animarū agentem: quoniā in pluribꝰ aliis
locis huius libri ipſam aperimus. ¶ De opinione Ariſtotelis:ſi poſſumꝰ intelligamꝰ:& ut melius agere
poſſumus naturalis ordo querēdus eſt ſiue cōſuetudo oīum bonoꝝ auctoꝝ: qui ordo talis eſt.dū de una
ſola re abſqꝫ cōparatiōne ad aliquā aliam agunt:iam diſtincte : iam uero abſolute loquunt.ſed quum ad
agendum de pluribus rebus ſimul deueniunt : ꝓprietates uniuſcuiuſqꝫ rei ab aliis diſtinctas enarrant.&
quia Ariſtoteles in libris de aīa raro uel nunquā poſuit cōparationē inter aīam & aīam:& ſi poſuit in ab
ſcōdito modo:nō pōt in his libris de aīa denominatis diſtincta cognoſci intentio Ariſtotelis:ſuꝑ differē
tiā aīarū diuerſaꝝ. ¶ Quāobrem ad alios libros occurrendū eſt:ubi ipſe de oībus aīabus ſimul agebat
ueluti in ſecūdo de generatiōe aīaliū:in quo loco diſputando de oībus aīabus diſtincte ꝓponit:uegeta-
tiuā atqꝫ intellectiuā.uirtutes corporeas eſſe in ſeminibus aīalium manentes : in potentia poſtmodum ꝑ
generationē tranſeuntes in actum:tñ corruptibiles ſimul cum corpe.& hic intellectiuā uidet aſſumpſiſſe
per cogitatiuam potentiam:ſub qua opinione forſitā Albertus & beatus Thomas poſuerūt intellectiuā
animam noſtram in corporibus creatam eſſe:quod in lege ſaltem erroneum.qm̄ nos nō dicimus cogita
tiuam eſſe animam intellectiuā:niſi mētem tantū:que de mēte platonis & Ariſtotelis de foris uenit ad ſe
infundendum in corpora:& ad corruptionē corpoꝝ ēt foras illeſa recedit:ueluti plato de mente poſuit.
¶ Et in hoc loco ſane Ariſtoteles platonem ſecutus eſt:quoniā poſtquam in hoc loco de oībus animabꝰ
ſimul agit:inquit: ¶ Reſtat igitur ut mens ſola extrinſecus accedat:ea que ſola diuina ſit:nihil enī cum
eius actione cōmunicat actio corporalis. ¶ Et diſcurrēdo ſubdit: corpus autem geniture in quo ſemē
animalis principii contentum una ꝓuenit:partim ſeparabile a corpore:in quibus diuina pars compre-
hendit:qualis eſt q̄ mens appellatur:partim inſeparabile:hoc īquā geniture ſemen diſſoluit:uerſumqꝫ in
ſpiritū euaneſcit.agendo de mente ſeu intellectiua aīa aūt & in aliis ſublimibꝰ ſane Ariſtoteles & plato
mercuriū triſmegiſtum aſſequuti ſunt. ¶ In hoc loco enim abſqꝫ enigmate apphendere poſſumꝰ:quid
de animabus iuxta ſententiā Ariſtotelis intelligendū ſit:qm̄ hic de oībus ſimul loquebat:licet nil probet.
& tantū mentē a corpibus ſepari:atqꝫ immortalem eſſe approbat:atqꝫ de foris euenire:parimodo oſtēdit
penitus opinionē platonis aſſequi:ut patet:quū plato ſolā mētē denoīabat aīam īcorruptibilē ad corpa
uenientē:& ab eis recedentē:tñ ipſam quādoqꝫ aīam appellabat.& Ariſtoteles ſimiliter tenuiſſe uidet:cū
agēdo de aīa tertium librum ueluti alios de aīa denoīabat:& liber ipſe potiſſimū de ītellectu agēte & poſ
ſibili agit:qui idē cū mente eſt:ut in moralibꝰ patet:quia ſemꝑ mentē aīam denominat: ueluti dicendo:
¶ Beata aīa q̄ nō fuerit īfecta prauis operibꝰ huius mūdi. itidē:Ve aīe peccatrici q̄ nō hēt poſſe redeūdi
ad locū ſuū.hic ſane de pluribꝰ mētibꝰ ſeu aīabꝰ:& de gloria ipſaꝝ poſt ſeparationē a corpibꝰ affirmat:&
qd̄ ī hoc loco ariſtoteles platonē aſſecutus fuerit facile appet.nā ſi eādē opinionē de mēte ſeu aīa de foris
ueniēte:nō haberet:ueluti ī aliis locis:ubi minus incōueniēs erat:inſtabat: platoni multomagis de aīabꝰ
rationalibꝰ hoīum extrīſecꝰ accedētibꝰ cōtradixerat.Si opinio Ariſtotelis eadē nō eſſet:tñ ꝙ ipſa fuiſſet
in hoc loco ſupius adducto cōprobat. ¶ In hoc loco ēt ſuꝑioribꝰ uiſis facillime cōprehēdi pōt: q̄lis de
mēte Ariſtotelis ītellectꝰ nr̄ eſt:q cū ītellectu agēte uel pria cā cōiungit:ſi poſt hāc uitam cōiungi debet
nō intellectus paſſiuus ſeu cogitatiua.qm̄ de mēte Ariſtotelis dato ꝙ aīa ītellectiua uocet:ſimul cū corpi
bus generat & corrūpitur abſqꝫ aliqua ſeparatione.unde nō poteſt cum prima cauſa uniri uel reuniri:quo
circa de tribꝰ unū accipiendū eſt.uidelicet qd̄ mens nr̄a quā nos ītellectiuā aīam appellamꝰ ꝓ bōis opi-

bus que hic agit poſt ſeparationem a corpore cum deo reunitur:eo quod de ipſo uenit:& ad fruendum
eo iterum reuertitur:uel quia dum hic manemus bene operando poſſumus cum deo uniri:ideſt ipſum co
gnoſcere & in cognoſcendo tm̃ delectari:quod felices pro eo tunc eſſemus. ¶Seu ꝙ dum uiuimus &
ſolertes aſſidue ſumus:anima intellectiua ab irreligioſis denominata apprehendit tot intellectones. qa
cum mente ſeu intellectu agente coniungitur:ideſt:ꝙ clara intuitione ipſam mentem intelligit. & quia
tunc nulla erit cõfuſio i intellectionibus noſtris:de mẽte Ariſtotelis eſt dicẽdũ:ꝙ talis ſit unio intellectus
noſtri cũ itellectu agẽte:nõ aũt cũ prima cã niſi cũ mẽte deforis ueniẽte. ¶Preterea qd̃ aliqua aĩa for
ma uel potẽtia hic inferius generata de naturali ordine poſſit ſup celũ aſcendere:manere nequit. ná te
nere ꝙ hoc fiat ſub fide cadit:tñ ꝑ opera animaꝝ nõ ſolũ de itellectiua anima capiẽdo imo etiá de ſenſi
tiua ꝓbat̃:origines ſuas altiores eſſe de qbus oriunt̃:& ad quas rediture ſunt:quã origines elementorũ.
ita ꝙ aĩa itellectiua nullatenus hic inferius generari põt:nequidẽ origo ſenſitiue. qm̃ opera caꝝ opera
elementorum antecedunt:atqꝫ intellectiua dignius quam celi opatur. ¶Vnde oĩbus aſpicientibus pa
tet:qliter ponẽtes aĩam itellectiuá hic iſerius i corporib9 generari tortuoſam uiá aſſumpſiſſe:nõ eni na
turalẽ & ſi cã cõformádi cũ ariſtotele taliter dixerũt:multomagis cõformauerãt dũ poſuerãt aĩas intelle
ctiuas ſup celũ creari:& deinceps ad iformationẽ mẽbroꝝ i nos iſundi:ſub quo ordine tãto i creatiõe &
eternitate ab ariſtotele differeremus:& a platone ſaltẽ quocũqꝫ modo. ná ipſe & nos uel religioſi & irre
ligioſi:qd̃ mũdus ſit & iſup corruptibilis cõuenimus. tñ ſtat dr̃ia an mũdus eternus uel creatus ſit:& ita de
mẽtibus ſeu rõnalib9 aĩabus iter religioſos & irreligioſos diſputádũ ẽ:nõ qd̃ mẽtes aut nõ mẽtes ſint ge
nerabiles & corruptibiles uel nõ generabiles & icorruptibiles. qm̃ ꝙ ſint & igenerabiles & icorruptibiles
una cõuenimus de creatis uel nõ creatis ſtat diſputatio:& hoc attinet ubi de creatiõe mũdi agimus prin
cipium totius mundi per meram creationem probamus:ut iam in ſecundo libro propalatum eſt: igi
tur & creationem animarum. ¶Sufficit tamen pro nunc ſi aliquã rationẽ Ariſtoteles obſeruabat: ꝙ
de mẽte ipſius ſola aĩa uel mẽs hoĩs ẽ igenerabilis & icorruptibilis:uenit deforis iſundit̃ i corp9 humanũ
& ab ipſo illeſa ſeparat̃:& hoc ẽt uult iſerre ubi aſſerit:ſolũ hoĩem reminiſcẽtiá hẽre. bruta aĩalia uero me
moriá tm̃:quo fit:ſtultũ eẽ ꝑ lõgũ i gymnaſiis legere atqꝫ diſputare:utrũ cõtingat aĩe ſeparí uel nõ:ut ꝓ
poſitio ariſtotelis ſaluet̃:quũ palá i libro ſecũdo de generatiõe aĩaliũ aſſerat:nullá aĩam ꝑter mẽtẽ poſſe
ſine corporib9 opari:neqdẽ ab ipſo ſepari. quáobrẽ ſiqs cũ Ariſtotele de aĩa tractádo cõuenir̃ uult:& cũ
lege tenere:neceſſe ẽ qd̃ mẽtẽ tm̃ ſiue rõnalẽ aĩam dicat igenerabilẽ:icorruptibilem: corpori unibilẽ:&
ab ipſo ſepabilẽ eẽ. tñ reſtat ꝓbare creatá eſſe ad organizationẽ corpoꝝ pticulariũ:non enim eternam.
¶Alia uero q̃ de aĩa poſita ſunt ueluti de modo ſentiẽdi:mouẽdi:qeſcẽdi:& ſimilia:quod ita ſint uel nõ
ſint:ut dicit̃ parũ uel nil itereſt. de eſſentia:mortalitate:uel imortalitate uera eſt queſtio. qm̃ de ſimilibus
ſcire neceſſitas maxima nobis occurrit.

¶Quáobrem ſapientibus tantum de anima tractare attinet:eo ꝙ ad ſublimes origines cogno
ſcendas aſcendendum eſt.
Cap.cliii.

¶Oportet tádẽ ad cognoſcẽdá imortalitatẽ anime atqꝫ eſſe ipſius ꝙ ad principia reꝝ aſcẽdamus:& ibi
diligenter diſcernamus:qualis unaqueqꝫ res in principio uel origine ſua ſit:& quũ hoc nõ attineat oĩb9
hominibus:niſi ſapiẽtiſſimis tãtũ:aut iis q de natura ſubtiles ſunt:nõ eſt poſtmodũ credẽdũ unicuiqꝫ ac
cedẽti ad diſputádũ de natura aĩe:ná cũ de eſſe aĩarũ loqui uolumus:neceſſe eſt ut in primis aſcẽdamus
ad cognoſcẽdũ qd ſit eſſe a ſe:& qd eſſe ab alio:qd recipiẽs eſſe:qd dans depẽdere:& qd depẽdens. quid
ꝑfectũ & qd iperfectũ:qd actus & qd potẽtia:aut quid forma:& quid materia:quid ſimplex:& quid cõpo
ſitum quid uiuens & qd non uiuens:quid a ſe habẽs uitam:& quid non a ſe habẽs uitá: quid uita & quid
mors:quid uita cõtingẽs & qd naturalis:quid eternũ ex parte priori & poſteriori ac ſemper:& qd eter
num aut ſemp durabile ex parte poſt:quid tranſmutatio de ſpecie in ſpeciẽ:& qd ex eo quod tranſmuta
tur:quid in tranſmutatione acqratur aut qd deperdat̃:quid corporeũ:& qd incorporeũ ſeu ſpiritus ſit.
& ſic plura alia his ſimilia cognoſcẽda ſunt:ut de eſſentia anime ac de eius imortalitate loqui poſſimus.
¶Nam quomodo Plinius:Lucretius aut epicurí:ad loquẽdũ de eſſe uel ꝓprietate aĩe occurrentes credẽ
di ſunt:ſi nil de principiis rerũ diſcernere oſtẽdũt. ¶Plinius tractádo de diis:ſolẽ poſuit ꝓ ſũmo deo:
nec qſquá adeo rudis eẽ põt:q ſtultius dixiſſet. ¶Facile eſt iſerre tales ſumus poſt mortẽ quales ante ge
nerationẽ eramus:ſed neſcitur quomodo iſtud itelligant:q huiuſcemodi opinionẽ ſectant̃: quum nil de
intentione ſua declarare ſciant. Quippe quod ſecundum hanc mutilatam locutionem uidetur de iſtoꝝ
intentione:quod poſt mortem eſſe noſtrum euaneſcit ſeu annihilatur:quod ſtultum eſt: quum nulla res
annihilari poſſit:niſi quando peius ex hac ſpecie in illam tranſire:& dicimus quando peius:quia genera
bilia & corruptibilia tantum de ſpecie in ſpeciem tranſire poſſunt:& ingenerabilia atqꝫ incorruptibilia
digniora generabilibus & corruptibilibus:quemadmodum in celo patet:quoniam dignius q̃ elementa.
Sed neqꝫ ex hoc per tranſumptionem de ſpecie in ſpeciem ſiue rerum principium deperditur: ſed tan
tum compoſitiones ſeparantur & in aliis figuris iterum coniunguntur. ¶Et ſi corpora que minus
digna q̃ anime ſunt nunquam eſſe ſuum fundamentale deperdunt: quoniam ipſum hinc illinc obſer
uant: quanto magis anime quia digniores: ut per effectus patet; eſſe ſuum a natura obſeruature ſunt.

Et si infertur : quod in principiis rerum ordo non obseruat: hec profecto stulta consideratio erit:quan-doquidem ordo noster ad imitationem ipsius nature uel principii rerum emanat.& hinc habetur:quod deus & natura nil frustra faciunt:& semper ordinate agunt. ¶ Quoniam uero hic plures decipiuntur diligenter animaduertendum est:sub quo ordine aut principio natura potest prebere uitam corporibus inuiuentibus : si aliquod principium originaliter in ipsa natura uiuens non est . Quoniam a natura unumquodq; generat sibi simile . non autem dissimile . & quia corpora quocunq; transmutentur per uarias species transeundo semper corpora generant : pari modo oportet quod spirituale producat spirituale : inuiuens inuiuens : & uiuens uiuens . Et ut facilius hoc unusquisq; uidere queat:in seipso consideret quod tota natura per primam originem fit corporea atq; inuiuens:hoc posito:quomodo ui-uentia causare possunt aut unde oriantur?si uiuentia sunt multo digniora inuiuentibus:& id quod di-gnius ab indigniori per primum principium oriri nequit.A natura prius est bonum q̄ non bonum:aut perfectum q̄ imperfectum:ens a se q̄ ens ab alio:dans esse q̄ assumens esse.Res perficiens q̄ res ab alio p-fecta:anime seu res uiuentes sunt perfectiores inuiuentibus siue corporibus:prebent eis esse:idest perfe-ctionem:igitur anime sunt priores ac durabiliores.Quapropter a corporibus oriri non possunt : & sic uelim⁹ aut nolimus : necesse est confiteri quod plures res per principium intrinsecum uiuentes sint . & quod nunquã uitam suam deperdere possunt : sicut terra que suam grauitatem nunquã amittit.quia li-cet q̄nq; calefiat & de spē in spēm trāseat:semp grauitatē suā obseruat:eo q̄d talis ē eius intrinseca natura neqūē calefieri pōt ex pte sua:nisi īquātū cū igne uel aliquo calido cōiūgit:& taliter aīa corpori cōiūcta aliquas affectiones assumere pōt:nunq̄ tñ simplicem uitam deperdere : eo quod de natura intrinseca ui-uens. ¶ Preterea ubi nonnulli inaspicientes dicunt : quod anima omnino cum corpore generatur & corrumpitur:in quo significat eiusdem nature cum eo esse:hoc palam econuerso se habet.Quoniam pri us corpora generantur q̄ ibi aliqua sensatio uel intellectio detur:& antequã corpora corrumpantur ani me ipsam dimittunt.Vnde probatur aliam atq; aliam naturam esse.& tamē anime digniores : eo quod corporibus inhabilibus comitari nolunt.In qua operatione de originibus ipsarum animarum aspicien-dum est:non autem de corporibus . Quoniam non simul generantur nec simul corrumpuntur : quum anime corporibus iam generatis infundantur:& priusquã corrumpantur discedunt. ¶ Et imaginan-do quod tales post mortem erimus:quales prius eramus:oportet hic ad eternitatem uel creationem mū di occurrere.Nam si mundus est eternus:certum est quod tales erimus post mortem quales ante genera tionem:quoniam eedem anime que nunc sunt in nobis:iam ab eterno erant in aliis hominibus. Sed ta-men semper uiuentes : ueluti materia corporum que in pluribus speciebus ab eterno steterunt : si mun-dus est eternus antequã in nobis nunc manentibus eueniret . Et si infertur:quod sicut corpus quandoq; uiuit & quandoq; moritur:ita & anima:minime hoc stare potest.Corpus enim non per se sed per animã uiuit.Vnde ex eo quod non per se a natura non semper uiuere potest:ideo corpora corporeas proprie-tates obseruant:quia intrinsece eis sunt:non autem uita.quoniam mutuata . Sed quum anima a natura habet uitam:ut probatur:eo quod uitam corporibus prebet : nunquam ipsam uitam deperdere potest. ¶ Sed ad alteram partem:dicamus mundum esse creatum:ut in secundo libro probatum est:non erimus tales post mortem ueluti prius eramus.quoniam modus uiuendi istius hominis:non est similis modo ui-uendi illius. Vnde opus est quod eorum anime post mortem distincte maneant : eo quod unaqueq; de suis operibus gaudeat uel tristetur . Si enim nos qui imperfecti sumus eiusmodi ordinem obseruamus de remunerandis bonis : & puniendis malis:multomagis deus & natura hoc faciunt . Quoniam inde quis-q; optimus ordo originem habet.Sed dicamus : quod bruta animalia non mera ratione degunt : unde eorum anime ad aliquam communem substantiam uel animam mundi reuertuntur:omnino est conce-dendum:quod ibi uiuunt & in modo suo gaudent.A natura enim quelibet res in specie sua delectatio-nem assumit:& quanto dignior tanto maius gaudium . Quoniam in principiis rerum nil deordinatum datur : immo omnia per gradus perfecte ordinate sunt ex quo fit : quod quamuis lapis iuxta sensus no-stros penitus quacunq; delectatione seu cognitione careat : ratio longe aliter cognoscit.Quia si lapi-dem manu capimus diu ipsum retinere non possumus:quoniam tanta est lapidis auiditas decurrendi ad cētrum:& quiescendi in loco proprio:quod uires nostras conuincit.& qm̄ lapis qui tantū uidet̄ inaduer tens semper obseruat talem appetitum manēdi in cētro:sequitur quod ibi aliquam quietē uel delectatio nē a natura ordinatā frequēter assumit:quā ordinationē seu ꝓprietatē nos sensib⁹ uidere nō possumus. sed p effectus ad extra exeūtes intrinseca fundamēta cognoscimus:& itidem uita animarum nostrarum cognoscenda est.nam si a natura intrinseca non daretur : impossibile esset naturaliter loquendo : quod corpora quandoq; uiuere possent.& quia uiuunt:sequitur in eis aliquid accedere ab intrinseca natura ui uens:& q̄cquid ab intrinseca natura uiuens : semper uiuens.Sed ad cognoscendum similia non omnes loquaces aut solum quia in studiis steterint admittendi sunt:nisi qui natura arte & bonis moribus aduer tentes sunt : & multa de simplici rerum natura atq; ipsarum compositione discernere consueuerunt. ¶ Dicis non posse probari.fateris ergo te ignorare ipsius anime proprietates: suas proprietates nescis: igitur male ponis quod probari non potest . Ea enim que naturalia sunt probari possunt : Quocirca si tu ignoras ipsam animam :protinus immerito asseris ab aliis hominibus probari non posse:Confitere

difficultatem tuam & permitte quod alii hoĩes ea que possunt in bono faciant. Nã hoc imerito dicit: ego hoc non possum: igitur alius non posset saltem dum in naturalibus tractamus: quum enim nos de corpore & aĩa cõstemus: nil a natura uel rõne repugnat: q̃d intrinsecas corpoꝝ & aiarũ ꝓprietates sciamus: & notis proprietatibus mortalitatem uel imortalitatem anime: distincte probare possumus: & hoc a nullo uero philosopho negaretur. Verum nonnulli qui ad sublimia attendendum inualidi sunt: dum aliquã rem non intelligunt: dicunt non posse probari. & tamen oportuisset quod ipsi aperirent: qualiter probari nequeat simul cum ostensione: qualis illa res sit de qua loquimur.

¶ Quod deus potest materiam absq; forma creare: atq; sine ipsa conseruare: unire: & separare ab ea. Et q̄ non uidetur posse creare materiam uelut nunc est: quin sit habilis ad recipiẽdum formam. Quod materia & forma non habẽt ueram similitudinem cum subiecto: & sua passione propria. Quod actus & potentia non faciunt rem compositam: ueluti de forma & materia. Quod diuerse sunt forme a natura: forme proprie dicte incorruptibiles atq; ipse sole deducentes materiam de potentia ad actum: non proprie forme corruptibiles. Et quonam pacto sub paucis fundamenta Aristotelis agendo de anima intelligãt atq; nostra. Et q̄ nullatenus religiosi & irreligiosi agendo de anima: & in aliis sublimibus conuenire possumus. Cap. clliii.

¶ De hac questione loquendo: uidelicet: utrum anima proprium habeat opus diuersi expositores diuersa temptant: tam religiosi quam irreligiosi: quocirca inter multa posita a quibusdam solet aliqs ꝓponere atq; ibi nimium isistere an deus posset materiam producere absq; quacũq; forma & arguendo q̄ non in propriis passionibus exemplari solent: taliter procedendo. ¶ Si deus nequit producere res absq; passionibus propriis: & q̄ sunt res eo modo ueluti sunt: dum passiones proprias habent pariter est dicendũ: non posse producere materiam absq; hac uel illa forma. asserendo: ueluti homo risibilis a risibilitate: ita materia appellatur materia per respectum ad formam. Vnde sequitur si non datur homo absq; risibilitate: q̄ nec materia absq; forma: & alia similia multa dicunt. ¶ Nos autem similibus argumentationibus respondendo: in primis asserimus: maximum esse interest: inter materiam & formam & passionẽ propriam cum suo subiecto: ut facile uideri potest sic procedendo: materia dicit relationem ad formam: in eo quo materia est & forma: parimodo relationem ad materiam. ¶ Nunc sic: ubicũq; relatio proprie dicta: ibi duo extrema distincta ponunt: ubicũq; distincta res: ibi palam fundamentaliter capiendo: una separata ab alia dari potest: quoniam quicquid distinctum tãquam res & res diuerse: nil repugnat simul manere: & separatim: quãuis relationes suas non deperdant: gratia exempli: non datur pater: quin relationem ad filium non habeat: nequidem filius absq; relatione ad patrem: tñ pater & filius possunt: & de facto sit: quandoq; simul manere: & quandoq; a longe alter ab altero. tandem relatio semper q̄ pater & filius sunt durat: ita materia in eo q̄ relatiue ad formam dicitur: separata ab ipsa uel coniuncta quoddã relatiuũ ad ipsam formam dicit. forma quoq; relationem ad materiam: in eo q̄ forma. tamen ueluti illud quod est pater datur prius originaliter quam habeat filium in actu: & magister priusquam discipulũ habeat: simili modo materia est antequam cum forma uniatur. ¶ Concedimus tamen: q̄ id quod pater uel magister esse debet contrahit innatam aptitudinem ad generandum filium: aut docendo discipulũ: & in hoc modo etiam concedimus materiam non posse dari absq; aptitudine ad formam: sub qua aptitudine dicimus semper formam aspicere. Verũtamen iam propinq; & iam longinq;. quoniam per prius per solam aptitudinem formam aspicit. postremo uero in actu cum forma ipsa unitur: tum autem erit relatio in actu in duobus extremis omnino fundata. sed relatio in aptitudine ita datur: q̄ sint forme in rerum natura: aut q̄ nulla forma sit. quoniam materia ad hoc creata est: ut cum forma cõiungatur: in quãtum materia denominatur: ueluti pater potest denominari quicũq; homo in aptitudine eius ad generãdum filium: aspiciendo. tamen plures sunt homines qui nunquam filios generant: quanuis aptitudinem ad generandum habeant: alii nonnulli uero quãuis homines sunt aptitudine generandi filios carent: similiter enim de aliqua materia inferre possumus. quoniam uarie materie sunt: ut inter materias elementorum patet aut saltem inter materiam celi & materiam elementorum. quoniam hec corruptibilis & illa incorruptibilis: corruptibile & incorruptibile enim nimium differunt. unde non possunt eiusdem nature esse. quamobrem dato q̄ aliqua materia aut pro maiori parte apta creata sit ad recipiẽdam formam: forsitã aliqua est carens tali aptitudine. ¶ Et posito q̄ non careat: necesse est per prius in aliqua origine esse quam in actu cum suo relatiuo coniungatur: ueluti in omnibus relationibus uere dictis comprobatur. quoniam per prius sunt res fundamentaliter quam relationes: saltem secundum alterum extremũ. nam prius est homo quam generet filium prius qui debet esse magister quam habeat discipulum: & sic de reliquis exemplari potest. ¶ Preterea ubi unio: a natura loquendo: ibi separatio per omnes homines: qui litteris prebent operam: & per alios quamplures. inter materiam & formam quandoq; unio quandoq; uero sepatio daẽ. ¶ Vnde q̃stio remãet an materia ab oĩ forma separi queat: nã ab aliq̃ forma posse separi: a nemĩe dubitaẽ: nisi taliter ab oĩb⁹: q̄ nullã cõtieat i se formã. In hoc ãt tñ dubiũ cõsistit. nõ eñi sup sepationẽ: tũ ab ista forma: tũ ab illa. ¶ Et dũ melius hoc dubiũ soluere possimus: alie nõnulle regu

le ī pluribus īuēte capiende ſunt:ueluti dicendo iſte homo eſt aīal rōnale:ille aīal rōnale:alius & alius:&
hii ſunt oēs homines:ergo oīs homo eſt animal rōnale. ¶ Iſte hō currit:ille currit:& hii ſunt oēs hoīes:
igitur oīs homo currit. ¶ Iſte homo nō currit:ille alius & alius non currit:hii ſunt oēs homines mūdi:
ergo nullus homo currit. ¶ Hoc autem non tātum in modo loquendi imo in modo eſſendi ſtare pōt:
aliqua magna diligentia adhibita.quāuis decurſus oīum hoīum in uno & eodem tempore capiatur:aut
ꝙ nullus currat in altero tempore. ¶ Veluti ſi unus imperator dominaret̃ totum orbem terrarum:&
iuberet:ꝙ nullus homo in tali tempore & die aſſignato per uiginti quatuor horas currat:& ī altero die
ſic uel ſic omnes homines currant per ſe aut ab aliis deducti:aut ſaltem per ordinationem dei:in uno &
eodem puncto omnes homines currere poſſemus aut a curſu ceſſare : & nulla ex hoc a natura omnino
repugnantia datur.& fundamentum capimus:ꝙ repugnātia non ſit:q̃ non repugnat huic homini cur
rere:illi alteri & alteri.Vnde diſcurrendo per omnes:non eſt repugnātia imo naturalis ordo a natura lo
quendo:ꝙ omnis homo currat. ¶ Et ſic ad propoſitum:de materia & forma aſſerēdū eſt:dum curſum
aſſequeremur naturalē:qm̄ de cōi ſententia habet̃:ut in re apparet:materia ſepatur ab iſta forma ab illa
& ab alia.decurramus nunc ut in aliis exemplis actū eſt dicēdo:materia ſepatur ab iſta illa altera & altera
forma.& he ſunt oēs forme:igitur materia ab omni forma quādoqꝫ ſepatur. ¶ Vlterius alterū exēplum
idē referēs adduci pōt.hic pater ſepatur ſaltē ꝑ mortem relatione actuali iſtius filii illius & alterius : & hii
ſunt omnes filii iſtius patris:igitur pater realiter capiēdo:ſeu in actu ſepatur ab oī filio.licet ꝙ tūc nō uo
catur amplius pater.ſed homo dū filii mortui ſunt.aut cū aliquo reſpectu:ſi reſpectū ponere uis ad aīam
filii uel cadauer. ¶ Etiā patre & filio mortuis:aīe coꝝ aliquā uidetur relationē hēre nō ꝓprie dictam:
qm̄ aīa nō generat aīam:niſi hō generat hoīem.uerūtñ īter aīas patris & filii aliqs cōſiderat̃ ordo : eo ꝙ
iſta aīa erat in patre:& illa in filio. ¶ Et ita inter materiā & formā relatiōes quoquomodo cōtinuatas
imaginari poſſumus:qm̄ aīa dum a corpore ſepatur ſemꝑ eſt illa que in corpore illo tali ſtetit.Vnde ali-
quā habet ad ipſam aſſiduā relationē. ¶ Etiā penes ſnīam religioſoꝝ:ſatis ꝑfecta relatio eſt inter ratio
nales aīas & corpora:quāuis ſepata maneāt : cum habeamus oēs hoīes eē reſurrecturos in aīabus & cor
poribus:ueluti ſumus:non enim in aliis aīabus & corporibus:niſi in eiſdē in quibus nunc ſumus aſſeren
do:unā rōnalē aīam de primo ad ultimū tm̄ unū aſpicere corpus ad ipm̄ informādū & miniſtrādū.unde
hoc poſito dicēdū eſt ſemꝑ manere relationē inter corpus & aīam:quāuis ſeparam relationem largo mo
do tāquā actualem:non autem ꝑ ſolā ſimplicem habilitatem uniendi:niſi relationem in eo ꝙ hec aīa &
hoc corpus iam alias ſimul ſteterūt:& reuniri iterum expectant. ¶ Nunc uero de materia & forma tā-
quā de diſtinctis rebus uiſo:atqꝫ de relationibus earum ad paſſiones proprias deueniendum eſt:eo ꝙ ſu-
perius diximus:magnam eſſe diſſimilitudinem inter materiā & formā & paſſionē propriam cum ſuo ſub
iecto:eo ꝙ materia & forma diuerſas res dicunt:propria paſſio uero & ſuū ſubiectum unā ſimplicem rē.
quo fit quia inter paſſionē ꝓpriam & ſuum ſubiectum nulla datur relatio:ſaltē ꝓpria.qm̄ ꝓpria relatio
duo extrema fundamētaliter aſſumpta petit:inter ſubiectū & paſſionē ꝓpriā nō dant̃ duo extrema & ſic
non relatio. ¶ Et ꝙ alie & alie res inter paſſionē ꝓpriā & ſuū ſubiectū nō dētur:patet:q̃ non pōt di
ci iſte homo ſepatur a riſibilitate aut ab hac riſibilitate:ſub qua regula dicamus ille homo ſeparat̃ a riſi-
bilitate alius & alius.& ſic oēs homines:qm̄ nullus a riſibilitate ſeparatur:ab aliqua materia aūt ab aliqua
forma quandoqꝫ ſepatur.unde probatur materiā & formā duas dicere res alterā ab altera ꝑ naturā diui-
ſas:ſubiectum & propria paſſio uero unā tm̄ rem ſolā ſignificāt.unde hoc abſqꝫ illo dari non poteſt:ue-
luti homo abſqꝫ riſibilitate:anima & corpus ſiquidem ſepata ſine riſibilitate dantur:unita uero non:quā
uis poteſt dici:ꝙ corpus priuſquam aīam recipiat habet aptitudinem ad ſe uniendū cum anima in qua
unione riſibile erit:anima quoqꝫ apta ad unionem corporis.unde riſibilis ſimul cum corpore eſt nō ani
ma ſola : non corpus ſolum:niſi homo de anima & corpore conſtans riſibilis. ¶ Materia enim prima
paſſionem propriam habet a qua paſſione nullatenus denudari poteſt materia:remanendo ſub hoc ter-
mino tantum:quia dicit rem aptam creatam ad recipiendum formā ꝑ quā ꝑfectius opatur:quā prius age
bat:tamen ab illo poſteriori euenēte:ideſt:a forma:tum uniri:tum uero ſepari poteſt.qm̄ alia & alia res
a paſſione propria autem:ideſt:ab aptitudine recipiendi formam:nullo modo materia ſepari poteſt:ma
teria ut nunc eſt remanente. ¶ Et in hoc loco imaginando:ꝙ materia per aptitudinē ſeu paſſionem
propriam aſpicit atqꝫ petit formā:largo modo talis aptitudo forma nuncupari poteſt:eo ꝙ ꝑ ipſam ma
teria expoſcit formā:& formā expetere aliqualiter actus ē de qua forma aptitudinēītelligas:materia nū
quā pōt ſepari:& materia remanere:eo ꝙ de eadē natura hoc & illud.ſed ab oībꝰ aliis formis ꝓprie dictis
eo ꝙ tāquā res diuerſe ab ipſa materia ſunt:naturaliter ꝓcedēdo iam uniri cū eis pōt:& iam ab eis ſepari.
¶ Vlterius aduertas:q̃ actus & potentia multum differunt a materia & forma:conceſſo: ꝙ per aliquam
ſimilitudinem quandoqꝫ actus in loco forme capiamus:potentiam uero in loco materie:tamen īproprie
ſimpliciter capiendo.qm̄ materia & forma ſemꝑ dicunt rem & rē diuerſas:unde oritur q̃ unite cōpoſitū
faciunt. ¶ Actus & potentia ſiquidem nō faciūt rē cōpoſitā:niſi ſignificationē adducūt ſimul ꝑfectio
nē & imꝑfectionē:hoc eſt:ꝙ illa res nō oīo ꝑfecta nō oīo imꝑfecta : niſi ad hoc & illud tendens. ¶ Vbi
actus purus enim oīno ſimpliciter res ꝑfecta:ubi actus.& potētia ibi aliq ꝑfectio & aliqua imperfectio:
non ꝙ ſit ibi aliqua pars tanquam res diuiſa:que ſit ꝑfectio:& altera imꝑfectio:niſi tota illa res eſt agens

& patiēs:agēs respectu unius & patiēs respectu alterius:pfecta oīs res de actu & potentia constans eo ꝙ a deo tāq̄ a magistro pfectissimo depēdet:ipfecta qr depēdet:qm̄ depēdere ad ñ depēdēs respectiue impfectum est:de actu seu pfectione constare dicimus:eo ꝙ ī istanti aliquid incipere possumus:tum quia non ualemus ad pficiendum in uno solo instanti ea que uolumus:potentiales seu impfecti sumus. tamē cadē res est hoc & illud:idest actus & potentia simul.sed qr pfecta aliqualiter & imperfecta aliusmodi considerata.compositionem de actu & potentia factam dicimus quam compositionem deus non potest omnino separare:quoniā si separet actus ille fuisset purus:ueluti deus.potentia quoq; simplex ueluti idē deus: quod nullatenus manere pōt:ꝙ aliqua res ita simplex sit ueluti deus est res manendo:non dico imaginarie:sed ubi res & res danť:ibi sunt faciles uniones & separationes. ¶Inter actū & potētiā equidē uere assumendo:nulla datur unio:nulla separatio.qm̄ eādem simplicem rem dicit:simplicitatem creaturarū itelligas. Vnde nō ē dicēdū p actū & potētiā ī una & eadē re:hoc ē materia & illud forma:nisi hoc totum est agēs & patiēs:pfectū aliqualiter nō oīno pfectissimū. ¶Preterea ī hoc loco diligēter querēdum est:ut intelligamus:que forma est illa que deducit materiā de potētia ad actū:qm̄ hic plures uacillare solent q̄rendo:formā dantem esse corporibus:tū uero formā dātem opari.uerūtamē qcq̄d dat esse:dat opari saltem aliqualiter pfectum:sup illud quod prius erat & quicquid opari ipendit ēt esse tribuit:idest perfectionem:que opari prebet:eo magis ꝙ ab operationibus quas aginius nomen assumimus: ut sensuales:eo ꝙ sentimus:disciplinabiles qm̄ disciplinabilia seu composita opera agimus: intellectuales nuncupamur qr opera discreta operamur:sub quo ordine asserendum est:ꝙ si forma prima ducit materiam ad speciē corporum:ubi maior reperitur perfectio quā in simplici materia sola! ¶Et uegetatiua deducit ipsum simplex corpus de minori perfectione ad maiorem:eo ꝙ ad speciem uegetatam ipsum corpus deducit. ¶Sensitiua siquidem quoq; res tantūmodo uegetatas deducit:de ea potentialitate seu perfectione ad speciem sensatam. ¶Pari modo asserendum est:de intellectiua aīa: deducere sensatas res de potentia ad actū:uidelicet:de minori ad maiorē pfectionē:ut lata expientia cōprobať. ¶Nūc sic:prima forma utpote corporea se habet tāquā forma in ista & in illa prima materia. ¶Et uegetatiua est forma istius herbe & illius arboris. ¶Sensitiua uero forma huius & illius canis. ¶Similiter anima intellectualis ē forma istius hominis & illius.hic autem non est trāseundum de naturali ad artificiale:ueluti de nauta & naui exemplari solet.qm̄ nauta nō poniť a natura in naui ipsa:nisi artificialiter hoc fit:& sic non oīs nauis habet nautā:& oīs homo itellectū habet: qcq̄d enī a natura datur:& oībus est pars intrinseca illorū in qbus manet:nauta siquidē nunquā est pars intrinseca nauis: unde probatur uanā esse similem comparationem. ¶Rursus ad actum & potentiā reuertendum est:ut ibi in primis explicetur an talis actus possit denominari forma:per quā potentia deducitur ad actum:ad quod respondendum sub paucis asserimus:ꝙ non:& probatur:qm̄ cum actus & potentia ꝓprie assumpti dicāt unā simplicem rem:si illud qđ imaginamur actum:deduceret potentiā ad actum:sequereť:ꝙ illa res semetipsam de potētia ad actū deducebat:qđ stare nequit. Vnde negādum talem actum:posse denominari formā deducētem materiā de potentia ad actum:quum nulla res sit sibiipsi precipue essendi uel deducendi de potētia ad actum:ut in artificialibus atq; naturalibus exemplari potest. nam nulla domus est principium p quod deducitur de potentia ad actum:hoc est de lignis & lateribus ad speciem domus. ¶In naturalibus siquidem nullus filius est principium suiipsius:p quod de spermate aut de sanguine deducatur in actum ad speciē hoīs: nisi pater & mater principia sunt:& architector principiū deducēs domū de potentia ad actū:in quibus exēplis & pluribus similibus palā uideri potest:quonā pacto nulla res seipsam de potētia ad actū deducere pōt:simpliciter capiēdo ipsam.dicimus aūt simpliciter:eo ꝙ res cōposite de re & re seipsas de potētia ad actū possunt deducere:idest de nō opari ad opandū:seu de q̄ete ad motū:ut aīalia:ꝙ iam p seipsa quiescūt & iam mouenť. ¶Verūtamē nō ē totū ipm aīal principiū motionis: nisi pars ipsius tantum: idest aīa seu uirtus motiua eiusdē aīe:p quā aīam corpus moueť.unde fit ꝙ unū istorū est motor: reliquū uero mobile:tāquā res & res ī origine diuerse. ¶Actus & potētia uero nullā ī origine diuersitatē hn̄t: quū tota illa res sit actualis:& tota recipiēs:licet sub diuersis cōsiderationib9:tn̄ una & eadē res:ita ꝙ qn̄q; tota agit:& qn̄q; tota patiť:atq; sepenumero ī agēdo repatiť:& ī patiēdo ab aliis in illis aliis etiā agit. eadē manere nō potest in simili re denominare unā partem formā & alterā materiā: quū nūquā illa res p seipsam pōt deduci de specie ad speciem:nūquā de potētia ad actū ꝓprie dictū:cū semp ī eadē simplici specie de actu & potētia remāeat. ¶Vbicūq; enī deductio de potētia ad actū fit:pariter ibi trāsmutatio de spē minus pfecta ad spēm magis pfectā dať:nō enī itelligas trāsmutationē p mutationē de q̄ete ad motū:qm̄ hic minime mutatio speciei cōsequiť nisi opationū tm̄.nā ꝙ nos sedeam9 nūc:& postmodū ambulem9 uel curram9:nequaquā ex hoc speciē mutam9. ¶Sed p aduētū uegetatiue forme ī spermate species mutať & sup embrionē uegetatū aduenīēte sensitiua quoq; de specie ad speciē trāsitur:aut de genere ad genus. ¶Pari modo p aduētū intellectiue forme trāsim9 de specie in speciē:p opationes uero nr̄as nunquā de specie ī speciē trāsmutamur:& qr nō trāsmutamur:nō pōt recte dici de potētia ad actū deduci.qm̄ hoc tm̄ cōcedendū est:ubi trāsmutatiōes de specieb9 ad species fiunt. ¶Nulla res cōstās tm̄ de actu & potētia trāsmutať de specie in speciē.nisi alia forma uel materia ibi uniať.ergo actus simpliciter assumptus:ut uidimus non est forma.p quā potentia deducitur ad actū.quoniā ut talis fiat deductio:

oportet diuersas res i naturā simul occurrere. ℭHabet desnia oīum hoīum:aliā rē eē aīam & aliā corpus:quāuis simul unita unū solū idiuiduū faciāt.cōfiteri decet:aīam & corpus aliā & aliā hēre distinctam naturā:ut cōfirmat:qa semp aīa & corpus unita cōpositum faciunt:& si eiusdē nature:compositum non causarent. ℭVlterius ad diffinitionē Aristotelis deueniēdo dicētē:aīa ē actus corporis:hic nullatenus pōt capi p actū simplicē simul cū potētia in eadē simplici re:qm̄ i hac diffinitiōe aīam pmemus. aīa aūt pfecta forma est:& oīs pfecta forma deducit res de potētia ad actū:hoc est de specie in spēm.actus in simplicitate rerū assumptus:nō deducit res ipsas de potētia ad actū:neq3 de specie ad spēm.pculdubio constat actum corporis in hac diffinitione non esse de natura ipsius corporis:imo de diuersa:& quia de diuersa natura:potest hoc dirrumpi & illud remanere : uidelicet : imperfectius dirrumpi & perfectius manere.& q actus corporis in hac diffinitione positus:de natura ipsius corporis nō sit probatur:quoniam talis actus est anima:& deducit corpus ipsum de potentia ad actum:idest de specie ad spēm.nullus actus q eiusdem nature est cum potentia seu materia sua:deducit ipsam de potentia ad actum:aīa deducit corpus organicū de potētia ad actum:idest de specie ad speciem:p quā uiam de minus pfecto ad magis pfectum ascendit:seqt aīam nō esse de eadem natura cum corpore:& qr nō eadē natura naturaliter loquēdo:necesse est quādoq3 ab ipso corpore separari. ℭAnima sensitiua atq3 uegetatiua sunt forme deducētes corpora de specie imperfectiori ad alteram perfectiorē:ergo ab ipsis corporibus separari possunt: quoniam aliam & aliam habent naturam. ℭNec qdē tenendum est has formas materiales esse:uidelicet:de potentia materie deductas.qm̄ hoc multo maior stetisset error quāuis in pluribus tā antiqs quam modernis talis uidet manere opinio:in qua pcipue tota dignitas aīaꝝ destruit.nā cōcesso oēs aīas materiales sub hac fantasia esse:sane oēs aīe tam intellectiua quā sensitiua & uegetatiua generabiles & corruptibiles sunt:que opinio praua est:neq3 ualet īferre ut aliqualiter cōsolemur:q habemus quēdā intellectū agētē atq3 possibilē ingenerabilē atq3 corruptibilē:nequaquā de hoc ponētes ipm aliquā adduxerūt probationē:uerba tm̄ descripserūt. ℭSed p nūc de intellectu tali fantastico seu assistēte : tāquā de angelo custode dici solet:dimittamus & distincte de his materialibus formis:que aīe appellant discernamus:quonam modo stare queat:q ipse materiales sint:si fortassis materiales nō assumeret ex eo q materialia corpora administrant:sed in hoc modo quoq3 ītellectus agēs & possibilis appellaret materialis:qa gubernat corpora:atq3 ītelligētie mouētes celos:mouētes ītelligas secūdū opinionē multoꝝ:etiā materiales uocarentur:qm̄ celos mouēt q corpora materialia sunt. ℭVnde cōcedere oportet iuxta hāc multoꝝ opinionē:oēs aīas p ipsos denominatas eē eadē materia cū corporibus:tādē mirādū est:quomodo talia posuerint:& absq3 pbatione ipsa reliquerint:eo magis q circa naturā legē & cōsuetudinem male sonat:q anima eadem natura seu materia cum corpore sit. ℭSed ut melius intentiones istorum auctorū intelligamus:petimus quonā modo forme deducunt de potētia materie ad actū:nō p materiā : qm̄ ipsemet i ea origine quoq3 materia sunt:nō p se.qr nullus seipsum deducit de potētia ad actū:ut supius uidimus: & si fortassis īferre uis:q he forme ab aliis formis de potētia materie ad actū deducunt : dent ille alie forme:nō dant:igit talis opinio eiciēda. ℭEt opponēdo:homo ē forma deducēs alterū hoīem de potentia ad actū:negat hoc:qm̄ masculus & femina tm̄ occurrūt ad generationē hoīs īstrumētaliter:nō aūt tā quā forma.qm̄ ipse masculus & femina minime i cōpositionē filii īgrediunt:tm̄ quādā idistinctā materiā in matrice femine collocāt.forma enim ut uegetatiua:sensitiua:& intellectiua in cōpositionē illius aīalis īngredit:p quā unionē illud cōpositū est aīal:quod prius nō erat & qr in illo prius corpus nō annumerabatur de genere aīaliū & p aīam deducitur ad ipm genus:& nullus pōt deducere seipsum:cōstat q nō p masculū & feminā:nō p materiā corpus deducitur de potētia ad actū:uidelicet de specie corporis solius ad speciē animalis. ℭLicet q i hoc loco cū quadam Aristotelica cōparatione assequētes:ipsum tutari uolūt:q compatio multo magis p nobis:quā p ipsis facit:hec compatio siue similitudo uero de securi & acuitate sua est:pponēdo securim se hēre tāquā corpus seu materiā:acuitas ueluti formā:sed in hoc psupposito nulla similitudo cū materiis & formis suis datur.acuitas in securi minime forma ipsius securis est:quū solo super unum latus & i superficie manet:forma autem per totam ipsam materiam formatam. ℭVlterius acuitas non deducit securim de potentia ad actū : idest de specie ad speciem: qm̄ priusquam acuat iam est i specie securis:& insup ab ipso magistro aut ab altero simili a quo securis facta est acuit:nō aūt ab ipsa acuitate.unde nō p acuitatē securis deducit ad speciem illam:nec quidē ad pfectionē nisi per fabrum ferrariū & amolitorem. ℭVlterius acuties dirrūpitur:tm̄ securis in specie sua remanet:q corp9 aīalis nō agit si forma ei9 destruit. ℭItidē hec ē uera ppositio dicēdo:securis est acuta:& falsa dū pmeret aīal est corpus aut aīal ē aīa:nā aīal corp9 & aīam simul dicit:securis uero unū tm̄ q p solā attenuationē in ipsa securi factā scindit & scisibilis est:ueluti aīal p aīam sensibile:uerūtn̄ differunt quia aīal non est corpus non aīa:& securis est acuta:quocirca palam pbatur qua de cā securis & acuitas eius: nō dicūt cōpositionē de re & re:aīa & corpus enim simul cōpositionem de re & re factā affirmant. ℭEt inferendo q ueluti faber ferrarius fabricat securim & postmodū acuit ipsam : ita natura cōpaginat corpora & post ipsam cōpaginationē seu organizationē uiuificat ea absq3 aliq aditione alteri9 substātie uel accidētis:ueluti faber ferrarius agit:qa acuit securim absq3 aliquo alio addito extraneo. ℭCōtra quā obiectionē respōdet hanc cōpationē non tenere:qm̄ uita aliquid reale appositū est aduenies corpori organico:quod prius nō erat:acuitas uero nil appositū in securi dicit:nisi attenuationē ipsi9 securis:& qr nil appositū:&

prius securis ē securis quā acuaṫ:corp9 enī p prius ē corp9 quā fit aīal.unde p aliquod additū extraneū sup corpus animal fit:itaqꝫ ueluti faber ferrarius in leuādo aliqd a securi:ut cum mola q̄ res extranea est: ita natura apponēdo aliqd ī corpore plasmat ipm animal:ubicūqꝫ aūt aliqua additio:ibi aliqd qd prius nō erat occurrit:necesse ē quoqꝫ illud quod addit ibi adesse:ut experiētia ꝓbaṫ. Veluti dū aquā calidā inuenim9:ibi calorē stetisse atqꝫ remaneṙ approbam9 p quē aq̄ illa calida ē:nō enī dicim9 aqua hec ē calida a se:nec qdē ab aliqua re que calida nō sit.unde arguimus nō eē calidā ab aliqua aqua per uerū principium:quū nulla aqua de se calida sit. ¶Et simili modo de uita aīalū asserimus ab aliquo principio uiuente euenire:nō aūt a materia corpoꝝ generabiliū & corruptibiliū:ut elemētoꝝ:quū oia hec de se in uiuētia sint:unde fit ꝙ uitā pstare alicui nequeūt. ¶Nequaquā ꝓdest ꝓponere uitā ab elemēto igneo euenire ī humido radicali substētatā:ueluti ignis ī lignis ī oleo & ī aliis piguedinib9 cibaṫ atqꝫ substētaṫ. ¶Quoniā ignis ubicūqꝫ reperiṫ tāquā īcensus rubeus est:& flāmā emittit.uita siqdē non est rubea:non emittit flāmā:tn̄ oportet corpora ubi uita manere debet calida esse:humida:frigida:& sicca:eo ꝙ aīa tēperata est.unde tēperata organa petit:ut in corporibus ipsis manere uelit:ignis uero minorē tēperātiā expetit:qm̄ si siccū cōbustibile inuenit:ī ea siccitate sola manet & opatur. ¶Sed quomodocūqꝫ sit semper ignis ē res addita tāquā extranea sup rē cōbustibilē:& realiter ignis in eadē cōbustione actu permanet.sub quo exemplo asserēdū est:ubicūqꝫ uita in aīalibus:ibi aīa tāquā origo ꝓducēs ipsam uitā:ut satis probaṫ:quū p receptionē ipsius aīe:corpora non sunt aīalia:cito putrescunt:& dissoluunṫ:securis autem quāuis acuitas ebetetur:non marcescit:non dissoluitur nequidē admittit nomen securis:eo ꝙ ibi res addita non erat tanquā de altera natura a corpore ipsius securis diuersa. ¶Vlterius quia magna extat quandoqꝫ altercatio īter nonnullos modernos an destructa acuitate securis uel gladii ibi securis uel gladius remaneat:in hoc pauca uerba consumanda sunt eo ꝙ omnes hoīes aliquā habētes experiētiā ī factibilibus palā sciūt:qualiter p prius fit securis atqꝫ gladius: & postmodū ī lapidibus molaribus acuuntur: hoc est p alterā partē attenuare:nullā formā idest figurā remouēdo: & ita sepenumero eandem partem ubi acuitas esse solebat ingrossamus:& tn̄ securis uocatur:& ī re securis est:quāuis parū uel nihil scindere pōt eo ꝙ ī lapidibus attenuata nō sit:si forma enim seu figura ipsius securis p oēs partes destrueret:tum minime remaneret amplius securis:nisi ferrū tāquā massa cōis ad securim:gladiū:ensem:& alia arma seu instrumenta edificanda. ¶Demū diligēter aduertēdū est.qm̄ ī similibus exēpiis ab antiquis adductis plereqꝫ gentes decipiunṫ:ueluti in hoc exēplo superius posito:uidelicet acuitatē in securi esse formā ipsi9 & qa nulla acuitas pōt separi a securi:gladio:aut similib9 armis:nec qdē habet opus ꝓpriū:nisi simul cū illis ī hoc aspiciēdo inspiciētes hoīes ualde a naturali rōne declināt credentes oēm formā ita cū suo formato se hēre:ueluti acuitas cū gladio:qd falsa atqꝫ infima excogitatio est. qm̄ ut iam uidimus acuitas in gladio non est propria forma:quum nō sit altera pars eius:nec quidem infusa per totum ipsum gladiū. forma autem proprie dicta altera pars compositi est:& per totum ipsum subiectum infundit:qua de causa nullam habet ueram similitudinem cum acuitate gladiorum.

¶De eodem.

¶Nunc uero post uarios discursus ad fundamēta opinionis Aristotelis & sequatium eius de anima agēdo deueniendum est:ut qualia sint sub paucis agnoscantur. ¶In principio enim uniuersalem materiam & uniuersalem formam presupponit:sed dum ad tractandum de multiplicatione rerum euenit nul sibi assignauit:quonā mō multipliceṫ illa prima substātialis materia:atqꝫ uniuersalis forma aut p quā uiā de illa uniuersalitate ad pticularē formā deducaṫ.qm̄ n̄ p se n̄ p formā:nec qdē aristoteles assignauit sub quo alio ordīe.un̄ necesse ē hac uia pticularizādi ignorata aut tacita ignorare ortū formaꝝ ab ipsa materia distinctaꝝ:quāobrē ꝓcedēdo de generationib9 & corruptionib9 oēs sequētes Aristotelem:formas materiales dicūt:aut de potētia materie deductas:qd recte stare neqt:cū iam ī principio positū sit aliud eē materiā & aliud formā:tū hoc substātia & illud substātia:& cōpositū ab ipsis substātia quoqꝫ.unde habeṫ triplex ē substātia forma:materia:& cōpositū.si forma utiqꝫ eiusdē nature cū materia eēt:nullatenus p se cōpositū causaṙ potuissent.qm̄ hic illic semp una sola simplex res simul unite causant cōpositū:atqꝫ tertiā substātiā:igiṫ aliā & aliā habēt naturā. ¶Dimittamus tn̄ ꝓ nūc hoc ut ꝓcessum principioꝝ aristotelis ultimatim assignemus:ut ibi de aīa secūdū ipm tradita ītelligamus.un̄ ī primis uideṫ dicēdū esse de mēte ipsius tātūmodo dari quadraginta & qnqꝫ:uel qnquaginta & septē ītelligētias q̄ a natura ꝓprie res ītelligētes sunt:oēs celos tn̄ ꝙ sint materiales aut nō materiales ꝓprie denomināt īgenerabiles & incorruptibiles.hec īferiora uerō sub celo manētia uiuētia aut nō uiuētia:apta nata ad suscipiēdas generationes & corruptiōes asserit eē. ¶Verūtamē forsitā ī hoc loco cōsiderādo de notabilitate hoīs:atqꝫ de sublimitate operū ipsius Aristoteles excogitauit hoīem aliquā habuisse cū diis seu ītelligētiis supioribus unionē.qm̄ quo ad uires de opibus īmortalibus agēdis īcessanter tēptamus:tādē qa uidit nos ī eo ꝙ homines sumus generari & corrūpi:dubitauit de forma ꝓpria nr̄a īgenerabilē & īcorruptibilē eē:& sic cuēdā ītellectum aut pticulares mētes antiquissimas de genere ītelligētiarū posuit administrātes oēs hoīes: aut fortassis tot animas intellectuales seu intellectus posuit ingenerabiles & incorruptibiles:quot homines in una sola etate sumus opinionem platonicam assequendo:ut in moralibus assecutus uidetur fuisse.

¶Aristoteles cum nullam animam uniuersalem mundi assignat:nec quidem disponit:quonã modo pri
ma forma quam substantiam denominat:tanquam alterum principium in tota natura in his particulari
bus formis descendat. ¶Nihilominus aspiciendo Aristoteles ipse duo principia naturalia in tota na
tura de quibus particularia dependent ponebat:& etiam de mente ipsius quicquid a natura particulari
zatur:uel de uniuersali ad particulare deducitur:uel per corruptionem & generatioẽm fit:quoniã crea
tionem prorsus negauit.quamobrem negata omni creatiõe:& posito ꝙ aliqua materia & aliqua forma
sint aliquando potius uniuersales & aliquando minus:siue de illa uniuersalitate ad particularitatẽ dedu
ctę:de oĩbus similibus negato toto ordine diuino in creaturis operante:est confitendũ ꝑ aliquã genera
tionẽ & corruptionẽ:ꝙ tam uniuersalis forma quã materia particularizat̃:si particularizant tñ sub diui
no ordine manet:ꝙ aliqua res absq; generatione & corruptiõe diuidat̃.nã si id quod generabile & cor
ruptibile est:ubicũq; ponat̃ diuisum aut indiuisum:easdẽ habet semp ꝓprietates:idest aptitudinẽ genera
tionis.similiter quicquid ingenerabile & incorruptibile:posito ꝙ abbreuiet̃ aut extẽdatur ẽt ꝙ diuidat̃
nulla pars ipsius corrumpi potest. Vt in extensione & abreuiatione radiorũ solarium exemplari potest.
quoniam sepenumero a nubibus & ab aliis corporibus opacis restringuntur : & his corporibus ablatis
extenduntur absq; aliqua generatione uel corruptione : & de simili natura ut radii solares sunt : sen
sitiuam animam dicimus esse:intellectiuam uero multo digniorem. ¶Corpus celeste quoq; posito ꝙ i
frusta diuideretur : non ex hoc aliqua pars eius emarceret:& ubi aliqua putrefactio non datur :nec qdẽ
uera generatio. Vnde uidetur satis manere posse:ꝙ sensitiua aĩa absq; aliqua noua corruptione & gene
ratione ipsius ad generationẽ uniuscuiusq; aĩalis ab aĩa mundi seu a quadã uniuersali substãtia diuidat̃:
uel tãquã linea extendat̃ ad manẽdũ in particulari mansione:in hoc & in illo.tamen tenendum est ꝙ a
sua uniuersali substantia diuidat̃:in qua uiuax est:quam ꝙ ueluti ligna extẽdat̃ non tamẽ diuisa ꝑ gene
rationẽ & corruptionem:nisi per naturalem ordinem tantum:ut aliquid inane in natura nõ cõtingat.
qm̃ ut similia scandala in natura euitentur natura ipsa semper sagax est : ueluti in aere assidue uidemus.
nã ꝓuidẽdo ut uacuũ in natura nõ detur semp ad ĩplendas oẽs concauitates.aut ubi alia corpora defi
ciunt:prouidissimus atq; ualidissimus est:& huic & illi subuenit atq; adimplet absq; generatione & cor
ruptione ipsius aeris:quãuis quandoq; ingrediatur ubi diuiditur:& aer de se generabilis & corruptibilis
est:tamen multis particularibus subuenit absq; generatione & corruptione ipsius:in quo exemplo argu
mentum capimus ad probãdum:ꝙ anima ueluti sensitiua potest absq; generatione & coruptione ipsius
plura corpora particularia animare organica:ut frustra nõ organizent atq; multo facilius de ipsa possu
mus hoc inferre:quam de aere:ea que posuim9:quum aĩa sensitiua multo dignior est quam aer:etiã uege
tatiua dignior aere sed non ita digna ut sensitiua. ¶Preterea ueluti non est concedendum: unam esse
solam materiam de qua omnes materie emanent : ut in libro sexto latius patebit propitio deo: neq; est
una prima forma siue anima mundi:de qua omnes forme tanquam ab origine emanãt. ¶Quod sint
plures materie non solum inter celos & elementa patet.qui celi ingenerabiles & ĩcorruptibiles : materia
elementorum enim econuerso imo etiam inter elementa ipsa manifestam uidemus experiẽtiam de uariis
originibus constare:ut in quocũq; cõposito de quatuor elemẽtis cõpaginato probatur.nam si unius &
eiusdem materie oĩa elementa essent:nullibi simul manendo aliquod tertium componerent imo semper
simplex tanquam unũ solũ elementum seu materia remaneret:& nos palã uidemus corpora de quatuor
elementis constantia composita de contrariis esse:una & eadem materia uero contraria sibiipsi non est.
¶Insuper in quocũq; particulari:ut in animalibus de primo ad ultimum cognoscimus:de quib9 elemẽ
tis maiorem sortitur partem:de quibus autem minus.ita ꝙ quãuis materie elementorum per uarias tran
seant compositiones de specie in speciem decurrendo : nunquam ex hoc aliqua istarũ materiarꝝ uult se
ostendere eiusdẽ nature simplicis esse cum aliis. ¶Sed qr̃ plures homines hac cognitione:quam nos de
complexione denominare solemus:caruerunt:imaginati sunt:omnia elementa omnia alia corpora ab
una & eadẽ materia emanare. ¶Taliter seipsos forsitan fundando:uidemus illud quod nunc est in spe
cie aque transire in uaporem:de uapore in aerem:ligna in ignem : herbe aut similes cibi in carnes ossa &
neruos aĩalium. ¶Sperma aĩalis in embrionem:embrio in aĩal:& sic materia elementorꝝ in uarias spe
cies absq; repugnãtia transit:uidetur ꝙ una & eadẽ materia sit. ¶Quod sane econuerso sentiẽdũ est:
qm̃ si de una & eadem materia oĩa elementa eẽnt nũquã de specie in spẽm trãsirent:eo ꝙ ibi non fuisset
contrarietas:nõ corruptio nõ generatio:circa mutationes specierꝝ:sunt generationes corruptiones atq;
mutationes de specie ĩ speciem:in cõmixtiõe elementorꝝ:igitur ibi diuerse materie occurrunt. ¶Tan
dem assumendo ꝙ oĩa corpora saltẽ generabilia & corruptibilia:penitus eiusdem materie sunt:& tamen
trãseũt de hac specie ad illam:& semp in generatiõe de specie minus ꝑfecta ad magis ꝑfectã trãsmutant̃:
in eo modo põt dici:ueluti uidetur stetisse opinionẽ quorũdam:ꝙ aĩa nostra de specie in speciem transit.
primo autẽ in formã corporeã aut saltem uegetatiuam postmodum per aliam generationẽ in sensitiuã:
postremo uero adueniente altera generatione in speciem intellectiuam transit:ueluti uirtus ciborum in
sperma:sperma in embrionẽ:embrio in aĩal:sub qua opinione forsitã uident̃ fundari nõnulli moderni:q
dicunt homines tantũmodo intellectiuã formã habere: non enim sensitiuã nec uegetatiuã ita disponen
do dictum Aristotelis ꝓponens:sicut biangulus in triãgulo triangulus in quadrãgulo:ita uegetatiua in

sensitiua & sensitiua in intellectiua. ¶ Tamen ut melius opinionem suam declararent:ut sub tot ambagibus ne elaboraremus dicere debuerant.sicut sperma in embrione embrio in corpore pfecto organizato:ita anima uegetatiua in sensitiua:sensitiua uero in intellectiua:tanquam in ultima pfecta aĩa:tñ ueluti illud quod nunc est corpus pfecte organizatũ p prius stetit sperma & deinceps embrio.postremo eni in corpus pfectum organizatũ transiit:parimodo aĩa intellectiua in primis fuit uegetatiua:pcedendo sensitiua:postremo uero intellectiua : & in hoc modo capiendo non põt esse nisi una forma in uno corpore. quoniam dum sperma transiit in embrionẽ non est amplius ibi sperma:nequidem eueniente corpore organizato embrio ibi remanet.qm̃ id quod sperma erat transiuit in embrionem : & illud quod embrio in corpus perfecte organizatum:quocirca non est dicendum in aliquo aĩali esse hec tria: uidelicet:sperma: embrionem:& corpus organizatũ:nisi unum tantũmodo:similiter utiq; de animabus asserendum sit hoc ordine obseruato.quoniã dum ipsa anima est uegetatiua non est sensitiua : non intellectiua translata in sensitiuam:non uegetatiuam:non intellectiuã.postremo aũt dum transiit in aĩam intellectiuam: non est amplius uegetatiua:nõ sensitiua taliter:quia eiusdem nature omnes unaqueq; superior aĩa põt quoquomodo p se & per suam inferiorem in administrando corpus supplere:atq; tanto melius quãto perfectior est:ueluti:unũquodq; corpus quanto ad digniorem speciem deductum in eodem gradu perfectius operatur. ¶ Nunc uero hanc uiam tanquam fundamentũ assequendo quãplures auctores notomiam de anima agere uidentur:nam nil aliud est secundũ uaria membra hoĩum eiusdem materie constantia p uarias cellulas atq; arterias & similia notomiam describere:quã de animabus oĩbus eadem natura constantibus diuersa scribere:tanquã de uariis speciebus p generationes & corruptiones diuisis: gratia exempli dicimus:corpus leonis est dignius corpore ursi:corpus equi dignius corpore asini: & cerui quam capre: tandem eadem materia omnia hec corpora. ¶ Parimodo forma leonis est dignior forma ursi : forma cerui quam forma capre:forma sensualium dignior forma uegetaliũ:forma hominũ autem tanquã ultimata inter omnes formas sub celo manentes sup omnes alias quoq; pfectissima:quãuis de eadem uniuersali forma emanata:de qua forme arborũ & sensualium emanant. ¶ Verũtamẽ aspiciendo natura:speciem hominũ:miserta est ipsorum : & constituit eis quandã intelligentiã inter alias intelligentias minorem que intellectus uocatur:ut de oĩbus hominibus curam haberet & unicuiq; secundũ diligentiam suã premium impenderet:hoc est solertis scientiam super alios homines:in qua sapientia felicitatem hominũ consistere dicebant.unde tantum felix qui taliter studendo seu speculando uiuit:q; animã suam cũ intellectu agente cõiungit:& dicitur cum agente tñ:eo q; in actu scire querimus:non enim possibilitatẽ sciẽdi:& sic partem digniorẽ ipsius intellectus uniuersalis:uidelicet:actus assignamus.qm̃ agens & recipiens est:tamen in eo q; agens cum ipso coniungi p sapientiam dicimus. ¶ Et in hac coniunctione nõ tota anima nostra occurrere dicitur:nisi tantũmodo una sola potentia saltem principaliter ad se uniendum cum intellectu uniuersali agente:que potentia seu forma de generabilibus & corruptibilibus emanata:p pprium nomen cogitatiua appellari solet:uerũtamen p cõmunicationem cum intellectu uniuersali eterno ingenerabili & incorruptibili etiam cogitatiua intellectus uocatur:iam materialis: quia tanquam de materia generabili & corruptibili deducta seu de uniuersali in pluribus particularibus diuisa p uiam generationis & corruptionis. ¶ Iam appellatur intellectus praticus tum speculatiu9:tum adeptus:adept9 tñmodo:quando iam cum intellectu agente per sapientiam coniunctus est:in principio enim:uidelicet: antequam cogitatiua conuersationem cum intellectu agente seu uniuersali habeat:non uocatur intellectus:nisi tantũ cogitatiua licet forma pfectior inter omnes formas generabiles & corruptibiles:quamuis etiam cogitatiua ipsa generabilis & corruptibilis sit:nihilominus dum durat agit hoĩes sup oĩa animalia dignos esse:atq; nonullos beatos siue felices:dum studere uolunt:quia hic uiuendo cũ intellectu agente coniungit eos. ¶ Vnde potius felices homines cum intellectu agente coniuncti quam hii qui cum diuitiis maximis coniuncti sunt:ut reges & impatores q multa delectabilia corporũ possident:sed quia aĩa dignior corpore:diuitiores uidentur esse qui coniuncti cum intellectu agente sunt: quam coniuncti magnis imperiis. ¶ De qua felicitate nõnulli expositores uidentur uelle inferre:q; anima cogitatiua:itelligas que hic uiuendo cum intellectu agente uniuersali cõiungitur:tantam assumit pfectionem ab ipso:q; incorruptibilis fit:atq; in celo collocatur.ubi in sempiternum manebit.hec aũt nullatenus intentio Aristotelis esse potest:qm̃ penes ipsum quicquid habet principium & quoq; finem:& insup nullum corruptibile potest poni ubi incorruptibile fiat:tamen nomen magnum acquirit anima que cum intellectu agẽte p sapientiam unitur & maximũ possidet gaudiũ:tanto q; durat:ueluti imperatores & alii principes in delectationibus corporũ dum uiuunt nihilominus hodie uel cras ita imperatores moriuntur:ueluti & alii homines:& sic omnes hoĩes quam equi canes & alia animalia atq; tam animalia perfecta moriuntur quã imperfecta:concesso q; hoc animal potius uiuat & illud minus.unde dicendum est si aliqua aĩa rationalis hominum ad dissolutionem corporis dissoluitur:& etiam omnes alie anime dissoluũtur. ¶ Accipe nũc doctrinam Aristotelicam de anima negotiantem uel eius sequatium:qm̃ psupposita tãtũ est probata nemini:tandem ad hoc concludendũ non oportebat tot circulationes non tot obscuritates:quum sub paucis totam intentionem suã explicare potuisset de aĩa agendo:talem habendo opinionem.qm̃ tantũ dicẽdum erat omnes anime seu forme sub celo manẽtes p generationẽ & corruptionẽ deducũtur de uniuer

sali forma ad hanc & illam particularem:ueluti dicitur de omnibus his corporibus cōpositis ab una sola uniuersali materia p generationē & corruptionē:ad particularitatē deduci: & quicquid p generationē & corruptionem deducitur ad aliquod esse uel speciem particularem:etiam per corruptionem & generationem amittit ipsam. ¶ Tamen dum uiuimus natura maiorem habet curam de nobis:quam de aliquo alio animali:& sic posuit quādam eternam ingenerabilem & incorruptibilem intelligētiam seu quasdā mētes ut nobis administrarent:nō tanquā formam propriam hominum nisi gubernatrices tāquam ad extra manentes. ¶ Itaq; talis intellectus nō potest nobis dare esse hominis nisi iuuamen ad rectius operandū:ueluti circa religionem habetur de angelo custode in quocūq; homine: tamē angelus ille nō impendit nobis esse hominis:qm̄ tanquā forma non se habet.& sic priusquā ipse nobis adhereat:iam per formā propriam homines sumus:& simili modo de uniuersali intellectu capiēdum est:sub quo ordine potius est denominādus angelus uel intelligentia custodiens hoies: quam intellectus.qm̄ homines absq; intellectu ipso uniuersali iam p prius intellectuales sumus:ueluti absq; angelis custodibus.nam p nullam rem ad extra euenientem essentialiter diffiniri possumus:& omnes homines p rationales diffinimur:quicquid rationale intellectuale quoq;:sumus p essentiam rationales:igitur & intellectuales.qm̄ carente intellectu etiam rōne careremus.sumus rationales & hoc non potest euenire:q; rōnales simus ab intellectu tāquam custode manente.cōstat unūquēq; nostrum a forma pticulari rōnalem seu intellectualem esse. ¶ Ecce habes fundamēta naturalia Aristotelis:de anima negociantia alia plura que in libris suis de anima denominatis scripta sunt:nil ad ꝓpositū circa essentiam anime saltem penes intentionē nostram.qm̄ nō principaliter querimus:quonam pacto audiamus:gustemus: moueamur: aut de similibus:nisi quid est illud: per quod audimus:uidemus:mouemur:& intelligimus:de qua natura corruptibili uel incorruptibili:mortali seu imortali:creata uel generata:corporea:an incorporea:qm̄ de similibus scire indigemus:ut opera nostra cum principiis de quibus ortum ducimus conformentur:si corruptibiles animas habemus:intētiones nostre atq; omnia alia opera ad corruptibile tendere deberent:non autem ad incorruptibilitatem. ¶ Quoniam stultum est indagare illud quod nullatenus attingere possumus:& stultum quoq; atq; inhonestum excitari ea que contra naturalia principia nostra ꝓcedunt.mortales seu generabiles & corruptibiles ex parte corporꝝ & animarum sumus:incessanter querimus tamen quo ad ultimum posse imortales fieri:ut in operibus nostris ad extra tendentibus cōprobatur:ut scribendo edificando atq; alia multa comendabilia ordinādo:sequitur uanos penitus esse atq; reprehensione dignos: eo q; similia repugnantie nature nostre assequimur. ¶ Vnde hoc posito & concesso.pariter cōcedendum est: nos male operari: dum similia agimus scripturas ad longam durationem ordinare:deum pro salute nostra eterna orare & similia alia magna que nos bona denominamus: & tamen non bona nisi mala:si nos ex parte animarū & corporū corruptibiles sumus:sunt bona ut de naturali rōne de diuia lege de sentētia hoium apparet: ergo hec opera ad ꝑpetuitatem tendentia.nature nostre conformia sunt:& qr̄ cōformia:confiteri oportet animas nostras ingenerabiles & incorruptibiles esse:quum ea que agimus sub similitudine incorruptibilitatis admodū cōmendabilia sunt: cōmendabilia autem esse nequirēt:si contra ꝓpriam naturā nr̄am ꝓcederent:si anime nostre mortales seu corruptibiles he opationes procederent uersus naturam nr̄am: tum uero necesse uituperabiles essent:cōmendabiles sunt:igitur penes naturam animarꝝ nostrarū facte. ¶ Rursus expetendū est: si materie oium corporū ab una sola origine simplici materiali habent ortū: & omnes forme ab una uniuersali forma: quidnā est principium diuisionum ipsarū:non forma:quia uniuersalis:& uniuersale non est datum particulariter operari: diuidere autem pticulare opus est:nō attinet materie principium diuisionis esse:quū de cōmuni sententia habeat: materiam deduci p formā ad actū: & id quod in pura potentia est:principium diuisionis esse nequit. ¶ Non est principium diuisionis per seitas uel equietas:qm̄ hoc potius est principium uel fundamētū cōseruationis: ut res non diuidant̄ quā principium diuisionis. ¶ Nequidem materia signata circa primam originem potest esse principiū diuisionis seu particularitatis.qm̄ prima materia i sua prima origine nullam habet signationē:quum de sententia oium philosophorꝝ in pura potentia sit:& signatio opationem alicuius actus dicit: assignetur:qui actus est hic:non materia uniuersalis:non forma uniuersalis:igitur aliquid aliud.nequidem inferendum sit:q; materia seipsam diuidat seu indiuidua nec forma diuidit se:qm̄ diuisio saltem aliqualiter destructio illius rei que diuiditur est:pſertim si talis diuisio p corruptionem fit nulla res est causa sue corruptionis: sequitur q; prima materia non est principium sue diuisionis:nec prima forma principium diuisionis sue: queratur ergo:quonam modo diuidantur aut unde hoc eueniat? ¶ Non ab elementis: non a celis:nō a stellis:quum forma & materia sint priores omnibus animalibus oibus elementis: omnibus celis:quoniā materia & forma tanquam origo seu principia in tota natura ponuntur: non possunt esse principium sue diuisionis:non possunt diuidi ab aliquo inferiori.qm̄ inferiora nō sunt:quousq; prima materia & prima forma diuidant̄:eo q; oia alia ab ipsa materia & forma emanāt:aut posteriora sunt.constat nullā esse in tota natura rem:p quam materia & forma primum pricipium diuisionis capiant. ¶ Igitur ad aliqđ aliud altius esse sup materiam & formam manens deueniendum est:& ibi de natura illius superioris considerandum est:quod superius diuisibile esse nequit:quum nullum seipsum diuidat: nequaquam ab inferioribus diuidi potest:non ab aliquo sibi coequali:qm̄ nō datur: quum id solum unicum ens sup uniuersalē

formam & materiam datur:& quia diuidi nequit:neq; potest tanquam forma in uniuersali materia & uni
uersali forma se habere.qm̄ uniuersalis materia & uniuersalis forma diuerse in natura sunt : diuersa autē
subiecta in natura non possunt ab una sola forma indiuisibili formari:illud esse siue deus qui est tantū su
per uniuersalem materiam & uniuersalem formam non potest diuidi: ergo non potest tanquam forma
in rebus diuersis se habere. ¶Quo fit aliam esse accipiendam uiam:ut prima materia & prima forma
diuidant:nō per se:non ꝑ formam:tanquam ad extra eueniētem ad infundendū se in eas: ergo ꝑ iussum
regulatum a superiori esse:siue deo:prima materia & prima forma:principium diuisionis:sepationis:unio
nis:corruptionis:& generationis assumunt. ¶Et quia Aristoteles ignorauit talem esse necessariam re-
gulam in natura:non potuit cū sufficientia de propriis naturis animaꝝ tractare:qm̄ creationem mundi
negauit seu ꝙ principium habeat.unde lapsus in hoc errore necesse erat alia plura incōueniētia allequi:
tamen mirandum est de tanto homine in naturalib9 cognitionib9:cur non aspexit qualiter mundus nō
potest a seipso esse:& id quod a se non est aut ab alio simili:ꝑ intrinsecam emanationē emanatū : nullo
modo eternum esse potest. ¶Inuenire enim qualiter mundus eternus a seipso non sit nec ab alio simili
ꝑ intrinsecam emanationē emanatus facillime experientia ꝓbari potest:ut taliter considerando unusq;q;
nostrum pars integralis mundi est:terra pars integralis mundi:aqua pars integralis:aer pars integralis:
ignis pars integralis:celi & stelle partes integrales:de omnibus istis & similibus totaliter mundus cōstat:
aut hec omnia simul sunt mūdus:nulla pars istarum ualet ad seipsam ministrare: ut semper simpliciter in
uno & eodem modo se habeat ab omnibus aduersitatib9 alienis atq; iuuamentis exempta:ergo nulla ps
mundi est a se:nequidem ipse mundus quum de his partibus diuersis constat:nullum autem de diuersis cō
stans a seipso esse potest:mundus constat de diuersis contrariis: igitur mundus non est a se:nō ab aliquo
ei simili emanato:quod sit a se:qm̄ id quod a se compositum non est:mundus est compositus:constat a se
non esse:nec ab alio simili emanatus ꝑ intrinsecam emanationem.quoniam si per intrinsecam emanat9
& dans emanare similes essent:non sunt similes:concedere oportet deum tanquam causam esse priorem
simpliciter : quam ad causandum mundū accedat:eo ꝙ necesse est unāquāq; rem fundamentaliter esse:
priusquam aliud tanquam ad extra causet:deus enim in aspicientia ad mundum causa uocatur:& causa
semꝑ fundamentaliter capiendo prior causato. ¶Nunc uero uiso qualiter mundus principium ꝑ crea
tionem habeat:alia sunt capienda principia in philosophia quam Aristoteles assumebat. ¶Ita ꝓceden
do prima materia & prima forma sunt ab alio:idest a deo:nō per intrinsecam emanationē nisi ꝑ ordina
tionem seu iussum tanquam ad extra operantem.& quum materia & forma simpliciter a deo esse suū ha-
beant:nil repugnat:deum plures res creauisse:unam ab alia distinctam:non dependētem: alteram ab al
tera ut experientia patet.nam unum celum non dependet in esse suo ab altero celo: elementum non de
pendet ab altero elemento:animal unius speciei non dependet ab altero animali alterius speciei:si forta
sis noles dicere:dependere ꝑ aliquam administrationem in operādo.nos autem pro nunc de esse primo
fundamentaliter assumpto loquimur:non enim de administrationibus uel non administrationibus:ut ꝑ
fectius aut imperfectius operemur.unde confiteri oportet:omnia hec que tanquam principia multorum
alioꝝ se habent:immediate a deo oipotente dependere non autē hoc principium ab illo:& illud ab isto.
unde fit:quia dum principium exēptum querimus.de quo omnia per primum esse dependent : ad deum
omnipotentem ascēdimus:non enim ad primam uniuersalem materiam:nec uniuersalem formam.unde
fit:ꝙ non haberetur apud aliquem sapiētem pro uera:ꝓpositio hec dicens:omnia per primū esse a prima
materia:& prima forma depēdent.sed uera:dum dicimus omnia a deo per primum esse dependent.& ꝗa
hoc & illud:aliud & aliud:a deo dependent non autem a prima materia nec prima forma:confiteri opor
tet plura esse pricipia naturalia reꝝ:ut plures materie:plures forme;materia hec ab illa diuersa quattuor
elemēta & celi:qm̄ unūquodq; istoꝝ principioꝝ imediate a deo dependet.unde in lege habetur.in prin
cipio creauit deus celum & terram:nō enim dicit in pricipio celum & terra depedent seu emanant a qua
dam uniuersali materia:& quadam uniuersali forma. ¶Nequidem intelligētie seu angeli:anima ratio-
nalis:anima mundi seu sensitiua:& anima uegetatiua:ab aliqua uniuersali forma unica:uel uniuersali ma
teria dependent:nisi a solo deo. ¶Vlterius aīaduertendū est:ut in aliis locis a nobis probatur:ꝙ nullū
ens cum hoc & illo particulari & in actu simpliciter conuertibile datur:in uniuersali & in pura potentia
materia conuertitur simpliciter cum corporibus celestibus:cum corporibus elementoꝝ : cōuertitur cum
lapidibus mineralibus:cōuertitur cum corporibus uegetatis:cum sensatis:atq; cum intelligibilibus:& oia
hec corpora in actu particularia sunt:tamen hoc corpus materia & illud materia omnino ꝓculdubio cō
stat:nullam dari uniuersalem materiam:quin hec uel illa particularis sit.quoniam uniuersale & ī pura po
tentia:& ꝑticulare in actu:nullatenus simul conuerti possunt:cōuertitur materia cū hoc & illo ꝑticulari:
igitur non cōuertitur cum uniuersali:ergo nulla datur materia uniuersalis:nisi hec & illa: ut celi elemēta
tanquam principia ad alia postmodum composita:ut animalia:sed celi:elemēta:ꝑticularia corpora:& in
actu sunt:ueluti lapides:arbores:sensualia corpora:atq; alia ꝑticularia. ¶Et ueluti materiā uniuersalē
in pura potentia negamus:ita uniuersalem formam potentialem:qm̄ forma simpliciter cōuertit cum ue-
getatiua:cum sensitiua:cum intellectiua:& hec forme sunt ꝑticulares atq; in actu:sequit nullam dari uni-
uersalem formam in pura potentia:eo ꝙ forma cum hac ꝑticulari & illa simpliciter conuertit. ¶Nam

Id quod per ſe datur cum nullo alio conuertitur.ut celi & elementa:qꝛ unum iſtorum non cōuertit cum
altero:nequidem elementa conuertunt cum animalibus:non animal unius ſpeciei cum animali alterius:
ſub qua ordinatione falſum eſſet dum diceremus:hic equus eſt homo:hic homo eſt elementū:hoc elemen
tū eſt celū:hec terra eſt aqua:hec aq̄ eſt aer:hic aer eſt ignis:parimodo ſequit:falſum ꝓmēdo:hec uegetati
ua eſt ſenſitiua:hec ſenſitiua eſt intellectiua.unde ſequitur uegetatiuā ſenſitiuā & intellectiuā diuerſas ha
bere naturas:ueluti de quattuor elementis nos aſſerimus. ¶ Rurſus ad principia indiuiduationis : aut
uerius ad cauſam trāſmutationū rerū de ſpecie in ſpeciem reuertēdum eſt:ut ibi agnoſcat:quoniā pacto
hoc fiat:cum lapides:arbores animalia ſenſualia:& rationalia ; omnia de quattuor elementis conſtent:&
inter ſe differētia ſint:hoc eſt ſub diuerſis ſpeciebus conſtituta. ¶ Hoc nō poteſt euenire a materia ipſa
quattuor elementoꝝ.quoniā ita planta de his quattuor elemētis conſtat:ueluti lapis:ita equus de q̄ttuor
elementis:ſicut & planta:homo de eiſdem elementis:ueluti & equus:ergo non cōſtituimur per materiam
ipſam elementoꝝ in diuerſis ſpeciebus.unde concedere oportet per aliquod aliud differre: non autē per
materiā ab elementis aſſumptam.nam ita equus:leo:& unūquodq; aliud animal habet quattuor comple
xiones deſignātes de q̄ttuor elemētis diuerſis euenire:ueluti & homo quattuor habet cōplexiones: & ſic
de plantis:lapidibus:& mineralibus:quattuor habere cōplexiones dicitur:licet non tantum monſtrabiles
ut animalia habent:tamen complexiones ſeu qualitates in modo ſuo.& quia hec ſpecies & illa ſpecies: in
eo ꝙ a quattuor elementis dependent ſimilia ſunt:& tamen in ſpecie differunt.unde cōcedere oportet ꝑ
animas differre:non autem ꝑ corpora.& quia non tantum ꝑ animas imo per animas diuerſas:qua de cā
omnes anime ab una & eadem forma uniuerſali emanare nequeunt.quoniā materia de ſe nūquā de ſpe
cie ad ſpeciem deduceretur:deducitur ꝑ formam & ad diuerſas ſpecies deducit:igitur ꝑ diuerſas formas.
quoniā forma unius tantū poteſt formare unam ſolam ſpeciem animalium : non autem plures.& in hoc
loco attendēdū eſt:ne inconſiderate tranſeamus:ut locus ne permittat aſſerentibus:ꝙ anime operantur
in diuerſo modo iuxta diſpoſitiones corpoꝝ:in que infunduntur:gratia exempli:arbor non habet orga
na ueluti equus:canis:aut leo:per quam deficiētiam organoꝝ:nō poteſt anima operari in plantis: ueluti
in equo:nequidem in equo ſicut in homine. ¶ Tandem ſimiles ꝑſuppoſitiōes uane ſunt:quoniā nullū
corpus per ſe nec ex parte materie organizatur:niſi per formā tantum organizatur. ¶ Veruntamen in
hoc loco natura de ſe aliqualiter deficit ideſt materie & forme deficiunt:ut experientia patet:tale capien
do exemplum. ¶ Sperma de quo generatur homo in primis per uegetatiuam formā tranſit in embrio
nem:& per ſenſitiuam in animal ſenſuale:per intellectiuam uero in intellectuale.unde habetur prius ho
mo uiuit uita uegetatiua:poſtmodum ſenſitiua:poſtremo uero itellectiua: licet ꝙ dum uita uegitatiua &
ſenſitiua uita uiuitur : nondum eſt homo:tamē illud corpus quod poſtmodum eſt homo per prius uiuit
uita uegetatiua & ſenſitiua:quam intellectiua. ¶ Sed iteꝝ uideamus qualiter forme & materie deficiūt
penes aſcenſionem de ſpecie in ſpeciem:ut embrio aſcendit ſuper ſperma:animal ſenſatū ſuꝑ uegetatū:
animal homo ſeu intellectiuum ſuꝑ ſenſitiuum:quoniam planta eſt ita uegetata: quando ꝑ generationē
diſponitur:in quo gradu poteſt denominari embrio ſuo modo:ueluti ut embrio equi eſt uegetatus:tan-
dem embrio equi aſcendit in animal ſenſuale:embrio plante ſiquidem in ipſa uegetatione tantum rema
net:& ita inter equum & hominem differentiam uidemus.nunc ſic:ſenſitiua non poteſt euenire.ubi non
eſt prius uegetatiua:nequidem intellectiua ubi priores non ſunt uegetatiua & ſenſitiua:ergo per ordina
tionem dei ſolam unaqueq; ſpecies habet uirtutem ꝓpriam ad generandum aliqualiter ſibi ſimile:tamen
per hanc gnerationem a patribus ſeu a ſimilibus particularibus aſſumptam minime in ſpeciebus ꝑfectis
conſtituimur:niſi per animas diuerſas tantum. ¶ Preterea altera pars de animabus tractando potiſſi-
me diſcernenda eſt:uidelicet:ꝙ differentiam ponamus inter formā generatam ſeu ſpeciem & formam &
materiam occurrētes ad ipſam compoſitionem:ſuper quibus materia & forma generationes fiunt: ueluti
caro:nerui:oſſa:piſcis:lignum:herba:& ſimilia:que per corruptionem & generationem ad ſimiles ſpecies
deducta ſunt. ſed he forme uel ſpecies minime amplius in alias ſpecies tranſeunt:quoniā per corruptio-
nem totaliter ſoluuntur.unde fit:quia dum corpus hominis ſoluitur:nil de carne illius amplius remanet:
remanet tamen materia & forma proprie dicta:tanquā fundamētum:que materia trāſit in alias diuerſas
ſpecies:& etiam forma tranſire poteſt:ueluti ſenſitiua & uegetatiua.illud autem quod caro:oſſa:neruus:
& ſimilia erat non remanet poſt corruptionem:nequidem ad alteram ſpeciem tranſit. ¶ Amplius non
eſt dicendum:uegetatiuā formā ſenſitiuā & intellectiuā de natura elementoꝝ eſſe:ut experientia ꝓbatur
quoniā omnes condictiones elementoꝝ:poſſunt manere cum re corrupta:ut in quocunq; cadauere ani
malis patet:quum in quacūq; media uel ultimata corruptione ibi eſt materia quattuor elementorum: ibi
caliditas:ibi frigiditas:humiditas:& ſiccitas:grauitas & leuitas:& ſimilia elementis attinentia.uegetatiua
anima ꝓprie aſſumpta in his corruptis rebus nō eſt:& multominus ſenſitiua & intellectiua: qua de cauſa
facile uideri poteſt:ſenſitiuā:uegetatiuā:& intellectiuā:& preſertim ſenſitiuā & intellectiuam: nullatenus
de natura elementoꝝ eſſe. ¶ Nequaquam in hoc loco ualet inferre : uitam noſtram tanquam lucernā
ardentem ſe habere : ſub quo exemplo anima uidetur eſſe de natura ignea:& ut uideatur ꝙ hec ſtare ne-
queat:ſufficit aſpicere.quia ubicunq; ignis ardens:ibi continua ꝯſumatio omnium adherentium : tam
ſubiectoꝝ in quibus ignis fundatur.quā obiectoꝝ ad que ignis in cibādo ſeipſum tendit.ita ꝙ nulla ibi

datur additio preter ipsum ignem:qui crescit : dum multa cõbustibilia ad se cibãdum habet. ¶Anima
autem auget subiectum:in quo manet:concesso ꝙ ipsum subiectũ aliquos petat cibos:tamen sine anima
nil crescit:ut in lapidibus:lignis siccis:in fructibus:arboribus:scisis & in cadaueribus animalium appro-
batur:taliter ꝙ non est inferendum animas de natura elementorum esse : imo ualde in natura diuersas.
¶Vlterius ꝙ sensitiua anima & intellectiua nullatenus ab elementis euenire possunt : ꝓbatur.quoniam
digniores effectus causant sensitiua & intellectiua:quam elementa:quia effectus sub sensatione & intelle-
ctione operatus:elementa uero similes oꝑationes non faciunt:qm̄ non sub sensatione:nõ sub intellectio
ne:& ubicunq̧ dignior oꝑatio:dignius subiectum:ibi arguitur.sensitiua & intellectiua sunt subiecta oꝑa
tionum sensatarũ & intellectarũ:elementa uero non:ꝓculdubio cõstat sensitiuam & intellectiuã dignio-
res elementis esse.& non potest aliquis effectus sue cause cedere:igitur sensitiua & intellectiua nõ emanãt
ab elementis:tanquã ab originibus uel a causis : eo ꝙ sensitiua & intellectiua digniores quam elementa
sunt. ¶Nequidem intellectiua anima de natura celorum:neq̧ ab ipsis elementis causata.qm̄ dignior
in oꝑando quam celi se ostendit.nam anima in operando libera plura discurrit:plura intelligit:celi uero
libertatem non habent:nequidem ostendunt sic uel sic aliquid itelligere.res enim libere & intellectuales
multo digniores quam non libere & non intellectuales sunt:anima nostra est libera & intellectualis: celi
uero non:cõstat animam intellectualem a celis non dependere:nec de natura eoꝝ esse: quoniã dignior
e's est. ¶Et siquis fortassis opponeret dicendo:corpora nostra & aliorũ animalium descendunt ab ele
mentis:& tamen dignius ipsis elementis operantur:ergo & anime parimodo agere possunt:ad quod suc
cincte respondetur:ꝙ corpora animalium ex parte sua capiendo: multo deterius quam elementa operã
tur:ut in cadaueribus comprobatur:ubi animam iam non habent:in quo loco de bonitate animarũ ar-
gumentum maximum capimus.quoniam quicquid per ingressionem incomposito est causa qua aliud sit
tale illud:maxime tale est.anima est i cõposito simul cum corpore:& causa ꝙ corpus sit tale : idest melius
operans quam elementa:restat animam de se dignissimam esse:& ubicunq̧ a corpore exẽpta reperitur:
saltem intellectiua dignissima in esse & operatione. ¶Insuper non ualet inferre : corpus per se uiuere:
nequidem ab elementis uitam capere:quum nemo tradat id quod nõ habet.elementa de se:& corpus de
se non habent uitam:ergo non possunt impendere uitam huic & illi corpori.quoniam nullum in aliquo
composito potest esse uerum pricipium:frigiditatis:caliditatis: uite:aut mortis:si modo illud principium
de se tale nõ est:uidelicet:si debet calorem prebere in composito:ubi manet:ꝙ ipsum calidum sit.quoniã
aqua de se nunquam calefit:nisi per aliquam rem calidam ibi adherentem:& similiter qui uitam corpori-
bus prebet:de se ab intrinseco uiuens est:quicquid ab intrinseco tale:ubiq̧ tale.unde stultum est inferre:
animas simul cum putrefactione specierum habentiũ esse simpliciter per generationẽ: ut caro:& lignũ:
habent interiri.quoniam ea que fundamentalia sunt:ut forma & materia:non soluuntur ad solutionem
specierum seu formarũ accipientium tale esse simpliciter per generationem. ¶Tandem qui posuerũt
omnes animas mortales esse:seu solubiles:ad dissolutionem carnium seu membroꝝ animalium uano ela
borabant:excutiendo:an anima esset substantia uel accidens:emanaret ab elementis a materia potentia
li uel non potentiali?qm̄ si corruptibiles anime sunt:eadem est ratio uel utilitas nostra : ꝙ substantia uel
accidens sint:de elementis emanent:seu aliunde eueniant. ¶Parũ quoq̧ interest nostra ꝙ animam di
gniorem possideamus quam animalia bruta habent:quum talis dignitas seu perfectio parum durare po
test:concesso hanc animam & illam ad corruptionem corporum corrumpi. ¶Licet ꝙ in hoc loco de
ponentibus cogitatiuam tanquam animam hominis.mirandum est:cur ipsam cogitatiuam denomina-
uerint:eo ꝙ cogitatiua ab antiquis & modernis iter potentias anime sensitiue annumeratur: & si anima
per se a sensitiua diuisa aliud nomen exposcit:& si infers ꝙ intellectiua uocatur hoc nequaquam: ut ꝑ di
cta tua probatur:quum asseras cogitatiuam de se nil itelligere:nisi per cõmunicationem cum intellectu
agente uniuersali.unde non ab intrinseco intelligens.& id quod ab intrinseco non adducimus.non po
test esse principium intrinsecum denominationis nostre.ergo cogitatiua de se nõ est anima intellectiua.
¶Vlterius ꝑ omnes sapiẽtes antiquos & modernos sunt tres anime tantum idest uegetatiua sensitiua:&
intellectiua ꝑ Auerroym.& alios consocios cogitatiua est anima.igitur quattuor sunt anime proprie di
cte non autẽ tres sole. ¶Verumtamẽ unum dubium maximũ restat quod tale est: si cogitatiua est aĩa:
cur inuenientes ipsam non assignauerũt ei potentias:ueluti alie anime habẽt:ut uegetatiua extensiuam:
multiplicatiuã:generatiuam:sensitiua uero generatiuam:potentiam habet:uisiuam: auditiuam:extimati
uam:imaginatiuam & similes. ¶Intellectiua enim intellectum uoluntatem & memoriam per potẽtias
habet.cogitatiua autem nullam habet potentiam:quia tantum cogitatiua uel intellectus materialis per
ponentes ipsam uocatur.nulla anima datur absq̧ potentiis:igitur cogitatiua nõ est anima hominis:nisi
tantum potentia sensitiue anime. ¶Quamobrẽ non possumus cum Auerroi:non cum Aristotele: nõ
cum eorum sequacibus agendo de anima conuenire:imo fere totum econuerso: ut recte procedamus in
hac facultate atq̧ in pluribus aliis tenendum est. ¶Cum platone multo magis negotiando de anima
conuenimus:& in aliquibus altissimis aliis etiam.plato enim animam mũdi ponebat tanquã sensitiuã: de
qua omnes sensitiue anime particulares tanquam ꝑ lineas tendentes: ad quodcũq̧ ꝑticulare animal eue
niunt:tamen non omnino corruptibiles & generabiles:nisi iam potius extendentes ; iam uero potius in

se recoligentes:intellectuales animas siquidem mentes appellabat:non generabiles:nõ cõrruptibiles:nõ tanquã lineas se extendentes aut recoligentes:nisi ueluti punctum unamquãq: animam intellectualem p se excogitabat:tamen uidetur teneri de mente ipsius platonis:omnes animas in principio mundi produ ctas esse:& tot aĩas dari aut paucas magis:ueluti hoĩes i una sola etate sumus:i qua opiniõe cũ platone ũr Aristotelẽ cõueñisse:ut alibi uisum ẽ.& si nõ simpliciter aliqliter saltẽ.Nã aliusmodi ueluti de iudicis uni uersalib9 ipsi cõtradixit:ita de plurib9pticularib9aiab9 egerat:si nõ cõsonauerat ei aliqd de ueritate cõti nere. ℭReligiosi enim:postquam simplicem creationem mundi probamus:non tantum de bonis imo de optimis cõsideramus.& quia melius est unũquẽq: hominem aduenientem in hac specie:animam parti cularẽ per seipsum habere:eo q de operibus propriis gaudere uel tristari possit:quam q plures homines in diuersis temporibus euenientes:unicam solam habeãt animam.De naturali ratione tenemus:optimũ assequi:& p legem etiam hoc confirmatur:q tot sunt anime:ueluti & homines:non omnes anime in prin cipio mundi create:nisi indies ad generationem corpoꝝ: ipse anime a deo omnipotente creantur.hec autem est uia religiosoꝝ:a uia irreligiosorum admodum dispar.

ℭQua de causa uideaẽ: spiritus incorporeos non posse penes naturalem ordinem corpus graue de loco ad locum portare. Cap.clv.

ℭQuoniam autem in hoc libro tractatur:qualis anima sit & que inter animam & animam uersetur dif ferentia:& qualiter cum corporibus se habeat:etiam decere uidetur : ut de incorporeis spiritib9 quicquã propaletur:quis non sint ad informanda corpora accomodati.Sed quia alium modum habere denotat ad conseruandos homines q̃ per informationem loco animarum:similiter de ipsis possumus aliquid enar rare:an spiritus incorporeus possit corpus graue de loco ad locum transferre : Vnde dicimus q siquis est aliam rem deportaturus : necesse est eam ultro aut industria uel ui corporea deducat. ℭAngeli si ue spiritus maligni: quoad propriam eorum naturam attinet : non possunt res deferre.Nam per solum uelle soli deo operari competit:neq: possunt corporea ui deferre:Quum angeli boni siue mali incorpo rei sint.iccirco non competit eis uim habere corpoream:si enim haberent non possent p corpora spissa & rigida transire:ueluti transeunt:& quum per corpora transeant absq: quod a corporibus sentiantur: sequitur quod non ponunt ibi aliquam uiolentiam:& ad portandum per uim grauia corpora:necesse est ipsa accipere atq: impetum facere:& ad impetuandũ decet grossum alteri grosso obuiet.Sed qa angelus huiusmodi grossis instrumentis caret:non potest graue corpus assumere nec deferre.tamen in tertio mo do portãdi:qui ex industria dicitur: uidetur angelum posse homines de loco ad locum deducere:scilicet: adulando & persuadẽdo fantasiis nostris.Nam sensus nostri cõmunes propter subtilitatem suam aliquẽ modum habent ad cõmunicandum cum incorporeis spiritibus:ut iam superius uisum fuit:ubi de unione & cõmunicatione anime rationalis & sensuum interiorum tractauimus:& hoc modo homines a spiritib9 deportanẽ.Sed non quod ipse tanquam forma aut quouis alio modo de loco ad locum cadauera acci piendo deferat:nisi sola potentia quam deus angelo dare uellet:licet quamplures dicant angelos aut spi ritus malignos in corporea figura uidisse:qui tamen semper sunt animo imbecilles.sonitu & umbra hor rescunt:aut demones querunt:quibus se dedunt:contra quos deus permittit dyabolum multa mala incu tere:falsas suggestiones adducendo.& tunc quoq: deus locum prebet : quod aliquod corpus subtile tan quam uestimentum seu tegmen : supra spiritum appareat . Ista uero fantasmata non habent aliquid ui goris:nec possumus ipsa accipere : nequidem nos ab ipsis deuehi.& sic homines ualidi atq: magnanimi non de his metuunt.inquãtum ad hunc mundum attinet:nec qui sunt a spiritibus uexati seu magici aut uenefici:habent plus uirium quam alii:uel qui a demonum comertio sunt seclusi:quinimmo multominus: ut constat experiẽtia.Quod si spiritus malignus potestatem haberet deportandi corpora grauia: etiam inspiritati suam potentiam demonstrarent.Quocirca manifestatur:quod illa fantasmata a spiritu deue cta:si fortasse ipsa deuehit:sunt corpora subtilia aerea aut tanquam nebule.Quoniam si grossa essent p culdubio temporis tarditatem expeterent ad transeundum de loco ad locum:Et si etiam de quattuor ele mentis constarent:a nobis palpari possent:& ultra hoc nequirent in locum obtusum transire saltem ubi aer non ingrederetur. ℭChristus loquens cum discipulis dubitantibus ne fantasma esset inquit:uidere & tangite:quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me uidetis habere.& hic aperte Christus edocet: quod spiritus siue angelus malignus : non habet corpus tangibile: neq: potest ipsum de loco ad locum transferre.si enim posset:nos quoq: grossiciem aut illud corpus tangeremus:& ipse dicit se spiritum non esse:asserendo spiritum non habere carnem & ossa.iccirco tenendum est quod tanq̃ umbra apparere po test.Attamen rarum erit & intangibile.Et inferendo:quod superiora possunt quicquid inferiora:respon demus palam econuerso se habere.homines enim digniores columbis sunt:& graues in terra manemus: & columbe facile euolant:& ita uirtus corporea corpus mouere potest:nõ autem uirtus incorporea: quis incorporea sit corporea dignior. ℭFinaliter ut dixim9:licet per naturã suam angelus malus nequeat corpus graue deportare:potest tamen anime nostre psuadere:quod quicquid ipse uult faciat.Quia quũ anima etiam spiritualis sit:quemadmodum & angelus:inter se conuersari possunt:& dum anima intelle

ctiua est simul cum corpore:non habet adeo distinctam cognitionem:ut malignus spiritus. Quãobrem sepissime potest ab eo defraudari:& etiam ueluti rationalis anima habet locum conuersandi cum sensib9 communibus:ut cum fantasia imaginatiua & cogitatiua similiter angelus potest cum his sensibus aliqualiter cõuersari:& eis psuadere:& per hanc uiam persuasionis dyabolus potest animalia corporea de loco ad locum ducere:& non alia ui motiua.

¶Quod qui dicunt demones siue lares posse aliquid generare:aut occurrere tanquã ꝓpriũ istrumentũ ad generationes:ignorant principia ad generandum competentia. Cap.clvi.

¶Quidam imaginant̃:quod demones domestici possunt ad coitum uenereum cõcurrere:& in quoquo modo generare:& sub hac significatione uocant eos incubos & sincubos:qui tamen nõ discernũt quid in se spiritus sit:nec minus aduertunt ad animalium causas generationi competentes. Nam quo ad ordinem nature simile generat sibi simile:& qui generare debet:decens est qđ mẽbra generabilia & corruptibilia habeat. Quoniam uero spiritus ꝓpriis membris caret:& in natura sua est ingenerabilis & icorruptibilis:nullo pacto potest ad actum uenereum concurrere:nec ibi quẽquam ut filium generare. Et qa asserunt quod spiritus potest accipere sperma hominis:& menstruum mulieris atq; in matricem ponere:& ex eo generari hominem:minime hoc stare potest. Quia in hoc actu generandi est impossibile:quod unus loco alterius generis suppleat. Vnde oportet quod qui illud semen generatiuũ generant:ipsum ponant in loco ubi generetur:& ex hoc patet:quod non ualeret ad generationẽ hominis:si spiritus illam materiam uel sperma administraret:neq; spiritus incorporeus potest alium spiritum incorporeum generare: neq; angelus angelum neq; anima rationalis animam rationalem.

¶Quod spiritus quem domesticum nominant: non contradicit nature :qđ sit corporeus aut nõ corporeus. Cap.clvii.

¶De spiritu quem familiarem assignant:quod sit corporeus uel non corporeus nihil nature repugnat. Quia iam in homine due sunt species:una corporea sensualis:& alia incorporea itellectualis: & similiter quod sint in aere aut extra animalia spiritus de utrisq; condictionibus:nõ uidetur a ratione alienũ:adeo quod si spiritus accipit societatem de natura sensuali.põt uim ponere & corpus graue deducere. Sed ex hoc non dicimus quod lares sint spiritus corporei:nisi qđ non contradicit nature cum corporibus associari.& similes spiritus in subtilissimis corporibus manentes:possent in quoquomodo subtilia corpora accipere:& una cum ipsis ire de loco ad locum:licet cum hoc non intelligat̃: quod possint uoces humanas proprias causare nec multum uigoris imittere. ¶Demum familiares spiritus ut fertur per opera eorũ ostendunt:quod sint de incorporea & incorruptibili natura : quãuis neget aliquis similes esse spiritus:& alii eos nimium uerent̃:quisq; tamen grauiter errat:quoniam maligni spiritus non semper habent in hominibus potestatem.& itidem negando omnino quod sint:inanis est consideratio. Multa enim uisa atq; audita sunt:que non possunt a solis corporibus:nequidem aĩalibus causari. quod iam plerũq; accidit:ubi aiunt esse spiritum familiarẽ:qui uocando seu interrogando respondet ad ꝓpositum cum tot ictibus aut sonitibus determinatis: & etiam in morte alicuius quod maximus per totam cameram strepitus sentitur: quãuis nihil possint illic astãtes homines pspicere. ¶Saltem ipse ego cuiusdam memini q nullã de his fidem adhibuerat:ratus siquidem argumentis suam intẽtionem fouere:qui postremo in obitu unius mulieris:licet a multis associaretur propter horrorem quem excussit adeo formidauit : quod deinde ipsemet omnibus predicabat quod uere maligni & incorporei spiritus erant:& alii itidem quamplures in iisdem casibus sunt reperti.

¶Petri montii ad ludouicum falconem responsio:contra falso credita quorundam: de facultate lamiarum & potentia diaboli. Cap.clviii.

¶Quum paucis ante diebus dilectissime falco: quid de lamiis aut cursibus eorum sentirẽ efflagitares:iã temporis & loci oportunitate:atq; ocio & potissime erga te fraterne necessitudinis uinculo: adscitus:me tibi aliquid de hac questiuncula & plurimorũ concursationib9 respõsurum constitui. At q̃uis nostra hec responsio breuis esse uideatur:deo auspice in pluribus aliis locis latius de eadem materia pspici poterit: pcipue ubi de angelis & animab9 ptractamus. ¶Hec aũt questio uidelicet:an lamie siue striges in potẽtia dyaboli uolare possint.atq; in una sola nocte uarias & lõginquas regiones pagrent:inuisibiles fiant: & p loca clausa & dẽsa corpora trãseãt:ac si icorporei eẽnt:multa atq; uaria sup similib9 adducere possumus:tandem ut facilius intelligat̃ in tres ptes hanc materiam diuidemus. ¶Prima enim circa legem diuinam. ¶Et secũda de naturali philosophia. ¶Tertia uero penes experientiam. ¶Et in primis de parte affirmatiua dicemus:hoc est quod lamie in cursu cõmuniter denominato in potestate demonũ uadant:in quo duo potissima fundamenta assumenda sunt. ¶Primũ circa legales auctoritates:& alte

rum penes dicta eorundem strigium:qui se uolare & pauca temporis mora per plurimas regiones trãsire: & contra legem tunc quamplura agere fatentur. ℂIuxta auctoritatem legum exepla extant: ut in magis & incantatoribus pharaonis assumit:qui coram mose uaria animalia & prodigia faciebant:& tamen in nomine demonum esse aiunt. ℂEtiam de symone mago cum petro & paulo disputante legitur: qd uolauerit ut miracula egisse uideretur: ℂMatheus in euangelio Christi inquit:Ductus est ihesus in desertum a spiritu:ut temptaretur a dyabolo:& deinceps ait:Tunc assumpsit eum dyabolus in sanctam ciuitatem:& statuit eum supra pinnaculum templi. In quibus auctoritatibus uidetur superficialiter saltem:qd dyabolus per naturam suam habet potestatem deportandi & prebendi lamiis modum uolandi & faciendi alia prodigiosa. ℂSed per alteram partem negantem:quod dyabolus natura talem habeat potentiã: multa ac diuersa fundamenta adducere possumus. ℂEt in primis ita asserimus:quod potentia dyaboli in similibus nõ naturalis eius:sed tantum noua a deo omnipotente est sibi illata ob aliquam causam iuxta determinationem dei:ueluti in his exemplis positis facillime probari potest. Nam in testamento ueteri pluries ac pluries deus dicebat indurabo cor pharaonis. Verumtamen tenendum est:quod propter peccata eius:hoc deus permittebat:& media ad indurandum cor pharaonis erant suorum incantatorum ꝓdigia. Nam si ipsi nullum miraculum egissent:pharaon moisi miracula credidisset. Vnde cõstat quod nõ in potentia naturalis dyaboli:nisi in noua permissione diuina aruspices pharaonis operabãtur. ℂDe symone mago etiam tenetur:quod ob suam maiorem damnationem in altum uolauit:ex eo quod ꝑ casum sue atrocem mortem eius populus romanus symonis falsitatem cognouisset:& uera miracula christi credidisset:& sic petrus ad paulum inquit:Dimitte ipsum in altum uolare ut maiorem adinueniat ruinã. ℂIn euangelio circa principium absqꝫ enygmate omnia aperit:quum dicat:ductus est iesus in desertum a spiritu ut temptaretur a dyabolo:super quibus uerbis totum hoc euãgelium fundatur. Nam quũ dicat: ductus est a spiritu:de diuino spiritu intelligitur:eo quod a dyabolo temptaretur in qua tẽptatione Christus duo potissime perfecit:primo quod dyabolum uicit:ex eo quod ipse primos parentes uicerat:& secũdo quod nos docuit uiam superandi ipsum temptatorẽ. Quia dum dyabolus dicit:si filius dei es mitte te deorsum:Christus idipsum concedere noluit:sed potius adducit rationes cur hoc fieri nõ deberet:& quũ ipse demon promiserit omnia regna mundi se Christo daturum:si ipsum adoraret : similiter & in uerbis atqꝫ constantia Christus dyabolum superauit:& tamen: ut in principio patet : omnia hec erant ex noua permissione diuina. ℂEt insuper hic manifestatur:quod christus per pedes suos aut potentiam motiuã ascendit super pinnaculum & montem excelsum. Nam si eum demon uolando portauisset:non dixisset si filius dei es mitte te deorsum asserendo:quod angeli dei obseruauissent eum. si enim habuisset potentiam deportandi:similiter eundo per aera permisisset:ut caderet:aut saltem dixisset:mitte te deorsum: qa ego te in manibus meis obseruabo. Vnde ꝓculdubio comprobatur:quod dyabolus non habet naturalem potentiam ut possit sursum homines ferre aut uolandi modum tribuere. ℂQuod si homines & mulieres in uirtute demonum uolant:& quãplura milia miliarium ĩ una hora & minori spacio temporis decurrũt & inuisibiles fiunt:& quotiescũqꝫ uolunt id faciunt saltem in die iouis hoc comprobat:quod dyabolus naturalem habeat potentiam ad deducendum striges in uolationem & inuisibilitatem:quod est cõtra auctoritates legis:quas de similibus allegare possumus. Quoniam he omnes auctoritates miraculose sunt. & ab aliquibus necessitatibus acte:ut de induratione cordis pharaonis de uolatione symonis magi & de respõsione Christi ad temptatorẽ latius patet. Sed quod lamie in cursum euolantes cant:& quod post unctiones fiant inuisibiles nulla est necessitas:nec ullum bonum hinc expectatur:& null9 hoc pro miraculo ãnumerat:& ideo auctoritates legis cõtra huiuscemodi superstitiones uel decursus affirmant:eo magis quod si hoc uerum esset:uideretur quod demones facilius & crebrius miracula agerent quã deus oĩpotens. Plerïqꝫ enim uel apud galliam uel quãcũqꝫ aliam longinquam regionem in una hora uersantur in maxima necessitate attingendi usqꝫ romam aut alium distantem locum eis optatum : & exorant deum quod cito ire possint & sepenumero accidit:quod hi homines boni sint:& tandem deus nolet homines extra humanam naturã subleuare:& si iterdum hoc ageret id utiqꝫ rarissime actum recensebitur. Qui uero eiusmodi ueneficia credunt plerũqꝫ aiunt dyabolum facillime agere posse:ut homines uolent & inuisibiles fiant:qd fortius est:ut uidebitur: Que omnia contra legem & naturalem rationem ponuntur. nam similia miracula:hoc est:quod aliqua creatura manens in specie sua:fruatur officio ab altera specie nimium diuerso de sola diuina potentia stare potest nõ demonum nec alicuius alterius creature. ℂAmplius secũdum plures nr̃oꝝ theologoꝝ : p̃sertim circa beatum thomã:peccatum nihil est & nihil non potest aliquid agere: & portare homines ꝑ uarias regiões est aliquid:igitur non potest esse a potentia dyaboli:quum nihil sit. ℂEt si infertur:non ex eo quod dyabolus:nisi inquantum angelus: econuerso sentiendum est. quoniam omnis arbor bona bonos fructus facit : iccirco inquantum angelus sit bonus non deportat homines in cursum. Quoniã hoc est malum nec a bono ortum habere potest. & quod malum sit: ꝓbatur. quia cõtra diuina p̃cepta:& in eo quod dyabolus uocatur: nihil palam cõstat nullo modo posse euolando homines deportare. ℂPreterea secundum legem credere talem dyaboli potentiam hereticum est:quum ecclesia uelit nullam ueneficis atqꝫ ariolis adhibendam esse fidem:quod in cõmuni usu apud confessores obseruatur:semper enim an aruspicia credamus expostulant. ℂNunc sic:aut quod in re uera sunt : aut falsa:si

uera:ut quidam dicunt:non recte confessores exponunt id quod petunt:si uero falsa:non dantur in re.
quia hic uerum pro re in esse assumimus: an bonum uel malum sit:& falsum pro non esse: & probatur.
Malum est depredari aut innoxios occidere:credimus aliquando fieri:& itidem tenemus:quod fieri non
deberet:& in eodem modo de incantationibus lex exponeret:si modo uere essent: hoc est in re: & tunc
aptius confessores dicerent:credis bonas esse incantationes & secundum deum cōmendatas:& uerus pe
nitens responderet:Credo non esse bonas:eo quod contra diuinam uoluntatem: & tamen quo ad rem
dyabolica potestate fiunt.Sed quum lex non expetat in hoc modo:nisi quod precise iubet quod non cre
damus ueras esse incantationes:secundum legem hereticum est tenere:quod lamie per dyabolicam potē
tiam uolent:& quamplura alia huiuscemodi faciant:nisi quod imaginantur id fieri:ut postmodum pate-
bit. ¶ In secunda parte quam de naturali philosophia esse dicimus:aliquid in primis de philosophorū
intentione enarrabimus.& quia Aristoteles secundum quāplures modernos nostros: uidetur tanquam
alter deus approbari: hoc in loco potius de sua q̄ aliorum sententia tractabitur: licet hoc succincte ob
breuitatem erit.In diuisione animarum:intellectum siue intellectiuam animam atq; sensitiuam uegetati
uam & motiuam ponit:& dum dicit motiuam pro uirtute mouente de loco ad locum intelligit:differen
te ab anima intellectiua:sensitiua:& uegetatiua:& sic asserit omne animal habere sensum:inferendo:qđ
intellectus incorporeus non sit ad hoc aptus:aut de natura portādi corpora grauia atq; generabilia &
corruptibilia:eo qđ motus diuersos an̄ retro sursum & deorsum habet. Vnde inq̄t qđ una itelligētia p̄ōt
unum orbem celi duntaxat & non plures mouere. Quocirca concesso:quod angelus uel spiritus incor-
poreus posset corpus mouere:asserendum est penes Aristotelem:quod tale corpus esset simplex:non le-
ue:nec graue:sed unum motum solum expetens:ut de quocūq; motu celorum asserit. ¶ Insuper Ari-
stoteles nollet demones aut similes spiritus dari:nisi quod tot intelligentie sint quot & orbes celorum:pe
nes naturalem rationem etiam faciliter probabitur:quod incorporeum nō potest corpus natura depor
tare:eo quod corpora grauia sunt.& ubi alia corpora densa non inueniunt:retineri nequeunt:donec in
centrum terre deueniant.Nam experiētia patet:quod quotiescūq; uolumus corpora assumere uel depor
tare:oportet quod fixam apprehēsionē & cum re spissam in ipsis corporibus faciamus. Nunc sic:dyabo-
lus non habet manus:non pedes:neq; densam partem:igitur non potest corpora accipere.Nam de pro
prietate spiritus incorporei est per densum ac durum transire:ueluti per rarum & molle:quod si a natu-
ra in densis corporibus apprehensionem ageret:corpora lesionem cognoscerent:dum spiritus per ipsa
transiret.Sed quia nihil sentiunt nulla ibi est obuiatio:& ubi nulla frequens obuiatio naturaliter:loquen
do:nulla ibi retentio neq; deductio dari potest. ¶ Et dum a quibusdam asseritur: quod quicquid pos-
sunt creature inferiores possunt etiam superiores:negatur:quum in omnibus non ualeat:ut latissime ap
paret.Exempli gratia:homo est dignior apibus & apes fauum mellis gignunt:quod non potest ab homi
ne fieri.Musca generat muscam & homo non potest eam generare. Ignis comburit ligna & alia plura &
homo non potest ex se comburere:& idem de omnibus speciebus dicemus quod aliquas habent actio-
nes eis proprias que hominibus non competunt: licet homo alia digniora faciat q̄ inferiores creature:
non tamen idem:& similiter de spiritibus incorporeis dicimus.Nam concesso quod natura digniores ho
minibus sint:nō propter hoc sequitur:quod grauia possint portare:que nos portamus. Quoniam aues
minoris precii q̄ homines sunt:que tamen in altitudinem uolant. ¶ Et in hoc loco secundum asseren-
tes:dyabolum posse homines uolando deportare:facile ac merito inferre possumus:quod aues intellecti
uam animam siue spiritum incorporeum habeant:& homines non habeant:et eo ꝙ aues uolant et alti-
us ascendunt q̄ homines.Sed quum operationum experientia probetur: homines digniores esse q̄ sint
omnes aues:atq; itidem incorporeas animas in nobis esse que sunt de spirituum siue angelorum natura:
& non possumus uolare:ex eo quod anima nostra non sufficit ad prebendum tantam leuitatem corpo-
ribus:multo minus hoc dyabolus agere poterit:quum ad extra se habeat & non i loco forme ueluti ani
me:& iccirco omnes qui inquiunt dyabolum posse corpora grauia per naturam portare: negant quod
anima nostra sit incorporea:& eiusdem generis cum angelis siue spiritibus incorporeis: & hec est pre-
cise contra legem & falsum in naturali philosophia. ¶ Possumus etiam de hominibus inspiratis
exemplare.Nam secundum quod ipsi dicunt atq; omnes communiter concedimus: in iisdem demones
siue maligni spiritus sunt:& tamen nunquam agere possunt:quod euolent illa corpora:nec quod inuisi
bilia fiant:immo grauiora ac fediora q̄ corpora aliorum hominum. quia non solum uolatione carent:
uerumetiam quocūq; leui motu:& quia in hoc loco dyabolus aut plures dyaboli non ualent:qui sunt in
his corporibus induti.multo minus possunt dyaboli qui extrinsecus sunt homines deportare. ¶ Fina-
liter si dyabolus uolando potest homines deportare:& eos inuisibiles reddere:unum ex tribus sequit̃:ui-
delicet aut ex solo uelle aut ui motiua uel consilio:non ex solo uelle.Nam hoc deo tantum attinet:& sic
de eo solum scriptum est:ipse dixit & facta sunt. ¶ Non ui motiua:quia demon quum incorporeus:nō
potest fixam apprehensionem agere:ut superius uisum est. ¶ Non consilio:ex eo quod nullum creatu

rarum conſilium ſufficit ad tranſmutandum aliquam naturam in alteram:& probatur . Petrus conſulit
Ioanni quod uolet per longitudinem terrarum:aut quod in ſpatio unius aue marie uaria regna corpo-
raliter diſcurrat : quia hoc eſt contra naturam hominis : & ideo non poſſunt contenta in conſilio fieri.
¶Et ſic dyabolus poteſt uiris & mulieribus ſuggerere quod deum abnegent:& crucem chriſti blaſphe-
ment:atq; expuant:& ſupra eam ſedeant:& uadant per eccleſiam ad effodienda mortuorum cadauera:
& ipſorum membra abſcindenda ac mutilanda:ut ex eis plura uenefica agant aut uenena congregent:
& prebeant aliquibus hominibus quod ungantur quibuſdam pharmatis:quibus plurima mala excogita
rentur:& aliqua bibant quibus eorum fantaſia alteretur:& in ſocietate dyaboli uiſibiliter ambulare uide
antur per quaſcunq; clauſuras & gentium multitudinem tranſire:& quod a nullo impediantur. Iſta uero
tranſportatio eſt ſuorum errorum potationum atq; unctionum cauſa . Verum hec omnia naturaliter ſi
ne tranſmutatione ſpeciei ſtare queunt:& non quod inuiſibiles fiant aut per uarias regiones uolent . nã
iſtud preciſe eſt contra ſpeciem hominis:quod non ſufficit ut conſilio fiat. ¶In tertia uero de experiẽ
tia peragendum eſt:quia ſecundum omnes probos philoſophos:experientia eſt mater certitudinum : &
quia hic de hominibus maxime pertractamus:qui ſunt ex altera parte corporei:& corpora corporum fa
cillime ſenſibus patere poſſunt:merito hic in experientia acquieſcere debemus. Vnde non eſt attenden-
dum in illo quod lamie aſſerunt : quia quum in operibus aberrant : ſimiliter & in narratione eorundem
errorum.nam dyabolus eos ut male operentur plerũq; hortatur:ueluti patet:ex eo quod plura que non
dat ueneficis ſpondet:quẽadmodum & ipſi confitentur:utpote de multis diuitiis:pulchritudine:ſapiẽtia
ſanitate:& longitudine dierum:& intrinſeco amore cum omnibus illis quos uoluerint:& cuncta hec ina
nia atq; falſa ſunt:ut per ipſoſmet ſtryges patet:qui quidem omnes inſulſi:pauperes : & inſipientes : atq;
odio omnibus hominibus.& hoc poſito quod ſenſibus manifeſtatur : ſimiliter in uerbis ſi in narratione
ſuorum operum errant:quia non tantum de illo quod antea egerunt:ſed dicunt quod de futuro deſtru
ent carceres:carceratores:ignem & omnia alia tormenta que aduerſus ipſos obiicere uolunt. ¶Rur-
ſus ſepenumero expertum eſt fieri ſuper ſtrygibus cuſtodiã:& quod nihil ſciant dum nocte eos in curſum
ire aiunt:& per totam noctem manent in cubili ſiue in camera ſine aliqua uolatione : aut quod inuiſi-
biles fiant . Videntur enim & palpantur : & ubi ſenſus manifeſte attingunt nulla alia probatione indi-
gemus:& tamen in iiſdem noctibus a lamiis fertur:quod per uaria regna in curſum iuerint:& hec expe-
rientia ſemper de nouo fieri poterit:& preciſe idem inueniretur:tametſi apud rudes aut ſtolidos quãplu
res fabule de ſimilibus extent:hic uero abſq; aliquo fundamento mouentur . Sepe enim aiunt ſtryges in
canes:lupos:ſerpentes:& in pleraq; alia animalia tranſformari:tum uiſibiles & tum inuiſibiles:quod na-
tura nullatenus fieri poteſt:niſi ſola dei potẽtia.nam quod corpora denſa & magna clauſis ianuis ingre
diantur natura dari nequit. Tũc enim duo corpora denſa in eodem loco ſimul eſſent:quod naturaliter
ſtare nequit. ¶Alii inquiunt:non uadunt corpora in curſum aut uolationem:ſed ſpiritus hominis di
ſcedit a corpore & uadit:qui tamen quid dicant neſciũt:quum enim ſenſitiua anima nequeat in corpus
ĩgredi quouſq; ipſum corpus organizatum fuerit:ab ipſo nullatenus niſi per organorum diruptionem
diſcedere poteſt:neq; anima intellectiua infundi:quouſq; corpus fuerit perfecte organizatum atq; ſenſa
tum:et conſequenter nec habet locum diſcedendi donec organa & ſenſus dilanientur:et lamie in graba
to manentes:quando ſe in curſum ire fatentur uiuunt:et ſana organa habent:et ſpiritus ab eis diſcedere
nequit:niſi per ſenſuum et organorum corruptionem:et tunc mors dicitur:dũmodo id diuina potentia
miraculoſe non fiat.et in ſtrigibus deus non agit miracula:quum nulla hoc ipſum ratione fieret:et deus
nil ſine ratione agit. ¶Preterea ſi dyabolica potentia inuiſibiles ſunt:qualiter non fugiunt a carceri-
bus quemadmodum et ſanctus Petrus a uinculis in quibus manebat:quod angeli uel dei potentia actũ
eſt. Et ſi inquis:ut fratres uel inquiſitores dicere ſolent:quod uenefici a iuſticia euadere nõ poſſunt:recor
dare qualiter ipſi concedant ſtryges deportare corpus domini ad fluuium iordanem:uel quo in curſum
eunt et ipſi ſunt a dyabolo deportati : et id quod ipſos deportat:ſimiliter et quicquid habent deportat.
corpus domini eſt ſupra ſtryges:ergo a dyabolo portatur. Item corpus chriſti eſt ipſa uera ac mera iuſti
cia:& ſecundum te portatur a dyabolo:igitur neceſſe eſt:ut cõcedas dyabolum poſſe omnes lamias a car
ceribus extrahere:& carceres atq; adminiſtratores in longitudinem ferre. Carceres enim & miniſtri nõ
ſunt ita uera & perfecta iuſticia ut chriſti corpus:& ideo hereticum eſt tenere : quod lamie equitantes ſu-
per dyabolo corpus domini deportare poſſint:quãquam:& ipſi uenefici corpus domini a ſacrario arripe
re queant:& quandoq; arripiant aut dum per manus ſacerdotis cõmunicant in ore obſeruent:hoc autẽ
quiſpiam prauus agere poſſet:quãuis ſpeciem ſuam non tranſmutet:nec ſe dyabolo per plurimas incan
tationes cõmendet. ¶Vlterius petimus:quiſnam uidit aliquem iſtorũ uolare:aut in uno ſolo momẽto
per uarias prouincias ire. Nam miracula dei aut q̃ ſacra ſcriptura cõmemorat uiſibilia coram populo fuerũt:
ut de miraculis per moſen coram pharaone legitur:& etiam de operibus magorũ:& maris rubri aperi-
tione:cũctis patebat. ¶Volatio ſymonis magi coram petro & paulo & populo romano:& chriſti mira
cula in reſuſcitando mortuos:& ſanãdo ĩfirmos: uiſibilia fuerũt. ¶Apoſtoli quoq; & prophete dei ui-

sibiliter miracula fecerunt:ut dum moses ex lapide aquā attraxit. At quū de lamiarū miraculis nullā habemus sensualitatē:erroneū est atq; insulsum tenere:qđ talia:ut dicūt:aliquo modo faciāt:nec qđ opera ipsorū sint ad similitudinē miraculorū uel ꝓdigioꝝ:que in sacris scripturis narrant:& quod inuisibiles ueneficę mulieres non fiant:facillime cōcipi pōt. quoniam sepenumero dum accedunt ad cimiteria aut ad alia loca ad scindendū mēbra mortuoꝝ:palā uident & tanquā inualide & pigre capiūtur:licet eas inueniant tum nudas & tum uariis modis idutas:& aliquas candelas ante & alias post superius & a latere ut q uiderit exterreāt:qđ si uolare possent aut inuisibiles fieri nō ita accederēt:ut uideri & capi ab aliis possent.

¶ Quo pacto assumēda sint ea:que lamie a dyabolo cōuincti se facturos ꝑsumūt. Cap.clix.

¶ Superius satis ostēsum est:qualiter nec secundum legem diuinam nec naturalem rationem:nequidem experientiā dyabolus potest lamias uolando per uarias prouincias ferre:nequidē de specie in spēm transmutare aut inuisibiles agere. Nunc uero quid hoc sit aut quomodo a dyabolo decipiantur quicquā dicetur:& in primis in illo potissime:quod omnibus patet initium assumemus. Horum uero lamiarum primordia constat uoluntatem esse atq; auiditatem possidendarum diuitiarum:& aliarum corporalium delectationum:& super hoc intentu ad alios incantatores & ueneficos iam confirmatos eunt:& deinde uerba a diabolo directa inquirunt atq; adiscunt:& quāplura alia scrutantur:uti membra mortuorum sanguinē puerorum & aliqua sacrata siue benedicta:dum possunt:& in his omnibus operibus deū blasphemant:& cōmendant se sathane atq; eum inuocant:& tunc separati ab amore dei maiorem dyaboli potestatem super eos sortientur:& facilius possent consilio conuinci. Nam quum spiritus malignus sit de natura incorporea:ueluti anima nostra ipsam cōmunicare potest & cōsilium prebere:& postmodum anima iubet corpori in quo manet iuxta consilium quod accepit:& habita hac conuersatione inter animas lamiarum:& quia dyabolus ferme in instanti aut cum pauca mora potest esse in diuersis locis longinquis atq; propinquis:& uidere omnia mala que ibi facta sunt representat animis istorum:quecūq; in uariis locis uidet:& ipse anime tanquam capte amore dyaboli per frequentem eius conuersationem depingunt in membris siue sensibus illa mala ac si ab eis fierent:& quod hoc sit impressio a dyabolo facta patet:quia semper stryges dicunt se uidisse mala & nūquā bona. Et si personaliter irent in cursum:uti aiunt:quandoq; uiderēt bona & quandoq; mala. Sed quia semper pura mala:propalatur:quod a toto peximo consiliatore ipsa colligit:& non per uisum uel sensum ipsorum:& in hoc loco plures audientes lamias haud parum decipiuntur:exempli gratia ista nocte in Ierusalem una mulier dum dormit mittit se supra filium suum & suffocat eum:& dyabolus representat mortem pueri & noctem atq; pūctum pluribus lamiis.& suggerit quod ab eis occisus sit:& similiter quamplura alia mala imprimit:quāuis in domibus suis in italia maneant aut quod in nullum similem cursum uadunt:uti aiunt:& dum postmodum stryges constringunt.& dicunt:qđ fecerint talia mala & scandala illa nocte atq; hora:quamplures ignari credunt quod illud idem egerint.

¶ Tandem ipsi uenefici heretici sunt:& comburendi. Nam inquantum possunt deum abnegāt:& dyabolum assequuntur:& licet non faciant quecūq; credunt:multa tamen mala agunt:tum uerbis & tum aliis operibus. Hec uero omnia circa humanam speciem stare possunt:licet mala sint & in lege prohibita:& similia que faciunt credendum est fieri:tamen mala. Sed illud quod est extra naturam:ut uolare:& inuisibile fieri:minime est credendum:quod sit bonum:nequidem quod fieri posset:& ob hanc causam pro heretico in lege tenetur ut fieri credamus:eo quod natura & lege penitus repugnat. ¶ Hic uero diligēter aduertendum est:ut penes rōnē disputemus.nā secūdum thomistas & nonullos alios:qui imaginati sunt:quod corpora nostra ab anima rationali moueantur:consequenter tenere debēt:quod angeli boni siue mali grauia corpora portare queant. Sed contra hanc opinionem multa ostensa sunt:ubi de anima agimus circa experiētiam & uarias auctoritates:quum omne animal saltem de loco ad locū mobile sensum habere oporteat:& ubi sensus ibi sensitiua:quū sensus sint sensitiue aīe potentia:& ubicūq; gressiuus motus:ibi aīa siue motiua potētia.& inter animam motiuam:uegetatiuam:sensitiuā:& intellectiuā antiqui philosophi differētias assignauerūt. Quocirca dicimus & alibi quoq; probamus:quod ī aīalibus motiua potētia nil aliud sit nisi uis a corporeis spiritibus emanata:ut patet dum īfirmi sumus:quod quilibet sensus & maxime intellectiua anima suis officiis fungi potest:& tamen fere imobiles manemus:unde non ab intellectiua sed corporea potentia mouemur. ¶ Et si inquis:ut superius tactū est:uirtualiter siue eminēter quecunq; inferiores anime possunt:intellectiuam quoq; posse:hoc non ualet precipue eodem modo. Nostra enim manus est ense dignior:& tamen nūquam potest adeo sufficienter ut ensis abscindere. Sed dato quod alia digniora faciat. ¶ Deus omnipotens est super omnia dignissimus:& nec ubi eminenter aut uirtualiter sic uel sic de loco ad locum moueri potest. Et lapis est insensibilis & naturaliter ad centrū mouetur:nihilominus deum non moueri nequicquam in eo imperfectum:sed perfectissimum refert. si enī moueretur:minime ubiq; esset:& sic nostra rationalis anima licet non moueat corpus in modo deportādi ipsum:alia multo digniora q̄ motiua potentia agit:& etiam secundum quid corpora nostra mouet:uidelicet per consilium:quod dignus motus uocari potest. Verumtamen ad mouendum in actu corporeā uim apponi oportet.

¶Quomodo qui abnegant hominum dignitates plinium sequantur: qui in hac materia multa iocosa compilauit. Cap.clx.

¶Plerique negantes imortalitatem animarum nostrarum plinium sequuntur: qui plura iocosa super hac materia edidit asserens. quod nudi & lugentes nascimur: & alia animalia induta atque tacita. Sed ad hanc partem respondendo dicimus: quod in nataliciis nostris non lugemus: nisi quod uocem emittimus. Et hoc patet: quia non generamus lachrymas: nec transmittimus: & deinde plerunque ridemus & canimus: & animalia sensualia sepenumero uociferant: & nunquam rident: neque uere cantant. Vlterius uero natura dedit illis unum duntaxat tegmen: & nobis plura: in quo euidens est: quod saltem in hoc loco natura digniores q̃ sensualia sumus. ¶Preterea uolunt speciem nostram redarguere de artificialibus uestibus & aliis consimilibus. & nos hoc dicimus: quod dignitates & non indigentie sunt. Ista enim dispositio est ad possidendum plura: que nos pre cunctis animabus habemus. quia quo ad membra sola corporalia ita cõtentaremur de illo quod natura nobis dedit: quemadmodum & bruta: quod in infantibus manifestatur. quoniam nullo modo consentire uellent: quod eos induant nec aliqua ornamenta prebeant: quum uero ad sufficientem etatem deuenimus: ratio nos urget: ut induamur aut saltem partes pudibundas cooperiamus: & hoc faciunt omnes homines qui deum colunt: aut ipsum non cognoscunt in frigidis & calidis regionibus habitantes. ¶Rursum quia rationales sumus: decet quod ratione degamus: & differentia inter bonos & malos ex operibus nostris elucescat. quod si nullis artificialibus potiremur: tanquam bruta & non rationales uiueremus. Constat igitur plinium detestanda atque nociua contra bonum hominum narrasse: quum enim homo tanquam gubernator omnium animalium in hoc mundo se habeat: oportebat aptum esse ad degendum in quibusque patriis calidis: frigidis: & temperatis: quod si natura precise induti essemus: in aliquibus locis & non in omnibus habitare possemus. Quippe quod nullum per nos daretur mediũ cõtra extreme calidũ & extreme frigidũ. Quãobrẽ aptitudo nr̃a optĩa fuit: eo q̃d habiles sum9 ad supplendum cum uestimentis contra frigus: & itidem aduersus calidum sub paucis uestibus atque aliis artificialibus: & quod iuxta natiuitatem inhabiles simus: parentes tamen habemus qui de nobis rectam curam obseruant. Sed bruta quum inualida sint ad se & filios tutandos: oportebat saltem quod natura eis remedium impenderet ad cito ambulandum ut minus periculum haberet. ¶Amplius debilitas nostra penes natalicia reminiscentia est: circa temeritatem & errores nostros. Quoniam si ualidi nasceremur: & nutriremur corpora aut ipsam naturam laudaremus: & de animarum salute nequicquam reminiscere mur. Dum uero de imbecillitate & debilitate nostra in qua primum eramus reminiscimur: aliquantulo ex iactantia nostra descendimus: & etiam per educationem nostram patrum diligentia cognoscitur: & deinceps filiorum obedientia. ¶Nam qui bonus pater est: honestam curam de suis filiis inquirit. & filii dum modo peximi non sint reminiscentes de illo: quod in tenera etate erant: & de assumptis a patribus beneficiis mansueto animo eis obediunt. Nihilominus artificialia a patribus suscepta quãdoque adiuuãt: & alias detrimentum inferunt: quod in filiis magnatibus demonstratur. Multum enim morantur priusq̃ loqui & ambulare sciant: eo quod ob maximam temporis distantiam eis membra deuinciũt: nec lugere: nequidẽ exclamare sinunt. Et si cito debemus aliquam rem in actu deducere: necesse est quod membra assidue disponamus: ueluti in scribendo aut pulsando. Nam licet sciamus quid facturi simus: opus est digitos per aliquot dies euoluere: atque disponere. ¶Et simili modo prodest pueris quandoque lugere uociferare calcitrare: ut cito membra exponant ad loquendum: & ambulandum. Attamen hec exercitia moderari debent. quia plorare & habere tybias & brachia continuo dissoluta: plerũque est maximo detrimento. ¶Natura quoque alia inest animalibus prouidentia. Namque digniora & aptiora sunt: ad longam uitam consequendam tardius educantur: & species que parum uiuunt: cito ad integritatem deueniunt. iccirco quũ homo aptus natus sit ad longam uitam: etiam multum demoratur ad omnem suam integritatem capescendam.

¶Qualiter lugere in pricipio natiuitatis optima prouisio nature fuit: & q̃d si imbecilles nascimur & morimur: nõ ex hoc significat ab aliquo inualido regno euenire: & ad ipsum reuerti. Cap.clxi.

¶De miseria nostra circa tẽpus natiuitatis aut ĩfantie: atque circa mortẽ per senectutem & decrepitã etatem: multa equidẽ dici possunt. quonam modo tam miserabiles aut inhabiles nascamur: & per seniũ quoque inhabiles ad mortẽ deueniamus. Vnde prima fronte uidet: quod de aliqua inualida patria deuenimus ad quam ultimis dierum nostroꝝ reuertimur: Dum eni inhabiles hoĩes seu alia animalia alicuius prouincie continuo exire uidemus: ab eorũ inualitudine cõtra illius patrie inhabilitatẽ arguim9: & q̃a homines aliaque aĩalia nascẽdo ĩhabiles ac miserabiles ad hãc mãsionẽ deuenim9: & ab hac uita exire nõ possum9: nisi p̃ miseriã uel destructionẽ: uidet regnũ a quo uenimus: & ad q̃d reuertimur de inhabilibus reb9 delectari: & dispositos uel ualidos nullũ ibi locũ manẽdi adinuenire. ¶Hec aũt & similia ficticia sunt: quo circa ad naturales discursus occurrẽdũ est: in q̃bus inueniemus q̃tenus de naturali ordĩe nulla res speciẽ

ſuam dimittere : & aliam nanciſci queat: preterquã per prime diruptionem ſiue illius in quo manet: eo ꝙ unaqueq; res dum poteſt continuo ſpeciem atq; indiuiduationẽ ſuam obſeruat. Vnde fit q̃d neceſſario ſpecies noſtra paulatim uel feſtinatim debilitetur ut corrumpi queat: & ad aliam ſpeciem & figuram trãſire. Quoniam ſine unius corporis ſolutione: impoſſibile eſt quod eius materia ĩ alteram ſpeciem ſiue in diuiduum tranſmutari queat: & ſi hoc animal uel corpus in ſua integra ualitudine maneret: nulla quidẽ condictione corrumpi poſſet. & quia poſt corruptionem generationes fiunt: & res corrupte pauci ualoris ſunt: neceſſe eſt quod principia ꝑ generationem facta omnino paruula ſint atq; debilia: & quoniã homines & alia animalia poſt alicuius materie putrefactionem ac purificationem cõpaginantur: ſeqtur neceſſario debiles nos eſſe in natiuitate noſtra: & aliquo infantie tpe quouſq; ad illã putrefactionẽ ſuper qua generari ſumus prolongemur: & in ſpecie noſtra fundemur ſeu muniamur. ¶ Lugemus in natiui tate: eo quod natura tanquã ſagax de ordine in neceſſariis ꝓuidet: & qa hoĩes ceteraq; aĩalia potius de miſerabilibus & cõquerẽtibus miſeremur: q̃ de proſperis & ridẽtibus ſub huiuſmodi ordine natura edocet: ꝙ in natiuitate noſtra lugeamus ut patres ſeu alia aĩalia nos audientia miſereantur: quod utiq; dum in pueritia ſumus & ad clare loquẽdum inhabiles: ſat eſt nobis lugere ad neceſſaria expetẽda: Patres enĩ eo luctu cognoſcũt aliqd pueris deficere & ſic prouidẽt. ¶ In ſenectute ut ſupius dictũ ẽ etiã ad corru ptionẽ appropinquamus: in qua etate debiles ſumus atq; inhabiles: quũ aliter ad aliã ſpeciẽ trãſire non poſſimus: & qm ꝑ generationẽ ĩ hac unione cõpoſiti de naturali ordine oportet: ꝙ corruptiõe ipſam diſ ſoluamus & ad aliã ſpeciẽ trãſeamus: & hec potiſſima eſt cauſa miſeriarũ noſtrarũ in natiuitate: infantia: & ſenectute: ¶ Elemẽta quoq; oportet ſuas formas uel ꝓprietates remittere: ſi modo uolunt ad alterã ſpeciem trãſire: generari: & corrũpi. Si eni ignis in forma ſua ſiue in uiribus ſimpliciter maneret : nũquã cũ alio elemẽto cõponeret: atq; ĩ pace degeret. At dũ aliis miſcet ſuã caliditatẽ remittit : & paulatim ad alterã ſpẽm trãſire põt. ¶ De aĩa ſaltẽ rõnali aliter cõſiderãdũ eſt: eo q̃d nõ ꝑ generationem & corruptionẽ: ſed ꝑ merã creationẽ eſſe habet. Tamẽ qa nõ ẽ actus purus: nec ullã habet experiẽtiã a natura cõ cedẽdũ eſt: q̃d nil determinate ĩtelligit ĩ principio: ſeu dũ corpori infundit: niſi quod ad ĩtelligẽdũ eſt ha bilis: & tũc dici põt ĩ pura potẽtia eſſe uel ĩ ĩtelligẽdi poſſibilitate: eo q̃d neq̃quã adhuc ĩ actu cognouit niſi forte ſeipſam eo ĩſtãti quo creat aut parũ differẽter: licet ponẽda ſit prioritas nature: ne ordo penit9 deſtruat. Nã de ordĩe prius dicit eſſe q̃ ĩtelligi: ſed ĩ reb9 ad extra oportet q̃d magis ad ĩtelligẽdũ detmore mur: eo quod inter nos & alios aliquod extat interuallum. & quum anima rationalis nõ ſit idem corpus in quo manet: neceſſe: eſt poni aliquam temporis diſtantiam uel moram ad cognoſcẽdum ipſum corpus & ad deducendum ipſum in doctrinam ipſius anime: quãquam in infuſione anime dicendum ſit: iam aliquam a natura indiſtinctam cognitionem haberi: ſaltem ſciendi anxietatẽ quẽadmodũ in natiuitate cor porũ aĩaliũ uidemus: qa quũprimũ hõ naſcit aliq̃d alimẽtũ uult aſſumere atq; etiã ſcit ſuggere: taliter ꝙ aliq̃d ĩtelligit maxĩe q̃d hoc ſcire ſuggere potius fit per doctrinã aĩe q̃ corporis ſaltẽ ſenſitiue aĩe. qm ĩ eo loco iã aĩa & corpus ſimul operant. Nã ſicut aĩa non intelligit: niſi homo hoc eſt anima & corpus ſimul: quãuis principaliter anima pari modo non corpora hominum operantur: licet ĩ materialibus dicamus: ſed corpus & anima ſimul tametſi corpus principalius in ſimilibus. ¶ Et ſi forte interrogaretur cur iu xta natiuitatem ſiue in ĩſantia ſuggere ſcimus: aut quodcũq; aliud elementum aſſumere: & tamen ratioci nari neſcimus. Reſpõdetur quod ſemper natura initio neceſſarioribus prouidet: & quoniam in infantia quum parum diſtemus a putrefactione & generatione unde uenimus: decet eo tunc nos alimento corro borare ut ab eiuſmodi inualitudine euadamus: quocirca talis operatio ratiocinatio eſt in infantibus. Tã dem quãuis debiles naſcamur & moriamur. non infertur: quod ad alia ualidiora loca q̃ iſta in quibus ma nemus ire non poſſimus atq; in digniores ſpecies q̃ nunc ſumus tranſire: tametſi homines inter anima lia tãtum meliorari nequeamus: & cetera animalia meliorari poſſunt: ut in herbis pane & uino probatur quod poſt illarum ſpecierum putrefactionem ſepe in carnem oſſa aliaq; ſimilia membra animalium tran ſeunt. ¶ Sed aduertendum eſt quod hic tranſumptionem de corporibus & non de animabus intelligi mus: ſaltem de rationalibus. Corpora enim ſolum generabilia & corruptibilia: anime uero non. Vnde fit quod in eo quod corpora: forſitan corpora noſtra tranſire poſſunt in alia corpora : in quibus maio rem delectationem aſſumere queunt: q̃ in ſpecie noſtra: ueluti in elementa ſimplicia aut aliqua ſenſualia animalia que quo ad corpora digna ſunt: ueluti equus leo ceruus aquila & quedam his ſimilia. Si uero ſu per hac diſpoſitione nature in patria fertili habitat: multo minores corporum labores q̃ homines aſſũ munt: & forte in delectationibus corporum equiparantur.

¶ Qualiter non ſufficiat cõmunis natura ad prebendum omnia neceſſaria hominibus unde eſſẽ dimus nos magna dignitate potiri.
Cap. clxii.

¶ Qui diligenter ſpeculari uoluerit: quid per ſe natura ſine arte impendat : & quantũ illud ſit quod ab hominibus petitur: & ad bene eẽ indigent: manifeſte dignoſci poterit: qualiter cõmunis natura nõ ſufficit ad dãdum nobis omnia neceſſaria: eo quod membra noſtra ad bene eſſe multa ac uaria artificialia expe

tunt:ut cibos:medicinas:uestes:& domos:sine qbus non possumus diu neq; honeste uiuere. Et licet aliqs uiuere posset quo ad merita naturalia:hoc non erit cõmune multorum. quia saltem medicina que arti ficium petit:omnia animalia in quoquomodo indigét:sed homines potius possunt ea potiri ac de facto uti. ¶ Hec autem que dicta sunt ex parte membrorum proueniunt:quoniam uero compositi sumus ex anima & corpore:que sunt diuerse nature:oportet quod etiam ad anime beneficium principalius atten damus. Anima enim est corpore dignior:& quum sit incorporea ingenerabilis & incorruptibilis:ut iam superius explanatum fuit:comprobatur ipsam esse cõmuni natura digniorem. Nam cõmunis natura p celis & elementis que corporea sunt assumitur : & ob hanc causam nequeunt tribuere quecũq; anima in suum beneficium poscit. Ipsa enim suapte natura finem glorie querit:& natura nõ potest perfectam glo riam exhibere. Vnde necesse est ut nos multa ex artificio & diligentia corporum & animarũ indagemus: citra illud quod natura per se prebere potest : & in corporibus uegetabilibus & sensualibus animalibus cõmunis natura prouidere potest. Ipsa enim animalia petunt corporea & corruptibilia : quocirca pro culdubio constat maximam esse hominis excellentiam pre ceteris animalibus:quum nobis sit dispositio crescendi & ornãdi personas nostras super illo quod nobis natura dari potest:& alia propter inhabilita tem solo nature beneficio inherent. ¶ Plinius uolens nos quodãmodo lacessere dicit : quod uenenosi sumus ponens exemplum quod si ieiuno stomacho spuimus supra serpentes:sputum uel saliua nostra tã quam uenenum occidit serpentes:& hanc proprietatem dicimus esse perfectionem : quia cõmuniter res bone opponuntur malis:quod uidemus in eodem sputo quod est in medicinam aliquibus uulneribus in ieiunis:& homo etiam uulnera & alias egritudines plerũq; uerbis sanat. ¶ Mustela non est animal ue nenosum:sed habet gratiam certandi cum animalibus uenenosis & ipsa superandi. ¶ Et cyconia que est auis sine malicia:frequenter pugnat contra animalia uenenosa:& de eisdem cibatur. ¶ Plinius quo q; asserit:quod in aliquibus locis sunt quedam persone que solo intuitu alios homines & bruta animalia aut arbores desicant. Et uult quod tales duas in oculo pupillas habeant. Nos uero negamus:quod in re aliquis tales effectus faciat:quia de hoc nunquam uisa est manifesta experientia:licet alique mulieres ui dendo filios suos paruulos male se habentes aiunt esse fascinationis tabem:& dum eos sanare uolunt in cantatrices seu ueneficas mulieres adinueniunt:quod utiq; satis est erroneum. ¶ Preterea infert:quod aliqui homines adeo sunt cupidi diutius uiuendi:quod se imortales descripserunt . Nos uero oppositum dicimus quum aliter se habeat:ut experientia comprobatur. Quisq; enim aut plerisq; illorum qui de im mortalitate anime scripserunt:hunc mundum despiciebant propria membra cohercendo:qui nil pror sus de morte uerebantur. Ideo manifeste inferebant nolle diutius nec cum cerimoniis uitam degere. At uero de flagitiosis aut negantibus immortalitatem anime aliter uisum est : nãq; assiduo longam uitam expetunt:& ipsam inquantũ possunt procurant:& mors siue separatio ĩter animas & corpora est eis ma ximo odio. ¶ Vlterius dicit:quod homines qui in una prouincia nascuntur non tenẽt ora:& quod so lo aere aut odore per nares recepto nutriuntur:& substentantur:quod palam natura repugnat. Quoni am autem plinius ausus est similia describere:potuit cuncta alia inconuenientia:licet falsa sint quodam modo includere:qui nec solum de homine tractando aberrauit : uerumetiam uolens secundum senten tiam suam de philosophia iudicare:sepe sepius delirabat. Sed quia orator:de hystoria tantũ uel de rebus gestis aliorum sibi attinebat:quandoquidem inter alia dubitasse uidetur quod alius deus esset extra solẽ & ignorando id quod est adeo manifestum nescio quid profunde cognoscere potuerit.

Quod aliqui assignãt magnã esse hominis ĩperfectionẽ nescire a natura natare. Cap.clxiii.

Quidam pro re ardua ponunt:homines nescire per propriam naturam natare:& hoc iccirco aiũt quũ nesciant aut non respiciant:unde hoc ipsum proueniat:& ideo scandalizanť. considerando quod inter animalia solus homo natura natare ignorat. Hoc tamen non est hominis difficultas : ut uidebitur : nisi quod aqua per naturam suam petit quod corpora natantia in longum extendantur : & non quod sur sum erecta. Quapropter omnia sensualia:dum in aquam ingrediuntur : per propriam eorum naturam parata ac prompta sunt ad natandum:quia eodem modo quo ambulant natare debent. Homines uero aliter se habent. Nam homo in celum erectus ambulat:& aqua uult quod se in longum porrigat. Iccirco in aqua positus a modo natandi ualde remotus reperitur:eo quod aliter ambulat q̃ natare debet:quia ĩ natando exquiritur quod corpus extendatur:& homo suapte natura erecto capite incedit:& itidem om nibus membris uti debemus aliter natando q̃ ambulando:tamen si homo natare sciet ipsam natationẽ absq; obliuione toto tempore uite sue retinebit. sed quia in modo natandi aliam uiam transeundi asse qui debemus q̃ nostrã propriã dum ambulamus. oportet quod inferius inclinemur ad natandum:quod est minoris perfectionis:quã si erecti cum corporib9 nostris erga celum incederem9:postquam illic existit nobilior pars totius nature:& ideo melius est subleuato capite ambulare & natationem natura ignora re:q̃ ipsam scire & terrestria aut profunda respiciendo ambulare.

¶ Qualiter oportebat plura animalia bruta in aliquibus uirtutibus corporum per ordinationem nature homines superare: ut homines ostenderent rationales esse. Cap. clxiiii.

¶ Preterea de similibus iam assignatis alia nonnulla contra dignitatem hominũ adducere possumus: ueluti ponendo falsam esse determinationẽ quam habemus dicentem: hominẽ esse animal perfectissimũ inter omnia alia animalia: & tamẽ nos de facto uidemus: plura alia animalia minorem habere necessitatẽ circa attinentia uite: quam homines habemus: & etiam alias uarias perfectones in brutis uidemus: que ĩ hominibus non sunt: ut de terrestribus animalibus: uim magnam in elephante: in thauro: equo: leone: & urso: & leuitatem in leopardo: in ceruo: damna: in animalibus: siue auibus aeris leuitatem n agnam: ut in aquilis: in colũbis: in monedulis. & in aquis plura etiam animalia reperiunt: que in uiribus & notationibus homines superant: ut balena in fortitudine alii plures pisces in natando: & dicimus plures: qa cõchilia minus quam homines natant. ¶ Sed contra has proprietates aliquorũ brutorũ: quod dignitates hominum non superent: multa manifesta adducere possumus. ¶ Et in primis ita dicimus: quod dignitas hominum: quãuis de corporeis solis assumamus: multo maioris numeri sunt: quam dignitates alicuius bruti: sed dimittendo de attinentibus corporibus: tantũ de bene esse a natura pro nobisipsis & pro brutis dicẽdũ est: fere eodem modo quo de elementis consideramus asserendo: quod oportuit ut uiuere possemus aliqua elementa rara & mobilia ut aerem: & aliqua fixa & spissa ut terram: aliquod frigidũ: aliquod calidum: quoddam humidum: quoddam siccum: dari. nam si omnia elemẽta essent spissa: ueluti terra: & calida sicut ignis: nulla daretur generatio: nequidem motus animalium: in quo exemplo: aliud simile de hominibus: cum aliis animalibus capiendũ est. nam si homo uolaret: ueluti aquila & colũba: & curreret in sup̃ficiẽ terre sicut ceruus: aut leopardus: haberet uim elephantis aut cete: & nataret uelociter: atq; sine periculo suffocationis: ut pisces faciũt secũdũ maliciam nostram: omnia terrestria aerea & aquatilia destrueremus. nam cum in pluribus aptitudinibus ad praue operãdum deficimus: Et uix bruta animalia & plante. apud nos uiuere possunt: quanto peiora sequerent: si in omnibus super oĩa alia ualidissimi corporũ essemus. ¶ Preterea aliud inconueniens peius daretur: quoniam cũ rationales sumus nullibi rationem ostẽderemus: sed semper per uim & leuitatem cibaremur: atq; alia necessaria acquireremus. sed cum nos non principaliter per leues aut per fortes. sed per rationales definimur: oportebat quod natura corporea nostra declinaret: ut ratio ipsa superare posset. nam si ualidissima corpora tãquã gigantes super terram nos haberemus: unde nullum ostenderemus opus intellectus: siue rationis: sed cum debiles atq; graues simus & oĩa animalia atq; plantas lapides & similia superamus: palam ostendimus: rationales esse & oĩa alia animalia: arbores: lapides: elementa: atq; celi: irrationalia. & cũ ratio multo dignior uiribus atq; leuitatibus corporum sit: nimium: atq; nimiũ de natura nostra cõtentari debemus & omnes dignitates brutorũ nostris comparatas spernere. ¶ Et dum contingit cõtra dignitates rationalis anime opponere: fere p̃ uiã iam positã soluẽde tales opiniones sunt. ¶ Solet a qbusdã taliter cõtra aĩam rationalem opponi dicẽdo: uos asseritis aĩam rõnalẽ p̃fectam esse: aut saltẽ sup̃ oẽs alias aĩas p̃fectã: & tñ uidemus: quod non agit nos oĩno perfectos: quãuis tanquã gubernatrix in hominibus dicatis se habere. ¶ Vlterius plura alia animalia sunt: que citius perficiunt quã homo: unde uidetur animas ipsorũ brutorũ perfectiores nr̃a esse. nam canis in etate unius anni: duorũ: uel trium: perfectus est: non tantum in specie sua sed multo magis quã homo eiusdẽ etatis. nam canes & plura alia animalia dum annicula aut biẽnia sunt multo ualidiora quam homines inueniunt. ¶ Quibus obiectionib9 respondendo in primis dicimus: animã nostram non esse omnino p̃fectam. quoniam solus deus perfectus: sed perfectã denominam9 ipsam iuxta speciẽ ipsius: & species aliarũ animarũ. sed quia anima rationalis ad informandũ corpus hũanum & simul cum ipso resultare hominem creata est: & non aliter: oportet aliquando passiones ipsas corporis assequi ut simul corpus & anima conueniant. Quoniam etiam corpus affectiones anime rationalis consequitur. ¶ Et tamen non totaliter: quoniam corpus humanum in omnibus affectionibus suis aliter se habet coniunctum rationali anime: quam ab ipsa separatum. ¶ Et pariter anima non ita coniuncta corpori se habet sicut separata. unde habetur: quod anima sola non intelligit sed homo. qua de re oportet simul animam & corpus: scientiam querere. nã nullus sapiens dicit animã rationalẽ esse sapientissimã dum in corpore infunditur: sed qđ indies per plures labores simul cum corpore docta fit. uerumtamẽ cum hoc manet animã ipsam rationalem esse perfectam: dum in corpore infunditur: intelligas perfectam: eo quod apta ad acquirendas plures doctrinas: siue ad multa bona peragendum: & quia nulla anima brutorũ est apta in principio infusionis: in medio: neq; in fine: ad tot bona operãda: merito rationalem animam per naturam suam in principio: medio: & fine perfectam denominamus: eo quod ad plura bona agenda habilis: sed indies per labores simul cum corpore perfectior fit: quousque si laborare uolumus nimium super omnia alia animalia in perfectione extollimur. ¶ Sed homines qui ad errores declinant: deteriores omnibus brutis fiunt. hoc tamen non est difficultas rationalis anime: nisi stultitie sequendi uoluptates membrorum: & tamen ratio semper edocet nos: bonum esse agendum & malum abiiciendum: & cum talis sit proprietas rationalis anime: quisnam sanus mentis dubitare potest quin anima nostra perfecta sit. ¶ Dum opponitur: quod aliquod brutum animal circa

natiuitatem ut per biennium. multo ualidius est quam homo eiusdem etatis. Respondendum est: hoc pluribus de causis euenire non ex eo quod anima alicuius bruti: ita perfecta ueluti anima hominis sit: sed alie sunt cause. ¶Et in primis dicimus: quod quanto perfectius opus tãto difficilius atq3 tardius in assumendo totam integritatem suam. homo uiuit per octoaginta uel cẽtum annos: & canis decẽ uel duodecim: unde si canis festinatim totã nõ hẽret ĩtegritatẽ suã prius morireť causa senectutis: quam membra ipsius iuxta speciem caninam perficerentur: quod de ratione stare non potest. unde natura prouidet canibus: quod cito totam perfectionem suam assumant: eo quod de longitudine uite non prouisit ipsis: & cum membra in quocũq3 animali perfecta sunt: in eo istanti anima operatur in hiis membris perfecte: Iuxta speciem illius animalis. ¶Et cum natura de uita lõga prouisit hominibus in principio permittit ipsos per aliquos annos manere: priusquam totam integritatem membrorum assumant: uidelicet: ualitudinem: & dum membra inualida sunt: aut aliqualiter indistincta rationalis anima non potest ibi operari. Cum de anima ipsa sit potius per uiam imperãdi membra ministrare: quam per uiam intrinsici appetitus. Vnde etiam homines in pueritia circa corporeas uoluptates ut assumendi cibos auidissimi sunt: & omnia pro seipsis tantum uolunt. sed quia operatio distinguendi quid bonum: & quid malum sit: difficilior est. quoniam super appetitus intrinsecos corporeos iudicatura non potest a natura sumendo ita cito operari: ueluti sensitiua anima. ¶Nam maior conformitas est penes naturam loquendi inter corpus & animam sensitiuam: quam inter corpus ipsum & intellectiuam animam. quoniam sensitiua anima concesso quod corporea proprie dicta non sit: saltem est media inter spiritualem siue uerum icorporeum & corporeum. unde possumus quoddam exemplum ysopeti adducere. ¶Quod tale est inter rogatus esopus qua de re citius herbe ĩ possessionibus nascũtur: quam grana que ibi seminamus. Respõdẽdo inqt qđ terra se hẽt ad herbas tanq̃ mř & ad grana ueluti nouerca: qđ nil aliud est sm ueritatẽ nisi qđ herbe hñt iam radices suas ĩ terra ipã: & grana semiata uero nõ. Vñ cũ herbe iã radices hñt sup ipsas cito oriunť. sed grana postq̃ seminanť oportet radices aliquas edificare: sup quas fundẽtur: & fruge sup faciẽ terre emittãt: & simili mõ aïa canis que si non omnino corporea saltem aliqualiter corporea dicta habet corpus tanquam matrem. unde cito simul cum ipso operari potest: sed rationalis anima que omnino incorporea longinqua a natura corporis est: & sic non põt ita cito cum ipso conformari ut sensitiua anima agit: ¶Sed permittamus de operationibus: quod sint cito aut tarde: & de pfectioribus simpliciter dicamus: hodie uel cras in tenera etate uel in altera. unde palam patet: opera hominum sup omnia opera aliorum animalium non tãtum perfecta. sed perfectissima esse: & quia de natura & arte ad supremum signum aspiciendum est: & perfectio anime rationalis posita in suppremo signo: & pariter perfectiones aliarum animarum superat per plures & plures gradus perfectio anime intellectiue perfectões aliarum: constat animam hominis ad alias animas comparatam perfectissimã esse. ¶De qua perfectione si in etate tenera perfecte operaremur. nũquam nosipsos cognosceremus: nequidem creatorẽ nostrũ. unde cõtinue multa mala cõmitteremus: & sic cõdecens fuit: ut deus cũ in ualitudine mẽbrorũ: iuxta natiuitatẽ poneret nobis frenũ: ne ita dissolute p omnia scandala discurreremus. canis siquidẽ & alia animalia bruta cum minorem habent aptitudinem ad scãdala imperrãda: quãuis iuxta natiuitatem ualida sint nullus error sequiť: imo bonũ: eo quod oportet per seipsa necessaria iuenire: ut uiuere possint: cũ patres habiles non habeant ad subueniendum eis per longũ tempus.

¶Quatenus experientia probet omnes creaturas in quoquomodo esse in humani generis seruitium. Cap. clxv.

¶Est inter homines quedã dicendi consuetudo: omnes creaturas esse in seruitutẽ hominis: qui uero primitus hãc propositionem inscripsit aut adinuenit multa de natura & archanis dei nouerat: quod facillime respicientibus manifestať. Quoniam si per omnes creaturas discurrimus: accipiendo pro qbuslibet animalib9 sensualibus & uegetabilibus: & gradatim ascendendo per elementa: celos: & angelos: inueniemus quod omnia nobis seruiunt. bruta scilicet in laborib9 nřis: ornamentis: & cibis plante & lapides in cibis: medicinis: & edificiis. elementa uero nobis tribuendo materiam & continuam uegetationem celi & stelle assiduam hominib9 influentiam: & illuminosos radios prebent. Angeli comitantur nos: aut saltem deum pro causis nostris implorant. ex quo fit: cuncta nobis in quoquomodo seruire. Quãobrem deo ad modum tenemur: quoniam talem nobis prerogatiuam dedit.

¶Quod ꝑpter uarietatem lingue ostendimus aliquam partem de libertate nostra: & quod nemo scire posset linguam qua adam loquebatur. Cap. clxvi.

¶Circa linguarũ diuersitatem: aut penes modũ loquendi magna inter genus humanũ discrepãtia uersatur: que nos libertate potiri significat: & non per aliquam naturalem efficaciam: quũ eiusdem speciei simus: & unusquisq3 eligit uaria uocabula sibi ꝑpria uel placita: & aliis aliena uel obscura: & ĩ aliis modis inter nos magna est similitudo: ut flendo: ridendo: tussiendo: & uociferando. Sed ad determinandũ illud

quod uolumus aut per nos transit: declaramus per uocabula ad bene placitum: & hec discordia secūdum sacram scripturam orta est: ꝓpter errorem hominum uolentium turrim babylonis edificare: sed quicqd sit omnino hominum loquutio est ad beneplacitum inter nos uariata: & patet eo ꝓsertim: quod quālibet linguam adiscimus: nec natura ullam scimus. ℭ Quāquam aliqui uelint: quod lingua chaldeorum sit naturalis lingua hominum: idest ab Adam assumpta: & ꝙ si ponerentur duo homines in desertum: qui nunquam aliquam linguam audiuissent dicunt eos linguam chaldeam proferre: quod utiq; non uidetur rationi consentaneum. si enim chaldeorum loquutio fuit lingua primi parētis: ipse erat adeo doctus aut fecundus scientia: quod omnes rerum naturas nouit: quibus ꝓpria nomina naturalia imposuit. Q uū uero nos ꝓprias naturas ignoremus: itidem nec possum⁹ uocabula ade dignoscere. & nemo potest aliquo ydiomate loqui: dum eius uocabula ignorauerit. quocirca patet ꝙ puuli sine comertio in montibus educati: nec natura nec continuatione scirent loqui lingua ade: eo quod nescirent rebus ꝓpria nomina imponere. nequidem ꝓprietates cognoscerent. quia dum talem cognitionem haberent essent doctiores: si soli educarentur quā si in societate. Quapropter equales essent aut fere equales ade in doctrina. Sed in hoc nullum uidetur uerisimile. Q uoniā adam ꝑfectus homo natura. & plenus gratia fuit. que non datur in cōmuni suis successoribus: adeo quod nullus nostrum natura loqui potest: lingua ade. Et sic dicēdum est: quod qui solus maneret rebus nomina imponeret: & eisdem loqueretur. & nomina dūtaxat ponerent ut alter alterum se itelligeret uti nos agimus in rebus: quarum nomina ignoramus. Et hec libertas in tot diuersis ab anima & non a corpore prouenit.

ℭ Quod pleriq; philosophoꝝ probare uoluerunt: quod post plures discursus intellectus intelligit per suam propriam essentiam aut sine sensualium potentiarum adiutorio. & ꝙ tunc homo est felix. Cap. clxvii.

ℭ Videtur quod auerroys & alii qui fatētur se esse Aristotelis sequaces imaginati sint. quod post multos discursus uel operationes potentiarum sensualium cum intellectu homo potest p ꝓpriam essentiā intelligere absq; aliquo discursu uel labore. Vnde ait qđ homo attingit ad felicitatem in hoc mondo. & ambe quidem partes aliter se habent: scilicet hominem posse absq; aliquo discursu penitus intelligere & esse in hoc mundo felicem: Nam felix sine quacūq; aduersitate intelligit. & quod non possumus absq; discursu intelligere cōprobatur: ex eo quod intellectus coniunctus semper habet necessitatem de ymaginatiua cogitatiua & fantasia. que quum sint cōposite uel organis coniuncte & corporee defatigātur & appetunt nunc cibos & nunc dormire & nunc uigilare: tum quiescere & tum mouere: & cōtinuam ab elementis uegetationem expetunt quādoq; frigidum & quandoq; calidum. Q uapropter quum homo tot uarietates natura habeat: competit necessario ad intelligendum quod per uaria discurrat. quoniam de plurimis extrinsecus aduenientibus homo habet necessitatem. & acquirendo illa que extrinseca sunt: uarii motus requiruntur. licet quū homo in plurib⁹ expertus sit i se plerasq; recolitiones seu reminiscētias retinet de rebus. in quibus primo expertus fuerit. Attamen dum memorie imprimimus ordinatim characteres rerū: nōnullas primas & quasdam ultimas ponimus: nec omnes in uno puncto neq; instanti indiuisibili. Quocirca decet aliquem habere discursum ad memoriter cōplectendum. & explorandum species rerum p seriem quandam ueluti collocate sunt. ℭ Ad alteram ꝑtem ubi aiunt: ꝙ in hoc mundo felices esse possumus: paucis uerbis indigemus. quum omnibus manifestum sit neminem in hoc mundo uisum fuisse omnino contentum: aut quod in actu quecūq; desiderauerit habuerit: & felicitas huiusmodi cōditiones nanciscitur: quoniam nequicquā in felicitate deest. quinimo quecunq; desiderari possunt in actu habentur: neq; occurrit ibi magis neq; minus multipicatio diminutio egritudo dolor: temporis discursus senectus iuuentus nec quicquam ad extra cōsideratum. quin intrinsece possideatur. & quia in hoc mundo omnia econuerso se habent: nullus homo in ipso manens ꝓpria felicitate frui potest. Si enim pauperes sumus nouas diuitias acquirere uolumus. Et si diuites ꝓpter honorē uel ad euitandam necessitatem semper de bonis temporalibus curam adhibemus. & quum mobiles sint diuitie: oportet ad eas cōsequēdas p uarios motus transeamus. & ideo non est dicendum hominem esse in hoc mundo felicem. nisi in quoquomodo accipiendo respectiue ad alios: qui sunt nimium defatigati. & sic auerroys intelligere debuerat: qn̄ asserebat Aristotelem in hoc mundo ad ueram felicitatem attigisse quod econuerso sentiendum est. multū enī elaborauit: donec uixit cui circa mortem quāplures aduersabanť. & ipse itidem aliis. & ubi aduersa est decertatio: ibi nulla occurrit quies: que merito posset felicitas nuncupari: eo ꝓsertim quod fama ferť Aristotelem scandalose: uel ab inimicis fuisse interemptum.

ℭ De quibusdam argumētis que Aristotelici adducunt ad ꝑsuadendū: qđ in hoc mundo possum⁹ felicitatem nancisci. & de solutione eorundem oppositionum. Cap. clxviii.

ℭ Circa hanc felicitatem quā philosophi peripatetici uolunt in hoc mundo homini attribuere. eā siquidem multimodis ꝓbare conantur. Sed quo ad ueritatem nullam naturalem neq; moralem ꝓbationem:

nequidem oportunam & ualidam experientiam adducunt ad intentionem suam explicandam & in primis uolentes cognoscere: qualis intellectus sit ille: qui substantiis separatis coniungitur. & absolute intelligit sine discursu potentiarũ sensuum multa disputant. & interdum dicunt esse intellectũ agentem: & quãdoq; materialem siue possibilem. Sed dicamus quod intellectus noster sit ille: quem post multos discursus dicunt peruenire ad intelligendũ substantias separatas. & uideamus de aliis dubitationibus in hoc passu occurrentib9. qbus nulla dat̃ a peripateticis satisfactio. Primo quia deberent probare: ꝙ unus intellectus coniunctus possit distincte separatas substãtias itelligere. & itidem qualiter homines felices essent eas itelligendo. Vnde primũ dicimus: quod non demonstrauerũt: quod intellectus noster coniunctus possit substantias separatas intelligere. Nam licet ꝑsupponant: quod intelligendo unum lapidem facimus ipsum similem intellectui nostro. & quod similiter intelligendo substantias separatas ob magnũ discursum intellectus fit illis similis: ex quo põt eas sine aliquo discursu & corporalibus potentiis intelligere: unde ad exẽplum: quod adducunt de lapide respõdemus: ꝙ nũquam facimus ipsum similem intellectui nostro: ut iã ĩ alia parte ꝓbatur. ¶ Et asserẽdo qđ intellectus noster efficiat̃ post plures discursus uti sunt substãtie separate. non est utiq; ad ꝓpositum. iam enim intellectus noster ꝓpria natura est similis substantiis sepatis. & semper experientia constat. qđ eas precise non intelligit: intantũ quod est corpori cõiunctus. ¶ Et ubi dicunt intellectũ inherere siue coniungi substantiis separatis. & quod ipsas sine fantasia uel ymaginatione intelligit. si ita esset: sequeret̃ qđ solus intellectus intelligeret: & non homo. quoniã homo ex altera parte corpeus est. Quocirca si solus intellect9 intelligit: non est homo felix. ¶ Preterea si omnes sumus gubernati ab uno solo intellectu eterno: quemadmodum isti philosophi dixerunt: ut auerroys: dum esset unus felix itellectione: omnes quoq; essemus felices: qđ est absurdum. ¶ Et ulterius si intellectus est eternus: semper est cum intelligentiis unitus. si forte non intelligũt de intellectu: quem passiuũ nominari crediderũt. ¶ Religiosi uero certius ac securius de felicitate loquuti. ipsam enim ꝑfectam & sine mutatiõe describunt. atq; in locis siue patriis: in quibus nulla potest cõtrarietate impugnari. Verumtamen hic ẽt philosophorum irreligiosorum dicta accipienda sunt. quoniam ipsi similiter felicitatem affirmabant causatam per unionem: quam intellectus noster cum intelligentiis & causa prima habere debet: quãuis errauissent credentes posse in hoc mundo felices fieri.

¶ Quomodo natura appetimus ad primam causam nostram redire: tanquam ad uerum fundamẽtum: in quo uera felicitas consistit. Cap. clxix.

¶ Quod natura appetamus ad primam causam a qua dependem9 tanquam ad fundamẽtũ redire: multis modis constare uidetur. Nam sicut corpus graue in aere positum. optat ad centrum suum siue in spheram terre uenire: & ignis in spherã suã ascendere cupit. Simili modo oẽs homines intrinsece appetimus unionem cum nostra prima causa. non quod a propria dei substantia emanemus. Sed a uolũtate & actu creandi. & sicut a deo recipimus esse: ita & semper eundem habemus instinctum aut punctionem reuniendi nos cũ nostra prima causa. & hoc desiderium aut intrinsecus appetitus datus est omnib9 creaturis ꝑcipue itellectualib9 propter similitudinem: quam habent cum prima causa. ¶ Et qđ omnes homines nõ habeant claram cognitionem de hac conuenientia aut bono: qđ querim9: sufficit qđ in nobis cõtinuum desideriũ de ꝑpetua beatitudine cognoscam9. & ideo conicere uolentes faciliter scire poterimus nullibi felicitatem consistere: nisi tantũ in reunione cũ prima causa. ut ad perfectũ fundamẽtũ. Nam licet in quibusdam aliis locis uideat̃ nobis aliqđ felicitatis principiũ reperiri, quum non perfectam sit nec originẽ habeat: ficta est & corruptibilis felicitas: que in eisdem nobis figurat̃. & sic cito euanescit. & nos in eadem uolũtate cognoscendi primam causam uti & prius persistimus. Vnde natura locũ petim9: per quẽ anime nostre certiores fient de omnib9: que nũc per uarios & obscuros discursus inquirũt. Et hic facile probari poterit falsam esse auerroys sententiam. quũ felicitatem ymaginat9 fuerit: per unionem intellectus nostri cũ intelligentiis. Quoniam uero & intelligentie sunt res depẽdentes: non est in eis ultima quies: maxime quod intelligentie ita possunt esse male: sicut & bone. quod si omnino debemus perfectam felicitatem cõsequi. decet cũ prima causa uniamur. & hic aliud argumentũ orit̃ contra nõnullos Aristotelicos. quia nolunt quod prima causa aliqd extra se intelligat. & si non intelligit: nullus cũ ea uniri potest. & cõsequẽter nec felicitate potiri. Nam reliqua in quoquomodo uaria sunt: & ubi uarietas nõ felicitas. Attamen uidet̃ Alexandrum perypateticum uoluisse de mente Aristotelis: quod intellectus noster esset cũ prima cã uniẽdus ad obtinendam meram felicitatem: licet auerroys aliter senserit.

¶ Quod Aristoteles & sequaces non attigerunt ad felicitatem per scientiam. quod per uerba eiusdem Aristotelis innotescit. Cap. clxx.

¶ Quod Aristoteles & sequaces felicitatem minime acquisierint in hoc mundo per scientiam uel quouis alio modo. satis probat̃ ex uerbis eiusdem Aristotelis: ut in primo libro metaphysice. quam deo tantum attribuit. ubi de scientiarũ bonitatib9 & utilitatib9 inscribit. Nihilomin9 etiam dicit qđ omnes alie scien-

tie sunt methaphysica necessariores:quãuis nulla nobilior.& hic in paucis uerbis multa de se ostendit.pri
mo qđ ipse non fuerit deo coniũctus per intelligẽtiam: ut comentator in laudem ei9 annuit. Vlteri9 nec
felix per scientiam & unionem cũ deo : quia si per aliquam scientiam erat in felicitatem pũenturus & cũ
deo uniendus:hoc fuisset per methaphysicam.qđ si hanc felicitatem consequutus esset : non assereret aliã
nobis esse scientiam methaphysica utiliorem.

¶Qualiter felicitas hominum attingi potest.& quomodo aliter dicatur felicitas anime:& aliter fe
licitas hominis in quo omnes conuenimus. Cap.clxxi.

¶Superius uisum est quod tantũmodo boni cum intellectu agente reuniri possũnt:siue cum prima cau
sa:ut alexander perypateticus de mente Aristotelis dixit:& quia boni sapientes esse possunt eo:qđ sapien
tia de bono & non de malo fertur.boni siue sapientes : quod idem est: dũtaxat cum prima causa reuniri
queunt:& consequenter felices esse.& in hoc omnes sapientes una cõueniunt:licet interdum ꝓpter expo
sitorum ignauiam inter nos dissentio inueniat̃.& etiam quod auctores in scribendo uarias uias assume-
bant:quãuis omnes ad unum finẽ tendissent.& in hoc loco stare potest sine repugnãtia.quod intellectu
nostro reunito per claram uisionem cũ prima causa felices essemus.quia in illo tũc tantũmodo ad ultimũ
appetitũ nostrum siue desideriũ natura nobis insitum attingerem9:hoc est quod nosipsos pfecte cogno
scerem9.Nam inter alia argumenta de resurrectione hominũ natura inserta hoc unũ est potissimũ.uide
licet quod iter nosipsos insitam atq; incessantẽ naturalẽ anxietatẽ habem9 ad precise cognoscendũ ani
mas & corpora nostra:aut qđ ipsa anima cupit corpus ultimate cognoscere : & corpus inidem animã.Et
quũ ista sit ultima aut sublimis cupiditas:natura nobis tributa naturaliter loquendo.sequit̃ qđ tũc felices
erim9:quũ perfecte nos cognouerim9.& quia in hoc mundo non possumus in tantam perfectionẽ deue
nire:resurrectionẽ seu aliam uitam ista perfectiorẽ expectam9.uel gratiam dei:per quã nos perfecte itel-
ligam9:& dum eiusmodi gratiã dei habemus.cũ ipsa prima causa uere possũm9 reuniri nominari.Sed ta
lis reunitio uel pfecta unio tantũmodo bonis hominib9 attinet.& similiter nos dicimus:quod dãnati nõ
possunt perfecte seipsos intelligere.Semper enim in eis confusio maxima erit:eo qđ cũ prima cã nõ erũt
uniti.& de simili felicitate plures antiqui ante Aristotelem loquuti sunt:ut chylo & quãplures alii i sequela
ipsius:ipse eni pro ultima felicitate aut bono nostro nosipsos perfecte intelligere assumebat:sine qua itel
ligentia semper in auiditate acquisitionis erimus:& ubi anxia acq̃sitio quies non datur. ¶Et ista anxie
tas nullus rationalis aliquid de se intrinsece cognoscens audebit opponere:qđ sit ad perfecte cognoscen
dũ aliquẽ uniuersalem intellectũ tanquã hominũ gubernatorem:quoniã natura & ratione solũ deũ tan
quã originẽ anteri9 & perfecti9:quã nosmetipsos amare debem9.Sed extra deũ nosipsos sup oia amam9
& etiã penes itrinsecũ instinctum sine rõne cõsideratũ quisq; primo seipsum amat:q̃ deũ:At ratiõe dir e
tiẽdo aliter assumit̃.qa sol9de9 uera gloria uera charitas & uerus amor.Sed de aliis assumẽdo ꝓpria felici
tas nr̃a ĩ nobisipsis & nõ ĩ aliis cõsistit.In nobis eni ꝓpria atq; itrĩseca:& ĩ aliis respectu nostro extrinseca.
¶Et iccirco nullus cupit p cõtinuã auiditatẽ cũ aliquo uniuersali itellectu uniri.excogitãdo qđ illo tũc
felix erit:nisi qđ partes corporee & incorporee ipsius hominis iter se pfecte & ultimate intelligant̃.Nã li
cet aĩa & corpus hoĩs diuersimode se habeãt ĩ essentia considerata per principia sua diuisa postquã in ho
mine unite eiusdem essentie sunt.homo eni precise de anima rationali & corpore constat.si de partibus
corporeis & incorporeis:& illud de quo constamus est essentia nostra.& quia in homine anima & corpus
sunt essentia ipsius hominis:necesse est quod incessanter se ament : & inter se auide sint ad se perfecte aut
sine aliqua oppositione cognoscendũ.& quia hoc est ultima cupiditas ut dictũ est:tunc erit naturalis feli
citas.Sed quia hoc esse nequit secundũ uires nostras:ut experientia constat:oportet quod in primis cum
deo reuniamur eo:quod ipse est principium & finis uerus sapiens:a quo omnes quietes & sapientie ema-
nant. ¶Et quũ ipse solus purus actus:per consequens ipse solus omnino intellectus uniuersalis agens
nihil de potentia continens.quoniam omnes alii intellectus & intelligentie : ut per omnes philosophos
patet aliquid continent de potentia.& ubi aliquid de potentia:nullaten9 aliquis alius perfecte clarificari
potest.seu a quacũq; potentia liberari.& quũ nos querimus a potentia penitus denudari per ultimã unio
nem cũ intellectu uniuersali:oportet quod iste talis intellect9 solus deus sit.Alii enim intellect9 non sunt
actus puri:neq; omnino ab omni potẽtia exempti:nisi inquãtum per gratiã ab ipsa prima intelligentia:
siue a deo tanquam a pura origine assumunt.Et quia de9 est fons:a quo omnes dependem9:oportet qđ
in ipso solo clarificemur.si oĩno clarificandi sumus.quod dicam9 in hac uita uel in altera post ipsam con
iunctis animis & corporibus aut separatis. ¶Et hic dum Aristoteles de felicitate hui9 mundi loquutus
est:recte intellxit:tamen concesso quod ipse de resurrectione hominũ dubitauerit.& quia non possũm9
demonstratiue resurrectionẽ probare:nisi per auctoritatem ab omnipotenti deo assũptam : qui quum
summe bonus sit : mentiri nequit.quicũq; ueram de lege seu preceptis ipsius dei cognitionẽ non habet:
minime poterit quicquã natura stabile adinuenire:quaten9 resurrecturi sim9.unde tenere oportet iuxta
hãc uiam:quod ultima felicitas hominis sit: dum hic uiuim9:& nullam post istam habere possũm9.& licet
hic uere loquamur non aperiendo amplius quid dicam9:qui inexperti sunt necubi ueritatem eliciũt neq;

dem intelligunt. ¶ Et tali modo dicim9: anima p̃ se non est homo: nec corpus p se est homo. Nunc sic: si resurrecturi non sum9 post hanc uitam: non erimus homines. & sic cõcesso quod anima sit in gloria: nõ ppter hoc ibi est felicitas hominis: nisi anime tantum. & in hoc modo Aristoteles itellexit: dum asserebat: quod felicitas hominis esset in hoc mundo per unionem cum intellectu agente: siue cum deo: ita assumen do. Intelligentie sunt res optime pre ceteris entibus: pro quarum ueio ultimata pfectione intelligẽtie do minanẽ. Nunc sic: omnia bona hic inferiora ad similitudinem alicuius supioris data sunt. Vnde sequitur: quod si nostrum quisquã felix esse uolet. oportet ut se intelligẽtiis similem reddat. & quia intelligẽtie sunt optime in bonitate: & idem sapientissime: necesse est ut homo qui ad felicitatẽ deducat: optimus & sapien tissimus sit. Nãq aliter nullam cum intelligentiis similitudinẽ haberet: neq omnino cum bono. & illud qd non est optimũ felicitate caret. felicitas enim claritas atq quies est. & mali siquidem obscuri & tribulati. ¶ Et hoc uidetur dixisse Mercuriũ trismegistum inserendo: si uis deum itelligere: fac te primo deũ. idest fac quod primo optimus sis. & gratiã dei cõsequeris: per quam potes deum intelligere. ¶ Tamẽ huius mundi felicitas non est perfecta: quia non durabilis nec aliquantulo quiete & stabilis manens. Verũ in eo quod homines ultimata esset uocanda: p̃ supposito quod resurrecturi nõ simus. ¶ Et etiam in simili mõ uidetur: quod epycurus intellexerit: dum felicitatẽ hominis in uoluptate posuerit. idest in aliqua delecta tione uel gaudio. tamẽ asserebat solum deum habere felicitatem. & quum deum cognouerat: nil utiq du bitabat: quod anime nostre non essent alterã pfectiorem uitam seu felicitatem acquisiture. Sed de homi nibus forsitan dubitauit: eo quod de resurrectione incertus erat. ¶ Et Aristoteles illud idẽ assumpsisse uidetur: quum dicat Beata anima: que non fuerit infecta prauis operibus huius mundi. Et pariter. Ve aie peccatrici: que non habet potestatem redeundi i locum suum eo: quod turpia opera corporibus delecta bilia ascensum eius sursum impediunt. unde proculdubio propalaẽ: quod aristoteles nil de imortalitate felicitate seu gloria anime dubitauit. Sed de resurrectione hominum: & quo ad ueritatẽ minor felicitas est anime soli: q̃ anime & corpori simul: & quia nos de utroq constamus. in eo quod homines sumus: de na turali necessitate quietem animarum & corporum expostulamus. & quia talis felicitas nostra idest anima rum & corporum simul est omnino perfecta: deus omnipotens pollicitus est nobis ipsam prebere. & etiã unusquisq eam natura desiderat. & quia in hoc mundo non sumus ipsam habituri resurrectionem expe ctamus: quãuis anime sint in gloria. ¶ Et sub hoc intellectu Aristoteles reprehendit girolphum philo sophum: ex eo quod asserebat aliquẽ hominẽ post mortem esse felicem. Et Aristoteles arguit: Non ualet argumentũ de illo quod erat ad illud quod est: asserendo qđ iam ille qui mortuus fuerat: non erat homo taliter. quod minime nũcupandus felix. licet anima sua in gloria esset. ¶ Girolphus uero optime & ho neste dicebat. partem enim principaliorẽ hominis uidelicet animã. pro toto homine capiebat. & similiter assumere potuit ultimũ punctum uite tãquã presens. quia nulla uarietate destrui posset: quod bonum nõ fuisset: ac semper comendabile. ¶ Deniq nos contentari debemus. quippe quod secundũ omnes phi losophos & sapiẽtes siue honestos uiros: ac penes rationẽ anima nostra immortalis est. & si bene hic ope ratur ad fruendũ gloria in celum ascendit. ¶ Et resurrectionẽ in superabundãtia ab oipotenti deo. p missam expectamus. ¶ Et quia in ista & alia uita boni tantũmodo felicitatẽ uendicare possunt. qui pra ue hic uixerũt. non uere resurgent. quia nequaquã seipsos intelligere possunt. Vbi eni tribulatio siue ob scuritas ibi ultima & clara sapientia nõ datur. & sic christus humanitatis redemptor se bonos dũtaxat re suscitaturũ spondet. quoniã peximi non recte resuscitati. quia non uere intelligentes nec quieti degent. & ubi tribulatio ad similitudinẽ istius uite licet anime & corpora eorũ reuniantẽ. merito tanquã irresusci tati uocari possunt. resurrectio enim pcipue fit causa remunerationis bonoꝝ. & qui remuneratione aut gloria carebit. tanquã irresuscitatus ac longe deterius se habebit. quãdoquidẽ supplicia reduplicarentẽ: ue luti & bonorum gloria in sublimitatem ascendit. ¶ Siquis autem dixerit. cur deus permittit nos mori: si modo resuscitaturus erit. nonne melius quod semp in uita cõseruemur. Respondetẽ quod secũdũ oẽs religiosos melius esset. Nã auctoritate & ratione tenemus: quod in prima innocẽtia obseruata lege imor tales eramus. & per peccata primorũ parentũ mors in omnes homines est ingressa. & quia primi parẽtes secũdũ animã & corpus peccauerũt in comestione fructus. & trãsgressione pcepti: ubi appetitus corporis & anime cõsensus occurrebãt. sic & aiam mori dicitẽ. aut quod ad penam obligatur. & mors corporis: per corruptionẽ membroꝝ. & tamen ut bonitas & potentia diuina in nobis manifestaretẽ. uoluit nos ab ani marũ uinculo soluere: & de morte corporum dicit nos esse resuscitãdos ut in eum statum reuertamur: ac si parentes nr̃i nunq̃ peccauissent: aut quod prima lex inocẽtie dirupta nõ esset. Et hoc est primũ funda mentum. uidelicet de lege inocentie simul cum uerbis diuinis quod resuscitandi simus.

¶ Qualiter soli bene uiuentes in hoc mundo & in altero felices esse possunt. Cap. clxxii.

¶ Si quis uidere uult quid proprie in hoc mundo felicitas sit: aut ultima quã dum hic uiuimus attingere possumus in contẽptu hominũ diligẽter aspiciat. qm̃ talis felicitas nostra est quale contẽptũ continuatũ in nobisipsis ostendimus. unde palam uideri potest quonã modo non in diuitiis huius mundi nõ in uo luptate sensuũ: ut penes cibos filios & mulieres. non in dominatione: non in sapientia immo in sola boni

tate felicitas nr̄a:hic uiuendo & ad aliam uitam transferri.tantū aut potissimū cōsistit.& quod ita sit facile ab oībus aduertentib9 cōprehendi potest.taliter discurrēdo.querētes diuitias ut nūmos domos possessiones:tum cōtentos:tum incontentos iam ridendo iam lugendo ipsos cognoscimus amicos aliquos habēt inimicos quāplures. ℭQui amasias & filios querit:sepissime tribulatiōes inuenit. ℭQui regna aut alias dominationes assidue de atroci morte cōsiderant. ℭLitterati autem aut sapientes circa speculationes naturaliū cursuum de raro uel nunquā in quieto animo manere uisi sunt.semꝑ odium cōtra alios similes habent.iste litteratus de illo male sentit.& ille de isto pserum dum de facultate disputatoria uel de pane lucrando agunt.nam unusq̄sq; mortem alterius anxio animo spectat.& si non mortē aliquā aliam declinationē.ut par ei non sit. ℭBoni enim q̄d litterati sint uel litteris careant.inter se semꝑ & ubiq; animo feruenti mutuo se amant.amant etiam omnes homines & de naturali ordine:qui amat amatur.q̄ semꝑ amat & amatur.semꝑ cōtentus.uera felicitas in cōtentu tantū fundatur.constat solos bonos felices uocari posse:non autem sapientes.si modo sapientes non capimus pro hiis:qui optime operari sciunt.& actu operantur:sed per plures litteras possidere & maximum numerum libroꝝ euoluere:parua uel nulla acquiritur felicitas. ℭHoc autem neminem expertū latet:quum plures in litteris peritissimos quotidie uidemus in maximis dissentionib9 inter se decertare quod inter bonos hoc non contingit. ℭBonum est litteras quāplures habere:tamen bonitas potissime querenda atq; amplexanda : ut felices euadamus. ℭNam diabolus seu spiritus malignus:sapiens in doctrina speculatiua denominat̄.non tamen felix immo miserabilis.& ita de omnibus sincera bonitate carentibus.quāuis multa speculatiua ennarrent:infelices eos hic uiuendo:& ad aliam uitā translatos denominamus.ita quod uidere potest:quomodo in hoc loco auerroys.tanquam expers bonitatis deceptus est denominādo felicem Aristotelem.hic uiuendo quoniā per totam uitam suam & in hora mortis emulos quamplures habuit.& ipse aliis emulus erat.sub qua cōtinua aduersitate nullatenus felicitas in Aristotele sedere poterat forsitan tamē dum moralitatē scribebat quia ad bonum tendebat cōmune aliquid de felicitate potiebatur.de naturali philosophia agendo uero nil quoniā si nil aliud ei occurrerat.nisi anxietas tegendi dicta sua.ne de facili ad cōmunē multoꝝ usum deuenire posset.hoc solum sufficiebat ad ipsum infelicem retinere.eo quod ibi amor ab omni scrupulo semotus non erat.& ubi scrupulus cōtra utilitatē proximi semꝑ aliqua iniquitas:& ubi iniquitas nō felicitas. ℭSemper enim quod homo recordatur bonum egisse gaudet.quo fit : quia si continue bonum operaretur:assidue quoq; gauderet.& ubi semper gaudium.ibi uera felicitas. ℭTandem hic uiuendo nulli nostrum uera felicitas datur.nisi aliqualiter felicitas bene uiuentibus ad similitudinem alterius uite siue uite beatorum.& talis uidetur stetisse opinio epycuri:quoniam inter omnes philosophos ei coetaneos ut socratem platonem Aristotelem apparatum huius mundi blasphemabat.non tantū diuitias immo potissime tumiditates sapientium.aut uerius presumentium plura scire atq; felices in sapientia sua esse:& ita asserebat doctrinā nostrā tanquam fumum euanescere.quod recta erat eius cogitatio:quoniā doctrina in libris acquisita:aut in aliis exterioribus:in quacūq; aduersitate ꝑ ocium aut senectutē deletur.& q̄a alii philosophi tunc tāquā dii uenerari hic uiuendo cupiebant.multa falsa contra epicurum scripserunt.eo quod ipse tumiditates eoꝝ quotidie detrahebat:epycurus uero tantum panem & aquam & ad summū parum casei ad uitam hominum sufficere asserebat.

ℭQuomō deus per se amandus sit:& q̄d amor creaturarū a deo primordiari debet. Cap.clxxiii.

ℭIn superioribus capitulis tractauimus quid felicitas sit:& ubi eam inuenire possumus.Nunc uero aliq̄d ponendum est de cōditionibus siue dignitatibus prime cause:& etiam de illo quod nos acturi sumus iā describēdo necessarias proprietates ad possidēdam felicitatem:diximus ibi omnia esse perfecta:nec quicquam deficere:& cunctas cogitationes atq; discursus gaudio plenos.nec tātū ascendere posse neq; descēdere:& nec dextrorsum neq; sinistrorsum iri:quin perfectū bonū aut felix inueniatur. ℭEt quia gloria aut felicitas nostra talis est:oportet necessario quod origo ex qua talis felicitas ꝓuenit sit quoddā summe ꝑfectū summe bonū & summe felix:q̄m aūt deus pre ceteris optim9 ē:absolute aut ꝓculdubio sup omnia est amandus.& quia deus non dependet neq; est bonus per alium sine dependentia seu inherentia per se est diligendus.Et creature quum dependentes sint & non habent esse per se a fortiori: nec per se amāde.& ideo ubi incipit esse creaturarū:illinc & amor noster inchoare debet.si modo eas per rectam lineā diligere uolumus.nāq; aliter in ordine econuerso amaremus.unde patet deum esse amandum per se:& creaturas propter deum.omnia enim per principium & finem suum sunt amabilia.Et quum deus sit uerū principium & uerus finis creaturarū:quotiescūq; uolumus aliquam creaturam amore prosequi:semper amor noster in deo ut in uero fundamento inchoare debet.Nāq; aliter amando esset quedam a ueritate deuiatio.& sic nullam propriam felicitatem habere possemus in amando creaturas.si modo in deo nō erimus semper fundati.quum ipse solus sit uera gloria.

ℭQualiter deus eque est amādus in eo quod infinitus & prima causa:quoniam prima causa & infinitum idem est. Cap.clxxiiii.

¶ Viso quatenus in deo tantū possumus felicitatem attribuere:& quod ipse solus sit amandus. etiā uidendum erit: an deum amare debeamus.& eo frui inquātū quod infinitus : aut in eo quod causa nr̄a prima. & hic per illa que superius dicta sunt facile dignosci poterit:deum sine aliquo respectu per se esse diligendum.& quum per se infinitus & prima causa respiciendo inquantū nos creat. Videtur quod hec scilicet diligere deum.quo ad infinitū spectat.& non inquātum prima causa. Attamen quia deus & prima causa est una res summa & simplicissima.simplex citra quācūq; inherentiā amando primā causam : ex qua oēs dependemus:aut uero infinitū diligendo:eadem est ratio quāobrē non decet nos respicere in eo:q̄d pro prima causa possumus melius deum cōprehendere:quā in eo quod infinitus. Quoniā nullo modo ualemus ad cōprehendendū ipsum:Sed in pluribꝰ modis recipere possumus illud:q̄d nobis est daturus. Quapropter licet nos finiti simus:possumus deo infinito frui.hec autem fruitio ex parte nostra inquantū actū fruimur finita erit.Sed causa ex qua oritur siue emanat:est nostra fruitio in se infinita.& per intuitionem nostrā infinitum uidebimus nec totaliter cōprehēsum: quinimo uirtualiter totam diuinitatē uidebimus. Deus enim est totus in toto & ubiq; totus.quia illud q̄d potest hic sine diuisione : pōt aliunde aut ubiq;.

¶ Quod pater filius & spiritus sanctus simul cum essentia sint equaliter amandi. Cap.clxxv.

¶ Circa dilectionē dei uidelicet utrum in eo unam solam personā an tres amare debeamus : maxima est differentia inter Christianos iudeos & mauros. Nos enim tres personas in natura diuina amādas esse dicimus.& iudei & mauri unam tantum naturam uel personā colendam esse aiunt.hoc autē ex legibꝰ differentibꝰ prouenit. Iccirco christiani quū manifeste probemus legem nostram esse mosaica & maumetana meliorem:de p̄ceptis legis nostre curam inhibere debemus.& quia nos in uno solo deo tres p̄sonas confitemur per cōsequens oportet ut tres p̄sonas in una sola diuina essentia amemus. Attamen habita notitia quid deus sit:quid essentia diuina:quid pater in diuinis:quid filius:quid spiritus sanctus:deum dicēdo tres personas intelligimus. ¶ Et si patrē filium & spiritum sanctū nominamus:similiter ibi intelligimus deū ōipotentē essentiam diuinitatē & p̄sonarū distinctionē. Nihilominus siquis essentiā diuinam solam tanquā per se uellet diligere:& in animo suo abiicere diuinitatē patrē filium & spiritum sanctum : falsa esset huiusmodi dilectio. Nā diuina essentia deus pater deus filius & deus spiritus sanctus:una summa res est aut natura.quia filius est in patre & spiritus sanctus in patre & filio.& omnes tres persone una sola essentia: & unus solus deus. Quocirca in diuinis equaliter est amandus pater cum filio & spiritu sancto.& non aliqua persona sine aliis.una enim sola bonitas & sola perfectio est:& non tres nec duo infiniti neq; eterni. sed unus tantū deus infinitus & eternus. Vnde licet in prima facie uideatur posse diffiniri primā causam sine deo patre filio & spiritu sancto:uel quod una persona diffiniatur sine alia.tunc non erit uera intellectio de diuinis:quia quū deus perfecte se intelligit:& in primo signo non inquātū pater intelligit.nisi inquantū deus intelligit totam diuinam essentiam.& per intellectionē supra primā & naturam fertilem ipsius prima & secunda p̄sona cōstituuntur.secunda a patre emanata.& prima per relationem ipsius secunde uel per operationē generandi.& spiritus sanctus a patre & filio p̄ducitur. Nec aliunde nisi intrinsece & una atq; eadem essentia sunt pater filius & spiritus sanctus cum deo & diuinitate:ex quo sequitur quod de ratione equaliter omnes tres personas simul in uno solo deo amare & intelligere debemus.

¶ De principiis siue origine uigilandi dormiendi & somniandi. Cap.clxxvi.

¶ Quum in libro de aīa p̄cise tractet de oībus partibus hoīs corporeis & incorporeis mortalibꝰ & immortalibus uiuentibus per se & non uiuentibus per se:seu uiuentibus naturaliter & uiuentibꝰ per accidens: merito etiam hic aliquid dicetur de uigilia & dormitione ac de causa somniandi:dum dormimus: quāuis hec materia late a plerisq; inscripta sit. Vnde sub paucis intentionē nostram soluemus. ¶ Vigiliā uero intelligimus:quādo sensus liberi aut sine ligamine & nexu obscuritatis sunt.& uigilia est similis uite.si enī nunquā uigilaremus:nequaquā p̄prie uiueremus. Quum uigilia data sit animalibus ad exercēdū opera laudabilia.atq; distincta. Et quum uita siue res uiuens dignior & laudabilior sit:q̄ non uiuens similiter uigilia dormitione prestantior : & ideo uigilia habet cum uita similitudinē.& quia aliqua pars est in nobis uiuens per naturā:necesse est interdum uigilare.res enim uitales uigiliam expetunt. ¶ Et causam siue originem dormitionis esse dicimus id:quod per accidens uiuit. Nam si tota persona nostra fuisset natura uiuens:nunquā dormiret:eo quod dormitio est quedā declinatio uel similitudo ad mortem.quia dormiēdo non sumus p̄prie sensuales in actu nisi inquantū expergisci ac sentire possumus. Iccirco maiorem cōformitatē habemus dum dormimus cum corporibus uegetabilibus & insensibilibus:quā dum uigilamus ex quo uidetur dormitionē esse mansionē inter mortem & uitam: Quapropter manifestatur nos de duabus naturis constare:quarum altera uiuens & altera mortalis:& illa pars que mortalis est ad suam similitudinem expetit dormitionē. Quum enim per accidens uiuit:non potest in continua uigilia durare : eo quod uigilia immortalitati seu uite comparatur.& ideo quū sensus nostri & mēbra corporee nature sint: per accidens uiuūt.& ob hanc causam ubi aliquātulo uigilauerint:somnū expetūt: scilicet similitudinem

ad naturam suam:licet anima sensitiua aut sensus aliquam habeāt uitam: per principium sue nature.nō uiuunt eodem modo:quo uiuunt cum corpore.Maxime quod sensitiue potentie dant uitam membris de natura omnino inuitalib9.Quáobrem sensitiue potentie simul cum organis in quibus manent aliquantulo deficiunt.& organa ex eo quod per accidens uiuunt:ut dictum est:nequeunt multum durare in uigilia ex eo:quod uigilia est de natura rerum īcorruptibilium & non corruptibiliū.& illud quod nō est tale per naturā nequaquā diu durare poterit:ut in motu animaliū demonstrat̄.quia quum per motiuā potētiam moueamur & nō per naturam istius corporis:est per accidens.& sic post plures defatigationes equi potētia declinat:& corp9 finit quiescere aut imobile manere.ut eius natura exqrit̄.& que naturaliter motum habent:aliter presupponi debent.quēadmodū in celis apparet.Quoniā sine defatigatione & interuallo mouent̄.& similiter corpora nostra agerent:si de se intrinsece mobilia essent: nec aliter de uigilia dicimus.si enim corpora nostra uitalia essent per naturam:nunquā dormirent.Sed quia sunt sine uita:& uiuunt per accidens:necessario ad somnium declinant:in quo pro tunc impropric uiuunt.quāuis per cōformitatē sue nature quiescant.& sic angeli & anime nostre:nunquā dormiūt:nequidem plante seu uegetabilia corpora.ex eo qnod plante nō habent uitam sentiendi:nec mouendi de loco ad locum.

¶De rebus aduenientib9 ad causandum plus & minus dormitionem. Cap.clxxvii.

¶Viso iam de primis causis uigilandi & dormiendi in animalib9 similiter cognoscendū est de aliis causis secundis occurrētib9 ad causandū magis & minus dormitionē.& primo dicemus: utrum unus sensus potius causet dormitionem quā alius:& breuiter inferimus:quod illi sensus aut saltem organa qui potius & frequentius laborant:plus etiam expetunt dormitionē & soporem.ex eo quod laborib9 insistunt.Et sic quum oculus in animali sit continuus ad respiciendū: quod maneamus in loco claro uel obscuro & oēs alii sensus laborant de raro:oportet ꝙ uisus cum organo suo petat potius quietem uel cessationem laboris per dormitionē:quam alius sensus.quia non audimus palpamus gustamus neq̄ odoramus ita assidue ut uidemus.omnes tamen sensus dormitionē petunt uel cessationē a labore. ¶Pleraq̄ alia fortuito sincurrūt:que faciūt nos magis & minus dormire:ut cibi sanitates & infirmitates ac temporū uicissitudines & uarietates.cibi enim humidi & repletiui.& tempus humidū & occupatū atq̄ calidū nobis dormitionē & soporem impendūt.Quoniā implent relaxāt & indisponūt organa nostra.Membroꝝ uero relaxatio causa dormitionis est.Et quando indispositi sumus:maior est nobis similitudo cum morte siue imobilitate:quam dū dispositi manemus.Quocirca tempus & cibi qui sicci & clari sunt minorem nobis dormiēdi uoluntatē attribuunt.Sed quāuis nunq̄ comedamus neq̄ bibamus:& semper sit tempus clarū & siccum: quandoq̄ ad dormitionē declinamus eo:quod natura nostroꝝ corporum ad imobilitatē tendit.& dum uigilam9 nō proprie a motu desistimus.quū semper sensus atq̄ membra uigilando laborent. ¶Siquis autem contra dicta nostra opponit dicens.Nos uidemus:quod animalia dormientia nutriuntur quemadmodum & uigilantia: igitur dum dormimus non declinamus a uita. Responsio quidem facilis est. Nam quo ad nutrimentū & diminutionē corporū omnes sensuales sumus corporib9 uegetabilib9 similes:Quoniam uero corpora uegetabilia semper nutriri possunt aut diminui: itidem & membra nostra. quū sint corporea:& propinqua nature elementoꝝ dormiendo uel uigilando habent locū crescendi & diminuendi.Nam crementū & decrementū corporū nostrorū potius per uegetatiuam quā sensitiuā causant̄.& uegetatiua nos semper uegetat:tum ī utilitatem tum aduersitatem: & ideo crescere possum9 tam dormiendo quā uigilando.quāuis a proprio uiuere declinem9.& etiam potius de ratione debem9 nutriri.dū dormimus.Tunc enim corpora nostra magnam habent similitudinem cū sua prima origine.& sic multum nutriri debent.

¶Quid sit somnium & origo somniandi. Cap.clxxviii.

¶Succincte aliquid de uigilia & dormitione uidim9.Nūc uero de somno & ei9 origine ac de aliis causis occurrētib9 ad eiusdem uarietatem inscribem9.& primo quid sit somniū: & unde originet̄. ¶Somniū uero nil aliud est quā discursus fantasie cum aliis sensib9 interiorib9:dū dormim9.licet qnq̄ sensus īteriores sint per se:& quādoq̄ ab anima intellectiua siue ab angelis bonis uel demonib9 imperati.& quia dormiendo non sumus simpliciter uiuentes.ut iam uisum est.nam membra & sensus sine motu ꝓprie uitales sunt.sensus interiores nequeūt per se rectas neq̄ ueras ymagines agere.Et ideo uadunt ingrendo & effigurando plura.q non ita in re se habent:quēadmodū ab insensatis fit.Quia q̄uis uigilent quāplura falsa ymaginant̄ & dicūt.& sic quū omnes homines dū dormim9 in quoquomodo a perfectione nostra deficim9 eo: quod saltem membra.& organa sunt occupata.& sensus exteriores cessant ab opatione sua. sequit̄ necessario ꝙ sensus interiores in suis discursib9 paucam ueritatem percipere possūt. Sed hic etiā interrogandū est.cur sensus interiores suos cursus exercere queunt:& nō exteriores sensus.Ad qd respōdem9:exteriores & interiores sensus maximam habere diuisionem.& hoc patet precipue dum uigilamus:

quoniam sepe uidemus audim9 gustamus uel palpamus & odoramus. nec illos discursus siue intrinsecas imagines agimus. & alias clausis oculis & ceteris exterioribus sensibus plura intrinseca imaginamur. Et postquã uigilando hanc differentiam inuenimus inter sensus interiores & exteriores: de ratione etiã esse debet quando dormim9 & ideo cessantibus sensibus exteriorib9 fantasia potest plurima inquirere. quem admodũ enim corpus in quoquomodo per se mouetur dũ uigilamus. & uiuit simul cũ anima: ita & interiores sensus quosdam discursus habent: quãuis membra dormiant.

¶Quod uidetur quandoq; alios sensus exteriores dormire & alios uigilare: tamen per obtusam uigiliam. Cap. clxxix.

¶De sensibus interiorib9 nullum est dubiũ: quod dum dormim9: aliquas habeant operationes. quia experientia patet eo: quod uigilando recordamur illius quod dormiendo somniauimus. Et ulterius plures dormiendo uerbis promunt illud quod somniant. Similiter homines quandoq; somniant se ad mulieres accedere. & sub eadem fantasia. genitali semine corrumpunt. & in ea pollutione delectant: quod sine usu sensus tactus aut gustus stare non potest plerũq; etiam gaudem9: & sepe grauiter tristamur. ex quo patet quod dormiendo somniamus. & quod ibi sensib9 interiorib9 operamur. Sed tamen maius dubium est: quod dormiendo exteriorib9 sensibus operemur. & de hoc uidendũ erit. Vtrum dormiendo possim9 quibusq; exteriorib9 sensibus uel aliquo eorum dũtaxat operari. Et hic exemplũ dabitur de qbusdam in dormitione assurgentib9: qui & ambulãt & quãplura alia agunt. Arma enim capiunt. uociferant: & interdũ contingit eis: quod equestres & extra domũ eant. & palam fit: quod ii saltem utuntur sensu tactus: quum arma capiant. quod utiq; esse non potest. si sensus tactus non determinaret inter caligas dipploydẽ sellã & frenũ: ac de differentia inter ianuam & murũ domus. unde non est ambigendũ: quod qui taliter assurgũt: nõ habeãt experrectũ sensum tactus. Verũ quoq; asserendũ est: quod aliquaten9 cũ oĩbus sensib9 sentiant. Sed de aliquo prauo humore aggrauati & grauedine atq; uolũtate dormiendi nõ possunt recte sensus clarificare: uel de illo quod faciunt determinare. & hi sunt inter dormientes & uigilantes: quãuis in illo tempore rectius possemus ipsos infirmos aut insanos uocare: q̃ dormientes uel uigilantes. & quod sit infirmitas uel prauus humor eos occupans: comprobat. ex hoc quod aliquis ex his in simili casu demens fit toto tempore uite sue: qui non semper dormit. Sed quottidie sensus suos deuincit. & sic non põt recte aliquid determinare. & hic est tanquam inter dormiẽtem & uigilantem. ¶Preterea sepe accidit uocari aliquem dormientẽ: & respõdet atq; expergiscitur. & ad dormiendũ reuertit. & postmodũ dicit. quod nõ uocauerimus eum. Et hoc accidit ex eo quod obtusos sensus habet. nec recte de illo quod audit determinare potest. ¶Alias quoq; arbitramur dormire: & saltem dormimus cũ sensu uisus: & audimus atq; intelligimus aliqua uerba: que alii loquunt. In quo manifeste motiua & loquutiua potentia utimur. Mẽbra enim mouem9: & plures loquunt. unde si loquela fuisset sensus sextus cum aliis exteriorib9. ut qdam aiunt: ꝓcul dubio pateret ꝙ in dormitione exteriores sensus exercebamus. Sed omnino loquela maiorem cũ motiua potentia quã cum sensibus conformitatẽ habet.

¶Quod naturaliter somnia falsa atq; indistincta sunt: & non futurum significantia: nisi quãdoq; ex diuina reuelatione fiet. Cap. clxxx.

¶De ueritate & falsitate somniorũ multa dici possunt. Verũtamen fundamenta de hac ueritate aut falsitate paucis aperiunt. quocirca hic breuiter dicimus somnia in se naturaliter loq̃ndo falsa esse. Deus uero interdũ potest dũ somniamus futura anime nostre reuelare. Nam ipse deus plerũq; p enygmata seu clam aliq̃ hominib9 futura reuelat. qd̃ patet i sacris codicib9 & aliis hystoriis. & qd̃ naturaliter somnia falsa sint expiẽtia cõprobat: qa uniuersaliter aut semp eodẽ istãti: quo somniam9 falsa est illa fantasia. qm̃ somniam9 nos manere cũ patrib9 iam defunctis. & cũ amicis & mulierib9: & tũ delectabilia tũ horribilia uidere. que omnia sunt manifeste falsa. quippe quod in cubili dormiendo manemus: et somniam9 nos esse in plateis magno gaudio et interdũ tristicia. In se igit falsa sunt somnia: quũ aliter quã res se habet ꝑsuadeant. ¶Restat autem ut uideamus an somniũ sua natura significet futura abscondito siue prophetico modo. quamplures enim tenent futura denotari: quod aliter se habet: ut experientia constat. ueluti quãdo quis somniat se hic patrẽ suũ resuscitatũ: atq; in actu uenereo ad mulierem iam defunctã attingere. ¶Somniam9 nos reperire thesauros: et per aera euolare. et quãplura etiam alia: q̃ nunquam nobis: in hoc mundo neq; in alio contingũt. Multa enim somniam9: que non sunt nobis factibilia: nec fortasse sunt in rerum natura. Et quoniam uniuersaliter somnia non uera cõperimus: dicendũ est: quod natura non significant futura in modo ꝓphetico seu quouis alio. ¶Attamẽ ꝓ satisfactione alicuius: q alite sentit: q̃dã rõnes assignabunt. Aut enim qd̃ scire futura poscit maiorẽ doctrinã aut minorẽ illis: q̃ in ꝑsenti sunt. non minorẽ ut patet apud oẽs sapiẽtes & isipiẽtes. igit maiorẽ ad sciẽdũ futura q̃ ad presentialia. & q plus scire debet. necesse est maiorẽ habeat dispositionẽ ad sciẽdũ. ¶Et habito hoc fundamẽto petimus nũc quo.

nā tpe i nobis sit habilior aptitudo. Dormiēdo an uero uigilādo. ¶ Ad qđ rñdendū ē: qđ dū uigilamus: meliorē dispositionē tenem⁹: & plus scim⁹ q̄ dū dormim⁹: ex quo seqt: qđ si uigilādo futura ignoramus: ut patet: multo quidem magis dormiendo ignorabimus. ¶ Et si dicis qđ q̄cūq̧ somniamus: sunt reuelatiōes a deo facte: ē utiq̧ falsum: qa q̄plures ineptias somniamus: & deus nō adducit ineptū somniū: unde cōstat somnia plerūq̧ causari a delectationibus nostris uel appetitu: dū uigilamus. ¶ Preterea somnia necessario debēt esse falsa ex eo: quod dormiēdo cuncta organa hominis aut saltē: aliq̧ sensus sunt occupati & ebetes. Et quia homo grauatus est quemadmodum patet: dum uigilamus intellectus nō agit in nobis rectos discursus: nequidē ratio pōt rerū ueritatē discernere: & quū hoc ob aliquā occupationē accidat uigilādo: multo qdē magis dormiēdo: qa potius aggrauati sumus. Iccirco semper somniamus de illo quod uidemus uel tractamus tāquā de p̄senti: & nō imaginamur ꝓprie de p̄terito nec de futuro: quoniā fantasia hoc diiudicare neq̄t: quū nō sit de rōne fantasie p̄teritū neq̧ futurū discernere: nisi p̄sentes imagines formare: & ratio in dormientib⁹ nō ꝓpinque pōt aut uult recte iudicare: licet quādoq̧ somniemus magis propinque ad ueritatē & quādoq̧ minus circa tempoꝝ dispositionē humorum grauedinē & dormitionis influxum. Nā existente sicco & claro tempore: aut si leues humores tenemus: & parum inest nobis dormiendi appetitus: leuius quippe somniamus: & ob hanc cām circa auroram subtilius somniamus. Tunc enim tēpus est tenue atq̧ suaue: & dormitio nostra iam est alleuiata: & capitis & stomaci humores diminuti si modo sani sumus. Et hoc tempore interdū agimus argumenta sufficienter ordinata: quia rationalis aīa aliquā habet in sensibus obedientiā. Nā ꝓ tūc fortasse nō oīno dormimus: aut si dormimus leuis erit illa dormitio: aut uero quod nō dormimus cum omnibus sensibus exterioribus: & sic inter dormiendum & uigilandum est tenendū: quod deus in hominibus bonis aliquas reuelatiōes imprimit: & malignus angelus malis errores suggessit. Tunc enim indifferentes sumus: an dormiamus uel uigilemus: & similiter an uiderimus omnino uisiones: aut somniauerimus uidisse.

¶ Quod interiores sensus per caracteres memorie existentes possunt sine sensibus exteriori bus donec dormimus operari. Cap. clxxxi.

¶ Superius patuit: quod sepissime dormiendo somniamus: quāuis nullus sensus exterior uigilet: & i aliis locis tenemus: quod sensus exteriores sint instrumenta ad recipiendū & cōmunicandū cū interioribus sensibus ex quo uidetur: quod dormientibus sensibus exterioribus interiores nequeunt imagines representare. interiores sensus enim de illo quod ad extra sentimus edificare debent. tamen dicimus q̧ in tēpore dormitionis: capiunt de illo quod iam intus in nobis est positum: & memorie impressum: & non de eo quod est extrinsecus. Quum uero a memoria obseruentur signa: de illo quod per aliquot dies sentimus: imaginatio & fantasia discurrēdo p memoriā quāuis dormiamus eosdē characteres reperit: atq̧ in eisdē plurima operaf: ut uigilando agimus: quia sup una re: quā uidemus plura in nocte imaginamur: & dormiendo etiā quāplura a nobis nusquā uisa neq̧ audita somniamus. Tamē si nō precise ferme similia alias uel uidimus uel audiuimus: & de paradiso & inferno ac de mō fruendi & penādi. Audiuimus etiā de plurib⁹ reb⁹ idistinctis & laboriosis: & q̄plures quoq̧ audiuim⁹ uel uidim⁹ i aqua submersos & suffocatos fuisse: aut multos de alto cecidisse: & mortuos uel ñ mortuos. ¶ Pleraq̧ etiā alia aduersa sentimus: & plerūq̧ uidimus aliquas res uolare: & nos uolare uoluimus. Et quū sint characteres de oībus iisdē rebus i mēte nostra sensus interiores: licet dormiamus habēt materiā ad faciēdos suos discursus: quāuis nequaquam ueros: quū organa mēbra & sensus exteriores sint cōiuncti ad dormitionē: ut iam superius ostēsum fuit.

¶ De pluribus tāquā extrinsecus adueniētibus: que uaria somnia causant. Cap. clxxxii.

¶ Cause uero aduenietes tāquam ad extra: que magis & minus ac diuersa somnia inducunt quāplures sunt. hc tamen nō originaliter somniū causant: nisi quod multiplicant: qa somniū per interiorē sensuū discursus causatur. Sed dicimus quod circa temporum uarietatem cibos quos recipimus conuersationes quas habemus: & loca in quibus manemus diuersimode somniamus: ut si est tempus humidum somnia occupata & indistincta: si uero tempus uentosum presertim orientali uel meridionali uento discurrente somniamus uaria fantasmata a nobis speculari. Et dum de cibis siccis aut tēperatis cibamur: leuiter somniamus: maxime si mediocrē ciborū quantitatem accipimus: quod si multum comedimus: & bibimus grauia somniamus: & si minimum cibum in quātitate recipimus: etiam multa uaria ac laboriosa somniam⁹. Et quando cibus humidus uidetur nobis res humidas aut indistinctas tractari: & si calidus res calidas: uel uti ad mulieres plerunq̧ declinare. Si autem salsus sepe de fontibus & aliis potationibus cogitatur atq̧ idem de aliis. ¶ Si enim nobis est officium debellandi cultiuandi emendi uel uendendi. multotiēs dormiendo de illo met cogitamus ¶ Et si uigilando de mulieribus aut aliis concupiscentiis tractamus: dormiendo circa idē sensus iteriores laborāt. si i bona ualitudine manemus: & sine mūdanis & diuinis curis: qñ dormim⁹ parū aut leuiter somniamus. Et dū īfirmi sum⁹ & i plurib⁹ anxietatib⁹ depressi quāplura horribilia somniam⁹. & itidē quo ad uarias egritudines & humores uaria ēt somniam⁹. & hic sepe aliqualiter

uerum. Nos enim capite dentibus & aliis membris dolere somniamus:& in re dolemus & alias habere si tim aut uoluntatem mingendi:& idem est in re. Tunc uero sensus gustus uel cõmunis appetitus nõ dor mit:& interdum a consuetudinibus nostris somniamus plura similia illis:que olim uigilando egimus: & que in posterum faciemus:nec propter somnium rem illam peragimus:nisi quod est aliquid competens operibus nostris:dum uigilamus:itaq; nulla est somniis adhibenda fides. quoniam communiter opposi tum comperimus.

¶Quod secundum uarias complexiones diuersimode somniamus:& quidam multum & alii parum:aut uero nunquam. Cap.clxxxiii.

¶Quo ad uarias hominum complexiões uaria quoq; causantur somnia:quia propter complexionem aliqui multum & alii parum uel fere nunquam somniant:& quidam horrenda & alii suauia:& quamplu res obscura & nonnulli subtilia. ¶Capiendo circa uiam quam ego de complexionibus assignaui. illi quos ego sanguineos appello parũ utiq; & facillime somniant. Colerici subtilia & plurimas machinatio nes. ¶Flegmatici humida & indistincta licet parum. ¶Melancolici grauia & horribilia tamen me diocriter. Sed si colera subsequitur multum ac diuersimode somniant. ¶Et per hanc uiam facile dino sci potest. cur qui non somniant:non somnient si modo quisquam fuerit. ¶Sanguinei enim quos dici mus accipere maiorem proportionem suam ab igneo elemento:suauiter sunt organizati:& non nimiũ distincti:& cum pauca distinctione organa sunt parum aperta:& ob hanc causam fantasia & spiritus ui tales non possunt magnos discursus neq; imagines representare. ¶Colerici ab aere maiorem sue ma terie quantitatem accipientes sunt spirituosi:& lata organa habent. Vnde oportet quod multum som nient. ¶Melancolici ex quo sunt a terra proportionati rigida ac praua somniant: quoniam lata or gana possident tamen nodosa uel turbulenta. ¶Flegmatici principaliter ab aqua descendũt:& orga na indistincta atq; humida habent:& sic parum somniant. Vnde asserimus:quod qui nunquam somniãt magnam de aqua & igne quantitatem habent: & de aere & terra paucam:& non solum ad non somni andum debẽt multum flegmatis & sanguinis suscipere:uerumetiam decet ut simplicem compositionem habeant:uulgariter seu indistincte loquendo:& ubi similes homines nascuntur cõmuniter patria humi da:& indistincta: non nimis grossa: neq; sterilis & per hanc rationem iam superius tactam pueri parum somniant: eo quod indistincta membra possident. ¶Et ulterius pueri non habent curam ad diuersa: nec cum magna uehementia dum uigilant:& cure sunt potissime cause ad multum somniandum. Et fle gmatici sanguinei maxime indistincte organizati paucam curam habent:& sic dum dormiunt in quiete manent: Hi enim sunt penitus a laboribus semoti. ¶Et dum somniamus multũ defatigamur:precipue in horribilibus somniis. Attamẽ non est simpliciter tenendum homines esse:qui toto tempore uite corũ non somnient:nisi ex eo quod ignorantes:& raro somniantes non sentiunt id:quod somniant:quũ par uas & indistinctas imagines agant:& ita de illis:qui aiunt se nescire quicquam somniasse:quamplures de mentes inuenimus uel fere insensatos:qui nihil nec uigilando nec dormiendo curant:qui enim plura co gitant:& discurrunt uigilando multa itidem dormiendo somniant. Et ob hanc causam:quum homines subtiliorem organizationem habeant:& maiores curas q̃ quodcũq; aliud animal: etiam plusquã cetera animalia somniant. Et hec ratio superius posita:per quam unus somniat & alius non somniat:quãuis ple riq; scribentes in physica aliter senserint: multi tamen de somno scribere uolentes libros adimplebant: nec efficax quicquam loquebantur:ponẽdo sanguinem subtilem:& humores humidos & calidos aliquã do circa cor:& aliquãdo in cerebro:& sic de quampluribus aliis que minime ad propositum.

SEQVITVR LIBER QVINTVS.

PROLOGVS QVINTI LIBRI.

¶In huius uoluminis titulo tanquam pro ſubiecto totius de ueritate legis & falſitate ſectarum inſeruimus. Hactenus uero pro uiribus in lege atq; eius ueritate uacauimus: & interdum caſus oportunitatem inſpicientes: quaſcũq; nociuas opiniones a nobis repertas expulimus: in hoc autem libro quem nunc aggredimur parum de lege ordiri poſſumus. propterea quod de rebus: tum realibus tum imaginariis peracturi ſumus. Et quum lex ſemper de re in actu ſiue exiſtente negocietur: prima fronte facultas que methaphiſica appellari ſolet. dum de lege ſcripturi ſumus: non nobis attinere uidetur. Attamen conſiderando quod quelibet inanis opinio in aliquo principio: aut quod principium eſſe inferat in abſoluto ſiue irregulato fundatur: de iiſdem inanibus principiis ab antiquis & modernis quamplura inſcripta reperiuntur: ut falſe ſecte in hac facultate propellentur: & exulent pre ceteris ratione inſiſtere debemus. Si enim de eternitate mundi: & dependentia per creationẽ aut efficientiam alterius mundi creati: & alterius ydealis: de neceſſitate productionis ipſius mundi aut uoluntario de rebus abſolutis & regulatis abſtractis & concretis ydeis & ydeatis eẽ a ſe: & eſſe ab alio: ac de principiis & principiatis aliiſq; huiuſcemodi: tum in re tum imaginario tñ in methaphiſica ponuntur: de iis accuratiſſime uideri oportet. ¶A pleriſq; enim diuerſimode aſſumitur: a quibuſdam bene & ab aliis male. Et quum in ſe tot ſubtilia ſint noſtre notioni difficillima: ſolum ad hoc ipſum debent maturi homines doctrina & bonitate imbuti accedere. Iuuenes enim imperiti: & qui ad malum plerunq; diuertunt nullatenus de methaphiſica tractare deberent: quãuis circa morem atq; ritum chriſtiãorum ad profitendum publice methaphiſicam adoleſcentes ponantur: id utiq; ſine maximo errore nequaquam ſtare poterit: quum iſta ſit ceterarum facultatum altiſſima atq; ardua: que ab Ariſtotele: tũ prima philoſophia: tũ diuina ſcientia nuncupatur: At demum aſſerit: quod ſolus deus ipſam nouit: & quod poſtremo iuuenes & inconſtantes intellectu & doctrina ad explicandum primam uel diuinam philoſophiam acceſſerint. Quiſnam dubitare poterit: quod maximus error non ſit. Quocirca de eiuſmodi imperſpicacia: forte inter religioſos origo fuit: quod abſtracta abſoluta tanq̃ eterna cõſiderata fere p ſe ſi nõ oĩno p ſe legant: qđ eſt maxime ignominie & animarũ diſcrimini: & quod hoc materia difficilis & ſcrupuloſa ſit: apertiſſime in plurimorum auctorum codicibus approbatur. Nam licet pleriq; eorum religioſi ſint: dum in iis principiis operam nauarunt: ſepenumero inhoneſte ſe habuerunt: licet quod dum ad legem diuertunt: nequicquam mali in alio loco ſenſiſſe uidentur: & tamen ſi quis legem negare uolet in iis: quibus male auctores ſentiunt fundari poterit. ¶Ideoq; omnes homines religionem ſectantes conari debent: ut ſimplicia principia in uerum finem dirigantur. Et quia hoc recte fieri nequit: ſi modo uarias opiniones non explicauerimus plurima tangendo: & ſine cuiuſpiam metu propalemus: quoniam uere ſumus a deo & non ab hominibus dependentes. & ſic ſibi ſoli inſeruire tenemur. ¶Modus uero procedendi noſter non erit ita abſtractus per reſpectus & abſoluta ueluti plures moderni egerunt: maxime quod Ariſtoteles quem iſti potiſſimum ſe aſſequi fatentur: minime in hoc modo abſtractionum ſcripſit: & ſic in modo ſcribendi paucam inter phyſicam & methaphiſicam differentiam aſſignauit eo: quod ſecundum ipſum non datur materia ſine forma: neq; econuerſo in re. Sed ſolum per noſtram imaginationem. Iccirco qui de ſeparatis omnino tractare intendit: contra mentem Ariſtotelis procedit: & ueritati impugnat. quod peius eſt dum abſoluta eterna atq; abſtracta conſiderat: quia contra legem rationem & menten antiquorum: quãuis a platone quedam abſoluta ponantur. Sed non ita abſtracta ut a pleriſq; aliis ſit imaginantibus nondum eſſe ea: que dicunt uaria: & omni actu & exiſtentia carere: ſine quibus impoſſibile eſt: quod aliqua res cognoſcatur. ideo ut melius euadere poſſimus ab eiſdem periculoſis & improbabilibus inquantum ualuerimus: de methaphyſica & phyſica tractando eadem uia procedemus. licet in hoc quinto aliquantulo magis abſolute ac de ſimplicioribꝰ principiis. ¶In ſexto autem de principiis compoſitioribꝰ q̃uis in utriſq; ſepius eodem modo uerſabimur. atq; ſemper aperiendum qualiter omnes res preter deum abſolute aſſumẽdo uel particulariter principiate dicunt. & ab uno ſolo deo depẽdẽtes ſunt. quoniam circa plura methaphyſicalia principia in modo reuoluto a maioribus noſtris tradita non ſemper ſufficit. ꝙ plano modo dicamus circa omnes homines lex eſt credenda. quum ipſe de plurimis argumentis ſubtilibus atq; obſcuriſſimis imbuti ſint. Vnde oportet ꝙ ad declarandum ſimilia habentes ipſa compellãmus. & ſi tantum oneris tollerare nequeunt nos ea principia qualia ſint explicemus inquantum poſſumus ad mõſtrationem ea deducendo. quoniam argumentatiue ſolum ſemper tanquam inutile manet: quia obſcuriſſimũ. & quicquid obſcurum tanquam neſcitum uel incomprehenſum. in qua cõfuſione facile hinc illinc declinamꝰ. unde fit ꝙ ĩ ſimilibꝰ pricipiis ſup oĩa alia lex apienda eſt. atq; ꝓbãda. qm̃ ſi ĩ aduerſis fortẽ ipſam iuenimꝰ: poſtmodũ unuſq̃ſq; ubiq; de facili uerã eẽ cõfiteref. ſed dũ pricipia obſcura uel iter aduerſa reuoluta uidẽtes: tã ĩ hac aduerſitate ſemp cũ aliquo ſcrupulo ipſam legẽ aſpiciũt. Quocirca nõ ẽ ſemp

approbanda propoſitio dicens. Contra negantes principia non eſt amplius diſputandum. Nam ſēp ennumero per principia a ſeipſis poſita principia intelligunt. Quamobrē dum de lege acturi ſumus ſub nullo principio naturali quieſcendum eſt:in eo modo quo irreligioſi ipſum tradiderūt. ſi modo primum qd dicat non explicamus.

¶ Quonam cauſa ſubiectum in methaphiſica ſit intentio de omnibus principiis ſimplicibus rerum tractare:uel ipſa principia ſimplicia ſubiectum materiale in methaphiſica ſunt. Cap. i.

¶ Quia de ſententia multorum auctorum de methaphiſica agentium ſubiectum in ipſa methaphiſica eſt ens:inquantum ens:& poſtremo non uidetur ſatis aperire in diſcurſu ſuo : quid ens inquantum ens ſit. quum in principio quodam uniuerſale abſtractum ens denominatum per ſubiectum methaphiſicum capiunt. decurrendo autem per methaphiſicam ipſam:tum de hoc:& tum de illo particulari ente agunt. Iam de deo iam de intelligentiis:de forma:de materia:de ſubſtantia:de accidente:de potentia:de obiecto:de generationibus relationibus:& ita de pluribus:& non ſemper tanquam de uniuerſalibus abſtractis:immo de hoc & de illo concreto:ſepenumero:nam dicendo omnes homines a natura ſcire deſiderant:hic palam de pluribus hominibus agit:ut de iſto illo & alio : non enim de unico tantum abſtracto : quamobrem in primis ea que in methaphiſica tractaturi ſumus explicanda ſunt:ut ſuper ipſis ſubiectum fundemus:ueluti in quacūq; facultate fieri ſolet. nam ſubiectum uniuſcuiuſq; facultatis tanquam diffinitio ſe habet. ſaltem in hoc quod oportet per aliquam experientiam cognoſcere ea:que tractaturi ſumus:& deinceps ſubiectum aſſignamus. ¶ Gratia exempli:ars medicinalis tendit ad curandum iſtū hominem illum & alium. Vnde hoc cognito medici inquiunt corpus ſanabile eſſe:ſubiectum in medicina:tamen priuſquam tale aſſignent ſubiectum experientia:experti ſunt medicinam ad hoc corpus ſanabile illud & aliud tendere. ¶ Architectoria ars habet pro ſubiecto edificium : tamen in primis experitur hoc edificium illud aliud & aliud per architectorem artis edificare. ¶ Corpus nobile ſiquidem de communi ſententia ſubiectum in phiſica eſt:eo q; de phiſica agendo de quocunq; corpore mobili negociatur. ¶ Nūc uero poſitis exemplis de proprietate ſubiectorum facile de ſubiecto methaphiſico quale ſit comprehendere poſſumus:dummodo in primis diligenter aduertamus:quid in methaphiſica tractaturi ſumus:an de ente inquantum ens:uel de entibus inquantum entia:de abſtracto quia nec hoc nec illud ſit:uel de concreto de hoc & de illo particulari. ſi de abſtracto tanquam unico uniuerſali : tunc nequaquam aliquam decet aſſignare diſtinctionē. ſi de pluribus entibus particularibus agitur : diſtinctiones quamplures aſſignare quimus:tum ſuperius. tum inferius:tum ad latera agēdo de methaphiſica plures differentias:tanquam de uariis rebus iam ſuperioribus iam inferioribus aſſignatur. igitur methaphiſica non conſtat de unico uniuerſali abſtracto ente:immo de pluribus. ¶ Nunc ſic de pluribus agitur : & non ſemper de equalibus : niſi de ſuperioribus & inferioribus: proculdubio patet inſufficienter declaratum eſſe hoc ſubiectum methaphiſicum:dum dicitur ens inquantum ens:eſt ſubiectum in methaphiſica:dicimus autem inſufficienter potiſſime ex eo:quod hii auctoreſmet aut maxima eorum pars aſſerunt ens inquantum ens non dicere hoc neq; illud:niſi quoddam abſolutum tantum. & in abſoluto ubi non datur hoc & illud:nulla poteſt aſſignari diſtinctio:& multo minus ſuperius & inferius in methaphiſica datur ſuperius & inferius:quum ibi de deo & creaturis agatur de ſubſtantia & accidente de generante & generato:atq; de ſimilibus que ſuperius & inferius denotant. Sequitur nullum unicum ens uniuerſale eſſe ſubiectum in tota methaphiſica. dummodo de rebus intelligendum ſit. nam ens inquantum ens ſub hac reduplicatione per adducentes ipſum ens potentiale:ſeu in eſſe eſſentia abſq; exiſtentia dicit que imaginaria tantum ſuum. ueluti procedendo patebit. ¶ Nos enim de rebus extra animam in hoc libro tractare intendimus:non autem de ſolis imaginationibus. ¶ Preterea aliud queramus:utrum aliquod detur ens preter imaginationem noſtram ſuper deum & creaturas:quoniam ſi aliquod ens ſuperius datur methaphiſica de illo ſuperiori ente agit. Vnde hoc poſito merito dicendum eſt : ens inquantum ens eſt ſubiectum in methaphiſica cum illo ente ſuppremo : de quo agere intendimus non eſt hoc non illud:niſi ens uniuerſaliſſimum tantum:non datur tale ens:quoniam ſuper deum nil eſt. igitur neq; ſubiectum de aliquo ente:ſuper deum & creaturas manens:quoniam illud quod non eſt ſubiectum non habet. ¶ Et quod aliquod ens ſuper deum & creaturas non detur:ſatis de ſentētia antiquorum & modernorum ac de ratione patet. quoniam dum primum ens ſiue eſſe querimus ad deum tantum accendimus:nō aūt ſuperius ad aliquod uniuerſaliſſimū ens cōfuſum. deus enī hoc ens uel hoc eſſe:nō aūt quoddam cōfuſum:& ita apud plures philoſophos querētes primā cām ſiue ens habeī:deueniēdū eē ad primū

motorem: qui ita mouet: q non mouetur: & talis motor super omnia entia assignatur. ¶ Deueniamus tamẽ ad presupposita scotistarũ: ubi ipsi asserunt subiectum methaphisicum esse uniuersalem conceptũ a deo & omnibus creaturis omnibus passionibus omnibus particularitatibus abstractum. ¶ Tandem ipsimet scotiste multitudinem maximam distinctionum passionum superiorum & inferiorũ tractando de methaphisica adducunt. unde conceptus suos minime ab omnibus passionibus particularitatibus exeptos siue abstractos esse ostendunt. ¶ Vlterius scotiste ipsi inquiunt dum deum & creaturas per plures discursus considerant unicum uniuersalem conceptum abstrahere: qui deinceps subiectum in methaphisica habetur. Verumtamen cum hoc aliquid in re extra deum & creaturas omnes realiter correspondere. si petis quid sit illud aliquid respondent a uel b: que puerilia sunt. Sed quod aliquid extra imaginationem non sit: facile probatur: ita dicendo omnes res habent per ultimum finem primam originẽ: de qua ortum habent. Conceptus uniuersalis a deo & omnibus creaturis & omnibus passionibus: abstractus habet ortum ab ipso deo & creaturis & passionibus: tanquam ab obiectis & intellectu nostro sicut a potentia: quia in decurrendo intellectus per deum & creaturas ipse conceptus generatur. unde concedere oportet uniuersalem conceptum in deo & creaturis: atq in intellectibus fundari & omnia hec tanquam finem aspicere. ¶ Et in hoc modo uniuersalis conceptus aspiciens omnia entia: potest denominari subiectum in tota methaphysica: eo q omnia entia circa principia sua quãtum in simpliciori modo potest aspicit: & hoc erit uerum subiectum in methaphysica: quoniam intentio nostra dum de methaphisica acturi sumus de omnibus entibus iuxta simplicia principia tractare intendimus: nõ autem de aliquo uniuersali ente absoluto. quod non sit hoc uel illud nisi de hoc ente & de illo quantum simplicius possumus agimus. ¶ Et si aliter caperemus non de rebus nisi tantũmodo de imaginationibus in animabus existentibus in methaphysica ageremus. Sed quia de realibus uerbis extra animam existentibus: in methaphysica tractamus. concedere oportet dum dicitur apprehensionem uniuersalem seu conceptionem esse subiectum in methaphysica ipsam apprehensionem uniuersalem siue conceptionem accipere per intentionem de omnibus rebus simpliciter assumptis tractare. in hoc modo uero subiectum in methaphysica cum omnibus aliis subiectis in ordine subiectorum cõgruit. ut facile uideri potest. quoniam recte dicitur subiectum in architectoria est edificatio seu edificium inquantum edificium: edificium intelligas: quia non hoc edificium solum nisi hoc illud aliud & aliud sub eodem ordine siue arte assumpta. anima inquãtum anima est subiectum in libris de anima non hec anima nisi illa alia & alia: equaliter omnes ab ipsa intentione correspõdentes quoniam de omnibus animabus ibi tractare intendimus: dum plures homines consideramus quendam conceptum tãquam uniuersalem capimus ad omnes homines: qui fuerunt sunt & erunt correspondentem sub qua correspondsione potest denominari subiectum in facultate seu scietia de homine: quoniam intentio nostra de omnibus hominibus est tractare. & tamen unica intentio ad plura tendens. sed extra animam istum hominem illum & alium. nil datur in re de esse hominum. nam intentio seu conceptus ab intellectu & imaginatione nostra considerando omnes homines orit. unde necesse est ad id de quo habet ortum tanquam ad finem aspicere. conceptus noster de homine simpliciter habet ortum ab isto homine illo & alio ab intellectu & imaginatione nostra. ergo nihil preter particulares homines & imaginationes in re aspicere potest. ¶ Quamuis ab uniuersalistis dici soleat. iste est homo ille homo alter & alter homo: ergo homo in cõmuni hoc ens illud ens. igitur uniuersale ens. ad quod respondetur concedendo dari hominem in cõmuni: ens in cõmuni. tamen nullum abstractum nisi hoc & illud dicitur. tamen cõmune quia ego sum homo: & tu etiam homo. hoc ens illud ens: & talis multitudo communis denominatur: presertim quia in presupposito plura entia plures homines denotantur: non autẽ aliquod unum uniuersale: quum dicatur hic est homo: & ille homo. hoc ens & illud ens: in quibus uerbis pluralitatem pronunciamus: atq denotamus: non autem uniuersale abstractum: quin hoc uel illud sit. ¶ Et in hoc loco potissime aspiciendum est: ne per imaginationem chimeras edificemus: nam uniuersalia absoluta preter omnia particularia imaginari. quandoq periculum animarum atq ignominia intellectus est: ueluti super omnes creaturas atq deum aliquod ens uniuersale in re assignari presumitur: uerumtamen uia uniuersalistarum assumpta sequitur super deum & creaturas aliquod ens reale dari: correspondens conceptui abstracto super deum: & creaturas: quod error maximus est. quamobrem ut similia mala euitentur in principio dum de creaturis agimus cauendum est: ne in errores cadamus dicendo: hic est homo ille homo: ergo homo in abstracto: quod hoc neq illud sit: hoc est animal illud animal. igitur animal abstractum datur quod est obiectum intellectionis per quam uiam ascendendo: dum de omnibus creaturis & de deo consideratur. idest de hoc & de illo alio & alio. ens suppremum abstractum imaginatur super deum & creaturas in re correspondens ad illum conceptum: quem considerando de deo & omnibus creaturis acquirimus: quod praua imaginatio est: presertim quia similia asserentes concedũt acquirere hunc conceptum: imaginando de deo & creaturis. unde de necessitate talis uniuersalis conceptus correspõdet reb⁹: de qb⁹ ortũ habet: habet ortũ a deo & creaturis: q particulares sunt: patet errorẽ esse inferre: q aliqs cõceptus correspõdet alicui reali enti sup deum & creaturas: neqdẽ dicẽdũ ẽ: hoc ens particulare illud nõ a se. igit ad aliquod uniuersalissimum ens deueniendũ est: quod per seipsum sit. quo-

niam dum talem assequimur inquisitionē.non inuenimus aliquod indeterminatum seu absolutum ens: nisi hoc ens uel esse super omnia entia particulare:quoniam actus purus & penitus hoc esse:quem deum denominamus:de quo omnia alia entia dependent:tam conceptus quam alia res:& nullum dependens super dans dependere ascendere potest. ¶Demum in assignando subiecto methaphisicum congrue diceretur subiectum in methaphisica est intentio tractandi de omnibus principiis rerum:quanto simplicius ipsa principia capere possumus:quoniam super talem intentionem mouemur:dum de methaphisica agere intendimus:& quia principia simplicia ibi querimus aliqualiter potest dici ens inquantum ens considerando:quia per multum quod minuamus aut displicemus res superius & inferius semper ens denominamus ipsas fere tanquam per primam denominationem:hoc assumpto potest dici principia simplicia & ens idem sunt.tamen quomodocūq; sit in methaphisica non de uno principio tantum : non de uno ente:immo de pluribus atq; pluribus diuersis ibi tractatur:& quia de omnibus principiis rerum conceptus:siue intentio de methaphisica considerans uniuersalis super omnia alia subiecta est:quoniā dum de anima agitur:tantum de ipsa anima consideramus:& si in architectoria de edificiis tantummodo : & sic cetera alia particularia subiecta habent ad subiectum methaphisice comparata : quoniam in methaphisica de omnibus principiis rerum consideratur:quod in nulla alia facultate fit. Sed non ex hoc subiectum ipsum abstractum uniuersalissimum:nec hoc nec illud:nisi hoc tantum subiectum est plura diuersa aspiciens:aliter siquidem subiectum materiale capiendo potest dici subiectum in methaphisica . Sunt omnia principia simplicissima rerum:super quibus tanquam in fundamento intentio nostra elaborat.

¶Qua de causa nulla res nulla facultas de communi natura loquendo subalternat aliquam aliā: que de specie ꝓpria sua nō sit i re assumēdo:sed in termino una sola diffinitio pōt de pluribus speciebus tāquam de uno solo genere abstracto predicare. Cap.ii.

¶Cum de subalternatione agendum sit taliter considerandum est:ꝙ ibi superius & inferius realiter ponantur:ita inter se se aspiciendo ꝙ unum absq; alio non detur fere tanquam de relatiuis dicimus : quoniam in relatiuis etiam unum extremum eorum se habet tanquam origo : aliud uero sicut originatum. unde uidebitur qualiter methaphisica nullam aliam scientiam subalternat.Cum nulla preter ipsam inueniatur:que methaphisica uocetur:nequidem simpliciter ad methaphisicam relatiua. Et omne subalternatum eandem denominationem quam suum subalternans habet. ¶Vlterius omne subalternans se habet:tanquam genus uel commune intentionale:ut animal in cōmuni:& homo in cōmuni.Methaphisica siquidem de realibus rebus seu existentibus agit:quāuis aliquando de abstractis dicat. Eo quod de simplicibus principiis agit : sed ea que principia in esse existentie assumuntur : non autem per similitudines per opus intellectus congregatas:ueluti de animali:de homine de elemento absolute sumendo.Methaphisica uero in eo quo methaphisica uocatur:ueluti physica & mathematica est:quoniam unaqueq; sicut species se habet de pluribus membris integralibus constans. ¶Quo fit:quia omnes he scientie philosophie subalternantur.Et sic unaqueq; earum philosophia uocatur:unde philosophia tanquam genus abstractum se habet.Quocirca quia genus nullibi per se inuenitur:nisi cum philosophia ista alia & alia: conuertibile:probatur philosophiam esse genus subalternans physicam mathematicam & moralem:sed methaphisica non est genus : quoniam non conuertitur simpliciter cum aliqua aliarum scientiarum. ¶Et hec est uia satis facilis ad cognoscendum qualiter id quod de pluribus predicatur nullatenus in re per se dari potest.immo simpliciter.Cum re de qua predicatur conuertibile.licet in termino predicationis per se tanquam absolutum detur.Et tandem in re & in nomine cum quocūq; particulari de qua predicatur simpliciter conuertitur : & nulla res inferior simpliciter cum suo superiori conuerti potest quo ad speciem nec quidē superior cum inferiori:& quicquid subalternat cum suo subalternato:conuertitur in nomine:& in esse.methaphisica non conuertitur in nomine & in esse cum physica & mathematica . ergo non subalternat eas. ¶Nam posito quod philosophia per primum aut perfectius de methaphisica quam de physica aut mathematica dicat seu de omnibus aliis scientiis:non ex hoc sequitur methaphisicam omnes alias scientias subalternare : ut uideri potest in animalibus exemplando : ita dicendo animal per primum aut perfectius dicit de homine quam de alio animali.& tamē homo non est genus:neq; subalternat omnia alia animalia.licet quod homo in abstracto uidelicet in termino predicandi omnes particulares homines subalternet.Sed methaphysica particularis atq; realis est.unde nullam aliam scientiam subalternare potest:quamuis de omnibus principiis absolutis atq; separatis in ipsa agamus.non ꝓpter hoc de ꝓprietatibus aliarū scientiarꝫ compositarū ibi negociamus.qm̄ a cōpositis diuersa scientia: quā a simplicibus colligitur ut de corpib9 & aīabus nostris dicimus : quia nimiū differt scientia de ipsis: dū diuisa sunt a cōiunctis: ¶Rursus diligenter aspiciēdū est i oib9 q̄ tractam9:ut i eo cōmuni in quo plura i modo ꝑdicationis cōueniūt ne decipiamur ueluti dū dicim9 morales opationes nr̄e mathematica

physica & methaphisica omnes sub philosophia cadunt:& omnes he scientie quoq; sub scientia uniuersa
liter assumpta. ¶ Vnde decet in primis aduertere quid philosophie & quid sciētia uniuersalis dicat:qd
animal & alia similia. Licet quod dum de uno istorum uniuersalium exemplum habemus:pariter de om-
nibus: & in primis de uniuersali animali dicemus: in quo planum exemplum ad alia capere quimus.
¶ Diffiniendo animal in communi solet dici animal est substantia animata sensibilis: que diffinitio de
concreto animali:non autem de abstracto dicit. licet de omnibus animalibus predicetur:eo quod quod
cūq; animal substantia animata sensibilis est:& nullum animal aliter dari potest. Vnde fit quod plante
non uocantur animalia:saltem sub hac diffinitiōe comprehense:nam oportet quod aliquem sensum ha
beant ut animal appellari possit. Et sic ostrigue: & similia conchilia que infimiora animalia que dantur
sunt:ad minus sensus tactus habent per quam sensationem in cōmuni diffinitione animalium ingredi-
untur:uidelicet substantia animata sensibilis. ¶ Sed in hoc loco animaduertendum est ne decipiamur
cogitando hanc diffinitionem abstractam esse siue de uniuersali abstracto animali predicante:quod er-
ror maximus est. nam abstractum unum tantum dicit & non plura:ueluti sepenumero exemplatur pro-
mendo equinitas tantum est equinitas:sed substantia animata sensibilis hanc substantiam dicit. Vnde de
necessitate concreta. attamen de omnibus animalibus realiter assumptis dicit eo: quod in primo signo
omnia animalia substantia sensibilis sunt. ¶ Veruntamen nullum animal datur quod tantummodo
substantia animata sensibilis sit:quoniam unumquodq; aliquam habet additionem in propria specie:p
quam ab omnibus aliis animalibus differt: qua de causa animal in hoc modo assumptum uidelicet per
substantiā animatā sensibilē nō p̄dicat̄ de oībus animalibus uniuoce:sed analogice tātū:idest p prius &
posterius:siue p perfectius & impfecti9:nā pfectius animal est homo equo:& equus quam capra:& tamē
hoc animal & illud animal:sed aliud & aliud. unde nulla est substantia animata sensibilis:que sit commu
ne animal:siue omne animal:quāuis dicendo substantia animata sensibilis de omnibus animalibus par-
ticulariter assumptis predicetur:sed non perfecte penes omnia que in seipsis continēt. nec quidem equa
liter de omnibus dicit:sed per prius & posterius:& probatur ita dicendo: animalia conchilia ut sub hac
diffinitione substantia animata sensibilis ingrediuntur. Eo quod sensus tactus habent. Sed nunquam hic
sensus uidelicet tactus erit ita perfectus in conchilis:sicut in hominibus. & tamē homo est animal & ostri
ga est animal. sed aliud & aliud: atq; unum perfectum & alterum imperfectum. ¶ Vnde fit:quod una
species animalium non subalternat alteram:nisi tantum particularia de sua propria specie subalternat:
quo uideri potest qualiter substantia animata sensibilis in uoce tantum siue in modo predicandi subal-
ternat omnia animalia. ¶ Tamen hic tanquam abstractam accipimus hanc diffinitionem: quocirca
non potius de uno animali quam de alio predicatur:nisi equaliter de omnibus. sed in re nulla datur ta-
lis substantia animata sensibilis:que de omnibus animalibus equaliter dicat uerumtamen super unicum
terminum predicandi de omnibus quandam substantiam abstractam uniuersalem per imaginationem
fabricamus quāuis in re nulla substantia animata sensibilis abstracta detur:nisi ista & illa particularis:ui-
delicet istud & illud animal. ¶ Quocirca dum in quocūq; genere de realibus agimus:plura particula-
ria ibi. Intelligimus omnia reducentia ad denominationem illius generis:in qua assumptione nullum da
tur uniuersale: nec quidem omnia alia illius generis subalternans. ¶ Dum uero unitatem nominum
illius generis consideramus:quoddam tanquam cōmune fabricamus per quod omnia sub eodem gene-
re manentia uniuocem predicationem assumūt. non enim perfectius & imperfectius:imo equaliter:& ue
luti de animali exemplatum est:de omnib9 aliis generibus intelligere oportet. ¶ Veruntamen ut cla
rius de subalternatione intelligatur prosequendo aliquid de philosophia & scientia dicemus: quod per
exempla iam posita facile erit. ¶ Philosophie enim in abstracto assumpte omnes particulares philoso
phie subalternantur:sed in re nulla datur uniuersalis philosophia: nisi ista & illa tantum:ut aspiciendo
quid philosophia sit patet:unde philosophia recte assumpta:de qua nos cognitionē adequatam habere
possumus:minime abstracta est. Cum de natura abstractorum nullam cognitionem determinatam ha-
beamus. Et omnis philosophia inter omnes scientias siue facultates scientia probabilis est. & probare sine
determinatione fieri non potest. Et nullum uniuersale abstractum tāquam determinatum potest p̄bari.
Vnde philosophia in concretis non autem in abstracto consistit: & omnia concreta particularia sunt.
Quamobrem cognitio adequata nature siue proprietatum intrinsecarum rerum erit particularis. om-
nis uera naturalis philosophia adequatio proprietatum intrinsecarum rerum est. igitur omnis naturalis
philosophia est particularis. Et etiam moralis particularis est. Eo quod cum moribus hominum adequa-
ri debet. Et quia philosophia adequatio rerum naturalium est. uidelicet regula per quam omnes res qua-
les a natura sunt aut esse deberent:cognoscimus. sequitur philosophia in scientiam abstractam uniuersa
lem non esse preter terminum predicandi. ¶ Tandem cum philosophia sit adequatio proprietatum re
rum naturalium:necesse est plures philosophias esse:& non unam tantum. Eo quod proprietates intrin-
sece plures atq; inter se diuerse. ¶ Nam alia est philosophia:quam de natura dei habere possumus: &
alia de natura angelorum & diuersa natura angelorum a natura celorum. natura celorum:altera a natu
ra elementorum: alia natura elementorum & alia animalium: alia natura animarum & corporum sim-
pliciter assumptorum atque separatorum:& altera dum anime & corpora coniuncta sunt: Et quia uarie

hec philoſophie & omnes particulares : palam conſtat nullam philoſophiam omnes alias philoſophias
ſubalternare:niſi aſſumendo uniuerſalem philoſophiam intentionalem per modum predicandi de om-
nibus philoſophiis equaliter.Nam methaphyſica eſt philoſophia:& phyſica philoſophia . ſed alia & alia
in eo modo quo homo eſt animal & equus animal.ſed ſemper aliud & aliud.& nunquam idem.nam con
ceſſo quod in elementis eadem ſit materia quod poſtmodum per tranſmutationes ſpecierum tranſit in
hominem : & in equo omnino diſtincta eſt ſcientia hominis & equi a ſcientia elementorum ſiue a mate-
ria in ipſis elementis manente.& in eo modo quo elementa cum animalibus ſe habent : ſic methaphiſica
cum phyſica . & quia alia ſcientia elementorum:& alia diuerſa ſcientia animalium pariter mathaphiſica
& phyſica alia & alia philoſophia ſiue ſcientia ſunt:& nunquam eadem . Vnde nulla earum ſubalternat
alteram:neq; ab ipſa ſubalternatur.quoniam elementa non ſubalternant animalia.Vnde falſum prome
remus dicendo:omne animal eſt elementum.Et omnia ſubalternata cum ſuo ſubalternante conuertun-
tur.Et ſic quia hoc non eſt uerum promendo phyſica eſt methaphiſica nulla earum ſubalternat alteram
neq; ab ea ſubalternatur. ¶ Vlterius ſi uniuerſalem ſcientiam reperire uolumus : oportet etiam in ab-
ſtracto conſiderare:uidelicet in modo predicandi:ut de omnibus ſcientiis equaliter predicetur . & cum
unaqueq; ſimpliciter conuertatur.Et quicquid cum pluribus ſimpliciter cõuertitur nullatenus per ſe rea
liter dari poteſt : niſi per ſolam imaginationem tantum.unde facile cognoſci poteſt:qualiter nulla phi
loſophia nulla ſcientia uniuerſalis extra terminum ſeu imaginationem dari poteſt . niſi iſta & illa parti
cularis. ¶ Scientia uero ſemper cum philoſophia naturali & morali conuertitur.Et tandem moralem
oportet regulas naturales obſeruare.Vnde tantum bona conſuetudo moralis uocatur:nõ autem mala.

¶ Et ſic de bonis conſuetudinibus ſcientiam habere poſſumus : eo quod propoſitiones neceſſarias re
ctas habẽt:ueluti dicendo:opus pium eſt indigentibus bene merentibus ſubuenire.nam hoc ſemper bo
num & de eo quod ſemper bonum ſcientia datur.licet quod ſubuenire in actu uidelicet quod iſte illi ſub
ueniat contingit.ſed ſemper quod ſit bonum eſt eo:quod de naturali ordine alter alteri noſtrum ſubue
nire tenetur caſu neceſſitatis occurrente . unde de ſimilibus moralibus operationibus ſcientia habetur:
etiam de domo quãuis artificialis ſit:quia reparat nos a frigoribus caloribus & aliis aduerſis . ſcimus de
parietibus & de tecto conſtare.cum aliter non obſeruaret nos a frigoribus & caloribus pluuiis uentis &
ſimilibus.Vnde ualet iſta ſi domus uera dicta eſt:de parietibus & tectis ſimul cõpaginatis cõſtat. ¶ Si-
militer omnis triangulus cõſtat de tribus angulis duobus rectis & uno tranſuerſo:ſiue de accuto angu
lo & de duobus obtuſis.unde tam artificialis angulus quam a natura compoſitus eaſdem habet neceſſa
rias proprietates:& quia neceſſarias de ipſis ſcientiam habemus:uidelicet ſemper quod eſt: habet tres an
gulos ſub tali figura ordinatos. ¶ Iſta unitas & illa unitas ſimul ſemper deducte ad numerum a natu
ra ſiue contingenter ſemper duo dicunt:dato quod uiolenter ſeu contingenter omnes homines decapi
tati feſtinatim moriuntur.Et confirmatur:eo quod a natura homines ſine capite uiuere non poſſumus.
& ſic patet qua de cauſa omnis ſcientia fundatur in naturali philoſophia:aut in morale imitante om-
nino naturalem ipſam.Et tamen uidetur in prima intuitione uniuerſaliorem eſſe ſcientiam quam philo
ſophia:ſed in re conuertuntur aut parum differunt. ¶ Vnde diffiniendo ſcientiam accomodate dice-
re poſſumus. ¶ Scientia eſt cognitio adequata proprietatum eſſentialium rerum:& quod hec uera dif
finitio ſit:ſatis comprobatur:dum ea que querimus atq; tractamus in quacũq; ſcientia aſpicimus.cum nil
aliud ibi queramus : niſi quomodo ille res de quibus agimus per primum eſſe ſunt : & quonam pacto in
proprietatibus ſuis intrinſecis atq; infallibilibus ſe habent.& quia hec infallibilia ſunt ſcientiam de his re
bus habere dicimus. ¶ De exterioribus operationibus ſiquidem eo quod indies creſcunt & minuũtur
nequimus ſcientiam de his colligere.Et tamen ſcimus in uario modo ſe habere.ſed quia ſcientia dicit de
immutabilibus:oportet ipſam ſuper eſſentiale eſſe rerum fundari:licet quod in conſuetudinibus optimis
ad ſimilitudinẽ naturaliũ regulaꝝ ſcia ſtare poſſit:ut uidimus.Tãdẽ cognitionẽ de oĩb9 reb9 hẽre poſſu
mus ſiue naturalibus ſiue caſualib9.ſciam uero nõ niſi de naturalibus tantũ aut de ĩmediate ipſam natu
ram ſequentibus.unde uniuerſalior eſt cognitio quam ſcientia.cum omnis ſcientia ſit cognitio : & non
omnis cognitio ſcientia.nam cognitiones ſe habent tãquam experimenta particularium:& ſcientia col
lectio multarum experientiarum ad unum ſignum infallibile tendentium dicit.unde ſcientia nõ ammit
tit in ſe experimenta ſeu cognitiones que fallibiles ſunt.Demum ꝙ methaphiſica nullam aliam ſcientiã
preter principia ſimplicia ſubalternet patet : quoniam nulla facultas poteſt ſubalternare id quod ſub
eius ſubiecto non cadit . nulla res ſeu facultas compoſita cadit ſub ſubiecto methaphiſico . igitur nul-
lum compoſitum a methaphiſica ſubalternatur . phyſica mathematica & ſimiles facultates agunt de
rebus compoſitis:ut in ſubiectis ſuis propriis comprobatur.ſequitur nõ ſubalternari methaphiſice.nam
ſi ſubalternarentur eidem ſubiectum.eandem diffinitionem cum methaphiſica haberent.habent diuer-
ſa ſubiecta & diffinitiones.ergo non ſubalternantur methaphiſice.nam methaphiſica ipſa non ſicut ge
nus in philoſophia ſe habet.immo tanquam ſpecies.ueluti homo inter animalia.unde ueluti ualeret di-
cendo omne animal currit:igitur homo currit.pari modo teneret dicendo Thomas ſcit omnem philo-
ſophiam.igitur ſit methaphiſicam: non ualeret tamen pro mendo Thomas ſcit methaphiſicam . igitur
phiſicam & mathematicam ſcit.

¶ Quonam pacto omnes scientie omnes res sub scire dei subalternentur: quum sine ipso eē non possint. Cap. iii.

¶ Assumpto quod omnis scientia per se manens aut que per se manere potest tanquam exempta sit. uel a nullo subalternata dicendū est: quod ea que tanquam genera generalissima super speciebus suis propinque se habent. scientie subalternantes sunt: & subalternate que ueluti species sub genere taliter quod unum sine alio dari non potest. Nam genus generalissimum respectu specierum sub ipso manentium genus generalissimum nominatur: & nihil aliud super se habens sed ablatis omnibus aliis generibus & speciebus sub ipso manentibus non diceretur genus. sic neq; sic. Quocirca dādum est superius et inferius: ut alterum subalternans & alterum subalternatum adhibeatur: & se inuicem aspiciant. Nāq; in essentiali siue essesiali generis diffinitione plures species ingrediuntur: ubi deficientibus essentialibus partibus diffinitionis: genus tunc non erit: sub quo ordine facillime uidere possumus. an theologia omnes alias scientias subalternet. primitus theologiā dei assumēdo: q̄ cū ipso deo couertit. ¶ Theologia dei ē itrinseca ei9 scia: & itrinseca dei sciētia deus: reliqua uero depēdētia sunt uel creature. Vnde hoc ualet. sunt depēdentia: ergo dans dependere creatura ergo creator: creator ergo deus: quia solus deus creare potest. At penes religiosorum doctrinam hic non sequitur precise de superiori ad inferius: quum deus libere & nō necessario mundum creet. Sed secundum quosdam philosophos ut iuxta Aristotelem ualet: est deus. igitur creatura seu mundus. nam penes ipsum necessario dat mundo dependere: & hoc concesso p naturalē discursum tenere potest. Si est deus sunt creature procedēdo tanquā de genere ad suas spēs. ubi unū sine alio non datur. Sed religiosi aliter tenemus. & uerius ut palam in locis suis probatur: & tamen dicimus obiectum creationis bonitatem dei esse. unde si deus est quia bonus etiam sunt creature. quū bonum sit creare. & quicquid bonum agit bonum. Deus est summe bonus. igitur creat: eo quod ratio uult: quāuis libere. ratio uero ita iubet liberos ut coactos uel necessitatos. sub quo ordine rationum & bonitatis dei dicimus: quod si deus est: creature sunt. Creature sunt igitur deus est. hoc proculdubio necessario sequitur. uelut dicendo homo est. ergo animal est. non tamē ualet est animal: ergo homo. Nihilominus ad obseruandum regulam de subalternantibus & subalternatis necessario sequitur si est animal est homo: aut equus leo: canis aquila: uel aliquod animal. de his similibus. Si enim hoc uel illud animal non daretur in particulari: seu tanquam species nūquam animal tanquam genus daretur. At quum de deo dicimus. tūc non intelligitur: quod necessario. si deus est creature sunt. Ipse enim absq; creaturis est: non respectu earum. Sed per se exemptus. quāquā iuxta eius bonitatem certificamur: quod mundum creare tenetur. hoc est de sue bonitatis ratione: non autem necessitate. & quāuis hec uia omnino naturalis non sit idest necessaria: eo q̄ aliā i primo signo essendi non habemus. oportet q̄ ipsam tanquam naturalem assequamur. ¶ Tandem quicquid ab alio dependet ab ipso subalternatur. totus mūdus a deo dependet. igitur totus pariterq; ab ipso subalternatur. nam per ipsum omnia facta sunt. & sine ipso nil actum. unde bene ualet dicendo. lapis est: arbor est. homo est. aut aliquid est: ergo deus est. licet quod lapis nō est deus: arbor nō est deus: elementum non est deus. sed quia est. ipsa sunt. quoniam ab ipso deo omnes res mundi in primo signo essendi dependent. conceditur multa operari: que operationes dei non sunt. tamen sub potestate atq; prouidentia ipsius acte. sine ipsa prouidentia uero nil factum.

¶ De subiecto mathematico. Cap. iiii.

¶ Subiectum in mathematica circa quorundam opiniones difficile assignari posse uidetur. Verumtamen de illa parte in qua mathematica fundatur: aut aliqua realis scientia elicitur possumus subiectum demonstrare. quāuis prolixum. Que enim sub mathematica subalternantur non se habent secundum sub & supra: nisi quod unumquodq; genus suum subalternatum tanquam liberum aut ab alio distinctum se habet: ut superius diximus. Et quia mathematica in musica arismetica geometria & astrologia supposita tur: & unum istorum generum non proprie subalternatur alteri in mathematico subiecto: oportet quod aliquid de omnibus istis generibus simul proferatur: tanquam in una unione dicendo. Subiectum in mathematica est mensuratio omnium rerum naturalium: per continuum & discretū magnū & paruum: sub motu siquidē agitata: in quo tamē subiecto omnia hec quatuor genera mathematicalia cōcludunt. per continuam dimensionem: linea superficies & corpus intelligitur. & hoc ad geometriam & astrologiam attinet. & discreta dimensio ut punctum unitas & similia: musice & arismetice competit paruū & magnū uocibus: in eo quod superiores & inferiores sunt. & similiter numero pariterq; inter lineas & superficies sub motu agitatas longius latius ac breuius datur. que uero agitatio: omnibus quatuor generibus competit. Si enim quisquam canere debet: oportet quod per motum uoces emittat aut sonitus in musicorum instrumentis. enumeratio ex eo q̄ per multiplicationem & diminutionem fit: motū expostulat. Deductio linearum in geometria per modum perspectiuum sub motu consideratur. Et de astrologia omnibus patet: quod per suos uel celorum motus dies a noctibus: & hyems ab estate diuiduntur. Vnde astrologus de mensuratione magnitudinis celorum & ipsorum motu cōsiderat. que omnia ut nuper in diffinitione

ſubiecti prediximus in conſideratione ſeu fine mathematice ingrediuntur.& de his tantum aut ſimilibus proprietatibus realem ſcientiam de mathematicis habemus.& non de abſolutis.Nam in eo quod dicitur mathematicus conſiderat res ab eſſe ſecundum rationem abſtractas.Reſpondetur quod ipſe mathemati cus non conſiderat quantitates tanquam abſtractas uel non abſtractas.niſi quod eas uult ad libitum ex ponere:exempli gratia deducātur infinite linee ex ſummitate celi ad centrum terre:ſeu per omnia latera mundi & extra mundum:uel aſcendant uoces aut in tot gradus diminuant:multiplicetur numerus ſuper numero milionum iterum atq; iterum ſine quacunq; reſtrictione ſiue aſpicientia : an hoc eſſe queat aut an linee uel numeri reales ſint uel rationis.niſi quod nullum eis impedimentum perſpicitur.Sed de ſimi libus quum in re nō ſint nulla quidem ſcientia haberi poterit. ☙Et dum aſſeritur mathematicam eſſe ueram ſcientiam.conceditur in eo quod in hac linea in illo puncto in iſto corpore in hoc motu & in illa uoce ſuppoſitatur.Sed inquantum abſolute dicit negatur:quod ſcientia de ipſa mathematica habeatur. ☙Siquis autem dicat oportet aliquid uniuerſale dari:in quo intellectus noſter fundetur.Reſpondemus: quod uniuerſale abſolutum uel in abſtracto iuxta ipſum ponentes minime exiſtit.& illud quod non exi ſtit:nullo pacto ſubiectum eſſe poteſt:eo magis quod plures homines ſunt:qui muſica utuntur: numera re ſciunt:& aliquam habent cognitionem de celorum natura: nec ullam de uniuerſalib9 intelligentiam. & quāplures nunquam ipſam audiuerunt.& omnes homines hinc illinc diſcurrūt. ☙Primitus cogno ſcimus iſtam lineam hoc corpus illam uocem hunc motum illum numerum.& iſtud punctum quā de ab ſolutis punctis lineis & ſimilibus quicquam conſideremus.Vnde probatur:quod intellectus in his parti cularibus incipit & deinde per ſimilitudines quaſi inter particulares realiter exiſtentes aliqua cōmunia tanquam abſtracta cunctis particularibus congruentia conſiderat.tamē nullus intellectus in aliquo ab ſtracto fundatur.Si enim nunquam uidiſſemus hominem non diffiniremus ipſum per animal rationale. & mortale nec per aliquam aliam diffinitionem.Nam de illo cuius nullam cognitionem habem9 aliquo ſenſu uiſu auditu aut ſimilibus:nullam quidem diffinitionem formamus.& quia nil de abſolutis uniuerſa libus cognoſcimus:niſi poſtquam particularia experimur:patet quod intellectus ſemper principalius in particularibus & exiſtentibus fundetur.Nam impoſſibile eſt exiſtens in non exiſtente fundari.& illud qđ eſt principium exiſtenter ſemper erit finis in illa facultate:de qua agitur.Non enim querimus ſcire tractā do de eſſe hominis:qualis homo ſit ī abſtractis niſi de iſto homine illo & alio.Et ſimiliter de lineis uel mē ſurationibus uocibus ſonoris non querimus de abſtractis ſiue abſolutis:niſi de congrua ordinatione iſti us uocis:illius ſonori:iſtius motus.& illius linee:ſeu edificationis huius domus:illius templi atq; aliorum ſi milium.& de his reale ſubiectum in mathematica eſſe dicimus:Et hic eſt finis noſter & intentio qua ī ma thematicis elaboramus.non autem ſi linea eſt abſtracta uel concreta ens uel non ens bona uel nō bona. ☙Et hic multi multa ac uaria ſenſerunt ſpeculantes:an ens ſecundum mathematicos conſideratum per abſolutionem ſit bonum uel non bonum.Vnde aliqui ponunt quod ens reale ſit ex eo:quod de ipſo rea lis ſcientia habetur.Sed quod bonitate caret.quum nullum motum nec ſpeciem nequidem ordinem nan ciſcatur.& quia incompletum ens nequaquam bonum:quum bonum de ſe perfectibile dicat ens ſine mo tu ſine ſpecie:ideſt ſine medio & fine:hoc eſt ſine ordine nō perfectum.igitur nec bonum. ☙Nos uero aſſerimus quod eodem modo quo ens abſolute conſideratum a mathematicis eſt ens pari gradu bonum ens ſecūdum quid.Quoniam rationis ſeu per multiplicationem ſuper ente reali ab intellectu cauſatū & ſimiliter bonum ſecundum quid : eo quod bonum imaginarium ad aliquem ordinem huic muſice huic edificationi illi denumerationi attribuendū:& hoc modo ens abſolutū omnino motum habet. quum de inferiori ad ſuperius tendat:ac per omnia latera & undiq;:ubi autem plures & uarie cōſiderationes inter cidunt:ibi ſpecies ſeu ordo datur.nam per illam conſiderationem mentis alia extrinſecus in eſſe reali cō ponimus ſiue edificamus.& ſic eo modo quo ens quantitatiuum per abſtractiones eſt ens eodem gradu bonum.quāuis non perfecte bonum:eo quod non ens reale. ☙Inſuper bonum magis ac minus habet in eo quod per bonum omnes creature perfici poſſumus:quum nequaquam perfecte ſimus:nullum tamē ens eſt:ꝙ naturaliter in primo ſigno non ſit bonum.Sed pleraq; entia ſunt que non uocantur perfecta: quum entia diminutiua ſint.Verum naturaliter aſſumendo.omne ens completum bonum ſeu perfectum eſt:quāuis aliquod ens ſit completum per naturam & per accidens aliquod malum inuenitur.ut de luciſe ro fertur:& ſimiliter ſuper naturali bono melius bonum ponimus.Sed quo ad ſimplicem naturam omne ens in eo modo : quo eſt completum eodem modo bonum:ſi completum in eſſe uel eſſentia in bonitate completum. ☙Quocirca patet qualiter omne ens ſecundum quod ſe habet ad eſſe pariter & ad boni tatem.& quia ens de quo abſolute mathematici agunt eſt quo ad libitum dūtaxat abſolute aſſumptum: non concretum ut phyſicum nec abſtractum ſecūdum methaphyſicum.phiſici & methaphiſici enim quid dicant cognoſcere uolunt:mathematici autem minime materias reſtringunt.ens igitur abſolute aſſum ptum mathematicorum imperfectum eſt quod parum boni infert:eo quod per ſolam noſtram imagina tionem eſſe & bonitatem habet.Sed ſimilia entia non ingrediuntur in reale ſubiectum methaphyſicum. neq; de iis realem ſcientiam habemus.quia mathematica in ſe pars naturalis eſt.Et ſic iſta & illa menſura tio particularis conuertibilis cum ipſa rerum quantitate eſt tantum realis.& de ipſa ſcientiam habemus: & illud de quo ſciendam habemus ; eſt eiuſdem facultatis ſubiectum. ☙Semper enim uera diffinitio &

uerum subiectum idem sunt.& bona diffinitio debet cum suo diffinito cōuerti.& linea corpus punctum & similia in mente non conuertuntur cum rebus numeralibus cum uocibus cum edificiis cum corpore celesti & naturalibus istorum corporum dinumerationibus. Et quum principio proponimus: quod mathematica sit una de tribus naturalibus partibus oportet necessario quod nostra cōsideratio seu finis in reali subiecto fundetur: quia mathematicus in re secundum finem suum dimetiri uult terram aquam aerem ignem celum & distantiam inter omnia ista corpora.& dinumerare miliaria nūmos gradus minuta atq; alia huiuscemodi in re.& idē de aliis partib9 realib9. Sed postmodū noīa seu terminos ad denumerandum adducit tāquam ad extra per solam imaginationem.hec autem non sunt cum illis corporibus conuertibilia. Dum enim dicimus: quanta est tota terra in grossitudine: de ipsamet terra intelligimus.& non de aliqua mensura uel quantitate ad extra.quum hoc sit ipsius nature intrinsecum.& nos de suo intrinseco seu naturali inquirimus.ut si dicatur qualis est scientia hominis seu subiecta ipsius. Respondetur animalitas rationalitas & mortalitas: i quo non querimus de scientia uel subiecto hominis in abstracto: quod non sit hoc neq; illud nec aliud bonum neq; malum esse neq; non esse.nisi pura potentia quocūq; actu carens.& iccirco non petimus de ipso nisi de isto homine illo & alio.pariterq; de omnibus: qui fuerunt: sunt:& erunt particulariter assūptis.quoniam animal substantia uiuens seu corpus animatum ac uiuens significat & rationale: quod inter proprium & improprium discernit & mortale eo: q; quandoq; moritur: quibus quidem proprietatibus homo in cōmuni caret.& nos non inquirimus de homine: quod non existat aut non sit animal rationale & mortale in actu: idem quoq; de quibusq; scientiis seu facultatibus intelligimus: quia de existentibus & non de inexistentibus scire tractamus.& sic diffiniendo unāquāq; scientiam seu aliam rem a subiecto existente ad id de quo scire uolumus est omnimodo occurrendum.

¶ Vnde methaphysicam diffiniendo dicere possumus. ¶ Methaphysica est facultas agens seu considerans de omnibus rerum principiis simpliciter assumptis. ¶ Methaphysica est scientia que in eo quod simplicia principia sunt de sublimibus speculatur. ¶ Physicam diffiniendo dicetur. Physica est forma & materia simul per motum plurima intrinseca atq; extrinseca operans. ¶ Physica uero est facultas de omnibus compositis & alterantibus considerans. ¶ Mathematica taliter diffiniri potest ut dicendo. ¶ Mathematica est facultas siue scientia que de rerum quantitate & dimensione pertractat. ¶ Mathematica est scientia considerans de uocibus motibus sonoris punctis lineis corporibus & eorum congruitate & discongruitate. ¶ Et si omnes scientias uolumus in una sola uniuersali diffinire honeste dicere possumus. ¶ Scientia est cognitio rerum intrīseca impossibilium aliter se habere. ¶ Scientia est adequatio proportionata fixa rei scibilis cum intellectu.

¶ De eodem

¶ De methaphysica siquidem in abstractis assumpta ut quidam capere dicunt difficultas uidetur de ipsa scientiam habere: quum dicant.ens inquantum ens.essentia inquātum essentia: celum inquantum celum. & sic de reliquis non hoc non illud: nisi absolutum tantum:& omnis scientia oportet hanc scientiam esse ut distincte ab aliis cognoscatur.sciētia est adequatio rei scibilis.methaphysica agit de reb9 absolutis nō de hoc non de illo.ergo scientia de methaphysica nō erit hec non illa.quo fit sub nulla cognitione cadere posse ut patet: quum omnis cognitio omnis scientia cadit sub distincta mensura. ¶ Per uerba Aristotelis etiam potest comprobari septimo metaphysice ubi diuidendo philosophiam inquit metaphisica cōsiderat res separatas a materia secundum esse & secundum rationem probatur nullam scientiam de similibus haberi posse.quoniam de non esse non habetur scientia.nam scientia in esse & in ratione fundatur. metaphysica abstrahitur ab esse suo secundum esse & secundū rationem palam constat omnino in modo imaginanario se habere.& de imaginariis quia instabilia.non habetur de eis scientia. ¶ Mathematica uero secundum Aristotelem in eodem loco considerat res coniunctas secūdum esse: sed separatas a materia secundum rationem. ¶ Et hic uidelicet de mathematica qualis sit facile intelligere possumus: cum sensibus pateat.unde ad intentiones siue fines mathematicorū.occurrendum est.quoniam ipsi de principio ad finem super quantitatibus:& qualitatibus fundantur:& nunquā ab hoc discedunt nequidem considerant de abstractione uel non abstractione: nisi ueluti de quanto paruo secundum longitudinem latitudinem profunditatem & tale quantum denominat punctum idest quantitatē discretam uel contiguā. ¶ Quātitatem longam dicunt sine latitudine & profunditate: uidelicet lineam. ¶ Superficiem: quātitatem longam & latam sine profunditate denominant. ¶ Corpus siquidem longum latum & profundum. ¶ Et fundantur etiam super qualitatibus ueluti edificando lineam rectam curuam circularem semicircularem triangulum quadrangulum:& similia.que figure qualitates sunt.& omnia hec sensibus patent.& ea que sensibus patent minime imaginaria.unde de mathematica habetur. esse in primo gradu certitudinis: eo quod sensibus patet.licet quod mathematici fundati in quātitate non considerant circa prima principia: an quantitas deficiat uel ne.& sic dicunt deducantur due linee equaliter per omnes partes distantes tenderent in infinitum: quod non unirentur. sed dum mathematici dicunt deducanť.con

ditionaliter loquuntur.uidelicet si deducerentur in infinitum irent: unde nullam abstractionem faciunt secundum rationem ab ipsa materia.quo patet qualiter semper super quanto & quali manent absq; ali qua alia abstractione.licet quod iuxta hanc facultatem non cōsideratur utrum quantum sit materia uel forma:substantia aut accidens:nisi est quantum aptum ad edificandum uel componēdum.licet quod ipsi non utantur punctis & lineis ita paruulis quantitatibus dum edificant:ueluti quando diffiniunt.sed ad si militudinem lineas subtilimas:inquantum possunt faciunt:& etiam paruos punctos:& quando diffiniūt quoq; in quātitatibus realibus non autem imaginariis fundantur.& sic docendo exempla tangibilia edi ficāt ad similitudinem illius quod uerbis diffiniunt:ueluti si diffiniendo diceremus.homo est animal ratio nale mortale:& postmodum ostenderemus istum hominem & illum recte assereremus istum illum & simi les diffiniebam:& in eo modo mathematici in diffiniendo & ostendēdo circa punctum lineam superficiē corpus se habent. ¶Astrologi autem secundum aliquos abstractores: ut auerroys abstrahunt celos a motu & a similibus ꝓprietatibus:quod falsum est:cum astrologi super ea que uident omnino fundantur. uident colores celorum:& quod nimium a terra distant.sentiunt quandoq; calorem quandoq; frigus ab ipsis celis causata:uident figuram circularem:atq; motum sequētem ipsum idest girare celum circūcirca. ¶Et hoc assumptum circa sensus alia multa de magnitudine celorum circūcirca ipsos assumpta dicunt atq; de grossitudine de uariis motibus secundum uarietatem temporū:qui motus etiam sensibus patent. & postmodum super similia nōnulli astrologi fundati iudicia faciunt.sed nunquā contingit alicui astro logorū:inquantū astrologus est:considerare celum in abstracto:nisi penitus hoc celum illud celum hanc stellam illam stellam. ¶Conceditur de ratione astrologorū non esse disputare seu considerare an celū sit substantia uel accidens:materia uel forma nisi quod est quantum extensum & semper rectos motus se cundū uaria tempora conseruans. ¶Sed dimittamus astrologiam:eo quod mediam inter philosophiā & mathematicam dicunt esse naturalis inquantum ab intrinseco.celi motus proprios habent:Radiatio nes atq; administrationes super hec inferiora & sub mathematica astrologia iudicatur:quia magnitudi nes ipsorum celorum:& uarietates cursuum:quos faciunt sub arismethica cadunt.idest sub dinumeratio ne:sed dicamus etiam aliquod exemplum de omnibus speciebus diuidentibus mathematicam ipsam. nā arismetica per intentionem primam suam in ista unitate illa & alia & similibus fundatur ut probari po test:ita dicendo ponatur imaginarie utrum in abstracto ab unitatibus realibus duo & tria esse quinque: ex quibus uerbis unum de tribus est concedendum:uidelicet quod assumimus per tres unitates reales in una parte:& duas alias in alia:& quod postmodum uniantur.& ita faciant quinq; simul. ¶Aut quod imaginarie duo & tria sumantur: si imaginarie non habetur scientia de ipsis. ¶Aut uero quod per terminos assumuntur si per terminos duo & tria:duo termini tantum sunt:non tres non quatuor: non quinq;. ¶Sed ad exempla que arismetici ponunt deueniamus: quoniam ibi palam reperitur qualiter ipsi arismetici in duabus unitatibus realibus & in tribus exemplant: dum quinq; componunt & simili ter in omnibus aliis numeris faciunt:conceditur quod quādoq; maiorem numerum presupponunt quā habent de numis:sed plures res sunt in mundo quam aliquis homo numerare potest:dum recte numera ret:uidelicet distinctam unamquamq; rem per se ut distincte sunt.unde omnes stelle celi & omnes arene maris omnis herba & alie res ordinate sunt anumerande iuxta fundamentum in quo arismethici ꝑ suū principium quiescunt.quum super distinctis unitatibus fundētur.& omnes res mundi ut in lege habetur & sensibus patet sub mēsura & pondere ordinate sunt. ¶Musica siquidem arismethice subalternatur: etiam ad similitudinem ipsius arismethice in quātitatib9 seu unitatibus discretis fundatur.ut in ista uoce in illa in hoc sono in illo & alio.& sic litteras uarias faciunt ad similitudinem sonorum: ut exempla ante oculos habeant. ¶Perspectiua uero geometriam assequitur:quoniam ei subalternatur.& sic de hac ra tione & illa siue piramide secundum uarias figuras perspectiua considerat: quāuis aliquando ad libitum prolongant has piramides.sed semper super piramidibus realibus fundantur: quāuis non considerant semper an possint attingere piramides: uel non attingere quousq; perspectiui ipsas deducere uolunt. ¶Aduertas tamen quia non simpliciter perspectiua geometrie subalternatur:nequidem musica arisme thice.nihilominus subalternari dicimus causa alicuius sequelle.Sed quia non prorsus idem neq; simplici ter subalternatio.

¶Quonam pacto naturam primam & naturam uniuersalem capiamus: quonam modo natura principium & causa quandoq; conueniant & quandoq; differant.& quod libere res natura deno minari nequeant. Cap.v.

¶Quum sepenumero hunc terminum natura in ore habeamus:dicendo natura dedit natura abstulit: hoc a natura euenit illud preter naturā:merito in hoc loco quid per naturam intelligatur excutiendum sit. ¶Natura enim principiū seu origo sepe coincidere solent:causa autem potius remota accedere ui detur.licet quod semper causa sic uel sic.etiam principium est:nihilominus tāquam ad extra sonat.ueluti architector respectu domus.quia quamuis principium in domo ipsa ponat: eo quod non ingreditur.in

ea compoſitione potius architector cauſa ad extra emanans uocatur. quam principium lapis ligna & ſi-
milia: tanquam principium in domo ſe habent: cauſa quoq; in eo quod occurrunt ad domum: tanquam
ad tertiam ſpeciem: in qua occurrentia uidetur domus eſſe opus lapidum lignoꝝ calcis: ſub hac conſide
ratione lapis ligna & calx ſunt cauſa domus & principia: quia ĩ cõpoſitione ipſius ingrediunt. ¶Nũc
uero aſſumpto in inferioribus exemplo ad ſuperiora facilius deuenire poſſumus. ¶Natura enim tripli
citer capi ſolet per materiam formam & compoſitũ: a forma & materia. & hoc tam de accidentibus quã
de ſubſtantiis intelligimus. nam quicquid de toto ſuo poſſe abſq; aliqua libertate ſemper operatur natu-
rale uocatur. ¶Forma ſubſtantialis & materia hoc modo faciunt: igit naturales. accidentia quoq; quo
ad uires opantur: ut in coloribus albo nigro comprobatur. quia inquantum poſſunt uiſum attrahunt. ca
lidum frigidum humidum. quo ad poſſe operantur. ergo accidentia naturalia ſunt. hoc conceſſo de pri-
ma natura qualis ſit uidendum eſt. & quid per uniuerſalem naturam capiamus: dum inter nos de natura
loquimur. ¶Prima natura enim forma & materia ſimul aſſumpte: eſt: aut uero quod una alteram aſpi
ciat reſpectu noſtro capiendo: quoniã forma abſq; materia & materia quoq; per ſe nil extra ſe generare
poſſunt. quod tanquã in tertia ſpecie generatũ illud uocetur. unde habetur formam & materiam eſſe pri
mam naturam omniũ cõponibilium tam ingenerabilium & incorruptibiliũ quam generabilium & cor-
ruptibilium. ¶Vniuerſalis natura uero apud nos denominata per celos & elemẽta ſimul capitur. quo
niã ipſa de materia & forma conſtant origo ſiue principia: de quibus corporaliter emanamus ſunt: & de
ultimo poſſe ſemper operant: cauſa tamẽ aliuſmodi capiendo ſunt in eo: quod ad cõpoſitionẽ noſtram
tanquã ad ſpeciem diuerſam occurrũt. tamẽ principiũ ꝑtim elementa qm in compoſitionem noſtram
ingrediũtur. ¶Ita habes qualiter natura prima reſpectu noſtro capiatur: atq; natura uniuerſalis. Sed
natura celoꝝ & elemẽtoꝝ alia eſt ueluti mobilitas incorruptibilitas luciditas natura celi leuitas grauitas
frigiditas & humiditas cõponibilitas & diſcomponibilitas natura elementoꝝ. ¶Alie res ſiquidem que
libere operant non ꝓprie naturales denominari poſſunt. qm̃ nullum ad extra tanquam neceſſariũ aſpi-
ciunt: quo fit quia nõ operant ſemper de toto poſſe. licet quod ab intrinſeco naturas poſſideant ꝓprias.
ut angelus ſeu intelligentia: quia quamuis liber naturam ꝓpriam habet. ut intelligibilitatẽ uolibilitatem
& nobilitatem. ſed quia angelus liber ad operandũ & nõ opandũ. ut placet fit in ſe cõſideratus: nõ uocat
natura reſpectu alicuius alterius rei: quãuis angelus naturã propriam habet. Sed ipſe non eſt natura ad
aliud: & ueluti de angelo dicimus de rationali anima noſtra intelligendum eſt. ¶Deus oĩpotens enim
quia ſummus exemptus ſeu liber non cõpoſitus de forma & materia non indigens non aſpiciẽs aliquid
extra ſe tãquam neceſſariũ: nullatenus natura alicuius alterius rei denominari poteſt. immo tantũ cauſa
ſuper omnes cauſas tanquã ad extra in aliis rebus operans. ¶Concedimus tamen deum naturam pro
priã habere. ut intelligibilitatẽ memorabilitatẽ & uolibilitatẽ eſſentitatẽ ſummã puritatem: nihilominus
quo ad nos natura non eſt: quoniã quicquid in nobis operatur libere id agit: non autem neceſſario ne-
quaquam de toto ſuo poſſe. unde creare mundum mortuos reſuſcitare & ſimilia operari ſup natura acta
ſunt. ¶Vlterius ſolet dici hic homo eſt aptus a natura: intelligendo quod materia membroꝝ ſuorum
de elementis dignioribus maximã habet quantitatem. & ultra hoc celi & elementa optinxe membra ipſa
compaginauerũt. ¶Ea que non a natura in hominib9 dicimus eſſe a caſu euenientia: aut per liberam
uoluntatem alicuius tributa ſunt.

¶Qualiter in dependentia mundi unã ſolam cauſam & nõ qttuor aſſignare poſſumus. Cap. vi.

¶Si forte quis iuquiat deum tantummodo loco cauſe efficientis in dependentia mundi occurrere pe-
mus. quiſnam alter ibi erit cauſa formalis finalis & materialis. quum omnes concedatis mundum efficien
ter a deo dependere. Et ſi in hac operatione quattuor cauſe occurrunt de tribus inquirimus: quales aut
que ſint? Inſuper ſi deus eſt aliqua iſtarum cauſarum aut pro omnibus ſupplet quum nullam aliam na-
turam uel artem in prima mundi creatione aſſignare ualeamus concedere oportet quod deus ſolus det
omnibus dependere. ¶Vnde aſſerimus: quod ſi mundus a deo dependet: una ex quatuor cauſis erit.
uidelicet aut quod formalis aut materialis aut finalis aut efficiens. ¶Si formalis circa doctrinam
peripateticorum res formales de non eſſe ad eſſe deducit. Et hoc conceſſo teneri oportet: quod pri-
ma cauſa totum mundum qui prius non erat ad eſſe deducit. ¶Et inſuper ſi cauſa noſtra formalis eſt:
in omnibus ad informandum & adminiſtrãdum manet: quod ſtare nequit penes ariſtotelicam opinionẽ:
que infert primam cauſam nil extra ſe gubernare neq; intelligere. ¶Si cauſa eſt materialis. De mate-
riali cauſa eſt cunctis materiã prebere. & particulatim in quodlibet compoſitũ ingredi: & nos non ſumus
de ſubſtantia dei nec diuini. quemadmodũ materiales de materia aſſumentes. & ideo deus non noſtra ma
terialis cauſa. ¶Si cauſa finalis uerus quidem finis ſemper cum principio conuertitur. Depẽdẽtia eñi
non tãquam de poſteriori. ſed priori intelligitur. Et quia ſemper ad propriam originem tendimus. haud
ſecus q̃ ad finem in quem reuerſuri ſumus: finalẽ idest noſtram originem dicimus: quod ſi deus cauſa fina

lis eſt:ſeu cuiuſq; rei origo a uelle ſuo in primo eſſe dependemus. Non enim de ſua intrinſeca natura fumus. Et ſi tanquam ad cauſam finalem ad ipſum deum tendimus: patet ipſum eſſe principaliorem ac priorem noſtrã primũ originẽ. Si cauſa efficiens: ut omnes Ariſtotelici expoſitores aſſerunt: Ariſtotelem intellexiſſe: exemplum poſcimus. Quoniã in hoc cuncta poſſumus aperire uelamina. ipſi uero aut nõnulli eorum in exemplo aiunt. quod cauſa efficiens intelligitur: ut a domo domificator. Attamen hic nunc quatenus a domificatore domus dependeat dinoſcamus. ¶ Dicimus autem quod anteaquam ad ſtruendũ magiſter acceſſet: omnes materie domui competentes in re ſunt. uerum aliqua pars in lapidibus altera in lignis. & quedam alia in lateribus & tegulis. tum crudis tum coctis. & ſic de reliquis. Magiſter uero tãquã efficiens quecũq; ut diſperſa atq; inordinata erant ſimul cõgregat. & regulatim ſtruit partim in parietes partim in tectum. Et ſic per uarias diuiſiones & tunc inquantum domus ſic & ſic edificata a domificatore dependet. non tamen quo ad naturam materiarum. Materie enim ſine domificatore erant. Et ſimiliter ſi in modo efficienti mundum a deo dependere aſſeris: concedendum eſt: quod totus mundus aut omnis res ſit ſine ipſa cauſa prima. Sed quod deinceps illud primum eſſe quaſcunq; res edificet. ac recto gradu diſponat. petimus quomodo tu probes: quod quiſpiam mechanicis potentiis ſeu artificiis tantum: quẽad modum & a nobis fit poſſit celum ordinare. & dare locum motum ſtellas & ſimilia. ac deinceps elementa animalia. & ſic diſcurrendo. hoc autem quia oſtendere nequit abſurdum eſt opponere mũdum a deo ut a cauſa efficiente dependere. Itaq; mundus in ſuo primo eſſe ab abſoluta & ordinaria dei uolũtate reſultat. nec per emanationẽ penitus intrinſecam: niſi quod ex ſolo uelle dei noue res extrinſecus originant. licet efficienter merito denominari poſſet: eo quod operando ipſum mundum nouum creat.

¶ Quod irreligioſi philoſophi nullum principiũ ꝓbauerint neq; per eorũ uiam probare poſſunt: niſi principium inquantum alique materie ſiue ſubſtantie ab aliis per actus diuidunt. Cap. vii.

¶ Philoſophi legem negantes in mediocrib9 facultatibus ſufficienter ſe habuerũt. dum autem aſcenſuri ſunt uiribus excidunt. Quocirca nil prorſus de ſuis principiis probare poſſunt: licet inquantũ hec materia & hec forma ita ſignata uel diſpoſita aliquid ſufficiẽter dicant. Sed itelligitur inquantũ ſic generata uel reuoluta. Verũtamen unde principium habeat & quomodo id accipiant aut fundentur. nihil penitus dicere ſciunt aut probare. ¶ De ſubſtantia & accidentibus quãplura narrant. hoc autem eſt inquantũ quod circa talem modum uidemus aut ſentimus terram aquã hominẽ equum frigidum calidũ album & nigrum ſed nos de principio aut primo eſſe iſtaꝝ rerum expoſtulamus. & non in eo quod de pſenti eſſe ditur album & deinde nigrum. Nam hec eſt demonſtratio per actum illius materie extrinſecus exiſtentis. Nos uero de albedine exquirimus atq; de iſta ſubſtãtia ab aliis diuerſa. Vnde ꝓcedunt ſi de nihilo nihil fit: ut irreligioſi dicunt. quoniã aſſerendo ex herbis fieri carnẽ ſecundũ hoc caro eſt noua: iſta pars uere a pueris intelligitur: quod inquantũ caro iſta noua ſit. Sed peto de principio carnis an ſit eternũ. & hic neceſſe eſt quod irreligioſi deficiant. quũ res que fieri poteſt nũc de nouo ſit impoſſibile ipſam aut aliam de ſpecie ſua poſſe eſſe eternam. quia quod eternum impoſſibile eſt aliter ſe habere q̃ ſe habet. itaq; non põt per particularia nec de ſpecie ad ſpeciem tranſire. niſi quod eternum eſt ſemper uno & eodem modo. Ergo ſi aliqua caro eſt eterna: non erit de ſpecie iſtarum carnium nec iſte particulares carnes ab ipſa emanant per naturalem emanationẽ. Tunc enim iſte ꝑticulares eterne eſſent. quod omnino falſum. Et quum irreligioſi inquiant omnia eſſe eterna. ſaltem ſpecies rerum uel omnes ſubſtãtie & omnes materie nõ aſſignant aliquod principium. quia illud quod eſt eternum nihil habet ſuper ſe: quocirca nulla res erit principium. Quoniã principium intelligiť pro re alias ſub ſe complectente. quod ſi omnia ſunt eterna nulla res eſt pricipiũ neq; prior aliis. Quapropter ab irreligioſis philoſophis nullũ põt uerũ principiũ oñdi ꝑter pricipiũ ſecũdũ qd: eo qđ inuicẽ alterutrũ ſunt principia in eo: qđ uniuntur & ſeparanť. quod nempe eſt ridiculum: quia a nobis de primo ordine eſſendi tractatur. & gradatim de primis ad ultima: preſertim quod ab Ariſtotele habetur: quod in eternis non differt eſſe a poſſe. & in omnibus dependentibus ualde differunt. igitur eterna eſſe nequeunt.

¶ Qualiter opinio irreligioſorum quod omnes res ab eterno ſint ſtare nequeat. Cap. viii.

¶ Superius uidimus qualiter iuxta irreligioſorum fundamẽta difficile aut penitus impoſſibile ſit aliquod principiũ uel unam rem prius & aliam poſterius ſimpliciter aſſignari. & ſic Ariſtoteles de phyſica loquẽs accipit materiam formam & priuationẽ eſſe rerum principia. In methaphyſica uero eſſe ſiue ens. Sed iam hic ſubſtantiã & materiam pſupponit inter ſe diuerſas. Et idem ait eſſe primã materiam aptam ad recipiẽdum in ſe omnes formas: que corrũpunť. ubi nihil noui denotat: nec que ſint principia deſignat. hec aũt pro nunc concedamus de materia & forma. Sed de priuatione obiiciendum eſt omnino: qđ ſit principiũ medium aut finis. quia quum priuatio dicatur tanquam non eſſe. non uidetur: quod ſibi locus principii.

cuiusquã rei competat. Plerique tamen multa super hoc aiunt. & in paucis declaratio consistit: ut alibi patebit. Et ideo religiosi sublimius ascendentes dicunt unum esse principiũ: a quo omnia alia distincte dependent. & tale principium oportet necessario: quod in toto esse suo sit prius. quã aliquod esse rerum dependentium. quia principium dependentium per creationem intelligitur. quod ab irreligiosis negatur. quũ teneant mundum ab eterno esse. & de nihilo nihil fieri. in quo quidem nullatenus aliquod principiũ assignare possunt. preter administrationẽ quandam inter res & res. & nos asserimus quod illud quod est eternum non indiget aliena administratione. nec quicquam sibi accidere potest. quod si omnia sunt eterna in unam solam rem cõuertuntur: aut nihil inter se comunicare possunt. Sed quia comunicare possunt & non in unam solam rem conuertunt. sequitur non esse omnia eterna. & iccirco in hoc modo adinuicem sunt principia. Et sub hac consideratione ego sum eternus simul cum simplici materia. & simplici forma. ac rursus ad eas redibo. Semper tamen eternus sum. quãuis nunc sub hac forma humana maneam. & taliter nec deus nec queuis alia res est me prior. quod utique falsissimũ. si enim forma & materia mea esset eterna. ego quoque essem eternus. quia de duabus rebus eternis unitus. Sed tunc nõ essem generabilis nec corruptibilis. nec mihi aliqua cõtrarietas accidere posset. uerũ quia aliter experior: habeo pro manifesto me non esse eternũ. nec partes meas esse eternas. Quapropter excludenda est philosophorum opinio. mundi creationem esse negantium.

¶ Quatenus a nõnullis accidens esse exponatur. Cap. ix.

¶ Quidam assignare uolentes quo pacto accidentia a substantiis nascant: aliquas comparationes insinuant: ita asserentes: Accidens a substantia emanat: ut ab aialibus sudor: aut tanquã splendor candele exiens extra laternam tela seu cornu factam: & quod taliter extra substantiam accidentia exeunt: & producunt. hic uero intelligendũ est: an ignis ex nouo generet illum splẽdorẽ: aut si illa materia exit creata & in ipso posita. unde dicimus ignem nequicquã noui p se creare posse: & sic patet oportere aliunde materiam assumi aut ex se dari. & si petimus cur non semper ostendat illum splendorem: respõdemus: quod non potest quando non habet aliquod corpus cõbustibile atque patiens: & in tali actu splendor ostendit. tamen intrinsecus erat in materia cõbustibili & igne: licet in altera specie maneret minus clara quã splendor. quoniã substantia: lux: calor: & magnitudo sunt simul i igne sine prioritate & posterioritate: nisi quo ad nature prioritatem: ex eo quod substantia intelligitur pro fundamento aut re totum illud cõplectẽte. quia si prius est sol: & sibi deinde qualitates eueniunt: necessario habent aliud principium quã sol a quo proueniũt: & posito exemplo de sudore qui a corpore emanat is sudor est substãtia: ut corpus per quod aqua uel alius humor profluit: & si taliter se habet album a corporibus emanãdo ipsum quoque est substãtia: quãuis corpus ab albo perficiatur. quum enim corpus & album diuisa sint: non tantum elucescũt: aut minus perfecta sunt: iccirco se appetunt ut materia & forma. Et circa auctoritatẽ Aristotelis dicẽtẽ: entia non esse entia sed entis entia: intelligendum est quod entia accidentia uocata non sunt per se perfecta: nisi per substantie unionem: quam simul habent: & quãuis unio sit non intelligit quod una pars ab alia oriatur. quãobrem dicendũ est omne ens a deo dependere: & Aristoteles non potuit intelligere quod accidentia precise ab istis substantiis originent: quum omnem creationem negauerit. itaque dicebat nõ esse entia: eo quod non erant per se nisi simul cum alio perfecta. ¶ Secundũ auicennã aliter sentire potes: quum dicat ab una intelligentia creari alteram: & orbes lune seu eius intelligentias fungi officio creandi rationales animas: quod secus est queadmodum de prima causa in secundo huius uoluminis demõstrat.

¶ De generatione plurimorum accidentium inquantũ de specie in speciẽ transeunt. Cap. x.

¶ Color in pluribus modis generatur. uidelicet: tum natura: tum fortuito. Non est autem noua coloris productio: nisi transmutatio de specie in speciem: queadmodũ & alie materie transmutant unã speciem deperdendo: & aliam acquirendo: ut in his corporibus generabilibus & corruptibilibus cernimus: sicuti materia in manu nostra: que nunc est in specie carnis: ossis: & nerui: & deinde in specie terre: herbe: uermis: aut uero alterius speciei: licet quod quãuis manus accidentaliter sit cõposita: magis durat in una specie q̃ color: si color non est in muro aut alia re insensibili positus: ut in lapide rubino: ibi eni color nimiũ durat. Demum omnia subiecta sensus que generabilia & corruptibilia sunt: cito de specie in speciem: tum per generationem: tum alterationem: mutantur: & non solum ista transmutabilia a substantiis generantur: uerumetiam plerunque a qualitatibus: ut in colorib9 uidemus. quoniam per calidum quod qualitas uocatur: uarii colores in rebus ostenduntur: & similiter ita per frigidum: ut per humidum adduntur: magnitudines & minuuntur: & magnitudines & colores sunt obiecta uisus. ¶ Et sicut uisus habet obiecta sua transmutabilia ut plurimum: ita & alii sensus utuntur obiectis suis generabilibus & corruptibilibus: & forte citius quam obiecta uisus. quia saltem alique magnitudines nimium durãt: ut celum & montes. Sed celum neque est generabile neque corruptibile: nec proprie mons est generabilis & corruptibilis: quum uero ad alia obiecta aliorum sensuũ deuenimus: ipsam minus durabilem reperimus. sicuti sonus qui est obie-

ctum auditus:parum in illa specie cōseruatur:quum omnino a casu generetur: & sic sonus habet minus fundamentum naturale:quam aliquod aliud cuiuslibet sensus obiectum. ¶Generatur diuersimode obiectum gustus:Nam secundum quod cibos calefacimus uel frigefacimus:aut maturescunt: ita acquirunt & deperdunt uarios sapores. ¶Obiectum olphatus pluribus modis generatur: quia secundum quod res immiscemus uariis odoribus flagrant. ¶Obiectum tactus est:ut durities:mollicies: frigidum:& calidum:Et iste qualitates uariis etiam modis producuntur.Sed non intelligimus:quod ista sint obiecta pro tunc nouiter producta.nisi quod calor suo potiatur fundamento in igne:frigus in aere:& humidum in aqua:& siccitas in terra. ¶Et idem de coloribus dicendum est:quod naturale habent fundamentum: a quo omnes colores exeunt aut esse suum accipiunt:quemadmodum corpora nostra a quattuor elemētis:quāuis color sit intrinseca corporum proprietas:tamen politiua & non omnino anihilabilis.

¶Cur per operationes uideatur debere intelligi dum dicitur accidentia non sunt entia:ꝙ accidētia proprie dicta non possunt generari ab aliqua substantia. Cap.xi.

¶Viso superius aliquid de accidentibus prosequendo de eisdem diligenter uidendum est:an per generationem a substantiis dependeant uel aliusmodi:si non per generationem est per simplicem creationem uel per cōmunem efficientiam:scilicet:accipiendo hoc & operando illud in modo edificandi:ut architectores agere solent:si per nouam creationem accidentia a substantiis dependent: a solo deo tantum dependent: cum ipse solus nouas res simpliciter creare potest. ¶Si modo efficienter cōmuniter assumptum accidentia dependent de origine ipsorum accidentium: querendum est que erit prius quam originata dependeāt:ueluti materialia edificiorum per prius sunt in aliquo genere uel specie: quam ab edificatoribus artificialib9 dependeant & sic accidentia sunt priusquam a substantiis dependeant: si modo simpliciter ab eis non creentur. ¶Circa dependentiam per generationem uero etiam magnam inuenienus difficultatem ad cognoscendum sub quo ordine generationis (propriam generationem accipiendo) accidentia a substantiis dependeant. quoniam si generatio uniuoca est:necesse est ꝙ generatū sit simile generatori.accidentia non sunt similia substantiis:ergo non generant̄ ab eis generatione uniuoca:sequitur:substantias non prebere de se materiam: neqꝫ formā accidentibus. ¶Si generatio equiuoca:oportet ꝙ aliunde materiam ad edificandam ipsam generationem capiant.petimus de tali materia:si dicis ꝙ de prima materia:respondetur ꝙ de sententia omnium sapientium:prima materia substantia est.unde queqꝫ pars ab ipsa assumpta:etiā substantia:accidentia non sunt substantia: igitur nō assumpta ab ipsa prima materia non a forma proprie dicta:cum etiam forma substantia est:ergo nō a substātiis saltem intrinsece sed ab aliunde accidentia originant̄. ¶Et in tali casu generatiōes equiuoce fiunt. uerumtamē semper sic uel sic:ubi est aliquid generatum uel formatum:ibi est aliqua uniuoca similitudo: ueluti in generatione per putrefactionem exemplari possumus:quoniam rana ipsa in eo ꝙ de materia & forma constat:est similis materie elementorum:quoniam in substantia atqꝫ materia similis & similis in pluribus accidentibus:licet non sit ibi similitudo uniuoca in specie propinqua:sed in substantia & accidētes: cum sole uero rana paruam habet similitudinem:eo ꝙ sol ipse tantum occurrit ibi calefaciendo materiam elementorum: de qua rana generatur per putrefactionem: & etiam per propagationem sed sol nullam prebet materiam intrinsecam neqꝫ extrinsecam rane:nisi elementa tantum materiam impendūt ab intrinseco:& sic generant sibi similem in materia atqꝫ substantia.sol enim quia nullam materiam tradit rane non generat eam sibi similem:eo quod nimium extrinsece se habet.Nam si sol intrinsece aliquid generaret produceret alterum solem:non enim generaret ranam uel murem:aut alia similia animalia. ¶Et sic si accidentia generantur a substantiis:oportet habere aliquam ipsarum substantiarum se habentem tanquam uniuocam in generatione illa:& tunc necesse esset accidentia esse similia illi substantie:que tanquam uniuoca se habuit in generando accidentia.quocirca facile uideri potest:accidentia non depēdere simpliciter a substantiis:quoniam si dependerent & ipsa fuissent substantie. ¶Verumtamen aliqua sunt accidentia:aut tanquam contingenter habentia esse:que simpliciter:tum a substantiis: & tum ab accidentibus dependent:& per se separata nil sunt.Vnde fit:quod de similibus potest merito dici:accidentia non sunt entia:nisi quia entis entia:uidelicet:operationes non sunt per se entia:nisi operationes entis.contingit quod substantia aut accidens operetur: sed operatio illa non erat prius quam substantia operaretur:nequidem est postquam operatur:ita ꝙ operationes nō sunt entia proprie dicta:nisi operationes entis tantum:non est forma: non materia:non substantia:non accidens:proprie assumendo: sed tantummodo operatio entis.nam res operans non operatur ab operatione:tanquam per aliquam formam ibi occurrentem:nisi a proprietatibus suis iutrinsecis operatur.

¶Quod quantitas & qualitas in substantiam & accidens diuiduntur. Cap.xii.

¶Quantitas & qualitas:in substantias & accidentia diuiduntur.quelibet enim substantia est quanta & qualis:& similiter omne accidens est quantum & quale:licet substantia quantitatis diuidatur in substan-

tiam spiritualē siue icorporeā:& in substātiā molis:& itidē accidēs in quātitatē molis distinguit:& ī alteram nō molis nec aliter de quali dicimus:qa queadmodū de substātiis & accidentibus:ita & de rebus corporeis atq̧ incorporeis. Vnde substantia corporea ad differentiam substātie incorporee molis magnitudinem continet:& talis quantitas seu quantum precipue accidentibus substat:ut uidemus: quia substat coloribus:unionibus: dimensionibus: multum & parum. substat figure:edificiis: & actionibus substat loco & locato. substat habitui & ordini ponendi atq̧ in pluribus aliis. ℭEt etiam quale de deo & omnibus creaturis dicit:& in deo tantum nullum accidēs cōtingere pōt:Nihilominus est quale:ex eo q̄d ens & pfectū. ℭAlia quoq̧ septē pdicamēta sunt substātiis & accidētibus cōmunia:quoniam generantur & corrumpuntur. ℭDicitur quando hoc fuerit de accidentibus loquendo:atq̧ idem ubi de substātiis agimus. ℭSi petimus de ubi:dicit ubi ē albū:uel nigrū:& etiā ubi ē homo:uel angelus. ℭPetēdo de ordine manēdi seu de situatiōe pariformiter de substātiis & accidētibus itelligit. ℭSi uero de habitu agimus:itelligit de ueste aut monilibus:sic uel sic:albo aut nigro coloratis:& ista septē ultima predicamēta ad tria illa prima referunt:quū de actibus aut modis manēdi primorū pdicamētorum narrēt. ℭEt redeūdo q̄d aliqua quātitas molis sit substātia.dicimus:quod si nulla quātitas molis fuisset substātia nonpossemus pbare substātiā essē corporeā. Quoniā necesse est q̄d sensus alios sensus uel similes in substantia sentiāt:& homo aliū hominē:& hic homo est quātus:iccirca aliud quātū sentire debet uel cognoscere:& oia ista substātialia sunt. ℭEt si asseris q̄d nō possumus substātiā uidere:rōnē assignare debes. Nā quū nos hoies & substantie simus:alios homines & substātias uidere debemus:uel sensibus sentire:& oppositū ostēdere arduū erit:si non asseris quod methaphysicalē substantiā solūmodo accipiāt.sed tunc nos similiter capiemus quātū & quale: p abstracto. Vnde pariter incōmunicabilia erūt. Ista uero sunt in qualibet re imaginabilia:Quapropter dicetur q̄d quātū & quale nō accipiunt p se.separate:nisi p corpus:lineā:celū elementū:animal:albū:nigrū:frigidū:& calidū:ac de aliis similibus corporibus: & rebus icorporeis:de deo:de angelis:seu spiritibus & animis:& nos scitē aut oēs res particulares minime abstracte substantie sumus:nisi hec & illa concreta substantia.

ℭDe quibusdam reprehensionibus ab Aristotele adductis contra aliorum philosophorum opinionem:& quo pacto manere nequeant. Cap.xiii.

ℭAristoteles uolens probare mūdū essē eternum:principio uarias opiniones antiquorū reprobat:inter quos unus fuit empedocles:qui dicebat mundū generari & corrūpi:asserens q̄d ppter elementorū seditionē & discrepātiā:generatio & corruptio pueniat:ut dū qescūt q̧ detur corruptio & ī seditione generatio. Et ī quoquomodo uidet empedoclis opinionē cōgruere:si eni elemēta non unirent & cū plurimis & cōtrariis qualitatibus debellarēt:nec generatio nec corruptio sequeret. ℭAristoteles fortassis asserebat empedoclē p tota mūdi corruptiōe assumpsisse:& sic eū redarguebat.hoc tamē iniustū essē uidetur: quoniā empedocles quatuor a celo distincta elemēta assumebat: & que apta nata erāt ad generandū & corrūpendū:& dicebat elemēta separari seu acquiescere:& nō q̄d corrūperent seu in nihilū redigerent. ℭIpse etiam Aristoteles alia uia arguit contra platonicam opinionem:ubi uidetur quod plato tenuerit mundum eē generatum:aut habere principium:& quod non erit finis eius: & hic aliqualiter fingit platonem excusāre:uerumtamen sub redargutione ubi aliquas quadrangulares lineas describit asserendo: quod eas non simul agimus:imo quālibet per se: & quod si plato ita mundum assumpsisset quo ad eius declarationem stare potest:sed non aliter:quum unus sit mundus:& non plures. ℭEt Aristoteles suā opinionem subnectens ait:quecūq̧ habent principium habent & finem:& quod mundus sit sine principio & fine:in quo tamen nonnulla exempla adducit. ℭSed ratio platonis in hoc loco facillime defendi potest & reprobantibus impugnari:ubi ipse dixit:unum essē mundum.hoc uerum est pro partibus integralibus intelligendo:tamen de diuersis constare:& quum una res non sit alia in essentia: nequaquā a natura una sine alia a primo ente potest produci.nam omnes homines eiusdem speciei sunt:quorum p se quisq̧ generatur & non omnes simul: patet igitur quod creare mundum simul seu in partibus non infert:quod principium & finem habeat:& contra hoc Aristoteles conari uidetur:qui sic suum intentum assumit.Si mundus habuit principium habuit ipsum ab aliqua materia:& quando corrumperetur in ipsam rediret:& huiusmodi esset alius mundus: unde sequeretur quod non fuisset ex nihilo.Deniq̧ contra quadrangularem figuram ab Aristotele imaginatam:dicimus:quod assumptus totus mundus erit figure rotunde:& non quadrangularis: & figura rotunda in uno ictu fieri potest: Attamen mundus de pluribus cōstat:& manifeste una res prior alia ut quotidie uidemus:q̄d una prius euenit & alia posterius:& cū simili cōdictione mūdus fieri potuit.qa quū de diuersis ptibus constet:& aliqua earū potest sine aliis manere sicuti celū uel elemēta:palā fit nō oportuisse q̄d totus mūdus simul fuisset pduct9:quū sit de ptibus cōgregat9:ut q̄drāgulus:iccirco ps post partē generari pōt:& deinceps oia simul cōgregari. ℭAmpli9 deus oipotens in motu aliis dat motū:& q̧ mouet & non mouet per merū uelle & sine materia operatur:

& uelle non petit tempus ad operandum:neq; partem poſt partem. Quamobrem quum deus intrinſece
omnia ab eterno cognoſcat:& eternū non habet prius neq; poſterius:ſequitur deū poſſe ſimul totū mū
dū creare in uno & eodē inſtanti:quāuis mundus de pluribus partibus conſtet. Deus eni plura intelligit:
& uult ſimul que producere poteſt.

¶Quomodo chriſtiani ſimus platoni conformes : inquantū tenemus mundū habuiſſe principiū:
quāuis ipſe generatum:& nos creatum dicamus. Cap.xiiii.

¶Hic uero noſtram determinationem Platonis ſententie conformē differemus:quum dicat generatum
eſſe mundum:generationem ſcilicet pro primo eſſe mundi aſſumendo:quocirca affirmat de mundo ha-
beri principium:quod ſi principium non ſemper ſed aliquando incepiſſe religioſi dilucidius hanc mate-
riam aperuerunt:ubi non aimus fuiſſe generationem neq; formationem : niſi creationē diuino numine
prouenientem. Nam per uaria diſcurrendo oportet ad unum principium complectens quaſcūq; primi-
tates deueniri:a quo omnes alie res dependent:& quia cauſans prius cauſato probaſ quod deus ſit prior
creaturis:eo quod cauſa earum:& quia nemo ſeipſum agere aut generare poteſt:patet:quod res que nō
habent principium per ſe non poſſunt eſſe eterne. Nam cum unus tantum infinitus ſit:unus tantum eter
nus:& reliqua in aliquo tempore aut inſtanti principiata:& quia omnia dependentia principium habēt:
idem eſt dicere de celo aut prima materia:quod de animalibus in particulari. Quoniam hec prima mate
ria non eſt de eſſentia uel ſubſtantia propria prime cauſe:niſi omnino dependens tanquam ad extra:un
de neceſſario nouiter creata:quia nihil dari poteſt quin ſit deus uel creatura. ¶Et quoniam iam cōſtat
mundum habuiſſe principium deinceps deueniendum eſt:ut ſciatur an principiata ſine fine eſſe queant
ad poſteriorem partem. Dicimus autem quod primum principium creaturarum ſit eſſe:licet aliam habe-
ant compoſitionem ſiue dignitatem:quod ſi diſſoluenda eſſent : ſemper utiq; oporteret : quod ad ſuum
primum principium redirent: quod eſt eſſe : eo quod nunquam aliquid fuit non eſſe : & non debet in id
quod non fuerit redire. ¶Preterea quod cum mundus nequeat per ſe niſi aliūde eſſe:minime per uim
ſuam ad nihilum redire poteſt:ſolus enim qui ſibi eſſe dedit idipſum auferre poteſt:& quemadmodum de
us ultro mundum creauit:ita & annihilare poteſt : non tamen mundus natura corrumpi : quia mundus
deum pro ſua prima cauſa habet:& tāquam pro fundamento. Quoniam uero deus deficere nequit:nec
mundus deficiet:nec in nihilum redigetur:ſemper tamen diuine uoluntati obediens:& ſic tenemus quod
quandoq; mundus circa motus generationis & curruptionis ceſſabit : ſed non quod corrumpatur & in
nihilum redeat:nec in alium mundum tranſeat : ut corpus compoſitum per corruptionem in aliud cor-
pus tranſfertur. At nos dicimus:quod corpus tali corruptione aut mutatione ſuum eſſe corporeum nō
dimittit:niſi quod diſſoluitur:ex eo quod compoſitum atq; in tali ſpecie reconditum. Quamobrem p plu
res uias ſequēdo uidere poſſumus:qua manerie ab anteriori parte mūdus habeat principiū : & ī poſterū
nequaq̄ finiet. ¶Et ultra hoc ēt tenemus:qđ creare ſit ī iſtanti & inſtās maxime diuinū:oīa tēpora pce
dat uel breuia uel lōga ſint.& qa nemo extra deū opari pōt ſine tpe aut euo:manifeſtaſ mūdum ſeipſum
annihilare nō poſſe eo qđ in iſtāti diuino creatus & ī ſimili modo corrūpi oportet:& nō aliter.& cū mun
dus in tempore uel aliquo medio opereſ:nec corrūpi nec annihilari poterit.

¶Quod nō recte abſolute dicaſ philoſophos abnegaſſe legē ſeu mūdi principiū. Cap.xv.

¶Circa cōmunē modū loquendi:fertur. Reſpōdeamus philoſophis quorū opinio a noſtra diſcrepat. Et
hic uideſ nos cōformari puerbio dicēti:mures fecerūt q̄uis unus ſolus fuerit:qđ idē de philoſophis loqui
mur:eo qđ plures circa mūdi creationē aut eius principiū eādē intētionē habuerunt:quam & chriſtiani
habent:& hi philoſophi non erant ex poſterioribus:ut plato:pythagoras:ſocrates:enthymeus & mercu-
rius triſmegiſtus : qui deum cognouerunt & religionem ſunt aſſequuti. ¶Ariſtoteles autem tractan-
do de philoſophia tanquam incredulus & durus per ſenſibilia diſcurrendo nullam uoluit religionem
comendare:ut poſtmodum etiam auerroys ſequax eius cum pleriſq; aliis.& ſic dum aſſerimus a philoſo-
phis aliter teneri:quā nos tenemus:intelligendum eſt de aliquibus particularibus aut precipue de Ariſto
tele & auerroy creatoris ſui icredulis:& totius religiōis & obſeruātie aduerſariis: quāuis Ariſtoteles uolēs
ſe religioſum oñdere ait:honeſtius eſſe quod dicamus nundū eternū quā principiatū.quia ſicut dii eterni
ſunt:decet quod loca que incolunt ſint etiā eterna:& hic preſumebat : quod deus loco indigeret.hec eni
non eſt ſana intelligentia:qđ cauſa prima in ſua dependentia ſubſtentetur. ¶Item dicendo honeſtius
eſſe iudicare mundū quod eternus ſit:aliter quippe itelligi oportet:tunc enim pſumeremus tollere digni
tates ſoli deo competentes.quum uero aſſerat quod omne ſcire noſtrum a ſenſibus dependet : quonam
modo de eternis ueram cognitionem habere potuit:quum ſenſus minime ſufficiant ad tot labores tole-
rādos.& ideo ſub hac imbecillitate circa hec ſenſibilia. ipſe quoq; Ariſtoteles inquit:de nihilo nihil fieri:
& tamē intellectus aliud cognoſcit & probat:& uoluntas uult : & mens complectitur . Non autem quod

de nihilo nihil fiat:sed quod summum ens & perfectissimum potest aliquod nouum omnino:quod prius minime erat producere:& hic elicitur:quod Aristoteles de eternis male potest cum sensibus probare.

¶Exempla ut proterui ac rudes melius de eterno & principiato intelligant. Cap.xvi.

¶Iam in pluribus locis ostensum est:qualiter neq; species neq; mundus eterni esse queunt.Nonnulla tamen ad conuincendos proteruos exempla adducentur:quia interdum res similitudine uel exemplo melius intelliguntur:q̃ simplici uia argumentationis:& hic non modo sapientum auctoritates assumemus: uerum aliquid quoq; de ordine nature explicabimus: ¶Secundum Aristotelem & omnes philosophos religiosos & irreligiosos non est discurrendum in infinitum per rerum inquisitiones:iccirco deueniendũ erit ad unũ summe perfectissimũ:quod sic mouet quod non mouetur.& ideo non tantum posuerunt ens perfectissimum:quod mouet & non mouetur:sed etiam terram fixam uel imobilem:eo quod circumcirca motus celi fieri possunt:Quamobrem post plures discursus quos agimus:ad unã rem omnino fixam deueniendum est. ¶Circa naturalem ordinem superiores atq; inferiores gradus cognoscimus:inferius: citra quod descendere non possumus:est punctum:superius autem deus:ultra quem nequicquam attribuendum diiudicamus.In animalibus siquidem infima sicuti prurigiones:qui in manibus nutriuntur:pulices & alia huiuscemodi & suprema homines sunt:tanquam omnium animalium forma:inter sensualia quoq; ultimata tanquam forma sunt danda:ut leo super terrestribus animalibus sensualibus:& aquila super auibus.In arboribus uero palma uel cedrus & elementa siquidem superiora atq; inferiora obtinent. Ignis suppremum:& terra infimum. Inter celus celum empyreum:ut prima perfecta forma omnes alias sub se continet.Celum lune infimum est:sub quo nullum aliud celum esse potest:& in angelis religiosi luciferum natura ceteris prestantiorem assignant.Irreligiosi autem inquiunt perfectiorem esse intelligentiam mouentem primum celum:& inferiorem esse mouentem ultimum celum seu inferiorem orbem: In qualitatibus quoq; primum & ultimum inuenimus. Nam super omnibus caliditatibus in igne est caliditas:in aere frigiditas:in aqua humiditas:& in terra siccitas:pariterq; & infimum est dandum. Inter omnes stellas sol est lucidior:& aliqua stella cunctis in claritate inferior:& in motibus nequaquã est discurrẽdum in infinitum.Celum enim circulares habet mensuras extra quas transire nequit:ut de oriente ad occidentem:& in ascensu atq; descensu ad septẽtrionalem & meridionalem plagam & metas habet:ut sol ex tropico cancro ad capricornum.In elementis quoq; ultimum inuenitur extra quod motus se extendere nequit:ut omnia leuissima usq; in sublimitatem elementi ignis:& grauissima usq; ad centrum terre:ultra quod motus transire non potest:& si ad fixum non deueniret quousq; uelles grauia aut leuia deducere: quia hic motus uniuersam terrã peragraret:& alia elementa & celos taliterq; in infinitum discursum.Vnde non contingeret aliquid sciri:quod esset maximum inconueniens ueritati obstans.iccirco semper ad aliquod fixum metrum in cunctis rebus est deueniendum.In quocũq; instanti ultimi motus pro eo tunc: in celo & in quacũq; alia re dantur:in quo instanti firmam cognitionem accipimus omnium motuum illius rei:& quicquid in aliquo instanti habet punctum ultimum:quam prius habuit:pari modo in principio habuit primum instans omnibus aliis instantibus precedens: & nullum extra suum primum instans retrocedere potest. ¶Nunc ad propositum nostrum redeundo dicendum erit:quod quemadmodum in quibusq; aliis rebus suppremum & infimum inuenimus:citra quod non est progrediendum: similiter & in aliis speciebus.quemadmodum enim in hoc instanti est dandus ultimus homo in actu:& hoc intelligitur in eius generatione uel natiuitate:ita pariter necessario est dandus primus homo in actu:& extra primum impossibile est retrocedi:ut iam in libro secundo latius uisum est:eo magis quod eternũ sine principio dicitur:& omnes homines principium habemus:& quicquid habet principiũ designat tempus aut uiã:qua suũ principiũ adinueniamus.Et asserẽdo q̃d hoies sint nobis ab eterno similes:seq̄ret̃:q̃d pricipiũ & finẽ habuerit:& nullũ aliud pricipiatũ neq; finitũ eternũ.Rursus atq; euidẽtius:q̃cq̃d ẽ eternũ:ĩpossibile erit per aliquã potentiam aliter se habere:aut saltem perire:& omnes homines possibile est simul mori: & patet:quia si uolumus alterutrum nos interimere possumus.unde humanum genus periret:& quia perire potest:sequitur quod non eternum.Nam si eternum impossibile esset quod deficere queat: & ueluti de specie nostra dicimus:ita & de aliis speciebus in modo suo intelligendum est: quum uero mundus de speciebus haud secus q̃ de integralibus partibus constet:& species eterne non sint:quoniam deficere possunt:similiter cõprobatur.quod totus ipse mũdus similiter ut partes de quibus propinque componitur.

¶Quod aliqui philosophi multum declinauerint circa mundi creationem. Cap.xvii.

¶Negando mundi creationẽ ualde errauerunt irreligiosi philosophi:& qua ratione id egerit ignoro: eo q̃d saltẽ cõsiderare debuissent:quomodo primus hõ aut primi eterni essent eiusdẽ speciei cũ his i q̃b9

nunc sumus. Et si primus erat ut nos sumus: quo pacto eternus esse potuit: & nascendi ac moriendi ordinem alius statuere? ¶ Et si respondes hoc esse natura datum: peto quid sit hec natura in homine: si ipse homo eternus est: eo quod intelligitur sine principio & per se esse: & cum similibus cōdictionibus nullus est prior ipso homine: nec sibi condictiones dare potuit: & idem de quibusq; aliis rebus in mundo existētibus dicimus: ubi irreligiosi philosophi potissime in hoc passu sunt decepti: quia excogitare deberēt eos non sufficere ad existendum per se: & sic neminem preter deum per se esse adinuenirent:

¶ De celi compositione. Cap. xviii.

¶ De eternis tractando: decens uidetur quicquam de celo explicādum: quum inter alia naturalia ipsum magne perfectionis ostendatur. Vnde petimus qualiter celum eternum esse queat: & de materia & forma aut ex alia diuersa compositione constare: ut palam ita esse agnoscitur: & quicquid compositum est a diuersis componitur: & quod a diuersis est compositum necessario habet principium: quia quum de uariis naturis constet & non de una sola: sequitur euidenter: quod ibi fuerit diuersarum naturarum unio: & in uno puncto quo prius non erat: quum diuerse nature diuersa respiciant principia: ex quibus depēdent: Et quia celum compositum est: & non semper componitur in actu de presenti: nequaquam eternum esse potest. Quoniam in eternis omnia se habent: tanquam in uno instanti de presenti: & id quod est in uno puncto erit semper eodem modo. quum nequeat prius neq; posterius respicere: eo magis quod secundū philosophos materia reducitur ad esse per formam: & quum in celo sit materia ī illo instanti quo fuit ad actum uel ad perfectionem deducta: celi principium extitit: patet igitur: quod antea non erat. Si autem dicis celum non habere materiam: saltem scimus non esse totum formam: ex quo uaria ac diuersa in ipso cognoscuntur. Iccirco nos christiani ponimus generationem & aspirationem inter diuinas personas in instanti presenti: & non dicimus quod fuit: nisi quod pater generat filium: & sic non habet principium: quia ab eterno ē & sine tempore. Sed in unione materie & forme aliter se habent. ¶ Quod si quispiā inferre uult: quod Aristoteles assumit celum loco forme sine quacūq; compositione: hoc non ualet. Ipse enim inquit quod a nobis potius uocari potest subiectum q̄ materia: intelligēdo quod de materia & forma constat. Nam quando dicit potius subiectum q̄ materiam: aliqua compositio denotatur: quāuis postmodum aliqui philosophi negent celum habere materiā. hic autem aliam uiam accipiemus: que talis est: uidelicet: secundum ipsos: substantia est simplex: inuisibilis: & sine quātitate molis: & deinde etiam dicunt: corpora celestia non recipere peregrinas impressiones. Et nos ad minus solem & lunam: que corpora celestia sunt uidemus & cognoscimus in se quātitatem molis: quas quidem partes philosophi accidentia appellare consueuerunt. & hinc patet: celum esse compositum: & non nunc & in instanti cōpositum: ex quo sequitur: celum habere principium essendi ad minus cōpositum: ergo non eternum: quum manifeste constet: celum esse corpus & secundum omnes philosophos: id quod sensibus patet: unumquodq; corpus presertim mobile est de materia & forma compositum: & quum celum sit corpus & mobile: consequenter de materia & forma constans. Vlterius atq; fortius ut in capitulo superiori mentionem fecimus: celum a natura mobile est: & semper mouetur: datur in quocūq; instanti ultima motio ipsius per illud instans: igitur danda est in ipso prima motio omnium aliarum motionum: per aliquod instans datur prima: ergo principium mouendi. quoniam extra primam: nullum transire potest. Sub qua experientia nullus irreligiosus potest saluare opinionem suam de eternitate mundi agentem: quum non ualeat inferre: extra hominem qui nunc nascitur. potest alius posterior nasci: igitur potest aliquis precedere primum natum per aliquod instans: quod impossibile est.

¶ Quo pacto philosophi ad ostendendum unam primam materiam conētur probare: unū esse receptaculum ad quod omnes accidentales forme reducantur. Cap. xix.

¶ Volentes philosophi assignare unum receptaculum siue fundamentum ad quod omnes forme reducantur: uidentur pro principali fundamento: quod etiam monstratiuum appellant: assumere: quod corpora composita nunc tali forma potiantur: & deinde paruo spacio eam deperdant: propter quod non sunt amplius id quod erant: immo potius quod nomen & diffinitionem deperdunt: ut ignis: quia multū aque in ipsum spargendo non erit ibi amplius: & similiter forma ardens que erat in ligno dissoluitur: & lignum quandoq; albam formam destruit: & itidem per alia discurrendo: & quum iste forme: inquantum tales: nequeāt in suorū contrariorū qualitates pertrāsire: cōpetit ibi esse unā primā materiā: tāquā oportunū omniū formarū receptaculū. ¶ Ad qđ dicimus tāgibili oium sensuū experiētia uideri: quascūq; corporeas formas in corporibus uia generationis esse formatas: hoc est: qđ naturales siue artificiales sint: ut murus qui compositus est ex lateribus: arena: & calce: & priusq̄ hic murus fieret unio ista non erat:

illa forma parietis:& itidem dissoluto muro dissoluitur eius forma:inquantum quod talis erat. Nam solū per aggregationem tantum constabat:& sic dissoluta congregatione similiter significatio & denominatio eius & nulla forma ipsius domus inquātum domus erat:remanet hic uel ibi:quia ad illud quod prius erat reuertitur:idest ad lapides ligna & similia. ¶In naturali enim uidemus:ex eo quod homo est:ex liguo semine generatus:quod in matrice mulieris reconditum purificatur:& deinde uadit se diuidendo & organizādo p mediū aīe uegetatiue:& calorē sensitiue matricis. ¶Et dū totaliter embrius est organizatus: dicimus i eo rōnalē aiam infundi:& ita p gradus:eo quod prius erat semen:ascendendo uarias figuras assumit:indies etiam recipit aliam maiorem quantitatem materie:quam pater dederat:similiter recipit animam uegetatiuam:sensitiuam:& intellectiuam:& postremo separantur omnes he partes iam in homine unite:& redeunt in id quod prius:quoniam rationalis anima ad unam partem tendit:& mēbra putrescunt:aut quelibet pars in suum elementum reuertitur:ubi non est dicendum quod forma integra aut rectius figura quam homo habebat uiuendo:post mortem uadat quesitum primam materiam : ut in ea habitet:quoniam in partes de quibus constabat dissoluitur. ¶Forma cuiusq; ignis quā nos tractamus uisibilis & artificialis est:in eo quod eum artificiose extrahimus ab aliquo lapide in quo erat elementatus : & postea applicamus escam aut rem facilem ad comburendum ; & denuo paulatim incipimus ignem cum lignis siue combustibilibus multiplicare. ¶Et si supra ignem multum aque effundimus: censemus extingui aut dissolui illam formam ardendi uel uiuendi accidētaliter :quā nos igni dederimus: & uolentes illam formam dissoluere:cuncta combustibilia extrahimus : de quibus iam fuerat composita: aut quod nimium aque infundimus:que natura aduersatur:& sic formam quam accidentaliter habebat dirimimus:& non quod talis forma eat indagatum mansionem in tali prima materia. ¶Et in alio modo etiam probatur:quia talis forma uisibilis aut tangibilis est. Quapropter si omnes forme irent ad se p̄seruandum uti nunc sunt:iam esset tota celi concauitas his formis plena:& ipsas uideremus & tangeremus:& asserendo quod non possunt in tot quātitatibus congregari:quum ille sint que pluries in usu nostro extiterunt:quas nunc habemus:eo quod continue ueniunt & recedunt:minime ualet. Nam ipse quādo dissoluūtur sunt forme cum maxima magnitudine aut condictionibus : & uidemus formam qua postmodum utimur:quod sit in principio quedam scintilla ab aliquo lapide extracta quāuis subter aqua lapis iaceat:non autē ab aliquo chaos seu prima materia:uerū in corpore cōposito:ex quo apparet:quod prima materia corporū generabiliū & corruptibiliū sit ista massa aut congregatio ex quatuor elemētis resultans & de eiusmodi materia forme oriuntur paulatim:& per dissolutionem in eandem redeunt:tanquā proprie partes:& non ut integre forme:quoniam si ego nunc curro uel tu curris:absurdum est tenere q; hic cursus sit in prima materia:tanquā forma obseruatus. ¶Et si dicitis de primis formis siue qualitatibus:ut de calido:frigido:humido:& sicco. Respondetur. quod secundum uos:dissolutio unius istarū qualitatum:est productio alterius. Non autem quod in aliquo receptaculo:siue chaos:integre conseruētur:nequidem calidum:frigidum:humidum:& siccum:sunt uere forme : quum de plurimorum sententia qualitates sint:& forme recte dicte substantie:licet q; calidum siccum:& similia in modo suo forme sunt:& nunquam penitus a materiebus seu corporibus separantur:saltem aliqua istarum formarum in quacūq; materia remanet:per quas formas substantie siue subiecta operantur:& ipsa materia ēt per has formas ad recipiendum animam sensitiuam:uegetatiuam:aut intellectiuam disponitur.

¶De Eodem.

¶In hoc loco agendo de solutione formarum:& de receptaculo ad quod tendunt:in ipsa solutione:in primis ut ea que dicimus distinctius intelligantur:uidendum est:de quibus formis hic capiatur. an de forma substantiali uel accidentali:ueluti per formam corpoream:formam uegetatiuam:sensitiuam:aut intellectiuam. de accidentalibus uero ut de albedine & nigredine non est dicendum:q; capiatur per substātialē formā:nec qdē p̄prie p accidentalē:igit̄ per formas tantum contingenter euenientes:forma corporea uegetatiua sensitiua & itellectiua habēt naturas p̄prias fundamētaliter:atq; albū & nigrū habēt naturas ut albedinē & nigredinē:ad quas reducunt̄:dum aliquā faciūt mutationem:cōstat debere intelligi choas tm̄ ad recipiēdas cōtingētes formas carētes p̄pria fundamētali natura:ueluti forma domus:i eo q; sub tali figura edificata:forma uasis:forma ensis:forma securis:ēt p formas potius naturaliter euenientes: ut p flāmam lucerne:q̄ tanquā forma seu figura se habet figura seu forma lapidis. figura arboris:figura corpis equi:figura corpis hois:q̄ figure in mō suo forme uocant̄. ¶Etiā forma p speciē scilicet p speciē arboris:speciem pomi:speciem leonis:speciem hominis:intelligas q̄ dum materia manet in arbore : uel in pomo : est alienata a sua origine prima: in qua alienatione dicimus in specie ligni:in specie pomi : in specie panis:specie carnis : & in similibus manere. Vnde talis mansio materie in pane:pro eo tunc quo manet panis:potest nuncupari forma:formam per speciem capiendo. ¶Que forma panis per corruptionem totaliter dissoluitur:& transit in alteram nouam formam uel speciem: & hic nil de forma panis remanet : tamen materia que erat in forma panis : in quacunq; specie in quam transit semper remanet: licet nō sub figura uel forma panis:nisi alteri9 speciei. ¶Sub qua cōstitutiōe nature aspiciēdo:solet dici

generatio est deductio de non esse ad esse:corruptio uero deductio de esse ad non esse.qm̄ post generatione nil remanet de illa specie:super quam generatio facta est.nā ea species que generatur remanet:nō autē illa que p putrefactionē iam soluta fuit.Et quia corruptio soluit formas que erant uel species taliter ꝙ non sunt amplius:dicimus ꝙ deducit ipsas de esse ad nō esse:intelligas:ꝙ totaliter eas depdit. ¶Nō ꝙ corruptio deducat ad nō esse materiā ipsam fundamētaliter captā:nec formā:ut uegetatiuā:sensitiuā: atq̧ alias substantiales:nisi species in tali esse p generationē & corruptionē positas destruit:nec generatio deducit simpliciter res de nō esse ad esse:nisi fundamētalē materiā solutā : p putrefactionē ab aliqua priori specie deducit in alterā nouā speciē:que prius non erat.tamē illa nouitas nō fit totaliter:quoniā materia eadē est in ultima specie:que erat in prima:sed formā nouā p generationē acquirit:idest ipsa materia transit sub noua figura q̄ prius nō erat:tū corrupta prima. ¶Nunc uero his superioribus uisis:facile concipitur:quanā causa nullū oportet esse receptaculū ad obseruādas has cōtingētes formas:qm̄ totaliter dissoluūtur in aduētu aliarū nouarū formar̄.chaos enim ubi forme dissoluuntur:& alie noue generantur:quatuor elementa sunt:& precipue hic circa superficiem terre parum inferius:etiam per paucas leucas superius ut in loco suo patebit.

¶Cur nec prima materia nec aliquod aliud detur in pura potētia:ut deus ī puro actu. Cap.xx.

¶In hoc loco tenentes quod prima materia omni forma careat:sepissime ipsam ꝑsumunt cū deo equiparare:hoc est:dicēdo:sicut deus est purus actus ab omni potentia:scilicet:passiua alienus:prima materia est pura potentia omni actu carens.hoc autem exemplum incorrepte se habet:quum deus a se & nō ab alio:quia cum nullo inherentiam siue relationem habet:Materia uero ad formam relatiue dicit̄:& qa omnis materia in se est talis:patet:quod materia prima aliquam habeat compositionem:& non puram potētiam:sicuti deus purum actum. ¶Materia prima est limitata p gradus capacitatis:& principium huius limitationis tanquam forma eius est:habet uirtutem manendi uel durandi:& talis uirtus etiam potest appellari forma.dicit̄ appetere formam sicut femina uirum:& hoc appetere actus est.quapropter necesse est:quod ab aliquo fundamento in actu orīat̄. ¶Rursus in eo quod materia in genere substantie ponitur ad substandum denominat̄:& substare ad aliud refert:nec substare potest:si modo non est in actu: quod si in genere relationis:ascribitur etiā ad aliud : quoniam in eo quod potentia relatiue ad formam dicit:& ubicūq̧ relatio ibi aliquid de actione . Materia potentialiter assumpta est relatiua ad formam:sequitur:quod aliquam relationem dicit:ex eo quod ad aliud respicit. ¶Insuper quū dicat̄:formā appetere:& ad eam esse relatiuam:patet:quod ipsa materia sit saltem cōposita de actu & potentia:hoc est de aptitudine ad conuersandum:& conuersari ad extra:taliter quod concedere oportet:nullam materiam omnino esse simplicissimam simplicem:ut deus simplex actus:quod etiam per Aristotelem cōceditur:ubi primam causam per motus querit:asserendo:illam solam esse simplicissime simplicē:& infinite uirtutis:& reliqua aliqualiter cōposita & depēdentia:& quicquid dependet non infertur:quod ꝑ se a se:& id quod non a se sic uel sic:est cōpositum.

¶Quonam modo materia prima per substantiale fundamentum intelligatur:quomodo per potentialitatem seu relationem equaliter potentie assumant̄:atq̧ forme:tum separate:tum cōiuncte: & tum relatiue & de similibus. Cap.xxi.

¶Dum de prima materia uidere uolumus:tot a pluribus auctoribus inter se dissentientibus scripta inuenimus:quod uere difficile est aliqd de materia prima ipsa cōcipere:si oībus his auctoribus aures pbere uolumus. ¶Quidā enī dicūt:primā materiā esse difficilē cognitu:eo qd quiditatē:p quā diffiniri p̄t nō habet.idest nō genus:nō dr̄ia : & sine ꝓpria diffinitiōe nulla res sufficiēter cognosci pōt. ¶Nōnulli alii uero dicūt:qd cā difficultatis ītellect9 nr̄i:nō cognoscim9 ipsam primā materiā:eo qd sine fantasmatib9 ītellectus noster cōiunctus nil distinctū apprehēdit:& cū materia pr̄ia remotissima a sensib9 exterioribus nostris sit:& fantasia fundat̄ in similibus apprehēsionib9 sensuū ītellectus noster p se nō pōt sufficienter primā materiā cognoscere:alii quāplures liquidē dicūt:qd ītellectus noster nō apprehendit aptissime primā materiā cā diminutionis ipsius prime materie:& in hoc nimiū assistunt : asserēdo quod prima materia sit ī pura potētia absq̧ aliquo actu:unde oportet cognoscere ipsam:si cognoscēda est:p relationem ad formā:& nō aliter. ¶Nos enī cū talē primā materiā in natura rerū esse negamus:asserimus cē cām incognoscibilitatis:eo quod tātū imaginaria datur:& imaginatio est minor entitas que in tota natura dari pōt.unde fit:quod imaginatio distat minus a nō esse quā aliquod aliud ens in tota natura:imaginationē ītelligas p opus siue cōceptū ab ipsa imaginatiōe fabricatū.nā imaginatio in eo qd potentia imaginatiōis discurrit:oīno nimis a nō eē distat:sed illud qd fabricare presumit: quoddā diminutiuū seu uanū ē. ¶Prima materia uero nō uana:nō p imaginationē fabricata:sed a deo oīpotēti imediate creata:& cum deus pfectissim9 sit:quicqd ab ipso imediate fabricatū:optimū: & cū prima materia immediate

a deo dependet: optima est denominanda. nam aliter in deo ipso ĩperfectio argueret: cũ ibi nulla fuisset excusatio inferendo: hoc contingit quia ad productionẽ prime materie aliqua principia ĩperfecta occurrunt: ueluti in generationibus istorũ inferiorum: utputa animaliũ quia pter deũ aut puidẽtiã ipsius plura occurrunt: tum dispolita: & tũ indispolita: & sic producta: quãdoq; habilia quãdoq; inhabilia exeunt. sed in productione prime materie solus deus occurrit. unde ĩpropriũ est dicere: quod prima materia ens diminutũ sit: ut p concessa ab oĩbus sapientibus patet: cũ habeat. primã materiã unũ principium de duobus occurrens ad omnes cõpositiones esse: & quicquid principium tantarũ rerũ: de ratione perfectũ: quãuis concedatur: quod simul cum forma operando aliquid magis perfici potest: sed quomodocũq; sit prima materia omnino est concedenda: de primis rebus a natura cognitis: quoniam principium in omnibus cõpositis. unde oportet esse ante ipsa principiata: atq; potius ĩmediate a deo pducta: & qcqd potius ĩmediate a deo tantũ: notius nature: & nobis incognitũ. ¶ Et de similibus aristoteles intellexit: dum dicebat intellectum nostrũ se habere ad manifestissima nature: sicut oculus uespertilionis ad radios solares. ¶ Licet quod in hoc loco quidam expositores uidentur uelle Aristotelem intellexisse manifestissima nature p deũ: angelos & rõnales aĩas. sed hii nil pbãt: dicũt tñ: quis psupponat eẽ ĩcognoscibilẽ primã materiã: nõ solũ eo qđ pauce entitatis: sed qa ĩ pura potẽtia: tñ nec hoc aliqd cõcludit. qm̃ prima forma q̃ alterum principium in natura denominat: non est magis cognoscibilis nobis quã prima materia: & tamen forma est ens cõpletũ & in actu. unde nõ ualet opponere nõ cognoscimus primam materiã eo qđ ens diminutũ ẽ atq; ĩ pura potẽtia: cũ forma sit ĩ actu & ens cõpletũ: & tamẽ parũ cognoscibilis apud nos. unde cõcedere oportet qđ prima materia p re assumpta: cũ materia celorum & elemẽtorum: nõ cognoscit a nobis simpliciter eã difficultatis ĩtellectus nostri: nõ aũt pter diminutionẽ ipsius materie: ut facile ĩtelligi potest ita dicendo: ponatur quod prima materia est ens diminutũ: non ex hoc infertur quod illud parum non cognoscat: cũ facilius a natura & arte sit parũ quam nihil cognoscere: nõ cognoscimus primã materiã sub illa parua entitate: ut est: ergo nõ est dicẽdũ eã ipsius: nisi difficultate ĩtellectus nostri nõ cognoscere primã materiã: & si fortasis ĩ pdia aliter tenere uis: manifestã illã paucitatẽ prime materie ostẽdas. ¶ Et inferẽdo: quod sit in pura potentia: negatur hoc: quod aliqua res de presenti loquendo sit ĩ pura potẽtia: nisi sub cõsideratione: quod postquã dimittit hãc speciẽ in qua nũc actualiter manet: trãsit ĩ aliã futurã: sed talis potẽtia pro nũc assumpta imaginaria tãtũ est: qm̃ dispositio ad futurã trãsmutationem tendens etiã nũc est in actu: sub quo ordine trãsmutationũ de specie ĩ speciẽ tota materia elemẽtorũ: & unaqueq; pars cõiuncta aliis: & diuisa est prima materia. qm̃ nullã formã repugnat: sed imo unamquãq; formam appetit ordinatim unã post aliã: & hec est proprietas prime materie generabilium & corruptibiliũ: & ita nullũ aliud inuenitur subiectũ generationũ & corruptionũ: nisi materia quatuor elemẽtorum: semper ad recipiendum & dimittendum uarias formas auidissima. ¶ Preterea dum dicit primã materiam non habere quiditatem: tanquam genus per quod diffiniatur neq; differentiam: hoc secus se habet: quoniam recte atq; manifeste prima materia diffiniri potest. ¶ Veluti dicendo: prima materia est principium primum ab intrinseco appetens informari: & quod uera hec diffinitio sit: patet: quoniam prima materia est principiũ: & plura alia principia dant: unde in hac diffinitione principium est genus & primũ appetens siquidẽ informari differentia: quoniam prima materia est prima res appetens informari: materia uero est species que diffinitur. ¶ Prima forma autem uniuersaliter assumendo per eosdẽ terminos per quos prima materia diffinitur est diffinienda: tamen significando actionẽ. ¶ Vt dicẽdo prima forma est primum principium rerum appetens ab intrinseco informare: & cum propria genera proprium genus: proprias differentias: atq; res diffinitas hic assignemus: patet primam materiam & primam formam si sunt in rerum natura habere quiditates: & tamẽ difficillime a nobis cognoscunt. ¶ Et aduertas: quod dum dicimus si sunt in natura rerum: de uniuersali prima materia in pura potentia assumimus: atq; de uniuersali prima forma: non autem de particulari prima materia: & particulari prima forma. Nam hoc certum est: quod in natura sunt prima materia: ueluti materia celorum materia elementorum. ¶ Et prima forma sicut calidum: humidum: uirtus motiua: grauitas: leuitas: uegetatiua: sensitiua: & intellectiua: de hiis materiis & formis uero nil dubitamus: quin realiter dentur. quoniam effectibus cõprobant: sed de uniuersali prima materia atq; prima forma dubitatur: utrum extra imaginationes sint: & si sunt quomodo sunt. ¶ Sed talia dubiosa non sunt principia in naturali philosophia: nequidem principia componentia hec particularia: ut lapidem: arborem: equum: hominem: & similia. nam necesse est unumquodq; istorum principiorum substantiam esse: & omnis substantia appellatur tali appellatione per actus substandi: ueluti accidens ab accidendo: & lector a legendo. nam illud quod accidens denominatur: ens imperfectum est: & quia non ualet ad recte manendum per se nisi adherendo alicui per hanc adherentiam: accidens uocatur: eo quod accidit ei in altero manere: & sic id quod denominatur substantia per primum modum sui essendi est ens ualidum: ad substandum entibus imperfectis atq; manendo per seipsum: sub quo respectu substantia denominatur. ¶ Hoc assumpto per concessa ab oĩbus philosophis: prima materia & prima forma sunt principia componibilia: & omnia composita ab eis sunt substãtia: & pariter unumquodq; istorum principiorum per se assumptum denominatur substãtia: cõ-

cedere oportet:quod prima materia & prima forma ſunt in actu:cum aliter nullatenus eſſent fundamen
ta componibilium & ſeparabiliũ.nã negatio ſeu priuatio:aut illud quod nõ eſt:nulli poteſt eſſe ſubiectũ:
materia prima eſt ſubiectum omnium componibilium & ſeparabilium:igitur prima materia eſt in actu.
¶ Sed ulterius procedendum eſt:ut melius conceptus noſtros explicemus: & ut hoc facilius fiat aliquod
exemplum hic in ſenſibilibus capiendum eſt:& non imerito:quoniam prima materia componibilium &
ſeparabilium atq; generabilium & corruptibilium: per totam iſtam machinam ſub celo iacentem ex-
tenſa eſt:licet nõ fiant generationes & corruptiones proprie dicte ubiq;:ut in libro ſexto latius patebit.
¶ Sed quomodocunq; ſit: quia materia componibilis & ſeparabilis eſt in unoquoq; particulari noſtro:
etiam in quocunq;.exemplum capere poſſumus. ¶ Taliter procedendo:aſſumatur homo: qui gene-
rat alium hominem principium actuale:homo iſte qui generat erit: & iſtemet eſt pater illius hominis ge-
nerati: qui etiam generatus eſt in actu habere cognitionem de his ambobus. Res facilis eſt:ſed ad re-
lationes ueniamus:ideſt:ad aſpicientias de patre ad filium & de filio ad patrem: que relationes paterni-
tas & filiatio denominari ſolent:ſed paternitas ſiue aſpicientia ad filium:fundatur in patre qui pater eſt
res in actu:& filiatio uel aſpicientia ad patrẽ fundatur in filio:qui etiam eſt alterum extremum in actu:ta
men de his relationibus dubitatur an ſint reales uel imaginarie tãtum:quãuis pater & filius ſint in actu:
¶ Sed ut potius intentionem noſtram reſtringamus:ponatur quod nondum iſte homo generauit filiũ:
non eſt pater in actu:ſed habet aptitudinem ad generãdum filium & intrinſecam auiditatem:ut in actu
fiat:homo iſte in reali exiſtentia eſt:& ſimiliter aptitudo & habilitas intrinſece ipſius:ſed dum hanc aptitu
dinem & habilitatem aſpicimus & eas tendentes ad futuras operationes: inuenimus quandam relatio-
nem ad filium generabilem per imaginationem fabricatam. ¶ Que fabricatio eſt prima materia in pu
ra potentia dicta:nunquam deducibilis ad actum.quoniam non habet eſſe reale in patre inquantum re
latio eſt:uidelicet:in homine priuſquam generat filium:eo quod omnis relatio ut realis ſit:ſuum petit cor
relatiuum:non eſt filius iſtius hominis priuſquam hic homo generet ipſum:ergo relatio quam nos fabri-
camus in hoc homine eſt in pura potentia:eo quod aſpicit illud per ſuum correlatiuum quod nondum
eſt:& ſi unum correlatiuum non eſt actus neq; reliquum. ¶ Et tamen unumquodq; compoſitum gene
rabile & corruptibile:habet aliquam intrinſecam aptitudinem ſeu potentiam tendentem ad operatiões
futuras que nondum ſunt:ibi eſt omnino conſideranda quedam continua relatio ſemper ad res futuras
tendens:tanquam ad relatiua:& quia penitus dicit ad futurum nunquam attingit ad actum:in quo quie
ſcere poteſt. nam cum pater generat filium eandem auiditatem tendentem ad futurum ponit in ipſo fi-
lio:ueluti in patre eſt & non propter hoc:hec diſpoſitio & relatio auferuntur a patre.nam materia cor-
porum dum uiuimus & poſtquam morimur:retinet ab intrinſeco eam aptitudinem & auiditatem ad fu-
turas generationes.Vnde oportet ſemper in quacũq; materia ſaltem generabili & corruptibili hanc re-
lationem aſpicientem per correlatiuum illud:quod nondum eſt in ea ſpecie intelligas que aſpectatur:nã
per generationem & corruptionem nil nouum ſimpliciter producitur:niſi tantum tranſmutatio materie
de ſpecie ad ſpeciem fit:& relatio que prima materia in pura potentia uocatur has tranſmutationes aſpi
cit:& in eiſdem imaginatio noſtra fundatur: dum primam materiam relatiuam ad formam fabricat:&
quod prima materia relationem dicat inquantum formam aſpicit:patet: quoniam de ſe in genere ſub-
ſtantie ponitur:& ſi haberet iam formam in actu non denominaretur in pura potentia ad recipiendum
ipſum.nam quicquid in pura potentia tendens ad illud quod nondum habet dicit:& materia prima aſſu
mendo per ſubiectum forme atq; principium componibilium atq; ſeparabilium ſepe atq; ſepius actuali-
ter informatur.quoniam continue uarias aſſumit formas.Vnde nullo pacto poſſet amplius prima mate
ria in pura potentia abſq; aliqua exiſtentia denominari. Vnde concedere oportet primam materiam
per relationem ut dictum eſt:eſſe aſſumendã. ¶ Vnde uere dicẽdũ eſt:quod prima materia nõ eſt hoc
neq; illud:bona neq; mala:extra conceptũ imaginationis:licet quod realiter materia que nũc eſt in me
alias futuras formas aſpicit adueniẽtes:poſtquam ego diſſolutus ero.ſed relatio ſup hãc aſpitientiam fa-
bricatam omnino imaginaria eſt uolendo aſſumere aliquid in re tanquam relatiuum ſuper ipſam aſpi-
cientiam:ita quod talis prima materia nullam preter imaginationem habet exiſtentiã.unde eſt denomi-
nanda inter omnia entia minime entitatis:& ſic difficillima cognitu:preſertim ſi uias obliquas inquiren
do ipſam aſſumimus. ¶ Et quia pauce entitatis quomodocũq; capiatur: eo quod relationem dicit eſt
difficillima cognitioni noſtre:& difficillima ut ipſam diffinire poſſimus. ¶ Verumtamen quia diuerſe
ſpecies relationum ſunt:alie habentes extrema in actu in quibus fundantur:ut filiatio & paternitas dum
pater generauit filium:alie uero non habentes extrema in actu:ut de relatione prime materie ad formas
dictũ eſt:hoc aſſumpto aliqualiter primã materiã diffinire poſſumus. ¶ Ita dicendo prima materia eſt
relatio ad futurũ tendẽs:nũquã deducibilis de potentia ad quietũ actum:& quia nulla relatio talẽ habet
ꝓprietatẽ:ꝑter primã materiã ꝑ relationẽ aſſumptã:uidelicet nũquã reducibilis de potẽtia ad q̄etũ actũ
eſt eius differẽtia:dicẽdo prima materia ſpeciẽ ſiue rẽ diffinitã aſſignamus:relatio ſiquidẽ ꝑ genus capit.
¶ Et aduertẽdũ eſt:qđ relatio materie ad futurũ tẽdẽs nõ aſpicit rem omnino:que non ſit in rerum na-
tura ſic nec ſic:ſed illud quod nunc eſt in actu aſpicit:& etiam in actu dantur omnes relationes:quamuis

In pura potentia denominentur:ueluti de prima materia dicimus.nam omnis materia generabilis & cor
ruptibilis ubicunq; inuenitur habet aptitudinem quãdam ſignificantem actionem manendi inquantum
pro eo tunc eſt in actu:& etiam ibi eſt altera diſpoſitio tanquam paſſiua conuocans ad ſe per tranſmuta
tionem illud quod nunc eſt in actu in aliqua alia ſpecie:inter quas duas aptitudines conſideratur aliqua
relatio: eo quod eadem materia que nunc manet in ſpecie panis:actualiter etiam de facto ab intrinſeco
habet aptitudinem tranſeundi in ſpeciem carnis.unde poſito quod nulla forma:ueluti uegetatiua:& ſen
ſitiua:in materia infunderetur ille proprietates:una tanquam actiua:inquantum de preſenti materia illa
manet in actu:& altera petens tranſmutationem conſideratur : ibi inter has duas potentias quedam re-
latio ſemper durans in pura potentia. ¶ Et quod materia ſimpliciter potentialis ponatur in genere re
lationis:etiam per Ariſtotelem approbatur.ueluti dicendo: materia non eſt ſua potentia : quia potentia
eſt in genere relationis.materia uero eſt in genere ſubſtantie. ¶ Licet quod potentia in eo quod apti-
tudo:dicit ad futuras operationes:in actu eſt:ſed relatio ipſius ad actus futuros eſt omnino in pura potẽ
tia:quoniam nil habet de eſſe preter opus imaginationis:tamen poteſt dici : quod Ariſtoteles aſſumpſit
potentiam ſimpliciter per eandem relationem:& non per habilitatem tranſmutationis de hoc ad illud in
qua aptitudine hoc & illud fundatur ſeu imaginatur relatio:que nil ex parte ſua eſt. ¶ Sed materia p
prie dicta per fundamentum compoſitionũ indiuiduorum aſſumpta:& ingrediens in ipſis non eſt huiuſ
modi:quoniam ſi realiter non eſſet:hoc uel illud non poſſet eſſe principium alicuius cõpoſitionis: nequi
dem appeteret formam tanquam femina uirum:neq; aliuſmodi.quoniam appetere actus eſt:& quicquid
actum habet neceſſarium eſt hoc uel illud : & ſic in hoc modo aſſumpta prima materia eſt ſubſtantia in
actu:non autem pura potentia: ſiue relatio. ¶ Nam quicquid appetit aliquid operatur : ergo ſemper
fundamentaliter exiſtens eſt:ſed relatio ad illud quod acquirere uult non habet eſſe exiſtens extra imagi
nationem:quoniã nondum optatum acquiſiuit.quocirca talis relatio ſimpliciter per opus intellectus ſeu
imaginationis fabricata eſt excogitando de illo quod in futuro erit. ¶ Gratia exempli:quidam homo
diſcedit pariſius & uult ire romam:ſuper illud ire & uelle fundatur quedam relatio aſpiciens romã & ho-
minem euntem ad ipſam.nam roma omnes uolentes ad ipſam uenire conuocat ſiue appetit : & ſic inter
euntes romam & ipſam quaſdam relationes imaginantur.uerumtamen dato quod euntes romam tan-
quam rem optatam ipſam attingant : non propter hoc tanquam in ultimo omnino in ea acquiſitione
acquieſcunt.nam cum rome ſunt continuatim potentia ad futurum tendens urget ad uidendum tẽpla
urbis & alia edificia.& dum per aliquos dies homines qui romam attinxerunt:in hoc manent: de receſſio
ne ad patriam aut alibi intendunt:eo quod ſemper ab intrinſeco eſt in eis potentia continuata ad ope-
rationes futuras tendens:in qua potẽtia ſiue aptitudine omnia que per naturalem curſum uentura ſunt
fundãtur.nam ſi illa potentia ſimpliciter deduceretur ad ultimum actum: uidelicet ubi non tenderet ad
futurum:nulla corruptio:nulla generatio:nulla cõpoſitio:nulla ſemper actio:nulla tranſmutatio:nullus
motus:in futurum daretur.unde omnia que in futuro uentura ſunt in aptitudine in preſenti manente:
ſemper continuata tendendo ad futurum fundantur. ¶ Sub quo ordine etiam celi & angeli materiam
potẽtialem habent:eo quod aliqua in futuro operari poſſunt extra illud quod nunc operantur:aut mul-
tiplicare poſſunt:in illo quod nunc faciunt.unde celum eſt in potentia motus ad motum ubi:aut potius
circularem. ¶ Angeli uero quicquid agunt fere in inſtanti eſt:ſed quia in operibus ſuis aliquod habẽt
principium & finem:aliquid de potentia cõtinent:cum aliquod de futuro operari poſſunt : ſed potentia
nunquam generatur:nunquam corrumpitur:quoniam ſemper continuatim ubicunq; inuenitur durat:
& ſi generaretur.& corrumperetur aliquando ceſſaret uel quieſceret:& ſimul cum ea future operationes
ceſſarent.& quia operationes gradatim euenientes non ceſſant cõcedere oportet:quod hec potentia ad
futurum tendens:ſiue relatio nunquam deducitur ad actum:tanquam ad ultimam quietem. ¶ Deus oĩ
potens uero:quia nil tendit ad futurum:nullam habet aptitudinem potentialem: ſed creature omnes ſic
uel ſic de actu in preſenti manente:& de potentia tendente ad futurum compoſiti ſumus:licet quod ma-
gis & minus de hac potentialitate habemus:ſecũdum maiorem & minorem perfectionem creaturarum.
nam angeli parum de potentia habent:de actu uero multum:elementa enim:animalia:& alia hic inferio
ra compoſita:multum de potentia & parum de actu. ¶ Preterea animaduertendum eſt: quod quanto
magis aliqua res de potentia habet tanto magis deterior atq; generabilis & corruptibilis:& quanto mi-
nus de potentia minus tendens ad generationem & corruptionem quouſq; deuenimus :ubi nulla eſt cor
ruptio:nulla generatio:nulla alteratio:nullus motus : ut in celis nulla datur generatio : neq; corruptio:
ſed motus ad circunferentiam tantum:& in angelis quia magis perfecti:nõ generatio non corruptio nõ
motus proprie dictus ſed omnino aliquid de potentia ad futuras operationes tendens: ſed nullam gene
rationem:nullam tranſmutationem aſpicit. ¶ Et ſic potentia in angelis non uocatur materia: ſed tan
tum potentia prouidens contra neceſſitatem angelorum. ¶ Quoniam cum nullum dependens poteſt
eſſe deus nec quidem omnes operationes ſuas in uno ſolo inſtanti perficere poteſt:licet quedam citius:&
quedam tardius operentur. ¶ Vnde neceſſe fuit quod deus omnipotens prouideret creaturas cum po
tentia tanquam paſſione intrinſeca ad operationes indies accidentes : quod eſt minus malum: quãquã

non possit operari: nisi in uno solo instanti: & illico perire. nam soli deo attinet in uno solo instanti ea q̄ uult operari & semper durare: creature uero per potentiam ad futurum tendentem duramus: & successiue operamur. ¶ Vnde dicendum est: potentiam in quacunq; creatura esse positam: tanquam passionē propriam ad perficiendum ipsam: ueluti risibilitas est tributa hominib9: & quamuis homo non sit per primum homo quam risibilis: uidetur se habere risibilitas in eo tanquam passio propria: non autem essentialiter cum anima. & corpore. Et tamen in primis cōsideramus hominem subiectiue tanquam de anima & corpore constantem: quam ipsum denominemus completum uel perfectum per risibilitatem: & tamen risibilitas per creationem: productionem: uel generationem fabricata occurrit ad cōpositionē hominis: tanquam pars integralis siue unum principium in modo suo: & quod tanquam pars integralis occurrat ad componendum ab intrinseco hominem simul cum anima & corpore: patet: quia sicut homo non est corpus neq; anima sed corporeus & spiritualis seu rationalis: ita non risibilitas nisi risibilis. ¶ Et simili modo de omnibus rebus de actu & potentia compositis: intelligendum est. quoniam ab intrinseco potētiales sunt: & non sunt prius in esse quam sue potentie: quoniam potentia se habet cum actu ad componendum creaturas: ueluti risibilitas ad cōponendum hominem: & quamuis dicamus creatura nō est sua potentia: eo quod per primum cōsideramus: creaturam tanquam subiectum totius postmodum aspiciendum: quomodo sit inuenimus ab intrinseco de actu & potentia constare. Et actum accipimus tanquam fundamentum totius. ¶ Vnde uidetur potentiam esse quoddam adiunctum alicuius necessitatis postquam creature sunt: & sic non in primo modo: sed in secundo imaginamur potentiam tanquam passionem propriam. quoniam causa ornamēti atq; utilitatis: ut uisum est: passiones proprie tribute sunt. nam de cōmuni ordine per prius res fiunt: & postmodum de aliquibus perfectionibus muniūtur: ut contingit in operibus nostris: ueluti dum gladium edificamus: quod per primum ipsum ebetem agimus: & postmodum per acuitatem perficimus: licet quod acuitas tātum sit per apurationem siue attenuationem ipsius gladii: & tamen nō dicimus gladius est acuitas. ¶ Et sic uidetur quod deus per prius ordine intelligat de creandis creaturis: & in secundo gradu de perficiendo ipsas. ¶ Et quia prima materia etiam creatura dei est: per prius est consideranda: tanquam substantia subiectalis: & in secūdo gradu cōpleta per potentiam puram. ¶ Vnde habetur. materia non est sua potentia. ¶ Verumtamen materia prima est potentialis: licet quod materia & potentia non sint idem ueluti homo & risibilitas idem non sunt: sed ueluti homo est risibilis materia est potentialis. ¶ Tamen non est dicendum: ut de cōmuni consuetudine loquendi habetur: materia prima est pura potentia: neq; in pura potentia. quoniam materia prima subiectaliter assumpta substātia est atq; principium occurrens: & ingrediens in omnibus cōponibilibus & separabilibus: sed secūda materia est pura potentia siue relatio ad futuras operationes: ut superius uisum est. ¶ Verūtamen prima materia per fundamentum assumpta causa passionis ipsius etiam fundamentaliter transmutatur dimittendo hanc speciem: & assumendo alteram: tamen non per se inquantum substantia est per primum gradum: sed per potentialitatē adiunctam aspicientem ad uarias formas assumēdas & dimittendas successiue: nunc unam & post aliam. ¶ Et opponēdo quod si prima materia esset in actu: non posset recipere aliquam formam: eo quod habetur de duobus entibus in actu. non fit unum per se in actu: quod aliter intelligendum est: quam absolute hec uerba sonant. quoniā necesse est si aliquod unum de duobus fieri debet: quod illa duo actu existant: ut farina & aqua ad cōponendum panem: sperma animalis & anima ad cōponendum animal: que principia omnia in actu existunt: unde dicendum est de duobus entibus actualiter occurrentibus tanquam forme ambe: non fit unum per se: nec quidem de duobus potentialibus. quoniam oportet quod unum se habeat tanquam forma & alterum tanquam materia: ut unum operetur: & aliud operationes concipiat. sed nō oportet quod patiens se habeat omnino: tanquā potentia prima: quod non sit hoc neq; illud. nam mulier tanquam patiens se habet ad concipiendū filiū & tamen ipsa in actu existente est: atq; unum principium substantiale occurrēs ad generationem ipsam simul cum uiro. ¶ Et ita materia cum forma se habet: quia causa potentialitatis simpliciter passiue occurrit ad recipiendum operationes forme: non intelligas simpliciter in occurrendo ad ipsam compositionem: sed in recipiendo operationes forme absq; aliqua contradictione: ueluti femine faciunt in recipiendo actus masculi in unione generationis. unde nō est dicendum quicquid debet aliquid recipere: oportet quod sit in pura potentia: idest quod non existat. quoniā in pura potentia intelligitur in hoc loco: quod nil cōtradicat agente: nisi quod simpliciter siue patienter recipiat actus per agentē ei appositos. ¶ Et sic dum Aristoteles inquit materia est ex qua cum aliquo fit aliquid: cum insit per se & non per accidens. ¶ Hic de re actu existente dicit: quoniam de pura potentia nil potest fieri per se: neq; simul cum alio. & quia de materia fit aliquid simul cum alio: idest cum forma: sequitur quod materia est fundamētaliter substantia atq; in actu: eo magis quod dicit cum insit per se & non per accidens: & quicquid per se est: necessario in actu existente est. ¶ Et dum Aristoteles dicit materia secundum se est tantum ens in potentia. Hic materia assumitur per relationem ad formam non autem per substantiam aut per primum subiectū: & inquantum materia est relatiua ad formam & occurrens simul cum ipsa ad cōponendum: unum indiuiduum per se: materia se habet simpliciter passiue: & forma actiue: sed ante unionem & post unionem ali-

ter intelligendum est. nam postquam forma & materia unite sunt: sine unum indiuiduum faciunt: non so lum ibi forma operatur sed materia & forma simul. ¶ Sub quo ordine ubicunque due res occurrunt ad aliquam productionem tanquam ad tertiam: illud quod perfectius operatur se habet loco forme: & quod deterius in loco materie. ¶ Vnde posito quod angelus uel rationalis anima possit simul cum sensitiua agere unum totum per se: anima intellectiua se haberet sicut forma & sensitiua ut materia: & in uno toto per se de anima sensitiua & uegetatiua: cōpositio sensitiua esset forma & uegetatiua materia. Et si de celo & elemento igneo fieret unum totum per se: celum se haberet loco forme: elementum igneum uero in lo co materie: & de elemento igneo & de elemento aereo unum totum per se constans: ignis esset forma & aer materia. Et sic discurrendo per alia: quicquid perfectius forma: & id quod imperfectius materia: dum ad componēdum unum totum per se simul occurrunt. unde non est tantum diminuenda prima materia ut a pluribus fit: quoniam ipsa in actu existente est: quamuis simul cum forma tantūmodo passiue occur rat: idest nil contradicendo actibus forme imo recipiendo ipsos occurrit. ¶ Et sic materia prima non tantum a forma & ab aliis entibus per posterius distinguitur: idest per simplicem potentiam: penitus ad futuras transmutationes tendentem sed etiam per primum distinguitur: uidelicet: per materialitatē & for malitatem. quoniam formalitas & materialitas per primum aut superius: quam dari possit distinguuntur. ¶ Et sic diffiniendo possumus ponere: materia prima proprie dicta est primum subiectum simpliciter ap petens continuas transmutationes de specie in speciem. ¶ Et diximus materia proprie dicta: eo quod materia celi causa quod non corrumpitur: neque generatur: nec quidem transit de specie in speciem: non omnino proprie materia: sed potius substantia uel subiectum. quoniam potentia sua idest passio propria non tendit ad transmutationes ipsius substantie per generationes & corruptiones: sed ad motum circu larem tantum: ita quod dum de materia prima potentiali dicimus: per materiam elementorum intelligi mus: & quāuis materia non sit sua potentia: idest relatio ad futurū ueluti homo non sit sua propria passio uidelicet risibilitas potest diffiniri materia prima cum sua potentia: sicut homo cum sua risibilitate. quo niam uerum est dicēdo homo est risibilis: & risibilis est homo: & similiter materia prima proprie dicta est potentialis: & potentialis proprie dicta est prima materia.

¶ Quonam pacto ponentes primam materiam in omnibus rebus: uidentur cum opinione parmenidis & melissi coincidere: asserentes unum tantum esse ens: & quod opinio illa sub intentione generationis & corruptionis saluari potest. ¶ Quod de ente non fit idem ens: sed aliud idest transmutatum in alteram speciem. ¶ Quod non de ente seu materia media inter esse & non esse generationes fiunt: sed de mate ria pparata aliqualiter in actu ocurrente in modo passiuo. Et qualiter materia prima non sit generabilis & corruptibilis: & qua de causa nūquam aliqua materia generabilis & corruptibilis absque hac uel illa for ma datur. Et quod priuatio non dicat principium: & si unū subiectū uel duo in generationibus dentur. Et cur nulla forma substātialis in aduentu alterius pōt derumpi subiecto suo pmanēte. Cap. xxii.

¶ Iam superius multa de prima materia secundum uarias opiniones etiam penes nostram dicta sunt: uerumtamen quia tum ab antiquis: & tum a modernis multa atque diuersa agendo de prima materia tan guntur etiam nos in longum tendemus: sub intentione tamen declarandi si possimus aliquantulum alia nonnulla que obscura sunt. ¶ Et in principio aliquas scribemus lineas in defensione quorundam anti quorum: ut de Melisso & parmenide: qui per dicta Aristotelis unum tātum ponebant esse ens & ipsum in generabile & incorruptibile: ita arguendo: de nihilo nihil fit: & quod nullum generat seipsum: est unum tantum ens: ergo si ipsum ens generat: ens seipsum generat: quod a natura repugnat: igitur unum tātū ens: contra quod fundamentum Aristoteles post multa dicit & tamen concedit quod simpliciter de non ente non generatur ens: neque de ente in actu nisi tantummodo de ente medio inter esse & non esse: uide licet de ente in pura potentia. ¶ Sed hic fortassis plura atque clariora contra fundamentum Aristotelis adducere quimus: quam ipse adduxit contra melissum: & parmenidem. nam Aristoteles dato quod bene dixisset: non aperuit sufficienter: quomodo plura entia sint in hoc loco tantum. quoniam hic de prima materia agit: & secundum ipsum prima materia neque generat neque generatur: sed est fundamentū oīum generationum & corruptionum: & tamen ipsamet materia transit per generationes & corruptiones de specie in speciem obseruato semper principio suo absque aliqua augmētatione uel diminutione materie. sed natura illa obseruata tanquam fundamentum quādoque assumit unam speciem: & quandoque aliam: dis soluta una assumit aliam. sed de mente Aristotelis non est diuersa materia manēs in specie hominis quā in specie lapidis: nequidem aliud ens sed alia & alia species. ¶ Vnde de mēte Aristotelis uerificatur sen tentia melisi & parmenidis: quoniam materia non generat materiam: neque ens ens: sed species uel indiui dua generant: que etiam entia atque materie sunt. & dato quod alie & alie materie: atque alia & alia entia denominentur: non propter hoc fundamentale intelligendum est: nisi per trāsmutationē per uarias spe cies decurrendo: sed ex hoc nil contra ponentes unum tantum ens esse sequitur: quoniam ipsi de funda

mento loquebantur : & Aristoteles similiter ponit unam tantum materiam circa fundamentum generabilium & corruptibilium. ¶Et etiam uniuersaliste in temporibus nostris unum tantum ens uniuersalissimum dicunt predicari de omnibus rebus uniuoce:tam de corporeis quam de incorporeis:de intentionalibus ueluti de realibus & tale ens uniuersalissimum si datur ingenerabile & incorruptibile est : atq; infinitum si oia habet sub se. ¶Et dum Aristoteles asserit:quod ens non fit de ente in actu: nisi de ente medio inter esse & non esse hic nil probat:quoniam inter esse & nõ esse nullum datur medium:sed datur medium inter esse perfectum & esse imperfectum:& hec est uera:ens non generat ens:uidelicet simpliciter nouum:quod nunquam aliqualiter sic nec sic aliter fuit:sed generat ens imperfectum in ens perfectum: non quod fundamentaliter ipsum generat simpliciter ex nouo:sed quo ad speciem generat ipsum in modo prebendi ei perfectionem:& in hoc modo de uno ente fit alterum ens:non alterum secundum primã originem:sed alterum secundum uarias species:nequidem de ente simpliciter medio inter esse & non esse aliquid generatur:imo de esse existente imperfecto. ¶Et quod ita sit probatur : omnis corruptio aspicit aliquam generationem : & omnis generatio in his de quibus nunc tractamus tendit ad corruptionem:generatio aut res generata est actus existẽs:& habet per suum finem corruptionem:aut melius rem corruptam:ergo oportet ipsum principium conformari in esse existente cum suo producto siue cõsequẽte : licet quod res corrupta sit minus perfecta : quam res que in consequendo ab ipsa generatur:ut palam sensibus patet.quoniam uidemus de carne putrefacta uermes generari:& de spermate embrionem: & de uno grano tritici frugem:siue spicam:& de gropusculis in sumitatibus ramorum generari fructus: & tamen sperma:granus corruptus:caro putrefacta: & gropusculus in ramis actu existens manent : sed non in actu perfecto:ueluti sunt species in quibus post illam existentiam seu mansionem transeunt:uidemus de lignis per combustionem generari flãmam ignis cinerem simul cum dissolutione ipsius ligni: & tamen lignum semper manet in existenti actu:usquequo totaliter transit in ignem & cinerem: postmodum non est amplius lignum:quoniam tota illa materia manens per primum in ligno:transit in alias species:& hoc palam sensibus patet:quod ignis & alia similia generabilia & corruptibilia apud nos manentia non generantur de ente in pura potentia:sine aliqua existentia:nisi de ente imperfecto manente sub alia specie diuersa ab illa in qua in posterum generatur. ¶Et etiam secundum exemplum per Aristotelem positum:scilicet:de plumbo siue de ere & figuris ab ipso factis:asserẽdo: quod ita materia se habet ad omnia cõponibilia ueluti plumbum ad diuersas figuras de ipso factas.plumbum siquidem de quo uarie figure fiunt in actu existens est:licet sub alia figura a pluribus particularibus figuris ab ipso assumptis: & etiam hoc per antiquos facit.quoniam si prima materia se habet ad hec composita:sicut es ad statuas: unum tantũ ens est ad generabilia & corruptibilia : & tñ ipsum ingenerabile & incoruptibile. ¶Sed quod forsitan hii antiqui assumebant unum ens tantum per omnia que sunt:ut deum:& creaturas quod insufficienter positum. ¶Sed prosequendo dicemus : quod penes hoc exemplum Aristotelis de ere ad statuas:non infert ꝙ generationes deducantur de esse in pura potentia:uel sine aliquo actu:nisi de ente minus perfecto ad magis perfectum : & etiam per similem uiam ipse ponit somnium esse medium inter uitam & mortem:uidelicet quod dum res dormiunt.neq; sunt proprie uiue neq; mortue:nisi medium inter hoc & illud quo ad ueritatem.quicquid dormit uiuum est:quamuis non ita perfecte operetur : ueluti dum uigilat:sed tamen omnino uiuit:sed quia in perfectione aliquid declinat: uidetur sub aliqua similitudine ad mortem tendere:& sic res corrupte causa imperfectionis uidentur tendere ad non esse: sed quia nulla res potest anihilari uel ad non esse attingere cum non esse nullum habeat terminum: non est dicendum:quod prima materia de qua res genite sunt:sit medium inter esse & non esse: nisi medium inter esse tale & aliusmodi : uidelicet de esse in hac specie : & postmodum in altera diuersa. ¶Licet q̃r considerando de re que in futuro generatura est sane potest dici pro hoc nunc:nil esse.materia est aliquid atque apta producta ad transeũdum in aliquod particulare:quod nondum est:sub tali imaginatione. materia est medium:inter esse & non esse:non quod ipsa non sit actualiter in hoc instanti: dicitur tamen medium per quod fit aliquid quod nondum est: non quod aliqua res simpliciter fiat : nisi quia adueniente aliqua corruptione & generatione : ipsamet materia absq; admissione sui primi substantialis fundamenti transit in aliam speciem:que nunc non est.sub qua consideratione potest dici : materia est medium inter esse & non esse:idest medium quo fiant multa que non sunt. ¶Et ita primo phisicoꝝ Aristoteles ait:materia est ex quo cum aliquo fit aliquid:quum insit per se : & non per accidens.Vnde de se non dicit minus quam esse immo principium positiuum:per quod simul cum forma fit aliquid quod nõdum est. ¶Vlterius uidendum est utrum sit prius generatio uel corruptio:non corruptio : ergo generatio.& probat̃ ita dicendo:prius est esse quam non esse:nunquam fuit non esse neq; erit:esse fuit semper:est semper:erit semper:igitur prius est esse quam non esse.nunquam est prius imperfectum: quam perfectum : generatio est perfectio:& corruptio imperfectio:ergo prius est generatio quam corruptio:prius est actus quam potentia:cum actus dicat de presenti.potẽtia uero ad futurũ & ante est p̃sens quã futuꝝ:unde necesse est:quod primum esse rerum:sit per aliquod perfectum per creationem & generationem:nõ autem per corruptionem quoniã corruptio de perfecto ad imperfectum tendit:& principiuñ essendi rerum perfectionẽ dicit

unde patet res in primo modo essendi sui nõ habere esse per corruptionem & si mundus est eternus etiã
oportet: quod per prius sit alicuius prioritatis esse fundamentaliter perfectum quam imperfectum: nam
cõtingenter est: quod res iperfecte sint: & sic parum sub figura corrupta uel specie imperfecta manent: &
in speciebus ꝑfectis uero multũ. in quibus experientiis cõcedẽdum est: oẽs res per primũ esse perfectas: &
postmodũ nõnullas aliquando imperfectas: sub quo naturali ordine ãnuendum est primã materiã funda
mẽtaliter esse substantiã atq; perfectã: sed postmodũ cã multiplicationis ꝑticulariũ: materia ipsa hẽt aditũ
etiã potẽtialitatẽ ad trãseũdum de specie ad speciẽ: dimittẽdo istam & assumẽdo aliã semp suo ꝓprimo fun
damẽto substãtiali obseruato. ¶ Preterea nõ est inferendũ: qd materia gñabilis & corruptibilis sit pria
materia in tota natura: qm̃ de ordine situationis atq; ꝑfectionis materia celi est prior materia elemẽtoꝝ:
& ipsa materia celi ingenerabilis & incorruptibilis est atq; semp i actu ꝑfecto secũdũ cõpositã rẽ: ita qd
dũ dicit materia pria est in pura potẽtia: de materia elemẽtoꝝ tm̃mõ capiẽdũ est: sed nõ in pura potẽtia
de ꝑsenti assumẽdo nisi in imaginatione de futuris trãsmutationib9. & qa materia elemẽtoꝝ hẽt potẽtiã
dimittẽdi formas quas nunc habet: & indies acquirẽdi alias diuersas: hec aspiciẽtia siue relatio ad ipsas fu
turas formas, materia elemẽtoꝝ potẽtialis denominat: idest nõ ꝑfecta i uno solo statu uel figura semp ma
nens. ¶ Que uarietas solet denoiari analogia ad formã: uidelicet aspiciẽtia: siue ordo dimittẽdo hanc
speciẽ siue figurã & trãseũdo i alterã diuersam: unde habet ab Aristotele: corruptio siue trãsmutatio fecit
nos scire materiã & actus formã: sed in celo qd nũquã uidemus trãsmutationẽ de specie i speciẽ: sub hoc
ordine trãsmutatiõis nõ possumus scire: in celo materiã esse: & cõcesso qd sit: negandũ est i pura potẽtia
esse siue ad generationẽ & corruptionẽ aptam ita qd dum primã materiã i pura potẽtia denominat: de
materia elemẽtoꝝ tm̃ capiendũ. ¶ Et aiaduertẽdũ est. qd nõ tota materia elemẽtoꝝ est i pura potẽtia
ad formã ꝓpinq; assumẽdo: hec materia lapis marmorea nõ est in potẽtia ꝓpinqua ad recipiẽdũ oẽs for
mas: imo longissima. nã si i pura potẽtia ad oẽs formas capiẽdas ita aia rationalis aut sensualis ifunderet
in colũna marmorea ueluti in embrione ꝑ masculũ & feminã generatũ: neq; materia istius hois est in po
tẽtia ꝓpinqua ad trãseũdũ in aliũ hoiem: neqdẽ in aliã speciẽ quousq; speciẽ hois dimittit. ¶ Et in hoc
loco tm̃mõ stat disputatio an iter solutionẽ forme unius speciei & infusionẽ forme alterius: det aliqd me
diũ aut i istanti idiuisibili una forma recedat & alia ifundat. nã si aliq dat morula postq̃ forma unius spe
ciei totaliter destructa est: & aduẽtũ forme alteri9 speciei i illo spatio materia est: i pura potẽtia: uidelicet:
nõ ꝓprie de hac specie neq; de illa: nisi materia tm̃: & q̃ de similib9 fiunt ultimatis dissolutis potest dici de
pura materia nullã habente formã specificã generari: sed de materia tm̃. Sed qa hec ultimata potentialis
materia nõ est oino eqlis in eo tũc ad oẽs formas recipiẽdas: ibi est cõcedẽda aliq dispositio se habẽs tan
quã forma illius materie. nã aliter ita in grano tritici ultimate putrefacto dimissa illa specie grani infun
deret forma sensitiua: ueluti uegetatiua: & i ultimatione dirruptiõis spermatis hois igrederet forma equi:
ueluti hois sed qd nõ fit: ãnuere oportet semp in qcũq; materia: quãuis ultimate denudata quousq; denu
dari põt eẽt aliq ꝑticularis affectio trãseũdi ad speciẽ ei appropriatã. nam circa reuersionem ad massam
primã elemẽtoꝝ: unaqueq; ꝑticularis materia reuertit de facili. nam sperma hois & de quocũq; alio aialis
si non trãsit in generationẽ alterius aialis illius speciei: de qua sperma assumptũ est: de facili dirrumpitur
& ad massam elemẽtoꝝ reuertit: aut post putrefactionẽ sui aliquid aliud de illa materia generari potest:
ut herba uel uermis. ¶ Et ultra affectionẽ particularẽ ꝓpinquã assumptam: unaqueq; materia de qua
aliquid generat: hẽt saltẽ formã corporeã: atq; tot gradus de calido: tot de humido: tot de frigido: & tot
de sicco: nam aliter nullatenus. forma specifica in materia illa igrederet: & calidũ humidũ & similia i mo
do suo forme sunt: licet nimiũ generales nõ autẽ proprie specifice. ¶ Sed quomodocũq; fit: unaqueq;
materia quãto prima cõsiderari potest: de qua aliqua generatio fit: in hoc puncto est potius ab oi forma
denudata: quã in aliquo alio ubi: seu gradu. ¶ Et etiam in hoc loco superioribus uiis forsitan facilius
quam alibi uideri põt: an priuatio sit principiũ per accidens aut aliusmodi. ¶ Ita dicendo argumentũ
ponentium priuationem per tertium principium: occurrens per generationes & corruptiones consistit
in carentia de aliquo debito a natura competenti. uideamus nunc paulatim: quonã pacto hoc assumptũ
intelligatur? nam dicendo: priuatio est carentia forme quam non habet: respõdendũ est: quod columna
marmorea caret forma rationali: & tamen illa carentia non est pricipium: quod anima rationalis aut sen
sitiua in colũna marmorea infundat. unde patet non propter carentiam absolute assumptam forma spe
cifica ingreditur in materia: nisi per aliquod aliud particulare ut per ponentes priuationẽ tanquã princi
pium cõceditur. ¶ Cum dicãt: nõ quecũq; materia est priuata a quacũq; forma: nisi talis determinata
materia est priuata de tali determinata forma. unde iam in hoc loco palam affirmant materiã de qua ge
neratio fit in actu esse: quoniã particularẽ denominant ipsam: atq; talem ꝑticularẽ formã determinatam
aspicientem: unde ꝓculdubio seipsos contradicunt dum materiã uniuersalem in pura potentia non hoc
nõ illud: sed puram potentiã dũtaxat imaginãtur. ¶ Vlterius quod priuatio principiũ non sit: adhuc
potius declarat. nam priuatio cum non sit ens: non cognoscit magis hoc quam illud sed tantum carere
potest cognosci: & quia nõ solum materia occurrens ad generationẽ cognoscit se carere ꝑfectione: imo
ulterius cognoscit differẽtiam inter formam & formam: & petit unam talem determinatam abhorrendo

omnes alias:per illud tunc talis discretio non attinet priuationi: nisi alicui proprietati positiue existenti in materia siue spermate illo. ¶Neqꝫ est dicendum:ut alibi a nobis probatur:quod sperma hominis sit priuata res de anima rationali:quoniam nundum attingit terminos assumendi animam ipsam:quousqꝫ terminus euenit:nulla res uocatur priuata usqꝫ ad tempus habēdi illud quod a natura habituri eramus: transit tempus:& portionem nostram non habemus:tunc priuati denominamur.nam canis non denominatur priuatus uisu usqꝫ ad nouem dies : sed post nouem dum in eo termino non uideret : uocaretur cecus. ¶Et aduertas quod priuatum proprie assumptum irremediabile est:ut patet : quia dum aliquis est priuatus uisu aut aliquo principali membro:priuatus uita: aut de similibus que priuationes naturales sunt.nunquam amplius per naturalem cursum remediari possunt. sperma hominis potest remediari de anima intellectiua:ergo non erat priuata ab anima ipsa priuatione naturali dicta. ¶Preterea respōdendo ad dissolutionem aut separationem unius forme specifice:& introductione alterius sub paucis est dicēdum:quod hec questio cum questione de incipit & desinit coincidit:nam incipit & desinit nō de una sola re:sed de duabus intelligitur:& sic in tot gradibus:quos una deperdit altera in eodē modo acquirit: ut si de albo fit nigrum:& in transmutatione deperditur per tres gradus de albedine:similiter tres in nigro transmutantur:non in modo contiguo:sed imo continuo:licet prioritates & posterioritates nature ibi cōsideremus:& sic dum res que corrumpitur in aliqua parte est liberata per corruptionē a specie in qua prius manebat:in eodem instanti ea pars liberata cōtinuatim transit in alteram nouam speciem: & similiter transeundo nouam acquirit continuatim diuersam formam secundum distinctionem membrorum.nam si cor animalis in primis perficitur:hoc est transit per primum in specie animalis:dicendum est: quod in eo tunc in solo corde ingreditur tota anima sensitiua.nā non repugnat anime in uno solo mēbro atqꝫ paruo manere potius quam in pluribus:& magnis: cum homo causa indiuiduationis tanquam punctus se habet indiuisibilis:quoniam non potest homo in duobus hominibus diuidi.unde anima non aspicit paruitudinem aut magnitudinē membrorū animalis : sed unitatem indiuiduationis aspicit : cum uero omnia membra hominis.per sensitiuam animata sunt:in eo instanti continuatim anima rationalis ibi infunditur. ¶Preterea de subiecto generationis & corruptionis in hoc loco uidēdum est:& utrum unum subiectum tantum uel duo debeant dici:& si unum tantum:quonam pacto intelligendū sit:& similiter si duo:& per primū:ut facilius ea que diximus agnoscant:aliquod exemplum de artificialibus adducemus:ueluti de edificatione domus aut ensis.quoniā si domum edificamus:oportet per primum aliquod solum accomodatū inuenire:super quo domus edificetur.& si ensis est edificādus:oportet aliquam officinā uel focū:ubi ensis:ut materia de qua ensis fit unam speciem assumat:& aliam dimittat:& in hoc modo officina & solum denominari possunt subiectum in quo generationes ensis & domus fiunt. ¶Et ultra hoc per ipsam materiam ingredientē in domo:uel in ense aliud subiectum dicimus:ut ferrum in ense per subiectum ipsius ensis:& lapides:calx:& ligna subiectum in domo. ¶Et ferrum equidē prius quam ad speciem ensis deducat:aliquam habet formā:ut ferream:sed reductum ad ensem cuspis acuties est forma particularis ipsius ensis. ¶Et pari modo in lapidibus & lignis sunt forme lapidum & lignorū:sed postmodū figura ipsius domus est ultimata forma eius. ¶Et ita in naturalibus generationib9 & corruptionibus per similem uiam aut parum differentem in ordine intelligas fit:qm̄ si aliquid debet putrefieri aut generari:oportet in primis ipsum in aliquo loco accomodato locari:ut grana in terra in debita proportione humida:calida:frigida:& sicca:& quod terra appropriata ad semē illud sit & sperma animaliū: matrices feminarū ipsorum animaliū petit tanquam subiectum:in quo purificari potest dimittendo speciem spermatis & transeūdo in speciem animalis. ¶Sed etiam sperma ipsum se habet tanquā subiectum cū ꝓprietatibus suis:ut corporeitate:calido:& humido:& etiam subiecto in quo putrefatio:& generatio:laborant:licet omnia hec in matrice femine fundentur:atqꝫ cōseruentur. ¶Vnde in duobus modis subiectum materiale assumi potest:unum per subiectū locans:atqꝫ conseruans:id quod generatur alterum siquidem per materialia dissoluentia de una specie & ingredientia in altera.uerūtamen hoc & illud quomodocūqꝫ subiectū assumatur aliqua ibi datur forma: licet specifica non sit. ¶Nam illud quod est subiectum in naturali philosophia occurrit tanquā subiectum ad generationes & corruptiones : Et cum in naturali philosophia corpus mobile aut potius materia & forma simul operantes cū ꝓprietatibus in ea unione oportunis sunt subiectū generationis & corruptionis: & etiam quamuis celi in generationib9 & corruptionibus hic inferius actis non ingrediantur:cum radiis suis interueniunt:tum ad iuuandū:& tum ad impediendum occurrunt:unde dicendum est:subiectum generationis & corruptionis esse formam & materiam simul unite cum proprietatibus suis & sic primā materiam que est subiectum generationis & corruptionis dicemus esse substantiam:quantam & qualem:quantam quia non paruulam tanquam punctus:ut athomi:& qualis quia aptitudinalis per passionem propriam ad respiciendum formam: & concipiendum ipsam:prius quam materia ad generationes specificas descendat:ut ad generationem lapidis: arboris:equi:& hominis:quia habet humiditatem:caliditatem:frigiditatem:& siccitatem:leuitatem:grauitatem:debitam densitatem:raritatem:longitudinem:latitudinem:profunditatem: & tunc est materia prima accedens ad particulares generationes & corruptiones.Et hoc uidetur de prima materia dicendum

est:aut per similem uiam.uerumtamen si alii subtilius intelligunt:intentiones suas cum aliqua experientia ostendāt. ¶Nam logice arguere:& plura argumenta inuenire:facile est ea que dicimus monstrare: tradere uero difficillimum.

¶Quonam pacto prima materia non sit coniuncta priuationi : tanquam cum principio: nec ipsa priuatio principium esse potest ; & quod materia appetit formam causa quod perfectibilis est:non autem quia priuata. Cap.xxiii.

¶Iam superius de prima materia assumpta fundamentaliter:in eo quod substantia est:etiam de respectiua ad actus futuros denominata:in pura potentia multa dicta sunt: uerumtamen causa quod de priuatione plurimi plurima dicant:decertando utrum priuatio potest esse principium philosophie:aut alterius facultatis.unde plures antiqui dixerunt:ut parmenides:mellisus:& plato:quod priuatio cum de se nihil reale dicat:preter terminum:idest priuationem:Aristoteles uero & sequaces eius omnino uolūt:quod priuatio sit principium non per se:sed per accidens.unde in hoc primo:uidelicet:quod priuatio de se nihil sit omnes cōueniunt:sed in altero gradu inferiori disconueniunt quia Aristoteles dicit: priuationem esse principium:& alii antiqui negant semper illa intētione obseruata:quod priuatio nihil dicat:& quod de nihilo nihil fit:quod fundamentum est conforme opinioni Aristotelis:& cum hic concedit per primū quod priuatio de se nihil est:& postmodum asserit:quod per accidens est aliquid:idest principium cōiunctum materie palam confitetur per accidens aliquid de nihilo fieri:quod est contra positionem suam dicendo de nihilo nihil fit:& quod ponat ipsam priuationem tanquam realem:patet : quia dicit materiam esse coniunctā priuationi:& cum illo quod non est nulla res coniungi potest:& insuper denominat principium priuationem simul cum materia. ¶Vlterius Aristoteles redarguit antiquos proponēdo: quod ipsi non sufficerunt ad cognoscēdum:qualiter priuatio potest esse principium aliqualiter a prima materia distinctum:immo idem simpliciter cum prima materia:non per se sed idem numero:& quicquid idem numero cum alio est idem essentialiter cum illo: licet in nomine per denominationes sinonimas differre uideantur:sed quod in re idem est priuatio & materia prima:assumendo per priuationē in ipsa materia: Aristoteles cōcedit atq; sequaces eius:quod materia prima & priuatio sint idem numero subiectiue:tamē inter se diuise ita exemplando:albedo & dulcedo sunt idem numero in lacte subiectiue: & tamen albedo & dulcedo differunt formaliter:quia aliud & aliud sunt:& ita materia prima & priuatio sunt idē numero subiectiue & inter se differunt. ¶Sed nos per defensionem aliquorum in primis ita petimus: subiectū in quo materia prima & priuatio sunt idem numero:ueluti:albedo & dulcedo in lacte.quoniam lac se habet in loco subiecti albedini & dulcedini : sed prima materia & priuatio nullum habent subiectū tanquā uniuersale:in quo materia & priuatio subiectentur:& sunt idem numero:unde non stat exemplum de albedine & dulcedine in lacte. ¶Amplius materia prima de qua hic loquuntur.imaginatur in pura potentia:& id quod in pura potentia simplicissimum est:& priuatio simplicissima:lac uero compositum : patet non tenere similitudinem de albedine & dulcedine in lacte ad primam materiam & priuationem:quoniam hoc simplex & illud compositum. ¶In qua simplicitate materie nimium constringi possunt Aristotelici.quoniam de opinione ipsius Aristotelis principia que omnino simplicia sunt: totaliter sciuntur aut totaliter ignorantur:eo quod non habent aliquod per quod sciantur:& aliquid aliud per quod ignorentur:eo quod tantum sunt hoc quod non hoc & illud simul:prima materia potentialis assumpta secundum omnes loquentes ab antiquo de ipsa est purissima simplex ; & adeo simplex quod dicunt simpliciorem esse quam ens in actu.nunc sic:hoc posito & concesso per Aristotelicos:quod materia prima potentialis est simplex:& alibi qđ simplicia nō hñt aliqd:p qđ sciant:& aliqd p qđ ignorent ꝓpositū hēmus ad similitudinē de prima materia:& de priuatiōe ipsius quoniā per ponentes ipsas simplicissime sunt & conueniunt:in aliquo uidelicet in numero.unde nullatenus in aliquo alio disconuenire possunt: cum simplicia non habeant aliquid per quod conuenire queant : & aliquid per quod disconueniant.unde totaliter disconueniunt:aut totaliter conueniunt. ¶Sub qua opinione habetur: equinitas tantū est equinitas: non hoc & illud simul sed hoc tantum materia prima aut priuatio sunt idem in numero:& causa simplicitatis habent tantū unam considerationem non autem plures conueniunt:in cōsideratione illa siue proprietate:igitur in nulla alia disconuenire possunt. ¶Preterea dum Aristoteles uult probare cōtra platonem:quod priuatio sit aliud ab ipsa materia prima:asserit quod materia prima ingreditur in compositionem simul cum forma:priuatio uero non & ingrediens in compositionē & non ingrediens in compositionem non possunt idem esse:materia prima & priuatio se habent huiusmodi:concedere igit̄ oportet:non esse idem. ¶Et quod idem non sint facile ab omnibus concedi potest:quoniam esse & non esse nusquam idem esse queunt:materia prima est in re & priuatio nihil constat idem nō esse. ¶Sed quod priuatio principium sit negatur:quoniam id quod non est nō potest esse principium:non medium:non finis:Et ad propositionem dicentem:quod materia ingreditur in composito;& priuatio uero non:respō

detur:deficere in hoc loco hanc opinionem:quoniam prima materia aſſumpta per generabilem & corru
ptibilem ſemper eſt ubicunq; inuenitur priuata a formis futuris : & cum anxietate recipiendi ipſas.nam
materia que nunc eſt in me & in te eſt in pura potentia ad dimittendum hanc ſpeciem : & ad tranſeun-
dum in alias & alias ſpecies recipiendo uarias formas : & nunquam hec cupiditas materie ſatiari poteſt.
nam ſemper ſibi uidetur in carentia eſſe aſpiciendo formas in futuro euenientes.unde fit: quod ſi mate-
ria ingreditur in compoſito:etiam priuatio:quam tu denominas principium coniunctum materie.nam
materia non ſatiatur in acquirendo iſtam formam uel illam : quoniam ſemper in continuo actu abſque
ſciſione de omnibus formis futuris conſiderat:atq; ipſas appetit:& non potius unam quam aliam ſaltem
a longe.unde non eſt dicendum:materia prima priuſquam acquiſiuiſſet formam hominis erat priuata:&
poſt acquiſitionem non eſt priuata.quoniam materia de ſe nuſlibi eſt priuata de omni forma ſed de for-
mis futuris tantum priuata dicitur:eo quod ipſas nondum habet:& cum formam hominis acquirit etiam
eſt priuata de formis euenientibus per tranſmutationem de ſpecie in ſpeciem . quoniam hec eſt propria
natura materie generabilis & corruptibilis:nunquam de aſſumendis & dimittendis uarias formas facia-
ri:& cum a natura hoc habeat ubicunque inuenitur talis eſt :quocirea ſi alicui priuata : hic illic & ubique
priuata etiam:quoniam non per illud quod habet:ſed per id quod in futuro habere poteſt:aut cupit ha-
bere. ¶Priuata nuncupatur.quoniam anxietas ſua per quam indigens uidetur: tantum per aſpicien-
tia ad uarias formas in futuro euenientes aſſumitur. ¶Vnde recte exemplauit Ariſtoteles : dum dicit:
materia appetit formam:ſicut femina uirum:& turpe bonum. ¶In quibus uerbis duas ſimilitudines po
nit dicēdo:turpe appetit bonum: hoc a natura datur:cum omne imperfectum ab intrinſeco appetit per
fici.nam unuſquiſq; noſtrum uellet eſſe primus homo mundi:& alia multa ſibi uendicare que hominib9
non dantur:& cum materia prima ſit imperfecta:& uidet formam perfectam eē:appetit per unionem ab
ea perfici. ¶Et ponendo:materia appetit formam ſicut femina uirum: in hac propoſitione ut mihi ui-
detur ſub tacito modo in blaſſemia mulierum locutus eſt:& confirmatur : quia etiam in aliis locis blaſſe-
mias contra mulieres adducebat:ſed ſimilitudo hic adducta taliter diſponenda eſt : de opinione multo-
rum hominum mulieres ſemper conſiderant:de uariis uiris aſſumēdis omnes uolunt:tamen hodie unum:
& cras alium:& in eo inſtanti quod unum habent:de dimittendo illum: & aſſumendo alterum ſemper cō
ſiderant:omnes uolunt:& de nullo omnino ſatiantur.& quia prima materia ita ī dimittendis & aſſumendis
uariis formis ſe habet: anxietas eius ad anxietatem mulierum comparanda eſt : tamen quod mulieres ita
ſe habeant ego non credo : ſed ab aliquibus hominibus dicitur forſitan a malicia cōmoti contra mulie
res:quoniam etiam homines in appetendo & abhorrendo omnes mulieres ita ſe habent. ¶Verumta-
men contra materiam primam non eſt tenendum : quod malicioſe ſemper nouas formas appetat : & cū
habet:uellet ipſas dimittere:ſed quia natura ab itrinſeco ea que meliora ſunt agit:& melius eſt quod plu
ra particularia in mundo naſcantur: quam pauca & plura eſſe nequeunt.ſi nulla materia generabilis &
corruptibilis daretur:ſemper nouas formas appetendo:in qua proprietate poteſt uerificari:omnia noua
placent:nihilominus nō eſt tenendum:quod materia de ſe hoc faciat:niſi quod talem ordinem aſſumpſit
a deo omnipotenti:in quo compellitur ad continuum curſum per uarias ſpecies tranſeundo.nam uoluti
celum ab intrinſeca natura ad continuum motum in circūferentia compulſus eſt:ita materia elemento-
rum : ad continuum fluxum generationis & corruptionis nata eſt . uerumtamen cum quacunq; forma
cum qua unitur:quo ad uires manet.ſed quia ab intriſeco materia ipſa fluxibilis eſt:adeo indies declinat:
quod non poteſt diu ſub una forma durare : preſertim dum materia ipſa nimiſum ab origine ſua prolon
gatur:ueluti tranſeūdo in corpora animalium. nam lapides & mineralia:quia cauſa maxime duriciei ſiue
reſtrictionis carent organis atq; poris:nimium obſeruant ſpecies ſuas.unde in quoquomodo uidetur ma
teria in ſimilibus ingenerabilis : & incorruptibilis : & tamen de eadem materia generabili & corruptibili
ſunt lapides:plante:& corpora animalium:ſed cauſa uarietatum compoſitorum in una ſpecie corporum
demoratur diu prima materia ſub una forma:in altera uero parum.unde aſpiciendo materiam primam
in lapidibus uidetur caſta:& in animalibus laſciuioſa:cū ibi continue uarias formas petat. ¶Et aduer-
tas:quia dum dicitur materia prima eſt generabilis & corruptibilis appetit formam ſicut femina uirum &
turpe bonum:de ipſamet ſubſtantia materiali fundamentaliter aſſumpta intelligendum eſt.appetitus ue-
ro ſub uarietate aſſumptus tāquam relatio ſemper ad futuras formas aſpiciens denominatur materia in
pura potentia:conſiderando de illo quod in futuro erit. ¶Et cum tali materia in pura potentia exem
plum de feminis & maſculis circa anxietatem eorum aſſumptum conformatur : & exemplum de turpi ad
bonum cum materia fundamentaliter aſſumpta.nam a natura datum eſt:uelle ſi poſſumus ad perfectio-
nem aſcendere:tamen nullum indiuiduum ab indiuiduatione ſua dirrumpi cupit ut in alteram tranſiret:
ſed perficere uellet indiuiduationem in qua manet:& ſic materia prima cognoſcit ſe imperfectam eſſe:&
quod per unionem cum forma perfici poteſt:ſaltem aliquando potiuſquam de ſeipſa eſt:appetit formam
tanquam bonum:ut cum ea perfici poſſit.ſed non eſt dicēdum: quod materia appetat tranſire in formā:
cum a natura innatum ſit uelle unamquamq; rem naturam ſuam obſeruare:tamen ipſam perficere : in-
quantum poteſt ſub quo ordine uideri poteſt:qualiter lucifer uoluit ſe in deum tranſmutari:ſpecio in ſpe

de sua manēte ita pfici.qđ equalis deo esset:& sic prima materia appetit formā ueluti īperfectū perfectū. ¶ In qua anxietate semp pmanet.qm̄ ab intrinseco pfectibilis est:& ita appetitus eius pdurare pōt:i lucifero uero nō potuit pdurare:eo qđ p eā uiā:quā querebat īperfectibilis erat:sed prima materia a natura pōt hēre ea que querit.qm̄ ita datū est sibi. ¶ Et animaduertēdū est:qđ ꝓprietas seu aptitudo pfectibilis i prima materia est uerū principiū assumēdi formas:& id qđ pfectibile dicit:positiuū est.unde non ex eo qđ materia est priuata a forma formā appetit:sed qa pfectibilis.nā nō sequit materia prima ē īperfecta:ergo appetit formā.sed qa pfectibilis formā appetit.qm̄ in uanū formā appeteret:si īperfectibilis materia ipsa esset:& īperfectū nō dicit priuatū:sed priuatū id tm̄ qđ caret aliquo ei debito:& si materia prima positiue perfectibilis non esset:nunquam priuata denominaretur.quāuis īperfecta remaneret:ita qđ non appetit formam:ex eo quod materia sit priuata:nisi quia forma est bona:& materia perfectibilis simul cū ipsa. ¶ Et inferendo:ut solet dici:quod si nō careret:nō appeteret.respondet: quod nō omnis carētia est denomināda priuatio:saltē ꝓprie dicta.nam si omnis carentia priuatio:etiā forma esset priuata:quia caret materia.quoniā ueluti materia est apta nata uniri cum forma:similiter forma est apta nata materie uniri.unde non una priuatio tantū daretur:sed due priuationes:altera earum ex parte materie altera uero ex parte forme sed quia in tempore debito:materia & forma uniuntur:non est dicendum eē coniunctas aliquibus priuationibus. ¶ Et hic uidetur reprehendendos esse reprehensores contra antiquos:dum asserebant:priuationem principium esse non posse. nam hii reprehensores apprehensionem circa auditum.uoces assumunt:ueluti sepe uniuersaliste faciunt: & postmodum credunt: quod tali apprehensioni correspondeat aliquid in re extra terminum & imaginationem. Vt dicendo ego curro: tu curris:ille currit:alius & alius:ergo cursus uniuersalis:fere aspiciendo nubes:sed petimus cuius est uniuersalis cursus.quoniam uniuersale nulli particulari competit:& non datur aliquis uniuersalis cursus:nisi iste & ille. ¶ Et ita priuatio iuxta hunc terminum priuationis:secundum aliquos uidet esse i re:sed similiter dicemus:quod chymere corresp ōdet aliqđ in re extra terminū:qđ falsum est. ¶ Et dū infert:qđ priuatio pōt diffiniri:& qđ i diffinitiōe distinguit a prima materia.respōdēdū:qđ etiā nihil iuxta terminū assumptū diffiniri pōt. ¶ Ita dicēdo nihil ē terminus negās positionē eē rei:& ita priuatio:cōcesso qđ p purā negationē capiat:diffiniri pt iuxta terminū & subiectū carēs aliqua pfectiōe ei debita. ¶ Vnde rationabiliter pōt dici:priuatio ē qđā negatio alicuius pfectiōis:alicui subiecto debito. ¶ Per seipsam uero nō pōt recte diffiniri:nisi i cōparatiōe ad aliqđ subiectū mancum alicuius partis ītegralis ei debite a natura. ¶ Materia prima enim p se diffiniri pōt:saltē fundamētaliter assumpta:ueluti dicendo:materia prima est substātia subiectās oēs generatiōes & corruptiōes iter se sequētes:aut materia prima est subiectū in quo cōpositiōes & sepationes q̄ p generationē & corruptionē fiunt fundant. ¶ Rursus prima materia est principiū passiuū igrediēs i cōpositis generabilib9:& corruptibilib9. ¶ Sed i his diffinitionibus nō cōsideramus:an materia ipsa prima sit pfecta uel īperfecta:sed dū sup ipsam reflectimur:inuenimus īperfectā eē:eo qđ semp formas nouas atq; uarias querit:ut simul cū ipsis pfici possit:& in hac cōsideratione dicimus ad futuras formas quas non habet:tanquam ad perfectibile tendere.& quia nondum habet illud quod querit:caret illo:sub qua carentia plures denominauerūt ipsam priuatam. ¶ Sed petimus in hoc loco:ponentes priuationem in prima materia:an materia prima sit semp priuata uel aliqñ priuata & aliquando non:si semper priuata frustra laborat: querendo perfectionem:si nunquam ipsam attingere potest:sed id quod nunquam a natura attingere quimus:non est proprium nostrum:& per illud quod a natura nō est nostrum:quāuis ipsum non habeamus nequimus priuatos denominari:materia prima est semp priuata per ponentes ipsam coniunctam priuationi:ergo materia prima non est priuata.quoniam semper in uno & eodem modo se habet. ¶ Et si quandoq; priuata & quandoq; nō priuata in diffiniendo ipsam oporteret dicere:materia prima est quandoq; priuata & quandoq; non priuata: siue iam coniuncta priuationi: & iam non coniuncta priuationi. ¶ Et pariter priuatio tunc erit principiū:& tūc non principium: uidelicet: principium quando materia est priuata: & non principiū quando materia est sine priuatione:que omnia hec improprie euenire uidentur. Vnde honestius dicere: mus:quod materia prima est principium imperfectum: per seipsum tamen ab intrinseco appetens perfectionem per receptionem formarum. uerumtamen materia de se iuxta genus suum aut naturam perfecta est: sed causa ordinis ei positi ad capiendum & dimittendum uarias formas: materia ipsa declinat: quoniam postquam unam formam assumit: non potest ipsam dimittere & assumere aliam: si modo per prius non corrumpitur compositio illa in qua corruptione uidetur materia ipsa nimium ad non esse uel ad turpe ꝓpinquare: in quo puncto putrefactionis uocatur subiectum imperfectum simpliciter:formam petens:sed non propter hoc ab omni forma priuata: nisi pro eo tunc priuata ab illa forma:quam prius habebat:ut cadauera possunt denominari priuata a perfectis formis: quas prius habebant:sed talis priuatio non habet respectum ad illud quod in futuro expectat:nisi ad formas quas prius habebat.sed post quā alias nouas pfectas habet:non potest neq; cōiuncta priuationi denoīari:licet imperfecta semp de se: in eo quod maiorē pfectionē querit:quā per intrinsecā naturam: materia de se habet. ¶ Sed priuatio tāquā principiū per accidens aut aliusmodi:nūquā in materia prima īuenit: nā materia pria & subiectū

carēs pfectiōe simpliciter idē est:tamē quia res perfectibilis a petēdo & recipiēdo formas perficitur:p priuationē enim nullū pficit imo potius destruitur:nō quod priuatio destruat:cū purā negationē dicat:sed causa q̄ priuat destruit subiectū:quod postmodum priuatum uocatur.

¶Qualiter Aristoteles uideatur intellexisse materiā:& nō proprie materiā i celo:& quod omnia extra deum aliquod potētiale intrinsecum cōtinēt. Cap.xxiiii.

¶Quum Aristoteles & uetustiores alii iuxta sensibilia uel illud qd̄ p sensus cōcipi pōt:de toto hoc globo sub celo lune manēte cōsiderarēt:& ibi generatiōes & corruptiōes uiderēt:ꝓprie materialia ipsa denominauerūt.quū aūt de celo similia nō cōsenserit:Aristoteles ibi nō posuit ꝓprie materiā:nisi secūdū qd:i eo qd̄ quātitatē:molē:atq; extēsiuā habet:& qa q̄titas corporea seu molis dicit esse partē extra prē:sub hac imaginatiōe uidet:qd̄ pars celi que nūc est i oriēte:sit i potētia ad essendū postea i occidēte:& similiter oēs pres celi i potētia de uno ubi ad aliud ubi:aut potius ad reuolutionē p circūferētiā:& ista ꝓprietas ad aliud dicit materiā extēsiuā:tamē qa celū nūquā corrūpit:Aristoteles isterre uoluit:qd̄ potius diceret subiectū q̄ materia:eo qd̄ materia dicit relatiue ad aliud:substātia uero subiectū.Deniq; ibi cōsiderādo quātitatē extēsam & potētiā partiū de uno ubi ad aliud ubi:i q̄bus ꝓprietatibus secūdū fantasiā suā petit oīno corruptionē:imaginatus est in celo esse aliquā uirtutē extraneā:que nō hēret partē extra partē ad cōseruādū ipm celū:accederet itelligēdo qd̄ q̄cqd hēt ptē extra ptē ē i potētia ex hoc ad aliud. Vnde uidet quod celū p se:eo qd̄ quātū molis seu extēsiuū sit i potētia ad corruptionē:& quādoq; p naturā suā corrūperet:si ab aliqua intēsiua uirtute sine aliqua extēsiua quātitate nō cōseruaret. Et hic ad mouēdos celos itelligētias posuit.ut ab eis cōseruarētur.tamē dicit quod sint itellectuales uirtutes:ex eo quod p itellectū possent aliena mouere & cōseruare. ¶Et sub eiusmodi fantasia dixisse uidet:qd̄ totus mūdus ab una prima causa depēderet.qm̄ i primo ente uel prima itelligētia icipit motus ac rerū administratiōes.Quapropter i corroborationem opinionis sue aliam uiam assumpsit:dicēdo:q̄cqd mouetur ab alio mouetur:ut i iferioribus inchoando.Materia mouetur nō a se.sed a uegetatiua uel sensitiua. Vegetatiua & sensitiua mouētur nō a se.sed ab elemētorum uirtute:celorum iflūētia:aut ab aliqua itelligētia i celo manēte:Et ad superiora ascēdēdo:celum lune mouetur:ac semper cōseruatur:ergo ab aliqua itelligētia sine quātitate & extēsiōe mouetur:aliud celum supra celum lune aliud & aliud nec ullum eorū corrumpitur:necesse est i quocūq; aliqua itellectualis uirtus sine molis quantitate ponatur.Nō est discurrendum in ifinitum:igitur deueniēdum est ad primum motorem:qui sic mouet quod non mouetur.Sed usq; ad primum uel superiorem motorem omnes motores i mouēdo aliqualiter mouētur:hoc est:quodi feriores intelligentie ad similitudinem primi motoris cōmouentur:ad mouendum amore aut desiderio:quod cum ipso primo motore habent:seu per uirtutem ab eo illatam. Vnde sub tali ordine noluit esse dandam materiam sine forma neq; motorem sine moto:nequidem econuerso ¶Tandem quia intelligentie causa intellectus sunt capaces ad recipiendum fluxum continuum a primo motore:qui omnino est imobilis:per illam uirtutem seu fluxum etiam inferiores intelligentie per ifinitum tempus mouēt. Attamen non per se:nisi uirtute prime intelligentie.quia mobiles sunt:& partem extra partem habent:& licet non proprie dicantur de loco ad locum moueri : mouentur tamen in amore seu aspicientia ad primum motorem:& ad recipiendum ab eo fluxum. ¶Et sic secundum Aristotelem:solus primus motor est purus actus:omni potentia carens:per se incorruptibilis & infinite uirtutis:ut postmodum super iisdem uerbis latius ponendo intētionem nostram uidebimus. Vnde facile cognosci potest:quid necessario de his positis sequatur.

¶Qualiter non petamus de gubernatione mundi uel ordine eius:dum eterna uel non eterna scire uolumus:nisi an a se per primum signum esse queat! Cap.xxv.

¶Quū de fundamētis Aristotelis multa cōperiamus:& tn̄ nō satis ꝓbata:p principiū aūt essendi itelligas:qdā petēda sunt.Ista eni ab eo isinuata fere oia sensualia & corruptibilia:licet i mō cōseruatiōis per motum uideant ab una prima cā depēdere:gradatim de supiori ab iferius.Sed nos nō petimus in primis aut principaliter de mūdi cōseruatiōe:neq; dē de ordine quē iter se habet:nisi fundamentaliter de primo signo essendi:an a se an uero ab alio & utrū p se esse queat:Postquā uero palā iuenimus:& ꝓbamus : mūdū:p se esse nō posse:ceteros ordines ac ritus negligimus:& ad primū esse attēti sumus. Vnde necesse est nos cōfiteri:qd̄ mūdus p primū suū esse ab uno pfectissimo ente depēdeat:& qa mūdus neq; sic neq; sic p se eē pōt.cōfitēdū ē:qd̄ simplex nouū eē habeat:& eiusmodi ꝓductio creatio noīatur. ¶Rursus quū oīa extra deū:secūdū aristotelicam opinionē:de se sint corruptibilia:& nō generabilia:ut propalatur:ipse presupponit quod omnia extra deum habent partem extra partem : & quicquid habet partem extra partem de se intrinsece est corruptibile.& tamen per se non generabile. Ait enim:sol & homo generant hominem:& in uariis locis asserit : quod iste mundus inferior aut machina sub celo manens a latioribus

superiorum corporum gubernetur:uidelicet a celis. Nunc sic:celi per se sunt corruptibiles secundum te:& intelligentie incorruptibiles:nisi quod per influxum a primo motore continuo assumptum conseruantur: ¶Dirimatur ille influxus:eo quod tu dicis mundum esse eternum.peto nūc:quid erit de ipso mundo:quippe quod in primis totus corrumperetur nec ullum posuisti ordinem per quem generare ualeant.quoniam celi non erunt:& si aliqualiter mouebuntur minime emittent radios suos ad administrādum his iferioribus:& iferiora p te nō possunt generare nec gubernare:nisi mediātibus suꝑioribꝯ:& elationibꝯ.Itaq; sine primo motore uel deo:totus mūdus ē corruptibilis & nō generabilis. ¶Amplius ponamus:Mundus per se corrumpitur & non generabitur:quidnam de ipso erit:utrum in nihilum redigetur:an uero aliquid erit:Cuius rei difficilis erit responsio:saltem ad ostendendum sufficientem ordinem in ipsa ultimata totius mundi diruptione: ¶Nunc ad aliud deueniamus:si totus mundus seu manentia in ipso corporea & incorporea preter deum per se intrinsece corruptibilia sunt : si a primo motore cōtinuum fluxum non haberent:extemplo dirumperentur:quomodo aliquis fundari potest : mundum p se ab eterno esse posse:aut qd nouū esse i primo signo sui a primo ente p se nō hēat:ex eo qd multo ac lōge facilius ē cōseruari q̄ p se i primo signo esse:q nō pōt ī illo qd ē mitius.multo ergo minus poterit ī illo qd ē rāto magis:& sic creatio seu pricipiū huius mūdi a nullo rōnē ispiciēte negari pōt:si mō penitꝯ obstinatꝯ nō fuerit.& ī hoc loco latissime cōcipi potest:qualiter secūdū uiam Aristotelis deus extra se itelligit:eo quod sua uirtute totus mundus gubernatur.& hec uirtus non potest esse nisi per intelligentiam. quoniam non habet partem extra partem:& consequenter de loco ad locum non mouetur : probatur: quod totum mundum intelligit:eo quod in uirtute sua omnia administrata sunt inferiora:siquidem & īperfectiora nil per se a superioribus & perfectioribus assumere possunt:preter illud tantum:quod a superioribus emanat siue illatum est.Et quia hanc illationem omnes a primo ente assumimus : proculdubio patet:quod deus seipsum & omnia alia intelligit:quum ipse gubernet & administret. ¶Et per concessa ab Aristotele:deus non habet partem extra partem.Vnde sequitur non habere intelligere extra intelligere:nisi totum simul in simplicissimo modo.mundus est uarius aut cuncta in ipso manentia : ergo necesse est deum diuersa intelligere.Sed nos non dicimus:quod in uariis instantibus seu per gradus priores & posteriores deus intelligat : nisi quod in uno solo instanti perfectissimo & eterno omnia simplicissime intelligit.Nam cum omnia comprehendat & administret:ut de administratione per negantes comprobatur:similiter & omnia intelligit.Quoniam saltem per Aristotelem deus mouet primum celum:nō per administrationem seu robur uirium:nisi per intellectum tantum : & illud quod per intellectum fit:ab ipso itellectꝰ itelligitur:& sic deus aliquid intelligit quod ipse deus nō ē.

¶Qualiter nonnulli philosophi qui religionē sequuntur : de primo exemplari totius mundi qd dicunt:iterum imaginati sint alia exemplaria:ut genus & species abstrahere. Cap.xxvi.

¶Philosophi qui religionem sequuntur & uniuersalia imaginati sunt:de quodā incorporeo exemplari uniuersalissimo sup quacūq; specie uel qbusq; particularibus similibus ꝑsumūt q̄dā exēplaria abstraxisse aliquātulo potius particularizata:ueluti animal:species humanitas:equinitas:leonitas:& sic de reliqs imaginādo:qd ī illo exemplari uniuersalissimo icorporeo porētiali seu tāquam prima materia se habēte alique essent rationes ab illo uniuersali distincte:& ad hec inferiora particularia protinus directe . & hoc modo per superiorem partem possunt uniuersaliste imaginari quod uniuersalia aliquid in esse habeant per superiorem partem:quamuis abstracta ab illo uniuersalissimo exemplari totius mundi sint . hec autem abstractio suprema uel per superiorem partem : similiter est abstractio per opus intellectus . Quomodo abstractio de inferioribus:uidelicet:de hoc animali illo & alio imaginari possumus.cōmune animal.& quod nō detur in re hec abstractio inferior per superiorem patet.quia non datur simile exemplar uniuersalissimum totius mundi in re:quum totus mundus per simplicem creationem in nouo esse fit productus:& non per aliquod potentiale uel materiale exemplar.unde quelibet res dependens particulare esse habet.& a particulari auctore producta.& quia in primis talis ordo datur similiter in secundis: nāq; omnia sensualia animalia particularia atq; in actu sunt.quocirca opus est quod a similibus animalibus generent:quum unūquodq; generet sibi simile:& id quod non est in actu nullatenus potest similē: nequidem dissimilem generare.Sed sensuales de uirtute uocabuli dicit in actu: quoniam ad sentiendum sensuale:& quicquid sentit aut sentitur omnino in actu de presenti.Animal uniuersale ꝑponentes ipsum est abstractū ab oī actu & sensatione:sequitur quod non est intellectuale.non sensuale : non uegetabile. quoniam quicquid itelligit sentit aut uegetatur in actu est:quoniam non ualet diffinitio de illo quod est ad illud quod erit.unde oportet:q unaqueq; res de presenti sit talis ut diffinitur.

¶Quomodo circa doctrinam Aristotelis deus sit infinitus:intensiue & non extensiue: atq; omniū rerum gubernator. Cap.xxvii.

¶ In capitulis superi9 positis uidimus iam gradatim de rebus iferioribus usq; ad suppremū: quonā pacto
de mēte Aristoteli oēs res mūdi corpee & incorporee forme seu materie de se itrisece sunt corruptibiles:
preter unum solū deum siue primū motorem: causa quod cetera ab alio sunt mota aut in mouēdo mo-
uentur. Vnde qcqd mouetur partē extra partem habet: in quo possibilitas includitur: & ubi possibilitas
ibi corruptio. ¶ Nunc assumpto hoc fundamento per ea que ab Aristotele posita sunt: facile ac breui
agnoscere possumus: quatenus in iis uerbis: scilicet Aristotelis: probetur: quod primus motor seu primū
ens sit infinitum intensiue: & non extensiue: & ita assumimus secundū Aristotelem. Illud quod pōt intrin
sece moueri de se est corruptibile: quia possibilitatē aut partem extra partem continet: quicquid aūt cor
ruptibile non potest esse infinite uirtutis: quia si infinite non corrūperetur: nequidem aliqualiter defice-
ret. ¶ Possibilitas dicit continere posse: uel esse in potentia de hoc nūc ad aliud nunc. ¶ Modo ita
dicamus: primus motor habet extensiuam uirtutem: hoc est: quod non comprehendit totam durationē
uel posse suum in uno instanti eterno: igitur primus motor omnino corruptibilis. quoniam aliquam di-
rectam potentiam ad futurum continet: & ubicūq; potentia ibi corruptio. ¶ Sed secundum uerba ari
stotelis: econuerso tenendum est. Nam primus motor mouet & non mouetur: est purus actus: & infinite
uirtutis: & quia purus actus: uirtus eius idem est cum ipso primo motore: nō habet prius neq; posterius:
tunc enim esset corrupribilis: & hoc negat precise Aristoteles. Est infinitus: non de preterito: nō de futu
ro: ergo de solo uno instanti presenti. absq; prioritate & posterioritate sempiterno. iccirco deus manife-
ste penes sententiam Aristotelis intensiue & non extensiue infinitus est: quia non habet partem uirtutis:
pro hoc nunc & aliam pro alio nunc. qm̄ tunc corruptibilis esset. ¶ Et sub hoc intellectu Aristoteles
de solo primo motore dicit: quod infinite uirtutis sit: & non de aliquo alio ente: eo qđ omnia alia ex hoc
nunc ad aliud nunc operandi possibilitatem habent. ¶ Et si quis dicat si deus est infinitus cur nō agit
opera infinita: & opera eius in instanti non operantur: seu quicquid actura sunt perficiūt. ¶ Hec utiq;
responsio facilis est: eadem uia qua nunc tractamus taliter ponendo. quicquid non est a se: est ab alio: il-
lud quod ab alio: ab alio mouetur: & quicquid mouetur non potest esse infinite uirtutis: & quia non infi
nite uirtutis: nequit cum primo motore conuerti: nequidem sine aliqua tarditate mouere: quum partem
extra partem habeat siue possibilitatem: ex hoc nunc ad aliud nunc. quoniam ab alio depēdet: & sic nul
lum dependens infinitum esse potest. Non enim a se: & illud nō a se est sibi possibilitas: & ubi possibilitas:
ibi corruptio: & sic facillime patet: quonam pacto deus intensiue infinitus sit: nec ullam rem producere
uel causare potest: que sit infinita: si modo per intrinsecam emanationem nō esset: que idem deus fuisset:
ut christiani de personis diuinis dicimus. Sed procedendo hic secundum philosophiam: & Aristotelicam
doctrinam: deus non potest aliquid producere uel causare: quod sine possibilitate sit: eo quod ab illo pri
mo motore causatum moueretur: & quia mobile corruptibile: & id quod corruptibile non infinitum.
¶ Et hic facillime omnes infinitates per negationes: abstractiones: primam materiam: primam formam:
seu corpus: excluduntur: de quibus plures philosophi enarrantes multa ac uaria uerba consumunt: tamē
secundum Aristotelem solus primus motor infinitus: quum alia per se indurabilia sint. si enim aliqua in-
corruptibilia esse deberent: celi & intelligētie seu motores ipsorū celorū maxime incorruptibiles essent:
quoniam uero omnes intelligentie extra primam in mouendo mouentur. omnes utiq; extra eādem pri-
mam sunt intrinsece corruptibiles: nisi quod ab ipso primo motore continuum influxum assumunt. Sed
dum continuum dicitur in eo quod significat discursiuum: non intelligas continuum inquantum discur-
siuum ex parte dei: nisi ex parte intelligentiarum inferiorum: eo quod inferiores intelligentie propter ea
rum possibilitatem sunt incapaces ad concipiendum infinitam uirtutem: aut eam omnem qua indigent
nunc pro semper. & ita ex parte sua aliqualiter discursiue mouendi ac permanendi uirtutem assumunt.
& in hoc loco nonnulli theologorum nostrorum: qui aristotelicam doctrinam magno feruore assequun
tur: non recte uidentur suam sententiam concepisse: quum aliqualiter titubent imaginantes: quod deus
nullum prius & posterius habeat: nisi unum nunc de presenti. & sic dicunt deus fecit uel intellexit ab eter
no. & dicendum est intelligit non de preterito: neq; futuro: sed de hoc nunc. Nam dum dicimus deus fe-
cit aut faciet: possibilitatem in ipso denotamus. & per consequens in iis uerbis eum corruptibilem imagi
namur: que quidem imaginatio falsa est. licet quod deus fuit est. & erit: eo quod semper. Verum esse suum
non quo ad preteritum & futurum: nisi de uno nunc siue instanti solo presenti sit. & patet manifeste: per
uerba Aristotelis: deum esse infinitum intensiue. non autem extensiue. Tamen in eo quod omnia guber
nat: quia ab ipso omnes motus & durationes dependent: figuratiue intensiue etiam est infinitus: quippe
quod uirtus sua per omnia entia extenditur: hoc est: quod omnia per ipsum primum motorem gubernā
tur: ut per doctrinam eiusdem Aristotelis innotescit: qua nunc infinitum intensiue probare intendimus.
¶ Vnde ita dicimus. Primus motor secunde intelligentie durationis atq; motus uirtutem prebet: per
quam secunda intelligentia secundum celum mouet. & tertie intelligentie uirtutem impendit: per quam
ipsa tertia p̄manet. & tertiū celū mouet. & idē de tertia cū quarta & taliter discurrēdo: usq; ad primā ma
teriā: seu ultimā rē i natura. Nūc ita dicim9: qđ quū secūda itelligētia nō habeat uirtutē durādi p̄ se: nec
mouendi secundum celum: sequitur quod multominus de se habet uirtutem prebendi tertie intelligētie:

ut durare:ac mouere ualeat:nec aliter de cunctis rebus intelligendum eſt. Vnde confiteri oportet:quum aperte intellectibus pateat: quod non ſolum prima intelligentia uel primus motor dat ſecunde intelligentie manendi ac mouendi uirtutem:immo & uirtutem impendendi uirtutem tertie intelligentie:& cōſequenter: ex prima intelligentia ſeu primo motore uirtus per omnes totius mundi motores emanat: quicquid enim mouetur ab alio mouetur:donec ad ultimum uel infimum deueniremus: qui mouetur & nullo modo mouet:& tamen illud ultimum quod mouetur & nullo modo mouet:uirtutem eſſendi a ſuo motore aſſumit:& ille infimus motor omnium rerum a ſecundo motore uirtutem elicit: ſecundo ſcilicet per gradus de inferiori ad ſuperius aſcendendo. At uero ſecundus motor non in uirtute ſua mouet primam rem ſeu ultimū mobile in parte inferiori:niſi in tertii motoris uirtute:& tertius ſiquidem a quarto: quouſq; ad primum motorem deuenimus:qui ſic mouet quod non mouetur. a quo quelibet mouendi ac permanendi uirtus emanat. Quamobrem neceſſario patet penes Ariſtotelicam doctrinam:qualiter omnia ab uno ſolo primo motore gubernentur:quāuis ſecunde:tertie:quarte:& quinte cauſe interueniant: & ſic per omnes motores diſcurrendo:tamen per uirtutem a primo motore emanantem ꝙ ceteri motores moueant:ſeu adminiſtrent:& non intrinſece per ſe. ¶ Religioſi autem aliqualiter per eandē uiam procedemus. ut patebit:licet in creatione ſine aliquo medio aliarum intelligentiarum deum operari dicamus:quemadmodum ab Ariſtotele infertur:in operatione mouendi primum celum:& ſimiliter de aliquibus miraculis ſupra cōmunem ordinem: quem in rebus poſuit:dicimus quod ſolus deus ſine quouis alio medio uel cauſa operatur:& in hoc modo operandi aut gubernandi in dependentibus:ut ſuperius tangimus:uidetur:quod uirtus dei non tātū intenſiua. imo etiam extenſiua ſit. extenſio autem ex parte recipientium capitur:quum incapaces ſimus ad omnia ſimul accipienda:ſed ex parte dei nulla eſt extenſio:ibi enim nullatenus prius & poſterius datur. ¶ Demum ſuper ea:que in hoc capitulo de dictis Ariſtotelis poſita ſunt:omnes homines dignitates dei querentes diligenter aſpicere debet. quoniam hec prima intelligentia de qua Ariſtoteles tot enarrat prerogatiuas:pars integralis mundi eſt. ſed quia prima & perfectior omnium aliarum partium:ſub qua primus motus omnium rerum quoq; incipit: actū purū denominat intelligentiam ipſam:atq; infinitam ſic uel ſic contemplare modo:quid deus noſter ſuppremus exemptus ſolo imperio dans eſſe erit:quum ubiq; ſit omnia comprehendens unica eterna intuitiōe.

¶ Quod dum diſputatur:utrū deus omnia particularia & uniuerſalia intelligat; religioſi & irreligioſi potius in uerbis q̄ in ſententia differimus. Cap. xxviii.

¶ Forſitā dū agimus:utrū deus oīa ītrinſeca & extrīſeca ītelligit:ī uerbis tātū religioſi & irreligioſi differimus:quū Ariſtoteles tenere uideat:deū uniuerſalia & nō particularia intelligere. ¶ Vlterius ipſe nō aſſumebat uniuerſalia ſeparata:ueluti plato:niſi uniuerſalia ꝓ oīb9 rebus mūdi cōgregatis:& ī quocūq; genere oēs ſpecies:& ī quocūq; ſpecie oīa particularia. Vnde ī toto numero particulariū eternitatē atq; neceſſitatē imaginabat. Hoc aūt modo totus mūdus de particularibus & ſimilibus cōſtat. nō eni ꝑ ſeparata abſtracta:ſiue uniuerſales naturas:qum in iſto & illo ꝑticulari fundent. qua de re ſi deus fundamēta uniuerſaliū ītelligit:aut ſimul totū particulariū numerū:ſeqtur unūquodq; particulare diuiſim:aut una cū aliis intelligere:& habitis his pricipiis Ariſtotelis:nil ab opinione nr̄a diuertere uidet: quum ēt hi qui ſapientes inter religioſos ſunt palā inquiant:qđ deus nō cogit nos ad particularia opera:& ad quācūq; horam determinatā: niſi qđ in cōmuni oībus hoībus aptitudinē ꝓbet bene & male oꝑandi iuxta libitū: & inſuꝑ cognoſcendi:quid bonū & qd malū ſit:& quid de bono:& qd de malo expectet:deus initio rerū depēdentiū ordinat. Ipſe enim deus nō generat cōtinuo hoīes:nequidē in actu uenereo occurrit: quinimo cūctis particularibus a natiuitate īponit aptitudinē atq; ordinē:ut poſſent ſibi ſimilem generare ad obſeruādā ſpeciem ſuā. celi atq; ſtelle ītrinſecum iuſſum a deo regulatum habent:ut ſuꝑ his inferioribus illuminēt:& alias īfluētias ꝑ ſuos radios īfundāt:elemēta uero ad dādū particularib9 materiā & ad ipſam iterū aſſumēdā cōſtituta ſunt. Inter aīalia q̄dā ſuperiora & q̄dā īferiora:& ſic homo ad plura adminiſtrāda aptus eſt:& īter noſipſos reges tanq̄ ꝓpinquos huius mūdi gubernatores tenemus:ī qbus exēplū aſſumimus:dum de adminiſtratiōe dei erga creaturas excogitare uolumus. Nāq; oēs diceremus ī uilipēdium fuiſſe regis laborē:dum de malefactorib9 ꝓpriis manib9 ſuſpēdēdis aſſidue particularē curā hēret: ac de parādo prādio:ſuendis ueſtibus:curādis equis:aliiſq; infimis:que ꝑ alios hoīes fieri queunt:& tamē dānaremus dum rex ſuꝑ oīa iſta recte nō ꝓuidiſſet:accomodatos rectores ponēdo ad curādū ipſa:& neceſſitate urgēte qđ ipſe princeps ſuꝑ quacūq; re iſtarū iudiciū faciat. Taliterq; Ariſtoteles ītellexiſſe uidet:dū ait qđ ītellectus diuinus uileſceret cuncta hec particularia intelligendo:& hic intelligendo aſſumit ꝓ habendo preciſe curā:& quod nil ad arbitriū noſtrū dimiſerit:que opinio bona atq; religioſiſſima habet: quū nos quodāmodo in maximā plaſphemiā accipiamus ſiqs dicet deus ad hūc errorē me cōduxit: fata uel planete ad male operādū cōpulerūt. ¶ Et Ariſtoteles ad euitādos huiuſcemodi errores ait:qđ deus nō ītelligit hec īferiora particularia:ideſt qđ iuxta libitū nos operari ꝑmittit:tamē uult:qđ ſub ordinatis regulis:quas nobis tradit perambulemus. & ſimili modo etiā cōtra hos q de ſuis delectationib9 excuſationem querūt:aſſerit. ¶ Non oīa que eueniūt neceſſario eueniūt in qua qdem ſententia ad probandum

libertatē nostrā intēdit:qđ si deus cuncta hec particulariter curaret:omnia siquidē necessaria euenissent. Sed tantū nobis regulas īponit:& prouidet ne pereant. Quoniā absq; diuina prouidentia nihil de hoc neq; de illo operari possumus. he tamen regule cū libertate nostra unite sunt: que quidē libertas atq; regule: per principiū simpliciter assumendo a solo deo facte sunt siue create: & probatur:quoniā inter particulares creaturas plures regule intellectuales sunt:& nullū intellectuale potest habere ortū a principio:quod intellectu careat. idcirco una sola supprema natura siue deus ordinare potest ac ponere intrinsecas intellectuales regulas:atq; alteriusmodi in his particularibus:& quelibet res īmediate prebens aliquid alicui:necessario id quod prebet intelligit. Deus dat particularibus plures atq; particulares regulas ab ipso īmediatas:igitur deus plura particularia cognoscit:tamē pmittit: quod nos multa per nosipsos sub eius prouidentia exequamur:at dum necessitas occurrit:in quocūq; opere nobis subuenit.

¶Quomodo deus religiosorū multo supprenus deo irreligiosorū est:quū deus ipsorū irreligiosorū pars mundi sit. Cap.xxix.

¶Quū religiosi & irreligiosi ī pluribꝰ dissentiri uideamur:merito de pricipiis ubi unusq̄sq; nr̄m fundari uult:uidēdū est. nā ī pricipio dissentiēdo ī nullo medio nullo fine ꝓprie cōuenire possumꝰ. pricipiū enim dissentionū nrarū nō cōsistit:qa religiosi dicimꝰ mūdū pricipiatū seu creatū eē:& irreligiosi eternū. qm̄ hoc tenere sup aliquid p primū tanquam explicatum acquiescit:in qua explicatione questio nostra consistit. nam penes proprietates quas post uarios discursus in mundo inuenimus:de creatione uel eternitate ipsius arguimus. & si mundum ad essendum per seipsum inueniremus:parum uel nil de inquirendo deum summum seu exemptum curam adhiberemus. sed dum mundum inualidum ad per se essendum comperimus:necesse est deum exemptum adinuenire non similem mundo:non de natura eius:immo supprenum in nullo intrinseco:nullo extrinseco:mundum similem: non accipimus bonitatem sapientiam uel aliquam aliam perfectionem in dependentibus repertā: nequidem similem ut ipsam in deo apponamus. ¶Nullam imperfectionem a deo remouemus. quoniam dum super omnia entia necessitata ascendere intendimus:ibi omnes deponimus imperfectiones:atq; perfectiones ante repertas:& tanquam alteram naturam suppremam inauditam circa conuersationes nostras intangibilem incomprehensibilem indagamus:exemptam tamen per seipsam esse eam denominamus:nullam necessitatem habentem:nullum contrarium:nullum prosperum. nullum aduersum eueniens expectantem:immo omnia bona: omnia sublimia in se competentem. & quia deus summus exemptus:quicquid uult. iuxta libitum operari potest:tam nouum simpliciter producendo:quam assumendo de hoc & operando illud. hic deus religiosorum est nimium sublimior deo irreligiosorum:nam deus Aristotelis & similium hominū:sub falso nomine deus appellatur. quoniam pars mundi est:licet supprema siue perfectior totius mundi: ueluti inter animalia homo perfectior:inter animas intellectiua:inter elementa igneum elementum perfectius:inter celos:celum empireum:etiam inter omnia corpora ipsum celum empireum perfectissimum:super omnes spiritus siue incorporeas res primus angelus est:ut de lucifero habetur:fuisse per primum esse suum. secundum irreligiosos enim intelligentia que primum celum mouet perfectior res totius mundi denominatur: tandem pars integralis ipsius mundi. deus religiosorum autem multo supprenus. quoniam incomprehensibilis: & nomen eius admirabile. ¶Preterea de principio inquisitionis & qualiter tam religiosi quam irreligiosi ad querēdum primum esse omnia prouidens moti sumus:& quia omnes homines:in qua prima motione una conuenimus. quoniam a natura quandam umbram in nobisipsis intrinsecam inuenimus ostēdendo quoddam suppremum super nos esse:per quam umbram adorationes circa omnes gentes ortum habuerunt:eo quod unusquisq; in seipsum inuenit quandam obedientialem umbram timentem unicum suppremum:in qua imagine timoris omnes homines tam obseruantes ueras leges:quam non obseruantes:periti litterarum quam imperiti conuenimus:licet sub diuersis denominationibus: tale suppremum quod intrinsece obedire uidemur ipsum denominemus. tandem in primo signo obediēdi:sub eadem ratione omnes mouemur. ¶Deinceps uero prosequendo quidam denominant fata: & nonnulli naturam asserendo fata coegerunt:fata disposuerunt:ut placuit:cōtra quam dispositionem nullus ire potest qui dicunt naturā ita ordinare sup oīa īferiora & superiora tam celoꝝ quā intelligentiaꝝ:exēplanš:uelut asserendo:naturam ordinasse intelligētias ad mouēdū celos:que supprema est. unde natura a quibusdam ita denominata deus religiosorum est: deus noster enim nullam habet super se naturam: immo omnes nature sub ipso producte sunt:atq; ordinem & subuentionem capiunt. in hoc locō uero facile uideri potest: quanta stetit ignorantia philosophorum ponentium deum esse motorem particularem alicuius celi uel alterius rei:quoniam primus motor naturaliter capiendo:procedendo per partes integrales mundi: non est incomprehensibilis: nequidem nomen eius admirabile nequaquam illud esse suppremum de quo nos umbram timendi unicum suppremum a natura ducimus: quoniam intrinseca representatio nostra non urget nos querendo exemptum dominatorem super celum: non in abisso non huc

non illuc in mansione terminata:imo ubiq; superius:inferius:ante:retro:& per omnia latera. ¶ Quando motorem primi celi uel aliquem similem inuenimus nil de ipso miramur:nihil timemus : nequidem ex hoc umbra innata timendi quędam suppremum dominum expellimus. quoniam semper uiscera nostra de aliquo alio potentiori quam elementa sint celi:& omnes intelligentie:considerant. ¶ Tandem ipsum potentissimum simpliciter apprehendere nequimus. nam si eum penitus comprehendere potuissemus:parum uel nil eum timeremus. Vnde dato quod aliquam obedientialem atq; timentem umbram a natiuitate duceremus:in cōprehendēdo id quod timebamus umbra timoris euanesceret. nunquā euanescit. igitur suppremum esse nullibi nusquam comprehendimus. ¶ Et hic de quo talem umbram timendi uni soli superiori omnes homines ab intrinseco ducimus deus religiosorum est. & quia ubiq; & semper ipsum suppremum inuenimus:exemptus atq; omnia comprehendens est. & id quod omnia comprehendens:solus infinitus. ¶ Deus irreligiosorum autē infinitus esse nequit. quoniā omnia unico intuitu non comprehendit:nequidem prouidet. quia pars integralis mundi est:& ita ad unum opus q; non ad omnia. quo fit minime mirandum esse irreligiosos philosophos infinitum negauisse:quum quicquid considerabant:tanquam partem integralem mundi ipsum ponebant. deus noster enim nullam adherentiā: nullam essentiam cōmunem uel particularē cum mundo habet : concedimus tamen tanquam ad extra mūdum creare:ipsum aspicere atq; substentare:non tamen ueluti similem:nisi tanquam opus ab intrinseco actum:& nullum opus ad extra productum habet ueram similitudinem cum operatore suo. ut in architectore & domo per ipsum facta exemplari potest. quoniam nunquam homo & domus per ipsum edificata similes esse possunt:nequaquam in aliquo gradu idem esse:quantum architector & homo:& edificium domus:licet quia homines & edificia in aliquo suppremo conuenimus. quoniam nos & edificia materialia sumus creature atq; dependentes. ¶ Deus autem in nullo superiori:nullo inferiori:cum creaturis conuenit:nisi quātum ipsas ad extra aspicit. Et ita habes:qualiter deus religiosorum exemptus est: non autem comprehensibilis:ueluti deus irreligiosorum:qui simul cum partibus integralibus mundi ab intellectibus nostris comprehenditur. ¶ Et id quod ab intellectu nostro comprehensum:uel ab aliqua alia re:nullatenus creator esse potest. mundus est creatus. quoniam per seipsum esse non ualet:ut patet: quam unaqueq; pars mundi contrarium habet:eo quod mundus ipse de diuersis constat:& quicquid de diuersis congregatum:per seipsum esse nequit. quoniam id quod per se:summum simplex:& ab omnibus compositionibus seu aduersitatibus alienissimum:mundus constat de diuersis:ergo non est per seipsum: non a se:igitur ab alio multo superiori. ¶ Non datur tale suppremum. igitur neq; mūdus datur. quoniam mundus per se esse nequit:patet experientia:quod est mundus:ergo deus exemptus creator mundi est. ¶ Nunc uero restat quod irreligiosi probent:quod mundus per seipsum esse queat:si opinionē suam sub aliqua ratione tutari uolunt.

¶ Quod ens de solis creaturis predicatur:& esse de solo deo. Cap.xxx.

¶ Viso iam in capitulo superiori:qualiter deus religiosorum:& deus irreligiosorum admodum differāt: prosequendo obseruatis principiis iam superius ostensis:pauco labore uideri potest : an aliquod ens sic uel sic assumptum:recte procedendo posset de deo & creaturis predicari:aliqua predicatiōe:ubi sub paucis dicendum est : quod penes irreligiosos ens de deo & creaturis predicari potest : sub quacunq; predicatione quam imaginari uolueris analogice. quia per prius : seu perfectius ens de deo quam de creaturis predicatur:equiuoce:quoniā non sub eadem ratione:uniuoce:quoniā in hac denominatione entis simpliciter. deus & creature conuenimus:quoniā deus ipse irreligiosorū pars mundi est:licet perfecta supoēs alias partes. Verūtn̄:qa qcqd ī cōsideratiōe mūdi cadit ē ens:ēt deus ens:qm̄ sub cōsideratiōe mūdi aut simul cū ipso mundo consideratus. ¶ Sed deueniendo ad deum religiosorū nullatenus reperimus posse in aliquo ente cū creaturis conuenire:quoniā quicquid de multis predicatur:tanquam suppremū ipsorū se habet:deus nil habet super se:a nullo comprehenditur:ergo nulla est cōmunis predicatio deo & creaturis competens. ¶ Vnde male proponunt dicentes abstrahimus cōmunem conceptum a deo & creaturis:quem conceptum ens denominamus:sub quo deum & creaturas diffinimus : quoniam si de deo aliquem conceptum abstrahimus:q; ipse deus non est:per quem deum diffinimus:sequitur:quod ipsum deum comprehendimus:deus incomprehensibilis. ergo nullum conceptum extra ipsum abstrahimus. & quod abstrahamus de mente ponentium similia apparet : quum dicant:conceptum abstrahere deo & creaturis communem:& quicquid deo & creaturis cōmune nullatenus simpliciter esse potest. quoniam ipse actus purissimus est:quod purus non esset:si cū creaturis aliquē hēret cōem cōceptū. Amplius ueluti ī supiori capitulo tactū fuit:dū ad suppmā itelligentiā speculādo attingimus:oportet: ibi de omnibus aduersis atq; infimis cōsiderationibus nudare. qm̄ deus simpliciter alterius nature:quam mundus est suppmus atq; exemptus:de qua exēptitate uix loqui possumus:inuenimus in nobisipsis quēdam caracterē deducentem nos ad id suppremum:de quo per primū signū essendi dependemus:tādē ad ipsum cōcipiēdum non ualemus:uolumus loqui:& ad explicandū ea que in uisceribus sentire uidemur:non sufficimus.

¶Nomen apponimus huic exempto: quod intrinsecum intelligimus: nomen proprium eius tamē igno ramus. Vnde habetur nomen eius admirabile esse: nomen entis autem minime admirabile. quoniā hic illic oīb9 reb9 cōe: & id qd oīb9 & semp ē cōe: minime admirabile. hoc nomē ens est huiusmodi: ergo no admirabile. nomē dei ē admirabile: atq̄ inefficabile: ergo ens nō ē nomē dei. ¶Et iferēdo: q̄ ens sit no mē trāscēdēs: sub qua ꝓprietate trāscendendi tā de deo quā de creaturis predicari potest: rn̄detur: nullā rem deum transcendere posse: hic terminus ens transcendens denominatus non est deus: igitur non trā scendit ipsum: & quia non transcendit: neq̄ de ipso recte predicari potest. ¶Amplius iuxta religiosos habetur: deus est quo maius cogitari non potest: que propositio ab omnibus conceditur: q̄ uidetur con cedendam non esse: posito q̄ nos simul de deo & creaturis quendam cōmunem conceptum simul com prehendimus: quoniam aliquid magis est deus: & creature simul quam deus solus: igitur aliquid magis quam deum cogitare possumus: aliquid magis quam deus excogitari non potest: ergo dum de deo exco gitamus: ut aliquid de ipso intelligere possemus: oportet pro eo tunc omnes considerationes creaturarꝫ expellere. expellimus considerationes creaturarum: constat non habere aliquam apprehensionem cōmu nem simul de deo & creaturis. ¶Et quod ita sit: probatur: taliter procedendo: ubicūq̄ aliquod datur cōmune pluribus rebus: in illo cōmuni he res sunt equales: quod capiamus in termino: in consideratiōe: aut fundamentaliter per rem in prima intentione: creature nullibi sunt equales cum deo: nō in termino: quia quum deum promimus summam rem seu exemptam intelligimus: dum creaturam uero rem depen dentem: & necessitatam consideramus. Vnde non conuenimus in imaginatione explicata assumpta: nisi fortassis in consideratione confusa: que causā ignorantie considerantis confusio euenit. non autē q̄ res ipse de quibus consideratur tales sint. non conuenimus creature cum deo fundamentaliter seu in essen tia: igitur nullibi nisi inquantum ipse nos ad extra creat & prouidet: & ubi nulla datur recta naturalis si militudo: nullatenus recte capiendo: ibi potest unum solum nomen de ita diuersis predicari: quum omne bonū predicatū debet conuerti cū suo subiecto. ¶Et quia predicatio ens cōuertit simpliciter cū oīb9 creaturis: nō pōt cōuerti cū deo: quū nulla creatura cū deo conuerti queat. igit alia denominatio ē attri buēda deo: ei soli ꝓpria: & oīb9 creaturis aliena: taliter: q̄ ꝓnūciādo eā denominationē: ac si deū ꝓmere mus intelligatur: non autem de aliqua creatura. ¶In sacra scriptura legitur: qui est misit me ad uos: & a natura etiam dicimus omnes creaturas de esse & essentia compositas esse: esse assumimus per quoddam perfectum siue actum: essentiam uero per potentiā uel iperfectū: merito dicemus: deus est esse: & esse ē de us: esse & deus conuertuntur: qm̄ nulla creatura est esse tātū: nō quod in primo signo creature de re & re cōstent: nisi de quodā medio ad pfectū & iperfectū. sub qua cōsideratione: idest ad pfectū secundū qd: & ad iperfectū tēdēte: cōpositū denominamus: tamē esse assignamus: eo quod aliqualiter pfectū. Vnde de ueniēdo ad sūmū pfectū: ubi nulla est similitudo iperfectiōis: eē tātū ē denominādū solus deus: est simpli cissimū esse: igit ipse tm̄ p hāc denominationē esse appellādus est. ¶Et qa creature in natura sua: esse: & essentia simul significāt: est attribuēdū eis nomē cōe de oīb9 ipsis pdicās. Vnde recte diceremꝰ creatura ē ens: ens ē creatura itelligēdo dū ens ꝓnimus quoddā mediū inter perfectissimū & iperfectū considera m9s. nā incongrue se haberet: ubi diuersa subiecta: unicū simpliciter adduceret pdicatū: deus est multo diuersus a creaturis: ergo nō cōpetit ei pdicatū attinēs creaturis: ē uera hec pdicatio: qa cōuertibilis: dicē do: creatura est ens: ergo erit falsa: qm̄ incōuertibilis: asserēdo: deus est ens: quū nulla creatura cū deo cō uerti pōt. cōuertit cū ente simpliciter: ergo deus nō pōt cū ente cōuerti. ¶Et iferēdo: ut iterdū a qbus dā solet: ens neq̄ finitū neq̄ infinitū: hoc nō ualet: iuxta ea que hic posita sunt: uidelicet q̄ deus ens uoca ri nequeat. unde hoc concesso erit falsum proponere: ens neq̄ finitum nec infinitum: imo omne ens fini tum: quū omne ens creatura sit: & omnis creatura finita. & posito quod deum uellemus ens denominare etiam erit falsa: ens neq̄ finitū neq̄ infinitum: ut postmodum latius patebit. quo fit ut recte loquamur: eē dicendum: ens aliud finitum & aliud infinitum: nullum tamen quin finitū uel infinitū sit. esse eni sub hoc ordine & infinitum idem. ¶Vniuersaliste autem inter alia plura exempla que adducunt ad probandū aliqd ens uniuersalissimū: deo & creaturis cōmune: dari quādā opinionē philosophoꝝ antiquoꝝ: primū principiū rerū querentiū: adducūt. ¶Ita dicēdo: circa plures antiquos philosophos magna stetit con tentio: ut cognosceret quid principiū rerū sit: nōnulli asserebāt primū principiū rerū ignem esse: quidā aerem: alii aquam: & sic discurrendo tādem omnes asserebant ens esse primum principiū: & qa oēs i hoc cōueniūt dato q̄ in aliis pluribus discōuenirent: cōcedendū est aliquod ens dari cōmune deo & creatu ris. ¶Vlterius quotiescunq̄ sub uoce indistincta ens promimus: sub hac uoce aliquā apprehēsionem de oībus entibus simul concipimus: apprehensio enim de omnibus esse nequiret: si modo aliquid in re non corresponderet. ¶Respondendo tamen huic exemplo de antiquis philosophis adducto: dicimus in primis debere explicari intentionem antiquorum. nam priusquam ad inuestigandum primum prin cipium rerum accessissent: quia unaqueq̄ res ens denominaretur simul omnes conueniebant quomo docunq̄ ipsam caperent. sed non ex hoc antiqui asserebant tantum unum ens commune esse. quo niam si unum solum nulla inter eos disputatio stetisset: eo magis quod nullibi per hos philosophos ap paret q̄ ipsi decertarent de querendo aliquod ens cōmune omnibus rebus in pura potentia: immo de una sola re distincta atq̄ prima omniū aliarum decertabant: quum hic aquam dixisset esse principium:

& ille ignem: ita quod exemplum horum philosophorum nil per uniuersalistas agit. & q ens primu principium denominarent: non ex hoc sequitur: q in aliquid de mente ipsorum ens denominatum primu principium de quo omnia dependent: dependentia essent in aliquo idem cum dante dependere. unde p nullam uiam inueniri potest aliquod comune de deo & creaturis: sub aliqua uera predicatione predicantis. ¶ Vt facile de sentetia omnium philosophorum uidere potest: quum de mente ipsorum omne comune est in pura potentia atq indistinctum: deus est purus actus distinctissimus: constat cum aliqua pura potetia penitus indistincta non couenire: ens comune assumptum est in pura potentia: ergo nullatenus de deo uera predicatione predicari potest: licet causa inualitudinis nostre dummodo singulare atq distinctum capiamus: potest dici deus est summu ens perfectum: perfectissimu: purum: nil cum ente creaturarum simile: deus autem unum solum signum essendi habet: no autem plura. omnis comunis predicatio significat aliqualiter taquam superius suis predicatis: deus nullum habet superius: igitur nullum comune de ipso deo predicari potest. ¶ Vlterius deus & creature sunt equaliter conuertibiles cum genere entis: igitur realiter assumpti in concreto deus & creature conueniunt in aliquo alio preter genus entis: quod hoc sequatur: probatur ita exemplando. homo: leo: ceruus: aquila: & similia animalia in genere animalis conuenimus: & etiam ultra ipsum particulariter conuenimus: quoniam unusquisq nostrum de anima & corpore constat extra ipsum uniuersale genus: quocirca non tatum in genere imo etiam in particularib9 animationibus conuenimus. omnis homo: omnis equus: ois arbor: omnis lapis: omne elementum: omne celum: omnes angeli: cum ente couertimur: tanquam cum proprio genere seu quodam comune: & extra ipsum quoq particulariter atq realiter couenimus: quum omnes creature sumus atq fluxum administrationis a deo omnipotenti tanquam a superiori exposcimus: deus non est similis creaturis in aliquo particulari reali extra genus entis: ergo neq in ipso genere deus & creature similes sumus. ¶ Preterea dum ab antiquis inuenitur dictum fuisse ens in infinitum: & finitum diuiditur: minime capiendum sit antiquos intellexisse per deum oipotentem & creaturas: immo infinitum capiebant pro re in pura potentia seu cofusa non pro una sola re sed pro quacuq indeterminata re: & quum talia entia dependentia sint: quauis confusa: si res determinate sunt entia: etiam indeterminate uel infinite denominate entia: sub qua opinione sufficienter se habet: ponendo: ens in infinitum & finitum diuidi: uel per infinitum & finitum cotrahi. hic quoq potest concedi ens inquantum ens neq finitum nec infinitum: intellectus: inquantum intellectus: neq finitus nec infinitus. quoniam intellectus qui nunc in pura potentia quadoq erit in actu: & qui modo in actu: postmodum in potentia manendo in pura potentia uocatur infinitus: seu confusus: in actu eni finitus uel determinatus. & ita de ente & de aliis rebus dependetibus antiqui intellexerunt: non aute quod aliquod ens uel intellectus esset ambiguus ad deum exemptum & creaturas: hoc enim sub nulla sana intellectione cadere potest.

¶ Quonam pacto magis & minus intelligatur in rebus copositis non autem in simplicibus iuxta comunem locutionem sumendo: & quod solus deus sic nec sic magis & minus sumere nequit. Cap. xxxi.

¶ Inter logicos solet dici: quod substantia non habet contrarium: quoniam non recipit magis & minus quantum non habet contrarium: cum non sit unum quatum magis quatum alio: cubitus non habet contrarium: quoniam non est magis unus cubitus alio cubitu: & sic de reliquis: que magis & minus non accipiunt. de aliis plurib9 siquidem dicunt magis & minus accipere: ut de albo: de nigro: de calido: & de frigido: de logo: & de pfundo: de bono: de malo: de sapiete: & de insipiete: & sic de multis aliis q magis & minus recipiunt: dicunt habere contraria. licet non satis declarent. quonam modo ea que dicunt capienda sint: aut in quo tales differentie cosistant. nam cum dicitur substantia non habet cotrarium: quia non recipit magis & minus: utrumq est falsum: iuxta uirtutem uocabulorum assumendo. nam omnis substantia preter substantia dei ab aliis substantiis uel ab accidentibus contrariatur: & aliquando ad hoc: quandoq ad illud. nam homo substatia est: & tamen generabilis & corruptibilis. & ubicuq generatio & corruptio: ibi aliqua cotrarietas proprie dicta intersit. unde experientia patet: qualiter homo habet cotrariu alium homine: & aliquas alias res. ¶ Quod homo recipiat magis & minus proprie capiendo patet: quoniam accipit magis de uirtute & minus: unus homo magis de quatitate corporis quam alius: iste magis de diuitiis & ille minus: quidam magis de albedine: & quidam minus de albedine: & hoc est proprium iuxta consueta uocabula magis & minus assumere. ¶ Veruntamen ad intentionem logicoru: dum magis & minus recipere dicunt: & no recipere magis & minus ut ab omnibus intelligant: sub paucis terminis declarabimus. ¶ Vnde in hoc principio: quandam regulam ponemus: per quam unusquisq sine ambagib9 cognoscet: quonam pacto intelligatur: dum dicitur: substantia non recipit magis & minus: animal non recipit magis & minus: homo non recipit magis & minus. album recipit magis & minus: nigrum recipit magis & minus: humidu recipit magis & min9: sapies recipit magis & minus: litteratus recipit magis & minus. ¶ Regula siquide talis est: qa ubicuq sunt due nature simul: unae aru se habes taqua subiectu substantiale & altera ueluti accides uel additu: in illo subiecto suppositata ibi semp dicimus magis & minus.

¶Et quotieſcū𝓆ꝫ unam ſimplicē rem abſ𝓆ꝫ aliquo addito ſiue attributo conſideramus ibi non datur ma
gis & minus ſiue aſſumatur de ſubſtantia ſiue de accidente.exempli gratia:dum dicimus iſte homo nō eſt
magis homo illo:ſolum hominē nudum abſ𝓆ꝫ aliquo addito conſideramus:ſed apponēdo in ipſo aliquā
albedinem:nigredinem.ſapiētiam:uirtutem:perfectionem:longitudinem:groſſitudinē . profunditatem
& ſimilia:ibi magis & minus inuenimus. ¶Tamen incipiendū eſt in illo addito ſe habente tanquā acci
dēte uel attributo. ¶Exēpli gratia:bene ualet iſta.hoc albū ē magis albū illo:aſſignādo duos hoīes:ꝓ
hoc albū & illud albū. ¶Nam albū ſemper duo dicit:uidelicet accidens & ſubſtantiā ſimul:ideſt albedi
nem:& hominem:lignum:murum aut ſimilia. ¶Nam aſſumendo albedinem per ſe abſ𝓆ꝫ aliquo ſubſtā
tiali ſubiecto ſimul una albedo non eſt magis albedo altera.unde fit quod dum album dicimus:quamuis
uideatur hec denominatio ab albedine deriuari in re: ita de ſubſtātia ſicut & de accidente dicit.nā nullū
datur album ſimpliciter aſſumptū:niſi de albedine & de aliquo ſubſtātiali ſubiecto compoſito. ¶Et ſic
hoc ordine aſſumpto facillime unuſquiſ𝓆ꝫ intelligere poteſt:quomodo aſſumat magis & minus: recipere
& non recipere:magis & minus uidelicet ſimpliciter aſſumpta non recipiunt magis & minus: & res cōpo
ſite de ſubſtātia & accidēte uel de aliquo attributo tāquā accidēte :recipiunt magis & minus. ¶Lignū
ſimpliciter aſſumptū ſine additiōe lōgitudinis:aut aliq̄ ſimili additiōe:unū lignū ē magis lignū altero:
neqꝫ dē una lōgitudo magis lōgitudo altera:nec una ſapiētia magis ſapiētia altera:nec una ꝑfectio ma
gis ꝑfectio alia:qm̄ ſimpliciter hic aſſumit tanq̄ i abſtracto:& hoc tā de ſuba quā de accidēte itelligit.ſed
dū ad cōcreta deuenimus:ſemp ibi magis & minus aſſignare poſſumus.nam dicendo hoc perfectum eſt
magis perfectum illo:aſſignando.animal rationale & ſenſuale : uera eſt hec ꝓpoſitio. ¶Et premendo:
hic perfectus eſt magis perfectus illo:ſiue ſapiens oſtendendo angelum & hoīem magis & minus deſigna
mus:& uera eſt hec propoſitio. ¶Et etiam in deo magis aſſignare poſſumus:ſi deū ad creaturas cōpa
raremus:ueluti dicendo:hic perfectus eſt magis perfectus illo:aſſignando deum & angelum magis & mi
nus deſignamus:& tamen uerum.quamuis deus non recipit magis & minus:ſic nec ſic: ſed eſt magis ꝑfe
ctus quam omnes creature:magis bonus: magis ſapiens:ſed in ſe non recipit.magis & minus in hoc mo
do loquendi:nequidem in altero.nam nō eſt hodie magis diues:& cras minus aut hodie oīpotens & cras
impotens:nunc ſapiens & poſtmodū inſipiens & quia nō poteſt magis & minus ſic nec ſic.recipere: nul
lum habet contrariū. ¶Vnde habetur ab aliquibus theologis dicentibus deus eſt id quo magis exco
gitari non poteſt : quam diffinitionem in pluribus modis intelligi poteſt ueram eſſe.quoniam in deo nil
magis excogitari poteſt neqꝫ minus:cum ſimpliciſſimus ſimplex ſit:quoniam nō datur in ipſo aliqua ad
ditio ſuppoſitata:tanquam de diuerſa natura:quoniam actus puriſſimus eſt. ¶Vlterius cum omnia de
pendentia ſub poteſtate ſiue eſſentia dei cōprehenſa ſunt:& cogitationes noſtre ſunt dependentes: con
ſtat:quod nullum maius deo appҏhendere poſſunt:neqꝫ magis quam ipſum:cum oīa dependentia minus
quam deus ſunt:& ſic deus ſolus contrarium non habet:cum nullam additionem ſuper ipſum apponere
poſſint.creature uero:ut angelus:quamuis inter dependentia perfectus tanquam ad extra euenientia in
dies magis & minus aſſumere poteſt.nam poteſt angelus aliquid ſcire cras:quod non ſcit hodie:ſed deus
nil magis nil minus ſcire poteſt:ſed ſemper omnia ſimul equaliter. ¶Preterea quia in cōmuni conſue
tudine loquēdi habetur:caliditas ut quattuor & alia ut tria:aut caliditas magis remiſſa uel magis intenſa:
aīaduertendum eſt:qđ dum hic gradus aſſignamus de maiori & minori numero intelligimus : nō autem
de magis & minus.& dum dicimus albedinē magis remiſſam:& magis intenſam:eadem eſt ratio ac ſi pro
meremus magis album & minus album.quoniā hoc & illud ratione ſubiecti in quo albedo manet fit.nā
conceſſo quod albedinem tantum ꝓnuncienus:dicendo magis & minus remiſſam:nō de natura ſimplici
albedinis hoc intelligendū eſt:ſed quia hec albedo poſita in hoc pariete reſplendet magis quam illa albe
do in altero pariete poſita.albedo que potius reſplendet in ſubiecto in quo manet uocatur magis inten
ſa altera & alia uero magis remiſſa ſed hoc nō ex parte albedinum niſi cauſa ſubiectorū.quoniā hoc ſub
iectum eſt melius diſpoſitum ad accipiendū albedinē quam illud:quocirca idem eſt dicere in re albedinē
magis remiſſam & rem minus albam. ¶Et quod ita ſit exemplo probat:cum etiam dicamus iſte homo
eſt magis remiſſus illo:& tamen inquantum homo non unus magis remiſſus altero:niſi ſecundum opera
tiones cauſa materie mēbrorum ſe habens tanquam ſubiectum in quo anima manet:& ſic cauſa differē
tiarum materiarū:anima magis intenſius aut minus intenſius in animalib9 operatur:& tamen unum ani
mal inquantum animal:de nulla cōpoſitione de nulla operatione cōſiderando: nō eſt magis aut minus
remiſſum altero:& ita una albedo ſimpliciter aſſumpta nō ē magis intēſa aut magis remiſſa altera ſimpli
citer i natura ſua aſſumpta:ſed magis aut minus remiſſa ratione ſubiecti in quo manet : & quia dum ſub
remiſſione aut intenſione albedinem cōparamus:eſt coniuncta ſubiecto & non aliter ; conſtat eſſe idem
ſn re:dicendo albedinem magis remiſſam:& rem minus albam.

¶De eodem

¶Tandē hec & ſimilia uere puerilia ſunt:& ad cōterendū tēpus fruſtra poſita ; quū nulla uera cognitio
nullū rectū ꝓpoſitū de his alliciatur:& cōceſſo bonū eſſe:ut ſciat:quidnā ſignificet dum promemus hoc

albũ eſt albius illo:non ex hoc ꝑ diſcurſum longũ in iactura tẽporis morari debem9:quũ ſub paucis ea q̃ hic dicũt itelligi poſſunt. ¶Nã dicẽdo hoc eſt albius illo:nil aliud refert uere capiendo:niſi hec ſubſtã tia uel hoc ſubiectũ aſſumit magis uel cõtinet de albedine quã illud: ſeu in quãtitate ſua.hoc ſubiectũ ha bet magis intenſam albedinẽ quã illud aliud ſubiectũ.unde facile uidere põt:q̃ de eã rectius põt dici ſub= ſtantia habet poſitionẽ aut recipit magis aut minus:quã q̃d accidens magis & minus recipiat.cõcedit cõ tingere ſubſtãtie magis & minus accidẽs recipere:tñ dicẽdo hoc album potius de ſubſtãtia:ideſt de hoĩe: pariete:equo : ligno:quã de albedine dicitur.qm̃ recta eſt hec locutio ponẽdo hic homo eſt albior illo:& nõ põt dici hec albedo eſt magis alba illa:quo ꝓbat potius eſſe dicendũ ſubſtantiã accipere magis & mi nus:quã accidẽs.eo q̃d ſubſtãtia tanquã ſubiectũ eſt accipiens:accidens uero acceptũ hoc & illud:tamen cum parua doctrina cõcipi põt:qm̃ ubi cõpoſitio nõ datur neq3 magis & minus ibi dicimus eſſe:licet qa ut uiſum eſt q̃nq3 dicitur albedo magis intenſa: & q̃nq3 remiſſa : ſed eo tunc intelligit eã ſubiecti in quo ipſa albedo manet:de ſe autẽ ab oĩ ſubiecto ſeparata una albedo non eſt magis intenſa:nequidẽ extenſa altera.unus homo eſt magis albus quam alius homo:& tamẽ ſubſtãtia eſt:& unus homo nõ magis homo altero:ſed ſub hoc fundamẽto inſiſtẽdo minime ualeremus ad ꝓbandũ incorruptibilitatẽ hoĩum.quãuis quicq̃d corrũpitur a cõtrario corrũpitur.unde põt aliquis arguere:nullus homo habet contrariũ:& ubi non cõtrariũ:nulla datur corruptio:homo eſt huiuſmodi:uidelicet:nullum habens cõtrarium:quia unus homo non eſt magis homo altero:igitur nullus homo corrumpit.tñ quod corrũpat oĩbus conſtat: unde probat uerũ non eſſe:ꝙ homo nõ habeat contrariũ.qm̃ de uariis atq3 cõtrariis ab intrinſeco cõpoſitus: & q̃cq̃d de diuerſis cõpoſitũ:corruptibile:ita q̃d multa ſunt que nõ recipiunt magis & minus:tanquã ad extra cuenientia.nihilominus ab intrinſeco de contrariis compoſita & plura ad extra habent contraria.

¶Qualiter omnes ſubſtantie que aliquid in ſeipſis ſubiectari debent a propria natura ſic uel ſic extenſe ſunt non autem ueluti puncta in paruitudine. Cap.xxxii.

¶Preterea in hoc loco multa de ſubſtantiis & de accidentibus ſimpliciter aſſumptis atq3 ſimul cõiunctis cognoſcere poſſumus:que ĩ plurib9 locis a nõnullis ſub obſcuro ordine ſcripta ſunt. ¶Gratia exempli de cõmuni opinione philoſophoꝝ habet:quod ſubſtantia de ſe nullam habet magnitudinem:nullam ex tenſionẽ:nullã qualitatẽ.ſed q̃d oĩa hec aſſumit ab accidentibus:& ut ita obſcure ne ꝓcedamus: petimus nunc ſi ſubſtãtia nullã habet extẽſionẽ:nullam magnitudinẽ:ſi ſe habet tanquã punctus ſiue athomus q cauſa ꝑuitudinis idiuiſibilis eſt:& quicq̃d ꝑuulũ ens diminutũ ſignificat.ulterius ſi ſubſtãtia tanquã abſq3 aliqua extenſione eſt:nullatenus põt eſſe ſubiectũ accidentiũ.qm̃ accidẽtia ad extenſionẽ ſubiectoꝝ extẽ dunt:non aũt per ſe ſed ꝑ ſubiectũ ipſum:ſubiectũ accidentiũ eſt ſubſtãtia:ergo ſubſtãtia per ſe eſt quãta atq3 extenſa. ¶Amplius corpus ſubſtãtiale eſt ſubiectũ anime:ad quã extenſionẽ anima ipſa extendit: eo quod per oẽs partes animat ſubiectũ ipſum:nõ extendit ad extenſionẽ accidentiũ:qm̃ nõ habet acci= dens pro ſubiecto:igit corp9 ſubſtãtiale eſt quantũ atq3 extenſum. ¶Et inferendo q̃d eſt extẽſum per extenſionẽ:que accidens eſt:negatur:cum etiã talis extenſio accidens eſt:& quicq̃d accidens ſe habet tan quam ſuppoſitatũ in ſubſtãtia.unde oportet ad extenſionẽ ipſius ſubiecti accidẽs extendi:nõ autẽ ſubie= ctum per accidens ſaltem in primo ſigno ſuppoſitationis . qm̃ ſub nulla intellectione nec imaginatione ſtare põt:quod quantũ extenſum ut de quãto accidẽtali dici ſolet poſſet in puncto ſuppoſitari:& inferen do quod oĩa indiuiſibilia ſe habent tãquã punctũ:& ꝙ ſubſtãtia eſt idiuiſibilis totũ aſſumptũ negat.quo niã omnis ſubſtãtia generabilis & corruptibilis.eſt diuiſibilis:ut ſenſib9 patet.quoniã homo eſt ſubſtãtia: equus eſt ſubſtãtia:& tñ inter ſe diuiſi & in elemẽtis in una & eadem materia cõiuncti : & quia poſtmodũ diuiſi:patet ſubſtãtiã elemẽtorũ diuiſibilẽ eſſe:non autẽ ꝑ extenſionẽ alienã:ſed ꝑ propriã:quoniã potius eſt dicendũ diuidi accidentia ꝑ ſubiectũ:quã ſubiectũ ꝑ accidentia:ut de albo & nigro a plurib9 exempla ri ſolet:aſſerendo q̃d de ſe ſunt indiuiſibilia:ſed q̃d ad diuiſionẽ ſubiecti diuidunt. ¶Preterea ſi ſubſtã= tia de ſe eſt indiuiſibilis & inextenſa:de naturali ordine non põt per accidens diuidi : nequidem extendi quoniã omnia hec paſſiones ſunt:& nõ eſt datum a natura ꝑfectiora ab imperfectiorib9 pati imo ecõuer ſo.ulterius quod oĩa extenſa diuiſibilia non ſint in radiis ſolarib9 patet:qm̃ extenſi ſunt:aut per ſe exten duntur:& tamẽ idiuiſibiles & de genere ſubſtãtie ſunt:aut ſaltem corpus celi indiuiſibile quãuis extẽſum. unde non ſequitur:oẽ extenſum eſt diuiſibile.nam anima noſtra extenſa eſt ad extenſionẽ ſubiecti:& tñ indiuiſibilis:ut in ſuꝑiori libro ſatis probatũ fuit. ¶Sed ponamus nũc q̃d ſubſtãtia de ſe:ſe habeat tan= quã punctum abſq3 aliqua extenſione:deducant oẽs ſubſtantie ad hunc punctum: ſiue ad athomũ quod deduci poſſunt ſi ſubſtantia de ſe tanquã punctus ſe habet:& nullam habet cõtrarietatem. ¶Nunc ſic: ubi unaqueq3 res eſt:ibi operatur:omnis ſubſtantia eſt in hoc athomo uel cuſpide unius acus:ergo omnis ſubſtantia operatur in uno cuſpide acus.& non alibi.quoniã nulla res operatur:ubi non eſt oĩs ſubſtãtia poteſt eſſe in uno ſolo athomo:ergo manendo ibi:ibi ſolum operari poteſt:quod abſurdum eſt talia ima= ginari:licet quod imaginationi repugnet poſſe eſſe:ſed dato quod poſſet ſimpliciter eſſe:dicendum acci= dens perfectius eſſe quam ſubſtãtia.qm̃ ſi accidens de ſe eſt quantũ:extenſum:longum:latum: profundũ: humidum:calidum:album:nigrum:& ſimilia de ſe maximã diſtantiam cõprehendet : ſaltem cõprehendet

punctum atq; plura puncta:& a nullo puncto cõprehendi poteſt.quoniam punctus cauſa diminutionis nullum cõprehendere poteſt:ſubſtãtia cõprehendit accidens: igitur ſubſtantia non ſe habet in paruitate extenſionis tãquam punctus licet indiuiſibilis:ueluti & punctus ſed nõ indiuiſibilis cã paruitatis: ſed perfectionis. ¶Deus oĩpotens ſiquidem nullum accidens habet adiunctum per quod extenditur: aut quãtum aſſumit:& tamen ipſe quantus eſt non quantus mollis.qm̃ incorporeus ſiue ſpiritus eſt:ſed quantus uirtute intenſa atq; extenſa.qm̃ omnia cõprehendit & ubiq; eſt:punctus uero non poteſt in uno & eodẽ inſtanti ubiq; eſſe:nequidem oĩa comprehendere.unde patet:quod eſſentia dei non ſe habet tanquã punctus in paruitate:neq; extenſa per aliqđ accidens. ¶Amplius ſi oĩs ſubſtãtia ſe habet tanquã punctus abſq; aliqua extenſione quenam differentia eſt aſſignanda inter ſubſtantiã corpoream & incorpoream. quoniam oĩno aliqua eſt:& per oẽs ſapientes alia ſubſtantia corporea & alia incorporea datur.unde corpoream ſubſtantiã groſſiorem atq; imperfectiorem incorporea dicimus eſſe.quocirca in genere ſubſtantie corporee corpus datur.imaginetur nunc corpus quod tanquam punctus omnino minimus & inſenſibilis ſe habeat:quod repugnat intellectioni & imaginationi:ut tale ſit corpus:eo magis quod non tantum eſt ſubiectum anime:& anima petit diſtincta mẽbra atq; organa extenſa per ſubiectum:ſed etiam eſt ſubiectum accidentiũ:uidelicet:albi:humidi:ſicci:quanti:extenſi:& ſimiliũ.& quantũ & extenſum nullatenus in non quanto a natura loquẽdo ſuppoſitari poteſt.unde ſequeret̃ accidentia per ſeipſa manere:manẽt per ſe aut per ſe extendunt ſubſtantiã atq; diuidunt ipſam:oportet cõcedere accidentia multo pfectiora quam ſubſtãtiã eſſe. ¶Sed quod accidentia nõ prebeant quantũ:non extenſionem: nõ quale:p primũ ſignũ ſubiectis:pbat̃.qm̃ accidentia de ſe nõ recipiunt magis & minus potiuſquã ſubſtãtie: ſed ſubſtãtie & accidentia ſimul recipiunt magis & minus ut ſuperius diſcretũ eſt.nã una qualitas nõ eſt magis qualitas altera:neq; unum quantũ magis quantũ altero:una extenſio nõ eſt magis extenſio altera : neq; una dimenſio magis dimenſio quã alia:unus color nõ eſt magis color alio:una nigredo non eſt magis nigredo alia:neq; una humiditas magis humiditas quã alia:una ſcientia nõ eſt magis ſcientia quã alia:una lõgitudo non eſt magis longitudo quã alia:una latitudo non eſt magis latitudo quã alia.una raritas non eſt magis altera neq; una pfunditas magis pfunditas altera:& ſic de oĩbus accidentib9 ſimpliciter aſſumptis:uidelicet:ſine aliqua adherentia alicui ſubiecto ĩtelligendũ eſt.nũc ſic: nullũ accidens de natura ſua recipit magis & minus:neq; hẽt cõtrariũ iuxta hũc ordinẽ:ergo nõ poſſunt alicui magis & minus pbere in pluribus ſubiectis:uidemus magis & minus:atq; plura cõtraria:ut magis longũ:minus longũ : magis pfundũ:minus pfundũ:magis latũ:& minus latũ:magis extenſum:& minus extẽſum:magis albũ: minus albũ:magis ſapiens:& minus ſapiens:& accidens de ſe nõ recipit magis & minus : potiuſquã ſubſtãtia:& ſubſtãtie potius principales:eo quod ſubſtant accidẽtibus atq; cõprehendunt ipſa:potius eſt dicendũ:qđ accidẽs ſequat̃ ſubſtantiã:tanquã pfectum in extenſione:aut quomodocũq; aſſumatur:quam quod ſubſtantia aſſequat̃ accidens. ¶Et inferẽdo quod eſſet imperfectio:quod ſubſtãtia eſſet extenſa imo multo magis iperfectio diceretur:ſi tanquam punctus abſq; aliqua extenſione ſe haberet : non intelligit̃ quod ſe habet:tanquã corpus molle omnis ſubſtantia in extenſione:ut angelus:& anime:ueluti in radiis ſolaribus apparet.quoniam indiuiſibiles ſunt:& ſi aliquod non daretur corpus opacum tranſirent per omnia diaphana corpora:quãuis mundus fuiſſet pluries maior quã eſt:& talis extenſio atq; reſtrictio ut diuiſiones fugiant:perfectio magna eſt. ¶Sed ſubſtantia diuiſibilis ut ſubſtantia elementorũ.quia eſt generabilis & corruptibilis per naturã ppriam:groſſa eſt:quoniã de materia & forma cõpoſita:& in eo tunc eſt ſubiectum accidentiũ:ſed prius quam ſubſtãtia generabilis & corruptibilis accidentia aſſumat iam de ſe eſt quanta atq; generabilis & corruptibilis: licet quod oportet ut generationes & corruptiones fiant:qđ in primo ſit aliquod cõgregatum de ſubſtantia & de accidente:ut de materia & forma:de calido frigido: humido & ſicco.nam accidens per ſe quia non recipit magis & minus non generat̃ & corrumpitur:& ſi generatur nõ pſupponit aliquam corruptionem proprie dictam:nec ſubſtãtia de ſe abſq; aliquo accidẽte corrumpitur : neq; generatur proprie aſſumẽdo:ſed ſubſtantie & accidentia corrumpuntur:& generantur dum cõmixta ſunt.quoniã in eo tunc magis & minus habent. ¶Vnde oportet concedere duo predicamenta cõmunia ſubſtantie & accidenti:uidelicet:quantũ & quale : quoniã omnis res eſt quãta & qualis ſiue ſit de genere ſubſtantie ſiue accidentis. ¶Nam ueluti ens dicit̃ de omnib9 creaturis. tam de ſubſtãtiis quã de accidentib9 ſiue ſint corporee ſiue incorpee:ſic quãtũ & quale dicit de oĩbus rebus tam de pfectis quã de iperfectis:ſed in diuerſo modo.nã res pfecte impfectis adminiſtrãt :atq; ipſas ſubſtẽtãt.

¶Quonam pacto pleraq; compoſita imaginamur : iuxta diuerſa uocabula : que compoſita non ſunt:& quod omne ens in primo gradu ſeu modo eſſendi eſt bonum:in quo ſigno bonũ non eſt paſſio entis:ſed ens & bonum ſimpliciter. Cap.xxxiii.

¶Cum multa ſuperius de magis & minus aſſumere dicta ſint:proſequendo animaduertẽdum eſt:q; non in omnib9 compoſitis magis & minus imaginatur:niſi ubi uarie nature ſimul componunt̃ realiter aſſumpte ſeu imaginarie:nequidẽ magis & minus dicit̃:ubi aditio nõ remanet ſimul cũ ſuo ſubiecto. ¶Gratia exempli:unus curſor non eſt magis curſor altero:neq; unus operator magis operator alio : eo quod

cursus neq; operatio non remanent in cursore:nec in operatore:sed simul cum illa operatione trāseunt. Et unus sapiens est magis sapiens alio: eo quod post operationem scientia remanet realiter in ipso operatore seu sapiente. ¶ Nullum animal est magis animal altero:& tamen aliquod animal:ut homo: habet magis de animalitate quam alterum:uidelicet:quam ostrea:quoniam homo non solum habet intellectiuam animam:sed etiam plures sensus quam conchilia habent:& nihilominus:quia omnes potentie anime essentialiter ingrediuntur in ipso homine : nil ibi additum consideramus.unde homo non est magis animal aliquo alio animali:sed perfectius tantum. ¶ Vnde bene ualeret dicēdo:hoc perfectum est magis perfectum illo ostendendo hominem & capram : quoniam hic non de animali sed de illa perfectione tanquam de re addita consideramus. ¶ Verūtamen hoc nō uidetur posse teneri in omnibus:eo quod in omnibns non datur additio:licet secūdum aliquos auctores detur in omnibus:sub qua imaginatione etiam in deo uolunt ponere attributa;uidelicet:bonum:sapientem:magnum:& similia asserendo:q̄d hec non sunt in primo modo dicendi de deo:sed in secundo. ¶ Sub quo ordine nolunt:quod omnia transcendentia tanquam nomina sinonima se habeant:nisi aliqua uelutiens & res:bonum:uerum:& unū tanquam passiones entis in secundo modo dicendi de ente ipso: non autem in primo. ¶ Sed contra hanc opinionem multa dicere possumus:& in primis ita petimus : utrum bonum in primo signo sui essendi sit ens aut bonum tantum:conceditur ab omnibus quod sit ens:sed reductiue atq; realiter: sed non quiditatiue:eo quod passio propria:& passio nō dicitur simpliciter de eadem quiditate cum subiecto in quo manet. ¶ Sed rursus ita proponamus:cōsideremus bonum non tanquam passionem alicuius ueluti in trāscendentibus ponitur:quoniam ibi absolutum. ¶ Et passio propria alicuius non dicit absolutum:petimus nunc bonum absolutum absq; respectu alicuius:ueluti ipsum considerare possumus: sit ens uel ne:si dicis quod ens:concedis quiditatiue bonum esse ens : quoniam unaqueq; res in primo signo suo essendi quiditatiue capitur.& si responderes:quod bonū in primo signo sui essendi nō est ens:annuis: quod ens non predicatur uniuoce neq; equiuoce de omnibus rebus:quamuis de solis dependentib9 assumatur: cū dicis bonum simpliciter non est ens:licet quod postmodum ad ens reducetur:nūquam talis reductio:per primū signum essendi sufficere potest:Et consequenter:si bonum in primo signo sui essendi non est ens: est dicendum:quod ens in primo suo signo non est bonum : sed in secundo. Insuper si ens habet esse per se distinctum a bono in primo modo : etiam bonum in secundo signo entis habebit esse distinctum ab ente.quoniam secundum signum entis est primum signum boni.unde eadem erit ratio de hoc:& de illo. Et si opponeretur dicendo:quod ens potest stare sine bono:& non econuerso:assumenda est bonitas quiditatiue:que non dicitur in secundo signo entis:nequidem ab ipso ente deriuari:sed per se simpliciter:de qua natura bonum habet quiditatem : si in primo modo essendi cum ente quiditatiue non conuertitur.

¶ Risibilitas habet pro subiecto corpus & rationalem animam: nō autem hominem.quoniam si homo esset subiectum:risibilitatis fuisset subiectum ipsiusmet:cum homo & risibile conuertant:unde oportet cōcedere:quod anima & corpus sint subiectum risibilitatis:non autem homo:& anima & corpus sine risibilitate dari possunt.unde risibilitas dicit posterius aut alterius nature ab anima & corpore : qua de causa non cōuertuntur.nam non ualet dicendo : anima est:corpus est:ergo risibilitas est:nequidem homo est risibilitas:licet dicatur per consuetam locutionē homo est habens humanitatē : sed etiam dicimus homo habet corpus:habet animam:habet seipsum:habet humanitatē:habet caput.habet cor:& similia : & quo ad ueritatem omnia hec simul sunt homo . Vnde iuxta rectam locutionē melius est dicere:homo est animal:quam homo est habens animam:& sic melius est ponere hominem esse risibilem:quam habentem risibilitatem:qm̄ ueluti anima & corpus tanquam principia occurrunt ad cōponendum hominem:ingrediēdo essentialiter in ipso : ita risibilitas occurrit in modo suo tanquam principium ad cōponendū hominē ingrediendo in ipsum:& quod ita sit patet:quoniā risibilitas nil addit in homine : & si postquā anima & corpus simul sunt homo:ipsa risibilitas eueniret:ibi aliquid adderet:unde diceremus:hic risibilis est magis risibilis illo risibili:ueluti ponimus:hic albus est magis albus illo albo:eo q̄d albedo aduenit homini postquam homo est:risibilitas uero non:sed ad cōponendū ipsum hominem concurrit.unde non potest esse homo:quin risibilis sit:& si in aliqua prioritate anima & corpus fuissent homo:& postmodum assumerēt risibilitatem:in ea prioritate daretur homo non risibilis:nō datur:ergo non cōtingit homini per aliquā additionem risibilem esse. ¶ Vnde possumus dicere:hominem essentialiter risibilem esse: non risibilem quo a natura corporis & anime:tanquam diuisorum assumptorum:sed inquantum homo de uariis principiis cōgregatus.& cum risibilitas tanquā unum principium passionis aut quomodocūq; assumatur:de necessitate in cōpositiōe hominis ingreditur:& tale compositum: uidelicet homo:est denominādus essentialiter risibilis:licet non tanquam de perfectiori fundamento.quoniam natura anime & natura corporis perfectiores sunt:quam natura risibilitatis.sed risibilitas in modo suo propriam essentiam uel quiditatem habet:& sic diffiniri potest & ibi genus & differentiam assignare : & ipsa risibilitas per speciem siue rem diffinitam:ita dicendo risibilitas est natura per quam quicquid risibile est risibile. ¶ Et parimodo si ens & bonum in primo signo siue in modo simplici idem non sunt:bonum habet dependentiam a bonitate nō autem ab ente:sicut album habet dependentiam denominationis ab albedine: eo quod in re sub

iectum aliquid ab albedine accipit quod de natura ipsius subiecti non erat. unde fit: quod album duo dicit: uidelicet subiectum & subiectatum: & subiectum & subiectatum omnino per superiorem partem duas habent naturas: licet manendo simul unum totum indiuiduũ faciant. ¶ Sub quo ordine si ens in primo modo siue signo essendi non dicit bonum in illo signo: datur ens non bonum: & a non bono nõ potest de naturali ordine bonum per primum signum essendi originari: & sic bonum habebit dependentiã a bonitate non autem a bentitate. unde daretur bonitas quod ens non esset: & ens quod non sit bonum. nam utrunq; non possunt esse simul assignata ibi aliqua distinctione ex natura rei: nisi imaginaria tantum: iuxta modos loquendi nostros. quoniam ultima abstracta uel omnino simplicia principia unum tantum dicunt. non enim plura. unde sententia multorum habetur: equinitas tantum est equinitas: & abstracta totaliter cognoscuntur aut ignorantur. Vnde concedere oportet quod si bonitas simpliciter non est entitas & entitas bonitas: que sunt due res tanquam duo principia occurrentia ad componẽdum cõcretum: uidelicet ens bonum. nam ens concretum dicit & bonum etiam concretum: & si uis quod absoluta assumpta siue separata: sunt omnino inconcreta: tunc erit eadem ratio de ente & de bono: ueluti de entitate & bonitate. unde semper due res per primas origines assumendo. ¶ Et inferendo: quod ens sit primum in ordine rerum: quam bonum. unde oportet bonum ab ipso ente originari: respõdetur: quod nõ ualet. nam angelus est primus in naturali ordine quam homo: & homo non originatur ab angelo immo aliam habet naturam a qua originatur: & sic bonum si in primo modo sui essendi nõ est ens simpliciter: habet per originem bonitatem: non autem ens & si bonum in primo suo modo non dicit ens neq; ens in suo primo bonum: unde ens & bonum uarias habent origines. ¶ Sed hoc posito: quomodo saluare mus cõmunem sententiam asserentem: quicquid est eo quod est bonum est. bonum est esse & malum non esse: uidelicet bonum est esse quomodocũq; assumatur: ad differentiam de non esse. Et probatur ita dicendo: melius est esse quam non esse igitur omne esse inquantum est: bonum est: eo quod non esse est malum: uidelicet non bonum per quam differentiam: quicquid est bonum est bonitate entis cõmuniter denominatum. Et hic ens & bonum: atq; bonum & ens simpliciter in primo modo conuertuntur. ¶ Licet nonnulli aliter sentire uideantur: asserendo: quod essentia siue existentia nec est bona neq; mala: eo quod nõ est. ¶ Ad quam imaginationem respondendo cõcedimus totum assumptum simul. non autem in partibus quoniam si essentia non est tanquam priuationem omnino simpliciter dicit: Et priuatio neq; bona neq; mala: sed malam dicimus per respectum: quem nos imaginamur ad esse positiuum: sed priuatio bona esse non potest respectiue: neq; aliter. ¶ Negamus separatam hanc opinionem: quoniam dicendo essentia est in pura potentia: in hiis uerbis aliqua res denotatur: & tamen negatur ipsa asserendo quod non est. ¶ Quamobrem merito uidendum est de qua essentia hic assumatur: non de forma siue actu: ergo de materia prima siue potentia: que materia per esse uel forma perficitur in qua perfectione siue unione cum esse materia ipsa: uel essentia potentialis denominatur bona idest ens: sub qua opinione esse simpliciter in primo modo dicendi est bonum: & essentia non bona: aut quod esse priusquam cum materia componatur est compositum de esse & bono. ¶ Et essentia ante unionẽ cum esse: non bona. ¶ Sed qui similia posuerunt dubia quamplura adducunt: declarationem uero nullam: quamuis excusari uellent qualiter de prima materia plenam noticiam habere nequeunt. ¶ Sed qui non potest aut non uult ea que dicit declarare potius tacere quam loqui deberet. Et dum melius quid prima materia siue pura potẽtia dicat: quãdam auctoritatem Aristotelis in primo phisicorum positam adducemus: dicentem: materia non est sua potentia: quia potentia est in genere relationis: materia uero est in genere substãtie. ¶ In hac auctoritate sub paucis multa dicta sunt. nam dicendo materia nõ est sua potentia: intelligendum est: materia quo ad se semper in quocũq; presenti est in actu. quoniam substantia: & substantia ab hac operatione substandi denominatur substantia: & quicquid operatur in actu est. ¶ Non est sua potentia: quia potentia est ĩ genere relationis: idest ab alio. & in omnibus relationibus oportet duo extrema atq; diuisa ponere: eo quod mutuo respiciantur: & quia potentia materialis aspicit formam per modum relatiuum: & omnis potentia proprie dicta tendit ad actus futuros: constat quod potentia materialis aspiciens formam tendit ad futurum: uidelicet: ad illud quod nondum est: nam si in actu haberet formã: non esset relatiua ad ipsam. ¶ Et in hoc modo assumitur materia potentialis: uidelicet: sub consideratione de illo quod quandoq; erit: & sic quia nondum est. pro nunc non est bonum neq; malum: ueluti dum a quibusdam dicitur filius est in esse essentia in patre. nam ibi inquantum filius nil est: & non esse nõ est bonum. ¶ Sed deueniamus ad illud quod est in patre & in quacunq; materia non assumpta imaginaria per id quod in futurum erit: & uideamus in illa materia de qua in posterum filius generatur sit bona anne: & potentia uel aptitudo patris etiam sit bona uel non bona. & ordo naturalis realiter assumptus ad similia perficienda sit bonus aut nõ bonus: ad quod respõdere oportet: & quod materia existens in patre de qua in posterum filius generatur est bona: & aptitudo patris ad generandum bona & etiam ordo naturalis sub quo hoc fit bonus: licet quod filius non est bonus in patre: quia non est nisi imaginarius tãtum. sed etiã imaginatio inquãtũ aliquid fabricat aut decursus agit bona est: licet din inutile. ¶ Vnde palam inueniemus: quod quicquid est quomodocũq; assumatur in primo signo essendi bonum est: sed ta-

le bonum non eſt additum illi rei:& illud quod non adiunctum:non eſt paſſio alicuius:ſed ſimpliciter idē
cum illo in quocūq; conſideratur. ❡Vnde non eſt denominandum tale bonum paſſio entis: niſi bo⸗
num additum ſuper primum ſignum eſſendi: ſub quo ordine bonum & malum unum & multa erunt
paſſiones entis:& ſic ualet hoc:dicendo:hoc bonum eſt melius illo bono oſtendēdo duo entia:& hoc ma
lum eſt magis malum illo.Et iuxta bonitatem entis unum ens non poteſt dici hoc ens eſt melius illo:non
loquendo de deo:ſed de creaturis tantum: & ſi aliquod bonum eſſet additum in ente ſuper primum ſi⸗
gnum bonitatis entis: unum ens eſſet melius altero aut unumquodq; ens poſſet ab illo bono ſepari.qm̄
de naturali ordine unaqueq; res quandoq; ad ſuum primum ſignum eſſendi eſt reuerſura.unde ſi ens in
primo modo non eſt bonum:ſed in ſecundo: poteſt ſeparari a tali bono: & ad primum ſignum eſſendi
reuerti.bonum entis non poteſt ab ipſo ente ſeparari:ergo bonū & ens in primo modo eſſendi ſunt ſim
pliciter idem. ❡Et inferendo ut a quibuſdam ſolet:quod ens & bonū idem realiter ſunt:ſed quod for⸗
maliter diſtinguūtur.hoc negatur.quoniam oīs hec entitas realis habet ortum ab aliqua ſuperiori enti⸗
tate formali.nam realitas inquantū realitas:tam de materia quam de forma dicit.unde oportet quod ubi
cūq; duo ſimul cōſiderant realiter idem cōcedere per aliquā ſupiorē formā idem eſſe: & ſi oīno in opinio
ne tua inſiſtere uis:petimus de formalitatib9 iſtis ſupiorib9 an reales uel imaginarie ſint ſi imaginarie mi
nime de ipſis loquēdū eſt.ſi mō reales:he formalitates ſunt priores quā ens & bonū: & ſic tanquā nature
ſupiores ſe habebunt altera ab altera diuiſa.unde concedere oportet:formalitatē boni nō eſſe ens:qđ eſt
contra ponētes hec ſimilia:& ut diſputando per infinitū ne diſcurramus oſtendant he formalitates a po
nētibus ipſas quales ſint.religioſi ſiquidem naturali ordine cōſiderādo habem9:quod lucifer quāuis peſſi
mus ſuper omnia peſſima:ſemper eſt bonus bonitate entis:& ſi talis bonitas fuiſſet ei tanquā addita in ſe
cundo ſigno ſepararet ab ipſo. ❡Sed cum nos de uiſibilibus ad inuiſibilia ꝓcedamus:ſemp ēt in inuiſi
bilibus aliquem ordinem:ueluti inuiſibilib9 imaginamur.unde fit quod circa hec compoſita:& nobis tra
ctabilia:quandoq; magis bonum & quandoq; minus inuenimus: & ſimiliter malum:oportet tale bonum
uel malum additum denominare:quoniam ſi non additum addi & minui non poſſet: ſed in ente ſimplici
ter aſſumpto non datur magis & minus bonum:ergo bonum illud non tanquam additum ſe habet imo
in primo modo idem ens. ❡Quoniam uera eſt hec propoſitio ꝓmendo:hoc ens eſt unū:aut hoc unū
eſt ens.& inter paſſiones ꝓprias & ſubiecta ſua non tenet cōuerſio.nam non eſt uerū ſi diceret.hic homo
eſt humanitas:aut hec riſibilitas aut humāitas eſt homo:quocirca dicendū eſt.homo eſt humanus uel ha⸗
bens humanitatē:ſiue riſibilis uel habens riſibilitatē & non pōt ſub uero ordine dici hoc ens eſt unitabile
uel habēs unum:ſed eſt unum ſimpliciter ꝓnunciamus. ❡Nequidem unum poteſt eē diuiſio entis quā
uis a nonnullis conſuetum eſt dici:ens per unum & multa diuiditur:& ens quo ad ueritatem nūquam ab
uno diuidi poteſt:licet illud quod pro nunc eſt unum:poteſt in pluribus unitatibus diuidi: & ſic dicendū
eſt:ens diuiditur:aut poteſt diuidi per unitatem:& unitatem:ſiue per unitates plures: ſed per unum tan⸗
tum nunquam poteſt diuidi:cum unumquodq; ens ſit unum atq; impoſſibile aliter ſe habere: & ſic riſibi
lis non diuiditur per riſibilitatem:niſi per aliam:& aliam riſibilitatem.quoniā unuſquiſq; riſibilis eſt unus
riſibilis:& ita ens per unum diuidi nequit:niſi per plura una.unde fit quod ſi aliquod uniuerſale reale ſu
per deum & creaturam ens daretur:plures unitates fuiſſent paſſio eius.ſed adhuc ī hoc dubitatur.quoniā
paſſio propria ſemper in quocūq; ſubiecto illius ſpeciei uel generis de qua eſt paſſio infallibiliter reperit:
non inueniuntur plura in quocūq; ente:conſtat plura non eſſe paſſionem propriam entis uere dictam.
nam non ſequitur uerum eſſe dicendo: hoc ens eſt plura:ſed ualet promendo: hoc ens eſt unum:& hoc
unum eſt ens:de creaturis loquendo ſaltem ſecundum cōmunem locutionem:& proponendo quod hoc
ens eſt unum in in actu & plura in potentia:nec hoc ualet:cum plura entia ſunt:que nullatenus ſub po⸗
tentia pluralitatis manent:ut hic punctus qui eſt unus in actu & tamen non eſt plura in potētia.deus eſt
unus ſolus in actu: & non plures in potentia & ita patet qualiter plura non poſſunt eſſe propria paſſio
entis: cum hoc ens illud & aliud inueniantur.quod nullum eorum ſit plura:neq; eſſe poteſt:& unum ſim
pliciter cum ente conuertitur:& nulla paſſio cum ſubiecto ſuo ſimpliciter conuerti poteſt:conſtat unum
nō eſſe paſſionem entis.unde cōcedere oportet unum & ens tāquam ſinonima noīa ſe habere. ❡Licet
quod ī mētibus noſtris potius abſolutum occurrere uidetur ens quam unum:& quicquid potius abſolu⸗
tum apprehēditur:ſemper tāquam prius preſentatur ī ordīe cōceptionum noſtrarum.ſed nō ſemper per
modum cōcipiēdi noſtrum:iudicare oportet: immo potius explicādum eſt:an res ita ſe habeāt: ut nos ip
ſas cōſideramus.nam per uarias cōſiderationes affirmationes uel negationes noſtras nil res ī ſe mutātur.
unde fit qđ de rebus quales ſint p̄cipue uidēdū ē:nō aūt de apprehēſionib9 imaginationū:iuxta uarios
terminos aſſumptis. ❡Et ubi una res ſine alia nō datur:nō ſupius:nō īferius:neq; prius:aut poſterius:&
ſunt ibi realiter:difficile eſt ꝓbatu diſtingui aliqua diſtinctiōe:& hic nō ualet hoc ſine illo cōſidero.imo
prius & poſterius:uel ſupius & īferius ē ꝓbādū:ſub quo ordine qa paſſio ꝓpria eſt poſterior ſuo ſubiecto
ſaltē poſterior ī cōiūgēdo ſe ad ipſum:habet ſemp aliquā diſtinctionē formalē diſtinctā ab ipſo ſubiecto:
ītelligas dū p ſeipſam paſſio ꝓpria cōſideraē:& qđ poſterior ſit ipſo ſubiecto:ſatis uideri pōt.exēplando
in aīa & corpe nr̄is:q̄ p prius ſunt diuiſa:& ēt ſimul uniunē prioritate nature quā riſibilitatē aſſumāt:que

passio ꝓpria est:sed ens nullibi supius neqꝫ īferius:prius & posterius datˀ quā unū:neqꝫ sine ipso:& dicendo cōsidero ens:qđ nō cōsidero unū:respōdetˀ:nō esset tantū dicēdū cōsidero imo potius ꝓbando ita rē se habere:quocirca aut est ꝓbādū ens priusquā unū: aut cōcedere qđ ens:& unū idē ī re simpliciter sunt.

¶ Et si ens priusquā unū:unū ēt in primo gradu suo essendi erit aliquid aliud ab ente in quo gradu nō erit passio entis:nisi natura siue principiū oīum unitatū. ¶ Et ꝑ hanc uiam ad ultimatas abstractiones per passiones ꝓprias assumēdo:deueniēdo:aliquid inueniemus in ente & pariter aliqđ in uno que nullatenus simul cōuerterētur:ut entitas & unitas:nā nō est ꝓprie dicēdo entitas est unitas:nequidē hec entitas est unitas:& ualet cōuersio ꝓmendo:hoc ens est unū:& ēt tenet ꝓpositio dicendo:entitas est una aut unitas est ens.nam abstractū uidetur posse cōuerti cū aliquo cōcreto : sed ultimate abstractum nunquā cum altero abstracto ultimato.unde habetˀ ultima abstracta.unam tantū habere cōsiderationē : nō autē plures.unde hoc cōcesso:ut per plures antiquos & modernos habetˀ unū originatˀ ab unitate aut tale nomen assumit:tanquā passionē ꝓpriā:& ens ab entitate etiam originatˀ.unde hoc ordine cōcesso asserēdū est humanitatē in abstracto nō esse unitatē:nisi humanitatē tantū.& uniuersaliste qui hiis abstractionibꝰ utuntur:dicunt humanitatē esse unitatē minorē numerali : que opinio stare nequit penes ordinē ꝑ ipsas assumptū:cum asserant humanitas tantū est humanitas:qm̄ unam tantum habet cōsiderationē:& unitas & humanitas duas cōsideratiōes habent.licet quod:ut superius posuimus:humanitas potest cōuerti cum aliquo concreto:ut dicendo:humanitas est una:quoniā nō plures.sed nō est dicendū:humanitas est unitas:qm̄ in eo tunc ubicūqꝫ unitas reperietˀ:& ibi humanitas. ¶ Licet quod si humanitas absoluta datur: ens absolutū:essentia absoluta : aut similia in pura potentia qđ non sunt hoc neqꝫ illud in tali cōsideratione nō est dicendū:qđ abstractū sit unū neqꝫ plura:nō unum numerale neqꝫ unitas minor numeralis.qm̄ quotiescunqꝫ unū uel unitatē cōsideramus semper ibi designatā rem dicimus: & hec est maior differentia quā inter apphensionē entis & apphensionē uni reperitur:cū apphensio uni uel unitatis potius uideatˀ ad ꝑticularitatē reduci quā apphensio entis:uel essentie.sed quod essentia ita absoluta uel ens detur nisi hoc uel illud negatur:ut in pluribus locis huius libri probatur:ita quod non in re sed imaginaria ita absoluta abstracta dantˀ.unde fit qđ extra imaginationē assumendo:ens & unū simpliciter cōuertuntur: uerūtamē dum unum nō assumitur ꝑ denominationē:fere tanquā numerale:nisi per ipsam essentialiter.& non aliud:aut qđ non est alia & alia res nisi ista tantū : sub quo ordine etiā unū per denominationē essentialē pōt capi.quoniā ēt essentia est denominatio:quiditas denominatio:esse denoīatio:assumendo per nomen sed aspiciendo rem idem est ens & essē entis:essentia & esse essentie:unū & esse uni: uerūtamē semp assumēdo per rem in mente cōceptā:nō enī per denominationē aut per aliquā dependentiam:seu prius uel posterius:nisi per eandē rē in primo modo essendi. ¶ Neqđē est inferendū diuisionē esse passionē entis:cū plura entia sint:in quibus diuisio nō cadit:& ꝓponēdo hoc est diuisum ab alio assignādo quodcūqꝫ ens:hoc non infert passionē ꝓpriā : cū respectiue ad aliud dicatˀ:& passio ꝓpria nō respectiue ad aliud:nisi per se ab intrīseco:tale esse dicit.& quod diuisio respectiue ad aliud dicatur: facile uideri potest.qm̄ falsum ꝓmeremus dicendo:hic deus est diuisus: aut hoc ens est diuisum ab intrinseco assumēdo nisi ens hoc.sed quia plura sunt entia:& hoc ens non est illud:sub tali respectu dicimus: hoc ens est diuisum ab illo : sed non quod ipsum ab intrinseco seu essentialiter diuisum sit nisi diuisum respectu alterius.

¶ Neqꝫ diuisio est trāscendens:qm̄ non est dicendū:hec est diuisio ostēdendo deum:angelū:celū:elementum:hominem:aut similia:& trāscēdens de oībus simpliciter predicatur. ¶ Et per hanc uiam etiam de perfectionibus attributis & denominatis in deo : multa intelligere possumus.unde petendum est:an bonum in deo sit idem cum essentia in primo signo: aut non?si idem:nil in deo est attributū in re:assumendo.nisi tantum per imaginationem nostram:si in primo modo non est idem essentia diuina & esse in primo modo uel signo : non est bona neqꝫ bonum in primo suo signo essendi: est essentia neqꝫ originatur ab ipsa : quoniam si ab ipsa originaretur etiam in primo signo fuisset essentia priusquam bonum.unde esset dicendum : quod bonum in deo originabatur a bonitate non autem ab essentia : & sic sequeretur a natura loquendo : quod dicendo deus est bonus esset intelligēdum compositum tanquam de re & re: idest de essentia & bonitate.sed quia deus actus purus : esse exemptum atqꝫ perfectissimum ab omni compositione alienissimus est : unde oportet tenere : in quocunqꝫ modo uel signo : bonum idem cum essentia in deo. ¶ Nam posito:quod ostenderetur bonum quod in deo cōsideramus.Et exposceretur : quid est illud.in primo signo aut in prima intuitione:esset respondendum:est deus.quoniam quicquid in deo in primo modo deus est : eo quod simplicissimum simplex. ¶ Et sic quicquid in creaturis est:ens est:aut ens a nobis denominatum quod sit bonum:quod sapiens:quod substantia:quod accidens reale uel intentionale.quoniam in cōmuni denominatione quicquid est quomodocūqꝫ sit apud nos saltem de dependentibus ens denominatur. ¶ Sed quod ī re ita sit:uidelicet:quod oīa que sunt:sunt entia:alia est dubitatio.nam habentia uaria principia in primo gradu essendi: nō uidentur debere denominari per unum & idem nomen. ¶ Nam deus & creature in nullo signo essendi conueniunt:neqꝫ per aliquam similem rationem sunt: quoniam creature sunt principiate : & ab alio dependentes : deus uero sine principio & per seipsum absqꝫ aliqua dependentia:uel adherentia:& quicquid est in deo deus est;& quicquid in crea-

turis creatura. ¶Deus est dissimilis creaturis saltē a natura sumēdo:& ens est simile enti:ergo si creatu ra est ens:deus non est ens.quoniā creatura dissimilis deo:& ens simile enti.unde oporteret aliquod supprenum ens assignare:in quo creature & deus conuenirent:nullum ens datur super deū.sic nec sic.quā uis imaginemur assumere:ergo creature in nullo ente suppremo cum deo conuenimus:& dicimus quā uis imaginarie assumatur.quoniā omnes imaginationes nostre sub esse dei cadunt.& nulla superius.quā uis nos imaginemur superius imaginari. Vnde dupliciter falsum imaginamur:uidelicet dū superius imaginari uolumus: & quod superius imaginemur credimus. ¶Vnde satis patet qualiter si creature sunt ens:deus non est ens:neq; creature omnes sumus ens:sub eadem ratione: quoniam si sub una & eadem ratione:penitus non essemus plures res:sed una tantum: ¶Vnde posito quod unaqueq; res depēdens sit ens:ens istius & ens illius uariantur in natura:ueluti ista res & illa.unde diuerse sunt nature entium:& diuerse nature:nullatenus realiter sub uno & eodem conceptu:a nobis comprehendi possunt:nisi denominatiue per terminum ad placitum positum tantum.sed hoc non sufficit ad habendam cognitionē de omnibus.quoniam hoc ens non emanat ab aliqua uniuersali natura ens denominata: nisi forma a formalitate: materia a materialitate:bonum a bonitate:magnum a magnitudine:essentia ab essentialitate proponendo creationem non esse.sed quia omnia hec atq; totus mundus a deo depēdemus:& deus sub diuersis rationibus producit creaturas: & pariter diuersas naturas impendit eis:nullo pacto sub uno & eodem conceptu tot uaria a nobis concipi possunt:sed immo unaqueq; natura exposcit conceptum distinctum ab aliis. ¶Et sic dato quod in aliqua patria nulla cognitio de deo haberetur: & ibi denominarent unamquāq; rem lapidem: ueluti nos ens dicimus:nō propter hoc illi qui omnino deum ignorant:sub hac denominatione lapidis ipsum comprehenderent. Vnde cognitio sua non adequaretur cū omnibus per istam cōmunem apprehensionem lapidis:qua de causa non cōmunes denominationes ad placitum posite causā differentie uocabulorum: aut quomodocūq; sit:prebent cognitionem adequatā intellectibus & sensibus nostris:sed res ipse distincte atq; realiter assumpte: prebent nobis cognitionem adequatā ueram.nā denominatio cōis tantū confusam cognitionē prebet.sed non de hoc & de illo:uelut sunt:& omnis scientia:omnis sensatio:de rebus distinctis atq; singularibus fiunt:atq; in eis fundantur.

¶Cur querendum sit:quonam pacto uniuersaliste in cōmuni intelligant ubi ipsum collocant: & quomodo ad particularia ipm transire dicūt:& quonā pacto assumat uniuoce equiuoce & analogice pdicari:& qđ nulla pdicatio de pluribꝰ uniuoca simpliciter extra terminū dat. Cap.xxxiiii.

¶Preterea cum omnes uidemur una conuenire de ente cōmuni sub una & eadem uoce denominato:& similiter de ente particulariter assumpto:uidelicet de deo:secundum cōmunem locutionem quia ens denominatur de angelo:de celo:de elementis:de mineralibus:de lapidibus de plantis:& animalibus. quoniam unumquodq; istorum per seipsum assumptum:& simul cum aliis ens appellatur. ¶Vnde dissensio nostra tantum consistit in hoc:an extra aut super hec particularia aliquod uniuersale ens quod non sit hoc uel illud distinctum detur.nam non ualet inferre ut scotiste quandoq; faciunt dicendo:realitas entis cōmunis nil aliud est quam conceptus per opus intellectus fabricatus:sed postmodum superponunt correspondens aliquid in re:de hoc aliquo in re correspondente dubitatur: & ibi tota difficultas iacet. nam quod in re detur preter terminum aut imaginationem nostram:nullibi est probatum de ente cōmuni illo.nam inferre est ens diminutum:ens in pura potentia nil hoc ad propositum.quoniam nos de esse uel non esse simpliciter petimus non autem an sit perfectum ens:an imperfectum:quoniam si est quomodocūq; sit: oportet concedere aliquod ens uniuersale esse tanquam superius ad deum & creaturas neq; finitum:neq; infinitum: sed medium ad hoc & illud. ¶Ponamus nunc quod sit ens cōmune: nec hoc nec illud petimus:quomodo postmodum cōmunicatur deo & creaturis:cum de se in pura potentia sit:& id quod in pura potentia nulli alii per se cōmunicari potest:nequidem cum eo conuerti.nam superius & inferius:uniuersale & particulare:potentiale & actuale:nullatenus conuerti possunt. ¶Vnde fit:quod si aliquod ens uniuersale diminutum aut quomodocūq; sit datur super omnia particularia entia: nullo modo simul conuerti possunt:sub quo ordine aliud sequitur necessario:uidelicet:quod si illud uniuersale est ens:nullum particulare ens esse potest.quoniam uniuersale & particulare non conuertuntur.nam qc quid est in uniuersali est de uniuersali rōne:atq; cū uniuersali ipso cōuertibile:& qcqđ i particulari est de particulari rōne & cū ipso particulari simpliciter cōuertibile.hic lapis est ens:hic homo ens:& sic reliqua pticularia sunt entia:& unūquodq; p se simpliciter cū hoc ente cōuertibile:ut per omnes conceditur:necesse est negare:quod aliquod uniuersale quod non sit simpliciter hoc uel illud sit ens:si est erit aliud:sed ens uero non realiter assumendo nisi fortassis per denominationem tantum.nam id quod particularibꝰ simpliciter competit:nullo pacto uniuersali quod non sit hoc uel illud attinere potest. ¶Vnde similes difficultates aperiēde sunt per ponētes uniuersale ens in re:& cōsequēter si uniuersale ens sit primū oīum particulariū entiū:quomodo particularia habuerūt esse entis si p se uel per uniuersale illud aut si uniuersale est deductū ad particulare:& quā uiā assumpsit? Et si i primo mō unaqueq; res dicit ens prius quā deū:angelū:celū:formā:materiā:bonum:magnū:& quonam pacto cōiūctio iter primū modū & secūdū

sit:si realiter primum & secundum datur : sicut inter ens & bonū:ens & deum:ens & creaturam. nā si re aliter primū & secūdū datur:a natura sumendo oēs particulares res sunt in primo signo essendi ens:& i secundo aliqd aliud. Vnde hoc posito datur ens uniuersale sup deū & creaturas incōuertibile cū ipsis:qd falsum est:cū sup deū nil datur:ulterius posito quod unaqueq; res p primū signum sit ens:quā bonū:aut magnū.deus aut creatura solū ens in illo primo signo non habet nisi unā tantū consideratione.sed oia alia habēt duas:gratia exēpli:equinitas nō est tātū equinitas:sed imo equinitas & ens i primo signo ens: & in secūdo equinitas sub quo ordine duas habet considerationes. nō aūt unā tantum.& tamē de opinione multorū equinitas:animalitas:& similia abstracta simplicia sunt:& unūquodq; istorum unam tantum habet considerationem: ¶ Et tamen concesso quod unaqueq; res est prius ens quā deus aut creatura:bona:una:& uera:deus & creature atq; bonum:uerum:& unum se habent in ente tanquam passiones & ens ueluti subiectum & quia subiectum.non conuertitur simpliciter cum passiōe sua:& patet.qa homo non est risibilitas:neq; asinus rudibilitas.unde pōt ens absq; deo & creaturis manere. quoniam corpus & aia separatim aut sic uel sic sine risibilitate sunt:& ita si ens uniuersale est i aliquo gradu prius quā deus:& creature:sine ipsis stare pōt:licet iferiora sine ipso supiori:eo qd subiectū manere nequeāt.nā nō repugnat:qd prima materia ueluti nōnulli ipsam describūt:maneat absq; iferiorib9istis cōpositis generabilib9 & corruptibilib9:& tādē dicit materiā primā se hēre tāquā subiectū generationū & corruptionū. Nihilominus hētur de sentētia multorū:primā materiā esse i pura potētia:absq; aliqua existētia:sub qua opinione etiā qdam auctores dicunt:primam materiam siue essentiā absq; existentia non esse bonā:neq; ens quousq; cum esse componitur:idest:cum forma sed q; oēs materie:oēs essentie : denominentur ens. Iuxta cōmunem modum loquendi satis patet per omnes philosophos de similibus negociātes:cū dicant: quod ens in ente reali & ente rationis diuidatur:& cū nulla essentia:nulla materia:pōt dari correspōdēs aliqd in re potius diminutiua:quā ens imaginariū aut in terminū tātū:seqtur:si prima materia correspōdet aliqd in re est ens : & adhuc potius in esse quam ens rationis.quoniam etiam prima materia uel esse etiam imaginamur:& terminum ei apponimus. Vnde non tantum in re si aliquid realiter correspondet: sed etiam sub imaginatione & terminus denominatur ens imperfectum:tamen & si nullam habet formā neq; existentiam.tandem quomodo materia prima assumenda est alibi explicabitur. ¶ Sed reuertendo ad propositum petimus utrum ens per cōmunem conceptum correspondentem ad aliquod reale in esse sit genus & species uel differentia:aut nec hoc nec illud:non pōt esse differentia:qa dria nō predicat de oībus rebus:neq; species de omnibus rebus predicatur.& ens predicatur de omnibus:ergo ens se habet tanquam genus ad omnes species atq; differentias abstractas & concretas:subiecta & passiones : in qua uniuersalitate non ueluti alia genera:de aliquibus inferioribus predicatur.immo de omnibus:gratia exēpli:animal predicatur de homine & de equo:quia homo est animal:& equus animal.sed non predicatur de risibilitate & hinibilitate:& ens de omnibus subiectis atq; passionibus predicatur. Vnde asserendum ē simpliciter cum eis conuerti:cum omnis bona predicatio cum suo predicato conuertitur.& hec est bona predicatio:homo est ens & risibilitas ens:hic murus est ens & illud animal est ens. ¶ Vnde tanquam ultimatum uidēdum est:si fortassis aliquod sit animal preter hominem:equum:leonem:& similia particularia:& uidetur quod non:ut per diffinitionem animalis uniuersalis patet.quoniam diffiniēdo:dicitur animal est substātia aiata sensibilis:& hec diffinitio proculdubio animal existēs dicit.& si potius in abstracto ipsum diffinire uis:oportet dicere:animal aut animal:iquantum animal:sed similes dictiones aut prepositiones:non sunt diffinitiones:& id quod non diffinitur minime essentiale:cum nos de animali petimus de essentiali itelligimus:atq; diffinibile nullum datur animal preter istud & illud particulare:quod diffiniatur:eo quod superius per substantiam sensibilem diffinitur:cōstat nullū animal esse i rerū natura preter istud & illud:& cum substantia animata sensibilis uniuersalis i esse potentiali non sit : patet:quoniam uniuersale non sentit neq; sentitur. Vnde non potest uere sensibilis neq; insensibilis denominari:animal est substantia sensibilis ergo animal est hoc illud : & aliud:& aliud simile : non autem uniuersale abstractum qua de re si omnia particularia animalia auferentur:esset falsum inferre:esse aliquod animal in rerum natura nisi per considerationem : ad illud quod in futuro esse potest . sed ea que in futuro tantum erunt:non sunt:& id quod nondum est falsum est inferre quod sit:si fortassis uolumus uti ampliationibus logicorum: ¶ Veruntamen posito quod animal si uniuersale sit in rerum natura : quod non sit hoc uel illud particulare:decet concedere ipsum animal posse manere omnibus his inferioribus destructis:& id quod sine alio manere potest:nullatenus cum ipso conuertitur. ¶ Et pari modo aut parum differēter:ut de uniuersali animali cum particularibus animalibus dicimus:de uniuersali ente cū particularib9 entibus intelligendum est : sub quo ordine posito : quod omnia entia particularia auferrent : ut deus: angelus:celū:elemētū:aīalia:illud uniuersale ens remaneret.nā si ē uniuersale tāquā subiectū oīum pticularsū:nullatenus ab ipsis particularibus i primo signo essendi depēdere potest:imo particularia ab ipso: & dans dependere sine depēdente manere quit. ¶ Et hic aduertendū est: quia non oīno hic terminus ens ē similis enti reali absoluto:qm termin9 iste depēdēs est a te:a me:ab illo:& ab alio & semp pticularis: atq; uoces mee a uocib9 tuis distincte:sed ens uniuersale semp ē unū:quomōcūq; assumat & indepēdens: sub quibus ꝓprietatib9 oibus particularib9 ablatis ens ipsum remanere potest.& quia hoc est falsum:ui

delicet quod aliquod ens possit remanere deo & creaturis sublatis:ergo nullum ens datur uniuersale cor respondens in re ad istum terminum ens predicantem de omnibus entibus.igitur falsum est proponere quod aliquod ens in re predicetur de deo:& creaturis:nisi in termino predicationis tantum. ¶ Et om nis terminus predicatur uniuoce de omnibus his quibus predicatur.nam equiuoce & analogice predica ri tantum de rebus ipsis assumitur:non autem de termino predicandi.neq̃ ualet inferre:per prius & po sterius.nā inquantum terminum.ita possumus per primum pronūciare:homo est ens ueluti angelus ens: aut deus est ens:& tamen assumendo per res non considerādo de termino deus est per primum ens quā angelus:& angelus prius homine. ¶ Et dum equiuoce predicari dicitur:etiam de rebus equiuoce intel ligendum est.non enim de terminis.nam hic terminus canis uniuoce predicatur de celesti sidere:de pisce marino:& de cane latrabili:quia idem simpliciter per uoces assumendo:sed res ipse de quibus iste termi nus canis predicatur:equiuoce sunt:idest equaliter per unum & idem nomen denominate.sed inter se de uariis naturis constantes. ¶ Et animaduertendum:quod in omnibus rebus inter se distinctis:hic ordo obseruatur:si aliquā habent cōmunem denominationem.quoniā in re quāuis unius speciei sint semp ex parte rei equiuoce sunt:idest alia & alia res & in nomine idem:exempli gratia:unusquisq̃ nostrum homo est:& homo uocatur.sed inter Ioannem & Martinum aliqua stat differentia:per quam diuisi sunt.& quia Ioannes est alius in re a Martino.& Martinus a Ioanne:concesso:quod hec differētia parua sit:eo quod eiusdem speciei:semper in re est alius Ioannes a Martino & martinus a Ioanne:sed in hac denominatio ne hominis simpliciter idem. ¶ Et quanto magis ad latiores similitudines tendimus tāto magis res se habent in ordine equiuoco:ut deueniendo ad animal.quia de homine:de leone:de ceruo & de similib9 predicatur:differentibus specie. ¶ Vnde quāuis denominatio animalis sit ita uniuoca:ueluti denomi natio hominis:eo quod iste homo habet maiorem similitudinem cum altero homine quam iste homo cū illo equo:homo & equus propinquant magis ad equiuocationē in re:idest ad differētiā inter se quā iste homo & ille homo. ¶ Et potius diuertendo ubi minor similitudo inter rē & rē dat:ibi proprie equiuo cum dicimus:ut inter canes. quoniam saltem canis latrabilis & sidus celeste in nulla ratione speciei neq̃ generis conueniunt.sed omnia animalia in genere conueniunt:idest in animalitate:eo quod unūquodq̃ animal per animam simul cum corpore animal dicitur:& sidus celeste non est animatum neq̃ latrabi le sicut canis iste:quem nos latrabilem denominamus. ¶ Et quia hic maxima differentia inter rem & rē inuenitur:ibi tantum equiuocationem de cōmuni consuetudine dicitur. quāuis in termino denomina tionis ita canis latrabilis:piscis marinus:& sidus celeste:uniuoce conueniunt:ueluti:homo:& equus in de nominatione animalis:& tamen causa maioris & minoris differētie rerum:animal dicimus predicari uni uoce de omnibus animalibus:& canis equiuoce de omnibus canibus. ¶ Nunc uero perspectis his que superius dicta sunt:de facili constringere possumus: ponentes ens uniuersale:ut reducant ipsum ad ali quem ordinem predicationis:de inferioribus uidelicet:ad analogum:equiuocum: uel uniuocum. ¶ Si analogum non dicit unum ens uniuersale:nisi unū prius & aliud posterius:& in ordine priori & poste riori plures res denotantur:non autem una sola:& sic in analoga predicatione denotatur:quod deus sit primum ens:concedendo quod ens sit:& secundum ens est angelus tertium anima intellectiua:quartum ens celum:quintum substantia animarum sensitiuarum:sextum elementa:septimum corpora composita & hic sub ordine analogo nullum uniuersale ens inuenitur. ¶ Predicatio equiuoca siquidem omnib9 constat de diuersis rebus realiter assumptis: significare. ¶ Predicatio uniuoca uero de rebus similibus dicit.sed omnino distinctis.quoniam similitudo in una sola re fundari nequit nisi in multis fere per ean dem rationem productis.sed non simpliciter per eandem.nam tunc non fuissent plures res sed una dū taxat.Vnde similitudo ad aliud referens dicitur.non autem ad idem. ¶ Et cum in quocūq̃ modo pre dicandi aliquam inuenimus realem differentiam inter rem & rem. & nunquam idēptitatem simpliciter: hic potius restricte quam alibi petendum est quonam pacto ens de omnibus entibus predicatur: aut quem ordinem istorum assequitur.& si non aliquem istorum qualem alium?nam si ens in predicando se habet ad omnia entia particulariter assumpta:ueluti homo ad predicandum de omnibus hominibus:ne cesse est:quod ens realiter assumptum sit particulare:atq̃ plura entia.non enim unum solum. nam ho mo in re assumendo:non predicatur equaliter:aut sub eadem simplici ratiōe:de Andrea:& Alfonso.quo niam Alfonsus & Andreas non idem.Sed alius & alius sunt.& sic nulla res est Alfonsus & Andreas sim pliciter:nequidem simpliciter de his predicari potest: realiter assumendo: cū ipsi distincti sunt.sed in uoce predicationis conuenire possunt: eo quod uoces non compellunt res ad aliter & aliter se habere. ¶ Et si omnino insistere uis:quod predicationibus atq̃ conceptibus uniuersalibus a sonore uocum as sumptis correspondeat aliquid in re uniuersale:quod non sit hoc nec illud particulare ostēdas illud.quo niam similes conceptus non ab intellectu.sed per fabricationem imaginationis: ad similitudinem uo cum auditarum.similes conceptus fabricantur: intellectus uero nunquam presumit similia intelligere: cum ipse de ueris tantum agat. ¶ Et hic non ualet adducere uarios ordines scientiarum siue ordi nem rerum:ut ordinem phisicum:mathematicum:& methaphisicum. quoniam nos quomodocunq̃ as sumatur uniuersale ens: quod hoc uel illud non sit petimus: & nil de magis aut minus simili pro nunc curamus. ¶ Et si fortassis in subiecto methaphisico per communem opinionem concesso funda

rı uellemus:profecto nec hoc ualet.qm̄ nullū uniuerſale ens eſt ſubiectū in methaphiſica:niſi hoc ens ſim
plex:& illud ens ſimplex ut ī oībus diſcurſibus methaphiſicis palā ꝓbat.qm̄ nūquā de unico ente uniuer
ſali ibi tractat:niſi de pluribus:neq; penitus querit qd ens uniuerſale ſit:neqdē intētio agētiū de metha-
phiſica eſt:de inueniēdo uniuerſale ens ī re ꝑdicās de oīb9 entibus.quocirca de cauſis:de cauſatis ſeu de
principiis:& de principiatis:de ordine rerū atq; originibus ipſaꝝ de actu:de potētia:de materia:de for-
ma:de deo:de ītelligētiis:de aīalitate:de humanitate:de diffinitionib9 ſeu ꝓprietate rerū:& de ſimilibus
diuerſis atq; diſtinctis hoc ab illo ī methaphiſica tractat:unde hētur eqnitas tm̄ ē eqnitas:humanitas tm̄
humanitas:martineitas tm̄ martineitas:Ihoaneitas tm̄ Ihoāeitas:ſubſtātia abſoluta:accidēs abſolutū:cor
pus tm̄ corp9 :aīal tm̄ aīal:& ſic de reliqs.& nūquā de uniuerſali ente abſoluto ſup oīa particularia entia
manēs ī methaphiſica agit. ¶Vnde dicēdū ē:principia ſimplicia rerū aſſumpta:ſunt ſubiectū ī metha-
phiſica:nō aūt ens īquātū ens.qm̄ hoc īdiſtinctū ponit.Et methaphiſica ſup oēs facultates de quacūq; re
ab aliis diſtincta ptractat:& dicēdo ens īquātū ens ē ſubiectū ī methaphiſica aſſumptio cōfuſiſſima.¶Li
cet qd cā querēdi ī q̄cūq; facultate ſubiectū ſimplex adequat cū tota ſciētia illa multa īter modernos di-
cta ſunt:& tm̄ nulla īuenit quies ī querēdis his ſubiectis.qm̄ id qd nō ē nullibi reperiri pōt:& nullū ſubie
ctum alicuius ſciētie loquēdo de depēdētibus datur oīno ſimplex:gratia exēpli:de cōmuni opinione ha-
bet:eē ſubiectū ī phyſica corp9 mobile aut qd dicamus materia & forma ſimul opantes:in quo ſubiecto
quattuor ſunt cōſiderāda:tāquā diuerſa p primū materia ipſa diſtincta in natura a forma apta nata ad
recipiēdū formā:& pariter forma p ſe aſſumpta habet diſtinctā naturā a materia:& poſtmodū materie &
forme unite:aliā tertiā cōponūt naturā:& ī quarto gradu ſeu poſt unionē:formā & materiā ſimul operā
tur:de qb9 opationibus plura atq; plura diſponere cōtingit:& cū oīa hec quatuor fundamētaliter ī na-
turali philoſophia cōſiderant:pari modo eſt dicēdū:qd oīa hec ſimul ſunt ſubiectū phiſicū:& in eo mo-
do ea que de neceſſitate occurrūt ī quacūq; facultate:tāquā principia neceſſaria ſunt de ſubiecto ipſi9fa
cultatis:nā ſi peteret:qd ē ſubiectū domus:rñderet:ītētio habitādi a frigorib9:calorib9:& ſimilib9 extre
mitatib9 obſeruatis.Iam ī his paucis uerbis plura tāquā pricipia aſſignamus:qa dicimus uolo domū edi
ficare:ut bonū mihi eueniat:& ad fugiēdū aduerſa ualeā:Et circa materiale occurrēs ad ipm edificiū etiā
uaria occurrūt:ī primis:ſoliū ſiue ſitum:poſtmodū lapides:ligna parietes:& tectū:& architector ad edifi
cādū oīa hec:ita qd nō eſt querēdū in quacūq; facultate:ne fortaſſis ī aliqua ſubiectū ſimpliciſſimū ade-
quatū cū toto illo qd ī facultate illa ſcire poſſumus. ¶Quoniā in quacūq; facultate de plurib9 rebus
habemus cōceptus:nō enī unū uniuerſalē tm̄:& res diuerſe a nobis cognoſcunt:penes diuerſos cōcept9
quos ab ipſis elicimus.nā cōceſſo qd aliquē cōceptū de ente abſolute ꝓnūciato concipiamus etiam alios
plures cōceptus diſtinctos ſecundū diuerſas denoīationes rerū:quandoq; uniuerſale: & quādoq; particu
lare:capimus. ¶Vniuerſale circa ſex tranſcēdētia:ut aliquid:ens:res:bonū:uerum:& unū:& aduertas
quod hic terminus aliqd potius uniuerſale habet in cōſuetudine loquēdi penes omnes gentes: quā ens:
tamē nō adequatur cū intellectu & ſenſibus noſtris:ut experiētia patet.qm̄ dū uidemus hominē a longe
manentem:& non determinamus an homo uel alia res ſit:potentia uiſiua noſtra nullatenus contentatur
quouſq; ad ipm hominem propinquamur:& palam uidemus:quod homo ſit:& tunc uere adequatur res
uiſa cum uiſu : ſed per confuſam apprehenſionē nunquam potentia uiſiua cum obiecto uiſibili adequa-
tur.quoniā uera adequatio intelligitur per perfectam ſeu ultimatā apprehēſionem. ¶Vnde fit quod
omnis ſcientia eſt de perfectis:& nullum confuſum perfectum:unde de confuſo nulla datur uera ſcientia
& ubi nō uera ſcientia:non uera adequatio:& cum intellectus & ſenſus noſtri ſemper circa obiecta ueri
tatem horum obiectorum inuenire negocient:uidelicet:quomodo ſunt:& qualiter in operādo ſe habēt:
merito diceremus:quod ueritas rerum:ideſt cognitio uera:de ipſis rebus eſt obiectum adequatū potētia-
rum noſtrarū:nō intelligas oīno adequatū:quod non ſit magis aut minus obiectum:quā potentia : ſed
obiectum:quod adequatur cum potentiis:quantū a natura adequari pōt:nam ſepenumero cōſideramus
res inquantum unum:& pro eo tunc de uno aſſumimus conceptum:quandoq; inquātū uerū alias ſecun
dum bonum:iam ſecūdum ens:& iam ſecundum res:aliquādo ſecundū aliquid:alias ſecūdum ſubſtātiam:
& alias ſecundum accidētia iam inquantum iſte homo eſt:iſta domus:iſte canis:hic enſis:hoc tēplum :hec
poſſeſſio:hic lapis:hec arbor:hoc lignū:hic panis:hec lana:hic pānus:hec terra:hec aq:hic aer:hic ignis:
hoc celum:hic angelus:hic deus:& de oībus iſtis & ſimilibus particularibus conceptibus:apprehendimus.
& nil ibi abſq; conſideratione alicuius entis intelligas:tali denominatione.quoniam unūquodq; iſtorum
ens eſt:ſecundum cōmunem appellationem:ſed aliud & aliud ens:non autem unum tantum abſolutum.
¶Et inferendo quod ſub uniuerſali ente omnes res uirtualiter concluduntur.unde habendo cōceptum
de uniuerſali ente:habetur conceptus uirtualiter continens omnes particulares cognitiones:oſtenſionē
illius uniuerſalis concepti petimus:cum nullibi hactenus oſtenſum ſit:& experientia edocet:nos quomo
do aliter in concipiendis doctrinis nos habemus.nam in primis quod ens uniuerſale in re ſuper deum &
creaturam detur:negatur : & de non ente non habetur ſcientia neq; conceptus : licet imaginetur con-
ceptum habere:ſed imaginarium eſt tanquam uanum. ¶Et dum a quibuſdam dicitur : non cognita
cognoſcimus:uidelicet:nō cognoſcimus aliqd aīal pticulare & cognoſcimus animal uniuerſale p diffini
tionē:in quo oīa animalia uirtualiter cōcludunt.ergo animalib9 nō cognitis:cognoſcunt:qd aſſumptū

negat.nā iuxta hāc diffinitionē:nullū animal pticulare notū:& nil aliud ibi pter uerba diffinitiōis adisci mus:& animal res diffinita:non aūt diffinitio est.unde oportet p primū cognoscere res tāquā fundamē tū:& postmodū diffinitionē cū ipso fundamēto cōuertibilē:eo magis:qd nullū animal datur qn hoc uel illud particulare sit atq; ab oībus aliis aīalibus differēs.unde posito:qd nullū animal particulare sit:nequi dē animal uniuersale abstractū daretur:nisi fortassis imaginariū tantū:eo qd quandoq; esse pōt. ¶ Et hic facile concipere quimus:qualiter dum dicimus homo est animal rationale nulla sequitur negatio:ita a logicis denominata:uidelicet : quod bis in his uerbis animal ponamus:nisi diffinitū & diffinitionē suā: & oīs diffinitio cum sua diffinitione conuertitur.unde oportet idem de seipso predicari: sed predicatum debet poni in terminis clarioribus quam subiectum : & quia in hiis terminis uidelicet animal rationale & mortale : potius tota existentia hominis aperimus : quam dicendo homo . unde animal rationale & mortale se habet ut predicatum : & homo ueluti subiectum : sed in re simpliciter idem. ¶ Et dum dici- mus:homo est rationalis:quāuis ibi animal non pronunciamus : animal dicimus ac si poneremus homo est animal rationale:nequidem bis hic animal ponimus.quoniam nullū animal datur:quin cum homi- ne:equo:leone:& similibus particularibus simpliciter conuertatur.& sic dicendo:homo animal:hominē dicimus:seu rationale & mortale:& nil uniuersale:nequidem particulare super hominem apponimus di cendo homo est animal:sed idem potius declaramus.quocirca cum nullum animal uniuersale detur qn hoc uel illud particulare sit puerilia sunt dum infertur:quod non cognita cognoscūtur per uniuersales diffinitiones.quoniā id quod non est:non potest uirtualiter neq; aliusmodi alias res continere:diffinitio nes uero inquantum diffinitiones subiecta assequuntur:non autē subiecta diffinitiones . unde fit : quod unusquisq; habet per primum cognitionem de re quam ipsam diffiniat:licet quod postquam diffinitiōes facte sunt:aliquis potest dicere ea uerba absq; cognitione subiecti.sed similia in anima sunt.quoniā sine reali subiecto. ¶ Et pari modo dato quod conceptum de cōmuni ente haberemus:nullam certitudinē nullam scientiam de hoc & de illo ente particulari haberemus:ita quod nō potest esse ens uniuersale:qd nō sit hoc uel illud obiectū adequatū sensibus nostris:& intellectui:cum experientia pateat:plura sentire atq; intelligere:que particularia sunt.

¶ Quomodo uniuersaliste simul cū particularistis concedunt:saltē pro statu isto:entia particula- ria hec & illa:esse subiectū adequatū intellectui nostro atq; sensibus:& quod ī quocūq; statu seu bea titudine similiter assumendum est.

Cap.xxxv.

¶ Postquā scotus plura argumēta adduxit ad pbādū:quod ens cōmune deo & creaturis sit subiectū ade quatum potentiis nostris:finaliter palam particularista factus est:saltē pro statu isto : licet quod aliquam uideatur uelle adducere excusationem cum peccato primorum parentum:asserendo quod si Adam nō peccauisset:cognitio nostra incepisset ab ente tanquā a primo principio rerum.unde cum eo principio tanquā cum uero subiecto cognitio nostra adequaretur:non autem cum his que uidemus aut cum aliis sensibus determinamus:gratia exempli:dum sol est super hemispheriū nostrū:& est dies clara : uidemus usq; ad celū:quod talis uisio siue adequatio uisus cōtingenter euenit causa peccati Ade:sed a natura ens tantum inquantum uisibile est obiectum adequatum uisus qua adequatione utuntur potentie uisiue bea torum:ut post resurrectionem & iudicium manentes in gloria facient:& etiam in statu īnocentie facturi eramus. ¶ Et cum hoc uniuersaliste concedunt:idem circa uniuersalia:quod nos dicemus:confirmant saltem absq; aliqua oppositione pro statu isto.sed quia nos ens cōmune a deo & creaturis realiter assum- ptum querimus:aliquid de statu inocentie uidendum est:an Adam & Eua ens cōmune deo & creaturis: nō hoc:nec illud:sed absolutū haberent pro obiecto intellectus:& sensus.& ut facilius ueluti se habet:co gnoscatur:ad genesis circa opera sex dierum occurrēdū est.Vnde dicit in principio creauit deus celum & terram:& sic unāquāq; rem ab aliis distinctam deus disposuit:& dum deus adduxit omnia animalia co ram Adam:ut denominaretur ea p nomina propria.nō denominabant animalia ipsa oīa ens:sed nomi na propria:hoc ab illo distinctum posuit . & fructus uetitus obiectum uisus Ade & Eue erat pulcher ui- sui & delectabilis gustui:& tamen pomum illud non erat ens in cōmuni deo & creaturis : & diabolus cū Euam decepit:non apparuit ad obiectum Eue tanquam ens cōmune nisi particulare in figura serpentis: & de omnibus aliis contentis ante casum primum parentum intelligendum est . & tamen Adam & Eua ipsi in statu innocentie erant:& particularia habebant pro obiectis potentiarum:non enim ens commu ne tantum.Verumtamen conceditur:quod in statu innocentie multo perfectiorem cognitionem de qua cūq; re haberemus:quam pro statu isto:tandem easdem res particulares cognosceremus. ¶ Atq; post resurrectionem & iudicium beati cognoscent.nam non est dicendum:ut angeli uidentes deum atq; cō- templantes ipsum:uident deum tantum absolutum tanquam essentiam sine existentia:sed hūc singularē deū uident:atq; cōtēplant.non cognoscunt angelum uniuersalē tantum.nisi istum & illum:non cōmu- ne celum : non cōmune elementum:non cōmunem hominem:sed istum & illum:& sic de reliquis parti- cularibus dicendū est.& si angeli pticularia intelligūt:ut p religiosos & irreligiosos patet:per religiosos: quia tenemus per angelos aliquas particulares annūciatiōes factas esse:& irreligiosi dicūt:angelos siue

intelligentias mouere particulares orbes: in qua motione particulariter orbes ipsos intelligunt: & simili modo de hominibus beatis dicendũ est: quod hũc deũ uidebunt nõ autem ens cõmune deo & creaturis: angelos uidebũt: uel intelligent: non tamẽ cõmune ens: & secus oĩa sensibilia particularia: quousq; a natura sensibilia sunt sentiunt: ut uisus oĩa uisibilia: iuxta naturalẽ ordinẽ assumendo. qm̃ nullã rem possumus cognoscere: usq; ad summũ gradũ ipsius: qm̃ similis cognitio soli deo attinet. ¶ Neq; est dicendũ quod beati ens cõmune inquãtũ ens habebunt ꝓ obiecto adequato. qm̃ de ratione uisus: non est uidere ens inquãtũ ens: sed ens in eo quod uisibile: ut coloratum: nequidẽ auditus habet ens ipsum pro obiecto nisi ens inquãtũ sonus. gustus nõ habet pro obiecto ens cõmune: sed ens dulce: sapidum: amarũ: acutũ: molle. olfatus non habet pro obiecto ens absolutum: sed ens odorificum. Tactus ens tangibile: ut durũ: asperum & lene: non autem cõmune ens deo & creature. Intellectus nõ habet pro obiecto ens tantum: sed ens intelligibile: & uoluntas uolibile: siue bonũ. Et cum a natura loquendo: palam obiecta particularia ostendimus: post resurrectionem aliud cõmune ens: quod non sit hoc nec illud: habebunt ꝓ obiecto tam sensus quã intellectus: oportet quod ponentes ipsum obiectum: ostendant quomodo ens illud erit: & qualiter particularia intelligibilia & sensibilia non erunt obiecta potentiarum beatorum: ueluti nunc sunt nostra: concesso tamen: quod beati multo perfectius intelligant: quam pro statu isto nos agimus. ¶ Et forsitan etiam intelligitur: quod habebũt ens cõmune pro obiecto: eo quod oẽ ens cognoscetur a beatis inquãtum cognoscibile est: tamẽ ĩtelligas omne ens per istud illud & aliud: & sic per omnia alia. ¶ Preterea cum ab uniuersalistis conceditur: pro statu isto habere pro obiecto sensibilia & intelligibilia: hunc hominem: illum equum illud album: illud nigrũ: hanc aquã: illũ ignem: hoc celum: hunc solem: istũ angelum: istum deum: pariter oportet concedere: quod intellectus noster atq; sensus fundãtur in aliquo particulari: non autem in alio ente cõmuni siue abstracto. nam subiecta facultatum: & obiecta potentiarum nostrarum: in his particularibus conuertuntur: aut fere idem sunt. ¶ Gratia exempli: subiectũ in naturali philosophia est corpus mobile aut materia & forma simul operans. ¶ Pariter intellectus noster: habet pro obiecto in naturali philosophia materiam & formam simul operantes: dicit de particulari re de ista & de illa. proculdubio patet: quod intellectus noster non fundatur in aliquo uniuersali corpore abstracto: dum de philosophia negociamus: nisi ĩ hoc: in illo corpore mobili. & pariter cũ homo iste ille & similes: sunt obiectũ sensibus nostris: etiã sunt subiectũ in quo fundamur: dum de homine agere uolumus. & quia uisio hunc & illũ colorẽ habet pro obiecto: ut album: nigrum: non aũt colorem cõmunẽ quin hoc uel illud sit: etiam in similibus particularibus coloribus uisus fundatur: dum de uidendo negociat. ¶ Nam non tantum quod ita sit experientia patet: sed etiam de ratione: particulare debet habere pro subiecto atq; obiecto rem particularem: & uniuersale: uniuersale pro isto statu: uel alio: si aliquod uniuersale reale datur: quod nullibi apparet: neq; ab aliquo: cum aliqua ostensione uel similitudine ꝓbatur. ¶ Eo magis quod scotus qui est princeps uniuersalistarum: concedit: quod pro hoc statu habemus pro obiecto sensationes & intellectiones: hoc & illud particulare ens: non autem ens commune: & concesso pro hoc statu necesse est etiam pro alio concedere: a natura & sup naturam capiendo: cũ nullũ ens pter hunc deum: hanc creaturam: inueniatur in cõmuni assumptum. ¶ Et sic dum contra opiniones uniuersalistarum ire uolumus: in primo sententiarum distictione tertia: est uidendus scotus: dum concedit ꝓ statu isto habere pro obiecto sensus & intellectus entia particularia: & hoc concesso: omnia alia uniuersalia per ipsos posita de facili destruuntur.

¶ Q̃d a q̃busdã tenet̃ q̃d solũ cernim9 colorẽ: & tãgimus quãtitatẽ: & nõ substãtiã. Cap. xxxvi.

¶ Imaginando quid sit illud quod uidemus & tãgimus in animalibus seu rebus corporeis: nõnulli dicũt quod solũ uidemus colorẽ: & q̃d dimẽsiones tãgimus: & nõ corpus. Et ultra q̃d nullo pacto substãtiã sentire possumus: hec q̃dẽ partes ualde sunt aliene a fantasia & cõsuetudine nostra loquẽdi: quisq; eni tenet: quod color sit tãtũ accidens: & quod solũ in corporis sup̃ficie maneat. ¶ Et respõdendo prius dicimus cõtra illud: ubi dicit̃ solũ manere colorem in superficie: quod quãuis corpus undiq; aperiatur: ipsum ubiq; coloratum reperiemus. Vnde uidetur esse ĩ toto corpore composito & spisso: similiter & alia corpora dyaphana: ut uitrum: & aqua: que de natura sua undiq; apparent: & p oĩa latera experimur colorata intrinseca & extrinseca: & q2 ita sit potissimũ exẽplũ adducere possumus: quod tale est. accipiat̃ cyathus uitri cum aqua que ad dimidiũ attingat: & postea ponat̃ ibi una crusta seu frustũ panis quod sit planũ: & deinceps infundat̃ uinum paulatim: quod desuper pane cadat: quia in eo tunc uidebimus uinum oĩno ab aqua separatũ: & superficies aque non attingit ad sũmitatem uasis. quoniam per partem superiorem est uino tecta: ĩferi9 uero & a latere de ipso uitro circũdata: & quũ ipsam undiq; uideam9 ꝓculdubio cõstat aquã & alia corpora ab ĩtrinseco & extrinseco undiq; eẽ colorata: q̃d si nil pter colorẽ uideremus: solũ cognosceremus albũ: nigrũ: pallidũ: turchinũ: & ita p alios colores discurrẽdo. Sed nõ uisualiter inter carnem & lignum differentiã faciemus: si utrũq; albũ neq; cognosceremus dr̃iam ĩter hoĩem depictũ & naturalẽ per uisionẽ tantũ: & itidẽ de cunctis aliis rebus uisibilibus assero: & hac cõdictione falso diceret̃: uideo hoĩem: uideo equum quoniã dicendũ esset: uideo colorem: & mihi uidetur manere supra hoĩem aut

arborem. Sed tale iudicium uisui non competeret: & alius sensus nequit similia diiudicare: patet igitur a nobis substantialia corpora uideri. ℂAristoteles in tertio de aia iquit: omne ens uel est sensibile uel intelligibile: Rursus ait formas imateriales non esse sensibiles: & asserēs quod oīa entia sint sensibilia aut intelligibilia: concedit quod sensus possunt saltē corporeas & particulares substātias sentire. Nā ī plerisq̧ locis affirmat intellectū dūtaxat spiritualia atq̧ uniuersalia intelligere: & sensus particularia sentire: & plures substantie corporee & particulares sunt. unde sequitur: quod similes substantias particulares & corporeas sentimus: & etiam dicendo formas imateriales nō esse sensibiles: sequitur quod materiales sensibiles: & materia substantia est. Quamobrem secundum hec dicta Aristotelis aliquas omnino substātias sentimus: licet circa ipsum semper possimus oppositas sententias adinuenire. ℂContra eos qui dicunt non corpus sed solum dimensiones tangimus. Respondetur: quemadmodū & superius: quod corpus est cum tribus dimensionibus conuertibile: & ipse itide cū eo. & taliter corpus tangēdo dimensiones queq̧ tangimus: quod si eas tangimus ipsum corpus tangimus. & presupponendo quod non sentimus aliquo sensu substantiam: hoc est quodāmodo inferre: quod non sentiamus nosmetipsos. id enim est ac si diceremus: tu non potes aliquam substantiam sentire: tu es substantia: igitur non potes temetipsum sentire: q̄d est absurdum. Sed quod substantiam sentiamus: patet: quia nutrimētum quod dant nobis cibi est illa substantia: quam habebant: & quādo cibaria recipimus nihil est in eis: quin a nobis experiatur uisu: uel tactu olphatu: auditu: siue gustu. quod undiq̧ dissoluēdo certum est: quod tangimus substantiam: que est in cibis. nam eiusmodi substantia corporea est: & tangendo corpora nostra que sunt substantie alterutrū sentiunt: quāuis sint cum accidentibus reuolute: tamen uidendo hominē uidemus corpus: animal & colorē: q̄uis aliqui imaginentur quod color tegit corpus ne a nobis uideri queat. & econuerso intelligendū est. Color eni corpus clarificat & nihil obstat: ut ī aqua & uitro aliisq̧ corporibus transparentibus: siue dyaphanis latius apparet.

ℂQualiter nulla pōt adduci ꝓbatio: quod substātia nō uideamus. Cap. xxxvii.

ℂQuum uero ubiq̧: presertim in philosophia tractando: de quacūq̧ re ratio expetatur: quonā modo stare pōt: quod corporeā substātiā aut substātiale corpus nō sentiamus? Nā penes ītellectus & sensus nostros: homines. & q̄plura alia corpora que substātialia sunt uidemus. & cū aliis sensibus sentimus. Quocirca petiē. curnā potius accidētia q̄ corporeā substātiā sentim9: quod si nulla ratio inuenit: quare sine proposito talia assignātur: maxime si alia inconueniētia adducūt. Nos dicimus hominē uidere: audire: tāgere: & similia: quod si eū nō uidemus: audimus: neq̧ tāgimus: falsa est locutio nostra. aut illud quod ꝓponimus & credimus iuxta apprehensionem intellectus nostri. & homo est substantia & non accidens: quam uis accidentia contineat: per que ipsa substantia aliquid operatur. Iste homo differt ab illo: per se uel per alium: si per alium: petimus de illo alio & alio. & sic in infinitum discurrendo. Quāobrem assignanda est ratio: quatenus illud aliud & aliud per se differāt. & nō differūt istud & illud per se sine alio & alio alieno. Nam potius cōsonare uidet: quod ego per esse meū sim alius a te: q̄ per esse alienū. tunc eni ego & tu idē sumus: uerū alie & alie res sunt in nobis inter se differētes. & que faciūt nos differre. Sed quomodo si esse nostrū non sunt similes res: nos differre faciūt? quum manifeste per illud q̄d sumus differimus & non per illud quod nō sumus. hic homo & ille homo differūt p̄ figurationē suorū mēbrorū. Et quidā aiunt figurā esse aliud ad extra ab ipsis mēbris: & quod figuram uidemus. & nō mēbra. hic quoq̧ declarationem petimus. ℂSi dicitis q̄d figura se habet tāquā supficies: & supficiē imaginamini sine aliqua ꝓfunditate: quomodo illud q̄d profunditate caret uidere aut palpare possumus? si aerem q̄ grossior est q̄ de superficie dicitis: propter subtilitatē eius uidere nō possumus: quonā pacto superficies uideret? ℂInsuper ac forti9 si figura non est pars integralis ipsorum membrorum: aut est aliud ab ipsis membris: nos hominem non uidemus neq̧ conuersamur: nisi tantum figuram eius. Quocirca similiter rationes petimus. Vnde hoc quod figura per se sit uisibilis ac tangibilis: & non homo uel ipsa substantia: quum de ratione econuerso ostendatur. ℂEt sic in hoc loco proprie possumus aristotelicam auctoritatem adducere: asserentem: animam non intelligere: sed quod totus homo intelligit: & quod melius sit dicere hominem per animā intelligere: q̄ quod sola anima intelligat: & anima pars integralis ipsius hominis est. Vnde patet hominem intelligere per proprias partes eius interuenientes: & non per alienas aut aliquod extraneum in ipso manens. Et pariter ac proprie per figuram nostrorum membrorum: ipsa membra uidentur: & sic non perspicitur sola ipsa figura: nisi omnia membra: tamen per figuram alterutrum distincta cognoscuntur. & quod figura sit pars integralis ipsorum membrorum patet: quia minime tanquam accidens se habet: ex quo non adest uel abest preter subiecti corruptionem. ℂSi enim tota figura destrueretur: similiter & omnia membra uel totus homo: & sic probatur quod figura non sit aliud ab ipsis membris: sed quod mēbra sunt talia sic & sic in se figurata. qa nō est dicēdū: homo uidet: aīal uidet: p̄ aliud alienū: nisi p̄ ꝓpriū uisum: & color etiā licet accidēs sit: īstrumētatiue se habet: eo q̄d p̄ ipm colorē substātia aīalis & mēbra uideant. Nō tñ solus color uidet: nisi aīal mediāte ipso colore. ℂDeniq̧ q̄ eiusmodi alietates ponūt: dicūt: se ingrere aliquid scire: & quoad merā ueritatē potius nescire indagāt. ℂQuoniā ꝓsurrere q̄d

sit illud quod non est ignorantia & non scire reputatur.Dum uero aliquod interuallum in iisdem reb9 apponere uolunt:dicentes:substantia inter accidentia est abscondita:& iccirco eam uidere nequimus:p huius rei satisfactione merito possumus ad sententiam Aristotelis deuenire : asserentem. ¶Substantia est prior accidente cognitione:diffinitione:& tempore:& prius intelligitur illud quod nobis est propinquius:taliter quod substãtia erit inter nos & accidens:ita quod oportet per prius substantiam sentire & deinceps accidentia.Prima in cognitione cognitio ita sensibus attinet:sicut & intellectibus:eo magis qđ omnis nostra cognitio maxime in corporalibus aliquod primum principium a sensibus acquirit.& ideo oportet circa hanc auctoritatem & ueritatem:quod substantiam sentiamus:uideamus:uel tangamus in principio:ut de ea habeat cognitio.Est prior diffinitiõe:& diffinitio semp ab aliq re cognita p prius & posterius ordinem assumit:prior tpe dicẽdum est:quod ubicũq; tempus interponitur est sensibile . Et quia substantia est accidente prior tempore:sensibus facile determinari potest.Attamen corporeas substãtias simul cum accidentibus sentiuntur pariter:& accidentia cum substantiis.

¶Quod in nullo animali sunt duo corpora:scilicet : alterum substantiale:& alterum quãtitatiuũ preter unum de uariis congregatum. Cap.xxxviii.

¶Pleriq; inferendo quod non uidemus substantiam:inquiunt in nobis duplex esse corpus:alterum substantiuum & alterum quantitatiuum:sed dicendo duplex repugnare uidetur . Tunc enim duo corpora simul manerent.unde dicendum est:quod plura entia ad cõpositionem unius animalis adinueniunt : in quo omnia simul unum totum fiunt:& sic isti denuo procedentes dicunt:corpus substantiale de plurib9 partibus specifice constare:& quod corpus dicat totum . Nunc autem assumpto processu suo : quidnam aliud est totum ac de distinctis partibus constare q̃ compositum de uariis esse:& quid aliud partem extra partem habere q̃ quãtitatiuum molis eẽ:nãq; ubi magnitudo molis nõ est:nequaquã erit pars extra partem.ubi enim pars ibi totum. ¶Vlterius aiunt:quod corpus animatum & organicum nõ dicit importans quantitatem & qualitatem:sed solum importans plures rationes substantiales essentialiter & specifice distictas.At rursus petimus:quidnam aliud pro corpore organico itelligatur:q̃ de uariis compositio? que est spirituum subiectum seu sedes:& subiectum in quo uaria subiectantur necessario est quãtitatiuũ: & quale. ¶Preterea ad experiẽtiam deueniendo iuxta diffinitionẽ nostram:patet:qualis homo sit.qm̃ ista semp uera homo est animal rationale & mortale:nec illa uera seu intrinseca diffinitio:si modo essentialis non fuerit:quia absolute dicendo homo est animal:hec erit semper falsa:ut in aliis locis cõprobať. Si enim uera esset:ubicũq; animal inueniretur ibidem & homo.& quia in diffinitione ponimus mortale: patet hominem generabilem & corruptibilem esse:& ubi generatio & corruptio ibi quantitatiuũ molis. Nam si sine quãtitate esset:nullo pacto posset in ipso generatio & corruptio fundari. Demum qđ homo de anima & corpore quantitatiuo constet:apertissime sensibus propalatur . Quãobrẽ ridiculũ est dum p sola uerba sine alia ostensione dicitur.Duplex est corpus:ergo nõ repugnat simul manere quãtitatiuũ & nõ quãtitatiuũ.Ista enim uerba tãtũ sunt.Verũtamẽ ad alterũ corpus quantitatiuum & alterum substantiale reuertendo:intelligendum est:quod in compositione nostra aliud perfectum & aliud ipfectũ ens ingreditur:quorum utrũq; est quantum.Et ideo dici potest:quod de corpore substantiali & accidentali constamus.Attamẽ i cõpositiõe nostra substãtia & accidẽs unũ corp9 & nõ plura faciũt:& sic quãtũ substantiale & quãtum accidentale non diuisim sed simul cõtinemus. ¶Hic autem nonnulli inquiunt: non consideramus corpus in eo quod de tribus dimensionibus cõstet:aut de substãtia uel accidẽtib9:nisi quod corpus tantum.uerum contra hanc oppositionem ista est uera apud sapientes:si corpus est:substãtia est:& nõ econuerso.Vnde seqtur qđ corpus subalternetur substantie:& nulla subalternatio extra suũ subalternans exire potest:corpus subalternatur substantie:ergo extra eam non extrahitur: ¶Preterea triplex est substantia secundum Aristotelem:uidelicet materia:forma:& compositum.Corpus non infert solam materiam:neq; solam formam & est substantia:igitur composita substantia:& materia saltem prius prioritate nature ẽ quãta extẽsiue q̃ corpori uniať:de se patet:qa corpus est quãtũ quãtitate extensiua: & substantia siquidem de materia & forma composita:& ubi extensiua quantitas ibidem datur obiectum sensuum.corpus est quoddam materiale compositum:& quantum undiq; extensum ; ergo de principio ad finem idem est omnino cum tribus dimensionibus.

¶Quo pacto quelibet res sibi simile cognoscat. Cap.xxxix.

¶Rursus cõtra asserẽtes:qđ nõ possumus uidere substãtiã:nisi colorẽ tãtũ:& tangere quãtitatẽ:gustare gustu:& sic de reliquis.Peto qua ratione possumus magis sentire accidẽtia quã substãtiã:quũ hoc & illud ens sit q̃uis magis pfectũ & minus pfectum.qm̃ autem uidemus ens esse inferius substantia:sequitur quod possum9 uidere substãtiã:& sic qñ tu dicis nil uideo aut tango preter colorem : & quantũ negatur.Nam color ẽ accidẽs.unde nõ solum uidetur color & accidẽs:uerũetiã hoc albũ:uel hoc nigrũ.& quẽadmodũ

uidendo colorem uidemus ens:& accidens:ita pariter uidendo aut tangendo corpus:ſubſtantiam & ens uidemus:ſicut enim non poſſumus uidere colorem quin accidens uideamus:nequidem corpus aut dimenſiones quin ſubſtantiam. ¶Quod ſi ſecus eſſe inſiſtis:oportet ut probes:cur accidentia & nō ſubſtātiā ſentiamus : quū nos ſubſtantiales ſimus:Et que nobis magis natura ſimilia ſunt ad ſentiendum propinquiora. ¶Et ſi dicis:quod ſubſtantia non eſt quanta: falſo profers ſaltem de corporea : quia quum ſit ſubiectum:oportet quod ſit quantum molis:& quia unumquodq; ſimile debet ſibi ſimile cognoſcere:nullum dubium eſt:quod angelus debeat intelligere angelum:anima animam:ſubſtantia ſubſtantiam:& accidens accidens.tamen id quod minus perfectum eſt : minorem quoq; de ſe & alio cognitionem habet. Et ſic quum accidentia ſint minus perfecta quam ſubſtantie:minorem etiam cognitionem acquirunt:qa quemadmodum ſubſtantie ſumus:non ſentimus ſubſtantiam : pariterq; ſenſibiles ſumus : & ſenſus noſtri ſubſtantiales ſunt.& quia ſimile ſuum ſimile ſentire debet patet ex ſenſu ſubſtantiam ſentiri.Nāq; eadem uia qua debent cum aliis cōmunicare:decet ab eiſdem cōmunicari. ¶Quod ſi ſola accidentia ſentiunt & ſentiuntur:multo magis quam ſubſtantie in nobis ſunt perfecta accidentia. Attamen quum hoc ratione careat:oportet quatenus ſtare queat efficatius probari : & cur in ſubſtantiarum ignominiam tantum perfectionis accidentibus tribuant: eo quod ultima animalium perfectio inquantum corporalia ſunt:eſt ſentire.& oportet neceſſario ſenſus eſſe perfectos : & a digniori parte in animali exiſtente oriri: & quod ſicut ſentiunt etiā mutua cōmunicatione ſentiant : quia aliter non eſſet naturalis ordo. Et quū ſentimus neceſſe eſt aliquo ſenſu ſentire:ex quo aperte conſtat:qđ ſubſtantias ſentimus: & ſentimur ab eis. ¶Et ſi aſſeris quod per ſenſum tactus ſentimus duriciem uel molliciem que ſunt qualitates.reſpondeo : quod aliqualiter qualitates eſſe queunt : hoc eſt inquantum accidit materie taliter ſe habere.ſi uero conſideramus per aliam fortaſſe propriorem uiam : dicimus duriciem eſſe materiam ſtrictam.& molliciem ſparſam materiam:& intelligitur:quod ſic illa materia pro tunc ſe habet:& hoc ſatis conſtat ſenſibus.quoniā ubi materia eſt ſtricta.dura a nobis ſentitur:& ſi ſparſa:mollis.& dum plana eſt eam leuem aſſumimus.quod ſi materia eſt inequalis:aliqua pars ſupprema & aliqua infima in modo collinoſo aſpera appellatur:& quod durum pro materia ſtricta accipiamus patet in aere poſito in aquiceo uel utre uenti pleno.quoniā de ſe uter mollis eſt:ſi uero plenus uenti durus erit:nec aliter de incluſo aere tenēdum. ¶Ariſtoteles inquit: primum eſſe tractandum de ſubſtantiis uiſibilibus:& deinceps ad inuiſibiles deueniēdum:& dicendo ſubſtantias ſenſibiles ſiue uiſibiles patet:quod quedam ſubſtantie penes hanc ſententiam ſint uiſibiles.

¶Qualiter de noſtra eſſentiali diffinitione cognitio habeatur : in qua rationale uel intellectuale ponemus.

Cap.xl.

¶Multi fortaſſe ſub hac imaginatione quod ſubſtantia nimium ſit a ſenſibus noſtris remota: dicunt:de propria eſſentiali diffinitione cognitionem non haberi:aſſerentes.quod ſemper in ſpeciebus per qualitates diffinimus:ut per quantum aut quale que ſunt qualitates : & quod diffinitio de eſſentiali intelligitur. & quia non datur in ſpeciebus:uidetur quod non ſit ſaltem in cognitione noſtra.Nam ſi dicimus : quid eſt homo?reſpōdendo ad quid dicimus animal & non ponimus rationale : tunc enim rationale pro ſua propria differentia ponendo de qualitate intelligeretur. ¶Nos uero in reſpōſione ſic dicimus: quod ad bonam diffinitionem genus & differentia occurrunt:iccirco ſi ad petitionem factam de quiditate hominis reſpōderemus:eſt animal:imperfecta erit diffinitio.quia non habet differentiam nec alicui animali competit:quum nullum tale ſit:& ideo recta erit hec diffinitio ſcilicet homo eſt animal rationale & mortale.quoniā genus & differentiam continet:ac de intrinſeca hominis quiditate predicatur.& dum dicūt quantum & quale eſſe qualitates non autem ſubſtātiam:abſolute aſſumendo negatur.Nam aliquod quale & quantum cum ipſa ſubſtantia ſunt cōuertibilia.quia quantū & quale intrinſece de ſubſtantia & accidente predicatur.quoniam omnia entia ſunt quanta & qualia:ut in deo qui ſimpliciſſime ſimplex eſt:patet eſſe quantū uirtualiter:eo quod omnia cōprehendit & eſt bonus.iuſtus:ſapiens eternus & alia huiuſce modi.uerumtamen cuncta hec attributa in deo idem cum diuina eſſentia ſunt. ¶Et ſimiliter ad creaturas deueniendo aſſerimus:quod homo inquantum homo non ſit prius natura: nec aliter animal quā rationale aīal: & hac de cauſa pro ſua diffinitiōe intrinſeca ſeu quiditatiua debet rationale ſiue ītellectuale aīal nuncupari:eo magis quod ſecundū aſſerentes a nobis nullam ꝓpriā eſſentialem diffinitionē haberi: dicendum erit rationalitatē eſſe de magis propria hominis eſſentia:ueluti nos manifeſtiſſime tractādo de anima probauimus. Intellectus enim ſiue ratio:uoluntas:& mens:idem fundamētaliter cum anima intellectiua ſunt.iccirco hominē diffiniendo non intelligimus:quod rationalis ſit:ex eo quod extrinſecus aliqd ratiocinatur:in quo aliqua qualitas aliena ſeu extrinſecus contingere pōt.Sed rationale aſſumimus intelligendo:quod talis intrinſece in re ſit:& hoc modo diffinitio hominis quam dare ſolemus uera eſſentialis erit:& hac uia de aliis diffinitionibus intelligetur:ut de calido in igne: eo quod de eſſentia ſua talis eſt:& quāuis calor ſit tanquam potentia in igne ſimul cum aliis potentiis cum forma ignis cōuertibilib9:ſicut intellectus & uoluntas in anima rationali ſunt. Alie uero forme nobis cognitu difficiles:uidelicet:perſeitates ꝑticulariū unius ſpeciei: ſed tales differentie ſatis apparent in cōpoſitis corporibus:ueluti dicendo

hoc animal accipit tres gradus de elemento igneo:& alterum duos cum dimidio: & aqueum elementum econuerſo:ideſt:quod minus de igne & magis de aqua pariter & alio atq; alio modo gradata: ideo talia animalia diuerſa appetunt. ¶ De animabꝰ ſiquidem minorem uarietatē aſſignare poſſumus: maxime de rationalibus:quum enim ſimplicis & incorruptibilis ſubſtantie ſint:& abſq; aliis mediis per ſolam creationem ꝓducte:parua inerit diſparitas inter aĩam & animā.Sed quũ unaqueq; ſit ab oĩbus aliis diſtincta & debet per ſe operari:mereri:uel demereri:oportet qđ aliquē gradũ habeat ibi ſoli cōpetētē:& cunctis aliis alienũ:& nō ĩtelligiť qđ gradus ꝑſeitatis ſint ſpecie diuerſi:ueluti ē ĩter equũ bouē aut alterā ſpeciē. ¶ Hic enim animaduertēdũ ſcilicet quia forſitan ponentes nullā nos ſcire eſſentialē diffinitionē:in quadam auctoritate Ariſtotelis fundari uolunt:ubi aſſerit:ꝙ ultimas differentias rerum ignoramus: uerũtamen ut recte in hac propoſitione Ariſtotelem ſaluare poſſimus:aliter quā nonnulli intellexerunt diſponendum eſt ita decurrēdo:dum dicitur ultimam differentiā rerum ignoramus : ut uere pronũciemus:nil aliud intelligendũ ſit:quam ſi diceremus gradum ꝑfectionũ in quātitate & bonitate ultimate aſſumptus: quāto ponderant ignoramus.nam hec eſt uera propoſitio atq; eſſentialiter aſſumpta dicēdo: oē animal rationale & mortale eſt homo:nam ꝙ homines ſimus nil ambigimus: ignoramꝰ tantũ in ſummo quātos gradus ꝑfectionis dicat homo:ſcimus cōmuniter pedes manus & alia diuerſa membra habere: quia ipſa uidemus:& cum aliis ſenſibus ſentimus:nihilominus quonā pacto unus digitus compaginatus ſit:& quāta penitus eſt ꝑfectio ipſius:a nullo noſtro ſcitur.quo fit quia cognitio ultimata perfectionũ rerum : ſane poteſt capi ꝑ ultimas differētias : non ꝙ ipſe ultime differentie ſeu ſuperiores ꝑfectiones nō cognoſcanť a nobis ſed quia non cognoſcunť ſimpliciter quanti ualoris ſint:recte poteſt dici:ultime differentie rerũ a nobis ignorari.i.ꝙ non ſimpliciter uſq; ad ultimam perfectionem cognoſcuntur.

¶ Qua de cauſa uideatur potius quiditatiuum hoĩs eſſe rõnale:quam animal. Cap.xli.

¶ Preterea aĩaduertendum eſt:ꝙ de cōmuni opinione ſaltem ponentium uniuerſalia abſtracta : animal neq; ratiõale neq; hinibile uel rudibile:ſed ſenſuale tātũ:ad hinibile:ferox:rationale:& ſimilia:ambiguũ per quas differentias ſenſuale animal diuiditur.quoniam diffiniendo animal abſolute dicunt: animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis:que ſubſtantia per rationalitatem:equinitatē:ferocitatem:& ſimiles differētias tranſit in hoiem:in equum:in leonem:& ita in alia particularia animalia.unde hoc poſito & cōceſſo pariter cōcedendum eſt:ibi aliquam eſſe contingentiam:eo ꝙ diuidere illud quod prius indiuiſum erat: nullatenus abſq; cōtingentia ſtare poteſt.quocirca cōtingit animali homini eſſe:& de contingentibus ꝑ ponentes uniuerſalia abſtracta non habetur ſcientia:& tñ per eoſdem auctores cōtingit animali homini eſſe:aſſerēdo ꝙ ꝑ prius homo eſt aĩal:& poſtmodũ addita rationali aĩa reſultat homo: cōtingēter tñ ſub quo ordine de ratiõe loquēdo poſt cōtingētiā nō eſt denoĩandus ꝑ primā denoĩationē:ueluti ante cōtingentiā appellabať.qm̃ a ꝓpinqoribꝰ ſemp ĩcipiēdũ eſt:ut recte loquamur.homo ſiqdē ꝓpinquius habet rationale quā aĩal:aſſumēdo rationale ꝑ deſcēdens ad animā rationalē:& ſenſuale ꝑ emanās a ſenſitiua. quāobrē hoc ordine obſeruato:dicēdo de primis ĩ eſſe ad ultimā atq; de minus ꝑfectis: ad magis ꝑfecta: dicendũ eſt:aĩal rationale eſt homo:aut uero hō eſt rationalis:ſed dũ quid eſt homo petimꝰ ultimũ atq; ꝑfectũ in hac petitione in pricipio ponimꝰ:ut ordo obſerueť:reſpōdere decet:rationale aĩal:qm̃ potius ꝑfectũ dicit ratiõale quā aĩal:& ēt ꝓpinquius eſt ratiõale ad hoiem quā aĩal:capiēdo aĩal ꝑ primũ ſignũ: in quo illud qđ nũc eſt homo erat ſolũ embrio aĩatus.qm̃ ĩ pricipio nō ꝑ ĩtellectiuā aĩam: niſi ꝑ ſenſitiuā aĩatus fuit.uerũtñ ĩ quocũq; ĩſtāti ab oĩbꝰ aliis aĩalibus diuiſum in ſpecie ſed quomodocũq; ſit : dũ quid eſt homo ꝑmimꝰ:palam de ſpecie petimꝰ:& reſpōdēdo eſt aĩal:affirmamꝰ genus eſſe:qđ ſtare nequit.qm̃ dato ꝙ aliqñ fuerat genus:addito rationali ꝑ drĩam nō eſt amplius genus:& ſi uolumus illa q̃ fuerunt & ſunt:aut uero oĩa q̃ ſimul ſunt denuciare a ꝓpinqoribus atq; ꝑfectioribꝰ ĩcipiendũ eſt & deinceps ꝑ gradus ad imꝑfectiora atq; priora ĩ eſſe reuerti.& quia dignius eſt rationale quā aĩal:merito aſſerēdũ eſt potius eſſe quiditatiuũ hoĩ rationale:quā aĩal.qm̃ id qđ dignius magis qditatiuũ appellādũ eſt:cũ rõnale dicat a rõnali forma & aĩal a forma ſenſuali potius qditatiuũ:uideť dicēdũ eſſe ſub hac determinatione rõnali:quā aĩal:qm̃ rõnalis forma multo dignior ſenſuali.& ſiqs fortaſis opponeret dicēdo:ꝙ homo ſit aĩal: & rõnale ab una & eadē forma:uidelicet a rõnali aĩa:& ꝙ oĩo aĩal eē anteponēdũ:qa oportet ꝑ prius eē aĩal quā rõnale cui obiectioni:nos reſpōdemus:qa ita eſt eſſentialis forma ultimata:per quā hoĩes ſumus rõnales:ueluti aĩa qm̃ ſicut rationales a ratiocinādo aut uero ab ĩtriſeca aptitudĩe ratiocinādi:ita aĩal ab aĩando uel aptitudine aĩandi.unde fit ꝙ ſi forma ꝑ quā ultimate ꝑfecti ſumꝰ eſſentialiter atq; quiditatiue eſt aĩa:parimodo qditatiue ac eſſentialiter rationale. ¶ Vlterius inferēdo : ut a pleriſq; ſolet:ꝙ diffinitiones ſeu denoĩatiões quiditatiue ſunt abſolute tanquā generice abſq; aliqua differētia:& ꝙ dicendo hō eſt rõnalis aſſignamꝰ diſtinctā differētiā a genere.unde nō eſt amplius abſoluta:& quia nō abſoluta : nō quiditatiua :ad quod ēt reſpōdemꝰ:oē genꝰ ſubalternũ eſſe ſpecie ſecũdũ alterā partē:& ubicũq; ſpecies ibi diuiſio ĩter ĩferius & ſuperiꝰ per drĩam facta:& qa aĩal cadit ſub corpore atq; ſub corpore aĩato:cōſtat aĩal cōtingēter eſſe aĩal.unde ſi cōtingēter hō eſt rationalis: ita cōtingenter eſt aĩal:& cōtingēter hec & cōtigenter illud: & rõale dignius quā aĩal:uideť dicēdũ eſſe ꝙ potius quiditatiue homo eſt rõnalis quam

animal. ¶ Eo magis quia rationalis ex parte aie a prima origine ipsius anime sumus:animal uero nō nisi p unionē anime & corporis factam:& id quod cōtingenter euenit alicui rei iam in actu manenti tanquam accidens aut quādo multū intrinsecū ueluti passio ꝓpria uidetur se habere.cōtingit anime & corpori animali esse:& non contingit anime intellectiue esse rationali:unde de primo ad ultimū.separata & coniuncta eadem natura est.sequitur potius quiditatiue hoīem esse rōnalem quam animal.nam quamuis animal dicat aīam & corpus equaliter simul:& rationale habeat originē a sola anima: ratiōale est multo magis intrīsecum atq; prius quā aial.qm̄ per prius est anima quā animal:& anima de se quiditatiua rōnalis:& per se sola non est animal.

¶ De diffinitione hominis:& qualiter ipse solus per rationale sit proprie diffiniendus:& quod nullam aliam ueram diffinitionem habemus. Cap.xliii.

¶ Quo ad rationē diffinitio debet breuiter totā rei essentiā indicare:aut de ipsa p̄dicare.tñ hic essentia ꝓpinqua uel esse itelligit̄:& nō superius neq; inferius:hoc enī extrīsece se habet:& sic pōt aliis reb9 cōpetere:& intrīseca diffinitio sic cōpetit uni qd̄ nō cōpetit alteri.Nā si dicimus homo est creatura dei:hō est cōpositus:homo est aīal:homo est mobilis:hō est substātia:est ens:est essentia:similes diffinitiones inualide sunt:eo qd̄ pluribus aliis creaturis cōpetunt:sed si dicimus hō est cōpositus de rationali aīa & corpe stare pōt:quū nil aliud sit tale p̄ter hoīem:& quāuis hic aīal taceat̄: ubicūq; aīa & corpus per generationē aut naturalē cursum uniuntur:aīal intelligimus.Et forte hec fuisset diffinitio in primo modo:scilicet: homo est de corpore & anima rationali cōpositū:aial rōnale.nāq; i primis organizatū est corpus siue embri9:& deinde creatur aīa:& postremo simul uniunt̄:& tūc aīal rōnale resultat.Sed primo saltem prioritate nature est unio iter aīam & corpus: quā fit aial. ¶ Attamē diffinitio cōmuniter assignata recte se habet: quū de intrinsecis aie ꝓprietatib9 & corpeis cōdictionib9 narret q̄ ante unionē & in unione inueniunt̄: quia embrius hois antequā rōnalis aīa in ipso infundatur:per uegetatiuā & sensitiuā aīam uiuit:& quia p accidens siue unionē uiuit est necessario mortalis:& facta unione cum rōnali aīa semper corpus mortale restat:& anima antequā infundat̄ rōnalis est:& cōiuncta rationalis:& post separationē quoq; rōnalis.& quāuis brutis mortalitas cōueniat:& angelis rationalitas:nulli tñ ex his oīa simul attinēt:& diffinitio hominis aut alicuius rei non respicit idem quod partes de quibus cōstat:aut que prius erāt in re:nisi quod est:scilicet:intrīsece speciei in qua manet:& ideo qa homo est in hac unione:hoc est aīal rationale & mortale: uera ē ista diffinitio.& sic dato quod aliā digniorē ꝓprietatē haberet:si aliis reb9 cōpeteret:nō esset hois diffinitio.& quāuis mortalitas de corpore tm̄ intelligat̄: mortē pro separatiōe inter aīam & corpus capiendo:totus hō est mortalis:idest separabilis:& totus rōnalis:quia etiā mēbra rōne uiuūt: & operant̄: ut patet.& quāuis dicamus cū angelis in rōne cōuenire:forte qd̄ improprie: quū angeli potius uocandi sint intellectuales quā rōnales:qm̄ angelus malus saltē quacūq; rōne caret.quippe quod nequicquā iter bonū & malū discernit:& ratio nil aliud est quā potentia inter bonū & malū discernēdū: & angelus bonus sine obscuritate & explicatiōe bonū cognoscit:& idē peragit: & quāuis ante angeloꝝ cōfirmationē alii in bonum & alii in malum:inter bonū & malū decernerēt cū aliqua obscuritate: nunc equidem non ita se habēt:nisi tanquā res mere naturales ad unū opus determinate. ¶ Et ēt secūdū Aristotelē naturalis potētia est solū ad unū opus determinata:& rationalis potentia ad plura cōtradictoria tendit:& cōfirmat hoc:qa tractādo de motib9 celoꝝ ait:quod una intelligētia pōt unū motū tm̄ & nō plures causare. patet igitur:quod Aristoteles tenuerit angeloꝝ potētias tāquā naturales & nō rōnales:& lex diuina similiter habet:quod boni angeli non possunt nisi bonū operari:& mali malum. ¶ Preterea angelus & aīa nr̄a in fundamēto differūt:quia unus est angelus & alia aīa:ideo bene sonat dicendo:homo est aīal rationale.uerūtn̄ si embrius anteaquā cū rōnali aīa uniret̄ risibilis esset: potius risibilitatē quā mortalitatē ponere deberem9.nā preter hoīem nullū aīal est ꝓprie risibile: & quāplura uero mortalia.sed quia tenemus quod embrius nō sit risibilis quousq; rōnalis aīa infundat̄:& iam prius est mortalis per magis intrinsecū mortalitatē priorē ponimus:quāquā minus ꝓpria hoī quā sit risibilitas.Nā nulli alteri aīali quā hoī risibilitas cōpetere uidet̄:Nihilominus quia in unione aie & corpis oritur:quāuis ex pte corpis sit. ¶ Et in hoc modo itelligēdū est:hoī inesse formā totius psone p quā diffiniēdus est:nō aūt formā eo modo: quo aliqui intēdūt asserētes quod ultra rōnalitatē:mortalitatē:& risibilitatē:alia forma totius est danda:quāuis ipsam adinuenire nesciant.Attamē eoꝝ opinioni impugnādo aliqd explicabimus: quod aut hāc formā totius ultimatā uocatis corporeā:aut īcorporeā:uel utrūq; aut earū uirtutes:seu neq; hoc neq; illud: si infertis:quod corpea sit nobis extra uegetationē:ostendite sensualitatē & mortalitatē uel risibilitatem qualis sit:quū nullā aliam formā in corpore hois inueniamus:q̄ possit pfectio nūcupari. ¶ Si aūt incorporeā formā imaginamini demōstrāda est s per rationali potētia:que nō patet in hoīe & utrūq; idest corporeū & incorporeū stare nequit:tunc enī esset duarū rerū cōpositio:ut de rōnalitate & mortalitate dicimus:quod nō inuenitur.& si asserimus:ꝙ talis forma sit uirtus corporea & incorporea: similiter erit compositio:qd̄ si simplex uirtus per cōsequens corporea sola uel incorporea sola:qd̄ nō uidet̄ hoībus natura cōpetere:quū de corporea & incorporea natura cōstemus. ¶ Et si infert̄:qd̄ hec forma nō sit corporea

neq; incorporea:nequidem uirtus earum minime stare potest:eo quod nullas formas extra corporeas & icorporeas habem9:eo magis quod ultimata forma hois tanquã ultima perfectio ẽ substãtia:& substantiã non habemus nisi corporeã uel incorporeã:& quũ de uariis naturis substãtie sint: nequaquã ualet oppo nere:quod humanitas sit ultimata forma nostra:saltem in modo operãdi.qm̃ humanitas recte dicta idest realiter assumpta passio anime & corporis simul manẽtis est:rationalitas uero tanq̃ fundamẽtũ: quia idẽ cum ipsa anima.de quo postmodũ clarius patebit.Attamen ut iam superius uisum est: diffinitionẽ totius simplicem habemus.qm̃ aĩa intellectiua tanquã pfecta inter uegetatiuã & sensitiuã est forma hominis:& similiter quũ rõnalis potẽtia sit perfectio aĩe & corporis:eo quod totus homo rõne gubernat: aliqualiter hoiem diffinire possumus per rõnale tm̃ sine mortalitate & risibilitate:ita dicendo: homo est aĩal rõnale: quũ nullũ aĩal sit tale:ex eo quod angeli:celi:& elementa nõ sunt aĩalia: neq; animalia bruta sunt rõna lia. ❡Et sic hominis propria ac simplex diffinitio erit dicendo:homo est animal rationale.

❡Qualiter mortalitas in diffinitione hominis tanquam essentialis:aut saltem non ueluti accidens ponenda sit. Cap.xliii.

❡Preterea cum in diffinitione hoĩs.mortale ponimus: & nonnulli auctores disputare soleant.an mors sit accidens:uel essentialis hoĩs:aliquas lineas addituri sumus:ita pcedendo dum dicit accidens est quod adest & abest sine corruptione subiecti:de re extrinseca ipsius subiecti intelligitur:non autẽ de essentiali: & sic album uel nigrum:quod non de intrinseca ratione aĩaliũ:nisi tanquã ad extra adherentia sunt:ue niũt & recedunt absq; corruptione aĩalis. ❡Sed potẽtia uel aptitudo ratiocinãdi:& aptitudo moriẽdi essentiales sunt in nobis:& sic nõ possunt discedere a corporibus absq; corruptione ipsoꝝ corporum: in qb9 insũt.& si isert qd mors sit accidẽs negat.qd accidẽs sit:& qd accidẽs nõ sit pbatur: cum aptitudo moriendi oium hominũ ab intrinseco est:& quando mortem in actu dicimus.nil aliud ibi occurrit inquã tũ mors nisi operatio separationis anime & corporis:operari autem in actu illud quod per principia na turalia siue intrinseca uenit:nõ põt denoĩari accidens:tñ cõtingit quod id fiat:idest mors: inter istã aĩam & hoc corpus:prius factum nõ erat:sed nõ ex hoc est inferendũ:mortem accidens esse cum ab intrinseco aptitudine in animalibus dicat:& in actu operationẽ separtionis. ❡Vniuersalistẽ siquidem causa defen sionis sue opinionis asserunt:nõ eẽ ponendã mortalitatem in diffinitione hoĩs:eo q̃ si mortalis eternus homo esse nequit:& sic dũtaxat diffiniendo hoiem rationale apponunt per differentiã plenã ab aliis aĩa libus:sed hec opinio nullatenus stare posset:cum nos de duab9 naturis cõstemus:altera caꝝ incorporea seu spirituali:alia uero corporea & irrationali:itaq; anime solius rõnales diffinimur:ubi nil de proprietate intrinseca corpis assignamus:& omnis bona diffinitio mentionẽ agere de oĩbus principiis illius qd diffi nire uolumus tenetur:sub quo ordine assignãda est differẽtia essentialis corporis hoĩs:& quia nulla inue nitur ita infallibilis:ueluti mortalitas:merito in diffinitione hoĩs accipiendo naturã corpis ipsius mortale apponemus.Et inserẽdo:ut a nõnullis cõsuetum est:cõtingere:q̃ homo moriatur: pariter nos asserimus cõtingere homini ratiocinari sed nõ cõtingit inquãtũ homo est rõnalem eẽ:neq; cõtingit esse mortalẽ: sed ratiocinari hodie uel cras:nũc uel post:atq; mori hoc cõtingit: cõtingit materie & forme in speciem transire seu cõiungi:sed postquã materia & forma in specie hoĩs unite sunt: nõ cõtingit cõposito illo rõ nali atq; mortali esse:qm̃ ab intrinseco ad speciem hoĩs deducta sunt. ❡Et hic nõ est querendũ an pla tonis uel Aristotelis sit hec opinio:uidelicet q̃ mortalitas in diffinitione hoĩs ponenda sit.nam posito q̃ nullus hactenus hoc dixisset:ratio edocet nos: ita rem se habere.qm̃ in eo modo ut cũ brutis in aĩalitate cõuenimus:ẽt in mortalitate.unde si aĩal in diffinitione nostra apponit:& pariter mortalitatẽ apponere possumus:& insup quia angeli rõnales sunt:& nihilominus ẽt nos rationales diffinimur:& cõcesso q̃ secũ dũ hanc diffinitionẽ potius aut saltẽ clarius in genere cũ sensualibus cõuenimus:quã cũ angelis: in diffe rentia pariter cũ angelis & brutis similitudinẽ habemus: licet q̃ secũdũ quosdam ẽt inter angelos aĩalia sunt:ut sucubi siue spiritus: qui domestici uel lares appellant.uerũtñ qꝛ clarius de brutis habet animalia esse:quã de aliquibus angelis:uidet potius in genere circa hanc diffinitionẽ cũ sensualib9:quã cũ angelis cõuenire. ❡Sed aliter genus assumat:sicut dicendo:homo est creatura rõnalis & mortalis:simul homo est cõpositũ rõnale & mortale:utraq; istarũ diffinitionũ uera est:cũ nullũ cõpositũ: nulla creatura simul rõnalis & mortalis sit preter hoiem:sed solũ rõnales plures sunt:ut angeli & mortales solũ etiã pleriq;:ut aĩalia bruta unde fit:quia eã cognoscẽdi quid diffiniamus:ad differentiã oĩum aliarũ rerum dum hoiem diffinimus: rõnalitatẽ & mortalitatem ibi poni simul necesse est.

❡Quomodo diffinitiones per rerum principia intelligantur:& quo pacto per ultimationem aut omnem ipsius rei comprehensionem. Cap.xliiii.

❡Vltime uero diffinitiones:que omnia principia tanquã in unam summã unitatem continent:a primo parente posite sunt.quoniã Adam a deo inspiratus omnes res mundi ultimis proprietatibus appellauit: & ultime proprietates quibus omnia antecedentia cõtinent:nil aliud sunt: quã ultime diffinitiones.& sic

ad differentiam oīum rerū & cōtinentie animalitatis rōnalitatis & mortalitatis: adam hominem tanquā in ultimam proprietatem denominauit. ita quod postrema hominis diffinitio cuncta eius principia comprehendens est homo siue humanus. & sic dum hominem denominamus: animalitatē: rationalitatem: & mortalitatem simul dicimus. unde necessario sequitur: quod ista est ultima diffinitio nostra omnia comprehendens: uidelicet homo: licet non proprie essentialis: eo quod tāquā ꝓpria passio post unionē aīe & corporis adueniens: non autem tanquā fundamentū seu principium. At dum per principia tanquā inter se diuisa diffinire uolumus: animal rationale & mortale dicimus: sed dicendo homo: cuncta hec simul cōprehenduntur: ideo ꝙ nostra ultima diffinitio est homo. ¶ Vnde si peteretur quid sit homo: rōnabiliter responderetur: an de principiis tanquā diuisa assumptis: an de toto unito interrogas? ¶ Si de principiis homo est animal rationale & mortale: Si de ultimato: tanquam de una sola simplici re: tunc dicemus hō est hō: seu hō est humanus: quod idem est: uel homo est unitas continens in una sola persona animalitatem: rationalitatē: & mortalitatem. ¶ Et eodem modo quo de homine dicimus: de oībus rebus mundi intelligendum est. quoniam unaqueꝗ res per ultimam ꝓprietatē uel cōprehensionem: tali nomine ab oībus aliis rebus differente: nuncupatur. & si interdū nomina ignoramus: saltem cognoscimus: qđ unaqueꝗ res ꝓprium nomē ex propria passione assumptū & ab oībus aliis distinctum habere debet: & talia noīa ultime diffinitionis sunt: qa etiā nomen est ista diffinitio dicendo: homo est animal rationale & mortale: leo animal ferox: & equus animal hinibile. & si in uariis linguis uario modo hec noīa ꝓnunciantur: non ex hoc inter se uariam sententiā intelligimus: nisi eandē ꝓprietatem in omnibus linguis. ¶ Et sub hac naturali seu insita cognitione semper quod aliquod animal diuersimode ab aliis eiusdem speciei operari perspicimus: aliquod sibi ꝓprium nomen pro ultima diffinitione imponimus ad ꝓprietatem sue operationis: utpote ad optime legendum uel scribendū: lector aut scriptor. ad sagacitatē negociandi argutus uel sagax: ad recte ac subtiliter operandū sapiens: ad multum currendum uel saltandum leuis: ad inordinate operandum stultus uel insulsus. Et taliter per plura discurrendo huiuscemodi nomina sunt proprie operum diffinitiones: que inter hoc & illud distinctam differentiā ponunt. que uero diffinitiones tanquā ad extra sunt: quia super operationibus tantum ad extra exeuntibus. sed iste terminus homo assumptus pro ipsa re intrinsecū significante simpliciter: atꝗ intrinsece animal rationale & mortale cōprehendit. uerūtamen homo ultimatā diffinitionem dicit: & animal rationale & mortale est diffinitio per principia tanq̄ alterutrū aliqualiter distincte significans. ¶ In rebus simplicibus non est tanta uarietas diffinitionis per principia nec per ultimam cōprehēsionē. & hinc ortum habet: quod nōnulli dixerunt non posse diffiniri prima principia: ueluti deus transcendentia substantia & similia. Nihilominus causa operationis istorum ab aliis rebus diuise omnia aliqualiter diffinire possumus: quia dicendo deus tanquā ultimate aut pro ultima comprehēsione: ibi intelligimus primam causam dantem omnibus dependere: esse exemptū: & esse a se: ab omnibus compositionibus alienissimum.

¶ De Eodem

¶ Rursus de principiis nostris memorando: siquis petat: quid homo sit sufficienter respōderemus est animal rationale & mortale. quippe quod nunquā: ut post uidebitur: decet respōdere est aīal: nisi est animal rationale & mortale. Nequidem ad hanc petitionem quid sit homo: est respondendum homo est homo: queadmodū raymundini agere solent. quoniā de naturali & cōsueto ordine iuxta petitionem factam responsuri sumus: nō autē ad ephesios. Et sic qui petit quid sit homo: sequitur quod pricipia intrinseca de quibus homo constat: ignorat: aut uult super iisdem alterius sententiā audire. quocirca ad interrogationem factā quid sit homo? respōdetur: est aīal rōnale & mortale. ¶ Et expetēdo qđ sit aīal rōnale & mortale: respōdēdū est: qđ hō uel humanū. ¶ Quoniā de naturali regula: ex fine debemus ad pricipiū regredi: & ex principio ad finē ambulare. Et qa hō ꝑ ultimatā seu finalē eius diffinitionē hō uocatur: & ꝑ pricipia aīal rōnale & mortale: sane in his duab9 diffinitionib9 insistere debemus. ¶ Tn̄ si postularetur qđ sit homo ꝑ ultimatā diffinitionē siue ꝓprietatē: respōdēdū erit ē homo: uel humanū: homo ab hac ꝓprietate homeitatis: & humanū a ꝓprietate humanitatis. ¶ Si uero quid sit hō per principia peteretur: dicendū erit aīal rōnale & mortale: & tandē semꝑ potius nota: hec diffinitio seu ultima ꝓprietas homo q̄ aīal rōnale. finis enī aīalitatis nostre rōnalitatis ac mortalitatis homo est: saltē denoīatiue. nā licet humāitas uel homeitas passio ꝓpria sit: inquātū significat simul rōnalitatē & mortalitatē est ultima pfectio in hac significatione: intelligas uidelicet hō. ¶ Et finis tanq̄ res pfectior cunctis ibi occurrētib9 pfectus est. & qa hō tāquā fundamētū & finis aīalitatis rōnalitatis & mortalitatis: principio ipsum cognoscim9: tum & in eo nr̄a cognitio postrēo fundatur: ita qđ potius ē sensib9 mōstrabilis ista diffinitio. hō: quā aīal rōnale & mortale: & licet uideatur nos ipsam ignorare: quū semꝑ utamur hoc noīe hō: homo tn̄ ī re est ultima nr̄a diffinitio: seu qꝫqđ sumus cōprehēdēs. ¶ Ad alterā ptē quā supius tetigimus: scilicet: qđ ad petitionē factā qđ sit homo: nō sit uera respōsio aīal: hic multa occurrere possunt. Sed qa in uariis locis similia tractam9: pauca hic ponemus. Et primū dicimus: qđ nullus hō est aīal simpliciter ꝑ principia sua: nisi in eo qđ hō: & tunc homo & aliqđ aīal cōuertuntur: & tale aīal erit cōprehēdēs aīalitatē: rōnalitatē: & mortalitatē. Sed absolute dicēdo

est aial:falsa qdē respōsio.Nā tūc sequeret̃ qd idē aial esset aial:homo aial:equus aial:leo:ac cetera aialia. q̃ uero demētia a pluribꝰ fert̃ asserētibꝰ.qd in aiali idē sumus hoies & oia sensualia:sed qd additis differē tiis differimus:sicuti ratiocinalitas ī hoie:& ferocitas in leone: ¶Nos autē dicimus:nullū aial dari simpliciter idoneū altero.ita qd unūquodq; p seipsum ab oibꝰ aliis differēs est absq; aliqua alia aliena aditione & qd per solū suū esse intrīsecū nō sint idē ,pbat̃.qm̄ inter hoiem & equū nulla est relatio: nulla dependē tia.nulla supioritas:& nulla inferioritas in esse tātū:neqdē aliquis respectus.Et ubi nulla relatio & illatio unius in alterū:nec respectus:pōt unū sine alio simpliciter manere:& qcqd simpliciter est absq; alio:nulla tenus in aliquo signo est idē cū eo.Nā quāuis materia q̄ nūc est in hoie:& materia q̄ est ī equis: antea fue rit ista & illa materia elemētoꝝ:aut eadē materia:ibi nō erat homo neq; equus.similiter & oia cōtenta in homine sunt alia simpliciter a cōtentis in equo. ¶Et sic non est dicendum:homo est animal rationale & mortale : ex eo φ leo est ferox.

¶Cur unaqueq; res ī eo statu quo manetītrīsece sit diffinieda:& nō īferius neq; supius. Cap.xlv.

¶Iam supius explicatū est:qua de cā uere & essentialiter hō ,p rōnali diffiniat̃.uerūtn̄ quia alii tenere ui dent̃ similes diffinitiones accidētales esse:eo qd per subalternationē genera diuidūt:hic aliqd de subalter natione:accidētibus:& essentia scrutabimur.& in primis ad p̄dicamentū substātie occurremus: ubi cōfe stim uidere possumus:utrū substātia absolute assumpta:in eo qd genus generalissimū.sit idē essentialiter cū corpore:& corpus absolute cū corpore animato:& corpus animatū cū aiali:& aial cum hoie? ¶Ad quod respōdendo asserimus:qd si corpus essentialiter est idem cū substātia:ubicūq; substātia inueniretur ibidem & corpus:& idem de corpore animato cū corpore absoluto:atq; aliis subalternis.Sed quia homo nūquā est idē cum equo:minime erit cū aiali cōmuniter assumpto:nec cum corpore animato neq; inani mato:nequidē substātia: qd absolute assumendo ,pculdubio constat hoiem essentialiter rōnalem esse:nō aūt ob aliquā accidentalē additionē seu accidētalē differentiā.quia nunquā est homo essentialis:neq; ali ter usq; a d illud instans:quo est rōnalis. ¶Quod si oppone t̃ dicendo:hoiem dūtaxat per aialitatē diffi niri:in quid:uel essentialiter:ac per rōnale secundū differentiā uel addita.hoc utiq; denegatur : quū aial & rōnale per aiam dicamus:quia corpus quod caret anima:nō pōt aial nūcupari nequidē rationale.Nā sicut aial ab aia:ita & rōnale ab anima:eo quod ipsa anima intrinsece est rōnalis.quapropter quēadmo dum una istarū essentialis:ita pariter & alia essentialis. ¶Et si dicis in nobis esse aliam maiorē p̄fectio nem:teneris eam ostendere.sed quū necubi sit in actu aut potentia in hoibus perspecta:eiusmodi p̄fectio est penitus deneganda. ¶Quod si asseris manere in potentia:frustra est illa potentia:que nunquā ad actum uisa est deduci:ideoq; inualida opinio:& nequaquā tenenda.

¶Cur calor aliqualiter pōt dici essentialis igni:tn̄ nō ,pprie: nisi cōbustibilitas est differētia essen tialis ignis:& mortalitas differentia corporū accidentaliter uiuentium. Cap.xlvi.

¶Quia de opiniōe aliquorū hominū:ut uisum est:nullas cognoscimus essentiales diffinitiōes rerū: imo oēs cōtingentes sic uel sic assumptas:in hoc capitulo quod agredimur aliqua de similibus dicenda sunt. & in primis in igne & calore ipsius perscrutabimur : eo φ de mente multorum calor minime de essentia ignis est:sed tantum tanquam passio propria in fundamento posita:& φ ita sit satis patere uidetur.quo niam id quod alicui essentiale est : nulli alii competit : calor competit pluribus aliis rebus preter ignem: igitur non est essentialis ignis : concesso nullum ignem posse esse absq; calore : sed hoc fundamentum uel assumptum quamuis in prima fronte ueritatem obtinere uideatur : profundius disponendum est : ut ueritatem eliciamus:ita procedendo assumpto uno uniuersali:ubicūq; in hac machina sub celo conten ta:est calor in specie composita : ibi ignis : & dicimus in specie composita seclusis omnibus stellarum ra diis : eo φ ipsi inferiora calefacere possunt in compositionem istarum specierum ingredi minime : & sic dum dicitur piper est calidus:aut aliqua istarum inferiorum specierum: non intelligimus calefactam a so le uel ab alia specie esse:nisi φ in compositione sua calida est:in compositionem piperis uero ignis funda mentaliter ingreditur:licet in modo remisso ad simplex elementum ignium comparatus: tamen in quo cūq; pipere materia ignea est:unde fit φ non competit piperi calor inquantū species piperis ab elemēto igneo diuersa:sed inquantū ingredit̃ materia ignis:in cōpositionē piperis:sub quo ordine palā constat qualiter inter corpora sub celo manentia soli igni cōpetit calor.qm̄ si nullus ignis fundamētaliter in cō positione piperis ingrederetur:nunquā piper calidus esset:nisi fortasis si aliqn̄ p aliquod paruū spacium a radiis solaribus calefieret:sed tūc nō uocaretur calidus nisi tantū calafactus:& cū pateat soli igni cōue nire calorē:ī hac machina sub celo cōtenta:semp & ubiq; repitur:sine quo calore ignis nō esset ignis:cō cedendū est:calorē esse essentialē ignis : tāquā mēbrū uel intrinsecā potētiā.Et si quis dixerit cōcedo inter corpora sub celo situata tm̄ igni cōpetere calorē sed dum ad celestia ascenderemus:ēt ibi nōnulla corpa calida repiemꝰ:ut sol q ab igne calorē suū intrīsecū nō assumit:qm̄ ab igne cōpositus nō est:cui obiecti oni facillime respōdet̃:& in primo adducēdo quoddā cōmune exēplū:qd inter rōnalitatē angeloꝝ & rō

nalitatē itellectiuaꝝ aīarū ponere solemus.nā quāuis angeli rōnales sunt:nō ex hoc itellectiue aīe oī rō nalitate carent:licet ꝑ gradus sublimiores & inferiores:hoīes & angeli ī rōnalitate differamus: quāuis de aīabus nr̄is tantū simul cū angelis capiatur:quāquā aīe intellectiue & angeli oēs itellectuales:spirituales: & rōnales sūt ꝑ gradus pfectiores:& impfectiores differre queunt:ut species aīaliū sensualiū faciunt.q̄m equus:leo:aquila:multo digniora aīalia sunt.rana:formica:& musca:& tn̄ i multis cōueniūt:cū unūquod ꝙ istoꝝ sensuale est corporeū:& mortale:& ita in suppmis aut spiritualibus diuerse species possunt in rō nalitate:intelligibilitate:& similib9 cōuenire:tn̄ ꝑ gradus pfectiores & impfectiores differendo. ¶Et ita ignis cū sole aut aliquo calido corpore supiori in calore cōuenire pōt:tn̄ ꝑ magis aut minus pfectū differre : ut ꝑ incorruptibile & corruptibile.q̄m sol ingenerabilis & icorruptibilis cū oīb9 suis itrinsecis po tentiis:ignis uero generabilis & corruptibilis.unde ueluti ī diffinitiōe nr̄a dicimus:ꝑ rōnalitatē cū angelis cōuenire:ꝑ mortalitatē uero diuersos esse:ita ignis in calore cū sole cōuenit:sed adueniēte ei corruptibilitate differt a sole:& tn̄ ab intrinseco seu essentialiter:ignis calidus est:dato ꝙ nō ita ꝑfecte ut sol:neꝙ sub eisdē gradib9:sol & ignis calidi sunt. ¶Rursus ad principiū reuertēdo: diffinitio prima essentialis ignis querēda est:tanquā fundamentū in quo calor:ueluti passio ꝓpria subiectaṫ.unde diffiniēdo ignem recte diceremus:ignis est res cōburens:uideṫ aūt dicendū hanc diffinitionē uerā atꝙ essentialē esse:quoniā ignis habet ꝑ obiecta ultimata res cōbustibiles:in qua combustione calor ueluti passio ꝓpria subiectaṫ: & ita hēmus q̄liter cōbustibilitas differētia essentialis ignis est:& ita cōbustibilitas soli igni ꝓprie attinet.

¶De Eodem

¶Rursus ut clarius uidere possemus:qualiter plures quiditates ad cōpositionē nr̄am occurrāt:unaque ꝙ pars ibi occurrens in essentia sua diffiniēda est:essentia autē quiditas & natura idem referunt.unde habet apud abstractatores aut res abstractas cōsiderātes talia abstracta assumere per esse essentie per naturā aut quiditatē & ꝑ ipsosmet abstrahētes habeṫ:equinitas tantū est equinitas: uidelicet nō hoc nō illud: nisi hoc simpliciter tm̄.& equinitas:natura:eēntia & quiditas equoꝝ:ꝑ adducētes equinitatē ipsam eadē res est:& equinitas est tm̄ equinitas:igitur essentia natura & quiditas idē simpliciter. ¶Et si respōdereṫ realiter idē esse:nō eni formaliter:iterū asserimus ꝙ equinitas tm̄ est equinitas nō hoc & illud:nisi hoc tm̄ negatur ꝙ formaliter aut aliusmodi natura essentia & quiditas distinguanṫ:nisi ꝙ iuxta libitum nr̄um ꝑ uaria uocabula quāuis sinonima ibi apposita distinctionē saltem formalē inuenire uideanṫ:non autē ꝙ in re sit:pṡertim penes ponētes similia:quū dicant in abstractis non est unū ꝑ quod cognoscanṫ & aliud: ꝑ quod ignorenṫ:& si uarias haberent formalitates : potuissent cognosci per unā:& ꝑ alteram ignorari. ¶Hoc posito facile cognosci pōt:plures diffinitiones quiditatiuas in quocūꝙ cōposito inueniri posse: nō assumēdo semꝑ per ultimū pfectū in illo cōposito existens:nisi quiditatiue ꝑ quodcūꝙ pdicatū iuxta essentiā suā capiendo. ¶Veluti dicendo:homo est albus:si solum aspicimus ꝑ albedinem: eo ꝙ naturā ꝓpriā hēt:& natura essentia:& quiditas idem est:& album ratione albedinis: quia albedo est natura ī uniuersali assumpta:sequiṫ hanc pdicationē quiditatiuā esse:tn̄ nō pfectam: nisi quiditatiuā inquātū album: etiam ex parte albedinis habet ꝓpriam naturam siue essentiā:uerūtamen quia est in hoībus aliud perfectius quam albedo:naturā illius perfectioris dicimus per excellentiā quiditatiue de homine pdicari.uerū tamē albedo & alia accidentia naturas habent proprias : in quibus diffiniri possunt. ¶Vnde diceremus accidens est ens petens substantiale subiectum:in quo perfecte manere & operari posset. ¶In particulari uero possunt etiam accidentia diffiniri:ueluti dicendo albedo est color actus creatus adherendi alicui subiecto:ubi est obiectum disgregatiuum uisus : tales diffinitiones siquidem essentiales sunt accidentium:quoniam ꝑ naturas proprias dantur. ¶Et similiter de quocūꝙ alio occurrente ad cōpositionem hominis intelligi potest·nam quāuis a nōnullis dicatur:totā nostrā quiditatiuā diffinitionē ab ultimata forma emanare hoc aliusmodi se habet:licet quia assumendo quiditatiuū solū per ultimū pfectū m: tota nr̄a quiditatiua diffinitio dependet a rationali anima tn̄ in eo tunc potuissem us intelligere per solā aīam:non autē per hoīem:de anima & corpore compositū. ¶Et dum dicimus:homo est animal:ibi palam duas naturas denotamus:alteram earū animantē:aliā uero animatā: & id quod animat quia a natura distincta ab animato habet etiam naturā suam siue essentiā:in qua quiditatiue diffiniri potest. ¶Vt dicendo:materia est ens ab intrinseco appetens cum altero diuerso ente uniri:ut ab ipso pficiatur: materia est ens nō repugnās de se in plura diuidi. ¶Et hec omnia de natura materie sunt. ¶Etiam aliter diffiniri potest:ut dicendo materia est materia:accidens est accidens:albedo est albedo:album est albū:& secūdum plures similes predicationes essentiales sunt.asserendo nullam predicationem ueriorem ea que per essentiam datur.omnis predicatio de seipsa essentialis est: igitur predicationes de ipsis uere predicationes sunt : & omnis uera predicatio essentialis est recensenda. ¶Et ita dicemus mortale est mortale tanquam uera.& q̄r materia de se inuiuens est : dum per animam uiuit tanquam accidentaliter : hoc est. unde mortem per propriam naturam petit:quoniam mors in natura inuiuente fundatur . unde oritur esse concedendam tanquam quiditatiuam hanc diffinitionem dicentem : homo est animal mortale licet non tanquam perfectam quiditatiuā diffinitionē tamen quiditatiua in modo suo. ¶Et ꝙ materia in

¶ Plures reperimus sufficienter de naturalibus principiis & speculatiuis materiis dixisse. Sed quia difficile est ut plura que tanguntur ab hominibus sciantur prosequendo secundum naturam absq; particulari gratia: decet iuxta prima principia ubi non satis ad experientiam appulerimus a deo illuminatis fidem adhibeamus. Et si quisquam ad consequendum ordinem creationis a uerbis mosis deuiat: eiusmodi deuiatio non uidetur laudabilis. Quoniam ut sane a nobis intelligatur & corporibus & aĩabus quies resultet. nos assidue ad sacrã scripturã occurrere oportet. dum enim ab ea deuiauerimus: oppressi siquidem & a quacunq; utilitate semoti erimus.

¶ Qualiter a magistro Raymundo aut potius ab abezebrone plura assignentur principia atq; simplicia ante creationem. Cap. IIII.

¶ Inter quamplures qui hactenus scripserunt: magister Raymundus uidet suo quodam ingenii acumine aut diuinitus inspiratus ut quidam ferunt mirabiliter pertractasse. Si enim super his pricipiis aut naturali ordine uera dixit: haud imerito est inter doctissimos annumerandus. ¶ Plura ponit principia tanquã ydealia ad mundi productionẽ: q̃uis ipsa dependentia appellet. Non tamẽ uidetur quod ea assignet creata. Quoniam deinde imaginatur primam materiã & creationem angelorum atq; animarum rationalium pariterq; celorum elementorum & aliorum inferiorum. Ista uero opinio platonica fuit: quia uoluit dari ideas eternas tanquam exemplaria huius mundi: quod incongruum quo ad legẽ

& ueritatem.ut patebit.licet quod forsitan plato per cognitionē seu intrinsecas rationes diuinas ideas denominabat:quum asserat totum mūdum esse creatum.& solū deū ens exemptum appellauit. Sed ad rem nostrā raymondinorū ordo fuit ex abezebronis adinuentione per multos ante annos q̄ raymūd9 nasceretur.Principia eni que a magistro raymundo assignantur:ab abezebrone assumpta pro aliarū rerum fundamentis hec sunt:uidelicet bonum seu bonitas magnitudo duratio sapientia uolūtas uirt9 ueritas & gloria. ¶Et ulterius post ista procedendo alia assignat respectiua principia :que sunt concordantia contrarietas principium medium finis maioritas minoritas & equalitas.Sequaces etiam ad ducunt entitatē unitatē perfectionē & uitā.sed hec quatuor s̄m cōem uiā assumpta sunt.Et ī q̄libet istorum principiorum tres intrinsecas conditiones ponunt:que sunt aptitudo ad agendū: & aptitudo ad recipiendum:& inclinatio inter unum & aliud.Et sic dicendo bonitas ītelligitur:quod habet bonificabile bonificatiuū & bonificare.Et quod cum his similibus aptitudinibus ista principia se inuicem equaliter cōmunicant.ueluti agendo bonitas in magnitudine:quod ipsam informat . & eodem modo atq̄ instanti a magnitudine īformatur:ex eo quod in cōmuni actus sunt:ita per unam ut per aliam.Et quū hec principia conuersantur eorum quodlibet ab omnibus aliis informationem uel conditionem recipit.& deinde mutua amicitia inspirando extrinsecus unā solā unionē tanquam massam emittunt: quā substantiam uel primam materiam seu hyle esse dicunt.Preterea quod ab uno latere huius prime materie deus unam corporeā formam creet.& ab alio latere alteram spiritualem que forme ad primā materiam ueniunt ad se substantiandum.& per illam mutuam conuersatiōem atq̄ cōmunem de prima materia ad corporeitatem unū corpus resultat.Quod etiam chaos ut rem indeterminatam appellent. q̄d chaos diuidunt in celos elementa sensus seu sensitiuam imaginatiuam & uegetatiuā asserendo has omnes esse formas creatas.Et quod ab illo indistincto corpore corporeantur:& spiritualem formam postquam substantiata fuerit angelis & animis appropriant.Dicitur eni angelos & animas nudos eē creatos sine bonitate magnitudine differentia principio & fine.& taliter p oīa alia principia discurrēdo:& similiter eos sine substantia & spiritualitate figurant.nisi q̄d tm̄ sunt.

¶Quatenus raymundini super naturali uia per sua principia ire p̄sumant . uñ pre ceteris in simili materia scribentibus mosi est credendum. Cap.liiii.

¶Quod hic magister raymundus talia adinuenerit:natuſ uidetur absurdum ueluti ipse ait.Quum nequaquam natura stare posse appareat:propterea quod hic de creatione tractat:que super naturalibus cursibus iacet etiam uidetur aliqua dubia afferre supernaturalia:Non enim mosi īheret & creationem affirmando tenendus est ipse moses:& quo ad naturalem partem hic maius dubium esse constat. Solum enim ordinē absq̄ aliqua probatione narrat:ueluti in sequentibus capitulis demonstrabitur.Et dicimus quod aliqua prima principia in ultima simplicitate aut sine quacunq̄ mixtura presupponit.& deinde ea taliter figurat:quod quodlibet cetera informet:& ab eisdem informationem recipiat:scilicet id quod ipsa habent assumendo.Et postremo unanimiter emittunt extra unam primam ac simplicem materiam:que est indeterminata:q̄uis ad quascunq̄ formas disposita.& priusq̄ dicat:quod fit simplex de pluribus atq̄ inter se diuersis principiis componi asserit.Et non solū de bonitate magnitudine ueritate gloria aliisq̄ huiuscemodi:uerumetiā de differentia concordantia contrarietate principio medio & fine.Et ita per quelibet principia discurrendo:que iā inter se erant forma & materia. Et deinde simplex ille appellat illam compositionem que ab omnibus his compositis seu reuolutis emanat . Et ultra hoc formando corpus de corporea forma ac de illa substantia uel materia dicit:q̄ ex illo corpore aut chao producti sunt celi.quos simplices aut fere simplices uocamus.quod si per tot compositiones transierint nos defraudari uidetur.& idem de angelis & animabus.quia etiam nos tenemus eos esse simplices.& cum eiusmodi ordine per plura principia transit.Quocirca duo inconuenientia occurrere uidētur:unū scilicet quod angeli ad unam & eandem materiam cum corporibus redigentur. Quū ex una exeant.aut q̄d semp̄ illas diuersitates de quibus constant allicient.

¶De raymundinis dicentibus se ceteris philosophis altiora ordiri. Cap.lv.

¶In illis que iam diximus atq̄ aliis huiuscemodi aiunt raymundini:quod pre cunctis philosophis altius initiū capiant.& quod post hoc signum descēdendo unam & eandem uiā cum aliis sequuntur:scilicet quo ad tractandū easdē materias.Deinceps considerant quodlibet istorum pricipiorū bonū magnum & durans.& sic de reliquis.& īter principiū & principium:etiam concordantiam & differentiam imaginantur.Quoniam aliquas similitudines & dissimilitudines habent.Quia inter se cōmunicabiles sunt.Et ubi diuersarum rerum cōmunicabilitas:ibi actio & passio:& cupiditas ad cōmunicandū & ad cōmunicari:sub quibus principiis primam materiam collocare uolunt aptam ad prebēdum materiam cunctis rebus:que debent de materia & forma constare:& hoc modo celū & elementa dicunt esse post primam materiam atq̄ alia corpora.Sed quidam philosophi & theologi econuerso circa rerum prici-

pia tendunt. Nam sicut raymundini a bono & magno icipiunt: alii siquidem ab essentia ente & qdita te. nec imerito iuxta sententiam oium hominum: quippe quod ex naturali cursu prius est ponendum subiectum: q̄ predicatum. & ens seu quiditas subiectum dicūt: & bonum & magnum predicatū. ℂIn super iuxta ordinem predicamentalē ut per raymundū in aliis locis conceditur: bonum magnū durās & similia pro accidentibus siue attributis qualitatibus: & non pro substantia sunt posita. & substantia est accidente prior. & sic patet: qualiter principia abezebronis & sequacium eius sint posteriora & nō priora principiis aliorum philosophorum secūdum raymundum ac plures alios religiosos bonum magnum & sapiēs deo attributa: quasi tanquam posteriora considerata. Dum enim bonitas & magnitudo absolute dicunt manifestum est: quod non accipiunt pro aliqua huius mundi creatura. nisi alterius tanquam exemplaris: quum nullū in hoc mundo absolute bonū sit cōmune ad omnia bona: neq̧ ē ali quod bonū: quod bonū dūtaxat sit. ex eo quod omnis creatura est angelus anima celū elementū materia & forma aut alia huiuscemodi. ideo extra deum nullū bonū & magnū est: quin sit de tali creaturarum specie. Sed hic ut uisum est abezebron & magister raymundus crediderunt platonem sectari qui ydeas eternas ponebat: de quibus hunc mundum uisibilē generatū esse ymaginabat. licet has quoq̧ dependentes ydeas eternas coniecturabat. Verūtñ quod aliqua res dependens eterna esse nequeat: iā i secundo huius uoluminis probatur. ℂAristoteles etiam multum contra has ydeas institit asserēdo: q̄d tunc darentur duo mundi: unus creatus & alius increatus: quod esse nequit. ℂEt quod non sint dādē similes ydee inter deum & creaturas circa finem huius libri demōstrabitur. Nam quelibet res aut est creata aut increata: & illud quod est creatum est creatura: & quicquid non est creatum est deus. dependens enī & creatura idē sunt: ex quo patet quod bonū sapiens & durans: & alia itidē pricipia aut sunt deus aut creatura. Quoniam uero non est superius neq̧ inferius: nisi unus tantū deus. nec creatuř sunt aliud q̄ angeli anime celi elementa animalia aliaq̧ huiuscemodi. non est dandū bonum magnum concordantia neq̧ discordantia materia neq̧ forma extra deū uel creaturas. Quia deus bon9 magnus uerus sapiens concordans proprium principium & proprius finis est. Non tñ contrarietas neq̧ differētia q̄uis sit ponens differentiam & concordantiam inter creaturas. & omnes creature bōe sunt: & magne in suo primo esse. Quoniam deus cuncta ut essent bona creauit. & creature mutuo concordantias & discōcordantias inter se habent. & entia sunt & natura essentiā & quiditatem obtinent. ideo dum incipimus ab ente ab essentia & quiditate dependentium. non imus extra quiditatē & essentias uel esse creaturarum: Sed haud secus q̄ de pricipiis primitus: de istis loquimur scilicet de essentia ente & quiditate. & non quod sit extra deum & creaturas aliquod ens essentia aut quiditas: ut in aliis locis uidebimus.

ℂIn hac opinione nonnulli contradixerunt abezebroni: ueluti albertus magnus eo quod necubi stare potest angelos animas rationales & corpora de una & eadem materia constare. Quoniam tunc sicut corpus per materiam est corruptibile: & corrūpitur. ita & angeli atq̧ anime corruptibiles essent: & corrumperentur. Et iuxta omnes sapientes aut plerosq̧ eorum maior differentia: que est inter animam & corpus prouenit ex eo: quod corpus materiale: anima uero spiritualis. ℂRursus quicquid est corpus a materia precipuam deducit originem: & id quod incorporeū ab incorporeo & spirituali & nō a materia resultat. Proinde secundum platonem danda est una substantia spiritualis uel anima mūdi: ex qua omnes particulares anime emanarent ueluti sensitiua & uegetatiua. Nam de intellectiua aliter sentiendum. Quandoquidem angeli & anime rationales īmediate sunt a deo creati absq̧ dependentia alicuius materiē uel substantie spiritualitatis. nāq̧ eiusmodi uniuersalē substantiā dari sine proposito eēt queēadmodum in oportunis locis apparet. q̄uis abezebroniste tenere uideātur omnes creaturas de materia & forma esse compositas: quocirca fere concedunt primam materiam eternam. uel quasi eternam esse. Verum quod talis materia sit: nullo modo esse potest. Et quod angeli & anime rationales de materia & forma compositi sint: dubiosum est ac difficile quouis modo probari. Tunc enim essent tanquam mobilia corpora: quoniam ubi compositio de materia & forma: ibidem corpus mobile uel physicum. Et quia angeli & anime non sunt huiusmodi: sequitur quod minime cōstent de materia & forma. ℂItē si angelus de materia & forma constaret. petimus quid erit in ipso forma: & quid materia. & quomodo per naturam a corruptione conseruari queat. Quum uaria principia sortiantur: & uaria expetant loca ad manendum. Quoniam uero in angelis & animabus non possumus hec diuersā assignare. nequidem recte dicetur: quod sint de materia & forma compositi: nisi tātum de actu & potentia ac desiderio attingendi ad finem suum. Et si dicis quod res spirituales siue incorporee pro fundamento materiā expetunt: & quod aliter manere nequeant: est penitus absonum. Deus enim omnipotens spiritualis est. & a quacūq̧ materia alienissimus. Iccirco illa creatura que nihil habet de materia magis erit creatori suo similis q̄ illa que materiam habet. Et si dices solum deū esse purū actū. & per consequēs sine aliqua possibilitate. Nos asserimus quod potentia non dicit materiam: ut superius probatum fuit. & sic angelus dicetur constare de actu & potentia siue de actiua & passiua aptitudine. nō autem de materia & forma. hec enim compositio de materia & forma adhuc in celo male sonat. quanto itaq̧ peius in āgelis & animis congruet. ℂEt in hoc loco abezebron & raymundus nullo pacto assequuti sunt religiosos philosophos antiquos nec modernos. Vtpote mercurium trismegistū & platonem: qui deū exemptum po

fuerunt tanquam in primo signo:& in altero signo mentem diuinam siue architectorem mundi.& hec expositio concordat cum christianis trinitatē tenentibus.Sed abezebron & raymundus in discursu rerū nullam mentionē de tribus personis in diuinis egerūt:seu de deo excepto & architectore uel mēte diuina:quis raymundus postmodū de lege tractando multa de tribus personis in una sola diuinitate dicit.Vnde ad similitudinē trinitatis in omnibus rebus dicit esse tria:quēadmodū dicēdo homificare homificari homificabile uel homificabilis:deificare deificari & deificabile generare generari & generabile operare:opari & opabile patrificar̄ patrificari patrificabile filiar̄ filiari filicabile spiritificar̄ spiritificari spiritificabile bonificare bonificari bonificabile.& sic per oēs res mundi discurrendo.quod nil aliud est quam agere pati.& subiectum in quo actio & passio fiunt.oportet enim quod dum pater generat filium:de aliquo ipsum generet.& tale aliquod generabile uocari potest:quoniam ubicūq; aliquod operans datur ibidem res operata.& fundamentum super quo opari potest.licet quod in creatione mundi potentia & uoluntas dei supplet:pro re operabili.& sic creatur̄ ex nouo simpliciter producunt̄.Ita qd deus est creare:& creature creari.Sed nil datur creabile nequidem dici potest in essentia dei esse essentiaficare essentiaficari & essentiaficabile.Quoniam essentia inquantum essentia non generat neq; generat:ñ pbet emanationē neq; emanat. Sed essentia que est pater : aut pater qui ē essentia gñat filiū:q ē eētia.nequaq̄ ibi ē dādū patrificare patrificari & patrificabile.Filius enim non patrificat.neq; ipsa essentia diuina per aliquem actum patris filii & spiritus sancti est patrificabile. licet quod inquantum intellectus intelligendo ipsam essentiam diuinam simul cum memoria uel fertilitate constituitur pater.

¶Cur principia abezebronis & raymundi eius sequacis nec secundum legem nec philosophiam stare possunt. Cap.lvi.

¶Superius uidimus qualiter abezebronis & sequacium principia sint aliorum philosophorum principiis inferiora.& quia uolunt ipsa tanquam superiora depingere circa ordinem nature stare nequeūt. Sed dicamus quod talia sint fabulose concedenda. Vbi uero de philosophia rerum dependentium & diuina lege & dignitatibus dei agimus accuratissime inspiciendum est.Quum autem ista principia per raymundum diuulgata penes naturalem philosophiam improbabilia ac legi repugnent:tanquam falsa expellenda sunt.tametsi hic nequaquam tanquam primus auctor reprehendendus sit raymundus. nisi quod abezebronem assequutus est:& sectam eius inualidam diuulgauit:que prius erat fere abscondita. ¶Ne autem uideamur extra rationem moueri.petimus quonā pacto raymundum probare queunt:quod bonū magnū & similia principia absoluta sint eterna:& similiter concordans contrarietas maioritas minoritas.& sic de reliquis respectibus.Deus enim non est maioritas minoritas principium finis & contrarietas.Raymundini tamen ponūt hec oīa principia reuoluta atq; improbata super mūdi creatione.& non tm̄ huiuscemodi principia.Verumetiam quandam primam materiam tanq̄ chaos ab iis principiis aspiratum.& deinceps angelos & celos creari dicunt:quod precise cōtra legem denūciāt.quum habeamus in principio creauit deus celum & terrā.Et quantomagis doctores legis se extēdere possunt:inquiunt quod forsitan angeli ante celum & terram creati sunt:Cetera uero entia simul cum celo aut post ipsum.Vnde abezebronis secta nullatenus cum lege conuenire potest.Raymundini tria pollicentur ordinata sublimia:& sub paucis multa comprehensa.Nos tamen asserimus quod in falsitate nullum sublime nullus ordo nulla comprehensio datur que sit realis nisi in uerbis tantum:Quod si infertur in hac secta ordinem altissimum narrari.Respondet̄ quod facile sit ad libitū altissima atq; infima describere.At uero difficile probari similia. Quum enim nullū bonum & nullum magnum extra deum detur:quod per se esse queat.& quicquid non a se nequaquam eternū:ut in secūdo libro probatum fuit.& circa finem huius libri in reprehensione uariarum opinionum uniuersalia sequentium etiā facillime demonstrabitur.& tamen hic asserimus quod si qsq̄ alios uult ueneno inicere:eos placidis uerbis inuitat:& delectabilibus cibis uenenum siue achonitum imiscet.Et alchimiste itidem magnas diuitias atq; breui acquisitas & indies ordinatas initio deceptionis pollicentur:nec aliter agunt:q falsas adducunt opiniones.& ideo in similibus non sunt aspicienda illa:que pollicentur:nisi potius quid agere ualeant. Quidam ex sequacibus magistri raymundi inquiunt:quod hunc ordinem seu fantasiam diuina reuelatione raymundus assumpsit.& quod sanctus fuerit. Verumtamē utrūq; dubitatur:quod a deo sibi reuelatum non fuerit.patet quia ab abezebrone hoc ipsum hausit ¶De reuelatione uidelicet qd deus sibi hūc ordinem reuelasset eo quod raymundus ī sanctitate degerit.etiam aliqualiter dubitatur. quum omnes sancti legis nature scripture & gratie aliter de productione mundi sentiant.q̄ quod raymundus sensisse uideatur.Et melius est quod dicamus sanctis patribus in lege nature uiuentibus mosi & quampluribus aliis prophetis & sanctis a deo reuelatam fuisse mundi productionem : q̄ abezebroni uel raymundo:quippe quod in hoc sua opinio est sanctorum opinioni contraria.& iccirco penes aliquam philosophorum sectam tanquam nouorum indagator siue ordinator sanctus nominari potuisset.Non tamen quo ad legem a nobis sancitam;quoniam cum sanctis & principio legis que creatio est minime in hoc conformatur.

Quod non sit ad propositum adduci abstractiões ad ꝑbandũ:quod sint principia I creata inter deũ & creaturas. Cap.lvii.

¶Raymundini uolentes aliquam rem uniuersalem assignare tanq̃ primum principium dicũt: quod bonitas sit forma boni. allegantes:quod uiuimus per uitam:& ignis est calidus per caliditatem.& aqua frigida per frigiditatem.& sic in longum discursum p oia alia.Sed respondemus:quod licet aqua sit frigida per frigiditatem:non intelligitur quod frigiditas sit prius q̃ aqua:eo quod frigiditas est qualitas:& contingit aque tanq̃ accidens.seu quod per propriam passionem dicam9.ex quo palã fit post aquã ultimam esse qualitatem:& non primam.si modo hec qualitas non capitur pro ultima abstractione loco forme.Sed tunc de suo primo & intrinseco esse intelligeret.& aqua aliam habebit formam in suo principio:quam aqueitatem appellabunt.& ista erit ita prior ut frigiditas.& erit propria natura positiua uel concreta aque:licet dicant prius esse partes constitutiuas q̃ constitutũ.Nos respondemus:quod ille partes sunt essentiales siue naturales ipsius aque.Et quia aqua per naturam eterna esse non potest minime & partes de quibus essentialiter constat.Et hic merito petendum est cur dicant bonitas magnitudo maioritas & minoritas esse dependentia:si eterna sunt.& in quo pacto dependent. Quia nõ per creationem:quum creari principiari dicat.& efficere etiam aliter se habere.q̃ prius se habebat. & eternum principium & finem excludit.& aliter atq; aliter se habere.Iccirco concesso quod bonitas & magnitudo posita per principium huius mundi dependeant:necesse ẽ cõfiteri quod sint creata.& si creata non eterna:quoniam principiata.Et si non creata minime dependentia in suo primo signo.& tunc erunt entia a se & non ab alio:quod stare non posset.ut in pluribus locis probatur:ac per omnes conceditur:eo quod unum tantum ens siue esse a se.& illud solum infinitum atq; eternum.nam illud quod caret esse a se per consequens & uirtute eternitatis.Iccirco eadem est ratio:quod abstracta uel concreta consideremus:siue composita uel simplicia ad probandum eternitatem in aliqua re:preter unum solum deum.tandem he abstractiones multa mala in hominibus causauerunt ut in uariis locis deo auspice uidebitur.Et dicendo unus per unitatem:bonus per bonitatem & humanus per humanitatem:propter hoc non sequitur quod sit una uniuersalis unitas.Nãq; etiam dicimus plures per pluralitatem. & plures manifeste ab isto uno & ab illo & non ab una pluralitate oriuntur.Si enim plura sunt unum eẽ nequeunt:ergo pluralitas est tantum terminus positus per plures unitates simul associatas: nec aliter intelligendum est de unitate eo:quod non est una sola bonitas:nisi bonitas isti9 & bonitas illius.tamẽ per abstractionem dicimus bonitatem in cõmuni.& q̃uis ista uniuersalia essent omnino sunt creature: que particularia sequuntur. Vnde non est ad rem uelle ponere principia creaturarum abstracta.Quia id quod deus non est:proculdubio erit creatura.& sic principium habens.& id quod pricipium habet eternum esse non potest.eternum enim de uirtute uocabuli intelligitur sine pricipio medio discursiuo & fine.Deniq; ista ars raymundi laudabilis est:presertim ad discurrendum uniuersaliter per plura:q̃uis raro ad particularia deueniat.Et qui de particularibus nõ agit parum utilitatis auditoribus affert.quũ indistincte loquatur.q̃uis multa uniuersalia argumenta adducantur.potest quisquam prima facie sapiens uideri.Sed difficile est:quod diu durare queat ex eo:quod ad particularium demonstrationem minime deueniunt.quum deus & omnes creature particulares sint.Nequidem per transcendentia saluari potest.Quoniam transcendentia extra deum & creaturas in nomine tãtum sunt.& deum & creaturas non uniuersales sed particulares esse aimus.Iccirco dum allegamus.omne ens est bonum i eo:quod est intelligitur ad differentiam de non esse.Et ideo absurdum esset inferre:homo est bonus transferendo ipsum ad transcendentia.Quia bonus est inquantum est:& a deo creatus.Tamen non uniuersalis bonus nisi tantum particularis.Et licet de omnibus transcendentia presupponant.& uoce solum inter se intelligantur nature prioritates & posterioritates habent.Primo enim rem & denuo an bona sit consideramus & non primo an bona & deinde rem. ¶Rursus si bonum est principium absolutum :cur ergo raymundini aiunt bonum esse per bonitatem:quia tunc sequeretur quod bonitas super bono eẽt genus.& transcendens super transcendens:quod stare non potest.Et sic dicetur quod res sunt prime fundamentaliter inquantum essentia.& deinceps attributa in eis consideramus:uti bonum magnũ durabile aliaq; huiuscemodi.Nam licet in eodem instanti res sit essentialiter & bona:semp eẽntie haud secus q̃ fundamẽto sup bono nature prioritatẽ attribuimus.

Qua de re ab operibus sepe denominemur:ut ciuis ab incolenda ciuitate. Bonus a bñ operando.socius ab associando:& sic de reliqs. Cap.lviii.

¶Vltra raymondinorum cõmunia & uniuersalia principia & diffinitiones:sicuti dicendo in principiis omne bonum est magnũ:omne magnum durans.& taliter procedendo.In diffinitionibus homo est homo.equus cui proprie competit equificare:aliam cõmunem regulam habent:ut superius tactum est.Asserentes bonũ per bonitatem:leuis per leuitatem:fortis per fortitudinem:sciẽs per scientiam:magnus per magnitudinem.dexter per dexteritatem.quocirca de ceteris citra quemcunq; laborem respõ

dent.Sed quod prius bonitas abstracta q̄ bonum concretum sit nondum ab ipsis probatum esse cōpe rimus:neqdem probari potest. ¶Quod si bonum a bonitate tanquā a specie denominata:ueluti hu manum ab humanitate:sciens a scientia:ciuis a ciuitate.necessario bonum erit bonitate prius.quoniā hoc bonum illud bonum & aliud bonum particulariter assumptū quandam congeriem edificant:que bonitas seu species uocatur.Res uero composituræ prius compositis sunt.ut patet quia lapis & calx pri us sunt q̄ parietes.& iste & ille populares populo priores.& ciues quoq; ciuitate anteriores.Verum de inceps populares a populo.& a ciuitate ciues denominantur: & ciuitas non propter domos dūtaxat ita uocatur:immo & per abstractionem quam ex multorum habitatione uiuentium imaginamur.Il au tem multi iste & ille particulares sunt.& ad congregandam unionem competit eos esse congregatio ne priores:quapropter concreta seu particularia in aliquo ab abstractione denominantur: in re tamē non sunt priores abstractiones.ab isto enim illo & alio particulari labore:quo indies studendo scien tes euadunt & uocaliter a scientia tanquam abstracto denominari uidemur.Et similiter hoc bonū illud & aliud bonum bonitatem scilicet per speciem suam abstractam congregant. Bonum uero concretū oportet ut tanquam compositor prius sit:q̄ unaqueq; res ab isto & illo composita. ¶Anima & cor pus hominis anteq̄ hominem forment:in se sunt.licet post congregatiōem homo ipse hoc & illud aut utrūq; simul comprehendat.& ideo non uocamur in communi prolatione anima & corpus:nisi homi nes. ¶Quod utiq; rationaliter fit:si frustra est fieri per plura que possunt fieri per pauciora.Quod si non imaginaremur species seu abstractiones:unusquisq; in omnibus separatum nomen eliceret.aut uero a ceteris particularibus semotum ac uarium.Quoniam autem omnes homines aliquam inter nos similitudinem habemus.saltem in hoc quod unusquisq; de anima rationali & corpore constat: natura liter debemus aliquod nomen omnibus cōmune assumere.Vnde fit ut per mutuam conformitatem me rito omnes tanquam congregati humani nuncupemur.& humani ex eo quod ista congregatō abstra cta humanitas appellatur.Et similiter dici potest homo ab homeitate.quemadmodum enim anima. & corpus in communi hominem siue humanum gignunt aut congregant sic & iste & ille particulariter assumpti humanitatem in abstracto producunt.Et quia omnes ad productionem sue speciei occurrūt: itidem & omnes ab ipsa equaliter denominantur.sicuti a ciuitate ciues tanquam edificatores.hec autē denominatio quū in uoce tantum sit a cōmuni abstractiōe emanat.& in hoc loco pri9 abstracta sunt: q̄ denominationes ab ipsis emanate.& hoc in uoce duntaxat & non in re. ¶Item omne bonum ab aliquo concreto tanquam originaliter a primo esse emanat.Quocirca duobus modis bonum realiter assumptum oriri dicimus.primo a natura uel creatione quia in primo esse omnia bona nominantur.& in primo esse dicimus:quoniam absolute loquendo damnati uel in inferis retenti: nil prorsus de acci dentali bonitate:seu a seipsis acquisita sortiuntur:preterq̄ a primo esse nature tantum. ¶Secundum bonum ab honestis operibus resultat:ut proximo elemosinam prebere:male se habētium misereri:deū omnipotentem orare.& in aliorum preceptorum cultu degere.& bonum opus dicimus tanquam ho nestum & natura necessarium.At uero non tenemur ad hoc q; illud opus bonum uocetur:uel potiusq̄ aliud nomen.Sed in operationibus.quia in re sunt nil penitus īmutare possumus.nequidem in aliis cō uertere.& ab hoc opere illo & alio particularibus.que bona uocātur homo seu factor bonus efficitur. Deinceps uero quia plures ad eadem opera factores occurrunt:ab hac utiq; multorū concurrentia ab stractam & uniuersalem bonitatem imaginamur.Et hic unusquisq; in cōmertiis bene agendi manens bonus erit. Verūtamen denominatiue dum abstractum capiatur:Sed bonum in re:quis nemo esset nisi unus tantum homo:qui in hoc mundo honestum opus aut precepta perageret:ipse siquidē bonus uo caretur.nō autem a cōmuni specie nisi a particularibus operibus acquisitus.& similiter unusquisq; de humano corpore & intellectuali anima constans:per se erit homo sine uniuersali homeitate.Nam licet tanquam ad cōmune multorum carpentarius a carpentaria uocetur. unusquisq; per se si modo uaria ligna dolat carpentarius appellatur. ¶Et hic logice naturaliter assumēdo argumenta edificare pos sumus ad substentandum non esse homines praue uiuentes:licet de intellectuali anima & corpore sor titi sint.ut in pluribus exemplis comprobatur.societas enim ex multorum particularium unione & cō formitate originatur.Et siquis non operatur pro cōmuni illorum bono.necubi socius est uocādus.nā societas non modo de unione:sed de hominum conformitate colliditur.Quiq; a conformitate desistit: ipsam societatem deserit:Quamobrem licet quamplures inter se aduersantes simul maneant. nequaq̄ appellantur socii.& quibusq; hominibus socii esse debemus.qui autem male uiuit:nusquam est aliis pro ximus.quum a proximitatis officio declinet. ¶Pariterq; dicendum erit homo per congregationē & conformitatem rationalis anime & corporis homo efficitur:tanquam de duobus resultatus. Vnde seq tur quod unaqueq; pars suum peragit officium ad bene esse totius compositi siue societatis. & praue operari nullo pacto a rationali anima prouenit.Iccirco una pars tantum corporea ibidem operatur. & una pars istorum principiorum non est homo idest anima per se uel corp9 per se nisi simul. Et quia deficit:quū unū principium operetur & aliud non operetur.illud tale non est homo:nisi cōpositū dū taxat.quēadmodum & equus aut arbor.Non eni homo erit q̄uis de rōnali anima & corpore constans ideo non immerito dicetur.Nemo male uiuens est homo:tu male uiuis:igitur non es homo. ¶Et p

batũr homo constat ex unione & conformitate rationalis anime & corporis.deficit in male uiuente cõ formitas:ergo & nomen totius.Quocirca merito contra male uiuentes dicitur.talis homo non est hu manus:inferendo quod ab operibus humanitatis siue a rationalitate declinet.& humanus siquidem & homo idem sunt.Quod si homo penitus nuncupari uoles in aliud precise dilaberis.Anima enĩ tua om nino uacua est nature exosa est appellãda.Quippe quod ociosa & a fortiori extra quodlibet ens eradi canda atq; abiicienda.Quum ociositas de naturali regula minime concedaẽ. ¶Preterea sicut unus homo non est adeo proximus aut consocius : ut alius causa perfectioris & imperfectioris operationis si militer dici põt:quod unus homo non est ita homo ut alius:eo quod eque in eis rationales anime non operantur:nequidem in corporibus qbus manent equaliter conueniunt.

¶De Eodem.

¶Solent autem quidam aduersus superiora opponere:asserentes humanitatem esse essentialem ho minum formam.& si essentialis & forma consequenter tãquam superius naturale fundamentũ. Quod patet:non enim recte dici potest.Iste homo ẽ humanitas:nisi dicatur est humanus:uel rationalis. Sed quia cum humanitate non conuertimur:quis hec humanitas dicatur.concedendum erit humanitatem esse naturam:& formam super quibusq; particularibus hominibus. ¶Ad hanc uero obiectionẽ sub paucis ac palam responderi potest.quod non posse humanitatem cum hoc homine conuerti nequaq̃ prouenit ex hoc:quod superior humanitas.Nam licet inferior aut posterior ponatur.Semper utiq; eã dem differentiam parit.igitur non ex eo quod superior seu prior.Quapropter alia est secunda uia:quã nil aliud esse dicimus.nisi: quod humanitatem pro abstracto incorporeo & uniuersali ymaginamur . & hunc hominem pro concreto particulari & corporeo consideramus.Et concretum cum abstracto nul lo quidem pacto conuerti potest.ideo dum diceretur homo ĩ cõmuni est humanitas:aut hamanitas est homo in communi tum facile conuertetur.& recte se habebit.

¶Qualiter nulla passio conuertatur cum suo subiecto neq; potest esse prior ipso. Cap.lix.

¶Deniq; concreta & abstracta in uariis modis sunt intelligenda:concretum potest dici:quotiescun que plures considerationes in una sola re occurrunt:quamuis res ipsa simplex sit:ut forma materia ani ma intellectiua angelus deus:nam quamuis deus simplicissimus simplex super omnia sit: concretum ip sum denominamus:& etiam materiam primam substantialiter assumptam:ens concretum est:quoniam uirtutem appetendi formam habet.& appetere omnino operatio est in aliquo subiecto fundata :unde appetibilitas in prima materia & passio propria materie.& ubi passio propria ibi subiectum.& ubicũq; passio propria & subiectum ibi concretum:quoniam nullum concretum cum sua passione propria cõ uertitur.nam homo non conuertitur cum risibilitate:quia passio eius est:alia cõcreta siquidem latiora sunt idest de re & re composita:ueluti homo:qui de anima & corpore constat:aut res cõstans de simpli ci forma & simplici materia:ut elementa in prima cõpositiõe.ut aqua ignis in spheris suis celum stelle & similia. ¶Abstracta uero secundũ quosdam multipliciter assumuntur.& tamen nos hic paucas ab stractiones ponemus:abstractio enim in communi loquutione atq; in uirtute uocabuli per recollectio nem ab intellectu seu imaginationem collectam assumitur:uidelicet dum intellectus & imaginatio sup plura particularia decurrunt & edificant unum commune tanquam formam dicẽtem de omnibus hiis particularibus. ¶Alia uero dantur abstracta realiter assumpta:que abstracta nil aliud sunt quam paſ siões proprie rerum.sed passiones semper posteriores suis subiectis sunt:ueluti risibilitas:que posterior anima & corpore est & intelligibilitas.quia passio propria intellectus est:per quam intellectus itelligit posterior intellectu ipso est:& uisibilitas idest propria passio per quam uisus uidet quoq; posterior uisu. formalitas per propriam passionem forme assumpta est posterior ipsa forma:aut saltem formaliteitas ẽ posterior forma.& materialitas seu materieitas posterior ipsa materia:bonitas aut saltem boniteitas po sterior bono.Quoniam bonum agit bonum bonitate:tanquam cum intrinseco instrumento:quod est propria passio.ueluti homo risibilitate ridet:non autem risibilitas ridet:neq; bonitas agit bonum:qm̃ passiones proprie sunt. ¶Albedo enim non dicit proprie abstractum:sed albedineitas abstractum proprie dicit:quoniam albedo albificat.albedineitate:ut cum passione propria:sed albedineitas non al bificat.& quia albedo passionem propriam habet:idest albedineitatem.non est omnino denominãda abstract :sed imo potius concreta albedineitas uero omnino abstracta. ¶Dum album dicimus non tantum concretum simpliciter.sed concretum atq; compositum de re & re uariis dicit.unde nõ est insi stendum.quod album sit concretum tantum & albedo suum abstractum: quoniam albedo rem cõcre tam per se dicit continens passionem idest albedineitatem.Licet quod quidam dicunt.quod hec abstra cta non passiones proprie:sed quod nature prime rerum sunt.uerũtñ cum omnes concedant risibilita tem esse passionem propriam anime rationalis & corporis simul de omnibus aliis similibus passiões p prias concedere oportet.& passiones proprie semper posteriores saltem natura suis subiectis sunt.Vñ

humanitas istius hominis est posterior:quam anima & corpus ipsius atq; rationalitas est posterior: aīa cum passio propria ipsius sit entitas dicit passionem entis:& essentialitas passionem essentie. ¶ Et ad uertas.qa humanitas in cōmuni non est homo cōmunis:ut quidam dicūt.imo humanitas si aliqua cō munis est passio propria cōmuni homini.unde si humanitas uniuersalis datur:que hec uel illa non sit: etiam homo:cōmunis datur abstractus:tāquam subiectum cōmune uniuersalis humanitatis.nam uelu ti hec humanitas est passio propria huic homini:ita humanitas uniuersalis erit passio cōmuni homini. & risibilitas cōmunis passio cōmuni homini.Et tamen quomodocūq; assumatur risibilitas est natura: qua homo ridet.nihilominus non ridet risibilitas sed homo ridet.& parimodo humanitas est natura:q̄ homo humanos actus agit.tandem risibilitas est passio hominis:atq; humanitas passio . & nulla passio potest esse prior suo subiecto.Vnde dicendum est naturam esse:postquam subiectum in quo manet.& etiam hoc patet penes diffinitionem aristotelis.dum naturam diffinit. ¶ Dicendo natura est princi pium & causa motus & quietis in eo quod est:& dicendo in eo in quo est subiectum assignat & id qd in subiecto est:tanquā forma aut passio propria se habet uel utrunq;. ¶ Et quod natura dicat tāquā rem posteriorem in aliquo alio: patet ueluti dicendo per uegetatiuam additam corporibus corpora ipsa augmentantur:per sensitiuam sentiunt:& per intellectiuam intelligunt . Vnde dicimus de natura nostra est crescere multiplicare sentire ratiocinari & intelligere & semper denominationes distinctas assumimus a propriis passionibus:ita quod per passiones proprias differentias iter hoc & illud.cogno scimus.nā dicendo homo est animal & equus animal.non assignamus ibi proprias naturas.Vnde dici mus homo est rationalis:equus est unibilis per proprias naturas:& id quod tanquam ultima differētia euenit.passio propria illius in quo manet est.unde hec risibilitas est passio istius hominis .& hec equini tas passio istius equi. ¶ Tandem passiones per proprietates quomodocunq; assumantur ultima ab stracta dicunt:quoniam unam solam habent considerationem:non enī plures:ut iam de albedie & de albedineitate uisum est.nam risibilitas tantum est risibilitas simpliciter:humanitas tantum humanitas: equinitas tantum equinitas.rationalitas tantum rationalitas:intelligibilitas tantum intelligibilitas.ma terieitas tantum materieitas:platoneitas tantum platoneitas:aristoteleitas tātum aristoteleitas. sed pla to non dicit tantum plato sub una sola simplici consideratione.neq; homo tātum homo assumat quo modocunq; uolueris.neq; ens tantum ens:quoniam homo habet passiōem propriam homeitatem. uel humanitatem.& ens enteitatem:ita quod homo dicit concretum.& ens concretum.& quicquid concre tum saltem duas habet considerationes.idest subiectum & passionem propriā passio propria uero sem per tanquam natura in eo in quo manet se habet.qua de causa dum dicitur intellectus ab intelligibili tate:risibilis a risibilitate non est intelligendum quod intellectus habet proprium esse fundamentale ab intelligibilitate:sed proprietatem intelligendi & risibilis non habet primum esse a risibilitate:sed tātum proprietatem ridendi.neq; humanitas habet primum esse fundamētaliter ab humanitate: nisi propric tatem ad operationes humanas exercendas:nam humanus fundamētaliter.atq; per prius ab anima & corpore habet esse. ¶ Preterea dicendū est si aliquod ens datur:quin bonum sit in quocunq; gradu: quod assumitur passio propria erit:quoniam proprie passiones sup omnia alia omnino abstracte sunt. atq; simplices:ita quod nullatenus habent aliquem gradum uel signum:ī quo sint entia.& aliud tāquā posterius in quo sint bona:nequidem unum & bonum possunt esse passiōes entis:quoniam nullum sub iectum cum sua propria passione conuerti potest:nisi per aggregationem assumendo in uno toto ue luti dicendo:homo est animal rationale.homo est risibilis:in quibus uerbis de anima corpore:de ratio nabilitate risibilitate simul narramus.sed dicendo homo est animal rationalitas homo est risibilitas aut rationalitas est animal homo uel risibilitas est homo:falsum promeremus:enteitas est ens ; essentieitas est essentia.aut essentia est essentieitas:ens est enteitas omnino falsum:eo quod ibi tanquam subiecta & passiones proprias assignamus:sed dicendo omne unum est ens.& omne ens est unum : omne bonum est ens:omne ens est bonum.semper uera quia conuertuntur:quod conuerti nequirent si tāquam sub iecta & passiones proprias se haberent.& quod simpliciter conuertantur sub nulla intellectione nulla imaginatione comprehendere possumus:quod unum ab ente uel ab aliquo eē separetur.quoniam uni tas siue unum per aliquam rem assumitur:que ad differentiam de pluribus una denominatur. & tamē in re idem ē dicere unum:si modo realiter assumeremus:quā rem particularem.seu quod sit hec & nō plures:& ita bonū nūquam dicit tāquam rem per se:nisi hoc bonum quia est hec res simpliciter.& si bo num & unū fuissent passiones proprie entis:non repugnaret saltem in imaginatione dummodo distī cte ab ente darentur:ueluti nō repugnat considerare risibilitatem sine homie per se aut sine anima & corpore & intelligibilitatem.sine intellectu:& essentialitatem absq; essentia:& tamen non possumus in telligere uel imaginari quod unaqueq; passio bona non sit in quocūq; signo:quod ipam ponamus.

Qualiter bone sint diffinitiones & responsiones generales a magistro raymundo po site contra presumentes se admodū sagaces. Cap.ix.

¶ Pro illis qui sagaciter loquuntur:aut temerario confundere uolunt ac si multa scirent: non inco

grue sunt diffinitiones seu generales responsiones:quibus magister raymundus utitur petendo: quid sit bonitas:dicet est esse suum de sua essentia & bonitate ac de relatiuis. Quāta sit est ut esse suum:quando sit est:quando esse suum:& taliter per quamcūq; petitionem discurrit:& in similibus solutiōibus nō possumus eum reprehendere:quod ab eis ueritas denegretur.bene autem quod non declarat id:quod inquisiuerimus.Nullum enim nobis est dubium:quod simus tantum quantum sit esse nostrum.Verū declarationem aliquam expostulamus de modo essendi tale esse ac de gradibus distictis & determinatis. modum quoq; petimus ut id quod nesciuerimus intelligamus. ℭ Quidam dicunt magistrum raymū dum scripsisse artem suam bonam fore antichristi temporibus.Vt si interrogaretur quid credis:i deū: quare:quia placet mihi.cur placet tibi:quia deus est:quid est deus:est cui proprie competit deificare. quare deificat:quia talis est eius natura.Quocirca ad unūquodq; argumentum uel petitionem nobis factam generaliter respondere possumus.Et hac manerie ars ista antichristi malitie & peruersitati obiicietur:quis eam interdum spernamus:quum omnibus cognita uideatur.

ℭDe quibusdam modis diffiniendi. Cap.lxi.

ℭSecundum regulam philosophorum & aliorum diffinitiones ponentium dicunt:diffinitio ad hoc quod bona sit:debet de genere & differentia constare.Et asserendo quod sit bona intelligit clara aut manifesta:& circa artem istorum de qua nunc mentionem agimus tenent quasdam uniuersales & satis indistinctas diffinitiones:sicuti dicendo homo est cui proprie competit homificare:& equus equificare: atq; iisdem diffinitionibus in quacūq; re utuntur.Petendo quid sit ueritas:respondebunt:ueritas ē cui proprie competit uerificare:& uidemus quod deus uerificat seu ueritatē dicit:& angeli homines ac bruta animalia aliquos ueros effectus faciunt:quapropter quid ueritas sit in simili diffinitione minime apparet. ℭVeritatem siquidem bifariam intelligimus:primo pro re bona recta & infallibili.& sic solus deus est propria ueritas.& denuo per creaturas descendendo recte dicimus bene uiuentes bonos esse: & quod ueritatem gignunt & degunt:Asserimus quod ueritas sit quedam cōsideratio & narratio:quā de rebus agimus:quatenus se se habeant.Veritas ē dicer:quod deus summe bonus sit:& mendaciū eēt econtrario narrare.Dyabolus est mendax tamen uerum est ipsum esse talē promere & nominando eū bonum aut uerum potius negatio erit:adeo quod res bonas possumus uocar ueras & malas falsas aut mendaces.Sed etiam est uera:quelibet narratio istarum partium cum suis proprietatibus ipsam explicando.Vnde inter alias proprie est ueritas considerare & tractare quamlibet rem secūdum quod in se sit.Et diffiniendo ueritatem absolutam seu per secundam intentionem aliter machinamur asserendo: ueritas est que dat modum tractandi & intelligendi ipsis creaturis inter se:& non est ueritas: dicere nihil esse rectum nec honestum opus.Propria uniuscuiusq; rei diffinitio est assignare perfectiorem dignitatem q̄ in se habeat:que eam a quacunq; alia specie uel particulari differentem faciat:& hec proprietas est tanquam passio uel intrinseca uirtus.Et dicendo homo est homo nō est propria diffinitio :quia tunc sui ipsius esset passio.Et quo ad ueritatem nemo est sibi ꝓpria declaratio :quoniam aliquo medio declarari competit.nec quicq̄ est de semetipso medium.hominem esse hominem uerum est:tamen non erit diffinitio sed solum propositio.

ℭQuod non possumus quasdam materias quum a deo subtiles sint solis diffinitionibus concipere. Cap.lxii.

ℭQuidam scribendo & loquendo plurimis diffinitionibus utunt: & quo ad ueritatem pleraq; sunt adeo subtilia siue intrincata quod non possunt sola diffinitione a nobis percipi.Quum de consuetudine sit paucis lineis esse diffiniendum:& materie sunt quandoq; a nostra cognitione remote.& sic paulatim attenuande:ut maiori de eis intelligentia potiamur.Sed circa sapientes bone sunt diffinitiones: quippe quod eas perlegendo totius capituli aut saltem sententie recordantur.Aliis uero non ita sapiētibus breues diffinitiones parum utilitatis ingerunt:quia asserendo quod anima in principio sit tāquā tabula rasa:in qua nihil est depictum:hoc intelligitur ab illis qui non sunt litterarū ignari:rudes enī nil sine alia longiori declaratione concipiunt.

Quopacto tegmen ignorantium sit dicere contra negantes principia non est amplius disputandum:quum in eisdem sit de ueritate aut falsitate disceptandū:& q; pauci per uera principia sciunt quomodo assummenda sit pars & qūo totum. Cap.lxiii.

ℭImmerito cum presupponentibus principia disputatur:si modo ea probare nescierint.Et hic nō nulli consueuerunt aristotelicam auctoritatem adducere dicentem:contra negantes principia non eē amplius disputandum.in quo potius uoluntaria uia q̄ ratio protenditur eo:quod semper in prīcipiis aut fundamentis debemus nostris aduersariis insistere.Quia dum semel quietum fundamentum accipe

rent haud facile a nobis conuinci possent. Attamen nō dico nos frequenter debere in probandis principiis uacare: nisi ubi accidit in materiis: circa quas diuersimode sentimus. Vbi uero conformes sumus assumendum est principium tanquam ueritatis fundamentum ipsum assequendo. Quedam etiam principia sunt adeo sensibus manifesta: quod de eis nequaq̄ est disputandum. Tamen in principiis simplicissimis ut in methaphysicis patet super omnia alia disputandum est. Nam hic uarii uarias uias assumūt: quidam uero bonas & quidam malas. Iccirco ad cognoscendum quid malum & quid bonum sit: principia tanq̄ origines diligenter explicanda sunt. Quoniam in simisibus paruus error in principio maximus erit in fine. ❡Et ut uideatur qualiter plures sunt propositiones: que tanquam per se note in cōmuni opinione denominantur. & tamen probari possunt. hinc prosequendo in toto & partibus exemplum ponimus: quoniam unusquisq; dicere solet: hec propositio est nota apud omnes quod omne totum est maius qualibet sua parte. Et tamen si peteretur quid totum & quid partes significent: an idem uel non idem aut totum uel partes assumantur in potentia an in actu uere in responsione plures titubarent. hic enim non sat est cognoscere tantummodo terminos in cōmuni assumptos. Sed quod sciat an partes integrales & totum sint idem precise uel formaliter: aut aliqua distinctione differant. & si partes dicuntur in actu uel in potentia eo tunc termini cognosci possunt: sed non aliter. ❡Et exemplū ponimus ita dicendo: capiatur lignum decem cubitorū longitudine: & illam lōgitudinem dicimus de uno capite ad aliud totum. petimus nunc quid erit ibi pars: nam si aliqualiter diuidit non est amplius illud totum nequidem illud frustrū diuisum deinceps est pars illius: quod prius uocabatur totum: nisi quod per se agit unum totum tametsi paruū sit: itaq; illud totum idest illud lignum decem cubitorum non est magis q̄ aliqua pars sua in actu. Nam quum aliquid in actu diuidatur non est amplius pars ei9: & dum lignum est unitum nulla ibi est pars nisi totum: licet sit in potentia ad plures diuisiones: quarū nulla erit ita magna: sicuti erat illud lignum quando totum denominabatur: sed dum esse totum in actu nulla ibi est pars. Quoniam totum per aggregationem: & partes simul manentes idem sunt. & sic dum tale totum datur in actu nulla ibi assignatur pars in actu: nequidem quando partes totum aggregatum q̄uis unumquodq; frustrum: uel res licet parua sit: per se assumpta dicit totum. Sed ĩ eo quod plura paruula sunt in potentia ad unam unionem & ad resultandum in unum magnum totum sub hac consideratione: iste res paruule partes denominari possunt eo quod in potentia congregandi aliam rem maiorem q̄ sit aliqua ipsarum per se. In actu uero nunquā pars & totum simul dantur per aggregationem. ❡Et in hoc loco etiam contra uniuersalistas multa poni possunt: ubi ipsi dicunt: quod totum & partes integrales non tantum formaliter sed realiter distinguūtur. Exempli gratia asserendo quod anima & corpus hominis sint tanquam cause totius hominis: & quod realiter causa & causatum differunt. Quocirca anima & corpus causant quandam tertiam entitatem: quam humanitatem uel homeitatem denominant que est totum. Insuper inquiunt quod ista tertia entitas totaliter dirrumpitur in separatione inter animam & corpus. ❡Nunc assumptis his per uniuersalistas positis facile probari potest quamlibet partem esse maiorem suo toto. & probatur ita dicendo: uos dicitis totum esse quandam tertiam entitatem diminutiuam ab anima & corpore causatam. Nunc sic: nullum causatum de ordine naturali inquantum causatum est maius sua causa. Tertia entitas per uos est causata ab anima & corpore: ergo nō est maior nec quantū aĩa & corpus sunt: causa enim plus causato infert. Et qđ q̄libet pars per se idest anima & corpus sit maior: q̄ hec tertia entitas patet: quia etiam per uos est ens diminutiuū: & probatur eo quod ad separatiōem anime & corporis dicitis penitus corrumpi. Anima per se illesa remanet. ergo multo plus est ĩ uirtute solius anime q̄ ipsum totū. & si de magnitudine & duratione dicis corpus & multo maius ac durabilius q̄ illa entitas per te posita. Vnde constat quamlibet partem esse maiorē suo toto. Quod absurdum uidetur. Nihilominus penes istorum opinionem sequit: & sic patet quatenus non sit apud omnes manifestissima ista propositio: omne totum est maius qualibet sua parte. quoniam ibi multa ingrediuntur: que plerisq; ignorant: quanquam circa uulgus credatur quod dum aliquod lignum siue alia res magna continua in plura frustra diuiditur eorum quodlibet sit pars: Sed petim9 in illo tunc ubi est totū: quū iā euanuerit. Itaq; quodlibet frustrum est per se totum & nullū habet respectū ad aliquod aliud totū. Tandē p̄ hāc uiā ut de toto & partibus hic exēplauimus in pluribus aliis propositionibus experiri potest in oppositum dicentiū prima facie cū maxima ostensione: cōtra negantes principia non est amplius disputādū: qa forte multa inueniremus esse probanda ac scienda in principiis: que ab istis ignorant. Tamen plano modo capiendo postq̄ intelligimus: quod partes dantur in consideratione seu potentia in toto cōgregato idest minoris quantitatis postq̄ diuise q̄ erat illud totum simul manēs. & quod totū non datur facta illa diuisione. Deinceps probari potest totū eē maius qualibet sua parte. ita dicendo. ❡Omne cōtinens est maius suo cōtento: oē totū est maius qualibet sua parte. & hic non curamus quod in potentia uel in actu capiat in consideratiōe uel aliusmodi: uerū de ratione intelligere oportet quomodo se habeat: ne in sola ignorantium semita quiescamus.

❡Qualiter tractādo de entibus realibus distictio realis iueniat: qñq; latior & qñq; strictior: & in entib9 rōnis semp distictio rōnis. Et quaten9 formalitates seu distinctiōes assumant. Cap. lxiiii.

¶ Quū de simplicibus rerū principiis uarie soleant occurrere disceptationes de idemptitatibus & alietatibus ipsarū rerū secundū uarios auctores in similibus q̄plura scripta sunt. Nihilominus semper apud multos dissentio remanet: maxime īter thomistas & scotistas. tamē oēs quodcūq; ens in ente reali & ente rōnis diuidūt. Entia uero realia aut quod ipsa ītelligamus uel nō ītelligamus: i se entia sunt in scripto uel nō scripto. & alia entia dicimus solū in aīa esse eo: quod imaginamur quod sint: & nomē eis imponimus. tamen in re minime sunt ut nostra imaginatio presumit. Et super hoc uidelicet quando res realiter & quādo sub ente rationis distinguant thomistarū & scotistarū dissentio cōsistit. ¶ Initio huiusmodi questionē ponūt. Vtrū illa que distinguūtur formaliter etiam realiter distinguant. Et quem ui deatur formalitatē esse per quācūq; intellectus apprehensionē ab aliis apprehensionibus diuisam intelligas: diuisam penes apprehensionē uniuersaliter assumptā. ¶ Principio questionis seu differentie di cendū ē ut clarius percipiatur: an omnia que uidentur formaliter distingui secundū apprehensionē in tellectus etiā realiter distinguant. aut alique formalitates realiter & alie secūdū solam rōnis distinctionē. & similiter si distinctō ex natura rei sit idem cū distinctione formali. Vnde talis regula generalis datur: omnia illa que realia sunt: & formaliter per proprias diffinitiones distinguunt: etiam realiter distinguunt. quod aliquid aliud & aliquid aliud ibi est. Nam si idem essent intrinsece in diffinitione conuerterent. Sed dū diffinitiones fundamentaliter nō cōuertunt: ibi alie & alie realitates sunt quod uocent ex natura rei uel formalitatis: quoniā in re idē sunt. Si enim ista formalitas non est illa formalitas: quō er gō saluari poterit. quod ista formalitas & illa formalitas non sint due formalitates. & si due: cōsequēter due realitates: aut due tm̄ intellectus apprehensiones: & tunc erunt formalitates rōnis. Sed tenendo qđ hec formalitas sit in se absq; ope ītellectus: & qđ nō ē alia formalitas: cōsequēter cōcedit: qđ ista formalitas & illa formalitas ābe sint realitates: & alterutrā distiēte. Vñ idē erit formalitas & realitas seu distictio ex natura rei. nā distictio p se assūpta nō dicit rē nisi modū rei: quū īter rē & rē designationē denotet. Sed ñ daŧ p se nisi ī mēte eo qđ due res nō sunt una sola: nisi qđ q̄libet earū p se est res. & ī eadē illa cōsideratione: scilicet aliud & aliud distinctio uocaŧ. & sic impossibile est duas formalitates poni quin distinctio rōnis uel realis sit. Distinctio enim pro altera & altera realitate assumiŧ. Et posito quod he realitates dicāt in abstracto formalitates & nō realitates: asseriŧ eadē rōnē esse ī cōcretis & abstractis. Quē ad modum enim concretum ad concretum se habet ita abstractum ad abstractum. Et impossibile est dari istum & illum hominem. quin duo homines sint. erit itidem impossibile dari hanc formalitatem & illam formalitatem in abstractis: quin due formalitates sint. Et quia due extra animam remoto quocūq; ope re intellectus. sequitur duas esse inter se distinctas realitates: nec aliqua formalitas dari potest obiectiua uel subiectiua seu intuitiua in actu neq; in potentia: quin realitas sit: si modo non idem precise cū alio. Tunc enim si precise cum alio erit in esse reali tanquam pars integralis. Sed improprie uocareŧ aliud nisi aliud in nostra consideratione solum. Et dum allegatur Aristoteles: quod aliud sit caro & aliud car nis esse. hic carnem manifeste assumit pro hac carne in re & esse eius pro natura seu essentia uel materia: de qua facta est caro. At uero sub hac consideratione non sunt idem caro & carnis esse. Caro enim est res naturata: & esse de quo dependet est natura. tamen propinque caro & carnis esse idem sunt pre cise. ut postmodum in hoc libro diffusius probabitur. Et dum extra omne opus intellectus formalis distinctio imaginatur. cunctis recte aspicientibus patet idem esse distinctionem formalē & distinctionem natura rei aliquod scilicet reale. Quoniam inferre quod inferius continet in se suum superius utpote subiectum suum predicatum uelut homo: qui cōtinet animal: & tm̄ ibi est formalis distinctio secluso omni opere intellectus. Hic respondendū est quod dato quod sit talis distinctio: erit utiq; realis licet stricta seu distinctio rationis. & si est sine opere intellectus: erit ex natura rei: ueluti inter patrem & essentiam scotiste dicunt. Quapropter quelibet distictio ex natura rei erit formalis & econuerso.

¶ Qualiter inherendum sit comparationi a scotistis adducte ut facilius superiora intelligamus. Cap. lxv.

¶ Quo autē inter nos apertius ītelligamur: oīmodo uolumus cōparationi a scotistis super hac materia adducte inherere. quū in cōparationibus aliquid de illo quod obscure se habet apertius declaretur. hoc enim ad cōparationē spectat. ¶ Scotiste ad ostēdēdū: quod plures formalitates nō indicent plures realitates seu res: huiuscemodi adducūt exēplū asserētes. Ad plurificationem consequentis in aliqua cōsequētia bona & formali nō sequiŧ plurificatio antecedentis: exemplū quoq; adducunt. uidelicet ista consequentia est bona: sortes est sciens: ergo habet scientiā nō tamē sequiŧ: sortes habet plures sciētias: ergo est plures scientes: a simili ista consequentia est bona: hoc habet essentiam: ergo est essentiale. Sed non ualet a plurificatione consequentis ad plurificationem antecedentis: uidelicet. a. & .b. sunt plura essentialia: igitur plures essentie. ¶ Nunc posita comparatione & adducta ad suum comparatum intelligamus. Quid dicat sortes habet plures essentias. ergo est plures scientes: in

quo manifeste ex parte subiecti seu sortis unā rē tantū presupponit. Sed ex parte scientiarū plures. In hoc autē tota difficultas cōsistit. Nos enim nō querimus an sortes plurificet: uel nō plurificet: nisi quod quando infers habet plures scientias petit: utrū ille scientie plures realitates sint: an una sola: si eni una sola & non plures per consequēs & una sola realitas. & tūc una sola scientia & nō plures. si plures sciētie plures etiā iter se realitates. quis in uno tantum subiecto apponantur: sicuti substantia & accidēs aīa & corpus: que in uno subiecto supponitanť. Et tū inter se plures sunt realitates. & sic si sortes plures habet scientias: ipse erit unū subiectū: scientie uero inter se plures complectenť realitates: quod negari nō potest. Vnde aliud sequiť euidentius. sortes habet scientiam de angelo & scientiā de hoīe: hec uero sciētia & illa sciētia plures ac diuerse iter se sunt. & ꝓpria uniuscuiusq; rei scientia nil aliud est q̄ ipsius rei diffinitio. Et omnis bona diffinitio cū suo diffinito conuertiť. itaq; plures sciētie plura denotāt scibilia subiecta: cū quibus ipse scientie conuertunť. & sic dato quod sortes habeat scientiā de angelo & sciētiā de hoīe: ille scientie due realitates erūt. & a duob9 distinctis subiectis resultāt. scilicet ab angelo & ab homine: quis unus solus sortes hanc & illā realitatē noscat. Nec aliter de patre & essentia aimus. Quod si pater plures habet realitates sicuti sortes: plures metiť scientias realitates: quidem in se plures erunt. q̄q̄ unus pater. & cōsequenter realitas que dicit de patre aut de ipo predicať. uel cum ipso patre precise conuertiť: ut predicatū cū suo subiecto: & realitas seu formalitas que dicit de essentia cū ipsa essentia conuertiť. & sic aliud erit suppositum in quo realitas patris supponitať: uel de quo predicať. & aliud erit suppositū in quo realitas essentie adiacet. Si ista realitas & illa realitas non sunt idem ut de scientia angeli & scientia hominis in exemplo iam posito apparet. ¶ Et ita probať qđ si. a. &. b. sunt plura essentialia: plures erunt essentie lato modo uel stricto a se uel ab alio: quoniam essentialia de uirtute uocabuli ab essentiis dependere significant: uti corpora composita materialia dicuntur. & non proprie materia: sed hic nos nequicquam curamus quod materie in sua prima origine sint plures aut una sola: nisi quod ista materialia discernimus an plura distincta uel unū tantum sint. Veluti iste homo & ille homo: quoniā ambo materiales sunt: & distincti duo idicāt materialia: si noles duas materias asserere similiter si formalitas essentie. nō est eadē formalitas cū formalitate patris: erunt utiq; due formalitates reales seu per opus intellectus. ¶ Tu dicis quod sit secluso omni opere intellectus ideo formalitas patris & formalitas essentie erunt due formalitates: sicut scientia angeli & scientia hominis due scientie in sorte. Qua de re iuxta exēplū pater habet plures realitates iter se distinctas. & illā quā dicit pater non dicit essentia. Quapropter realiter distingueref pater & essentia. ¶ Deniq; hoc exemplū incōgrue cū suo exēplato assignať: quum in exēplo dicať sortes habet plures scientias & tamē nō est plures scientes & i reductiōe exēplati ad exēplū aliter assumitis. Quoniā plura subiecta. Dicitis enim. a. &. b. sunt plura essentialia. igiť nō ualet quod sint plures essentie. & tamē hic plura ponitis subiecta: ac si diceretis sortes & plato: quoniā. a. &. b. plura sunt atq; alterutrū distincta plures quoq; significationes adipiscunť: q̄uis ambe i uno solo libro sint tanq̄ in uno subiecto scripte: sed ibi. a. &. b. ceu plures scientie in sorte se habebūt: q̄uis una earū nō sit plures littere nisi ambe plures. Et si unaqueq; ipsarū plures formalitates cōtinet. itidē & plures realitates & de huiusmodi realitatū pluribus: ac de earūdē origine scitamur. Realitas eni que dicit essentiā i primo signo tanq̄ origo i eēntia supponitať. & secū cōuertiť. & realitas que predicať de patre cū patre similiter ut supius explicatū ē. ¶ Demū scotiste & thomiste ad ultimū deducti aliqualiter uidenť in aliquo cōformari posse: q̄uis non aperte. ¶ Scotiste eni aiūt. Si dareť intellectus beatus per intuitiuā seu presentialē cognitionē: has oēs distinctiones i deo fundamētaliter uideret: hoc est quod iustū aliā rationē dicit i essentia diuina & bonū similiter aliā. seu quod sub alia & alia rōne. Et ibidē etiā pater aliquā infert distinctionē in fundamento ab essentia diuina. ¶ Et thomiste inquiunt uerū esse: quod si intellectus beatus presentialiter diuinā essentiam ītuereť. ibi tanq̄ i subiecto ueritatis distinctiōes cognosceret. Sed nō quod he distinctiones i actu sint. nisi uirtualiter quasi i potētia. Vnde itellectus inter bonū & iustū diuisionē agit: eo quod in fundamēto diuino talē aptitudinē uidet. ¶ Sup q̄bus uero opinionibus nos q̄cq̄ ēt explicabimus. & prio de scotistarū opinione: quod si itellectus beatus diuinā essentiā uideret ꝑsentialiter ipsam cognosceret sicuti est: & non aliter. Quūq; unica & īdiuisa sit. & idem bonū quod essentia hoc precise intellectus beatus alliceret. Sed quia per imaginationē est intellectio nostra ad similitudinē creaturarū. dicimus bonū iustū & essentiā in deo tanq̄ distincte sicut de creaturis loq solemus. Iccirco dū diciť quod intellectus beat9 uideret fundamētaliter has distinctiones inter bonū & essentiā in diuinis negatur. Quoniā illud quod non est: nequaquā uideri potest. ¶ Penes thomistas uideť in hoc loco melius stare posse. tamē quū inquiant intellectū beatū uidere per presentialē intuitionē in essentia diuina tanq̄ in subiecto ueritatis. uirtualiter inter bonū & iustū dicere potētiales distinctiones uidetur aliqualiter incōgrue se habere. Quecūq; enim in deo sunt in puro actu manent. & nequicquā in potentia. Et quū purus actus ibi omnia sunt realiter & actualiter distincta uel realiter unita. Sed dum uirtualiter dicitur intellectus beatus uideret in deo bonum & iustum. intelligendum est: quod uideret esse seu actum purū: qui in una sola simplicitate denotat: quod bonū uel perfectū excogitari potest. Que denotatio in modo habilitatis pōtest dici saltem in mō nr̄o loquēdi nō aptitudo seu habilitas ad similitudinē materie nisi ad representationē operationis siue ad ua

litudinē operādi. Si bonū imaginari uoles: ipsa quidem essentia summum bonum est representatiue: si iustum eadem essentia dicit tibi iustum: sapiens deum diuinitatem intellectū & similia absq; aliqua omnimoda distinctione. nisi quod illa summa simplicitas est totum illud summum quod cognoscere uoles. & tñ ex pte sua sp idistīcta uerę ex pte tua quāplura imaginari potes. & iuxta imagiatione cōcipeť. Sed ī re una & eadē simplicitas idistīcta. ¶De quo aliqualiter exeplū adducere possumus. Videmus enim habilem hominem seu in uigore prosperum. & intuendo illum esse ex eo: quod habilis nobis utiq; aptitudinem representat ad plurima peragenda. & tamen ipse unus solus homo est seu quod ex parte sua non est in pluribus diuisionibus suppositatus. nequidem quo ad se representat. nisi unum tantum esse. At uero ex parte rerum agibilium pluralitatem speculamur. hoc est quod illa habilitas est potēs ad pleraq; perficienda. Quod si talis unitas in uno hoie repiť. multoquidem ī diuina essentia perfectius. Ambulare etiam & currere ab una tantum potentia emanant. & in se unus solus actus est: quis per remissionem & intensionem distigui uideatur. Remissius enim ambulamus q̄ currimus: & similiter canere & loqui. Differunt autem solum in mente nostra eo: quod dum altius loquimur canere: & dum submissius loqui dicimus. quanquam hic nequaquam perfecta unitas sit. Quum uariabiles ipsi simus. Iste autē homo ambulans ac stabilis manēs est. idem hō tñ a nobis aliter atq; aliter conicit. ¶Sed ad propositū nostrum in entibus rationis iam superius tactis: aut quod conuertantur aut non conuertantur: in diffinitionibus semper ibi inter apprehensionem & apprehensionem: seu formalitatem & formalitatem erit distinctio rationis. & nunquam realis. Nam illud quod non est nulla prorsus realitate distinguitur. nisi uoce uel imaginatio. & nunquam in re extra animam uel imaginationem.

¶De Eodem.

¶Rursus ad cōparatiōes superius in principio huius capituli adductas redeundo plura ibi discernēda sunt. Quia ubicūq; erunt. a. & b. uel plures scientie simul intrinsecā uel extrinsecā cōpositionem dicūt extrinsecā: ueluti plures scientias ī forte aduenictes: siue. a. & b. in aliquo libro itrīsecā uero dū plures aut uarie scientie seu. a. & b. cōuerterenť cū eo subiecto: in quo manēt. Verū in eo tunc: quū uarie scientie ac uarie littere diuersa habeant principia subiectum: in quo conuerterentur: esset omnino compositū: ut hō qa de corporeis & īcorporeis ptib9 cōstat. q̄uis unū solū subiectū cōpositū dicat eo: q; realitates seu entitates: de qb9 cōstat diuersas hēnt origiēs. Q̄m nulla dať formalitas: q̄ ppriū subiectū nō aspiciat. Danť plures formalitates distīcte sequiť ēt q; plura supposita seu plures nature: ī qb9 fundanť siue ex qb9 originanť. Et hic nō ualet exēplū dicēs. a. & b. sunt plura eēntialia: ergo sunt plures eēntie. Quū hoc exēplū iualidū ī simili pposito. qm̄ nō uocanť eēntia seu plures eēntie. ex eo qd ab una eēntia tm̄ emanāt. Sed qa. a. & b. nō sunt pura eēntia nisi de eē & eēntia cōposita. & si deīde ipas denoīaremus eēntias: significaret q; eēnt simplices eēntie tm̄ nihil habētes de eē. Sed quū de eē & eēntia cōposite nō simpliciter eē nec simpliciter eēntia sunt nūcupāde: nisi essesialia & eēntialia: ueluti corpa nr̄a materialia atq; formalia appellanť eo: q; de materia & forma cōstam9. Sed dū de sola materia cōstarem9: qlibet per se materia deberet appellari. non autem materialis. Quum uero de materia & forma compositi simus materiales atq; formales denoīandi. Verūtamen in eo q; materia mea non est materia tua. Sed alterutrum distincta teneri potest. q; Petrus & Ioannes sint plures materie aut plures essentie. quum alterutrum diuise aut saltem sequereť eē uerum: dum simpliciter de materia cōstaremus absq; aliq alia cōpositiōe. Et sic. a. & b. de cōi cōsuetudie eēntialia uocanť ex eo q; cōposita & nō simplicia sunt. & qcqd cōpositū diuersa habet pricipia. nā sicut hō sub isto termio hō dicit cōpositū de aīa & corpe ita & eēntialia dn̄t cōpositū de eē & eēntia. & materialia de materia & forma. ¶Et hoc mō facile uidere possum9: si ī aliq diuia psona sūt plures realitates distīcte qliter se hēant. Quū plures distīcte realitates a natura loquēdo plura aspiciāt supposita. & si plures diuerse ī uno tm̄ supposito cōuertunť. ipm cōpositū faciūt. Pr ī diuinis ē act9 pur9 ac simplicissime simplex: seqť ñ eē cōpositū d plurib9 formalitatib9. & si plures tanq̄ aduēticias cōtinet. alia subiecta uel origines supiores aspiciūt: de qb9 emanāt. sicut sciētie ab āgelo & hoie emanate. queādmodū exēplauim9. Si ergo una istarū formalitatum ē ppria pr̄i: & cū eo cōuertibilis. alia erit ppria eēntie & aliēa pr̄i. ¶Neq; hoc defendi pōt adducēdo exēplū de creaturis: ut de āgelo qd q̄uis simplex uidelicet nō cōposit9 de re & re: duo ī se itrīsece designat actū: scilicet & potētiā. q̄ due realitates sunt seu due rōnes iter se distīcte. ¶Ad qd dicim9 oia p̄ter deū sic uel sic sal tē de actu & potētia cōstare. quādoqdē aliqd magis psectū & aliqd min9 psectū isersit. siue aliq̄ de possibilitate cōtinētia. & possibilitas īpersecta ē. de hoc nūc ad aliud nūc cōparata ad summū psectū: qd ī uno istāti qcqd uult pficit. & sic qa deus sol9 simplex act9 nulla cōpositio creaturarū cū ipo assimilari potest. Quum de9 tantum simplicissim9 actus: nil de potētia uel possibilitate cōtinens. & plures formalitates distīcte ī una sola persona ubiq; aspiciunt plura supposita: ut uisum est aut aliquam compositionem: si cum eo subiecto in quo manent conuertuntur. pater in diuinis inquantum pater est non aspicit plures origines neq; est composit9. sequiť quod unam tātum formalitatem dicit. Nam pluralitas antecedētis semp plura cōsequētia aspicit. aut si unū pticulare tantū cōpositū ipsum pducit. & similiter

pluralitas cōsequētis aliquā in antecedenti pluralitatē refert.ut expositū ē. Si eni.a.&.b.in antecedenti aut superiori nullā haberent cōpositionē.hic quū diuisa manent uocarent̄ due essentie uel duo esse. utpote in diuinis personis dicimus:quia inquātū diuise sunt:tres personas & nō unam solam dicimus. & itidē dū.a.&.b.de sola essentia constarent.ubi diuisa manerēt quelibet earū uocaretur essentia.nam priusq̄ hic.a.&.b.appareant diuisa per aliquos cursus uel actus superiores aut antecedentes diuisos aliqualiter.a.&.b.tanq̄ consequentia diuisa sunt.Quia q̄uis persone diuine in essentia simpliciter idē sint per actus priores in ordine distinguūtur.

¶De distinctionibus latioribus & strictioribus. Cap.lxvi.

¶Assumpta uero hac uniuersali regula uidelicet quod in entibus realibus quando intrinsece in diffinitionibus conuertunt̄:ibi tantū potest esse distinctio rationis.& dum precise non conuertuntur erit distinctio realis uel ex natura rei:quod idem est:q̄uis per magis latū & minus latū differre uideant̄ quoniā a formalizantibus reale assumitur pro ipsa distinctione iter rem & rem. Et ex natura rei pro distinctione per aliquam uariam apprehensionem in una sola re:ubi strictius se habet. Et in ente rationis nulla est differentia in distinctionibus:hoc est inter magis latū & minus latū. Quelibet enim distinctio ibi est rationis eo:quod apprehensiones seu formalitates & entia de quibus agūt sunt in eo loco talia. ¶Enim uero inter entia realia multitudo ac uarie distinctiones sunt realiter assumpte: quedā eni latissime & quedam strictissime:alie autem mediocritatem obseruant. ¶Prima atq̧ maxima inter ens a se & ens ab alio distinctio realis est:que in nullo signo seu gradu conueniunt ut ens creatum. & ens increatum. ¶Secunda intentio inter corruptibile & icorruptibile:& similiter latissima iter icorporeum seu spirituale & corporeum. Distinctio inter actum & potentiam siue materiam & formam i suis primis originibus:inter compositum & incompositum aperta quoq̧ distinctio.& similiter inter uiuens & non uiuens.& inter corpus animatum & non animatum.& itidem inter genus & genus: atq̧ inter ordinatum & inordinatum.Magna enim est inter ordinationem membrorum animalis & aceruum uel congeriem lapidum distinctio.pariterq̧ inter unum ordinatum & aliud:atq̧ inter duo disiecta & inordinata maior. ¶Cuncta hec & huiuscemodi alia licet quedam magis & quedam minus ad inuicem latissime distinguūtur.In particularibus eiusdem speciei iam distinctiones restringuntur.sicuti inter Petrum & Ioannem.Nam licet due res sint:tamen conueniunt in eo:quod iste est illi similis. & sic in una specie conuenire dicimus atq̧ in uno istorū saltem composito:etiam distinctiones seu formalitates diuerse dantur.Quia in hoc homine aliud est substantia:& aliud accidens. aliud anima & aliud corpus. & sic tanquā res a re realiter per partē superiorē distinguūtur.licet inferius unū totū cōpositū faciant. At dū ad solā animā deuenimus.Quū indiuisibilis sit.si aliqua ibi erit distinctio ut inter intellectū & uoluntatē.parua utiq̧ erit uel strictissima:ut postremo demonstrabitur.

¶Qualiter in conuertibilibus diffinitionibus distinctiones rationis tantū occurrāt: & pariter inter totū & partes integrales. Cap.lxvii.

¶Inter diffinitū & uerā diffinitionē cōuertibilē nulla est ponēda distinctio realis.sic neq̧ sic:nisi ens rationis tātum:sicuti dicēdo homo est homo.Nā licet ponatur est i subiecto & nō i predicato: illud solū ē predicato & subiecto deseruit.Quoniā p illud ē de conuersiōe predicati cū subiecto affirmat̄: quū uero una tm̄mō cōuersio fit:oportet unū est uel copula ponat̄ ut patet:si eni dicerem9 est hō:est homo. nō fuisset uera cōuersio iter predicatū & subiectū:quāobrē assignandū est unū ens dūtaxat ad subseruiendū toti cōuersioni.quoniā unū solū est.quia illud est appositū i illo tūc:nō est de intrinseca ratione hominis i subiecto nec in predicato:nisi positū ad affirmādā cōuersionē & entitatē inter illud:quod denominamus subiectū:& quod predicatū ueluti patet.quod diffinitū simpliciter cū diffinione cōuertitur. ¶Veritamē uniuersalistę inquiūt saltē diffinitū differt a diffinitione tanquā cōstitutū a partib9 cōstitutiuis.Nos uero sup hoc ipos poscimus qd i se cōstitutū sit:an ptes simul manētes:an uero res simplex:nō simplex qa pcise cōstitutū multoꝝ cōgregationē dicit:ubiq̧ scilicet & apud oēs.Et dum unite nusq̄ amplius nomināde sunt ptes tanq̄ separate ita qd hoiem diffiniendo nō ut de partibus separatis aimus.nisi distincte itelligimus de re unica ac de uariis cōstāte.& taliter dicim9:qd diffinitio i simplicibus debet eē simplex:seu nō de uariis cōstās:i cōpositis uero cōgregationē & uarietatē pricipiorū ipsi9 cōgregatiōis ondere debem9.Nāq̧ aliter falsa esset diffinitio.hec eni ē uera.hō ē aial uel nō hō ē aial rationale & mortale est uerum aut falsum non falsum.igitur uerum :non potest esse uerum si non est proprissimum.bona enim diffinitio debet cū diffinito conuerti . Et hec datur per propriam diffinitionem.sequitur quod si non conuertitur cum diffinito est falsa. Si autem uera id quod cum ipsa conuertitur est uerum apud cuiuslibet hominis sententiam.similiter per experta probatur: quum sensibus pateat nos esse animata corpora . & quod ratiocinamur : & postremo morimur . ergo tales sumus : & quia tales uera est hec diffinitio:homo est animal rationale & mortale.& quia uera recte conuertibilis:

Et in diffiniendo non accipimus partes separatas.nisi totum unitum eo quod tale. ¶Sed nonnulli considerant:homo est tantum homo.ergo non hoc neq; illud . bene conceditur . homo est tantum homo:iste homo tantum iste homo:iste equus tantum iste equus.istud lignum tantum istud lignum.& sic de quibusq; rebus.tamen non sufficit ad explicandum quid sit iste homo uel ille equus . nam si tu dicis debere intelligi dumtaxat homo est tantum homo:nos asserimus secundum hec uerba . Igitur homo non est animal non rationalis non mortalis non humanus non ferox. non corpus non anima : non corporeus non incorporeus.non totum non pars : non resultatum non irresultatum : non bonum non malum:non diffinibile non indiffinibile:non compositum non simplex:non concretum nō abstractum:non deus non creatura:non a se non ab alio:non existens non inexistens.non hic non ibi non alibi non ubiq;:non substantia non accidens:non forma non materia: non corruptibile non incorruptibile non actus non potentia:non aliquid nec nihil:non eternum non principiatum: non nūc non ante:non post non esse:non non esse non considerabile non inconsiderabile ; que tamen omnia ridicula sunt similia tenentibus:quod homo sit tantum homo:alie uero diffinitiones latiores sunt : ut homo est albus.in quo reales distinctiones extant . & non solum stricte seu ex natura rei immo & late: Nam album in se consideratum est altera res ab homine diuisa.& non idem sed coniunctus ad albedinem.homo denominatiue albus nuncupatur:non tamen fundamentaliter.Quapropter non est conuertibilis ipsa diffinitio. ¶Demum uniuersaliste exponentes aliquas Aristotelis & cōmentatoris auctoritates concedunt:quod aliquod totum a partibus compositum idem omnino sit cum partibus .cōponibilibus.hoc autem in physica cōpositione duntaxat & non in methaphysica intelligitur : siue in essentialibus uel quiditatiuis:asserendo quod in toto quiditatiuo partes materiales non possunt cum ipso quiditatiuo conuerti.& iccirco totum quiditatiuū minime cum partibus componentibus conuerti dicunt. ¶Sed contra huiuscemodi obiectionem nos aimus cum antiquorum auctoritate aut nulla prorsus ab eis adscita:nisi secundum rem:quod sicut se habet totum compositum phyticum ad partes suas componentes.similiter & totū cōpositum methaphysicum ad suas componentes partes.Et isti concedunt:quod totum compositum phyticum sit idem cum partibus suis componētibus . similiter necesse erit concedere totum methaphysicum idem esse cum partibus suis.Nam si totum physicum cōcretum & partes concrete consequenter:totū methaphysicū erit abstractū:& partes eius abstracte . ¶Si autem infers quod totum methaphysicum non potest componi eo:q abstractum. ut semper affirmare soles tunc minime constabit de partibus:quod precise est contra teipsum . Et quum dicatur materiam non esse quiditatiuam aliqualiter uerificari potest:& solum dum formam respicit. Sed prius in eo quod principium materia est de genere substantie:& postmodū cū forma adiuncta est etiam ad actum deducta.Vnde substantia nominatur.Quocirca Aristoteles ait triplex est substantia:forma materia & totū compositum:& substantia atq; quiditas hic conuertuntur.Quapropter ipse Aristoteles de materia dicit:quod quid erat esse sicuti de forma diffiniendo secundum principia sine quacunq; unione uel aspicientia inter formam & materiam.& sic dum materia & in composito est eo quod ad actum deducta est pars quiditatiua.Et si dicis quod non si in compositionem ingreditur quiditatiua aut est pars componens aut non componens.Si non est pars minime dicimus quod ad se cum toto conuertendam occurrat.Sed si est pars ut tu inquis componens quonāmodo erit totum quiditatiuū:aut non quiditatiuum:sine ipsa quod est penitus impossibile.scilicet quod sit pars componendi totum.& quod omne illud compositum dicat sine illa parte . Vnde palam fit qualiter physicum uel methaphysicum & totum compositum sit idem precise cum partibus suis integralibus. ¶Quidam uero sunt:qui quum dicunt quiditatiuum essentiatiuum habitualitatem extrahibilitatem componibilitatem secundum partibilitatē conceditur.& in componibilitate negatur in eo:quod relatiuum ad suum totale obiectum aspicit . aut ubi similia dicunt. ¶Et dum ad substentandum quod partes integrales non sunt idem cum suo toto ita infertur.Saltem partes sunt componibiles:& totum compositum non componibile. Sed negat̃ hoc presuppositum.Quoniam dum partes simul manentes dicimus non sunt amplius componentes eo qđ minime tanq̃ partes diuise se habent:nisi sicut totum.Iccirco tunc ipsum totum & componibile.& partes non componibiles quum iam per suam ultimam compositionem unum totum uocantur . & sic illud totum duntaxat potest componere:eo quod est.quia partes quum non sint uidelicet separate:nequaquam componere possunt.& de hac materia uidelicet an totum compositum & partes integrales idem sint.iam in tertio libro plene explicatum fuit.

¶Quonā pacto per uarias monstrationes probari potest:quatenus diffinitū & diffinitio in re simpliciter cōuertant̃.q̄uis per uaria nōia synonoma denominentur. Cap.lxviii.

¶Nonnulli formalizantium ut stephanus brulifer ualde conantur ad probādum:quod res diffinīēs & res diffinita differant.seu alias & alias entitates dicant.Quocirca ad quemcūq; paruum colorem se infligere uellent uaria capiendo ueluti dicendo contra idemptitatem diffinitionis & diffiniri impossibile est eundem conceptū esse notum & non notū:cognitum & non cognitum eidē intellectui simul & semel:si conceptus diffiniti est notus & cognitus alicui itellectui.cui tñ itellectui cōceptus diffinitōis nō

est notus nec cognitus. igitur est alius & alius cōceptus. hec autē uerba causa opponendi stare possunt logicaliter aut argumentatiue assumpta. ut intellectus magis elucescat. Sed de ueritate rei nil continēt Quoniam in hoc loco conceptus diffinitionis & conceptus rei diffinite a terminis dumtaxat ortum habet. & quod alii termini in diffinitione q̄ in diffinito ponantur: proculdubio constat. Si uere rem de qua agimus declarare uolumus. Nā dum aliquam rem diffinimus quicquid ipsa est sub paucis uerbis declaramus: seu ostendimus. Dumq; ipsam non diffinimus per alios terminos pronunciamus: tāquam absolute uel indistincte. Vt dicendo homo: hic enim absolute dicimus absq; aliqua affirmatione uel declaratione quod sit uel non sit. Sed affirmare aut ostendere uolendo: quod sit q̄uis principaliter eosdē terminos capiamus. aliquod ibi affirmationis signum poni oportet. ut dicendo homo est homo. Quapropter in diffiniendo uel declarando affirmandum est esse illud: quod diffinimus. Vnde est: ponimus causa affirmationis in diffiniendo: & in diffinito homo dumtaxat dicimus eo quod ibi absolute uel sine alia declaratione aut affirmatione loquimur. Sed q̄uis illud est non ponamus in diffinito uel in primo assumpto: absurdum est inferre. iccirco hominem non esse: aut quod ibi sit non intelligi. Aut enim quod homo utcunq; ipsum assumis est uel non est. Si est: dato quod non ponatur iste terminus est: nō sequitur ipsam rem non esse talem. hec autem diffinitio homo est homo: uidetur quod sit principiorum repetitio: aut idem per idem. Vnde potius prepositio q̄ declaratio habenda est pro ueris fundamentis hominis ac totius explicatione. ¶ Sed de alio modo diffiniendi dicamus: ubi in terminis non assumitur idem per idem: ut dicendo homo est animal rationale & mortale. Quia animal rationale & mortale alii termini sunt q̄ homo. Nos uero hic non de terminis agimus nisi de re tantū diffiniente & diffinita: ueluti dicendo hoc est hoc hoc & hoc. Primū itaq; assumptum tanquam absolute loquendo in breuibus terminis: & secundum in longioribus eo: quod per primum terminum propter breuitatem aut aliā quamcunq; causam non intelligimus quid sit. Vnde dicimus in primo assumpto homo & in secundo affirmando quia est: & quid est illud. primum ponimus dicendo est animal rationale & mortale. Nunc uniuersalistas petimus: utrum ista sit uera hominis diffinitio: ut homo est animal rationale & mortale: an uero falsa. Si enim uera idem omnino in re q̄uis causa declarationis sub aliis terminis q̄uis synonomis prolata. si falsa sine proposito. Quod autem uera uel falsa sit precise in re probatur. Nos enim in diffiniendo seu declarando affirmamus hoc esse. Sed per uniuersalistas conceditur: quod ista diffinitio sit in primo modo dicendi per se. homo est animal rationale & mortale. & quicquid per se in se simpliciter cōuertitur. & quicquid simpliciter conuertitur simpliciter est idem. ergo animal rationale & mortale: & homo simpliciter idem est. non alia neq; alia entitas. Si enim alia & alia entitas: falsa quidem diffinitio. & quod falsa non sit mentibus nostris occurrēdum est. Quid in re intelligere uelimus dicentes: homo est animal rationale & mortale. Finis enim noster est de aperiendo per proprium esse quid sit homo: nō autem ibi intelligimus de conceptibus a terminis seu uerbis assumptis. Quandoquidem similes conceptus in primis motibus ad uerborum resonantias concipiuntur. Sanus uero intellectus necubi ab huiuscemodi contingentiis deturbatur. quia semper constans manet eius intentio ad cognoscendū quid res sit: tametsi termini uarient. Si enim hi termini animal rationale & mortale esse hominis uariant ēt in quacunq; lingua. & alia entitas fuisset homo in lingua nostra: & alia quoq; entitas in greca atq; hebraica. & sic in reliquis. Vnde falsa est talis imaginatio. ¶ Et in hoc loco facillime assumi potest commune fundamentum contra uarias distinctiones: quas uniuersaliste ponunt: & reales esse dicunt. Nam ubicunq; due distincte entitates dantur nūquam diffiniens seu diffinitio cum diffinito conuerti potest. neq; uerba siue terminus diffiniendi cum re diffinita conuertuntur. si idem per idem in terminis quoq; non assumeretur sicut dicendo: homo est homo: quia ibi termini & res conuertuntur. non tamen uera est declaratio eo: quod si primum assumptum ignoramus similiter & secundum. Sed propter nostrum ignorare uel cognoscere nusquam sequitur rem talem esse uel non talem. Ideo ista est uera: homo est homo. Quia omnis homo est: aut est homo. & in secundo assumpto idem refert: uidelicet est homo & uerum in re. q̄uis declaratio non fit. Tametsi hic bruliser maximum īconueniens assignare uelit. dū idem per idem datur. dicens principiorum repetitionē esse: ac si ex hoc magna desolatio fieret. & ubi ueritas quanquam inexplicata aut paucis uerbis prolata. non est maximum inconueniens. licet aliter clarius dici posset. Quoniam in hoc loco de ueritate aut falsitate rei de eodem uel non eodem loquimur: non autem de perfecta aut imperfecta declaratione. ¶ Preterea ad obiectiones superius positas reuertendo quod impossibile sit idem esse notum & ignotum alicui intellectui. hoc sane conceditur in re & etiā in termino: dūmodo unam rem ad unū terminum tantum simplicem assumamus. Sed uarias res aut uarios terminos capientes: unum scire possumus & aliud ignorare. Pueri enim ī re hominem cognoscūt. & tamen nesciunt an uocetur homo siue animal rationale & mortale aut aliusmodi. & tamen ipsum cognoscunt. Petimus nunc si ista res a puero cognita: quam nos hominem uocamus est homo aut non: & si ē aīal rōnale & mortale aut nō: si enī nō hō neq; animal rationale & mortale: cognitio nostra distincta aut indistincta agit esse res: in hoc modo uel in alio diuerso. cognitio nostra hoc causare neq; igitur idem est homo in re cognitus per hunc terminum homo: & cognitus per hunc terminum aīal rationale & mortale. Et quod ignoremus hanc diffinitionem seu terminos diffiniendi idest aīal rōnale

& mortale non propter hoc.si diffinitum cognoscimus hominem in re ignoramus seu significationem positam sub his terminis animal rationale & mortale.Nãq eo modo quo animal rationale & mortale asserimus.alios terminos ponere possumus.& tamen res idest homo in mēte aut realiter assumptus nil remouetur per uarios terminos:de quibus unum concipi potest & aliud ignorari.q̃uis ambo de una re dicant.Quoniam in lingua greca nos antropos uocamur.In latina uero homo . Vnde possumus alterum istorũ terminorũ atq ambos ignorare.& tamen scire quid homo in re sit sub alio termino aut cõceptu reali per ipsam rem:q̃uis nomen nõ ponatur.Terminos etiam qñq scire possumus tametsi res sub iis terminis manentes nõ cognoscamus:ut de phenice exemplari potest.quod forte nullus nostrum uiuentium ipsam uidit:nequidem an sit cognoscit . Sed conceptum habemus ad phenicis terminum. Quod si ipsa datur in re oportet talē in se esse:quod cum essesiali uel essentiali eius diffinitione cõuertatur.Vnde ĩ re nulla distinctio realis neq intentionalis datur inter diffinitionē pro ipsa re assumptã atq inter diffinitum.Distinctio enim rationis a terminis & non a re habet assumptũ . & sic q̃uis uarii homines diuersas assumant intentiones de esse nostro reali : hoc est quod unus perfectius & alius iperfectius intelligat.non propter hoc ibi aliud & aliud esse hominis datur . quanq̃ diuersi homines diuersimode cõcipiant atq intelligãt.Et hic proprie dici potest.non ualet consequentia de mendacio ad ueritatem. ¶Asserit brulifer:quod perfecte intelligi potest animal rationale absq homine . si de terminis fortasse inquit tanq̃ de synonomis concedimus.Quoniã hi termini homo & animal rõnale & mortale synonomi sunt:& synonoma dicuntur ad significationem unius tantũ simplicis rei: homo & aĩal sunt termini huiusmodi.ergo realiter idem significant atq in prima intentione sunt per eorum significationem assumpti.Vtq melius circa inexpertos in actibus sensuum pateat quoddã exēplũ ponemus ita procedentes. ¶Dentur duo intellectus angelorum aut aliarũ creaturarum & unus dicat alteri cognosco hominē & cognosco animal rationale & mortale.Et respondendo is qui nescit:quid homo aut animal rõnale sit:dicat describe mihi principia media & fines istorũ idest hominis & animalis rõnalis atq mortalis.tum expositor describat generationē corporis hominis:primã membrorum dispositionē pro uegetatiua anima organizationem:& sensationem pro sensitiua simplicem creationem a deo actã pro anima rationali:& infusione in sensato corpore.deinceps membrorum habitudinem hominis natiuitatem:atq eius inualitudinem aliquo tempore.ac postmodum de modo uiuendi:& inter bonum & malum discernendi:de modis quandoq ridendi & quandoq lugendi:& de morte in fine totius discursus:ac de similibus homini competentibus.Et denuo describat omnia animali rationali & mortali competentia.Quoniam idem simpliciter depromet quod de homine dixerat intrinsece atq extrinsece. Vnde intellectus siue angelus audiens respondet:tu mihi pro eodem idem asseris penes expositionem tuã: homo & animal rationale & mortale nomina synonoma sunt:eo quod unam & eandem rem assumptã per primam intentionem simpliciter significant.Ex quo palam uideri potest quod si animal rationale & mortale intelligis:etiam hominem in re intelligis . Potest autem unus terminus sciri & alter ignorari:presertim quod unus eorum q̃uis ambo synonomi sint plus altero rem quam significat declarare potest.Nempe quod iste terminus Marcus Tullius rem potius dilatare uidetur:q̃ Cicero : & tamen in re significata simpliciter idem est:quamobrem uaria synonoma necubi significatum sub eis intellectũ uariant.Nã hec res hõ realiter assumpta in principio seu fundamentaliter non a terminis sed ab operibus ab ipso emanatis cognoscitur.Quoniam in primo opera nostra uidemus atq experimur : & deinde iuxta opera dicimus nos rationales esse animalia:quia quandoq uiuimus & mortales quia post tot discursus omnes homines moriuntur.& homo idem significat:que uero omnes proprietates essentiales hominis sunt.licet in hoc termino homo minime explicentur.Verum in re apud omnes sapientes note & sic alii termini positi sunt:aut poni possunt indicantes easdē proprietates:quas intrinsece habemus. tametsi non dicamus homo nequidem animal rationale & mortale ut in aliis linguis fit.Sed etiã dici potest quod iste terminus homo in aliqua lingua aut uera significatione explicat has omnes proprietates:idest animal rationale & mortale.Attamen q explicet uel non explicet sub isto termino homo & termino animal rationale & mortale simpliciter eadem res est.& quod in aliqua lingua quascunq hominis proprietates dicat probatur. Quoniam de cõmuni ordine dum ultimatã rem seu finem totius assumimus cetera sub illo ultimo contenta intelliguntur : postq̃ ultimatum denominamus homo in lingua nostra denominatiue ab homeitate dicitur:ut humanus:ab humanitate:sicuti in accidentibus albus ab albedine:homeitas non est proprie anime per se neqdē corporis nisi proprietas anime & corporis simul ad unam speciem atq solam indiuiduitatem reductarum seu in ipsam translatarum. Et quia in eo tunc simul cũ rationali aĩa & embrio humanitas homeitas & risibilitas haud secus q̃ integrales partes ad illud ultimatũ ĩgrediunt:tanq̃ ad essentialē formã totius cõgregatiõis: hoĩes denoĩamur aut humani:& potius homines uel humani q̃ risibiles eo q principalior natura uidetur eē humana: uel homeitas q̃ risibilitas.& assumpto hoc fundamēto de ultimatis formis totius cõgregatiõis dicimus hõ uel humanus:sub qua denominatione aĩalitatē rõnalitatē & mortalitatē intelligimus.hõ enĩ concretũ dicit. unde ĩ hũanitate abstracta sola dari neq neqdē in abstracta hũanitate.Quia humanus uel hõ uere loquēdo cõcretũ & nõ abstractũ refert. sicuti alb9 qm̃ alb9 nõ significat albedinem ĩ abstracto . Sed aliquid

de albedine continens:& aliquid de substantiali subiecto. Ita quod dum homo dicimus animam rōnalem & corpus humanum simul cum homeitate atq; humanitate intelligimus. Sed quum uolumus omnia per distincta principia declarare simul hec omnia ponimus homo animal rōnale & mortale. Nec intelligas quod unusquisq; istorum terminorum distincte significet tāquam res per se: nisi omnis ueluti partes itegrales. homo hic per nos assumitur pro parte homeitatis:& animal pro parte animalitatis rationalis rationalitatis & mortalis mortalitatis. Sed cuncta hec simul pro una sola re indiuidua accipim9. Et sic dicendo homo est animal rationale & mortale. in hac diffinitione non ponimus solum animal rationale & mortale: Sed etiam homo proferimus q̄uis in principio diffinitionis ponatur. Si enim ipsum in hac diffinitione uel declaratione non poneremus: imperfecta esset eius diffinitio: ut dicēdo animal rationale & mortale. Iccirco oporteret addere est homo. Nā q̄uis dicamus homo tanq̄ species hic diffiniendus est quod ipse quoq; intra diffinitionem ponatur. Qua de re in tota diffinitiōe hominis declarata per primos medios atq; ultimos terminos homo animal rationale & mortale ponimus. Sed inexplicate loqui uolentes ultimatam partem assumendo idest tanquā denominatiue uel ab ultimata totius forma sufficit: quod homo dicatur in modo explicato aut non explicato. est homo & homo est animal rationale & mortale eadem res simpliciter est pro re de qua intelligimus sine aliqua distinctiōe sic uel sic assumpta. Quocirca qui terminos seu secundas intentiones pro primis siue rebus realibus capiūt. uere terministe sunt: quum eorum facultas non in re sed in terminis consistat. Et quod de terminis seu secundis intentionibus principaliter agat per ipsos patet: quum dicant se circa conceptus menti occurrentes procedere: sub quo intentu dicunt esse distinctionem formalem siue ex natura rei inter istū hominem & hominem. Distinctionem quoq; inter homines equos aliaq; huiuscemodi & animal distinctionem inter hoc corpus & corpus: distinctionem inter hanc substantiam & substantiam:& hoc a nulla uisione uel sensatione alterius sensus oritur preterq̄ in uocibus dumtaxat a terminis: quorum ali9 determinatus & alius indeterminatus. Sed talis determinatio uerborum iuxta libitum manet: non autem de necessitate rei fit ut probatur ita dicendo: uidemus ioannem currentem:& iuxta libitum dicere possumus: homo currit aut iste homo currit. & utraq; propositio uerificatur in cursu ipsius ioannis : & tñ penes terminos homo currit indeterminatum refertur:& iste homo currit determinatum: qui autem loquitur aut hanc propositionem ponit sic uel sic de ioanne currente intelligit: q̄uis determinate uel indeterminate loquatur. & uniuersaliste uolunt distinctionem ponere saltem formalem uel ex natura rei in ipso currente. Nostra enim loquutio determinata aut indeterminata nullam ponit determinationē aut non determinationem in rebus realiter per primas intentiones assumptis. ¶ Amplius si ob nostram determinatam & indeterminatam loquutionē res ab intrinseco uariantur: etiam dicendo sol & iste sol mundus:& iste mundus deus:& iste deus: distinctio datur ex natura rei in rebus ipsis: quod est absurdum. scilicet quod talia ponantur. & tamen ibi alium conceptum concipimus: dū dicitur deus:& hic deus sol:& hic sol mūdus:& hic mundus. Nihilominus in re extra terminum nulla ibi datur uariatio. ex quo palam probatur qualiter uniuersaliste sepe ac sepius terminorum conceptus dicant esse res reales in ipsis primis intentionibus. ueluti asserendo aliam esse comprehensionem quam intellectus agit. si diceremus: homo est quam promendo animal rationale mortale. & aliter concipit dicendo: homo est risibilis quam pronunciando animal rationale risibile: arguendo quod hoc magis notum & illud minus notum: aut quod hoc magis distinctum & illud minus. Et inter uarias apprehensiones intellectus atq; inter magis & minus distinctum aliqua extat distinctio ex natura rei dato quod parua sit. ¶ Sed hec omnia tanquam imaginationes sine aliqua explicatione sunt: non autem per opus intellectus concepta: nisi per auditum tantum. & postmodum fantasia imediate cum ipso auditu format fantasmata in eo modo quo in auditu representantur. Sed intellectus intelligit tantum. Vnde non aspicit secundum sonos in auditu representatos nisi quid est fundamentum illud quod scire uolumus. unde circa intellectum eadem ratio est: quod dicamus hominem animal rationale eo quod in re idem intelligit. ¶ Auditus uero aliter & aliter comprehendit. secundum uarias denominationes.

¶ De distinctionibus seu formalitatibus in spiritualibus:& quomodo distinctio siue formalitas sit eadem realitas cum illa re: quam apprehendimus & non aliud ad distinguendum hoc ab illo. Cap. lxix.

¶ In rebus simplicibus uel spiritualibus strictiores diffinitiones inueniuntur. strictiores eo quod ī spiritualibus & incorruptibilibus nulla potest fieri diuisio: hoc est quod pars extra partem separet: necessario ibi est consideranda formalitas seu minima distinctio. tamen in creaturis saltem considerāda erit. Quum dicamus quod omne ens extra deum sit aliqualiter compositum: ueluti de actu & potentia ad conuersandum & conuersari seu de genere & differentia uel materia & forma. Sed hec ultima magna est compositio. ideo in spiritualibus non cadit: quia simplices & icorruptibiles. & quicquid de forma & materia constat: uarias naturas simul annectit. & id quod de uariisnaturis resultat de naturali itidē ratione separationem expetit. ¶ Denique spiritualia indiuisibilia sunt & consequēter inter se paruas habent distinctiones: quamcūq; rem in seipsa intelligimus. Sed quia omnes res saltem dependentes uaria

aspiciunt inter uarias aspicientias alteram atq; alteram realitatem esse inferunt:quia ista respicientia non est illa:oportet sub eiusmodi consideratione tenere:quod aliqualiter aliud atq; aliud sit. ¶Et de similibus realitatibus seu diuersa aspicientibus in anima rationali condecens exemplum capere possumus:taliter procedendo.Penes multorum sententiam ratiōalis anima in tribus potentiis suppositatur: & cum ipsis conuertitur ueluti corpus hominis:quod est in uariis membris suppositatum.& precise cū eis conuertitur.Nam pes manus brachia caput pectus aluus & similia membra sunt totum corpus hominis.nullum tamen istorum membrorum est totum corpus ipsius hominis nisi pars integralis tantū licet unumquodq; membrorum per se sit corpus.Sed non totum corpus ipsius hominis. ut intellectui ac sensibus patet.& idem de rationali anima dicendum est.Quoniam effectibus apparet saltem ī trib9 potentiis eam suppositari & cum iisdem conuerti.Quocirca hec potentia intellectus potest anima nūcupari:& uoluntas anima:& mens anima:siue memoria:tamen intellectus non est tota anima:neq; uoluntas tota anima:nequidem memoria nisi quod omnes tres potentie simul sunt tota anima. Quoniā ibi tanq̄ integrales partes se habent non ueluti pars extra partem.nec sicut partes diuisibiles nisi ut figuratiue eo quod una potentia non est precise altera nec per seipsam tota anima :quia intellectus nō est idem quod uoluntas:ut patet.quoniam in uno & eodem instanti multa intelligimus:que tamen nolumus.aut aliqua uolumus que pro illo tunc non intelligimus.uolumus quidem aliqua quorū mens seu memoria non reminiscitur uel non complectitur.Vnde fit quod he tres potentie inter se sunt distincte. hoc est altera & altera.q̄uis in tota anima tanquam integrales partes eius idem sint sicut membra ī corpore animalis.Intellectus autem non conuertitur cum uoluntate neq; memoria ut in suis diffinitionibus explicatur.Quumuarias expetant diffinitiones:hec autem potētia in suo principio per anime habilitatem eo quod apta est ad intelligendum intellectus assumitur & uoluntas pro aptitudine ad uolēdum:& memoria seu mens pro dispositione ad obseruandum illud quod recipit.Sed deinde ab actu intelligendi illam dispositionē uocamus intellectum:& ad uolendum uoluntatem pariter & ad memorandummemoriam. ¶Verūtn̄ quum dicamus totā animam in tribus potentiis suppositari:tenere oportet ibi non esse formas plures tribus.Vnde nequaquam diuisiones:quum inter intellectum & uoluntatem nullum omnino sit dandum medium seu distinctio uel formalitas preter ipsum tantum itellectum & uoluntatem:que tamen alie atq; alie realitates sunt:quum aliter & aliter respicientiam habeāt. Nam si ibi alie darentur forme aut distinctiones inter illas & alias:oporteret etiam alias atq; alias assignare formas.& sic in infinitum discurrendo absq; quod precise unio inueniat̄.Quamobrem idem est intellectus distinctio & formalitas sua quoniam ipse intellectus designat alteram entitatem seu formalitatem & realitatem a uoluntate.& memoria similiter & unaqueq; potentia istarum in se aliud sibi proprium & aliis alienum significat.Quia improprium esset tenere quod intellectus se habeat tanquam suppositum ad aliquam aliam formam:quum ipse sit perfectius ultimatum q̄ quod in anima cōsiderari queat. & sic in extremis clarius q̄ in mediis patet:quod unaqueq; res sit formalitas seu distictio ipsius rei : quoniam inter deum & creaturas nullum est dandum medium.quum nil aliud sit in rerum natura q̄ deus & creature.Et̄ tamen inter deū & creaturas distinctio datur.Vnde fit quod creatura & formalitas uel distinctio ipsius creature sint eadē res:seu realitas aut formalitas.& deus realitas uel formalitas sua est & non aliud a se est formalitas sua.

¶De conuenientiis & disconuenientiis creaturarū. Cap.lxx.

¶Ad habendam notitiam breuiter uidere possumus in quo nos creature conueniamus:& in quo disconueniamus:licet hoc uarie intelligatur secundum uarias creaturas.Quoniam alie corporee:& alie incorporee:& quedam superiores:quedam inferiores.hic autem breui exemplum tradem9: eo q̄d eadē uia de reliquis est intelligendum.Et a diuina intellectione ordiemur:Et dicim9:quod ibi uel sub tali cōlectura omnes creature similes sumus:inquantum deus nos producit:quinimo particulariter deus unūquēq; nostrum cognoscit:& non sub una & eadem ratione similiter in dependentia conuenimus: quoniam omnes dependentes sumus:tamen dependentia ioannis est differens a dependētia petri:eo quod non idem:cōuenimus in finitate:sed finitas istius non est finitas illius.conuenimus oēs in ente : sed ens meum est differens ab ente tuo:aut non idem.Anima & corpus conueniunt in substantia:tamē de alia & alia substantia & non de una sola.Materia nostra est idem in elementis:& pariter influentia in celis: & hic non recte possumus dicere nos conuenire aut disconuenire:quū non simus ex parte nostra:nisi quod ibi est materia ipsorum elementorum de qua postmodū generamur.Verum ante generationem nostram nequaquam dici potest quod simus:& ideo dum non sumus nec conuenimus nec disconuenimus:Sed post generationem nostrā Petrus & Ioannes in animali conueniunt:attamen in nullo signo sunt idem animal superius neq; inferius:quia nullum animal est preter hoc uel illud:ut patebit.conueniunt in homine:quia petrus est homo:& ioannes homo:sed alius & alius homo & nunquam idem.cōuenimus in unitate:quia ego sum unus & tu unus:uerumtamen non idem unus : nisi duo differentes. conuenimus in subiecto humanitatis:quia ego humanus.& tu humanus:tamen humanitas mea est di-

stincta ab humanitate tua. conuenimus in alio subiecto quod ego sum subiectū anime & corporis: aut saltem accidentium: & tu similiter: sed aliud & aliud subiectum. conuenimus in obiecto: quoniam tu es obiectum sensuum: & ego itidem: quis aliud & aliud obiectum: quia ego respicio te & tu respicis me.

¶De consideratiōibus inter animam & corpus hominis. Cap. lxxi.

¶Viso de uariis conuenientiis & disconuenientiis inter unum animal & aliud: Vlterius dicēdumē: de uno solo animali: ut de homine taliter accipiendo: quod anima rationalis & corp9 per primas suas naturas differunt: eo quod natura anime rationalis non est de natura corporis: licet in nomine & natura conueniant: & etiam in re corpus sit de natura & anima de natura: Sed non de eadem natura: nisi diuersa: & ideo in uoce tantum nature conueniunt: aut idem sunt & non in re. anima & corpus cōueniunt in hoc subiecto hominis: nihilominus alio & alio modo se habent: quoniam anima continuo celum & imortalitatem exquirit: & corpus mundana & corruptibilia appetit. Vnde constat animā & corpus semper uarias affectiones habere: & res quibus uarie insūnt affectiones non sunt conuertibiles neq; omnino idem: q̄uis anima & corpus unum totum componant: quod homo dicitur. Et ubicūq; est aliquod totum per partium congregationem: ibi semper uarii respectus extant: Nam quelibet pars continuo suam originem respicit. Quapropter hac uia probari potest: quod totum congregatum & partes simul sint idem: ex eo quod semper illud totum uarios in se respectus colligit: & non unum solum: q̄uis ibi totum appropinquet magis ad unum solum finem illo tunc acquisitum: q̄ faciebant partes: dū separate erant. Sed etiam quum partes sunt unite easdem condictiones habent: quas habet & totū: qa omnes partes unite inquantum possunt unum solum finem respiciunt: tamen uariant sicut & totum: eo quod uarias naturas possident: & quum partibus diuerse in sint nature: similiter & compositum ab eis eadem uaria principia respicit. ¶De corpore hominis etiam tanquam de toto ex partibus congregato inferimus: quum sit de uariis elementis resultatum: & quelibet pars continuo suum respicit elemētum: atq; uarias ab aliis partibus proprietates nanciscitur: ut late patet: ubi de complexionibus agim9: iccirco dicendum est: quod pars elementi ignis & pars aeris infusi in homine nunquam sunt idem: licet cum aliis aliorum elementorum partibus unum totum gignant; sed istud totum intrinsecum diuersa respicit.

¶De diuersitate inter uniuersalistas & particularistas: & quos realistas & quos terministas nuncupare deceat. Cap. lxxii.

¶Circa intelligentiam de uniuersalibus magna est dissentio: & maior uidetur: ex eo quod omnes homines eiusdem speciei sumus: & tam uario modo sentire non sine nimia admiratione: nec precise asserēdum est: quod ista uarietas per solam fantasiam aut consuetudinem ad uarias opiniones coicidat: quā doquidem inter amicos & inimicos uidemus circa uniuersalia discrepari: ac diuersimode sentiri: & non solum per parum magis aut minus: imo absolute quidam dicunt uniuersalia esse: ut animal uel species: que non sit hoc neq; illud preter particularia: & alii asserunt: non esse ista uniuersalia in re: nisi imaginario tantum. siue in termino. ¶Ego uero anteq̄ istam realistarum & nominalium differentiam sentirem: satis quodāmodo per uiam nominalium scripseram: mirabar tamen quatenus ab aliorum sententia alienus extiterim: sed in procedendo uidi me cum quibusdam esse conformē: & quia illi qui alteram istarum partium sequuntur realiste nominantur: & alii terministe seu nominales: aliquid de eisdem nominibus explicabitur: utrum proprie an īproprie sint posita ita dicendo: aut quod agamus de ente rōnis in anima: aut de ente in re extra animam. ¶Circa deriuationem materie de qua tractamus realiste sunt illi qui de re indubitata pertractant: & qui circa uniuersalia negocia non omnino certitudinē habent: quod uniuersalia sint in re manentia. & unicuiq; de particularibus constat: quod sint realia extra animam. iccirco qui de particularibus agit per deriuationem sue facultatis ē realista. Nominalis uero aut terminista dicetur: qui dubiosam facultatem emulat. ¶Attamē pro prioribus uocabulis possumus uniuersalistas siue cōmunistas nūcupare: & alterā ptē particularistas uel singularistas: quod si scire uolumus cui prestantior ac dignior uia sit attribuenda: alterutrū fundamenta respiciantur: & quū particularia sint prime ac digniores substantie q̄ uniuersalia: circa omnes comprobatur: quiq; dignius habet subiectum dignior artifex est nominandus: & una scientia est tanto dignior altera: quanto digniori subiecto potit: quum uero scientia que de particularibus agit sit dignior illa: que de uniuersalibus ex eo quod de rebus dignioribus tractat: patet: digniorem esse illam que de digniori subiecto agit; & qd uerum sit manifestatur: quoniam deus singularis est: celi: elementa: homines; atq; omnes alie creature.
¶Et si infers quod uniuersalia sunt digna propter necessitatem quam de ipsis habem9: hoc utiq; in oppositum se habet: omnes enim necessitates nostre & iuuamina a particularibus proueniunt. Quocirca qui nunc nominales appellantur sunt realiste: & qui realiste nominales: quoniam de nominibus tā q̄ de rebus positius agunt: & quia in hac materia plura intrinseca & extrinseca adueniunt; nos quip-

pe uaria capitula inserere oportebit:& ideo quando homo in similibus conuersationem habuerit:facil lime potest per plura alia discurrere.

Quod uolentes de homine in cōmuni tractare:conuenit ut primo itelligamus : quid sit homo:& sic de aliis cōmunibus in qualibet specie:& quod idem sit totum cum suis partibus. Cap.lxxiii.

¶Volentes de homine & animali in particulari & cōmuni tractare:licitum est:quod in principio de scribamus quo pacto proprie sit pro homine intelligendum:& penes hanc discretioné faciliter de ani mali speciali:& specie intelligetur.Vnde dicimus quod homo nō est aliud q̄ congregatio humani cor poris & rationalis anime:simul in una unione uiuentium cum passionibus sibi propriis : ut humanitas & risibilitas.Et quidam tenent quod homo sit quedam anime & corporis resultatio:& resultatio ema- nationem extra substantiam denotat:que quidem resultatio est qualitas:ut uniuersaliste consitentur:& homo est substantia:& non qualitas:eo quod non emanat a corpore & anima:sed sicut erant due par tes unum totum fiunt.Quia totum itelligitur esse unū per unionem.& partes sunt plures separate: At si partes cum illo quod faciunt accipimus:quod est ponere totum esse suum unitū erunt homo.Et si ac cipis unionem & esse simul non erit aliud homo q̄ anima & corpus simul manentes cum passionibus suis. ¶Et ferme per hāc uiam quidam inquiunt:quod post iudiciū nec anima nec corpus gaudebit uel cruciabitur:imo quicquid ex illis est resultatum:quod nempe optimum fuisset damnatis: & in oppo situm illorum qui in gloriam ascendunt.Quoniam extra animam & corpus nullum detrimentum nec aliquid prosperum nobis euenire potest.Nam licet anima & corpus in principio tanquam partes com ponibiles sint postquam hominem composuerint non se habent tanquam partes:nisi in modo totali- tatis q̄uis totum per unionem : iccirco hoc totum separabile est ac uaria expetit:eo quod de diuersis congregatum.Illa uero congregatio non infert omnino ut partes separatas:& ob hanc causam om- nes partes homini competentes simul nuncupamus:& omnes unite & totum congregatum idem sunt.

¶Quonam pacto figura sit idem cum suo figurato in corporibus:& qualiter homo sit compositio de aīa & corpore simul:non aūt resultatio. Cap.lxxiiii.

¶Magnam inter particularistas & uniuersalistas differentiam inuenimus . Vtrum idem sit totum cū partibus suis!& ferme tota ē difficultas:an uniuersalia sint in sola anima uel res extra animā! ¶Vni uersaliste asserunt:quod corpus aliud sit a suis dimensionibus:& figura aliud a suo figurato: & substan tia differens a quanto:& accidens itidem a suo quali differens:& sic de reliquis aiunt. ¶Particulari- ste aliter sentiunt dicentes:homo in se figuratus est:nec quicquam habet in se qui pars eius sit:igitur fi gura est de esse eius:& patet:quia si figura destrueretur:totus homo destrueretur.figura enim neq; est interior neq; exterior ipso corpore:unde constat qualiter mēbra in se sine alia distincta figura sunt ta lia.Et sic quum dicimus possibile est hominem corrumpi:assumpto hoc possibili per modum uel termi nu:n:non est idem cum homine.Sed si assumitur pro possibili per ipsam rem:ex eo quod ualida uel po tens sit ad corrumpendum seu durandum idem est possibile cum ipsa re.Quia licet dicatur hec res ha bet potestatem corrumpēdi:idem est ac si diceremus est corruptibilis:eo quod talis est eius essentia uel suum esse intrinsecum propinquum sicut rationale:risibile:uel mortale nuncupatur.Nam rationalitas hominis nil aliud est ab esse suo:licet quod homo non potest rationalitas uel risibilitas aut rationalis uel risibilis nominari:quoniam rationalitas uel risibilitas tanquam partes hominis dicit:& non totum insuper tanq̄ abstracta denominata:& homo tanq̄ concretum.Sed dicendo ego sum rationalitas mea: risibilitas:corpus:& anima:hec simul omnia:erit uera propositio:sed dicendo:sum corpus:aut sum ani ma:nunc de parte sola assumitur:& quum homo sit compositus aut de pluribus partibus constans:asse rendo quod una sola sit:falso profertur. ¶Sed quia uniuersaliste aiunt:homo non est anima & cor- pus simul:nisi tertia resultatio a corpore & anima.hic plura interroganda sunt : Non enim declarant qualis ista resultatio seu causatio sit:aut quomodo se habeat:quia si non est anima & corpus simul : erit alia res ab eis diuisa.Et quicquid ab alio est diuisum:nisi ab ipso per primum esse creationis depēdeat: non repugnat sine ipso aliquantulo manere:sicut anima nostra potest sine corpore manere:& corpus sine anima. ¶Materia nostra ab elementis dependet:sed quia iam est in aliam speciem resultata: nō repugnat:quod aliquantulo sine elementis degere possimus:& etiam diu secūdum legem corpora bea ta. ¶At uero inter resultationem causationem aut tertiam entitatem quam quidam dicūt : & partes eius:non possunt similes condictiones inueniri.Nam si partes destruuntur:pariformiter illud totum uel resultatio.Quoniam manifeste penes intellectus & sensus:non tantum in nobisipsis:uerum etiā in aliis corpore & anima conuersamur:& non aliqua resultatiōe ad animam & corpus.Quia corpus nostrum euidenter est organizatum: comedit:& bibit:dormit & uigilat:simul cum anima uiuit:nec aliqd aliud in nobisipsis inuenimus & si homo esset resultatio ex anima & corpore:necessario oporteret quod pri

nium anima & corpus corrūperenť:& homo tanquam tertia species resultaret :& tunc non remanerēt ibi anima & corpus simul:nisi altera species quod palam econuerso experimur. Amplius si homo dicit totū & non anima & corpus simul cum passiōibus suis.unaquęq; res simpliciter erit bona pro toto homine aut mala:& nos dicimus hoc est bonū hominibus secundū corpus:& aduersum penes animas:aut bonum ad bñficium animarum & corporibus asperrimum.Ecclesia orat pro animabus & corporibus nostris:non autem p aliqua tertia entitate que corpus uel anima nō sit.preterea ecclesia nō admittit in sacerdotium homines aliquo principali membro carentes:utpote testiculis:& testiculi partes corporis sunt & non tertia entitas:seu qualitas ab anima & corpore causata. ℭDeniq; ut clarius hec oīa cognoscantur:inter deum & creaturas in prima dependētia ipsarū creaturarum est aspiciēdū: & ibi facillime cognosceť:qualiter figura & figuratum sunt idem similitudo & similatum totum per aggregationem & partes integrales simul idem.si enim similitudo non est idem cū creatura aut cum unaquaq; re:nullus nostrum est similis deo:nisi alique similitudinesque creature non sunt deo similes. & si totū p aggregationem est aliud q̄ partes simul congregate:hic mundus quū de pluribus partibus constet:erit aliud a toto mundo:& tunc necessario duo mundi dareń:quod est contra ueritatem & sentētiam omnium sapientiū.ita quod confiteri oportet qualiter dependēs & dependentia idem sint:atq; creatura & similitudo eius:figura & res figurata:totū per aggregationem & partes simul.quia aliter plura darenť que non essent deus nec creature:quod iproprie se habet. ℭRursus habeť tamen a quibusdam philosophantibus ens a non ente terminari:terminū a nō termino:esse a non esse:uitam a nō uita:que p̄suppofita nullatenus tanquam uera stare possunt.quoniā nō ens.impossibile est seipsum neq; aliud terminare:quum nullū habeat principium:nullum mediū:nullū finem:nullum instans:nullum decurrens quamobrem necesse est ens ab alio ente determinari uel a seipso.nam dato quod aliquod corpus poneretur in uacuo:omnino terminareť:quoniam nō tenderet in ifinitum:non determinareť a uacuo. quoniam nō esse nullū terminare potest.unde oporteret corpus illud a seipso terminari:idest:ubi ultimatum esse suum attingit:illud ultimatum per superficiem capiendo:uel circūcirca est terminus totius. ℭDeterminatione uite a nō uita:aliter uideť dicendum esse quam inter ens & non ens:terminū & nō terminum.quoniam in his unum saltem proponimus positiuum.Sed dicendo uitā a nō uita finiri:duas priuationes ibi assignamus:quoniam finis uite simpliciter priuatio est:quum penit9 pereat illud quod prius erat:idest:uita corporis & quicquid penitus periit tanquā non ens consideraŕ sed terminus corpus & similia non pereūt potius in finibus ubi attingunt quam in dimidio:unde nil de illo quod prius erat ibi priuaŕ:uita uero ubi terminare dicit in priuationem transiit illud quod prius erat: sub qua annullatione potest dici uitam a non uita finiri seu finiri in priuatione:res permanētes uero oportet:ab aliquo positiuo uel a seipsis terminari. ℭVlterius si ens a non ente terminareť essent in eadem latitudine ens & non ens:ut probatur:ita dicendo terminus & terminatum simul sunt:aut unum absq; alio non daŕ.ens daŕ absq; non ente:quoniam non ens nullibi daŕ:sequitur ens nō terminari a nō ente. ℭInsuper terminari operatio est:quicquid opaŕ est in actu:non ens per te terminat:igiť non ens est in actu:est falsum quod in actu sit:ergo falsum:quod aliquam ponat terminationem unde dicendum est: ut rectius loquamur.ens terminaŕ ubi esse suum attingit.aut quando amplius nō extendiť.

ℭDe quibusdam oppositionibus:quod totum nō sit idem cum partibus simul: ac de ipsarum solutione. Cap.lxxv.

ℭNonnulli argumenta adducere solent:ita dicendo:nulla pars hominis ut corp9 uel anima:potest hominem componere aut homo uocari:& quia nulla pars hanc potestatem habet:nec ista nec illa neq; dem alia:& hec sunt omnes partes:igiť non omnes hominem causare possunt.Ista uero argumenta fallacia sunt:quia quum dicimus:hec pars illa & alia de separatis partibus loquimur:in quo quidem gradu idest dum separate sunt:ut iam dictum est:non possunt illud quod unite.gratia exempli:hic est magnum pondus quantū possent decem homines subleuare:& omnes separatim temptāt ad ipsum extollendum:nec potest quisquam:nequidem omnes hoc est diuisim subleuare. At dum oēs una attingunt: totum pondus subleuant. Vnde patet qualiter omnes simul possunt id quod separati omnes nequeūt: & taliter anima & corpus coniunctim sunt homo:q̄uis separatim in partibus non possint tale causare aut homo nominari.Et si infeŕ a uiribus decem hominum:una tertia entitas resultat:que partes simul nō sunt:aliter se habet ut apparet.unusquisq; enim homo q̄uis simul cum alio sit: per seipsum semper laborat:& sic interdum omnem uim suam inititit:& alias declinat:licet continuo alii totis uiribus innitanť:quod si esset tertia entitas resultata tanquam in uariam speciem minime fieri posset. Quandoquidem si unus tūc elaboraret:oēs pariter elaborarent.

ℭQualiter ens reale & ens rationis assumatur:& quomodo particularisté ponāt cōtra uniuersalistas & econuerso. Cap.lxxvi.

¶Sup hac materia de particularibus & uniuersalibus:tum eqdem per naturam:tum uero per uarias opiniones inter se hic decertantes:multa occurrunt dicenda:ut palam aliquid eliciat. Et primū qualis aut super quo decertatio uerset intelligamus:& procedendo in quo omnes concordes simus explicabitur:& deinceps quenam causa nostre dissentionis sit partim insinuabit. omnes quippe uetustiores & recentiores unūquodq ens in ens reale & ens rationis diuiserunt:& pro ente rationis illud appellat qd nullum esse habet extra intellectum nostrū:hoc est quod nulla res est in se talis:nisi quod eam talem eē in mente nostra imaginamur. Ens uero reale intelligit quod in re sit:licet ipsum imaginemur aut non imaginemur & hoc ens extra animam nuncupat:uniuersaliste siquidem plura uniuersalia seu pdicabilia dicunt esse realia:que non sint hoc neq illud:sed ens absolutum tm tamen diminutiuū:particulariste uere inquiunt in termino predicationis tm̄mō dari:ut in cogitatione:in uoce:in scripto:& similib9 nō autem de per se aliquod absolutum diminutiuū:neqdem perfectum:& hos terminos tanq uniuersales ad predicandum de hoc & illo particulari dicunt esse positos. Exemplum in quo questio fundatur tale est:ueluti dicendo utrū homo in cōmuni qui non sit iste aut ille particularis det in rerum natura animali quod non sit hoc neq illud celum uniuersale preter illud & illud:elementum in cōmuni:anime in cōmuni:angelus in cōmuni uel quod in uoce tantum predicationis uel termino sint:hoc est in ente rationis dūtaxat. Et hic de congregatis ab intellectu:quum omnes uniuersaliste concedāt quod entia rationis sunt parum omnino tractabimus:eo quod per rōnes & uarias auctoritates percipit:talia non esse in re Aristoteles ait: ¶Vniuersale aut nihil est aut posterius est singularibus in rerum natura:Et alibi uniuersale non habet esse:nisi secundum quod est in anima. Insuper natura humana non est nisi in his carnibus & in his ossibus:& rursus asserit:destructis primis substantiis impossibile est aliquid aliorum remanere:quia omnia alia aut sunt in eis aut dicuntur de eis:& quamplura alia his similia infert. Quapropter uniuersaliste non super hac parte insistunt:nisi quod ad aliam transeunt:quam cōmunē naturam uel formam super his omnibus particularibus hoībus esse aiunt. & parimodo de ceteris aliis speciebus insinuāt.

¶De uniuersalistarum fundamentis. Cap.lxxvii.

¶Fundamenta in quibus uniuersaliste fundari presumunt:talia sunt:ut dicendo:omnes homines sumus similes:& de eadem humana natura constamus:iccirco natura humana realis atq uniuersalis:sū per nos omnes particulares est concedenda:in qua conuenimus & sum9 idem:ex quo ortum habet:qd ego homo uocor:& tu similiter homo:& quisq alter particularis idem nomē habet:eo quod ab una cōmuni forma sigillati sumus:atq in ea conuenimus:homo itaq in pluribus particularibus diuidit: quoniam hic homo & ille homo dat. Vlterius nos hominem uniuersalem intelligimus:ergo in aliqua re reali intellectus noster fundat. ¶Preterea quia res particulares uarie ac multe sunt:oportet cōmune sub lectum dari:in quo intellectus noster ad intelligēdum quoscūq particulares homines fundet. ¶Presupposita uero uniuersalistarum in istis fere consistunt:& dicimus presupposita ex causa:quod omnib9 demonstrationibus carent:& auctoritatē in philosophia de eiusmodi uniuersalibus abstractis in re nullam manifestam in eorum fauorem adinueniunt:& lex palam iisdem contradicit. Quocirca non deducunt:nequidem possunt quicquam in demonstrationem deducer:eo quod sensib9 remotissima capiūt. Quamobrem dum eorum presuppositas propositōes soluerimus:cuncta latius explanabūtur. ¶Aristoteles inquit:hi soli docent qui causas de singulis dicunt:& que maxīa sunt uniuersalia difficilia sunt hominibus ad cognoscendum:quia a sensu sunt remotissima. Et quum dicat hi soli docent:& docer & ostendere coincidunt:uniuersaliste in eorum hac opinione nec docere uident nec qcq explicare.

¶Qualiter natura nostra in uirtute celorū:& materia elementorum:ac patrū dispositione consistit:& nō in abstracta hūanitate seu homine in cōi. Cap.lxxviii.

¶Positis uniuersalistarum fundamentis:deinceps gradatim de intentione nostra cunctis iis presupposītis respondebimus. & in primis concedimus:quod omnes homines particulariter assumpti similes inter nos atq in actu sumus:non autem similes cum aliquo uniuersali in pura potentia:seu omni actu carente. quia si non est hoc neq illud:ut tu asseris:minime potes huic neq alteri esse similis: ideo a tali forma:uel homine in cōmuni siue humanitate nimium in similitudine differimus. Vnde concedendum est unumquēq particularem cum altero particulari similitudinem habere: non autem cum uniuersali. ¶Et siquis petat principiū a quo istam inter nos similitudinem eliciamus:Respondet:q non unā tantum similitudinem sed plures similitudines habemus:& iccirco particulares. Sed tamen quo ad rem asserimus:nos inter nos assimilari:ex eo quod omnes homines ab una & eadem natura emanamus. At licet unam tantū naturam proferamus:sunt tamen plures in se nature ad nostram formationē occurrentes:& non una sola:ut apud omnes constat. Elementa enim nobis materiam exhibent:& celi influētiam:Et hi patres & he matres materiam ab elementis descensam disponunt:Iccirco dum dicimus Iste

homo a natura est bene dotatus:non intelligimus quod humanitas seu homo i cōmuni hoc sibi dono dederit:nisi cōmunis natura idest celi & elementa cum optima patrum dispositione ipsum filium generando:& illa natura que optime uel male disponit siue dotat nostram naturam nuncupare debemus: & non alienam q̄uis hec natura celorum & elementorum ad omnia componibilia & corruptibilia sit uniuersalis:tamen natura super his omnibus ex quibus descendimus. Et quod ista sit nostra corporea natura aut super corporibus nostris itidem comprobatur:eo quod generabiles & corruptibiles sumꝰ: & natura humana ut tu dicis semper durat:atq; uno & eodem modo se habet:ergo non generat neq; generaṫ. ¶Et hec est sententia aristotelis inquiens:particulare generat particulaṙ sed uniuersale neq; generat neq; generatur. ¶Anima uero rōnalis nullam habet naturam proprie dictam sup se:quū a deo simpliciter creata:& creatio nihil ante presupponit:nisi solum deum:& deus non est alicuius nostrum natura:nisi dominus seu creator. Animam autem de spirituali uel incorporea natura nuncupamus:ob eam causam:quod cum aliis incorporeis & spiritualibus substantiis conformatur. ¶Et deinceps ab intrinseco ipsius ad id quod apta nata est respiciendo intrīsece rōnalem animam uocamus:& hanc rationalitatem dicimus suam esse naturam:uerūtamen ratio & potentia ipsius anime est cum ipsa animā conuertibilis. ¶Et postmodum anima corpori infusā totū illud compositum homo uocatur: & non prius in abstracto neq; in concreto.& quia anima est incorporea ac per se uiuens:& corpus de materia in uiuente generabili & corruptibili hominem de anima & corpore congregatum uel productum per rationale & mortale diffinimus:mortale ex parte corporis:& rationale ex parte anime:que quidem diffinitio nullatenus homini in abstracto conuenire potest:quum saltem mortalis eē nequeat. Nā si mortalis proculdubio in hoc nūc esset:& non in alio nūc:unde nihil ab istis particularibus differret & consequenter particularis esset. ¶Et tu dicis quod diffinitio primo competit homini in cōmuni & deinceps in uirtute eius particularibus:quo ad presupposita & a te concessa homo abstractꝰ uel homo in cōmuni generatur & corrumpitur:intelligit & moritur:& est risibilis disciplinabilis ac bipes: qđ utiq; in abstractis falsissimum.humanitas enim seu homo in abstracto non ridet:non est bipes: nec disciplinabilis nec quicq̄ aliud huiuscemodi:quippe quod ipsum abstractum atq; in pura potentia appellas. ¶Et si dicis quod omnia ista habet in potentia & non in actu:respondetur ubi est impossibile aliquid deduci ad actum nullam ibi esse potentiam id deducendi. Itaq; absonum est similia inferre: nec quicquam uigoris indicat.Nāq; hominem diffiniendo rationalem & mortalem ipsum nominamus :ex eo quod taliter est intrinsece actualis:& quia interdum iuxta suam intrīsecam proprietatem ratiocinatur:oportet etiam quod quandoq; moriatur. ¶Preterea ex parte corporum mortales nūcupamur: & ex parte animarum īmortales.Mortalitas uero & īmortalitas proculdubio alteram & alteram naturam possident:& fateris hominem seu animal in abstractis esse in ultimata simplicitate : a fortiori ergo non sunt in se due uarie nature:altera scilicet mortalis:& altera īmortalis.quoniā corruptibile & incorruptibile plusq̄ genere differunt.ex quo nequaq̄ dicendum erit:quod tale abstractum sit natura nostra super animas & corpora:quum alteram atq; alteram uariam naturam expetāt.resultat enī uniuersalis humanitas ab hoc humano seu composito:de rationali anima & corpore:& ab illo quoq; & alio originatur:quemadmodum societas a pluribus concordibus & congregatis hominibus deinceps uero ipsorum quispiam ab illa resultatione.que societas dr̄:socius nominatur:ut ī locis suis apertissime constat: & sic nos denominatiue ab hūanitate ex pluribus hominibus resultata humani nuncupamur. Sed hec natura idest humanitas a posteriori & non a priori resultat:eo quod subiectum prius est q̄ predicatū: & abstracta loco predicationis se habent:concreta uero in subiecto terminantur:& quod a priori hūanitas nostra natura non sit in diffinitione comprobatur:quia minime in diffinitionem hominis ingreditur:neq; post mortem corpus & anima nostra ad ipsam humanitatem tanquā ad fundamētū seu originem reuertuntur:& quo ad ueritatem unaqueq; res ad illud naturale fundamentum ex quo per prīcipium emanat postremo reuertitur:Et sic patet que natura nostra sit. Aduertendum ē autē:quod hec humanitas & illa humanitas per intrinsecas hominum passiones assumitur:non autem per aliquod absolutum:quod neq; hoc neq; illud sit. ¶De similitudine siquidem merito in hoc principio aliquid uidendum est:nam assumptis intentionibus cuiusq; nostrum:deinceps facillime omnes aspicientes iudicare possunt:quis maiori potiatur ratione:pro me tantum intelligo:eo modo quo de cōmuni consuetudine similitudo dicitur:exempli gratia:fiat hec littera a & inde adducatur alius caracter a cum eadē factione aut parum discrepanter a prima:tum dicimus ista est littera similis illi:& illa isti. Nihilominus hic pro ipsismet litteris quas uidemus assumimus:non autem pro aliquo uniuersali abscondito. Dū aliquam figuram depingimus ad similitudinem alicuius hominis:non formamꝰ ipsam uniuersalem seu in abstracto:nisi hanc figuram sensibus patentem:Nec aspicimus quod hoc a & illud a similia sint:inquātum quod in aliquo cōmuni potentiali conueniunt:nisi quia duo sunt ambo particularia: & tam istud q̄ illud figuratum. ¶Vniuersaliste uero nescio quatenus figuras suas intelligant abstractas ab his ꝑticularibus corporibus:aut rectius quod non sint ipse res quas nos uidemus:& similiter si egomet non sum tibi similis:& tu mihi:non intelligo que nobis similitudines prosint:quas nos habere dicis.oportet enim quod aliquod medium uel similitudo sit inter nos:& has similitudines atq; inter illas & alias in in

finitum discurrendo. Et si inferre uis quod in humanitate idem sumus: sub qua imaginatione dicis oēs homines in unum conuenire: proculdubio deciperis: quia quousq; ad hanc particularitatē deuenim9: homines non sumus: nisi materia uel substantia. Unde erroneum est ponere: quod nos ibi conueniam9 uel disconueniamus. ¶ In figura seu figurato intelligendum est: ibi aliquid contingere: hoc est aliter & aliter se habere. nam contingit substantie atq; accidenti in corpore hominis generari: & contingit homini quod sit penitus in ea figura que est: aut aliqualiter in alio diuerso modo. Quocirca nō est de intrinseca hominis essentia precise in tali figura manere: licet de intrinseca in hac uel illa: quia quis contingat substantiam in homine generari: sub hac generatione necesse est sic uel sic figuratam esse: & hic ab intrinseco figurata. Nāq; aliter homo esse non potest: & quod figura & figuratum idem sit probatur: concesso contingenter euenire ita dicendo: contingit mihi nunc esse infirmū: petimus in hoc loco: an infirmus sit alia res q̄ ego uel corpus meum: non est dicendum quod alia: Quum ego sim infirmus: ergo non aliud infirmus dum infirmus sum: & aliud ego nisi idem: & tamen contingenter sum infirmus: non enim essentialiter: quoniam absq; illa infirmitate manere possem: Sed quum infirmatus hoc infirmū & ego non aliud & aliud: sed penitus idem: & taliter figuratum & figura idem precise: dato quod contingēter ita se habeat: parimodo de re assimilata & sua similitudine est intelligendum: Nam ueluti contingit a in hac figura precise se habere: similiter alteri a contingenter assimilatur: ex eo quod aliud a etiam se habet simili modo edificatum: quia causa edificationis seu compaginationis saltem in corporibus dicimus alterum alterius simile: Et quum figura & figuratum idem pariter similitudo & sicū similatū idem. Sed non ītelligas: quod per unam solam rem potest dici similitudo: nisi per plures: quū una sit eo mō aut parum differenter formata sicut & alia.

Cur humanitas uel homo in cōi: aut aliquod aliud uniuersale non potest esse particularū forma: qm̄ uniuersalia omni actu carent & informare actus est. Cap. lxxix.

¶ Discreto superius qualiter natura in particularibus assumatur: nunc scitandum est: an homo seu humanitas in cōmuni sit particularium hominum forma: de qua dupliciter est considerandum: primo an ueluti sigillum ad sigillandum in cera se habeat: quod stare non potest: quia unūquodq; sigillum ut est formaliter: sic etiam figuram suam imprimit. Quod si nos ab humanitate tāquam a forma sigillati uel formati essemus: tunc quisq; nostrum erit precise sicuti ipsa humanitas uniuersalis: & in pura potentia omni actu carens: nec hoc neq; illud ut tu de homine in cōmuni infers. & quia aliter nos habemus: homo in cōmuni non est forma nostra tanq̄ sigillum. ¶ De secūdo modo formandi: si asseris: quod humanitas sit forma particularium: ut forme ad informandum corpora: hoc etiam secus se habet: quū enī hominem in cōmuni assumendo in potentia uocas nullatenus sibi informare competit. Quoniam in hoc loco idem sunt forma & actus: homo itaq; in cōmuni assumptus neq; sic neq; sic particularium forma dicetur. ¶ Preterea uniuersale neq; generat neq; generatur circa cōmunem sententiam: uñ oēs actus sunt circa pticularia: ut probatur: dū dicitis abstracta in pura potentia esse omni actu carentia, & formare actus est: igitur humanitas nō est forma: qm̄ minime sibi actus competit.

¶ Cur homo non in pluribus diuidatur: quū nunquā iste homo & ille homo sint idē inter se uel cum humanitate. Cap. lxxx.

¶ Dum uniuersaliste dicunt dandum esse hominem cōmunem in re: & quod in pluribus particularibus diuiditur: ut patet: quia petrus est homo: ioannes homo: paulus homo: & sic de ceteris: igitur homo in pluribus diuiditur. ¶ Respondetur: quod homo in re uel in hoc termino homo: nequaquam diuiditur quoniam iste terminus siue uox homo: precise absq; diuisione est idem in ioanne: quod in petro: Et Petrus & Ioannes: licet uterq; eorum sit homo: nunquam tamen idem nisi alius & alius: Et id quod aliquando non est idem: nullo pacto dicendum erit quod diuidatur: nisi quod semper aliud & aliud: ut facillime ac manifeste probatur. Ego enim non sum humanitas: tu nō es humanitas: & nec ille nec ali9 est humanitas: & omnes homines non sumus humanitas: & inter nos differimus: ergo non idem in humanitate: quia cum ipsa non conuertimur: neq; unus nostrum conuertitur cum alio. & hoc est potissimum uniuersalistarū argumentum ad probandum: quod in humanitate omnes homines sumus idem: & quia hoc falsum quemadmodum aperuimus: itidem & quecunq; hinc emanant falsa erunt: Et sic dū dicunt: ego sum humanus: & tu humanus: concedimus. Sed tamen alius & alius humanus: alter & alter homo: Et humanitas mea non est humanitas tua: quia ego non sum humanitas: tu nō humanitas: nec cum ipsa conuertibilis: ideo non est danda uniuersalis in re: in qua omnes homines conueniamus: aut idem simus: nisi in termino tantum qui indiuisus de quibusq; hominibus equaliter predicetur. ¶ Ulterius ut tractando de hoc termino: prima materia: ac de ordine principiorum rerum latius patet: quicquid de pluribus dicit: & cum eis conuertitur: nullatenus ab eis separatum in re dari potest: qn precise sit hoc uel illud cum quo conuertitur. Nam si separate daretur: per suam naturam fuisset separatū: & non

separatū:cōuertibile & nō cōuertibile ī aliis:qđ stare nullo mō pōt.igiť qa homo de isto & illo dicit: & cum eis precise conuertitur:nullo modo separatum ab istis dari potest:intelligas non conuertibilis cū eis.& quia conuertibilis minime aliud nisi hic homo & ille homo:& sic de reliquis.

¶Quonam pacto semper intellectus noster ad intelligendū in particularibus fundeť:nec unquam in abstractis uniuersalibus. Cap.lxxxi.

¶Ad alteram propositionē que dicit nos hominem uniuersalem intelligimus:igitur in aliqua re uniuersali intellectus noster fundať:maior abiicitur:quia illud quod non est minime itelligi pōt. Et qa super hac uia abstractionis uniuersalia non sunt in re:nullatenus ipsa ītelligere possumus: sed minor est uera:quod intellectus noster dum aliqd ītelligit aut intelligere uult:ī aliquo reali fundetur: hoc autem fundamentum ī abstracto nusquam est cōmune:nisi iste homo:ille homo:alter homo: & sic de reliquis. quia dum ītellectus ab istis cognitionem habet.assumpto hoc fundamento:alia uaria querit: sicuti uniuersalia aut particulares uel uniuersales inter nos conuenientias.Sed nō propter hoc sequitur:quod in aliquo abstracto fundetur:uelut ex cōmuni sententia constat:dum de chymera nos imaginari dicimus: qa quum non sit:nequaquam ī ea ītellectus noster fundari potest:nisi tantum ī capite draconis cauda leonis auricula elephantis aliisq; huiuscemodi:& ista in quibus fundamur particularia sunt:q̄uis chymeram uniuersalem uel extra ens queramus. ¶Deinceps dicitis: quoniam particularia multa ac uaria sunt:necesse est commune dari subiectum:in quo intellectus noster fundetur:ad omnes particulares homines intelligendos. ¶Hic autem petimus si subiectum debet cum scientia per se assumpta adequari: quonammodo homo in cōmuni erit uerum subiectum particularium? Ipsum enim uniuersale abstractum esse dicitis:& neq; hoc neq; illud:nisi in pura potentia:& iste homo ille & alius proculdubio econuerso se habent:quo pacto igitur homo uniuersalis erit adequatum subiectum particularium atq; simile. Quapropter nostre intellectionis subiectum est hic homo ille homo alius & alius: quia ubi intellectus cognoscit istum & alium inter se esse similes:per coniecturam elicitur:quod omnes homines ī communi:hoc est sicut in me ita & in te:& sic similes sumus:& hoc modo cōmunitas assumpta est potius uilitata:q̄ cōmunitas per unicum abstractum. ¶Tandem subiectum in quacunq; re nil aliud est: q̄ illud quod tanquam finem in illa re de qua tractamus scire intendimus:Et dum de hominibus agimus eorū naturam uel proprietatem scire uolumus:nunquam de uniuersali homine abstracto consideramus: nisi de isto & illo aliisq; pluribus particularibus.Nostra enim intentio innititur: ut de istis cognitionem habeat:& non de aliquo uniuersali seu abstracto.Nam quemadmodum natura mea ē rationalis & mortalis:similiter & tua illius atq; alterius sub hac consideratione:de quibusq; hominibus preteritis & futuris consideramus:& quod similes sint & hoc est subiectum intellectus:dum omnes homines aut aliquos intelligere uolumus:quia quum simus concreti ac de anima & corpore constantes:oportet quod tale subiectum intellectus sit:si modo recte debet intelligi. ¶Preterea dum dicitur hominem in cōmuni & similia abstracta esse subiecta intellectionis nostre obiectiue:tamen capiendo de hoc obiectiue: merito quid sit uidendum est:an ī anima uel extra animam:si extra animam:res oīno realis est:tamen petim9: ubinā habitat:& quonā pacto se habet:& utrū de omnibus intelligibilibus simile obiectum uel subiectum de quo emanat extra animam deť? ¶Quod in oībus non detur:palam probatur:quoniam deū aliqualiter saltem intelligimus:tamen nullum cōmune ipsius datur:nisi hic deus distinctus tantum. Unde dicendum est cōmunia obiecta non manere extra aīam:& id cōmune ī aīa tm̄ manens minime preter imaginationem uel characterem quem ītellectus noster in memoria scribit est. ¶Nihilominus qđ per scientiam & in memoria descriptam:ab isto & illo particulari collectam: deinceps aspiciendo talē collectionem seu scientiam:omnes particulares in quacunq; specie manentes:de qua collectione iā habuimus:sub una & eadem ratione diffinimus:nil ad apprehēsionem ī memoria nostra descripta: deuiādo. Verūtamē nō diffinimus eam sciētiam uel cōmunem cognitionem ab isto & ab illo particulari collectam:nisi particulares similes eis de quibus scientiam collegimus diffinimus extra animam manentes. nam id quod obiectiue intellect9 ī memoria nostra descriptum manet minime homo est:nisi descriptio apta ad rememorandū de esse hoīs respondet:tn̄ extra animā aliquid in re:quoniā ab isto illo & alio & similibus assumpta est:tandē ī uniuersali nil extra animā obiectiue uel subiectiue datur: quamuis concedatur illam scientiā obiectiuā:inquātū collecta:ī qua intellectus aspicit:dum de particularibus iudicare uult:etiam subiectū esse ī quo ītellectus fundať seipsum regulando:ut errare nequeat: dū particularia diffinire uult:& alias proprietates de his enarrare. ¶Verumtamen finis noster per quem in primis mouemur:& in quo quiescimus non est illud cōmune obiectiuum siue scientia in anima manens: imo particularia extra animam manentia obiecta atq; subiecta:per que ad ītelligēdū mouemur sunt: & de quibus scire intendimus.

¶Quonam pacto de particularibus & non de uniuersalibus scientiam habeamus: eo qđ particularia sunt fundamenta omnium actuum & experientiarum. Cap.lxxxii.

¶ Quum hic inter particularia concreta & uniuerſalia abſtracta decertatio fiat: conuenienter uidendum erit: an de particularibus uel uniuerſalibus ſcientia noſtra ſit: & in primis ſcrutabimur: utrũ ſcientia pratica apud nos ſit prior ſpeculatiua? Quoniam illa que erit principium eſſendi nobis erit ultima: quia ſemper cum fine principium conuertitur hoc eſt quod in fine exitus noſtri ad principium de quo exiuimus reuertimur: quod in pratica inchoemus & non in ſpeculatiua apud omnes ſenſus & homines comprobatur. ¶ Ariſtoteles ait experientia artem facit: inexperientia uero caſum: & experientia de ſingularibus conijcitur. Et ſubdit: ex multis experimentis generatur ars. ¶ Rurſus experientia eſt cognitio ſingularium: ars uero uniuerſalium. Nunc ſic: omnis experientia eſt actus: & omnes act9 ſunt circa particularia: igitur per multas aſſumptas experientias: ars in pluribus hominibus reſultat. Quoniam unaqueq; res fundatur in illo de quo ortum habet: Ars a ſingularibus elicitur: ergo ſingularia ſunt fundamenta artium. Et quum dicat experientia eſt cognitio ſingularium: ars uero uniuerſalium: hoc utiq; uerum ac manifeſtum eſt. Nam quales homines ſint ex hoc illo & alio experientiam accipimus: hoc eſt de illo quod non contingit eis aliter ſe habere: in qbus regulis iſte homo alius & alius; ceteriq; particulares ſimiles ſunt. agimus artem quam uniuerſalem uocamus: ad quoſcunq; homines extenſam atq; conuenientem: eo quod experiendo oẽs inter ſe ſimiles eſſe cõperimus. ¶ Et experientia quum in opere cõſiſtat eſt ſcientia pratica ſeu eius principium: & licet deinceps ad cognoſcendũ principiũ noſtre originis per ſpeculationẽ aſcendamus: ſpeculatio nõ eſt prima in nobis: niſi ſuper aliqua particulari expientia uel opere edificata. Et quum ĩ pricipio ab opere experimentatiuo initiũ capim9: etiam ĩ fine ſpeculatiõis ad opus reuertimur: uidelicet ad particulariũ neceſſaria: utpote ad corporum & animarum ſuffragium: ueluti ad cibos: idumenta: & bonum opus exigendum: & malum uitandum: & hec omnia particularibus & non uniuerſalibus attinent. ¶ Ariſtoteles aſſerit: medicus non ſanat hominem ĩ cõmuni ſed ſocratem uel alium hominem ĩ particulari: & ſic de alijs: & tamen medicina ars communis eſt & a pluribus experimentis ĩ ſingularibus aſſumptis congregata. Et quia de particularib9 medicina reſultat ſiue congregatur continuo de particularibus & nunquam de homine in communi curam habet: & ſimiliter omnis ſcientia ad id de quo emanat & non ad aliud aſpicit: & omnes ſcientie a particularibus per experimenta oriuntur: ergo omnes ſcientie de particularibus inſinuant. ¶ Nullam experientiam de uniuerſalibus habemus: quum omni actu careant: igitur nulla ſcientia in uniuerſalibus fundatur. ¶ Quelibet ſcientia de ſuo fundamento agit: & nullius ſcientie eſt aliquod uniuerſale fundamentum: de nullo itaq; uniuerſali habemus ſcientiam. ¶ Omnes ſcientie a particularibus oriuntur ergo habemus de particularibus ſcientiam tanquam de ſcientiarum fundamento. ¶ Et ne hoc aliquibus quicquam noui uideatur: deueniendum eſt ad ſcientiam quam de homine ſiue hominibus adunamus. Noſtra uero ſcientia de hominibus habita hic principaliter incipit: omnis homo eſt animal rationale & mortale: omnis homo eſt riſibilis: omnis homo eſt diſciplinabilis: omnis homo generatur & corrumpitur: omnis homo indiget cibis & indumentis ad bene ſe habendum: & pariformiter dicere poſſumus: omnis homo eſt coloratus: tamen aliquis albus & aliquis niger aut rubeus uel pallidus. & ſic de reliquis quis album uel nigrum contingentia ſint: ſed non coloratus: eo quod ſemper. ¶ Finis hominis eſt recte operari: homo eſt dignius animal ceteris animalibus: prauus homo eſt peior omnibus animalibus: petimus nunc an cuncta hec uel hominibus conuenientia & ſibi propria ab homine in communi abſtracto aut ab his particularibus ſint aſſumpta. Vnde manifeſtum eſt: hec omnia a particularibus oriri. Et quum ſuperius iam probatum ſit: quod unaqueq; res illud aſpicit de quo fundamẽtũ aſſumit: particulares hoĩes ſunt pricipium: a quo aſſumimus rõnalitatem & mortalitatem: generationem & corruptionem: habilitatem & diſciplinã. atq; ciborũ ĩdigentiam. & alia his ſimilia palam igitur hec oĩa particularibus & non uniuerſalibus competunt.

¶ Qualiter intelligatur: quod de eternis & impoſſibilibus aliter ſe habere ſcientiam eliciamus. Cap. lxxxiii.

¶ Reſpondendum eſt illis q aiunt: ſcientia eſt de eternis & ĩpoſſibilibus aliter ſe habere. Hec enĩ ſciẽtia circa aſpicientes eſt manifeſta: nam licet non dicamus mundum eſſe eternum: ut Ariſtoteles aſſerebat in modo ſuo: quicquid ſemper quod eſt ĩ uno & eodem modo eſt: nec contigit ſibi aliter ſe habere. Vt probatur ante huius hoĩs generationem. materia que poſtmodum ĩ ipſum hoĩem tranſit non erat homo: quouſq; ĩ illo ĩſtanti quo rationalis anima ĩ embrio ĩfunditur: & poſt mortẽ iſtius hoĩs ſeu a corpore poſt rõnalis aĩe ſeparationem non eſt amplius homo: ergo ſemper dum homo eſt rationabilis & riſibilis dicitur: nec ſibi aliter ſe habere cõtingit: qa quod nõ eſt non contingit ſibi aliqd eſſe: & qa homo nõ eſt ante generationẽ & poſt mortẽ: nil ſibi dum non eſt contingit. Idcirco de his que ĩceſſanter ĩ hoĩbus ſunt: dicimus ſcientiam tanquam eternã uel ĩfallibilem. non quod homines eterni ſint ſed in modo eſſendi tales: eo quod non contingit aliter ſe habere: pro ſimilitudine ſcientie eorum de eternis & incorruptibilibus uocatur. Et Ariſtoteles ĩ hoc modo ĩtellexit: quum omnem experientiam dicat in particularibus fundari: & artem ab ipſis experiẽtijs oriri: quis etiam aſſerat ſemper aut ab eterno par-

diculares hoies eē:sed nō ppterea itelligebat:qđ sciētia i hoie abstracto fundaret:qa pcise aliter ait ue luti superius uisum ē. Vnde iit ex principio ad fine:qualiter de pticularibus & nō uniuersalibus sciētiā habeamus. ¶Demū hic aliis respōdēdū ē dicētibus de ifinitis nō possumus habere sciētiā:particularia sunt ifinita:ergo nō possumus de ipsis habere sciētiā. Et hic penes argumētū facile ē respōdere ita ponēdo tanq̄ p ultimo icōueniēte. Tu asseris de pticularibus nullā haberi sciētiā:eo qđ ifinita: pticularia nō sunt infinita:ut patet:quoniam semper in eis magis & minus datur:ergo de particularibus scientiam habere possumus:eo quod non infinita. Nam remota causa quam tu ponebas:effectus quoq; abscitur. ¶Verumtamen aliter de hoc presupposito intelligendum est:quoniam dicendo de particularibus non habemus scientiam:ex eo quod infinita de quocunq; uniuersali per se assumpto in eo scilicet intelligimus:quod cum omnibus aliis precise non conformatur:& similiter primi auctores intellexerunt:quandoquidem in his proprietatibus quibus omnes homines similes non sumus: absq; regulis nos habemus:quum semper ibi magis & minus contingat. ¶Exempli gratia:iste homo est bonus: & ille malus:unus sapiens:& alter rudis:& nunc rudis:& pessimus:& confestim in alio nunc sapiens & bonus. Aliquis in grabato ex egritudine moritur:& alii bello:quidam uero iuuenis & quidam senex. Nonnulli in deum credunt:& aliqui non credunt. Iste intendit ad unam artem:& alius ad aliam. pleriq; benigni:& pleriq; praui. De quo quidem termino aut modo uiuendi ad aliud indies mutamur: & quod oia ista atq; alia huiuscemōi sine regulis sint:qa de puncto in punctū ex eo qđ uariabilia corrumpuntur:& ipsarum uarietatum multitudo dum uiuimus nobis contingit:recte dicitur: quod similia particularia idest non recolligibilia ad aliquas regulas in quibus omnes homines similes sumus infinita sunt: idest de incomprehensibili numero constantia:& de his similibus eo quod sine infallibilibus regulis uerum est dicere:nos nullam habere scientiam:sed de aliis quatenus iam uisum est:ut omnes homines qui fuerunt:sunt:& erunt uocantur rationales:risibiles:& disciplinabiles:& talis est uera scientia: quia non contingit sibi aliter se habere:quum ante generationem & post mortem homines non simus:& dum uiuimus semper tales sumus. nam ueluti hic homo est animal rationale de puncto generationis usq; ad finem uite:& itidem omnes alii homines:in quo nulla est deceptio magis neq; minus: eiusmodi cognitio dicitur de impossibilibus aliter se habere.

¶De eodem.

¶Quampluribus uero Aristotelicis auctoritatibus insimul cōgregatis:quid ipse de scientiis sentiat facile percipit:ut dū ait de futuris cōtingētibus nō habet determinata ueritas. Et qa de futuris cōtingētibus ponit:sequit secūdum ipsum de preteritis determinatā haberi ueritatem:quemadmodum in aliis locis probatur. sicut dicēdo. Nō oia que eueniunt necessario eueniunt: sed postq̄ sunt necessario sunt: & ea que necessario sunt pro eo tunc infallibilia sunt:& ubi necessitas & determinata ueritas: ibi scientia:quum scientia de ueris ac necessariis constet. & ex hoc nonnulli theologorum nostrorum aiūt: deū non posse agere ea que iam facta sunt:quod non fiant:quis per contingentiam sint. Vnde probatur: quatenus saltem de contingentibus preteritis scientiam habere possumus:Aristoteles enim contingenter doctus fuit:sed nos scimus ipsum doctū fuisse:aut q ipsos libros fecerit Aristoteli intitulatos. omnes scripture quas uidemus contingenter facte sunt:& tamen indubitate scimus quod sunt:quū sensib9 pateant:& que aperte sensibus patent:perfecte sunt probata atq; necessaria. ¶Tādē aduertendū est: quod scientia in naturali & accidentali siue in intrinseco & extrinseco diuiditur:& que intrinseca ea si quidem perfecta:extrinseca autem imperfecta: eo quod de preteritis ac presentibus tantummodo cognitio dari potest:sed nō de futuris:ueluti dicendo: Ioannes incipit ire ad scholas:igitur erit doctus:scimus qđ uadit:quia uidemus:sed nescimus utrū doctus an indoctus euadet:quū hec cōtingēter possint esse & nō esse. Sed dū dicimus Ioannes est homo:scientiā preteritā:presentē:& futurā de ipso habemus qđ aial rōnale & mortale sit. Nā scimus si hō:qđ iā de preterito generatus:& nunc uiuens:& in posterū moriturus. Que qdē naturalis sciētia seu intrinseca atq; iposibilis:aliter se habere:dū hō est:& oportet quod prius res i esse ponant:q̄ de regulis suarū durationū cōsideremus: ut p Aristotelē uideri potest. Vt dū ait:corruptio unius est generatio alteri9:& ab hac naturali regula arguit eternas eē generatōes & corruptōes:itelligas semp i ordie durabiles:qm̄ de pticularibus agit:quū dicat corruptio unius ē generatio alterius & unius & alterius particularia isert:& tamen qa i oībus particularibus generabilibus & corruptibilibus hoc obseruatur:Aristoteles dicit durabile esse i eternum:non i isto & illo solo particulari:sed i omnibus particularibus:tum in uno & tum i alio:& i primis uisum est unū corrūpi:& aliud generari:& deinceps i hoc ordine durare. Quoniā uero circularis ordo non potest ipsam materiā minuere:aut extra terminos exire:& sic durabilis:queādmodū de motu celi dicimus:quod ex eo quod circularis semper durare potest:& si fuisset motus rectus superius aut inferius i ifinitum fugeret:quod esset scandalum:aut contra ordinem in natura:& sic proculdubio cognoscitur: qualiter de particularibus tantum scientiam habeamus: & non tantum de intrinsecis: sed aliquando extrinsecis: & quia in his aut similibus Auerroys non recte aristotelem intellexit: minime anima eius erat nequidem sensus.

¶ Vlterius in hoc loco inter pluralia tanq̃ potissimũ:ad mõstrationem deducibile expetendũ ẽ:quonam modo uniuersalistę possunt conformare scientiá:quá se habere dicũt cũ rebus scibilibus: de quibus scientiá oriri inquiunt.qm̃ de mente oium sapientiũ scientia est adequatio rei scibilis:sub quo ordine sit:ut adequare possent aut similitudinem simul habere:ꝙ si scientia existit:etiá res scibilis pariter existat.uniuersalistę uelut alii homines asserunt se habere scientiam in actu:seu existentem : parimodo hoc posito:oportet cõcedere:res de quibus scientiam habemus in actu existente esse:cum aliter nullatenus scientia cũ re scibili adequari posset:aut similitudinẽ habere.Et omnino existẽdo in perfidia: ꝙ de uniuersalibus in esse essentia:aut in pura potentia assumptis:tantũ scientiam habemus: simili modo est asserendum:habere scientiam in pura potentia:non autem in actu.sed hoc concesso confitendum est : scire nostrum tanquam nil esse:cum nunquam ad actum deduci potest.quoniam uniuersalia per abstractionem:ut quidam ipsa accipiunt:nullatenus ad existentiam deducuntur:& talis erit scientia adequabilis cum uniuersalibus ipsis . Vnde ponentes similia intentiones suas declarare aut tanquam uanas ipsas eicere oportet.

¶ Quod quecunq̃ de proprietatibus hominis essentialibus atq̃ accidentalibus dicũtur:in omnibus his particularibus inueniuntur:& in unoquoq̃ per seipsum : dato ꝙ de aliis non consideretur:in homine uero uniuersali nunq̃ aliqua istarum proprietatum reperitur. Cap.lxxxiiii.

¶ Quũ super hoc termino dicente de particularibus nõ habeẽ scientia:q̃plures hactenus aberrauerint:ut clarius ostẽdaẽ:de regulis logicorũ aliq̃d ĩ principio dicẽdũ ẽ. In logica aut circa omnes disputantes habeẽ:ois cõdictionalis:si uera est necessaria:& si falsa ĩpossibilis:ita ꝓcedẽdo.Si petrus ẽ hõ: petrus est aial rõnale & mortale:aut qd̃ ista ꝓpositio ẽ uera:aut falsa nõ falsa:quoniá possibile ẽ quod petrus sit hõ:igitur necessaria:& quicquid necessariũ idẽ demonstratiuũ.Et quod uera sit per suũ cõtrariũ probatur.Vt dicendo:si petrus est homo:petrus est aial rudibile.Quia ista est impossibilis quod si ẽ hõ sit aial rudibile:ideoq̃ uera & cõsequẽter.necessaria:si petrus est hõ petrus est aial rõnale : & tñ petrus particularis est.Vnde probaẽ de particularibus haberi scientiam.licet concedaẽ ipsam scientiá de pluribus experientiis cõgregari:uerũ de ista illa atq̃ alia experientia particulariter assumpta.& sic uiso atq̃ experto opere istius hois illius atq̃ alterius:dicimus:ois hõ est aial rõnale & mortale:sed nos nũquá hoiem ĩ abstracto experimur preter istũ & illũ particularẽ:de q̃bus extat cognitio:oẽs similes preteritos presentes & futuros esse rõnales. ¶ Amplius ĩ cõibus regulis logicorũ ferẽ:substátiá nõ recipere magis & minus:qd̃ exẽplaẽ ex eo qd̃ unus hõ nõ ẽ magis hõ q̃ alius.Et quũ dicimus unus & alius:palá de pticularibus loq̃mur.Vñ fit:qd̃ si accidit cuiq̃ hoi qd̃ sit hõ:ẽt oibus aliis q̃ hoies sunt:qũocũq̃ accidẽ plaẽ:accidit:qd̃ sint hoies:qm̃ unus hõ nõ ẽ magis homo q̃ alius. ¶ Et si ĩferẽ:quod de rebus ĩ quib9 aliq̃d accidit sciẽtia nõ habeẽ:rñdeẽ:qd̃ soli deo nihil accidit.Attñ speciebus siue abstractis aliisq̃ quolibet assumptis:esse accidit:eo qd̃ depẽdẽtia sunt . Quicq̃d enĩ ab alio depẽdet oĩno absq̃ accidẽti esse neq̃t aut saltẽ nõ ẽ necessariũ. ¶ Preterea iste hõ ille & alius:teneñ ꝓ prima & digniori substátia q̃ abstracta seu genera uel species:& q̃cq̃d dignius & primũ:idẽ uerius . Vnde potius de pticularibus q̃ de uniuersalibus habeẽ sciẽtia:de uniuersali tñ ĩtelligas:ꝑ abstractionẽ.Náq̃ etiá assumendo oẽs hoies pticulariter:hic uniuersalẽ assumptionẽ dicim9:q̃a oẽs:sed nõ qd̃ ĩ uná solá rẽ transeat:nisi ex eo quod unusq̃sq̃ est alteri similis.Quáobrẽ recte dicim9:si iste ẽ hõ:iste ẽ aial rõnale:aut iste hõ ẽ hõ : q̃uis idẽ ꝓ eodẽ capiaẽ..Sed tñ uerũ:q̃a nihilo plus de mẽdaciis ibi cõcludiẽ:q̃ si diceret:si iste hõ currit : iste hõ moueẽ.& qm̃ hoc ualet:uerũ quoq̃ atq̃ mõstratiuũ:si iste ẽ hõ iste ẽ rõnalis:q̃uis dicaẽ qd̃ de puris particularibus nulla seq̃tur cõclusio:hoc ĩtelligiẽ dũ de uno dicim9:& nõ de oibus. At dũ uno solo aut de oibus signũ ponimus:demõstratiue loq̃mur.Non enĩ istud cõcludit hõ currit:aut ille homo currit: andreas ẽ hõ:igiẽ andreas currit:q̃a põt eẽ alter ille hõ & alter andreas:& nõ est ibi signũ:qd̃ unus supponaẽ alteri.Sed dũ poneret hoc signũ ois hõ currit:& deĩde ĩ pticulari diceret andreas ẽ hõ : recte sequereẽ ergo andreas currit:pariterq̃ si pticulare signũ ponimus uerũ dignoscere possumus: ueluti dicendo:si andreas currit andreas currit:uel si iste hõ moueẽ iste hõ moueẽ:uel si iste hõ ẽ aial rõnale:ẽ hõ & si iste hõ ẽ hic iste hõ ẽ hic:& ubicũq̃ iste hõ ẽ:ibi opatur.Et ĩferẽdo:qd̃ ualet ex eo qd̃ ad uniuersalẽ regulá reduciẽ:quia unaqueq̃ res ubi est ibi est:& ubi est ibi operaẽ:minime ex hoc aliquid cõtra nos. Ná quum dicimus.unaqueq̃ res de particularibus loquimur:de ista de illa: & sic de singulis:& de singulis sunt oẽs res particulari assumpte:igitur hec res ꝑ se dato qd̃ nulla alia ĩ mũdo esset: ubi est ibi est & ibi opatur. ¶ Et probamus:deus simplicissime singularis ẽ:& cũ nulla alia re adherentiá hẽt . Quapropter ad nullá uniuersalẽ cõgregationẽ neq̃dẽ abstractionẽ reduci põt:& tñ ubi est ibi ẽ:& ibi opaẽ. Quoniá uero deus ipse penitus simplex unus:& est cá:de qua oĩa alia depẽdẽt ad similitudinẽ principii : ex quo depẽdemus unaqueq̃ res singulariter assumpta ubi est:ibi est:& ibi opaẽ:eo qd̃ non alibi ẽ. Igitur ubi est est:& non ubi non est.Et ad euitandũ ociositatẽ in natura ubicũq̃ aliqua res est: ibi operaẽ:dato quod una sola eẽt:ut de deo exẽplũ assumimus. ¶ Et opponendo:ut a nonnullis fieri solet:

quamlibet differẽtiam in particularibus accidentalem intelligi:& in uniuersalibus ut in aīali uel specie essentialē.hec utiq; opinio nondum probata est:nisi tantū dicta. ❡Et causa quod facilius ea que scri bimus appareant:de discursibus abstrahẽtiū seu logicorum uel methaphysicorū adducem9.Et ī primis quid essentia sit secundū istos uidebimus.Ná de mera simplicitate essentiam dicūt absq; existentia esse. Vlterius illud quod nō habet existentiá nō habet esse : quoniam aiunt per esse ad existentiam deduci. Iccirco si animal aut species existentia carent:carebunt & esse.& si non habent esse nisi essentiam tãtū simpliciter nulla ibi cōpositio:& ubi nulla cōpositio nulla differẽtia.Rationalitas uero & mortalitas p differentiá danť:igiť aíal rōnale & mortale est in esse existẽtie atq; cōpositū. Illud enim quod mori po test cōpositum est:& in essentiali diffinitiōe hominis mortale & rationale ingrediť:eo quod differentia additū significat:& id quod additū particulare.Vnde ꝓbatur quod ista diffinitio.homo est aíal rōnale & mortale:de his particularibus generabilibus & corruptibilibus dř.Si eni de hoíe eterno atq; cōmu ni impossibile esset mori:nequidẽ aliqd sibi adiūgi:si autẽ diceretur quod ultimas differentias eẽtiales ignoramus:fabule sunt.Quia potius affirmandū est illud qđ sentimus & intelligimus:q̃ illud quod pe nitus ignoramus.Ideoq; de particularibus cognitionẽ seu essentialẽ diffinitionẽ habemus:nō autẽ de uniuersalibus.Quandoqdẽ apud oẽs magnū ẽ dubiū:qđ ī re denť:& de rebus dubiis nullam possumus demonstratiuá scientiá habere.similiter si de aíali tantū dicemus:ibi aliquá differẽtiá reperimus: quum diffiniendo dicatur:animal est substantia animata in qua tamen diffinitione cōpositio ingreditur . Et quia dicit substantia animata:recte de hoc animali illo & alio particulariter assumpto capi pōt: quum ista particularia animalia de prima & ueriori substātia esse itelligãtur . In quibus uerbis non absoluta essentia absq; existentia:sed substantia tanq̃ suppositū alicui alteri itelligiť:& sic existentes ac particula res expetunt differentias.Et id quod a natura proprie & tanq̃ ultimatum petimus:uera diffinitio essen tialis nostra est:eo magis quod extra deū : quemadmodum superius uisum est unaqueq; res aliquid de compositione habet:& ubi cōpositio:ibi aliquid de cōtingentia aut quod de particularibus uel uniuer salibus dicatur. ❡Sed interrogandū est:qua de re aut sub qua ratione hi fundantur : q dicūt de uni uersalibus tantūmō haberi sciẽtiá:quū nulla res extra deū eterna sit:neqdẽ esse queat:ut in libro secun do ꝓbauimus.Et qeqd eternitate caret minime a seipso est:& id quod ab alio dependet contingenter seu ad libitū est:& nō necessario:sub quo quidem fundamento recte manere possumus . Quod si isti & illi homines contingenter homines sunt:similiter & oīs homo cōtingenter. Quoniá eadẽ est rō in mō essendi de isto homine:qui nunc est:que & de primo homine qui ī mūdo fuerit. ❡Si uero dicis quod de uniuersali hoíe in abstracto seu de humana natura intelligis:respondetur:incorreptam esse huiusce modi loquutionem:dum dicis:oís homo currit si pro uno tantū intelligis:quū oís de pluribus & non de uno solo dicatur:ut ita inferendo patet.Omnis hō uniuersalis currit:que propositio stare non potest quia homo uniuersalis per abstractum unū infert:& non plures.Quocirca rectius dicemus:oís hō par ticularis est rōnalis:q̃ oís hō uniuersalis est rōnalis:& id qđ uerius recenseť assumẽdū est. Quamobrem primus auctor qui hunc modū loqẽdi posuit duo intellexit:primum siquidem de quocunq; homine particulari distincto:secūdū uero de omnibus:aut quod unus similis est aliis:qa homo currit unū tm̃ di cit.Verūtamen apponendo omnis de isto illo & alio & sic de reliquis infert.Sed dū simpliciter in plu rali loquimur:aliá distinctá significationem habemus:ueluti dicendo:omnes hoíes currunt qa de cursu simul & non diuisim queq; p seipsam denūciam9:ideoq; ꝓnūciádo oís hō currit:de unoquoq; ī ꝑticu lari & tamen de oíbus diuisim proferimus. ❡Et dū aliq asserūt:quod in uera loquutione stare neqt: omnis Ioánes currit eo qđ de particularibus nō habeť demōstratiuū argumentū: respondeť qđ idem est ꝓferri:oís hō uniuersalis currit:& oís Ioánes currit:licet uniuersale per se assumptū de cōsuetudine nr̃a ẽt in plurali numero declinať:ioannes uero non:sed ubi plures sunt:q Ioannes uocanť:si ī cōsue tudine staret ī plurali ipsos declinari:recte diceremus oís Ioannes currit: & patet:qa dicere possumus : oís hō siue oís res que Ioánes uocať currit.tu uocaris Ioánes:igiť tu curris:& ẽ recta loquutio.Quo niá uero semp ī singulari declinať ac si unus solus Ioánes esset:nō pōt ibi poni oís:quū oís signū de plu ribus dicat.attamẽ in re uera plures hoíes sub una & eadẽ rōne unū tm̃ nomẽ habẽt:q̃plures enim a de uotione sancti Ioánis:Ioánes uocanť:& alii nōnulli patrū uel auorū noía assumūt: & hoc precise ad si militudinẽ & qeqd ad similitudinẽ nō unius solū est:sed multorū.Si autem diceť huic p se cōpetit hoc nomen Ioannes absq; aspicientia aliorū hoíum:respondeť:qđ similiter unicuiq; nostrū per se sumpto cōpetit ista diffinitio:animal rationale & mortale:ut postmodū patebit. ❡Et siquis opponeret quod homo uniuersalis seu natura humana a quibusq; particularibus distincta non repugnat quod in pluri bus particularibus diuidatur:dupliciter respōdere possumus:primo qđ si hō uniuersalis diuiditur non est amplius uniuersalis:& si nō diuidiť unus tantū & nō plures:quod si non est hactenus diuisus minime diuideretur. ❡Si autem infers:quod non est diuisus:tm̃ quod nō repugnat ei diuidi etiam cōtra hoc recte ponemus frustra esse illam potentiam que nūquam ad actum deducitur:eo magis quod negatur talem habere potentiam in pluribus diuidi ut alibi patet.Et si opponis:qđ hō uniuersalis neq; diuisus neq; indiuisus:falsa quidem oppositio.Quoniá inter diuisum & īdiuisum unū & plura nullū ẽ dádum medium:quod si in uno gradu asseris indiuisum:& in altero diuisum sicut christiani de personis diuinis

dicimus quod unite in deitate & distincte in psonis minime hoc dici potest de homine in cōmuni. Nā qꝫ in diuinis pater est deus: filius deus: & spiritus sanctus deus: & tandē non tres dii sed unus deus. Non tamen dicitur quod homo uniuersalis in tribus personis: nequidem in aliū personarū numerū diuidat̄ quarū quelibet sit homo uniuersalis per se: ut de personis diuinis exemplauimus: quod unaqueqꝫ per se est deus absqꝫ aliquo accidenti prioritate & posterioritate: in eo quod deus: nequidem homo uniuersalis cōparandus est cū animaliū substantia in elemētis: & postmodū in uariis animalibus diuisa. Materia eni seu substantia nostra in elemētis aut aliis superioribus naturis nō est animal in singulari neqꝫ plurali: & deducta ipsa substantia ad species seu genera animaliū: ita unus est animal sicut & alius: & unū quodqꝫ aīal a ceteris aliis particulariter diuisum: q̄uis unū assimilet̄ alteri: nunq̄ tamē idē in eo quod animalia: licet priusq̄ essent animalia in una sola massa mansissent: sed tamē ista massa minime est aīal. Iccirco facile uidēri pōt. Qualiter dū omnis dicimus: non de uno solo uniuersali sed de pluribus particularibus intelligimus. & sic ista erit uera: oīs hō est aīal rōnale & mortale: martinus est homo ergo martinus est animal rationale. Nā omnis etiam de isto illo & similibus ut martinus est infert: q̄q̄ a nonnullis dicatur in solo barbara fieri syllogismū demōstratiuū: ut dicēdo oīs homo est substantia oīs humanus ē hō: igit̄ oīs human9 est substātia: sed petim9: quaten9 magis demonstratiue in barbara q̄ ī darii: immo multominus. De puris eni uniuersalib9 nihil patet sensib9: & oīs nostra cognitio aliquod habet a sensibus principiū. Qua de causa ī particularibus nos fundari oportet: si demōstratiue loqꝫ uolum9: qa aliter fabulose aut ignoráter loqmur. Et si dūtaxat in antiquorū philosophorū auctoritatibus acqescere uolum9: absqꝫ alia explicatione maximā de itellectib9 nostris ignorātiā denūciamus. Dato quod de mēte Aristotelis sit mūdus ab eterno siue absqꝫ principio & fine: hec est alia facultas: nec qequā ad ueritatem diffinitionis hominis attinēs: qm̄ in diffinitione hoīs mortale ponimus: & qa oīs talis nullus eternus: neqdem magis oēs simul q̄ unus solus: & probat̄. nō repugnat a natura: quod unus hō in humana specie aut unus masculus & una femina tantum remaneat: & tn̄ iste homo solus erit tota species humana: q̄uis species de pluribus particularibus dicat: sed tunc speciē dicemus in eo qꝫ humanus siue rōnalis & mortalis: un9 & nō plures: nihilominus de ipso ꝓculdubio scientiā haberem9. Et si opponeres qđ habetur scientia: ex eo qđ nō repugnat plures esse hoies: hoc nihil ad rē: qa interim quod res nō sunt: eadē est ratio ac si nunq̄ essent: Et sic quando dicit̄ solē diffiniri posse: aut in plurali numero declinari. Nos respondemus quod si a natura est repugnantia uel error: quod aliqua species omnino pereat ueluti oēs hoies in uno & eodē tpe erit itidē nature difficultas: si plures soles darent̄. Tūc eni argueretur mūdum non fuisse pfectū: multoqꝫ magis repugnat: quod plures dii dent̄: & tamen nonnulli in plurali numero deos dixerunt: & ad id reuertendo quod nō sit de essentia diffinitionis hominis mūdū eē eternū uel nō eternū: ut clarius ostendat̄: ponamus: quod tota species humana nūc pereat: petimus an homines qui hactenus steterint uere affirmare possumus: quod rationales fuerint? quod apud omnes constat uere rationales stetisse. ¶ Amplius aristoteles nō probauit quod mūdus esset eternus: ut in secundo huius uoluminis apparet. Et quia mūdus nec est nec potest esse eternus: si in particularium eternitate necessitas diffinitionum specierum cōsistit: nos utiqꝫ de nulla re extra deū habemus scientiā. quippe quod ipse solus eternus atqꝫ necessarius: & nulla alia res: quod ab omnibus religiosis cōcedit̄: ac per naturam ꝓbat̄. Iccirco dū dicimus oīs homo est aīal rōnale: & mortale ꝑ naturali regula intelligimus: qđ unusquisqꝫ de aīa uegetatiua & sensitiua & intellectiua ac de corpore compositus necessario est animal rationale & mortale: q̄uis pauco aut multo tempore uiuat quod unus solus sit uel plures. Quoniam circa rationalitatem atqꝫ mortalitatem non longum & non breue tempus & non multum neqꝫ parū: immo unumqueqꝫ hominem ita compositum ut diximus in hac diffinitione aspicimus.

¶ Cur nullus numer9 oīum particulariū sit potius necessarius q̄ iste hō ille & alius: aut qsqꝫ per se solus assumptus. Vnde si omnis hō rōnalis necessario pariter & iste hō. Cap. lxxxv.

¶ Secūdū Aristotelē ut nōnulli exponūt: dū dr̄ de uniuersalib9 tm̄ sciētiā hēri: de toto nūero oīum ꝑticulariū itelligit̄ asserēdo: qꝫ oēs ꝑticulares ī quacūqꝫ specie pfectū nūerū reddūt: & qcqd pfectū necessariū: sed qđ talis necessitas alicui9 nūeri depēdētiū nō det̄: facillime ꝓbari pōt: licet qđ de his magna atqꝫ plura argumēta oriūt̄: taliter discurrēdo: iste hō ē pricipiat9: ille pricipiat9: ali9 atqꝫ ali9 pricipiat9 & hi sunt oēs hoies mūdi: igit̄ oēs hoies sunt pricipiati. ¶ Itē nullū pricipiatū pōt eē eternū: oēs homines sunt pricipiati: ergo oēs hoies eternitate carēt: & qcqd eternitate caret ēt absoluta essendi necessitate caret: nā ueluti hāc ualere dicim9: iste hō ē rōnalis: & ille rōnalis. Et hi sunt oēs hoies mūdi: ergo oēs hoies sunt rōnales: parimō seqtur nullū pricipiatū pōt eē eternū: quū eternū absqꝫ pricipio dicat: oēs hoies sunt pricipiati: ergo null9 hō ꝑticulariter aut cū aliis assumpt9 erit etern9. qa oēs simul eternitate carēt. Et ꝓbat̄: ut ī aliis locis plāe appet ita dicēdo. Null9 hō q nūc uiuit ī mūdo simul cū aliis aut singulari ē etern9: & isti hoies sunt similes illis q fuerūt & erūt: igit̄ nullaten9 hoies eterni esse possunt.

¶ Amplius atqꝫ clarius ī hoc istāti dat̄ ultim9 hō q nascit̄ uel morit̄ ī mūdo. Et ubicūqꝫ dat̄ finis dat̄ pricipiū: ī hoibus pro uno istāti dat̄ finis uel ultimū: igit̄ necesse ē dari pricipiū uel primū ꝑ aliud istās: & dato primo nullatenus aliud prius dari pōt: quoniā retrocedere non possumus: sicut alibi probatum

est.Ideoq; hec uia quod particulares hoies eterni sint:tanq̃ falsa & ĩpossibilis delenda. Vnde probatur: quod de particularibus & principiatis scientiam habere possumus:non autem de uniuersalibus absolu te loquendo:nisi uniuersaliter de oibus particularibus:& unoquoq; ipsorum: licet a plurium particula rium experientia fiat scientia. Attamen ois uera scientia cũ ipsa re de qua ortũ habet aut predicat tan quam uera diffinitio conuertitur:nostra uero diffinitio ab illo illo & alio particulari emanat:itaq; cũ iisdẽ particularibus conuertitur. ¶ Quanq̃ aduertendũ sit:quod omnes res ĩmediate a deo euenien tes sine aliquo alio medio ĩfallibiles sunt:uelut ultime rerũ differentie:sub qua certitudĩe tanquã eter ne se habent. Quoniã a deo solo q eternus est dependent:& tamen ipse deus libere dat cunctis depen dere:tam ultimis differentiis q̃ & aliis. Sed qa deus uerus atq; ĩfallibilis semper ea que ab ipso solo depẽ dent absq; medio alterius nature uno & eodẽ modo se habent. Et tandẽ ita uerũ est dũ diceremus : si iste est homo:aĩal rõnale & mortale est:ac si pronunciaretur oĩs homo est aĩal rõnale & mortale: quan doqdẽ ĩ eo quod hoĩes sumus:non sunt magis homo omnes hoies q̃ unus solus homo. Et quoniam om nia homini conuenientia unus sol9 habet:& tantũ qđ est homo:seqtur necessario esse rõnale animal:si cuti omnes homines sunt:pariter & ĩ uno solo regule ultimate ĩfallibiles sunt:de qbus ĩfallibilis habetur scientia. ¶ Demum quod de particularibus habeatur scientia cuipiam constat:unũ enim elementum terreum est & non plura:unũ aqueum:unũ aereũ:& unũ igneũ:sol unus:luna una:mundus unus:deus unus:& repugnat nature plures esse terras:plures mundos:& plures deos:& tamen de unoquoq; isto rum ĩfallibilis habeť scientia:ĩ quo probatur de particularibus precise assumptis haberi sciẽtia. Verum tamen dũ de speciebus proprie dictis agimus:non de uno solo sed de omnibus uniuersaliter assumptis in ea specie manentibus ĩtelligimus regulas ĩfallibiles haberi. Quoniam illud quod uni soli alicuius spe ciei dať:& aliis sub ea specie contentis:taliterq; de similibus ꝓprietatibus huic homini proprie & illi im proprie. nequaq̃ habetur scientia:nisi tantum de his que sunt omnibus tributa:ut rationalitas & morta litas siue aĩa rationalis & corpus humanũ. Sed ita unusq̃sq; per se solus ẽ homo:sicut cũ aliis cõiũctus: quemadmodũ diffinitio dicitur:dato quod una sola in uno tpe sit : asseritur de ipsa haberi scientiam. Nihilominus postquã una moritur quousq; alia generatur:nulla phenix est . Quocirca non per plu ralitũ congregationẽ:nisi quod unaqueq; per se phenix est animal solum:& sic pluribus exemplis com probare possumus infallibiles regulas de particularibus haberi:in qbus scientia fundatur . Non enim in uniuersalibus pro abstractis seu absolutis naturis. Quandoquidem a sensibus & ĩtellectuũ explicatio ne nimiũ remota:nec de uniuersalibus ĩferendo:quod particulares homines sint ab eterno: quũ ẽẽ ne queant:tametsi recte dicatur de eternis & impossibilibus aliter se habere:eo quod semper quod homi nes sunt necesse est:quod animalia rationalia atq; mortalia sint:& quod natura taliter operari nequit: quod ista regula dirumpatur:eo quod a deo duntaxat supra naturam tributa. Sed si deus uult potest oẽs species delere:quoniã ipsas uolendo creat pariterq; cũ uoluerit annihilare potest. Verumtamen qa de hoc nõ est timendum minime:quod scientiam de ultimis rerum differẽtiis non habeamus. ¶ Et in ferendo quod quibusq; in una specie manentibus:& non uni soli competit:non ex hoc sequitur quod unusquisq; eandẽ integritatẽ nõ habeat:quã omnes habent quia aliter non esset similis aliis : & ut faci lius concipi possit exemplũ de temporib9 adducimus:ut latius ubi de trinitate agimus:exposuimus. exẽ plũ tale est:omnes homines mundi & alia animalia que hodie decem annos post suam natiuitatem per ficiũt:simul decẽ annos & non plures cõsumũt aut cõprehendũt: & unũquodq; istorũ animaliũ per se solũ assumptũ decem annos cõprehendit:in quo manifeste ꝓbať:quod in aliqbus reb9 tm̃ cõtinet un9 sol9 q̃tũ & plures simul:& ita unusq̃sq; homo per se de hac regula rõnalitatis & mortalitatis tãtã inte gritatem cõprehendit:quantã & oẽs hoies simul. Quamobrẽ in hac cõpositione manẽdo nunq̃ acci dit huic hoĩ:quod homo non sit. & qa in nullo:q̃uis solus accipiať:contingit:aliter & aliter se habere: in eo qđ animal rõnale & mortale de ipso solo plena habeť scientia. tametsũ nulliũ aliũ sibi similẽ aspi ciamus:qđ nempe est absq; dei & nature iniuria. Sed asserendo qđ in uirtute multorũ quisq; particula ris homo est aĩal rationale & mortale q̃plures errores cõmittimus:precipue contra libertatẽ dei intelle ctus & sensus nostros. Nã si hoies ab eterno sunt:necessario deus dat eis depẽdere: que necessitas stare non põt:circa operãtes per cognitionẽ. & qcqd necessariũ idẽ semp:qa eternũ: & nulliũ eternũ habet ambiguitatẽ ad essendũ & nõ essendũ:unde sequiť:quod si hoĩes sunt ab eterno:non possunt aliter se habere:nisi ueluti se habẽt:idest nõ possunt nasci:nõ possunt mori: nõ iã iuuenes & iã senes. ¶ Rur sus si ueritas diffinitionis nostre in numero multorũ hominũ preteritorũ presentiũ & futurorũ consi stit:necessario ẽ dãdus nũerus pcise ĩfallibilis. Vñ asserẽdũ ẽ:unũquẽq; hoĩem particulariter assumptũ. aut quocũq; sit:ad istã cõpositionẽ necessario:& nõ cõtingẽter euenire:qđ est cõtra Aristotelẽ & sequa ces eius:q dñt istũ & illũ pticularẽ cõtingẽter generari & mori:qđ esse nõ põt:quũ opteat qđ si effect9 necessari9:cã ẽt sit necessarissima. Nũer9 ẽ cã:qđ iste & ille pticulares ĩfallibiliter hoĩes sint: ꝓculdubio cõstat:qten9 ipe nũer9 sit ĩfallibilis:ĩtelligas ipum nũerũ nec multiplicari nec minui posse:nisi quod ab eterno oẽs hoies fuerũt:sunt:& erũt ĩ uno nũero ĩfallibili denũerati:atq; desinati. hec aũt opinio nil dif fert ab opinõe multoꝝ ĩsipiẽtiũ:q dicũt q̃cũq; sunt:sunt qa ẽẽ dẽbẽt:sed qđ ñ oia đ necessitate ueniãt: satis ẽ a nobis alibi disceptatũ. Oẽs enim potentie ñr̃e ĩcorporee & corporee. iteriores atq; exteriores

iudicant:atq; approbant multa nos libera potestate operari. Et sic omnibus constat: qualiter a casu nō de necessitate: sed libera uoluntate q̄plures homines generantur: & alios generare possumus: qui non generant: si uolumus. In quo ꝓbat: quod numerus hominū nō est necessarius aut infallibilis: quinimo cōtingenter se habet: & ad libitū hominū crescere & minui potest. & quia fallax numerus nequaquam se habere potest tanq̄ uniuersale fundamentū: per quod unusquisq; homo animal rōnale sit: ideo concedendū est: quod quilibet homo solus p se assumptus necessario sit aīal rōnale & mortale: de q̄bus q̄dē infallibilibus regulis ī quocunq; humano contentis habetur scientia: & de uniuersali assumpto pro numero abstractione aut absoluta natura nequaq̄ admittit. ¶ Animaduertendum est tamen: quia dum dicimus de particularibus scientiam haberi: non sit intelligendum de quocunq; particulari unius speciei scientiam distinctam ab aliis particularibus in eadem specie manentibus habere: nisi ita scientia de isto q̄ pariter de omnibus aliis eiusdem speciei: nam ueluti non tantum iste homo est homo: immo iste alius & alius: pariter scientiam de homine isto alio & alio habemus: non scientiam de quocunq; eorum tanquam de per se ab aliis hominibus dissimili: nisi sciētiam de ipso ueluti & de omnibus. nam sicut hic homo non est omnis homo: sed hic alius: & sic reliq̄ sunt omnis homo: parimodo de isto illo. & alio habemus omnem scientiam hominis: licet quia eadem scientia quam de omnibus de quocunq; per se habetur: non tamen tanquam uni soli competentem: nisi ei & omnibus aliis sibi similibus.

¶ Cur si de particularibus non habetur scientia: tum quia infinita: tum quia corruptibilia per easdem rationes de uniuersalibus scientia non datur. Cap. lxxxvi.

¶ Rursus per eosdem auctores tenentes de particularibus non habere scientiam: ex eo q̄ particularia infinita & corruptibilia per ipsosmet potest probari etiam uniuersalia infinita & corruptibilia esse: si modo ꝑticularia infinita corruptibilia. quoniam ipsi asserunt nullum dari uniuersale extra particularia. ¶ Et insuper atq; fortius habetur: destructis primis substantiis impossibile est aliquid eorum remanere: quia omnia alia sunt in eis aut dicuntur de eis. prime substantie siquidem particulares sunt: & tñ conceditur ad corruptionem ipsarum uniuersalia in his ꝑticularibus manentia corrumpi. ¶ Rursus confirmatur: quia dicunt homo uniuersalis currit: est albus aut niger: eo q̄ Ioannes uel Martinus currit: est albus aut niger. ¶ Quibus concessis per uniuersalistas sufficit nobis ad reprobandam intentionem ipsorum assererentium: non habere scientiam de particularibus: ex eo q̄ corruptibilia asserendo uniuersalia incorruptibilia esse. sed q̄r hic cōcedunt corrumpi ad corruptionem particularium: & alias affectiones: ueluti & particularia habere palam probatur: si de particularibus nō habemus sciētiā: neq; de uniuersalibus: eo q̄ etiā corrūpuntur atq; multiplicata ad multiplicationem particularium sunt: eo q̄ in ipsis particularibus subiectantur. ¶ Et si infers ut inferri solet cōtingere uniuersalia corrumpi: eo q̄ nō per se primū: nisi ad corruptionē particulariū. hoc nil ad nos: q̄ corruptio p aliud eueniat: aut p se. quoniā si hoc & illud corrūpit: & de hoc causa corruptionis nō habet scientia: neq̄ dē de illo corrupto sciētia habetur. ¶ Eo magis: q̄a secūdū cōem scholā: nullū corruptibile pōt poni ubi incorruptibile fiat: & quia de cōtrariis par est disciplina: asserendum est: nullum de se corruptibile posse poni: ubi nō corrūpatur. uniuersalia corrumpūtur ergo ab itra corruptibilia sunt: idest apta nata corrūpi. ¶ Et nō tm̄ uniuersalia ad corruptionē ultimatā particulariū corrūpunt: imo ēt durantib9 primis substātiis aliqua uniuersalia per te denominata corrūpuntur. Vt scientia in isto homine īfirmo: & in illo sene: in quibus particularibus uniuersalia multiplicata sunt. qm̄ scientia mea non est scientia tua: q̄uis similes sint: sed ubicūq; similitudo ibi pluralitas: & ita patet: quonámodo si particularia infinita & corruptibilia sunt & etiam uniuersalia per te posita infinita & corruptibilia: igitur iuxta fundamētū tuū de uniuersalibus nō habet sciētia potius quā de particularibus: imo minus: quū magis uniuersalia cōtingētia sunt quā ꝑticularia: ut ꝓbat: q̄cq̄d a se ē hēt min9 de cōtigētia quā id q̄d ab alio: particularia sunt a se: uniuersalia ab ipsis particularibus producta: constat uniuersalia potius contingentia esse quam particularia: & q̄cq̄d magis de contingentia minus de firmitate: & ubi minus firmitas ibi minor scientia fundari potest. & q̄ uniuersalia contingenter eueniant patet: ita dicendo: omne illud quod ad corruptionem alterius corrumpitur: non autem per propriam: habet originem ab alio per quod corrumpitur. nam id quod simpliciter a seipso est: nullatenus per corruptionem propriā: nec q̄dem alienā corrumpi potest. & id quod simpliciter ad corruptiōem alienam corrūpitur: simpliciter ab illo alio alieno habet esse: tñ non est esse essentiale cum illo de quo emanat: nisi q̄ tanquam acq̄situm se habet: ut scientia ī aīa nostra. ¶ Scientia enī & omnes alii habitus: q̄uis cum iam pfecti radicati sunt: perdiffi cile a suo subiecto remouentur: uerūtamen remoueri possunt per senectutem: infirmitatem: stultitiam & etiam per paucam assiduationem habitus ī anima fundati paulatim delentur. & si non penitus in maxima parte: ueluti accidentia faciūt: nā q̄uis dicatur: accidens est quod adest & abest absq; subiecti corruptione: semper priusq̄ accidentia effugiant subiectum ipsum aliqualiter alteratur: uel aliter & aliter se habet: ueluti per iuuentutem & senectutem: repletionem aut uacuationem ciborū: per motum aut quietem: tñ difficile est aut per magnam alterationem subiecti eueniat: homo albus fieri niger: aliqualiter

alterari pōt:totaliter uero de hoc ad illud pertransire difficile:& ita scientia atq; alii habitus uniuersa les ī aīa manētes indies aliqualiter pficiunt aut minuunt. ¶Tādē qa similia uniuersalia de se ñ sunt: nisi a pticularibus producta eo q̄ a pluribus experimentis fit experientia:& ab experientia ars & super artem scientia probatur:uniuersalia a particularibus generari:atq; in ipsis fundari.& fundamentū prius est suo fundato: Vñ ad destructionem fundamenti:necesse est oīa ibi fundata habentia simpliciter eē per ipsum destrui:qm̄ si destruitur illud quod magis in esse:etiam id quod minus. Vñ dicendum est de uniuersalibus abstractis seu habitis:quia non hñt eē a se:& corruptibilia sunt:non habetur de eis scia: uerūtamen qa scimus quō sunt:in ordine suo sciam de ipsis habemus.

¶Qua de causa stare nequeat:q̄ in perfectione numeri omnium hominum qui fuerunt: sunt & erunt sit hec necessaria:omnis homo est animal rationale:quum non ualeat argumentum de illo quod nōdum est:ad illud quod erit:neq; aliqua res omnino perfecta: nequidem omnes simul:preter deum. Cap.lxxxvii.

¶Quoniam autem penes hanc opinionem:quod de uniuersalibus tantum habeatur scientia: plera q; alia religioni repugnantia oriuntur.uerū hic super fundamento iam posito facillime multa aperire possumus nostre religioni conformia.Enim uero circa religiosos atq; irreligiosos philosophos:qui p̄bi fuerunt:non ualet argumentum de illo quod erat ad illud quod est:nequidem de illo quod est ad illud quod erit:aut econuerso.Et tamen nōnulli alii:ut iam uidimus:aiunt:quod in numero omnium hominum qui fuerunt:sunt:& erunt:est uera humanitatis perfectio:seu ipsorū hominum diffinitio:in qua fundatur scientia:eo quod omnem hominem eternū esse dicunt.uerum econuerso quū experientia:& apud oēs sapientes constet:non ualere argumentum de illo quod erat ad illud quod ē: ita quod oēs q iam prius fuerunt:& ab hac uita soluti:amplius homines non sunt:nequaquam cum uiuentibus in hoc nunc annumerari possunt:nec q se futuros esse expectant:cum his mō uiuentibus recte coniungi possunt.Quoniam dato quod sint aliqualiter in uia generatōis:sunt saltem ī fieri:& qcqd in fieri nondum perfectum:non eni ultimatam perfectionem attigit:Et de ultimis perfectionibus aut iam ad ultimatam qetudinem deductis tantūmodo habet scientia.Ideoq; his uisis atq; explicatis cuiq; patere potest: nullam de hominibus haberi scientiam.Quoniam eterni:eo quod preterita & futura ipfecta habentur: & cum manentibus nunc coniūgi nequeunt:qa uiuentes tantum perfecti sunt:& tñ non eterni:sed necessario:eo quod hoies sunt rationales dum uiuūt:& sic constat ueritas diffinitiōis:quod minime ī eternitate hoium:nisi quod semper sunt tales ubicūq; sunt. ¶Neq; īferendū est :ut qdam aiunt eternas ueras ac necessarias esse diffinitiones:concesso:quod nullum particular̄ detur:quod equidem pluribus modis male sonat:prio contra legem.in qua habetur:quod mūdus sit simpliciter ex nouo creat9:& qc qd creatum pricipiatum:quūq; dicamus oīa ab uno prio ente dependere:nulla res extra ipsum deum est a se:& idem est dependere per prīcipium & ab alio nouū & simplex esse assumi:ita quod oīa depēdētia quomodocunq; sint ī unione mundi tanquam partes ītegrales īgrediunt:& sic dum dr̄ mundus est creatus de oībus rebus:extra deum ītelligendum est.& quod creatum idem principiatum & quod principiatum penitus eternitate caret.omnes homines sunt creati siue principiati uel dependentes : ergo simpliciter eternitate carent:& de hominibus scientiam habemus:igitur de particularib9 ac de his que nunc sunt:non autem de uniuersalibus aut de preteritis & futuris. ¶Preterea diffinitiones in eo q̄ diffinitiones:tanquam predicata se habent:& subiectum semper prius suo predicato:uerumtamen nulla bona seu uera diffinitio datur quin cum suo diffinito conuertatur:Et si homines non sunt:impossibile est quod diffinitiones cum ipsis hoībus cōuertantur:& sic false.In quo concedi oportet: quod si eterna predicata aut eterne diffinitiones:subiecta quoq; erunt eterna:& ista uidetur esse ītentio Aristotelis.Quocirca noluit separatas ideas siue uniuersales species ponere:nisi ī istis duntaxat particularib9. Qua de re qui diffinitiones seu species abstractas eternas imaginantur:& particularia principiata:ab Aristotelica sententia deuiant:licet conformes sint cum platone:qui forsitan duos mundos imaginabatur:alterum exemplarem & eternum:& alterum ad eius exemplum creatum:que opinio ab Aristotele apertissime reprehensa est:quinimo qspiam alius expertus probare potest : unum dūtaxat mundum esse:& semper dependentem:quem nos creatum dicimus : & et penes religionem ad hoc consitendum compellimur:qq; alia dñt a memoria labantur:eo quod quandoq; cum religione cōcedunt:& alias negant.& quo ad ueritatem nullam rem ī uno loco negamus:quod in alio approbare possimus: sed potius contra hos q similibus utuntur facile procedere possumus : eo quod unumquodq; contrarium ad expellendum suum contrarium tendit:dummodo particularem defensorem non habeat: & unus solus auctor non potest esse pticularis defensor duobus contrariis ab ipso positis : Ideo oportet quod ambo contraria deleantur:aut q̄ nullam habeant fidem.Quapropter religiosi qui quandoq; cum irreligiosis conformes sunt:asserendo:quod philosophiam assequuntur:si hoc cum lege non consonat: q̄uis in aliis locis de lege tractantes ipsam legem ueram esse concedant:nil prorsus ualet:si precise non tendūt ad destructionem illius:quod alibi scripserunt. ¶Rursus ad replicandum quedam preterita acceda

mus:quandoquidem in toto rerum numero totam perfectionem esse asserunt : & hinc prouenit quod quidam etiam inferant:deū non posse meliorē mundū creare:q̄ creauit:licet aliquā creaturā meliorē: non tñ oēm:quoniam in toto est ultīa perfectio:cui nihil potest accidere.Sed contra hanc opinionem nos ita petimus:si totus mundus est alius a partibus suis simul:qualis est mundus iste totus:quem tu di cis:qa nunquam ipsum uidimus:necq̄ aliquo sensu sentimus:nisi i termino seu uoce tantum: uerūtamē de toto mundo nō constante de celis elementis animalibus aut aliis rebus cōpositis:ac de angelis: ani mabus rationalibus:sensitiuis:uegetatiuis:aut similibus:nos quippe nullam rectam cognitionem habe mus.Iccirco concedendum est:quod alius mundus sit ab isto de partibus constans:si modo talis mūd9 datur non constans de partibus:& sic duo mundi:quod stare non potest:uelut hic & alibi probať:quū oīa dependentia in denumeratione mundi ingrediantur. ¶Eo magis quod dum dicitur totum: tale totum de omnino absolutis intelligi potest:nulla dependentia absoluta.omnia preter deum depēdēt: ideo extra deum:nulla res absoluta:nullum totum quod non constat de partibus est dependens: totus mundus est depēdens igitur mundus non est totus alius a partibus simul. ¶Etiam secundum aristo telem quecūq̄ sunt in mundo constant de materia & forma preter deum:qui est actus purus ; & quic quid de materia & forma seu de actu & potentia est:aliqualiter compositū:Et sic dato quod aliqua uni uersalia ut humanitas:in his particularibus dentur:uduti uniuersalitle aiunt:illa uniuersalitas cum isto particulari unū indiuiduū componit:utpote hominem:sed humanitas per se non est homo:nequidem corpus & anima sine humanitate rōnalitate & mortalitate.Et ita constat:nullū hominem inueniri:qui de partibus simul congregetur:& sicut iste homo ad totalitatem suam se habet:ita & oēs alii ad suā to talitatem.& quemadmodum homines:ita & alie species:atq̄ mundus ad suas totalitates.Quoniam ue ro si deus ut per uos conceditur illum hoīem meliorem agere potest:etiam illum & alium atq̄ omnes: & si oīa aut omne totum preter deum constant de partibus simul sequitur:quod deus potest totū mun dum meliorem agere:eo quod potest in oībus partibus ipsius mundi maiorem perfectiōem ponere:in quo mundi bonitas consistit:quia de ipsis partibus simul totus mundus constat. ¶Pariter in his opi nionibus alii errores concluduntur:quoniam inferendo:quod suisset difficultas in tota natura aut i ipo deo si potuisset creare meliorem mūdū q̄ creauit:& noluisset:i qbus uerbis cū aristotele conueniunt:ubi asserit:quod quicquid deus agit:necessario ac de toto posse suo agit: Et qui dicunt deum & naturam semper que bona sunt operari:& nihil frustra agere:hoc posito:deinceps tenere oportet : particularia non gubernari a deo:quoniā in ipsis uaria que bona non uidenť i dies accidūt.Sed religiosi qui sum mam libertatem in deo probam9 tam in particularib9 q̄ in uniuersalibus deū intelligere ac prouidere dicimus:qm̄ deus noster multo ualidior deo per aristotelem assignato:Et tamen uniuersalia abstracta secū'dū aristotelem nulla inueniūtur:quū imaginat9 sit nō dari materiam sine forma:nec formam sine materia.Que autem de materia & forma constant:particularia sunt omnino. ¶Preterea concediť: qđ oēs hoīes maiorem numerū perfectionū habeant:q̄ unus solus:sed non propter hoc omnino perfe cta omnia continem9:ut a nonnullis diciť inaduertentib9 qđ loquanť:asserendo omnes homines om nia scire.Et ferme in cōi prouerbio ferť:& tamen falsum.quoniam pauciora sunt q̄ scim9:maiora uero que ignoram9. ¶Et sic aristoteles inqt ea que scim9:sunt minima pars illorū q̄ ignoram9:tamen di cere possum9:qđ omnes homines multa ac uaria sciūt:& poti9 omnes q̄ unus sol9.hoc aūt sciť non est de propria hominis essentia:Nā sine ea homines esse possum9:ita qđ multa ac uaria inter plures & pau cos contingere queūt:non tamen in essentialib9.& sic non sunt magis rōnales & mortales omnes ho mines:q̄ un9 solus essentialiter assumendo:& qa iste homo ita rationalis:sicut & omnes de ipso habeť scientia:ac si de toto hominū numero assumerem9. ¶Denīq̄ ubi logici inqunt:non seq hoc dū di ceremus:necessario omnis homo est animal:sortes est homo:igiť necessario sortes est animal : inferēdo quod antecedens uerū & consequens falsum:ista imaginatio quis iter logicos diuulgata de uirtute uo cabuli:aut qūocūq̄ assumať falsissima.Si enim secūdū platonicos caperetur de uniuersali in abstracto intelligendū erit:& homo in abstracto siue in uniuersali nullo modo pluralis esse potest:quia tunc non uniuersalis.& in propositione dr̄:omnis homo:& de uno solo iuxta uirtutem sermōis minime omnis di ci potest.Qua de cā incorrepte poneret dicendo:aliqđ animal est omnis homo:aut homo ē omnis ho mo.Vnde omnis homo est animal:intelligendū est pro isto hoīe illo & alio:q̄ hoc illud aliud & aliud animal sint:dū conuertibilia q̄ realia in illo tūc intelligunť.Sed assumendo terminū pro p̄dicato :unū tm̄ de plurib9 predicari potest:eo quod cū nullo conuertiť.Verūtamē dū de reb9 propriis siue de pri mis intentionib9 assumim9:sicut iste homo ille ali9 & ali9 non sunt unus homo:Sed plures:ita & iste il le & alius homo:plura animalia & non unū tantū animal. ¶Et si inferť:qđ omnis de homine in uni uersali recte dicať:in eo qđ non repugnat sibi in plura transire hec est alia falsa:quum nullo pacto in plura uniuersalia trāsire queat.Et si per transmutationem in alteram figuram intelligis:etiam iste par ticularis homo est apt9 absq̄ repugnantia natuř ad transeūdū in alias species seu particularia corpo raliter assumendo:eo magis quod si uniuersalis est homo in abstracto:iste particularis non est hō :nisi equoce caperet:quum nimium in modo essendi a proprietatibus differant.Et si iuxta aristotelicam uiā caperemus:simul de toto particularjū numero intelligas hic quoq̄ manifestus error inueniretur.quo

niam:ut superi9 explicatū est:si omnes homines particulares simul sunt necessario:necessario itidē de-
terminatū numerū habent:Et quisq; numerus quo ad cōmunem uiam de unitatū unione cōstat .Nūc
sic:ea de qbus in principio originaliter constamus:premissa nostra sunt.Quod si aliqua premissarum
falsa:falsa itidem consequentia siue compositū:Itaq; op9 est ad necessariam cōsequentiam necessarias
esse premissas. ¶Numerus omnium hominū constat de particularibus unitis tanquam de premissis:
igit & omnes particulares homines.Quoniam premisse supra numerū suum:sunt necessarie.Sortes est
un9 istarū premissarū:ergo sortes necessari9 est in ipō numero.Quapropter facile uideri potest falsum
esse:quod omnis homo necessario sit animal rationale:& sortes uero non eo quod omnis homo cōtin
genter animal rationale sit.he autem sunt antiquorum uie:quas logici assequi solent : Sed false quo ad
ueritatem:quia contingenter omnis homo euenit:& contingenter quoq; iste & ille:quoniā libera dei
uoluntate producti sumus. ¶Demum de hoc termino ois cognoscamus:quidnam sit:eo quod pluri
bus tantum impedimenti inhibet.Et hic ut facilius sciatur primit9 de uirtute uocabuli uidēdum est:Ab
antiquo enim distincta uocabula ad plura:& distincta ad unum solū habemus:que per naturam nō ui-
dentur posse confundi:siue alterū pro altero assumi.Nam q̄uis papa cōmunis seu extensus ad multorū
administrationem sit:incongruū esset dū diceret:papa administrant bona ecclesie:quia administrat di-
cendū est.Et si de pluribus papis intelligimus:pape administrant pronunciamus : rex agit & non rex
agunt:& parimodo hi termini ut omnis:qlibet:& qeūq;:penes intrinsecam suam proprietatem de plu
rib9 dicūt:& aliqs & qdam termini ad significandum de uno solo positi sunt:& dicim9 positi eo quod
omnis nullus quilibet & similia de se nil extra hanc uocem seu scriptum significant nisi in solo aliarū
rerū respectu:ita quod iste terminus omnis nullatenus de uno solo significare potest:nisi de plurib9 si
mul congregatis.Quoniam iste terminus q̄uis in se unicus intrinsecam habet uirtutem semper signi-
ficandi de pluribus particularibus ad inuicem distinctis:quāquam super uno solo sedere uideatur: uelu
ti dicendo:ois papa administrat:quia iste terminus papa ē singularis aut de uno solo significans:& ta
men addito omnis agit significare de omnib9 papis distincte assumptis:qui fuerunt:sunt:& erunt : qm̄
de uno tantū significare non potest:qusi ad plura nat9 sit.Nam si omnis de presenti tantum loqnur:
non possumus dicere ois papa administrat:quū un9 sol9 sit:sed assumendo istū illū atq; alium q fuerūt
sunt & erūt particulati:pōt ibi manere iste terminus ois.Et quod termini tm̄ uniuersales sint idest posi
ti ad plura significanda:per auctoritates omnium antiquorū comprobari pōt:ueluti dicendo predica
mentū est coordinatio pluriū terminorū secūdū sub & supra:& diuidit in decem predicamenta:scilicet
hic terminus predicamentū:quorū primū est predicamentū substantie:cuius generalissimum ē iste ter
minus substantia:sub quo ponit iste terminus corpus:in quo palā pbat qualiter penes antiquos in ter
minis tm̄ uniuersalia assumunt.

Quomodo multa contra legem:& naturalem philosophiam falsa cōmittunt :qui di-
cunt species rerum esse necessarias:atq; eternas:ueluti ponēdo ois homo necessario
est animal rationale:qa eternus. Cap.lxxxviii.

¶Hic uero absq; alia tortura multa de secretis hominum in cordibus abscondita allicere possumus:
scilicet dum tractatur:ut uisum est utrum de particularibus:an de uniuersalibus tātū habeatur sciētia.
Et quum in cōmuni opinione inueniat dūtaxat de uniuersalibus haberi scientiam asserendo quod sciē
tia solum intelligitur de eternis & īpossibilibus:aliter se habere.hoc assumpto:& concesso ut per omnes
scholas nunc asseritur:nil aliud est q̄ in modo indirecto seu abscondito cuncta mala siue heretica con
tra legem opponere.Et quod ita sit probatur.Nam si quilibet homo necessario est animal rationale &
mortale:eo quod ab eterno talis:quisnam a deo insulsus:quin cognoscat nil aliud hoc esse q̄ per indi-
rectam uiam affirmare mundum esse eternū:& ulterius si aliqualiter a deo dependet ut aristoteles inqt:
necessario dependet: aut quod deus necessario dat dependere:que fundamenta de eternitate mundi ex
parte priori:& de necessitate ex parte dei in creaturis aut ex parte ipsarum creaturarum cuncta mala
contra legem concludūt:& tñ in scholis nostris frequenter legitur cū affirmatione maxīa:quod peius
est dicendo de eternis & necessariis tantū habemus scientiam.hec est uera ac de genere scientiarū : ois
homo est animal rōnale & mortale:ergo ista est necessaria atq; eterna:quod absolute hereticū est:con
tra legem:& naturalem philosophiam.qm̄ unum eternū & necessariū esse potest:non aūt plura : ut in
pluribus locis iam uidimus.Tandem mirandū est de sequacibus religionis:cur hoc dicant: aut qūo te-
nere possunt totū mūdū esse simpliciter nouū creatū.atq; unū solū mundū dari:& deinceps platonem
uel aristotelem sequentes ponant eternas species.hoc enim nec lege nec naturali philosophia stat po
test:neq; ualet:ut in pluribus locis a nobis probatur:quod idealiter creature sunt ab eterno in deo nō
magis idea omniū hominū q̄ idea mea & tua:qui particulares sumus & per istos legis sequaces & irre
ligiosorū opiniones simul infertur:non esse necessariū:iste homo est animal rationale & mortale:eo qd
contingens:sed omnis homo est aīal rationale & mortale non contingenter:sed necessario in qua di
stinctione per eos facta multa praua ab eis posita detegunt.qm̄ secūdū legem & rōnem totus mundus

mera ac libera dei uoluntate dependet:atq; simplex principium habet:& qlibet homo perfecto nume ro assumptus pro multis aut paucis pars mundi est.totus mūdus libera uolūtate dei ac per simplex pri cipiū dependet:omnis homo est pars mundi:igit̄ omnis homo ex mera uoluntate dei dependet: & pri cipiatus est.Iste homo dependet ex libera uolūtate dei:& est principiatus:ergo easdem regulas necessi tatas aut liberas habet:quas qlibet homo:Ita quod abiiciende sunt he opiniones ubicūq; inueniētur. Et si aliqui sancti hanc quoq; opinionem assecuti sunt:non ex hoc sancti sunt uocandi:nisi in eo quod legem sunt assecuti:& hoc precise contra legem est de opinione platonis atq; aristotelis assumptum.

¶Et concesso q̄ beatus augustinus aliqualiter uideatur eternas ideas concessisse platonē sequendo:iā in pluribus semetipsum detractauit:in quo palam approbat q̄ q̄nq; oēs homines errar̄ possumus:Quā q̄ he propositiones quod solum de eternis & necessariis habeatur sciētia:& quod oīs homo est animal rōnale & mortale:necessario:eo q̄ ab eterno:ubicūq; inuenient̄:sunt penitus delende.nam similia in le ge & naturali philosophia tenere ridiculū est.Qui enim similia ponit:quid dicat per mera pricipia mi nime discernit:ut iam in secūdo libro tractando de his uidimus. ¶Et qui religiosi sunt:semper ante oculos habere tenent̄ In pricipio creauit deus celum & terram in q̄bus uerbis omnes ipsius mundi eter nitates excluduntur.

¶Qualiter in fundamentis explicatis atq; precognitis:non autem in confusis scien tia nostra fundetur.Vnde fit:q̄ de particularibus ac de unoquoq; coniunctim simul cum aliis:aut separate scientia habeatur. Cap.lxxxix.

¶Aristoteles sexto ethycorum ait:non sufficit ad scientiam alicuius ut sciatur in uniuersali & confu se:sed oportet scire determinate & distincte.Deinceps omnis doctrina est de precognitis. quocirca di stincto modo scientiam nostram precise de particularibus esse affirmat:quāq̄ de isto illo ac de ceteris si milibus asserat.hic enim uniuersaliū confusiones excludit:& ad distictam atq; particularem cognitio nem nos admonet.Et dū dicit:omnis doctrina est de precognitis:particularium quoq; doctrinam desi gnat:quandoquidem omnes homines q̄ fuerūt:sunt:& erunt:a nullo hoīe noti sunt:nisi quod aliq par ticulares dūtaxat noti sunt nobis:qui etiam particulares sumus. ¶Verumtamen per preteritā cogni tionem iam a sensibus collectam de presentibus atq; futuris iudicamus.hic autem plures decipiunt cō fuso modo assumendo:credentes dum omnes dicimus:quod de uno tantum omnino indiuiso intelliga mus:& quo ad ueritatem de consuetudine loquendi:ubicūq; plures particulares eiusdem speciei con gregant̄:omnes dicimus quanq̄ de isto & illo in aliorum societate itelligamus:precipue ubi omnes sub una specie contentos intelligimus:quid de isto illo & alio:& sic de oībus absq; aliqua exceptione parti culariter tamen assumptis capimus. ¶Et si deuenire uolumus ad primum argumētum: in quo plato & aristoteles fundari presumunt:palam reperiemus nullam ibi uim contineri.Quoniam in primis asse runt:quod de infinitis scientiam habere non possum9:que propositio absolute assumpta negatur:licet non sciamus omnia p̄cise infinito competentia:tamen aliqd cognoscimus.Deus infinitus est:nihilomi nus infallibilem de ipso habemus scientiam:ueluti quod est:& quod cunctis rebus dat depender̄. quod est ens exemptum:actus purus ab omni compositione alienissimus:eternus sine prioritate & posterio ritate ad operandum:quecūq; uult in uno solo instanti potens:omnia comprehendens:absq; aliqua fi gura tanquam superficiali:a sensib9:& intellectib9 nostris comprehēdibile.Vnde proculdubio proba tur:aliquam a nobis infallibilem scientiam de infinito colligi posse. ¶Vlteri9 dum dicitur:quod par ticularia sunt infinita:& ob hanc causam de iis scientiā habere non possum9:negat̄:quum ibi pl9 & mi nus detur:quod est contra infinitatem:& ablato infinitatis fundamento:restat de particularibus habe ri scientiam. ¶Hic autem merito ab istis auctoribus audiendum est:quatenus hec uniuersalia intelli gant:ueluti homo.Nam homo aut quod est una res cum his particularibus:aut alia:seu quod isti parti culares aut continent aliqd de eadē natura qua illud uniuersale aut non.Si uniuersale hoc est aliud ab his particularib9 falsa qdem est cogitatio nostra:quando in scientia de hoībus loq presumimus: Quū nō de istis nec de specie eorum:Sed de alia specie loquimur.Quoniam uniuersale & particulare ad mi nus in specie differunt.& si dicis:quod homo in cōmuni est idem cum his particularib9:cur asseris qd̄ uniuersalis sit:impossibile enim est particulare & uniuersale in re idem esse. ¶Vlteri9 si particulares homines aliqd habemus in nobisipsis simile illi uniuersali:curnam de eo in quocunq; homine singula riter assumpto scientiam habere non possumus?Quia unusquisq; de uero ordine in seipso iudicādus est:non autem in altero.Ideo si quisq; nostrum rationalis & mortalis est:de hac parte scientiam haber̄ possum9.Et si infertur:ut fieri solet:quod de omnibus simul iudicium assumimus:qua de re magis cōgre gati q̄ separati:hec eni congregatio omnium hominum solummodo est per opus intellectus. Verum in re unusquisq; est ab omnibus aliis diuisus:& in habitatione tum procul & tū circa manemus.Sed pe nes quamcunq; cogitationem assumatur:quippe quod nūquam faciemus:ut plures in uno solo simpli citer concludant̄:ita quod q̄uis omnis sub uno termino dicamus:si ipsos homines uere intelligere uo lumus:oportet quod ueluti sunt eos assumamus:nāq; aliter falsa erit nostra intellectio. Et quia plures

homines & unusquisq; ab omnibus aliis diuisus taliter capiendi sunt dummodo scientiam de eis habe re uolumus. ¶Et quis absolute uideatur assumi dicendo. Animal est substātia animata sensibilis: nō intelligas: quod una sola substantia uniuersalis sit aīata & sensibilis. Nam ueluti dicēdo animata & sen sibilis duas distinctiones assignamus: primam scilicet inter substantiam animatam & inanimatam: & se cundam īter animatā substantiam uegetatam tantū & substantiam sensibilem: parimodo distinctio di uisa daī inter substantiam sensibilem & substantiam rationalem siue intelligibilem. ¶Et cōcesso: qđ oēs aīalium substantie ab una & eadem origine emanent: nō ex hoc substātia posita in aīalibus ē una: quū ibi distincte perseitates sint non tantum per gen9 & species: Verum etiam per particularia. Vnde sequit: qđ substantia animata equi non est eadem substantia cū substantia hominis: neq; substantia isti9 hoīs est substantia illius: ex eo quod alia atq; alia: Ita quod absurdū est inferre: Ego sum substantia aīa ta: & tu substantia animata: equus substantia aīata: & leo similiter: ergo omnes sumus una sola res atq; idem: quis similitudinem in animatione habeamus. Sed simile non dicit idem: nam si idem nequaquam ibi similitudo daretur. & quod hoīes & eq ac cetera animalia idem non simus probatur: Si enī idem esse mus moriente equo homo itidem ceteraq; animalia eodem īstanti morerenī: Et si de equo sciētiam ha beremus: ēt de hoīe atq; oībus aīalibus equaliter haberemus. conceditur quod oē animal proprie dictū sit substantia aīata sensibilis: & quod oīs substantia animata sensibilis sit animal: qa simpliciter conuer tuntur. Verū alia & alia animata substātia: & aliud atq; aliud animal: ego enī sum substātia animata: & tu substantia animata: ego animal: & tu animal: & tamen ego non sum eadē substantia animata ut tu: neq; idem animal: igitur alia & alia substantia animata: atq; aliud & aliud animal. ¶Si uero substan tiam uniuersalem animatam ac sensibilem queris: quonam pacto hec inueniri potest: quum iam ipsam particularizatam denomines: quia ab aliis substantiis diuisā: & patet. Quoniam alie sunt substātie in animate: & alie animate insensibiles: hoc est uegetate tantum. ¶Preterea deus est substātia: angelus substantia: animal rōnale substantia: & non sunt substantia animata sensibilis. Celum est alterius mate riei & alterius substantie ab elementis: quoniam una generabilis & corruptibilis: & alia īgenerabilis & incorruptibilis. corruptibile uero & incorruptibile plusq̄ genere dicunt differre: sub quo ordine celi & elementa non possunt esse eiusdem generis: nequidem unum elementum est precise idem cum alio: ne q; unum accidens cum alio penit9 conuertitur. Quoniam album & nigrum sunt accidētia: frigidum & calidū accidentia: & tñ album non cōuertitur cū frigido neq; calido. Ita quod aliud & aliud accidēs da tur: in quibus omnia accidentia consistunt: qa oīa dicimus assumendo hoc illud & aliud sub una uoce uel eodem termino: tñ uarie res sunt: quoniam de una sola re simpliciter assumēdo nullatenus recte di ci potest accidentia: nisi accidens eo quod iste termin9 accidentia plura cōprehendere significat: & ubi plura falsum est inferre quod ibi simplicitas dicatur. ¶Celum penes nonnullos philosophos corpus animatum est seu substantia: unde ipsum animal uocant: tamen non dicunt esse sensatum: nisi itelligēs ac uolens tantum. ¶Plato in thymeo asserit: quod celum & homo dūtaxat ītellectuam animam siue ītellectum habent: propter rotūditatem celi & rotunditatem capitis hominis. ¶Et aristoteles unde cimo methaphysice: Corpora celestia sunt animata & non habent de uirtutibus: nisi intellectum anime & uoluntatem. Ideo quod de mente platonis & aristotelis celum est animal & tamen non substantia sen sibilis. Vnde constat de eorum sententia non quodlibet animal esse substantiam animatam sensibilem: & quod sensibilis non sit satis consonare uidetur: qa secundum quod a natura experiri possumus: om nia sensibilia animata atq; uegetata generant sibi similia: celum non generat sibi simile: uideī ergo ne q; sensatū neq; uegetatū esse. ¶Preterea circa quosdam philosophos utpote platonicos Demones animalia sunt: & tñ intellectuales tantum: insensati: ingenerabiles: atq; incorruptibiles. Vnde de multo rum sententia constat: quod dicendo animal est substantia animata non infertur de omnibus animali bus. Et quēadmodū hic seu in principio plura animalia & non unum tantum uniuersale inuenimus: ēt in posterioribus seu ubiq; plura animalia dārur: & nō unū solum uniuersale. ¶Item quod plura sint animalia & non unū tm̄: quis uideatur in singulari numero declinari palam cōmuni philosophorum uia probari potest: ueluti in conuersione propositionum. quoniam de uniuersali sententia dr̄ hāc pro positionem ualere: scilicet omnis homo est animal: non autem si diceremus omne animal est homo: igi tur iste terminus omne animal intrinsece plura particularia significat. Si enī homo: leo: Aquila: serpens & similia idem animal uniuersale eēnt simpliciter animal: cum quolibet particulari uniuscuiusq; speciei conuerteretur: & tunc esset unum in multis īdiuisum: ueluti plures imaginati sunt: quod aliter est intelli gendū: quēadmodum in loco suo exponitur. Sed quum omne animal plura dicat q̄ omnis homo: sequi tur tale aīal non esse in una sola simplici potentia: nisi quod plura animalia refert īter se diuisa. Nam si indiuisum & unicum idem esset simpliciter absq; alia consideratione: dum diceremo omne animal est homo: aut omnis homo est animal: & sic de reliqs animalibus. Et quemadmodū hic exponimus de uno quoq; particulari in quacunq; specie est assumendum. Quoniam bene ualet promendo: iste homo est animal rationale & mortale: Sed non ualet econuerso: ut omnis homo ē iste homo uel istud animal ra tionale & mortale. Quocirca dum omnis homo dicitur: non de uno solo uniuersali aut quomodocūq; assumere uolueris: sed de pluribus asseritur. ¶Tandem ad qd capita tundere uolum9 exemplādo cō

tra nolentes dictis suis parere: quandoquidem de cõmuni sententia presertí uniuersalistarum in prima animalis diffinitione ponitur substantia animata sensibilis: Et sensibilis a sentiendo dr: ex eo quod quã doqꝫ sentit: & in diffinitione hominis rationale & mortale ponunt. Quod si hec rationalitas & morta litas nunquam ad actum deducitur: frustra datur hec potentia. Et si homo interdum ratiocinatur & in terdum moritur: sequitur necessario: quod in actu atqꝫ particularis sit & non eternus: sed i tempore ge neratus. & in tempore corruptus: ex parte mortalitatis. eternum eni mori non potest: seu generari aut corrũpi: & quod homo ratiocinetur & moriatur in quibus actibus eius diffinitionem ueram esse proba tur: non modo per rõnem: uerumetiam quia apud omnes sensus patet: contra quos nulla preter obsti nationem uera probatio assignari potest. ¶ Animaduerte quod dũ dicim9 omnis homo est animal rationale & mortale: hoc pro regula cõmuni ad plura particularia intelligimus: uerũtamen ob simili tudinem ipsorum particularium inter se: tunc quum de uno intelligimus de quibusqꝫ aliis sciẽtiam ha bemus: qa iste homo rationalis & mortalis: & ille similiter: Sed nõ idem: similitudo enim aliud atqꝫ aliud refert. Et tamen habita scientia de hac similitudine: eodem quoqꝫ instanti de ceteris similib9 habet sciẽ tia. Nunquam enim uidimus mori hũc hominem aut illum in sanitate nunc uiuentem: nihilominus a si milibus aliis quos uidimus generari & mori asserimus quod generati sint & morituri. ¶ Vlterius peti mus: utrum dicendo omnis homo de omnibus particularibus intelligatur: de aliquibus aut de nullo: si de omnibus: pronunciando omnis homo est animal rõnale & mortale: de isto & illo ac de ceteris parti cularibus intelligitur. Si uero de aliquibus & non de omnibus: cur magis de istis q̃ de aliis: si omnes ho mines particulares similes sunt. Et si de nullo particulari intelligitur: sequitur: quod nulla de particula ribus hominibus habetur scientia: neqꝫ de ipsis intellexerunt antiq: quum postularetur & responderet quid esset homo: quod male sonat: Tunc enim sequeretur maiorem curam de alienis q̃ de nobisipsis ha bere. Tandem merito expostulandum est: quonam pacto de homine in cõmuni scientiam habere po tuerunt: quin sit iste ille atqꝫ his similes. Nam circa omnes sapientes: omnis nostra scientia de precogni tis constat: & nullus uere cognouit hominem uniuersalem: nisi plures particulares: tum simul & tum se gregatim. Et si responderes quod de omnibus particularibus simul scientia habetur: rursus querimus: q̃ liter simul sint necessarii & segregati contingentes: eo quod penitus iidem homines sunt. Si forsitã nõ imaginaris quod uis unita fortior sit q̃ segregata: sed hic nequaquam ad propositum. Quoniam for tior unio de uiribus corporeis designat: non autem de rationalitate & mortalitate. homines enim tam segregati q̃ cum aliis uniti rõnales & mortales cognoscunt: Et illud quod tale cognoscitur est necessa rium pro illo tunc tale esse. Quilibet homo ex natiuitate usqꝫ ad mortem cognoscitur ratiõalis & mor talis: igitur qlibet homo dum uiuit necessario est animal rõnale & mortale. Maxime quod de intentiõe plurimorum hominum: dum animal rationale & mortale dicimus: de isto homine uel illo aut de simili p ticulari intelligimus. Quidam tamen nolunt in istis necessarium attribuere. Quãobrem facile cõtra ip sos arguere possumus: ad probandũ non esse homines ut dicendo: sub tua propositione necessario om nis homo est aĩal rõnale: per te: tu non es necessario aĩal rõnale & mortale: igitur tu non es homo. ¶ Et si responderes quod contigenter & non necessario: iterum asserimus: quod aut tu nõ es simul cũ omni homine aut necessario es animal rationale: est necessarium simul cum omni homine: & omnis hõ est necessario animal rõnale & mortale: ergo & tu. Quod si protinus tanquam obstinatus negares: ali quam demonstratiuam rõnem adducere teneris. Nam concesso: quod tu contingenter sis animal ratio nale & mortale: dum es necessario es talis. Vnde sequitur: quod necessario unusquisqꝫ homo: quomo docũqꝫ assumatur: dum uiuit sit animal rationale & mortale: quia ante generationem & post mortẽ ho mines non sumus. ¶ Et si chymerice cogitares unam esse substantiam animatam: sensibilem: rationa lem & mortalem ab eterno uiuentẽ: dato hoc inconuenienti pluralia sequi possunt: quum homo in sua diffinitiõe mortalis uocetur: ubi eternitas fundari non potest. Demum similia in negantibus creationẽ aliqualiter stare possunt: q̃uis nullã probationem adducere queant. Sed quonam modo religiosi deno minari possumus: & simul arguere: quod homo in cõmuni siue in abstracto aut omnes homines simul sint necessario atqꝫ eterni: quũ hoc simpliciter contra creationem & ueritatem producatur: quoniam solus deus necessarius: & deus omnes creaturas unam ab alia distincte denumerat ac propriam perse i tatem prebet. Vnde sequitur quod si iste homo est contingenter homo: ille & alius similiter: & quisqꝫ p ticularis homo contigens: scilicet non necessario productus de mente diuina: nequidem de intrinseca natura: sed dũ iam est: necessario est animal rõnale & mortale. Aristoteles in libro posteriorum ait: que per se sunt necessario sunt in rebus: Et subdit omne quod est aut per se est aut secũdũ accidẽs. ¶ De nuo autem Accidentia non sunt necessaria: In quib9 sane ostendit: quod ea que creata sunt eterna eẽ non possunt: neq dẽ necessaria. & sic non decet religiosos tenere: hominem aut aliquod aliud depẽdẽs esse necessariũ: eo q d ab alio creatum dicit & non a se.

¶ Quamobrem nulla uniuersalis seu potentialis cognitio eterna in deo est homo: & quod omnes generationes omnes uere diffinitiões in his particularibus tm̃ fundant atqꝫ perpetuantur. Cap. xc.

¶ Quū superius decertauerimus: quonam modo de particularibus atq; existentibus: nō autē de uni uersalibus in pura potentia scientia detur: in hoc capitulo aliquibus aliis dubiis a qbusdam adductis re spondere oportet: ueluti dum asserunt diffinitiones nullatenus in particularib9 fundari posse: eo quod nunc sunt: parum post uero non sunt. diffinitiones sunt semper: igitur nequeunt fundari in subiectis q̄ semper non sunt. ¶ Tandem huic dubio bipartite respondemus: uidelicet secundum religiosos: & ēt penes irreligiosos. ¶ De sententia irreligiosorū siqdem particulares homines ab eterno sunt: & nun quam deficere queūt: & insuper de mente multorū uniuersalia minime extra particularia dantur: quo fit non posse magis particularia deficere quam uniuersalia: nō deficit magis hoc quam illud: ergo si cā durationis diffinitiones in uniuersalibus fundari possunt: parimodo & in particularibus etiam melius: quū habeatur: destructis particularibus & oīa que in eis sunt deperduntur: uniuersalia sunt in particu laribus: igitur non potius durabilia quam particularia ipsa. ¶ Ampli9 asseritur species rerū eternas esse: & unaqueq; res ab intrinseco appetit sibi similem generare ut speciesi qua manet perpetuetur: in quibus uerbis duo potissime denotantur. primū quia generaf particulari nō autem uniuersali attinet: secundum quia uelle perpetuari per uiam generationis: palam ostenditur: quod si generationes cessa rent: species derumperentur: & si species fuissent eterne: nullatenus perire potuissent: quamuis nulla da retur generatio. ¶ Itaq; nos in his & similibus aliis que sensibus patent fundamur: dum asserim9: dif finitiones particularia habere pro subiecto. nam posita auiditate animalium: exēpli gratia: ut hominū: & a deo conseruata: impossibile est de naturali cursu: quod homines non generenf & nascanf. ¶ Et qa omnes homines similes sumus ad similitudinem unius omnes alios recte diffinimus: & ita dicendo omnis homo est animal rationale & mortale per queq; hominem: dum est intelligimus. substentatur ta men ueritas istius diffinitionis: dum homines sunt. hactenus in hominibus qui iam preteriti sunt: nunc in presentibus: postmodum in futuris. & ita patet: qualiter diffinitiones possunt ueritates suas in parti cularibus rebus obseruare. nam sub nullo sano intellectu cadere potest: quod dum dicimus omnis ho mo est animal rationale & mortale de aliquo cōmuni in pura potentia itelligatur: quum palam iste ho mo sit animal rationale & mortale ille alius & alius: & res manens in pura potentia nunquam cum aliq manenti in actu conuerti potest. ¶ Secundum penes religiosos siquidem adhuc potius necessario te nendum sit: hanc diffinitionem in particularibus fundari: quoniam nullam speciem nullam aliam rem preter deum concedūt. unde non possunt potius eterna denominari uniuersalia in potētia: quam par ticularia in actu. ¶ Maxime qa omnes diffinitiones sunt in actu: aut quod dicas in uerbis uel in intel lectibus: quod ab omnibus conceditur. ¶ Insuper oīs bona diffinitio cum suo diffinito conuertitur: nullatenus potest conuerti diffinitio in actu cum subiecto in pura potentia constat nullam ueram diffi nitionem posse dici de aliquo uniuersali in pura potentia. ¶ Preterea prius est act9 quam potentia: & probatur: quoniam prius esse quam non esse ante perfectum quam imperfectum adhuc clari9. omnis pura potentia dicit respicientiam ad futurum super illud quod uenturum est. omnis actus dicit de pre senti: presens est prius futuro: igitur actus est prior potentia: & id quod in prioritate essendi precedit a natura loquendo quoq; i perfectiōe durationis precedit: ut patet qa perfectum plusquam iperfectum ut corruptibile magis quam icorruptibile. actus est perfectus: & potentia iperfecta: concedere oportet actus durabiliores esse: & ita nulla inuenitur res: qui de presenti in actu maneat. nam omnes aptitudīes nostre: omne esse pro hoc nunc in actu existunt: licet imaginarie ad futurum dicatur ī potentia: nos ta men hic de realibus rebus loqmur: non autem de imaginariis. ¶ Et quamuis de imaginatiōibus siue itellectionibus capiatur: oīs consideratio: oīs intellectio in se positiua atq; realis de presenti ī actu est: tamen sepenumero id de quo consideramus nondum est: ueluti imaginaretur de edificando aliquā do mum in futurum: aut de generando filium ex parte domus aut filii edificandi pro nunc nil est: neqdē in potentia. sed nos sum9 in actu imaginando & aptitudinem habentes ad opandum in aliud tempus: quod nōdum est: sed nunquam operamur i preterito: nunquam ī futuro: imo tantum de presenti. & qa de presenti tantūmodo opari possumus: & existendo ī actu est īpossibile aliquam ī nobis esse potentiā ad operandum ī futurum seu extra presens: aliquod presens intelligas quod neqdē operari potest: nisi manendo ī actu. ¶ Hoc posito & experientia probato ita sehabere: concedere oportet: nullā rem eē in pura potentia realiter capiendo: nisi imaginarie considerando de illo quod quādoq; erit: quod nō dum est. nam si aliqua res daretur que ī quocunq; presenti non existeret: & aliqd non operaref frustra aut tanquam uacua ī natura esset: non conceditur penitus ociosum in natura: ergo nulla imaginatio nulla res in anima neq; extra aīam datur: quin existat & quod hec uel illa non sit particularis in actu assumpta. ¶ Nam quamuis aliqualiter ens ī aīa uel termini īscriptō seu uoce causa maioris compre hensionis tanquam uniuersalia quoqūo concedantur: nō ex hoc uniuersalia simpliciter sunt: neqdem ī pura potentia. nam hec diffinitio seu terminus dicens: homo est animal rationale & mortale particula ris & ī actu est: dato quod de oībus hoībus simul predicetur: nihilominus ipā diffinitio hec particularis est & a pluribus hoībus pronunciatur atq; ī pluribus uocibus: & ista uox non est illa: licet per easdē lit teras pronuncietur. scientia quam de hoībus habemus hec scientia particularis est ī actu: & sciētia mea non est scientia tua: nisi alia & alia: quamuis similes & de eisdem hoībus agentes: tamen uniuersalis sciē

tia denominatur.qa de pluribus dicit ſimul.ſed hec uniuerſalitas non eſt ex parte ipſius ſcientie īquan
tumunica:niſi īquantum plura ad extra aſpicit:ſub quo ordine etiam unaqueq; res uniuerſalis eſt: ut
patet:qa unuſquiſq; noſtrum in oibus punctis cōmunicabilis eſt pluribus rebus:& tamen unuſquiſq; p
ticularis in actu:& ea que cōmunicamus etiam particularia & in actu ſunt. ¶Amplius de hoie eter
no in mente diuina quem nonnulli imaginantur in hoc loco excutiendum ſit:& ut facilius noſipſos in
telligamus tanquam fundamentum ſemp capiemus:quod prius ſit act9 quā potentia. qm̄ oportet unā
quāq; rem per prius eſſe:quam poſſet aliqd operari:preſertim dum ad extra opatura eſt. ¶Nūc ſic:
deus eſt actus purus in quo nil de potentialitate cōmiſcetur ex natura propria:nequidem aliena. quo
niam exemptus ab omni compoſitione alieniſſimus:conſtat ergo nullam creaturā potētialiter ab eter
no eſſe in deo:quū quicquid in deo eſt deus ſit:& deus actus purus. ¶Et dum dicitur deus intelligit
nos ab eterno & nos non ſumus eterni:igit̄ in intelligentia dei ab eterno potentialiter ſumus. ¶Ta
men reſpondendo huic cōmuni opinioni aſſerimus:quod intelligentia in deo eterna deus eſt:non au
tem creatura.nam nos ueluti ad extra creati ſumus:& ita cogniti.nam ſicuti dij̄ non ſumus quamuis
a deo creati:nequidem cognitio quam deus de nobis habet de9 eſt:quum omnis uera cognitio ſeu ſcīē
tia cum re cognita adequatur atq; conuerti poteſt.nam uere ſcientie quas de rebus habemus diffinitio
nes eēntiales ipſarum ſunt: & omnis bona diffinitio cum ſuo diffinito conuertitur:deus habet eſſentia
les diffinitiones per cognitionem creaturarū:& diffinitiones eſſentiales conuertuntur cum rebus de q
bus predicantur:conſtat:q; ſi nos particulariter ueluti nunc ſumus ab eterno non manemus:in mente
diuina:nequidem diffinitiones noſtre manent: ¶Eo magis quia deus prius & poſterius non habet.
Vnde non cognoſcit per primum hominem ī cōmuni ſeu humanitatem quam iſtum illum aliū & aliū
ſingularem:immo iuxta uerum ordinem loquendo per prius ſunt cognoſcenda ſubiecta quam predi
cata:quoniam decet ante cognoſcere res quam nomina eis apponamus:diffinitiōes uero dum ſimpli
citer non conuertuntur tāquam nomina ſubiectorum ſe habent. ¶Et ſemper quoquomodo ueluti
paſſiones proprie:& omne ſubiectū prioritate nature uel ordinis eſt prius ſua paſſione ppria. ¶Vñ
manifeſtatur recto ordine obſeruato:quod deus habet per prius ordinis cognitiōem ſubiectorum crea
turarum;quam diffinitionum:quū diffinitiones ſuper proprietates intrinſecas ſubiectorum fundētur:
non autem ſubiecta in diffinitōibus fundantur. ¶Nequidem inferendum eſt;quod aliquid ſit poten
tiale in deo reducibile ad actum in creaturis:quoniam quicquid eſt in deo actus purus eſt. ¶Vñ alia
eſt aſſumenda uia:ut bene cognoſcamus:quonam pacto capiendum ſit dum dicitur:deus ītelligit nos
ab eterno:quoniam hec ſemper concedenda & pariter quod deus ex pte ſua creat nos ab eterno:quo
niam prius & poſterius non habet:& quia eternus id quod eternum neceſſe eſt in eternum operari:ue
luti temporale in tempore:tamen conceſſo quod deus creet nos ab eterno:ſemp eſt negādū q; res crea
te exeant eterne.ab eterno creamur & eterni non ſumus:parimodo ab eterno intelligimur:& id quod
ex parte noſtra intelligitur eternum non eſt. ¶Nam abſurdum eſſet ponere quod deus ab eterno in
telligit nos uno modo & deinceps in altero:qm̄ ipſe deus non habet deinceps:niſi unum ſolum inſtās
eternum.quocirca non uidet nos aliter & aliter:quum ex parte ſua in uno ſolo inſtāti inuariabili ſem
per nos uidet. ¶Nequaquam creat nos in primo ſigno tanquam puram potentiam:quū omnes res
create diſtincte hec illa alia & alia in actu ſunt:quoniam dependent ab alio & ab ipſo dante depender̄
diſtinguūtur:atq; inter ſe altera ab altera diſtincte ſunt. ¶Vlterius nonnulli in doctria ſcoti dicūt:
quod deus per prius ordine intelligit creaturas quam ſit beatus:qm̄ in ordine per prius eſt operatio in
tellectus quam uolūtatis:& creature intelligunt̄ per intellectū dei:& ipſe de9 eſt beat9 per operationē
uolūtatis. ¶Tamen hec imaginatio non tm̄ in lege diſconuenit: ſed etiā in philoſophia penit9 fal
ſa.diſconuenit in lege:qm̄ ipſa uult mūdū ſimpliciter creatū:& deū ſolū eternū:& ſi cognitio mūdi an̄
poneret̄ beatitudini:ſequeret̄ ipſam beatitudinem aliqliter in perfectione creaturarum perfici:qd̄ erro
neū eſt: ¶Eſt penit9 in philoſophia falſa:qm̄ de naturali ordine unaqueq; res eſt per prius cōpleta
in ſe ītrīſece:quam quod tendat ad aliud ad extra.Vnde neceſſe eſt concedere:qd̄ de9 per prius ab ītrī
ſeco intelligit ſeipſum:& ītelligēdo amat:& deīceps cognoſcēdo ſeipſum potētem bonum ſeu beatum
aſpicit:in ſeipſo ea que ad extra iuxta poteſtatem bonitatem & beatitudinē opari poteſt conceditur:
q; ītelligere ad extra uelle ad extra precedit:ueluti & ab intrīſeco ītelligere precedit:ſed quod ītellige
re ad extra precedat uelle ad intra ſub nullo naturali ordine ſtare poteſt:quoniā tanta eſt coniunctio
inter intelligere & uelle:quod in perſonis iuſtis raro operatio unius ſine operatione alterius dat̄:intelli
gas ab intrinſeco aſſumendo.quoniam ſi ego intelligo me: uellem me ītelligere:& etiam potius uellem
me ītelligere quam intelligo:& quia deus optimus atq; equalis ſimul ſe intelligit & amat:cōceſſo: quod
in ordine ītellectus precedat ſed nō ſine uoluntate mouetur & qa intelligendo ad intra ſeipſum amat
& ītelligit:creaturas tanquam ad extra:proculdubio cōſtat deum per prius eſſe beatū quam intelligat
creaturas. ¶Nequidem in hoc aliquid interſit contingēs:niſi ordo tm̄ per prius de ſe dicens & poſt
modum de aliis. ¶Amplius conceſſo quod ſcientia quam deus de hoibus ab eterno habet non con
uertat̄ ſimpliciter cum his particularibus hominibus aut cum ſcientia de hiis particulariter aſſumpta:
oīno negat̄ talem cognitionem eſſe aial rationale & mortale. ¶Vlterius poſito:quod eſſet quum ea

cognitio sit eterna:solus deus ipsum hoiem cognosceret:qm̄ id quod simpliciter in mente diuina ma-
net:a nulla creatura naturaliter loquendo comprehendi potest:si fortassis ab ipso deo non reuelaret.
fuerunt plures homines & sunt in mundo:qui deum non cognoscunt:igitur neq; possunt ea que i mē
te dei simpliciter sunt cognoscere.homo qui animal rationale & mortale uocatur est capiendus tantū
per cognitionem eternam:quam deus de nobis habet:non per istum hominem illum aut similes:igitur
nullus qui deum simpliciter non cognoscat hominem agnoscere potest.Sunt plures homines atq; fue-
runt cognoscentes animal rationale & mortale:tam de ignorantibus deum quam de cognoscentibus
ipsum:proculdubio constat ꝙ non capitur animal rationale & mortale per cognitiōem eternam diui-
nam:qui istud:illud:& aliud atq; simile sit. ¶Nequaquam inferre decet:quod per similitudinem illius
cognitionis uel apprehensionis omnes particulares homines diffinire possemus:quoniam unum solū
dicunt esse hominem abstractum in communi seu in uniuersali cognitione dei:non autem plures ho-
mines:& in uno solo nullatenus similitudo cadit:quoniam oportet plures esse ut alter alteri assimilen-
tur:in quà mutua assimilatione similitudines fundantur:nequidem proponendum sit unam esse tātum
similitudinem:quum omnis similitudo relatiue ad aliud extremū dicat:non autem similitudo per seip-
sam solam. ¶Insuper omnes res cognoscuntur in eo quod actu manent esse in pura potentia : ho-
mo in communi per imaginantes omni actu caret:ergo non potest a nobis cognosci:& de illo de quo
nullam habemus cognitionem:neq; possumus aliquam diffinitionem assignare que recta sit:homo i cō
muni secundum adducentes ipsum est in pura potentia:ergo nequimus ipsum diffinire:quia sub nul-
la sensatione nulla cognitione nostra cadit:& proponendo ut a quibusdam solet nō assumimus homi
nem per uerum hominem proprie dictum:nisi per quādam potentialitatem cōmunem deducibilem ad
hominem. ¶Respondendo de tali potētialitate negatur: eo quod per te semper est idem homo uni
uersalis in pura potentia:& impossibile est ad actum deduci:quoniam si deduceret non fuisset amplius
in pura potentia:non cōmunis homo. ¶Nunc sic:non potest deduci:igitur nulla datur talis poten
tialitas:quoniam potentia dicit ordinem ad aliquid operandum in alio tempore:quod dicim9 futurū:
tamen adiunctio ad id tempus deducitur ad actum aut potest deduci:homo in cōi nūquam potest de
duci ad actum:proculdubio constat:nullum hominem esse nisi iste homo:ille & similes in actu existētes.

¶Et quia hic existit:ille alius & alius existit:per similitudinem unius proprie alios diffinire possum9:
per similitudinem alicuius:potentialis uero nunquam ad diffiniēdum rem existentem ualemus:ut exem
plariter uideri potest:ueluti dicendo:panis est in esse potentiali dimittendi per corruptionem speciem
illam panis:& transeundi per generationem in speciem carnis:& tamē inter panem & carnem nulla ē
uera similitudo.Vnde nullatenus sub una & eadem diffinitione cadere possunt:quo fit arguēdum esse:
si panis potest per medium corruptionis generationis aut per aliquod aliud medium i speciem carnis
transire:& nihilominus panis non habet locum conueniendi in diffinitione cum carne : quantominus
conueniat scientia dei eterna in diffinitione cum hiis particularib9:dummodo per eadem particularia
simpliciter cognitio non caperet:qm̄ nil est in deo ab eterno tanquam potentiale:quod transmutetur:
ut de specie in speciem transeat.ita ꝙ cognitio dei eterna non est:homo non assumendo per illum &
illum hoiem.nā cognitio eterna cū deo ipso conuerti:& deus & hō siquidem nunquam conuertūtur.
unde patet:qualiter nulla cognitio dei eterna est.animal rationale & mortale:nā semp cognitio que sim
pliciter deus non est:habet principium:licet deus ipsam cōprehēdat eternaliter:cognitio in se tn̄ prin
cipiata semp orit:ut superius uidimus. ¶Et ita de cognitionibus seu apphensionibus nostris: asseren
dū est:qm̄ nulla cōis apphensio uel pticularis in mēte preter istum & illum hoinem est hō. ¶Ampli9
si uniuersalia tn̄ diffinirem9 in abstracto assumpta:petēdū est ab uniuersalistis:quonāmō particularia
cognoscer queūt:si ipsa diffinir nō pn̄t aut nesciūt:nā si pticularia itelligūt:quonā pacto inqunt diffi
niri pticularia nō posse:qm̄ id qd̄ nō itelligimus:neqdē scimus an diffinibile uel idiffinibile sit:tn̄ qd̄ p-
ticularia agnoscamus itellectib9 atq; sensib9 cōprobar:qm̄ hūc hoiem illū & aliū uidem9:& ipsos rōna
biles opatiōes opari expimur:& iserēdo qd̄ cognitis uniuersalib9 abstractis p ipsa ad pticularia deueni
mus:hoc negar:qm̄ nūq recto tramite p unā spēm alterā diuersam diffinire possum9.uniuersale & pti
cular cadūt sub diuersis spēbus:ut patet p ponētes uniuersalia:qa asserūt eē absq; cōtigētia ingenera
bilia & icorruptibilia sp i uno & eodē mō se hn̄tia:pticularia uero totū econuerso.ergo n̄ pn̄t sub una
& eadē diffinitione diffiniri:licet posset maner unū p formā diffiniētē & aliud p rē diffinitā.quo fit:qa
diffiniēdo formā p quā diffinim9 aliter ē pcedēdū quā dū diffinim9 aliqd̄ aliud:cū forma ipa ueluti di
cēdo rōnalitas collecta ab oib9 pticularib9 hoib9 ē forma:p quā oēs hoies extra aiam manētes diffini
unt:sed diffiniēdo hoies ipos aliter diffiniēdū ē:ueluti dicēdo:ois hō est aial rōnale:& tn̄ p ipam rōnali
tatē tāq̄ obiectiua i mēte nr̄a posita oēs hoies diffinim9:ita qd̄ facile uideri pōt qliter forme p quas res
diffinim9:n̄ hn̄t easdē diffinitiōes cū reb9 diffinitis.quocirca qa nos p cōem formā hoies & rōnales su
mus:ipa forma hō eē neqt:& tn̄ si cā qa ad diffiniēdos hoies accedit a nōnullis hō uocet hō non ē.De
cōtingētia aūt dicimus:qd̄ cōtingit huic homini aliqualiter gn̄ari & cōtigit forme diffiniēdo i mētib9
nr̄is tāq̄ obiectiua coadunari:pserti qa de cōi doctrina philosophorū contingit substantie corpus esse:
& contingit corpori ꝙ sit animatum:& parimodo contingit substātie aial esse:contingit esse speciem:
contingit esse hominem.quamobrem dū infert contingit huic hoi animal esse:respōdendum est omni

homini similiter contingere:atq; aiali quod aial sit:quũ concedit contingere substantie animal esse:eo quod non oĩs substantia aial est:ita quod prius de se quam de animali dicit:& substantia sine ipso stat põt:aial absq; substãtia uero nõ.uñ patet aial quõcũq; assumat contingẽter euenire:& qa contingen ter uniuersalia eueniũt:demũ diffiniunt:pari mõ pticularia diffiniri possunt.

¶Quomodo intelligat dicendo:pticulare dũ sentimus:& uniuersale dũ intelligim9: & uniuersale est unũ in multis & unũ preter multa.proide qualiter uniuersalia a plu ribus particularibus experimentis generentur:atq; quid uniuersale sit saltem de men te aristotelis. Cap.xci.

¶ Alia ĩconuenientia sequunt: in quorũ oppositũ satis explicauimus obiiciendo tenentibus unũ tãtũ esse intellectũ i oĩbus hominibus. Ista eni opinio parũ ab alia discrepat. & ideo per unam & eãdem uiam ambe sunt ĩpugnande. uidelicet unus homo est in europa & alius in india. Quod si esset unus homo cõmunis in ipsis: oporteret quod sit iste homo per oẽs uias que sunt inter indiam & europam: nam si unus est nequaquam erit diuisus. Quod si diuisus essent multi & non unus sol9 numero. ¶ Et si animal unum numero est in homine in leone in aqla in serpente. & sic discurrendo idipsum est animal. ubicunq; sunt ista particularia animalia ac per omnes uias que sunt iter unũ animal & aliud: quod est absurdum. Tunc enim sentirent uias arbores lapides & sic de reliqs: quoniam animal est substantia aĩata sensibilis. Quũq; huiusmodi sit ubicũq; fuerit sentiet. & quũ non sentiat per uias nisi tantum in aĩalibus particularibus palam fit sensibus non esse unũ solũ aĩal numero nisi multa animalia iter se diuisa. aut quod unũ non est aliud. & si apponis quod animal in cõmuni non potest per uias neq; plãtas sentire recorderis quatenus diffinieris animal esse substantiam animatam sensibilem: quod si talis ubicũq; erit sentiet. ¶ Hic uero alie controuersie sequunt: hoc modo secundum omnes: homo non põt esse eodem instanti homo & asinus: aut serpens. Quod si animal in te est homo & in serpente serpẽs eodẽ instanti unum animal numero est homo & serpens atq; totus homo & totum serpens. si unum tantum in omnibus est quia diuisum aut non diuisum. si diuisum minime uniuersale. & si indiuisum unũ animal numero erit homo & equus siue serpens: quod est absonum. ¶ Preterea penes omnium sententiam pariter & experientiam: si homo currit mouetur. Et si est homo in cõmuni currit & nõ mouetur. Quod probo: ille homo numero qui est in petro est in ludouico. petrus currit: hic in petro homo mouetur. & ludouicus dormit aut quiescit: & in ludouico quiescit: uel non mouetur homo: quod est impossibile currere & non moueri. & etiam currere & non currere eodem instanti. Quia currit in petro & quiescit in ludouico. Et quum substantia animata sensibilis sit necesse erit: quod si currit moueatur: & si quiescit similiter maneat. Itaq; opinio tenentium uniuersalia per abstractionem est delirabilis. ¶ Denum assumendo q͂ uniuersale est unũ in multis & unũ preter multa ubicũq; erũt particularia ibidem & uniuersalia erũt. uidelicet quoddam edificiũ est in aliquo deserto in eo edificio est ars edificatoria inq̃tum materialia: ita ordinata sunt. & tamen ars non est ipsum edificiũ. Sed quoddam ordinatio acqsita per plura experimenta in edificandis uariis edificiis. & hoc modo ars & scientia uniuersales sunt: quia multa si

mul comprehendunt.ut superius expositū est.Sed nunq̄ ars uel scientia inq̄tum ars uel scientia acq̄ſi ta conuertit cum rebus de q̄bus agit.quoniam non dicimus oīs petrus est scientia:neq̄dem aliqua sciē tia est petrus.neq̧ domus est ars:aut ars domus.Sed asserimus & uere oīs hō est aīal rationale & morta le:iste petrus est hō.igitur aīal rationale & mortale.Quocirca concesso ꝙ ars & sciētia. sit unū ī multis & unū preter multa non in eo modo aīal in re potest se habere.licet ī termino ita se habeat.nā hoc no men ioannes est totum in isto ioāne & totum in illo ioāne.uerūtn̄ in cursu pronunciandi diuiduntur. quia dum istum ioānem in re denominamus:non denominamus illum alium q̄uis per similes terminos in uariis instantibus ipsos appellemus.nam hec uox uel pronūciatio nūquā erit illa.

Qualiter necessario probetur non dari animal in uniuersali in re:eo qd̄ cū oīb9 par ticularibus conuertitur. Cap.c.

¶Dum dr̄ animal uniuersaliter assumptū pariter & de omnibus aīalibus predicatur.tamen in homi ne est homo:in equo equus:in serpente serpens.& sic de ceteris.Vlterius asserit animal in pluribus ani malibus particularibus diuiditur.& de iisdem presuppositis seu dictis elicitur.Qualiter ultime prepositiones cum pria stare nequeunt.quia presupponunt quod animal uniuersale sit:tn̄ in multis supposita tum.Sed quū deinceps dicat animal in pluribus particularibus diuiditur.& hec diuisio est de intrinseca natura sua:sine qua manere non potest.quia in partibus precise suppositatur concedendū est aīal sem per esse diuisum & nūquam uniuersale:uidelicet hoc & illud particulariter assumptū.& non aliter:quo niam uero natura est tale non potest dici quod animal diuidatur nisi animal aliquod ratiōale & aliqd̄ sensuale.hoc est quod animalia sunt uaria & nō unū uniuersale.Et sic dū infert animal in homine est homo:uerū est & in leone leo.Quia nil aliud est animal in homine q̄ ipse homo:idest ratiōale animal: & in leone idem quod animal ferox:scilicet illemet particularis leo : q̄uis in termino hoc nomē animal de pluribus predicetur.tamen terminus seu uox uel res similiter est particularis.Sed ad predicandū de pluribus & quodcūq̧ ipsorum conuertibile.& quia conuertibile uniuersale uel per se esse non pōt. nisi hoc uel illud:ut in suis locis demonstrat.hic unū bonū saltem in fauorē christianorū elicere possumus dum arguere uoluerimus contra negantes unionem & distinctionē diuinarū personaꝝ.unionē in eēn tia & distinctionē in personis.que deductio difficilis uidetur pluribus.Et tamē nil aliud dicunt:qui po nunt nos equos leones idem in animali esse.Sed diuisos per ratōalitatē hynnibilitatē & ferocitatem.ut de personis diuinis aimus.quia idem in essentia & per paternitatē:filiationē & aspirationē diuisi.Quā obrem ponentes aīal uniuersale ubi omnia aīalia idem sumus q̄q̄ postmodum per differētias diuisa nil de ordine diuinarū personarum admirari debent.imo affirmare ut christiani tenemus.Et quo ad ueri tatem nulla essentia preter diuinam indiuisa & suppositata in pluribus particularib9:& ubi essentia di uisa nullatenus de uero ordine possunt ea particularia idem in essentia uocari.Quoniā unusquisq̧ ha bet totū esse suū de pricipio usq̧ ad finem ab alio diuisum.& sic nullibi idē.Itaq̧ sole persone diuine di stincte personaliter & idē in essencia.licet ꝙ hic plures multa mala imaginant̄ asserēdo ꝙ una creatura non est melior alia siue unus homo uel anima in essentia eo ꝙ in essentia oēs idem.quod est falsissimū: Quoniam in nouo esse omnes dependentes creati sumus.& alterutrū distincti:non autē ab aliqua uni uersali essentia assumpti tanquam eterna. ¶Plerīq̧ boni religiosi hanc doctrinam sumasionis abhor ruerūt.Sanctus iacobus in epistola dicit.huiusmodi doctrinam a demone illatam Sanctus Paul9 ad co rynthios.nōne stultam fecit deus sapientiam huius mundi:qui rursus hebreos redarguit petētes signa: & grecos inquirentes sapientiam:que tamen signa & sapientiam de hoc mundo intelligebant.

¶Quatenus inaduertenter consideratum est dū dicitur ea que īexplicata cognoscī mus esse signum quod uniuersalia abstracta in re dentur:quum he confusiones itelle ctus nostri sint:non autem rerū uniuersalitates. Cap.ci.

¶In hoc loco quemadmodum & in aliis dicimus deueniendum est ad exemplum per uniuersalistas positum:Dum enim exēplis applicamur ad experientiam deuenimus:in qua nullus modus fugiendi da tur:dummodo uti decet ipsam materiā restringimus.Vniuersaliste siquidem ad probandum uniuersa lia que neq̧ hoc neq̧ illud sint exemplum querūt:quod palam contra ipsos agit.quū precise de parti cularibus sensibilibus exemplum capiunt.Et in exponendo ipsum adhuc potius declinant:quoniā suo rum intellectuū confusiones dicunt esse uniuersalitatem in rebus:quas a longe uidem9.& ipse res idem a longe quod in propinquo sunt.Et etiam considerationes uel cognitiones nostre particulares & ī ac tu sunt:licet indistincte cognoscant ea que uident.tamen discernunt quod res particulares uident : & quod hoc uel illud sint.Non enim in abstracto seu in pura potentia quin sint hoc uel illud.Itaq̧ hmōi uniuersalitates solum sunt in nobisipsis confusio.Et sic dum dicitur cognitionem nostram ab uniuersa libus incipere ab isto & illo indeterminate quid in cognitione nostra sit precise est intelligendum:quo niam absurdum esset opponere:quod ab uniuersalib9 abstractis cognitio nostra initium capiat.Quū

ab aristotele & aliis probis philosophis habeatur omnem cognitionem nostram aliqualiter ĩ principio a sensibus emanare. Et insuper aristotelici saltem dicunt particularia: dum sentimus aut ea: que sentiuntur: & uniuersalia dum intelligimus: & quod prius dicunt esse sentire q̄ intelligere: eo ꝙ scientia a sensibus initium habet: & sensus particularia sentiunt. proculdubio per philosophorum auctoritates cõstat cognitionem nostram a particularibus & non ab uniuersalibus incipere. ¶ Verumtamen dum inter uoces seu terminos recte non discernimus plures confusiones in mentibus nostris situantur. nam dum genus tanquam indistinctum consideramus sonum uocis assequimur. ueluti dicendo potius uniuersale est animal q̄ homo. & quia in uoce iste terminus animal sonat tanquam de una sola re. & dicimus esse uniuersalius q̄ homo: tunc imaginationes nostre chymerizare uolunt asserendo quod animal sit extẽsius seu uniuersalius q̄ homo. Sed dum aduertimus palam uidemus qualiter homo animal sit: equus animal: & canis animal. Et quod nullum inuenimus animal quin istud uel illud sit. & ita distinctum siue particularizatum sicut & homo. Si uero omnis nostra scientia a sensibus ortum habet: quo pacto uniuersalia probare possumus. quum nunquam sic uel sic nos ip̄a sentiamus: nequidem aliquam in eis similitudinem in qua exemplum capiamus. Quecunq; enim genera uocamus semper per se assumpta particularia inuenimus. ueluti sonus qui respectu uocis genus est: quoniam plures sonus q̄ uoces sunt. Voces enĩ proprie dicte de hominibus tantum aut saltem de animalibus. & omnes uoces ululationes latrationes garrulationes sunt sonus: concussio lapidum lignorum & tonitrua aliaq; huiuscemodi. Vnde uniuersalior sonus q̄ uoces. & tamen sonus per se assumptus ita particularis est sicut & uoces. Nullus enim sonus est quin iste uel ille sit: ut sonus bombarde: sonus campane: sonus tonitruorum & in nubibus concussionum sonus lapidum aut metallorum & similium: aqua maris respectiue ad alias aquas uniuersalis est. & fluuius uniuersalis respectiue ad fontem: & fons respectiue ad hunc urceolũ & hunc cyathũ aque. Sed tamen aqua maris quemadmodum & quelibet alia aqua particularis est. licet multa aqua ibi sit simul unita: quoniã de pluribus fontibus & fluuiis congregata. & tamen semper hec aqua atq; particularis est. nihilominus quum mare dicimus respectu aliarum aquarum uniuersalem aquã in quoquomodo pronunciare uidemur: sub quo ordine deinceps ad uocabula distincta aut confusa deuenimus: quoniã dicendo homo nescitur ab audientibus an de isto uel illo intelligamus. Sed pronunciando iste homo audientes cognoscunt sic de isto ꝙ non de alio dici: uerumtamen homo de isto illo & similibus dicit: quum unusquisq; istorũ sit homo. Et hic facile cognoscere possumus animal non esse uniuersalius in re q̄ sit homo: nisi inquantum iste terminus animal de maiori particularium numero refert. Sed ꝙ nõ sit uniuersalius in re probatur eo ꝙ homo uniuersaliter assumptus cum specie conuertitur: tamen cum humana specie intelligas. Et iste homo est homo: & iste homo est animal. & tamen iste homo non est species. Vnde apparet species uniuersaliores esse q̄ genus eo quod unusquisq; istorum particularium hominum cuiuscunq; speciei animalium est animal. & tamen nullus ex eis est species: licet hoc minime ortum habeat a potius uniuersali aut minus uniuersali nisi ab eo quod species non est animal aut res de corpore: & anima constans nisi intrinseca rerum proprietas. ideoq; in cunctis rebus species ponimus & non omnes animalia esse dicimus. & sic potius uniuersales species sunt q̄ animalia. & nunq̄ conuerti queunt: quia animal saltem in prima & cõmuni diffinitione ab antiquis tradita q̄uis ab uniuersalistis ponatur est substantia animata sensibilis. & nulla species inquantum species est substantia animata & sensibilis: ita quod species dicimus proprietates multorum similium particularium sub una & eadem ratione compaginatorum. ¶ Et in eo modo iste terminus animal uniuersalis est. quia plura particularia animalia dicuntur. & tamen in re de isto & illo particulariter dumtaxat assumere possumus. & patet: quoniam si in rerum natura non esset nisi unum animal. idem esset dum diceremus animal & hoc animal. & idem apud probos in re intelligeretur. Nam deus & hic deus precise sunt idem mundus & iste mundus. sol & iste sol: & tamen in aliquorum fantasia aliud creditur esse realiter deus: & aliud hic deus. Aliud mundus & aliud hic mundus. & tamen quoad rem nulla includitur differentia nisi quod solum in nostra loqutione differentiam agimus. & deinceps apud inaduertentes imaginatio uoces seu pronunciationes assequitur. ¶ Ego uero libenti animo audirem uiam: que ab uniuersalistis habetur ad inueniendum uniuersalia: si forte ipsa inueniunt. quin de his particularibus constent: & in actu maneãt nec tantum uerba audire uellem. immo aliquod demonstratiuum exemplum. Quoniam inferre omnes conuenimus in unum. hoc utiq; inexplicatum est. & nihil de illo quod querimus propalat. Namq; illud unum in quo conuenimus scilicet cui omnes assimilamur aut est uniuersale aut particulare. Si uniuersale & omnes cum eo conuenimus tunc omnes nos essemus uniuersales. si uero particulares & sibi assimilamur. eadem est ratio: quod ego tibi & tu mihi assimileris: & tunc hoc unum minime erit uniuersale nisi tantum particulare. Sed restringendo hoc unum in quo omnes conuenire dicunt: nos asserimus aut quod ista conuenientia est una aut plures. Si dicis quod una tantum falso presupponis: quandoquidem nullus cum seipso conuenit. hic enim idem est conuenire & assimilari. & nulla res sibiipsi sed alteri assimilatur. ideoq; oportet plures esse conuenientias nostras: quia si idem non utiq; conuenientie seu similitudines. Sed una tantũ res simplex. Iccirco necesse est confiteri quod unusquisq; nostrũ cũ uno uniuersali abstracto similitudinem habeat. Vel quod ego tecum & tu mecum simul conueniamus: quoniã

iste terminus in uno nil aliud q̄ simul refert non cum uno uniursali conuenimus : aut similitudinē habemus eo quod hoc esset impossibile:quū nos particulares simus.& inter particulare & uniuersale magna interest.Confitendum est igitur quod particularia cum particularibus & uniuersalia cum uniuersalibus conuenire possunt seu similitudinem habere & non aliter. ¶ Demum quottidie uisi sunt male disputare:quid per solum significabat:protendunt ueluti dicendo . unum ouum habet cum alio similitudinem.ergo significatur uniuersale extra particularia:res a longe uenientes non bene determinantur:quid sic imaginamur.ergo significatur uniuersalia esse:que tamen argumenta inualida sunt : nec ullā demonstrationem nequidem ueram similitudinem habent:eo quod ubi in sensibus uel intellectibus deficimus:difficultatē ad res uisibiles atq; intelligibiles transferre uolumus:ipsas uniuersales denominādo:quum particulares sint:quoniam ouum non habet maiorem identitatem separatam quam simul cum alio:nequidem est aliud & aliud:neq; homo potius uniuersalis procul a nobis manens quam circa.Sed uisus & intellectus noster ipsum tum melius & tum peius determinant. ¶ Nequaquam ad propositum uerba aristotelis dicentia in principio pueri uocāt omnes homines patres & omnes mulieres matres:adducere possumus.ut probetur uniuersalem hominem esse quin hic uel ille sit: quum hec uerba de pluribus hominibus & mulieribus palam dicunt non autem de uno uniuersali : ut in libro sexto diffuse hoc patebit. ¶ Et dicendo innata est nobis uia ad cognoscendum a cōmunioribus non capitur ibi pro uniuersalibus superioribus nequidem inferioribus:nisi commune pro magis domestico seu continue in cōuersatione nostra.nam plerunq; accipimus pro rebus nimium tractabilibus circa sensus. Quia uariis modis commune intelligimus.eo magis quod ita particularia nobis tractabilia plura continent quam superiora:nam quantomagis inferius potius composita & minus unita & superius magis unum ac simplex:& sub hac consideratione hic homo & ille equus cōmunissimi sunt. ¶ Amplius aristoteles ait destructis primis substantiis impossibile est aliquid aliorum remanere : quia omnia alia aut sunt in eis aut dicuntur de eis unde patet quod abstracta tanquam signa seu termini ad cōcreta se habent eo quod sine eis manere nequeunt.Quoniam ad predicandum sunt posita:concreta uero sine abstractis uel generibus & speciebus tanquam prima substantia manere possunt. ¶ Vlterius aristoteles quoq; inquit omnibus secundis substantiis & earum differentiis conuenit uniuoce predicari: in quibus uerbis designatur quod genera & species in modo predicandi uniuoce conueniunt . sed non in re nisi in termino predicationis. ¶ Amplius inquit omnis substantia uidetur hoc aliquid significare & indubitabiliter uerum est in primis substantiis:in secundis uero uidetur hoc uerum esse sub appellationis figura:non tamen hoc uerum est sed magis significat quale quid idest quid communiter apprehēsum.

¶ Et in hoc loco de primis substantiis affirmat quod aliquid sint & per se significent: uerum de secūdis manifeste dubitat quod sint.nam quale quid dicit esse hoc est communem qualitatem siue terminū apprehensum. ¶ Et alibi subiectum est prius predicato:& assumptis his uerbis nullo pacto uniuersaliste possunt secundum aristotelem tenere quod uniuersalia ex parte priori realiter sint.hic enim de genere & specie ac de secundis substantiis aperte tractat.& tamen nollet dare eis esse reale in se : & quamuis secundas substantias appellet hoc significatiuum intelligit eo quod ad significandum substantias siue ad predicandū de eis sunt posite:non tamen per se substantie:quocirca idem est dicere secunda substantia quam secunda intentio:& secunde intentiones tantummodo ad primam significatiue sunt posite.Sed per se nil aliud quam termini in uoce uel in scripto.

¶ Quomodo aristoteles tanquam pro determinato dixerit uniuersalia non esse in re non ex causa opponendi platoni. Cap.cii.

¶ Circa hanc materiam plures uolunt ab aristotele auctoritatem commentari.& quo ad ueritatem inquantum uerba sonant nō apparet ipsum tenuisse quod uniuersalia essent in re:q̄uis uniuersaliste exponant:quod aristoteles ipse de uniuersalibus tractando contra platonem loquebatur: & quod secundum platonem esse nequeunt.Sed talis expositio non uidetur ualere:quoniam in platonis redargutionem precise dicebat non esse uniuersalia:quia ubi suum intentum inferre uidetur inquit non esse extra animam uniuersalia & quod nihil sunt : uel si sunt proteruis sunt: in quo satis aperte loquitur maxime quod nunquam in oppositum asserit.Licet aliquas res esse dicat aptas natas de pluribus predicari : & quasdam de particularibus . Sed etiam super hoc illico declarat asserendo uniuersale est omnis nullus quilibet & quicunq; & particulare aliquis quidam. ¶ Quumq; omnis & nullus in se non sint aliquid: nisi inquantum per nomen referuntur ad plures res reales:patet quod aristoteles similia uniuersalia acceperit pro uocibus uel respectibus ad plura particularia:quod recte considerantibus innotescit. Quādo enim nos dicimus oīs homo currit intelligimus de isto & illo particularibus:& sic de quocunq; particulari discurrendo:& non intelligimus de uno homine in communi nisi commune inquantum omnes particulares concurrunt.Nam si pro homine in communi unum in specie intelligimus dicendum esset homo communis currit: & non omnis homo currit: ¶ Et si denunciamus homo currit est indeterminatum uocabulum:Quoniam inferre potest de isto uel illo.& non de homine per speciem:uel de

communi eo q talis homo non currit. Et sic dicendo homo currit pro aliquo particulari intelligimus. Sed non assignamus distincte qualis sit: quum sit commune uocabulum. Quoniam se habet tanquam secunda intentio. Verum in anima uel prima intentione pro uno particulari homine intelligimus non pronunciato quis sit: & eodem modo animal capimus. Terminus enim cõmunis ad plura particularia extenditur. Sed in re semper pro isto & illo animali assumimus: quis nomen cuiq; appropriatum habeant. Quia hoc est animal & illud est animal: ideoq; cõmune nomen habent. Quum uno modo a nobis dicatur: at nomen nequicquam in re agit. Et sic nunquam pro uno animali in cõmuni intelligim9 quando in cõmuni dicimus omne animal currit. ¶ Vnde ponendo hunc terminum omnis nullum animal particulare excludit: quoniam de se terminum comprehẽsiuum multorum particularium simul significat: quemadmodum dicendo populus: nam licet i singulari numero declinetur: ita significat plures q̃ si diceretur populi: & etiam iste terminus gens in singulari prolatione plures personas simul cõprehendit. Et pronunciando populus ita omnino indistincte potest pro pluribus populis q̃ pro uno tantum assumi. Tandem dicendo populum aut populos quomodolibet hominum pluralitatem significat.

¶ Et promendo omnis populus aut omnis gens eadem est ratio in comprehensione: q̃ si pronunciaremus omnes populos & omnes gentes: namq; omnis populus pro omnibus populis totius mundi refert. & omnis gens similiter pro omnibus gentibus: pariterq; omne animal pro omnibus animalibus: & omnis homo pro omnibus hominibus. & sic sane ac rectius diceretur ad hoc quod argumentorũ prolixitas euitetur: omnia animalia q̃ omne animal: & omnes homines q̃ omnis homo. Verumtamen propter cõgregationem uel similitudinem etiam dicere possumus: omnis homo pro omnibus hominibus: & omne animal pro omnibus animalibus. ¶ Et hic uniuersalistę inferre non possunt quod populus sit unitas minor numerali: quis sibi non repugnet in plura particularia diuidi. & eadem est ratio populi cum pluribus habitatoribus: q̃ hominis cum pluribus hominibus. & nequaquam mihi uidetur populum in pura potentia esse nisi in actu adhuc plerunq; terribili. Vnde stat prouerbio homo est pessimũ aĩal & absit tibi a populari furore. eo quod de isto illo alio atq; alio similibus dicit. & ita homo de pluribus hominibus. & addendo omnis etiam de omnibus. Nam sicut dicitur omnis homo agit ita & populus agit pro pluribus habitatoribus simul. ac pro pluribus similibus hominibus in eadem specie manentibus. utpote unus populus in una ciuitate in qua plures mansiones sunt. & non una tantum: quãquã ob multorum congregationem una ciuitas dicatur. Et sic species nil aliud est q̃ multorum similium particularium congregatio. Tandem quid iste terminus omnis dicat apud omnes manifestatur: quoniam de se secundum logicos nil preter terminum: sed ad aliud significatiue semper de pluribus rebus predicatur. nam ueluti hi termini hic iste & ille de una re tantum quilibet unusquisq; omnis significat in se de pluribus dici: quia si dicimus hec domus nunq̃ pro pluribus intelligeremus: nequidem hec ciuitas pro una domo tantum: sed pro pluribus. licet quod aliqua sunt nomina que infinitiua uocantur: idest indeterminate dicta: que non significant precise de quo particulari dicant. Sed tantum de particulari. nam dicendo homo currit homo est albus proculdubio cõstat proponi de isto homine & illo aut de aliquo alio simili particulari. Quoniam homo in uniuersali abstracto non currit non est albus. Itaq; dum dicimus homo currit intelligendum est de isto aut illo particulariter assumpto: non autem determinamus in hac loquutione q sit iste aut ille: sed unus istorum particularium: & non uniuersales neq; plures particulares nisi unus homo. Si uero poneremus hunc terminum uidelicet omnis homo currit: nunq̃ pro uno solo assumi potest: ita quod eadem est ratio in hoc termino omnis pro pluribus q̃ in isto pro uno solo.

¶ Quod si homo est itidem & corpus uiuens. Cap. ciii.

¶ Aliud in hac materia demonstrabile argumentum adducere possumus: quod est huiusmodi secundum omnes philosophos & ubiq; ista est uera. Si homo est animal est. & si animal est: corpus est adhuc uiuens: & si corpus est substantia est: quocirca assumpto hoc fundamento quod ubicunq; sit homo sit animal: & sit corpus & substantia posita in linea predicamentali: quomodo potes nunc eum abstrahere aut agere ipsum methaphysicum: quemadmodum dicere soles: quia hic manifeste apud omnes sapientes plures habet conditiones substantia corpus animal & homo. Vnde denegandi sunt omnes philosophi: qui talem ordinem sunt imitati: aut uero concedendum erit hominem ubiq; esse determinatũ qualem & quantum. & per consequens necessario particularis quoniam non licet asserere est homo tãtum: est animal tantum: est corpus tantum: & non substantia tantum. Sed totum simul. & quia corpus & animatum non possunt esse duo animalia simul eo quod nature repugnat: duo corpora esse in eodem subiecto: aut saltem repugnat secundum philosophos. itaq; non potest esse animal uniuersale in hoc particulari: quum ambo sint corporalia. ¶ Et si quispiam dicet: quod abstrahit animal ab omni existentia falso quidem profert. Quia hoc animal est existens: & cõmuniter omnes concedunt uniuersalia nõ eẽ extra ista particularia & in particularibus palam fit nihil esse quin existat: nec adhuc in predicamento quomodo predicamentum se habeat tanquam superius & inferius: & ubi talis ordo necessario opor-

tet:quod ibidem existens sit.licet enim dicant essentiam esse absq; existentia:hoc dumtaxat imaginari possunt pro primo signo originis:& in secundo quod existētia sit:in predicamento autem plura sunt signa inferiora & superiora distincta:que sine existentia esse nequeunt.Existere uel manere elongatur: & restringitur ad eternum ad euum & tempus:nec ulla res esse potest:quin sit sub aliquo istorum terminorum.nam q̄uis non duret nisi per instans:illud instans manet & probatur:Deus enim perfecta existentia atq; in uno solo instanti ipsa fungitur.

¶Qualiter necesse sit animal esse particulare: quoniam a quibusq; rebus distinctum & in particularibus collocatum penes ipsum imaginantes. Cap.ciiii.

¶Dicunt animal quoddam uniuersale esse:& concedunt quod sit post primam materiam & primā formam atq; ab eisdem distinctum. Vnde si distinctum a primis:& distinctum ab ultimis restat manifeste particulare animal esse.Et probatur quia animal:nō est deus:non intelligentia:non celum:non elementum:non prima forma:nec prima materia:& ideo ita est unum determinate:quod non est aliud. & simile exemplum adducimus de deo prima materia & forma ac de omnibus que uniuersalia appellant. Licet confiteamur quamlibet rem uniuersalem esse aliarum respectu ob aliquam inherentiam uel conuenientiam.Sed non propterea sequitur quod ab intrinseco in se sit uniuersalis. Tenemus etiam quod una res tendit ad plura & alia ad pauciora. Attamen sicut elementum est commune ad diuersa : musca itidem erit ad multa communis.tamen non tantum . Sed in his que iam posuimus nullum est dubium an in re sint uel non sint. Quoniam unicuiq; sunt manifesta.Et quod animal in se uniuersale non sit. facile comprobatur:exempli gratia diffinimus hominem taliter dicendo.homo est animal rationale & mortale.Si uniuersale & eternum falsa erit hec diffinitio:dum ipsum nominamus mortalem aut generabilem & corruptibilem:namq; huiusmodi proprietates in rebus principiatis: & ad finem tendētibus reperiuntur non tamen in eternis. ¶Rursus si uniuersalia non habent loca nisi in particularibus: necesse est quod particularia sint priusq̄ uniuersalia. ¶Et precipue religiosi coacti sunt ad abiiciendum talia uniuersalia:quum concedamus particularibus inesse principium. Quod si uniuersalia extra particularia esse nequeunt : euidenter apparet uniuersalia non esse eterna : nec particularibus priora ideo non possunt esse forme eorum per principium : quoniam deus celi & elementa que sunt proprie uniuersalia in re absq; particularibus manere possunt.pariter & uniuersalia per abstractionem agerēt si realia essent : sed quum dicant quod manere nequeunt extra particularia confitentur non habere reale esse nec prius esse q̄ pticularia. ¶Neqequā aīal methaphisicū ē dandū qm̄ ſm hos auctores subiectū in methaphisica est tm̄ ens iquantū ens:animal non est ens inquantum ens:nisi multo inferius ipso ente.igitur nullatenus in latitudine methaphisice animal cadere potest.& dum dicitur abstraho per discursum intellectus a pluribus particularibus animalibus:unum uniuersale nos nulla alia confessione preter istam indigemus ad nostram approbandam intentionem contra tenentes oppositum:quum illi ipsi asserant ea:que per opus intellectus abstrahuntur uel congregantur entia rationis tantum esse aut in anima manentia non autem realia extra animam de quibus nunc disputamus.

¶Qualiter non ualeat asserere Aristotelē tenuisse uniuersalia ab eterno esse. Cap.cv.

¶Quidam dicunt quod secundum uiam aristotelis uniuersalia seu species sunt eterne. Nos uero respondentes asserimus aristotelem quoq; tenuisse non esse dandum primum hominem in particulari neq; primum equum:quod utiq; manifestissime apparet:quum dicat uniuersalia tantum in particularibus esse & non separata ut recitat plato.Et si sunt in particularibus dumtaxat si uniuersalia eterna particularia quoq; eterna.Hic tamen aduertendum est q; si homo est ab eterno:necessario erit a se. Nam si forma hominum uel homo in communi sine particularibus datur ab eterno:necessario ab illo quisq; homo dependet:haud secus q̄ a deo & in hoc modo omnes species ab eterno suas necessarias formas haberent:quod si necessarias a se nequaquā sunt dependentes.& tunc erūt dii:quod ē impossibile: & repugnat plures esse deos in natura.plura etiā independentia atq; plura necesse esse. Vnde deueniendum ē ad unū summe independens:a quo cuncta dependent.Cuncta enim primum esse ab illo principio accipiunt:a quo dependentiam ducunt.

¶Cur simile sequatur & generet sibi simile. Cap.cvi.

¶Nonnulli uidere uolentes: Vtrum uniuersalia corporea an uero īcorporea sint plura exempla adducūt mathematicalia.ac de mobili ad motorem.& finaliter dicūt illud quod mouetur ab alio & non a simili mouetur.Et quod eodem modo particularia corporea ab incorporeis uniuersalibus dependent. Sed contra hanc opiniōem plura sequi uidentur:quemadmodum aristoteles in tertio de anima inqt: Motor & motum debēt esse eiusdem speciei.Dicimus etiam quod simile suum simile mouere potest : ut

uidemus quia iste homo potest & mouet alium hominem. ¶A natura simile generat sibi simile:& oē simile appetit suum simile. ¶Preterea si ab uniuersali incorporeo corpus dependet:incorporeum a corporeo originatur:quod stare non potest. Quamobrem dicimus natura simile generat sibi simile. Vnde patet quatenus iste homo particularis particularem hominem generet:& non in communi:quoniam particulare & uniuersale non sunt similia. Et si dicis uniuersale est ratio generandi:per quā illud particulare generat. Respondeo qđ rō generandi istius non est ratio generandi alterius. Iccirco ratio per quam particulare generat a deo dependet & a iuuamine uniuersalis nature idest celorū & elementorum in deo secundum christianos est intrinseca & naturalis productio.& quemadmodum est producens ita & productum:& non unum incorporeum & aliud corporeum. ¶Similiter asserendum ē nō esse dandum aliquod incorporeum naturale super hominibus:ex quo depēdentiam ducant:nisi a deo tantum. Sed a deo non per propriam naturam dependemus. Tunc enim de propria eius substātia essemus. Sed ipse nos sola uoluntate tanquam extrinsecus creauit & non per intrinsecam naturam. Quapropter corporeum & incorporeum extrinsecus quo ad libitum causare potest. Sed aliqua forma in abstracto siue in communi non generat neq; generatur ut patet:quum dicas omni actu carere. Angelus anima & sol nullum habent uniuersale superius:quoniam immediate a deo creati. ¶Quod si plures animas in una specie & plures in alia esse dicis. Respondemus quod ista species dicitur pro ipsa congregatione multarum animarum:non tamen quod sit aliqua uniuersalis animalitas & angelitas super rationalibus animabus & angelis.namq; hoc per opus intellectus tantummodo congregatur. Attamen deueniendo ad solem qui tantum unic9 est:aut uero ad lunam:patet in ipsis non esse aliquod uniuersale superius. Et si dicis quod non repugnat soli esse plures soles:respondeo quod non ad propositum. quia dum unus est non habet aliquod uniuersale superius.& quod non repugnet esse plures soles nequaquam patet immo potius econuerso.nam quum unus sol pro toto mundo sufficiat: frustra esset qđ deus fecisset alios plures. ¶Proinde sicut est dandum in omnibus generibus unum digniustanq̄ metrum inter luminaria decens fuit dare uel assignare unum solem dumtaxat ceteris luminaribus digniorem:ideoq; repugnat plura esse luminaria soli similia. Iccirco sol solus manet in specie aut sine aliquo superiori uniuersali. ¶Nequaq̄ uero est ad propositum inferre:sol potest diffiniri aut species uocari causa quod non repugnat ei plures soles similes dari. Contra quod presuppositum ita dicimus non ualere argumentū de illo quod nō est uel potuisset esse ad illud quod erit. Vt postmodum patebit agēdo quid dicat esse essentie & quid esse existentie.

¶Quo pacto quidam formalizantes uoluerunt plus q̄ uniuersaliste uniuersalia extollere. Cap.cvii.

¶Quidam fuerunt de formalitatibus scribentes:qui plus q̄ uniuersaliste uidētur esse.& plus dico ex eo qđ ponunt omnia uniuersalia in esse qditatiuo anquā sint. Dicunt qđ iste homo prius est compositus q̄ partes de quibus sit componendus.& non tantum partes tanquam originatiua causa: uerum & compositio uel actus componendi ad minus nature est prius q̄ res composita. Et isti tenere uoluerunt omnia esse in re:licet non sint.& dico licet non sint:quia illa que non existunt non sunt imaginabilia nisi inquantum deus scit de nouo creare. Sed scire dei non est iste homo neq; homo in communi: quoniam autem isti crediderunt transcendere ultra omnes debitos terminos opus est de eo: quod dicunt speculari in quo taliter asserunt.quod citra quamcunq; existentiam omnia sunt una quiditas. & quod deinde per particulares existentias diuiduntur.& iterum ad inuicem uel inter se componuntur. Sed cōtra eiusmodi compositionem inferimus: quod si prius unum erant & rursus ad se uniendum redeunt: idem sunt quod primo erant. Et quoniam hic existunt patet:quod ubiq; existebant: quod ponentibus tale argumentum aduersatur.

¶Cur uniuersaliste in abstractionibus suis semper titubeant:unde concipi potest:qđ uniuersalia in re non dantur. Cap.cviii.

¶Hic uero palam fit uniuersalia per abstractionem nihil esse in re extra terminum.& probatur p uiam tenentium eādem opinionem.ipsi enim dicunt quod animal uel alia communia non sunt extra ista particularia nisi intrinsece in omnibus particularibus.& postmodum dicunt quod abstrahunt animal ab omnibus particularibus & quacunq; existentia:& quod ad ens uniuersale reducunt quod est alter error. ¶Aliud incōueniēs sequit:hoc est qa ipsi fatent talia uniuersalia eē parua entia & deinde hic p suā abstractionē seu imaginationē quā singūt istas abstractiōes maxia entia eē dicūt.qđ isto mō patet. Ipsi eni aial p abstractionē siue aial in cōi dicūt qditatiue pdicari.& qditas in entib9 ē maximū atq; perfectum esse. Itaq; maximum esse in uniuersalibus prebent quod erroneum est:& contra illud qđ alibi asserunt tenentes uniuersalia esse minima entia. ¶Et isti qui tenent esse uniuersalia. dicunt nos non habemus quemadmodum plato asserebat quod sint idee separate tanquam metrum uel forme sup

qualibet specie.quanq̃ hec opinio sit difficilior probatu q̃ platonica. Quia non tantum uolunt animal ab omnibus particularibus separare immo & ab omni existentia.Et ut hac existentia & essentia paulopost sciscitabimur maxime quod formalizantes quandoq; uolunt etiam dare abstractum in cõmuni per formam aut metrum cõmune sicut & plato.

¶Quod animalia non possunt esse methaphysicalia eo quod sub pluribus generib9 speciebus:& compositionibus iacent. Cap.cix.

¶Posteaq̃ uniuersaliste dicunt dandũ esse unum uniuersale per metrum in quacunq; specie:oportet quod explicent qualiter hoc uniuersale sit aut quatenus in sese habeat.ipsum enim methaphysicũ nuncupare uolunt:quod nullo modo esse potest.Et probatur quia methaphysicum secundum ipsos denotat absolutum.& non coactum sub genere & specie. Vnde ens inquantum ens simplex asserunt subiectũ esse in methaphysica & animal multa genera & species super se habet circa oẽs philosophos. & non est uocandum transcendens nisi species inquantum sub aliis generibus est posita.& genus quia habet sub se species:quoniam post transcendentia in primo signo ponitur substantia in secundo substantia corporea & incorporea:in tertio corpus:in quarto corpus animatum & inanimatum. In quito corpus uiuens & non uiuens.In sexto animal:& in septimo unum animal rationale & aliud irrationale.& sic in superioribus diuisionibus uidetur:quatenus animal sit corpus physicum & non methaphysicum.igitur mortale:iam enim ipsum uiuens uocauit ad differentiam illius quod non uiuit:precipue qa unumquodq; corpus animatum est mobile eo q crescit & decrescit. Vnde manifestatur animal non esse methaphysicum nisi in uoce tantum. ¶Aliam partem adducemus: ut cognoscatur quidnam illud sit quod sonat in diffinitione hominis:dicens hominem esse animal rationale & mortale. Si autem mortale non eternũ nec methaphysicũ.Quocirca tres formas actualiter habet.Nã si hõ est animal animalitate & rationalis rationalitate & mortalis mortalitate: quelibet istarum partium est ab aliis distincta atq; in uno particulari unita.& tunc tale animal erit mortale. ¶Nos dicimus principium in qualibet specie seu particularibus esse occurrentiam radiorum stellarum siue influentiam celorum materie & aspirationis elementorum. & in animalibus quoq; dicimus patres per instrumenta generandi ac moderandi illam materiam occurrere & uniuersa hec concurrentia ad generandum unumquodq; particulare uocamus naturam simul cum uniuersali prouidentia prime cause. Sed quoniam deus celum elementa & patres intendunt ad generandum distinctum hominem ab illo: quod est equus cunctis his principiis simul occurrentibus tanq̃ unam solam naturam imaginamur. Quandoquidem ad unum solum finem intendit.Sed non quod una sit ut simplex & uniuersalis. Diuina enim prouidentia ualde differt ab illa planetarum & planete itidem ab elementis.& sic differt unumquodq; aliorum principiorum concurrendum. ¶Et si animal homo uniuersale & methaphysicum est metrum uel forma toti speciei humane:ponendo aliquod sygillum in aliquo particulari illud sibi simile faciet. Nam de natura metri est insimul totam figuram suam imprimere. Quapropter principio generationis hominis eodem instanti esset rationalis:quia talis est ratio illius sygilli.attamen quia uidemus primo esse sperma congelatum uel taliter qualiter perfectus sanguis.& postea embrius uegetalis: deinde sensualis priusq̃ sit rationalis:palam fit non esse hominem in cõmuni metro uniuersali deputatum ad humanorum ꝑductionem siue principiũ:maxime quod anima est simplex creata & non dependens ab uno metro corporeo & incorporeo.Demũ homo in cõi quũ omnino actu careat forma esse non potest nequidem ad aliquam generationem siue operationem occurrere. ¶Sanctus Thomas in quodam loco tenere uidetur quod talia uniuersalia sint tantum representatiua: sed interdum affirmabat & interdum negabat. ¶Scotus uero dandam esse unam in particularibus similitudinem ubi intellectus fundetur. Et quod ista sit una natura diminuta seu minoris perfectionis q̃ particulare: & quod sit in potentia tamen qualis sit minime assignauit:nisi dicendo.a.uel.b.& nos respondemus nec esse.a.nec.b.nec.c.nec d.nec aliquam aliam alphabeti litteram. Vnde eam determinari oportet. Et inferendo ut solent Ioannes est homo & petrus homo:igitur homo in plures diuiditur.Ad quod dicimus quod nunq̃ petrus & Ioannes sunt idem:& id quod in nullo signo est idem nullatenus diuidi potest:licet Ioannes dicatur homo:& petrus homo:semper utiq; diuisi sunt pariterq; uoces & intentiones ipsos nominando:q̃uis uoces easdem litteras habeant.Sed inuicem distincte particulariter pronunciantur. & id quod neq; intelligi neq; sentiri potest erit penitus abiiciendum. eo quod nullo pacto poterit aliqua ratione probari.Iccirco dum uniuersaliste aiunt species genus seu communia non sunt unum neq; plura: & neq; hoc neq; illud: & neq; uniuersalia neq; particularia. extra omnes terminos nostrarum potentiarum exeunt. Quocirca audiendi non sunt:qui enim talia patrat cuncta potest opposita seu impossibilia suis libris applicare.& hoc erit proprie ens rationis:scilicet neq; unũ neq; plura neq; hoc neq; illud.& nec uniuersale nec particulare.Quoniã nullo sensu aut intellectu id assentire possumus.Et si infers quod inter duo extrema per negationem sit dandum medium:sicuti inter esse & non esse duo falsa adducis.eo quod nõ eẽ nõ ẽ extremũ. Quũ nõ sit nisi i uoce tantũ.Quod si nõ est nec erit extremũ nec medium.

ſecunda falſitas dicendo medium per negationem hoc quoq; falſum erit:quū negatio nihil extra uo-
cem ſit.Si enim eſſet negatio non fieret.Sed terminū ponimus ut inuicem intelligamur.Quãobrem in
ter eſſe & non eſſe non eſt dandum mediū.nec inter unum & plura ſeu inter hoc & illud.

¶Quonam pacto deductio uniuerſaliſtarum de uniuerſalibus agendo iuxta tracta
bilia hic per ipſos poſita intelligi poſſet. Cap.cx.

¶Quoniam qdem uniuerſaliſte nondū explicauerunt que uniuerſalia ſua ſint aut quomodo ſe ha-
beant:uidebimus qd poteſt eſſe illud qđ dicūt an recte uel inaniter ĩ ſimilibus elaborent. ¶Et in pri
mis ita dicimus:ſi humanitas uniuerſalis ſe habet tanq̄ natura ſuperior omnibus particularibus homi-
nibus:petimus quid prebet eis:& ſi principium ſimiliter:ſi autē tanq̄ forma quo pacto talis forma intel
ligi põt:qppe quod de natura ſuperiori eſt aliqd per continuum ĩfluxum ex pricipio uſq; ad finē ĩferio
ribus ĩpendere:& uerū pricipiū itidē agit.De forma ſiqdem principalius bifariã intelligi poteſt:unum
tanq̄ ad extra formari ueluti ſigillū in cera aut pes ĩ puluere:& ſecūd9 dum ĩtriſece ĩ eo compoſito for
ma ĩgredit:ut anima ĩ aiali ſimul cū corpore. ¶Sed humanitas nõ põt denominari natura: nõ prin
cipiū nõ forma ĩtriſeca neq; extriſeca eo ꝙ p adducētes ipſam eſt ĩ pura potētia oĩ actu carēs:neqdem
decet ĩferre qđ tanq̄ pater ſe habeat.nã pater generãdo filiū actualiter ſe habet atq; particulariter. &
uniuerſale nõ generat neq; generatur:nec ſe habet ueluti generationis ſundamentū.Quoniã hoc de
prima materia eſſe dicūt:qđ eſt cõe oium generabiliū & corruptibiliū.Nõ eni hoibus ſolū & humani-
tas hominibus tantū attinet:ita qđ non tanq̄ materia prima neqdē ſicut forma.Quum forme attineat
deducere res de potentia ad actum:quūq; ipſa uniuerſalis humanitas dicatur in pura potentia mane-
re: nullatenus aliquid de potentia ad actum deducere poteſt.Qua de re difficile eſt ad inueniēdum qd
nam tua uniuerſalis humanitas in his particularibus hoibus agat. ¶Hoc in loco uere alia nõnulla cla
riora p uniuerſaliſtas poſita aſſumenda ſunt:eo qđ p uiſibilia ad inuiſibilia aſcēdamus. & ſorſitã hic faci
lius aperiemus qd de uniuerſalibus ſm hãc uiã tenēdū ſit.Vbi de toto reſultato uel cauſato ac de ptib9
ſimul cauſantibus agūt exēplū capiemus.Aiūt eni ĩ quocunq; noſtro particulari totū a ptib9 ſimul ma
nētibus formaliter diſtingui:eo qđ cã ſemp diſtincte dicit aliud a cauſato.Aĩa rõnalis & corp9 cauſant
unū totū:qđ tertiã entitatē hoiem uel humanitatē appellãt.igiẽ hõ a ptibus cõponētibus tanq̄ cauſatū
a cã diſtinguiẽ.Aĩa & corpus cauſant hoiem.ſeqtur quocūq; aſſumant eſſe aliud ab hoie. ¶Nūc ſic
hoc aſſūpto facile uideri põt iuxta naturalē curſum:quonã pacto hūanitas uniuerſalis ſm doctrinã uni
uerſaliſtaꝝ ſe hēat taliter diſcurrēdo.Corp9 & aĩa ĩ quocūq; noſtrū pticulares ſunt:& particulare totū
ſeu hoiem uel humanitatē cauſant:ac priores ſunt aĩa & corp9 q̄ hõ eo qđ cauſa prior cauſato ſic uel
ſic ut p uniuerſaliſtas patet aſſerētes:qđ hec tertia entitas ſiue hõ in ſeparatione aĩe & corporis diſſolui
tur.Et tñ aĩa & corpus ſemp remanēt. ¶Nūc p ea que dicta ſunt ad cõmunē humanitatē uel hoiem
deueniēdū eſt:qñquidē ſequitur qđ ſi hec humanitas ab hoc corpoꝛ & hac aĩa pticularib9 cauſaẽ:uni
uerſalis hõ uel hūanitas:ab uniuerſali aĩa & uniuerſali corpe cauſaẽ.Sed ubinã eſt illud uniuerſale cor
p9 & uniuerſalis aĩa:q̄ uniuerſalē hūanitatē cauſat.Quoniã uniuerſale p hãc uiã omni actu caret.& ad
cauſandū oportet actualiter elaborare.non poteſt uniuerſalis anima nequidem uniuerſale corpus ita
actualiter aliquid cauſare:ergo non cauſant uniuerſalem humanitatem. ¶Amplius oportet quod
uniuerſalis anima & corpus ſint priores uniuerſali humanitate:eo quod cauſa prior cauſato. & non tã
tum prior in eſſendo abſolute:uerum etiam coniunctim uniuerſalis anima & uniuerſale corpus.Vnde
tanquam forma & materia ſimul ſe habent. & ubi materia & forma ſimul quomodocunq; aſſumatur
res particularizata preſupponitur.& non tantum ubi anima iam ĩtroducta:ſed corpus ſolum dicit for
mam & materiam ſimul:ita quod nullum corpus & anima ſimul in uniuerſali inueniri poſſunt ad ge-
nerandum uniuerſalem animam.Sed in modo ioco ſo aut platonico concedamus:quod alter mundus
uniuerſalis detur prior iſto tanquam huius exemplar: ad cuius imaginem iſte factus eſt : in quo ordine
anima particularis & corpus particulare aſpiciendo ordinem corporis & anime alterius uniuerſalis
mundi:uidelicet dum uniuerſalem humanitatem ſiue hominem cauſant ad eam ſimilitudinem : etiam
iſta particularem hominem uel humanitatem cauſant.Verum etenim hoc quãdoq; aduertendū eſt:qđ
iuxta exemplum ueluti hec anima & hoc corpus particulares quãdoq; coniunguntẽ. & in ſeparatione
pticularis hõ:quē cauſauerūt diſſoluiẽ.eodē mõ eſt dicendum qđ uniuerſale corp9 & uniuerſalis anima
tum coniunguntur & tum ſeparantur.In qua ſeparatione uniuerſalis humanitas diſſoluitur.& quicqd
quandoq; diſſoluitur eternum eſſe non poteſt. ¶Nequidem eſt ponendum quod humanitas uniuer
ſalis aſſumatur pro ratione diuina uel cognitione:quam de omnibus hominibus habet. Quoniam om
nes rationes diuine in actu ſunt atq; purus actus quia ipſemet deus.Et ſi dicis humanitatē eſſe aliquam
naturam dependentem ad quid agēdū datur:quū poſtmodū affirmes quod omnes particulares hoies
ſiue humanitates ab animis & corporibus particularibus cauſentur.Vnde humanitas uniuerſalis tanq̄
ocioſa in natura aut ueluti exemplar uel ſignum ad quam ſimilitudinē iſta anima & iſtud corp9 parti
culares homines ſiue humanitates cauſant. Sed ut exemplum ualeat etiam quemadmodum uiſum eſt.

oportet quod uniuerſalis humanitas ſit a corpore & anima uniuerſalibus cauſata : & corpus & anima
coniuncte per aliquos patres uniuerſales ueluti hoc corpus & hec anima a particularibus patribus in-
ſtrumentaliter coniunguntur. Et hic non eſt opponendum quod pro anima mũdi a platone poſita in
telligatur: quum illa anima in actu ſit: & noſtre rationales anime minime ab ipſa emanant: ut uiſum ẽ.
neq; eſt danda aliqua ſubſtantia uel rationalis anima uniuerſalis: de qua omnes anime rationales ſint ꝓ
ducte. Namq; hoc contra rationem & legem teneretur: quum rationalis anima indiuiſibilis. Vnde non
poſſunt ab aliquo uniuerſali tanq̃ ab unica maſſa omnes rationales anime emanare. Quicquid enim in
corruptibile per propriam naturam omnino indiuiſibile. Anima rationalis eſt huiuſmodi: igitur indiui
ſibilis per principium medium & finẽ ubicunq; inueniatur. ¶ Tãdem omnes homines per proprias
paſſiones humani ſumus ſicut & rationales. Noſtre enim rationes non de aliqua uniuerſali ratione: ſed
de hac anima illa & alia particularibus dicunt. Nam ſicut albi ſumus per particulares albedines quas ha
bemus: ita & humani per proprias aduenientes humanitates: tanquam integrales partes ad unionem
anime & corporis. & he ſunt humanitates realiter aſſumpte. Sed abſoluta humanitas per opus intelle
ctus tm̃ daṫ. Nam ſi humanitas in cõi daretur ẽt domus: & ubi domꝰ ibi materialia tanq̃ principia in
gredientia in ipſam: & carpentarius ſiue architector uniuerſalis taliter quod ſimili modo in alio ideali
mundo eſſet ponendus uniuerſalis architector ad edificandũ uniuerſalem domum: pariterq; ſuper om
nibus aliis particularibus ponenda eſſent uniuerſalia: quod eſt ridiculũ. ¶ Vnde tenendum eſt quod
deus produxit uel plaſmauit primũ hominem in corpore & anima uiuente: & dedit ei iuſſum ac pote-
ſtatem generãdi alios homines: & homo quem deus creauit ſiue formauit particularis & nõ uniuerſalis
fuit: & per poteſtatẽ ſeu ordinẽ quem deus creaturis prebuit ad generandũ & tranſeũdũ de ſpecie ĩ ſpe
ciem uarias proprietates accidentales acq̃rimus. Materia enim que nũc eſt in nobis aliter aut cũ aliis ꝓ
prietatibus ſe habet: q̃ prius dũ in ſimplicibus elementis erat. & non eſt intelligẽdũ q̃d in generatione
aſſumamꝰ aliquem pedem de uniuerſali pede: tybiam de uniuerſali tybia : manũ de uniuerſali manu &
caput de uniuerſali capite: niſi quod hec oĩa in quocunq; particulari nouiter in ſua generatione edifi
cantur ſuper illa elementorũ materia: quippe q̃d ſi oĩa mẽbra omnes diſpoſitiones atq; oẽs proprieta
tes ab aliq̃bꝰ ſimilibꝰ uniuerſalibus emanarent etiam in diſſolutione iſtorũ particulariũ ad ipſa uniuer
ſalia reuerterentur integre & non diſſolute: ſed quo ad ueritatem qualitates ſiue accidentales ſiue na
turales que per contingentiã eueniũt diſſolui poſſunt: & q̃nq; diſſoluunṫ. Sicut domꝰ q̃a accidentaliter
edificata iuxta eã edificationẽ diſſoluiṫ. & hoĩes atq; alia animalia arbores & ſimilia q̃uis a natura com
paginati hodie uel cras diſſoluimur de illa contingenti compaginatiõe: nõ ĩ eo q; materia uel ſubſtan
tia ſumꝰ. Sed q̃a ita compaginati inquãtũ ad iſtã ſpeciẽ hominis eq & piri deducti : & de his q diſſolui
mur ꝓculdubio patet: q̃d acq̃ſita extra ſubſtantiale fundamentũ hec ſunt. & ſic non ſequiṫ corpus per
ſe nõ eſt humanũ: neq; aĩa rõnalis ꝑ ſe humana: ergo nõ poſſunt ſimul humanꝰ homo eſſe. Quoniam
in unione precipue per naturalem generationẽ multa acq̃runṫ: que non erant in ſeparatis principiis.
& tamen hec interdũ diſſoluunṫ. Nam corpꝰ hominis poſt putrefactionẽ & reductionẽ ad elemẽta nõ
eſt amplius humanũ. & hic ordo particularis eſt: q̃a ĩ hoc & in illo particulariter operaṫ . & uniuerſale
de rõne uniuerſale operari poteſt ſi operaṫ: & hinc auerrois q̃uis deceptus uoluit q̃d itellectus noſter
ſit uniuerſalis eo q̃d uniuerſalia intelligere põt. Sed qualiter uniuerſalia itelligamus: & q̃d intellectus ſit
iã in locis ſuis ꝓbatũ eſt quanquã ecõuerſo in oppoſitũ auerrois capiamꝰ . Nihilominus ſi intelllectus
uniuerſalis eſſet: etiam oporteret q̃d dũtaxat abſtracta uniuerſalia itellexiſſet. Vnde aſſumpta hac uia
ti nollet:& sic bonum a bonitate:magnū a magnitudinitate:tanq̄ ab absolutis pricipiis oriri dicit. Vñ abstracta incōuertibilia esse aiunt:super quo fundamento ab uniuersalistis posito quiescēdū est:ut faci lius de humanitate eqnitate & leonitate quales sint cognoscamus. Asserunt enim equinitas tantum est equinitas:seu humanitas tantū humanitas:unitas tantum unitas:uniuersalitas in abstractione tantum uniuersalitas:materialitas tantum materialitas:essentialitas tantum essentialitas:natureitas tantum na tureitas in abstractis atq; uniuersalibus assumpta hec omnia:que itidem in esse potentiali manere di cunt. Quapropter omnino simplicissima denominant. Nunc sic ad propositum nostrum deueniendo: unum ab unitate:humanum ab humanitate:bonum a bonitate:uniuersale ab uniuersalitate: essentiale ab essentialitate materiale a materialitate. Quocirca non ab uno solo uniuersali principio:hoc assumi mus:imo a pluribus:ut per ipsos uniuersalistas probat:Quum dicant quod ultima abstracta nullaten9 conuertant. Vnde palam sequitur quod humanitas non sit unitas:nequidem cum humanitate cōuer tibilis. non essentialitas:non materialitas:non formalitas:non potentialeitas:non natureitas: non diui sibilis non unibilis:nisi humanitas tantum:& non ens neq; esse:nisi tantum humanitas. Vnde falsa est positio:quod humanitas sit unitas minor uel maior unitate numerali : quum iuxta istorum principia unitas & humanitas in abstracto idem esse nequeant. ❡Et si asseris : quod omnia hec simul assum pta de una & eadem re dicere possunt : eo tunc intentum nostrum habemus : quod humanitas non sit tantum simpliciter humanitas absq; alia consideratione:quoniam de omnibus his predicādo plura in se dicit:& tāquam concretum se habere ostendit. ❡Et per hanc uiam abstractionis etiam dicer̄ so lent:deus non est unus sed unitas:non diuinus sed diuinitas:non deus sed deitas:non essentia sed essen tialitas:non sapientia sed sapientialitas:que omnia penes istorum fundamenta erronea sunt. quoniam: ut probatur:si unum abstractum in aliud non conuertitur:nō unus solus deus:sed plures dii:aut quod dicamus prime entitates:Quoniam in abstractis uel circa hanc fantasiam non dicitur deus:sed deitas unde unitas per se erit prima entitas:prima deitas:prima diuinitas:prima essentialitas:prima bonitas: & nunquam idem:quum abstracta non conuertantur:que opinio tanquam falsissima recēsenda. Vnde deus denominādus est in concreto proprius:q̄ deitas in abstracto. nāq; in concreto boneitas magni tudineitas:diuineitas deitas:idem considerantur & sunt. Quocirca deus concretus est:& nō abstract9. Et hoc modo assumēdum est de humanitate hominum seu equorū equinitate. Quoniam aut quod cō creta sit humanitas aut uero non:unitas non essentialitas nō forma seu formalitas nō materialitas nō potentialitas non natureitas nō diuisibilis nō extensibilis:& quod extēsibilis sit & equalis per ponētes ipsam patet:eo quod in pluribus diuisibilem describunt:& diuisio non datur ubi nulla est extēsio: & in abstractis nulla datur extensio neq; diuisio. Quum humanitatem tantum eē ingant: In quo facile uide ri potest qualia sint fundamenta ponentiū abstracta.

❡Exemplū de asino & equa in generatione muli. Cap.cxv.

❡Preterea aliud exemplum cuiq; manifestum:quod utiq; difficile soluendi:quod est de asino & equa generantibus mulum alterius speciei : Et si esset aliqua unica equinitas forma:ut inquit auicenna : que non esset nisi equinitas tantum:non posset nisi equos tantum generare:& nequaquam equus & asina mulum generarent. Quod si infers una est forma media equinitas & media asinitas:tue opiniōi repu gnas:Vbi inquis:equinitas est tantum nuda equinitas:& non solum equus & asina simul concurrēdo mulum generant:qui est alterius speciei imo & quamplures alii sensuales specie differētes diuersam spe ciem simul generant:& talis superior forma non est hactenus comperta:nec ab uniuersalistis pertracta ta. ❡Vnde plura exempla adducere possumus ad probandum quod ista particularia generēt. & nō aliqua uniuersalis forma. licet auctoritates non haberemus nec ab ipsis concessa esse uniuersalia i pura potentia per quam maledictionem generare nequeunt. & hic exemplum capi potest:qualiter homines in matrimonio debent uxores sibi similes & mulieres quoq; consimiles uiros ducere. Nāq; aliter sunt in conuersatione difformes:& uarii filii nascerentur. Equus enim filium sibi similem in specie generat tā to quod de specie sua feminam accipiat:& ibi natura uariari non potest:qui equus proueniat. ❡Pe trus hyspanus qui in logica sua aristotelem imitatur naturaliter loquendo dicit:humanitas mea differt siue distincta est ab humanitate tua:& anima mea per quam causatur humanitas mea altera est ab ani ma tua:per quam causatur humanitas tua. Logici uero causa materie idest secunde intentionis dicunt: humanitas mea idem est cum humanitate tua. Et hic de nomine tantum infertur:qd uniuersaliste sequū tur. Et ultra asserunt abstractum non est hoc neq; quale. Vnde si indistinctum non potest esse forma ne q; metrum:quocirca non habet locū informandi nec generandi.

Quid intelligatur:dum dicitur homo generat sibi similem in specie. Cap.cxvi.

❡Circa auctoritatē aristotelis dicentis:hō hoiem generat sibi similē i specie diuersi diuersa capiūt: tamen non omnes ut merito deberent:& ob hanc cām nos equā ēt tangere possum9:ut quid species

sit intelligatur:& taliter per primam diffinitionem dicimus:species hominis est illa ratio seu uia per quā solus homo ad perfectum esse deducitur:& nō queuis alia res:quumqꝫ homo filium generare nequeat quod equus sit nec aliquod aliud animal preter hominem:pro illa siquidem proprietate de tali specie esse dicimus. Qua de re merito asseritur quod in specie similis homo enim filium generare potest. nam aliter homo filium generare potest:qui non sit precise sibi similis in tybiis in brachiis in uisu uel quacunqꝫ alia corporis habitudine:& in homine omnimodo erit ut pater: ex eo quod inquantum homo non est magis unus q̄ alius:neqꝫ est per aliam uiam q̄uis perfectior esse queat: quemadmodum & una substantia est altera perfectior:tamen non magis substantia neqꝫ unum magis accidens:q̄ aliud:iccirco unaqueqꝫ res aliam sibi similem gignit:in illo quod non pōt aliter se habere:uerum non omnino idem. Quoniam aliud est generans & aliud generatum:& non est intelligendum quod homo & ratio seu uia per quam homo est homo sint idem:& propterea nullus homo dici potest quod sit species. ¶Et qa per diffinitionem diximus:quid species hominum sit:de suis principiis scitabitur. Vnde oriri dicimus a celis & elementis & patrum concurrentia ad cuiusqꝫ particularis generationem: quamobrem hec oīa diuinitus disposita necessario hominem aut saltem humanum corpus producunt:& de9 animam creat ad illius corporis proprietatem:& sic animalium species ab effectib9 omnium istorū cōcurrentiū oriū tur nequidem ratio per quam iste pater generat istum filium:est eadem ratio per quam ille pater generat illum filium. similes rationes tamen sunt eadem uero nunquam: quoniam si per eandem rationem omnes homines generaremur unus homo tantum essemus non autem plures:plures sumus licet similes:constat per plures similes rationes generatos esse. unde tanquam potissimum aspiciendum est: quia ubicunqꝫ similitudo datur:ibi aliud & aliud. quoniam in idem similitudo non cadit. tandem causa similitudinis dicimus eandem rationem esse:per quam iste & ille generantur. unde plures similitudines simul species denominantur.

¶De quibusdam aliorum argumentis. Cap.cxvii.

¶Quidā cōtra uniuersalia talia faciunt argumenta ita dicēdo. Iuxta tenētes qꝫ uniuersalia sint in re extra animā:uniuersalia sunt in particularibus sicut i fundamēto:uñ oportet qd sint ibi naturalia aut accidētalia:si accidētalia post pticularia sunt:& ab alio esse per cōgregationē accipiūt:si uero naturalia cū subiecto:si subiectū ē pticulare:necesse ē qd illud qd ē naturale subiectū sit pticulare:Aut si subiectatū ē uniuersale subiectās quoqꝫ uniuersale:& qd iste hō & ille atqꝫ alia q̄ subiectāt pticularia sint: patet itellectui & sensib9. Similiter & aliā oppositionē obiiciūt:hoc ē qa aliq̄ dñt uniuersalia & pticularia relatiua sunt:Igit̄ utraqꝫ sunt dāda:& hoc argumētū tali mō soluūt:uniuersalia & pticularia secūde intētiōes sunt:& ideo īter se referunt̄:sed hō i se ut sortes ē un9 nūero:i primo signo suo nō refertur ad aliud. ¶Vlterius cōtra alios tenētes:qd nō repugnat huic homini sorti uel platoni eē pticularem & uniuersalē simul:ita rñdet̄:si nō repugnat huic homini qd sit pticularis & uniuersalis simul penes dicta tua:ponamus qd iste hō sit uniuersalis & particularis:& ille uniuersalis & pticularis:& sic de reliqs:ergo tot hoīes sunt uniuersales quot pticulares:qd ē cōtra ītētionē tenētiū uniuersalia:qa dicūt unum esse hoīem uniuersalē & nō plures:tametsi quilibet hō singularis aptus sit ad pluriū cōuersatōem. sicuti oēs res sunt:sed iste nō ē hō i cōi:ut dñt:tanq̄ forma hoium cōcedūt:qd si ñ eēt i mūdo nisi un9 hō petr9 uel ioānes:ñ hēret̄ uniuersalitas de ipō:sed qm̄ multi sunt q̄dā ab oib9 uniuersalitas orit̄: eo qd similes sunt. nos uero dicim9:qd talis uniuersalitas abstracta ē a plurib9 p collectionē itellect9:similitudo eni nō una ē:sed plures. Iō plures similitudies uniēdo itellectu utimur:& q̄q̄ i re similitudies fiāt nō utiqꝫ una sunt:sed plures:neqꝫ ē i una re fundant̄ sed i plurib9. Nā similitudo petri i petro fundat̄:& similitudo ioānis i ioāne: & similitudo hui9 albedinis i hac albedie & alie i aliis. Iccirco nō i uno cōi sed i pluri b9 pticularib9 cōuenim9. qñ ergo dicit̄ i uno cōuenim9 unū cū alio cōuenire assumit̄:i hoc aūt pūcto pauci insistere queunt:quū illico trāseāt ad dicēdū cōuenimus in unum absolute imaginando.

Quomodo ītellect9 noster i particularibus & non in uniuersalib9 fundet̄:qm̄ plures sunt similitudines:& quod illud quod non est in actu est incognoscibile. Cap.cxviii.

¶Vbi uniuersaliste dicūt dādū esse unū cōmune:i quo ītellect9 nr̄ ad cōsiderādū uniuersalia fundetur:nāqꝫ aliter ipa cōsiderare neqmus:Rñdemus:qꝫ ītellectus i pticularibus & nō i aliquo uniuersali fundatur:quūqꝫ similitudo sit tāquā relatio ad aliud:oportet qꝫ plures sint similitudines & nō una tantum Quapropter quū similitudo mea pticularis sit:necesse est etiā qd in pticulari terminet̄. Particulare eni cū uniuersali nullā hēt similitudinē:& sic nō pōt ītellect9 i uniuersali aliqtenus terminari. Ideo quum ego te respicio & tu particularis es:i pticulari siquidē termināda ē respicientia mea:qm̄ te pticularē & nō uniuersalē respicio:ex eo qꝫ tu pticularis & non uniuersalis es. Si autē asseris:qꝫ similitudo tua & similitudo mea in uniuersalē humanitatē trāseūt ubi idem sunt. rñdetur qd si idē nullo pacto sunt similitudines:tu eni nō tibi es similis:sed alicui similis:nec potes eē similis alicui uniuersali:quū tu pticularis

sis:qm̄ similitudo intelligitur:quando due res fere per unam & eandem uiam condictiones habēt.sem per tñ oportet:quod he proprietates distincte inter se sint:si enim distincte non essent minime darenť similitudines:tametsi plures hic decepti sint credentes:quod non possumus eadem re qua disconueni mus conuenire:quod nēpe aliter se habet:licet quod sub una consideratione conuenimus.& sub altera disconuenimus:& quod conueniamus eadem ratione qua disconuenimus hoc modo patet: quia tu es homo particularis:& alter homo a me:& ego similiter sum homo particularis & alter a te: & quia ego habeo similes proprietates sicut tu:sum tibi similis:Attamen non idem:quoniā in alio & alio numero: atq; alia & alia alietate conuenimus.Nam si ego essem idem tecum:nō utiq; essemus similes:nisi una so la res & una sola non dicitur similitudo:& sic patet:quatenus iisdem causis conuenimus quibus discon uenimus:licet q; habere debemus similes formas & similia corpora:hoc est eiusdem speciei:quia cū alie nis speciebus minus conuenimus:& potius disconuenimus ita dicendo.Anima istius hominis est ratio nalis & corpus eius humanum:similiter anima alterius hominis est ratiōalis & corpus humanum:& ani ma equi est sensualis & corpus hynnibile.Vnde nimium differūt homo & equus:quanq̄ in aliis reb9 ut pote in materia & modo dependendi conueniāt.semper tamen sub alia & alia ratione:licet a deo de pendeamus:& deinde materialiter a celis & elemētis.Sed ibi non conuenimus neq; discōuenimus : nisi quod idem sumus cum elementis aut celis.Verumtamen quum particulariter generati sumus:& trans lati in uariam speciem ab elementis:tunc conuenimus & discōuenimus:inter nos conuenimus:quia ab iisdem principiis descendimus:& conuenimus:eo quod quilibet nostrum est unus numero particularis atq; ab omnibus aliis distinctus:& quoniam unusquisq; talis est in proprietatum similitudinibus conue nimus & differimus:ex eo q; alie & alie proprietates sunt iste per quas conuenimus & nō idē. ¶Hę uero proprietates nostre integrales partes sunt:nam quum dicimus ego sum tibi similis:non est intelli gendum aliud esse in me quod tibi sit simile:nisi q; ego essentialiter sum tibi similis:nō quod ego sim si militudo ex parte mea:nisi homo siue animal rationale fundamētaliter:& similitudo ex eo q; ego te re spicio:& quia etiam tu format9 es sicuti ego sum:ex hoc oritur quidam respectus in mente nostra:quē similitudinem nuncupamus.Sed ista intentio posita per secundam intētionem est i loco istius persone realis:quoniam non sumus similes per uoces seu respect9:nisi per personas nostras realiter assumptas: q̄uis loco istarum realitatum secundas intentiones ponamus:tanq̄ respectus in mentibus nr̄is. ¶Et quod similitudines ab his concretis fundamentis:& non ab abstractis ortum habeāt facillime compro bať.Pater enim ortum habet ab actu generandi & non a paternitate:Quod ita probatur.Pri9 homo generat siue occurrit ad actum generandi:q̄ filium habeat:& paternitas non est prius q̄ filiatio : non enim relatiua sunt usq; ad ideminstans generationis:qa paternitas & filiatio duo extrema petunt.Vñ fit prius esse generationem filii:q̄ sit ipse filius:& filiatio significat:quod iam in actu filius sit homo: igi tur pater est per actum generandi & ab illo actu oritur filius:& a filio siue generato nascitur filiatio:& a patre uel generatore paternitas:& generator primitus in aliquo indiuiduo:ut in homine i equo aut similibus fundatur:filius autem in embrio.Quocirca in ordine prius est homo:deinceps pater per actū generandi:inde paternitas oritur:in primo siquidem sperma uel embrius:denuo passiuus actus generā di:postremo filius:& a filio filiatio.Et quum pater respecturus sit filium:& filius patrem:quosdam respe ctus imaginamur:& alium uocamus paternitatem alium filiationem:sed hi respectus nō erant in na tura rerum ante istam generationem:neq; post patris & filii solutiones:& sic patet:in se nō esse reales. Si enim essent:non dissoluerentur. ¶Scotiste in similibus locis pro defendenda eorum intentōe asse runt:quod uniuersalia dūtaxat sunt in potentia:eo quod quicqd est i actu est unū numero & particu lare:tñ dicunt:hoc uniuersale esse in pluribus particularibus:& non iferūt de pluribus p̄ticularibus in actu:q̄uis dicere uideanť p opus intellectus esse:ex eo qd de prima ad secūdam intentionem non ualet consequentia.Sed ad hūc passum deducti facillime totam hanc materiam restringere possumus:taliter procedendo:tu dicis uniuersalia in pura potentia esse seu nihil habentia de actu:peto nūc: quomodo cognoscis hoc uniuersale?Quandoquidem secundum omnes sapientes unaqueq; potētia seu materia dūtaxat per formam cognoscit:& quicquid est formatum in particulari actu manet:igitur alterum de duobus concedendū est:aut qd tu non cognoscis uniuersalia esse in potentia:aut uero quod nullū est tale uniuersale:quū omnia cognoscibilia sint formata:& qcqd formatū particulare est. ¶Item si ali quod uniuersale est in me in me manet:& si aliqd est in te in te manet:& manere actū designat:& act9 est p aliquā formā.Preterea aut qd hoc uniuersale p̄bet nobis aliqd aut nihil:si aliqd p actum p̄bet:& si nihil absq; pposito seu frustra est in nobis. ¶Et ad argumentū de p̄ria intentione ad secundā:rn̄de mus:qd ubicūq; dať p̄ria intentio cā euitādi ociositatē:dandū est aliqd secūdū:tāquā opatio:q̄ tñ opa tio siue respicientia ad finem suū est p̄ticularis actus illius:de quo ortum hēt.& sic oēs uniuersaliste ab hoc passu deuiantes iquiunt:quod uniuersalia tanquam metrum siue particularium forme se habent: nos autem dicimus id quod informare debet in actu esse:& non in potentia.

Quonam pacto omnia uniuersalia accidentalia seu ad libitū intelligēda sunt: & uni uersalia potentialia a natura assumendo. Cap.cxix.

¶Superius tactum est qualiter natura semper a suo naturato in specie differat: quoniam aliud sunt elementa & radii celorum:& aliud caro & ossa ab ipsis superioribus naturata.& in hoc capitulo causa auferendi plures confusiones duo principalia aperiemus:primū siquidem erit:quonā pacto uniuersalia penitus accidentalia aut ad libitū posita se habeant:& quō uniuersalia a natura assumendo:Sed hoc & illud uidelicet accidentale & naturale respectiue ad plura particularia uniuersalia dicunt atqꝫ potētialia:Verū in se quelibet res una est & actualiter manet:& in hoc loco primitus de accidentalibus siue ad libitum positis exponemus:ueluti de hoc termino homo:q ad libitum positus ut de pluribus rebus similibus predicetur.Sed hoc nomen homo nūquam cum homine realiter assumpto:siue cum aīali rōnali & mortali conuertitur:At sine conuersione uel diuisione integre de pluribꝰ predicatur.nā dum dicimus iste est homo:& postmodum promimꝰ ille & ille est homo minime diuidit iste terminus uidelicet homo:Sed totus integer aggredit ad predicandum de ista re rationali:& totus ad predicandum de illa alia simili.Si enim iste terminus diuideretur uidelicet homo ad pluralitatem multorum particularium:est impossibile:quod oēs uocarentur homines:qm̄ eripiendo ultimum o & m remanet primum o solum & o solum non dicit rem rationalem & mortalem:Ita quod concesso hunc terminum esse uniuersalem ad predicandum de pluribus in quolibet ipsorum particulari ēt ipse terminus totus integer & particulariter ingreditur non autem diuisus:licet qd semper hic terminus homo est diuisus ab illo termino homo in pronunciando:sed hic & ille integer & particularis. ¶Ars edificatoria est uniuersalis ad plura edificia struenda:& in quocunqꝫ edificio inquantum ars tota ingreditur:& tamen indiuisa. Sed nunquam ars edificandi cum ipso edificio conuertitur neqꝫ iste terminus homo cum homine per primam intentionē assumptus.Nihilominus non repugnat sibi indiuisus de pluribus predicari:neqꝫ ex hoc ē dicendum:quod ars edificandi & terminus predicādi de omnibus hominibus sint unitates minores q̄ numerales.Quoniā iste terminus homo in mente in uoce aut in scripto unus numeralis est:& ꝑ se assumptus in prima intentiōe ponit & repugnat sibi in pluribus diuidi:eo quod integer ad predicandum de oibus realibus hominibus positus est:& hoc modo plura etiam inueniemus uniuersalia:quod non repugnat eis ad plura particularia occurrere. ¶Gladius eqdē ad plures scissiones uniuersalis est: & tamē ipse unus numeralis & a quacunqꝫ scissione totus indiuisus accedit.non repugnat homini:quod in plures domos ingrediatur ad struendum ipsas:uel ad habitandum:Nihilominus semper homo unus numero & uniuersalis absqꝫ repugnantia ad edificandas uarias domos.& taliter homo i cōmuni si daretur ad formandum plures particulares homines totus integer accidisset.Sed nunquā cum eis conuerti posset:eo quod non conceditur naturam cum suo naturato conuerti:aut causam cum causato.Vnde constat:qua de causa homo in cōmuni dari non potest:tāquā nostra natura eo quod nos homines sumus:& naturati.Quapropter cum nostra superiori natura conuerti nequimus.immo uarii in specie ac genere sumus:ut in elementis & animalibus uideri potest.Elementa enim natura & naturata animalia: & sic non tantum in specie sed in genere differunt. ¶In altera parte scilicet naturali clariꝰ uidere possumus:quonam pacto uniuersalia potentialia assumantur:ac per superiores naturas seu antecedentes:& tamen in se unaqueqꝫ istarum naturarum particularis & in actu de presenti: sed inquantum ad futuras operationes uel transmutationes de specie in speciem aspiciunt:omnes res generabiles & corruptibiles sunt uniuersales:atqꝫ in pura potentia ad futuras species.Exempli gratia: corpora nostra in hac humana specie manentia sunt in aptitudine transeundi per putrefactionem & generationem in uermes: in herbas:in arbores: in terram: in aquam:in aerem:& in ignem: seu in elementa: & de facto quandoqꝫ transeunt.Nunc aspiciendo hanc potentiam:aut illud quod quandoqꝫ materia que nunc ē in corporibus nostris erit:possumus dicere corpus nostrum est uermis:est planta:est terra:est aqua: aut est elementū:quia habile ad transeundū in ipsa:similiter iste puer est pater:eo quod in potentia essendi quandoqꝫ pater:Sed de presenti puer non est pater:nequidem corpora hominis herbe:seu arbores: aer uel aliquod elementum. ¶Pariqꝫ modo de superiori ad inferius asserendum est:nam radii celorū & elementa sunt in potentia transeūdi in hominem:sub hac aptitudine dicere possumus: elementa & radii celorum sunt homo:sunt arbores:sunt equi:leones:& similia generabilia & corruptibilia:presertī elementa satis accōmodate aīalia sensualia arbores:lapides:& similia dici possunt:quum sint in potētia transeundi in hec inferiora:& assidue transeunt:non autem quod totaliter elementa in animala transeant:preter aliquam partem ipsorum elementorum.Nihilominus oportet quod tota elementa ad hāc trāsmutationē occurrāt:dū de spē in spēm cōuerti uolunt:nō totaliter tota elementa.Sed ptes ꝑ toto supplētes:& in hac cōsideratiōe:eo qd elemēta ad ꝑducēdū hoīes & plura aīalia occurrunt: & aliq ps eoꝝ in ipsis aīalibus īgredit:ea ps seu aptitudo generādi hoīs pōt uocari homo:& pars ingrediens in equo equus:aut omnia elementa unum solum animal.Quoniam eis non magis repugnat quod transeant in hoc animal q̄ in illud.& sic ea materia que nunc est in homine:postmodum i equo esse potest. & tamen cum toto hoc assumpta elementa per se particularia sunt:& in actu de presenti:nō autem animalia sed elementa:nequidem cum animalibus conuertibilia donec ad animalium speciem in actu trāseunt.Verumtamen inquantum in animalia continuo transeunt:quandoqꝫ in hoc quādoqꝫ in illud:& deinde in aliud talis dispositio potest denominari animal ad plura cōmune:eo quod illa materia per

corruptionē & generationem dimissa specie sua ad plura animalia transit:& hoc modo facillime intelligi potest:que uniuersalia sint & que particularia.uniuersale ad libitum in eo quod de pluribus predicari potest:tamen indiuise ut terminus & uniuersale tanquā natura in potentia transeundi ex hac specie in aliam:& species que est nūc tanquam natura se habet ad speciem aduenientem: quanquā de his inferioribus particularibus capiamus:eo quod antecedens est:sed in se semper unum.Elementum enim q̄uis sit in potentia transeundi in uarias species:in qua potentia ad futuros actus aspiciente denominari potest eadem denominatione:que in posterum erit ipsum elementum unum numero atq; in actu est:& in actu occurrit ad ingrediendum in animalia generabilia & corruptibilia.Et tamen habet quod uniuersale neq; generat neq; generatur:Quamobrem dici oportet assumendum esse uniuersale inquātum res manent in potentia transmutationis in uarias species:sed id quod occurrit ad transmutandum ipsam potentiam aut partem que transmutatur particularis:& in actu est ut elemētū:quia dato q̄d aliq pars eius in corpus hominis transmutetur: ipsum elementum integre tanquam particulare & in actu occurrit ad faciendum illam transmutationem:& facta transmutatione etiam pars transmutata particularis & non uniuersalis uocatur:licet in primo inquantum ꝙ illam transmutationem simpliciter aspiciebat.uniuersalis dicebatur:atq; homo in potentia idest materia de qua homo generandus erat. At uero non ex hoc recte dictum erat homo:nisi elementum duntaxat in habilitate transeundi in speciē humanam. ¶ Et quia unaqueq; res in eo quod habilis ad transeundum in id quod nondum est uniuersalis uocatur:& hec habilitas semper remanet in ipsa materia:ubicunq; inuenitur potest dici quod uniuersale non generat neq; generat:sed quod est fundamentum per quod generationes fiunt: ueluti de prima materia dicitur:quod non generat neq; generatur. ¶ Quocirca nil aliud prima materia infert q̄ possibilitatem uel aptitudinem transeundi ex hoc in illud.Et dicitur prima materia eo quod futura in ipsa habilitate dumtaxat fundantur:nam purus actus solum de presenti dicit:non autē de futuro:& ad generandum necesse est aliquid actualiter in operatione occurrere:& in eo ꝙ res operantur particulares sunt:Quoniam de seipsis dicunt.Vnde oportet quod omnes generationes & corruptiōes siue actiones sint circa particularia:nam quicquid operatur de presenti itelligitur.Et quum habilitas siue possibilitas ad futurum referat:ipsa habilitas inquantum habilitas non generat neq; generat. Quapropter ita est in nobis dum pueri sumus:sicut & in etate integra in puericia uero remota ad generandum in actu & denuo propinqua:hoc est quod homo quādoq; de presenti seu propinq; est ualidus ad generandum & quādoq; uero non.Sed aptitudo generādi in cōmuni assumendo in pueris:uiris:senibus:elementis arboribus:herbis atq; aīalibus obseruatur:& id quod semper obseruatur in eo modo nō generat neq; generatur.hec autem potentia est in elemento:elementum in homine.hō in equo:equus in arbore:arbor in lapide:lapis uero inquantum possibilis ad trāseundum in alterā speciem largo modo potest denominari de illa specie ad quā trāsitura est largo modo capiendo:ut exemplatum est:& tamen ubicunq; inuenitur in se est una numero atq; in actu:Sed intentionaliter fere tanquam secūda intentio:ex eo quod ad aliquod adueniens aspicit uniuersalis est:quandoquidem in plura trāsire potest. Quāq̄ oporteat per particularem actum transire ueluti in homine hec aptitudo generādi plures filios ꝙ nunquam ad actum deduceretur:absolute hanc potentiam assumendo.Sed inquātum iste homo & ista mulier sunt in actu particulari:& proprias habent aptitudines a ceteris animalibus atq; elementis diuisas:Sed non generant he aptitudines masculi & femine inq̄tum aptitudines sole: nisi totus homo & tota mulier generant filium:Nihilominus homo & mulier non transeūt in filiū:in eo ꝙ patres sunt: sed de eorum substantia filium generant:& simul cum materia prebent ei generandi aptitudinem:nempe quod hec aptitudo in omnibus materiis generabilibus & corruptibilibus est:ut uidimus. Et sic concesso ꝙ uniuersalia non generent neq; generentur inq̄tum materia generabilis & corruptibilis ē:uniuersaliter assumendo:ex eo quod ad transeundum per plures species apta in hac uirtute particularia generantur & generant.nam si materia in se intrinsece apta non esset ad transeundum per omnes generationes:nunq̄ particularia generari possent:Sed non intelligas quod ipsa materia in se sit uniuersalis nequidem in pura potentia:ut uidimus:Verum in potentia atq; uniuersalis ad uarias futuras species.Nec talis potentia seu possibilitas est aliud q̄ ipse res in quibus manēt. Nam omne ens preter deū constat de actu & potentia:unde actus & potentia se habent tanq̄ pars integralis in quacunq; re depēdente:& ita ubicūq; materia generabilis & corruptibilis:ibi aliqua dispositio propinqua uel remota ad generandū animal.Sed ad hoc necesse est ꝙ aliquod iuuamen tanq̄ instrumentale occurrat:& aliquod animal realiter assumptum ut homo & mulier ad collocandum sperma in matrice:Et hoc modo uideliceet denominandi animal per aptitudinem materiei ad transeundū in uarias species:dato quod hic homo sit inhabilis ad generādum filios aspiciendo illam materiam que est ab intrinseco habilis ad generationem:dici potest ꝙ hic homo est pater idest materia hec ab intrinseco est possibilis ad trāseundū in filiū uel patrem.Et quia possibilitas uniuersale dicit aspiciendo ad futura & est eentialiter idē cū re in qua manet dicim⁹:proculdubio cōstat:ꝙ uniuersalia non pn̄t extra particularia dari : eo ꝙ idē cū particularibus dicunt in actu:dū in re caperemus extra imaginationē qm̄ uniuersale in cōsideratiōe ad uarias spēs siue opationes futuras & ꝙ idem cum particularibus inserat patet:quum oēs creature de actu

& potentia constemus:& hoc est esse nostrũ.parisormiter ĩ cunctis creaturis aliquod uniuersale consi-
derandum est:eo quod ĩ possibilitate ad plures futuros actus:q̃uis non sint oẽs creature generabiles &
corruptibiles siue transeuntes de specie in speciem.In his aũt que non transmutant per uarias futuras
operationes:uniuersalia esse dicimus.Et aĩaduertendũ est:ꝙ oẽ naturatũ oportet semp esse cõiũctũ cũ
sua natura de qua emanat:uel dependet.Vnde fit:q̃d nulla creatura sine deo manere põt:neq; aliquod
corpus cõpositũ hic ĩferiꝰ absq; colligatiõe cũ elementis de q̃bus emanat. Et taliter assumendo uniuer
salia & particularia simul sunt:sed elementa non sunt animalia siue cũ eis conuertibilia.Quoniam per
speciem & genus differunt:ita quod ĩ nullo hoĩe sunt duo hoĩes alter particularis & alter uniuersalis.
Attamen assumendo aptitudinem pro ipsa materia;q̃a apta ad transeundum ĩ diuersos alios hoĩes : &
uocamus ipsam hoĩem:duo hoĩes simul erunt:scilicet:unus de presenti & alter ad futurum tendens.Sed
ille alter nondum est quousq; hec materia dissoluatur:& per putrefactionem & generationem in alterũ
corpus humanũ transeat.& sic non duo hoĩes ĩ uno solo subiecto:preter unũ tantũ realiter: sed ĩ mo-
do imaginario alter potentialis licet ꝙ etiam realis assumendo illud quod erit q̃d nõdũ est:pro illo q̃d
est:quod utiq; ex mera ratione fieri neq̃t:ideoq; in diffinitionibus non ualet. ¶Et per hanc uiam ui
delicet quod materia generabilis & corruptibilis in suo primo fundamento est potentialis ad transeun
dum ĩ uarias species seu particulares per diuisionem generationis & corruptionis:& tamen nunq̃ tota
transit:nisi aliqua pars.possumus etiã dicere:ꝙ materia uel unũquodq; elemẽtũ est unũ ĩ multis & unũ
p̃ter multa:q̃m elemẽtũ ĩ sphera sua unũ tm̃ p se dicit.Sed inq̃tũ ad cõponẽdũ plura accedit & ĩ ipsis in
gredit:sane inferri põt:ꝙ quodlibet elementũ est unũ in multis:& unũ preter multa : & consequenter
uniuersale:q̃a ad plura cõponẽda atq; uegetãda semp occurrit.Sed elemẽtũ nõ dicit abstractũ non p
prie aĩal:non hoĩem neq; unitatẽ minore numerali:cõcesso tñ:q̃d sibi nõ repugnet ĩ pluribus particu
laribus diuidi ut experientia comprobatur. ¶Nequidem in compositis aut ĩ species diuersas transla
tum elementum uocari potest:quo fit:quia non recte unum in multis & unum preter multa. ¶Deni
q; plura de particularibus & uniuersalibus iam dicta sunt:ut melius atq; citius de his terminis parti
culari & uniuersali ĩtelligatur:dicimus autem terminos:quoniam per ponẽtes uniuersalia cõceditur:tã
eum ipsa uniuersalia ĩ terminis cõsistere.& quod cõcedãt probatur:q̃m postq̃ per lõgum decertant:ens
uniuoce de deo & oĩbus creaturis predicari:dicũt per ens ĩ aĩa seu obiectiue assumptũ debere intelligi:
idest:per quandam apprehensionem:quam nos cõsiderando deum & creaturas congregamus. Et q̃a
hic post ita longam perfidiam concedunt:nullum esse ens reale extra animã seu imaginationem predi
cari de deo & creaturis:parimodo compellunt cõcedere:nullum animal:nullum hominem: aut similia
uniuersalia dari:preter particularia:nisi terminus quem nos cõmunem consideramus: ad predicandũ
de pluribus datur.

¶Quonam pacto & in quibus cognitio nostra exordium capiat: quid proprie per uniuer
sale:& q̃d per particulare realiter capiendum sit sano modo procedendo:ut nos ipsos intel
ligamus;& ab aliis intelligi possemus. Cap.cxx.

¶Quia superius multa iam dicta sunt:tum de particularibus tum de uniuersalibus : iam opponen-
do iam fauendo opiniones multorum:nũc uero congruũ uidet:ut aliquid plano modo describamus:
ut sapientes & litteris carentes facile dissensionẽ nostram de similibus existentem cõprehendere queãt.
& quũ semper ut bona agamus absq; ambagibus negociandũ sit : dũmodo possumus naturali ordini
adherendum est:quoniã tunc rectius ad ea que uolumus aperienda ualeamus : sub quo ordine omnes
argumentationes inquantum quimus fugiende sunt.nã omnis argumentatio solet alterare materias q̃
bus applicatur:ueluti medicine agere solent.nam q̃uis corporibus sanis impendantur semper saltem p
aliquod spacium corpora ipsa alterant.Vnde fit:ꝙ ab oĩbus sapientibus approbatur bonum esse dum
sine his medicinis uiuere possumus fugiendas esse. ¶Et tale exemplum: dũ de aliqua doctrina nego
ciamꝰ adducere possumꝰ:asserẽdo faciliꝰ atq; clariꝰ ipam ĩtelligere dũ planã uiã penes naturalẽ ordi
nẽ capimꝰ:quã si ĩ mõ argumẽtãdi ꝓcedimꝰ. ¶In hac q̃stiõe siqdẽ:uidelicet:utrũ cognitio nr̃a a pti
cularibꝰ uel uniuersalibꝰ p primũ oriat:multa dicta ĩueniunt:tũ ĩ disponẽdo ĩtẽtionẽ istiꝰ illiꝰ & alteriꝰ:
tũ uero ĩ mõ arguẽdi:unusq̃sq; iuxta fantasiã ꝓpriã.uñ faciliꝰ atq; honestiꝰ eẽt:ꝙ ueluti oẽs hoĩes res
ipas ꝓcedere uidemꝰ:ita de ipis ordinati scriberemꝰ uel enarraremꝰ. ¶Et si ĩ aliquo loco ad capien
dũ naturalẽ ordinẽ dũ uiuimꝰ ualemꝰ:potissimũ hic locũ sensibꝰ patẽtẽ adinuenimꝰ.uñ ĩ primis cõsi
derãdũ ẽ:q̃ de cã ubiq; priꝰ ẽ res:quã eiꝰ opatio:primũ ĩ mõ gradationis pfectũ quã iperfectum:prior
substãtia accidẽte:& naturale quã artificiale. ¶Nũc uero de cognitiõe nr̃a ubi ĩcipe debeat facile ad
inuenire potes:q̃m p primũ ad pfectiꝰ atq; potiꝰ naturale occurrẽdũ ẽ.nã quũ pueri parũ de artificia
li habẽt siue casualiter acq̃sitũ:ad id q̃d minꝰ de artificio hẽt añ oĩa occurrũt:& deinceps gradati ĩ eta
te crescentes pariter de acq̃sitis a casu siue artificio imbuuntur:& q̃cq̃d ĩ ordĩe posterius acq̃ritur potiꝰ
de accidentalibus continet:quam aliquod aliud de prioribus.Vnde naturalia:quia nil de artificio ma
nuali aut ad libitũ nostrũ simpliciter actũ habẽt:multo uniuersaliora sunt accidẽtalibꝰ.& q̃a nos iuxta

natiuitatem nil de artificialibus habemus:oportet naturalibus tantum conformari:quem ordinem sic
uel sic semper ꝙ uiuimus obseruamus:licet de hac obseruatione quonam pacto fiat plures occurrunt
dissensiones:que non fierent:si naturalem processum:ueluti res ipsas inuenimus : diligenter aspicere-
mus. ¶Constat omnibus hominibus de quocunq; animali per diem ipsam in quo nascitur quod nil
determinate cognoscit:nisi tantum aliquid:ens:res : non enim explicate de quo genere uel specie sit:
id quod sentimus sed ꝙ est tantum cognoscimus:non intelligas sub hoc termino ē:sed in mēte appre
hendimus aliquid sentire nihilominus ꝙ sit homo equus:leo:arbor:aut lapis:ignoramus nisi tantūmo
do ꝙ sit cognoscimus:& ita pueri aut quodcunq; aliud animal tam uolatile quam raptile & quadrupe
dum ubiq; inuenit aliquas res:uult ab ipsis cibari subiendo ubera:aut assumēdo alium cibum ut aues
faciunt. ¶Sed decurrente aliquo paruo tempore omnia animalia incipiunt ad cognoscendum dif
ferentiam inter res sensatas & insensatas:atq; amando unam & abhorrendo alteram.postmodum ali-
quam differentiam inter speciem & speciē animalium agnoscimus: indistincte tamen. ¶Deniq; om
nes homines atq; mulieres tanquam patres & matres aspicimus:idest tanquam benefactores. quoniam
a natura beneficiū de quocūq; homine spectandum est:dum in necessitate reperimur : quum pueri su-
mus necessitatem iuuaminis habemus:& paruulis iuuamen prebere precipuum est opus patrum: meri-
to pueri in principio:uidelicet ad cognoscendum unde beneficium capiunt : denominant omnes ho-
mines patres:& mulieres matres:quoniam sub hoc nomine cibantur & nutriuntur : & omnia animalia
que aliqualiter uoces in modum humanum proferre possunt:in primis nomina benefactorū adiscunt.
¶Vlterius per etatem nostram ambulando uero differentiam inter patrem proprium & alios homi
nes cognoscimus:deinceps autem nomina istius & illius. ¶Per alterum gradum siquidem decurren
do de propinquis in parentella & longinquis cognitionem acquirimus : & deinceps inter patriotas &
aduenas etiam cognitionem. ¶Sed adhuc in omnibus his nescimus sub uera cognitione saltem an
animalia de corpore solo cōstent:aut de anima sola uel de utroq;:nisi scimus: ꝙ animalia mouentur &
alias operationes faciunt:nequidem usq; modo differentiam inter uniuersale & particulare considera
mus nec inter naturale & artificiale. ¶Sed decurrente tempore simul cum exercitio anime & corpo
ris tanquam ad extra tendens de esse nostro profundius consideramus : & tamen quandoq; aberrare
cōtingit:licet tū magis & tū minus penes uiā quam assumimus:quo fit:ut minus errare contingat:uelu
ti superius tactū sit:in simplicibus naturalibus dū possumus incipiendū est:ueluti asserēdo cognitio no
stra in aliquid seu in re in modo indistincto incipit:& deinceps ad minus naturalia deuenimus : aut ꝙ
magis de artificio habent.nam potius pater habet de contingentibus casualibus:quam homo . quoniā
postquā homo sit per adherentiam cū muliere fit pater:unde pater sub ratione qua pater minus natu
ralis est quam homo.Vnde de naturali ordine prius est cognoscendus homo quam pater:quoniam po
tius naturalis & ꝑ prius aliquid uel res:quoniā magis naturale aliquid quā homo:ut patet: quia in edi
ficatiōe hominis:multa realia occurrunt:antequā homo resultet:& quicquid potius naturale parimo-
do magis uniuersale. ¶Et in hoc loco potissime aduertendū est ut īter uniuersalia per cōgregatio-
nē multorū sub indistincta cognitione assumpta:& uniuersalia per imaginationē edificata uerā distin
ctionē apponere sciamus.quoniam hic multi ceciderunt considerando:ꝙ dum absolute loquimur : ue
luti dicendo:aliquid:animal:homo:de abstractis simpliciter quod hoc neq; illud sit intelligatur: & tan-
dem in omnibus similibus penes primā cognitionē quā habuerūt dū pueri erant ambulant.nam ī ea
etate ut superius uidimus:res uel aliquid in primis cognoscimus:non hoc uel illud sub ratione ab om
nibus aliis rebus distinctū intelligas:nisi ꝙ aliquid sit in distincto modo cognoscimus. ¶Et quando
ad primā cognitionē hominis deuenimus nō sub cognitione rōnalis uel irrationalis : non compositi
nō simplicis:non patris nō filii:nisi hominem tantū in eo tempore apprehendimus. ¶Et quum hec
prima cognitio quam de homine habemus naturalis sit:& qr̄ prima & naturalis inter omnes alias uni-
uersalis:oportet semper in primo intuitu in eadem cognitione initium capere:ueluti dicendo homo:in
quo termino nil de composito:nil de incomposito:nil de patre:nil de filio:nil de consanguineo:nil de
longinquo:nil de petro nil de Ioāne assignamus.Verūtamē in hac prima denominatione atq; appre-
hensione hominis:non abstrahimus ipsūm ab oībus hoībus particularibus:quoniam ibi nullam abstra
ctionem uel congregationē cōsideramus:nisi tantū indistinctam denominationē atq; consideratio-
nem.hominē dicimus:ueluti in pueritia in primis ipsum cognouimus. ¶Licet ꝙ in hoc loco homo
quamuis per istum & illum capiamus:respectu ad patrem:filium:andream:alphonsum:amicum : & ini
micum:patriotam:& alienigenam:uniuersalis est.quoniam omnes hii per aliquos gradus casuales simi
les habent particulares proprietates uarias:que proprietates:quoniam artificiales aut nimium de casu
contingente habentes ad res simpliciter naturales comparate nimium particulares sunt:& insuper pa
ter:filius:petrus:& Ioannes:parentes & non parentes:iuuenes atq; senes:homines sunt:nō autem unus
quisq; istorum est pater:non petrus:non Ioannes:non de patria nostra : non de aliena sed aliquis est
de patria nostra:aliquis uero non:quidam pater:quidam non pater:sed hoīes ita unus ueluti alius est:
& id quod oībus cōpetit potius uniuersale quā cōpetens uni & nō alteri:& ita dū hominem dicimus in
modo absolute loquendo:non de hoīe isto non de illo aspicimus sub rōne particularitatū tanq̄ cōtin-

genter euenientium:idest patris uel magistri sed inquantum unusquisq; nostrũ homo est:semper ꝙ homo in propria natura absq; aliquo casuali siue artificiali ibi occurrente de oibus hoibus particularib9 intelligimus:non enim sub particularitate patris:filii:alphonsi aut martini:non architectoris:non musici:non docti:non indocti:amici uel inimici:utili seu non utili a nobis:nisi ueluti unusquisq; nostrum natus est:idest homo absq; aliquo p ipsum casualiter acquisitum postquam natus est.& hec est uera apprehensio uniuersalis:dũmodo realiter apprehendere uolumus:& ꝙ ita sit facillime probari potest: ita prosequendo in pueritia nostra uel in aliqua alia etate nullum hominem abstractum uidemus : nequidem cum altero aliquo sensu sentimus & omnis nostra cognitio in primis a sensibus saltem aliqualiter habet principium:& id quod nullibi sentimus nullatenus potest esse primum obiectum cognitionis : in quo aspiciendum sit dum de simili re agere consideramus:nullum uniuersalem hominem per abstractionẽ assumptũ sentimus:ergo non potest intellectio nostra in ipso fundari dum de homine tractare uolumus prima cognitio fuit de isto & de illo sub indistincta cognitione apprehensis:igitur iste ille alius & alius est semper obiectũ cognitionis nostre:dum de homine consideramus : tamen inquantum homines sunt capiendo intelligas:non in eo ꝙ architectores:cogniti:uel incogniti:patres : aut filii. ¶Et ueluti de particularitate & uniuersalitate inter homines assignamus: de omnibus aliis rebus intelligendum est.nam dicendo:aliquid:res:uel ens : de quacunq; re intelligere possumus:sub quo ordine transcendentia seu comprehendentia denominantur.nam homo est aliquid:leo aliquid:arbor aliquid : lapis aliquid:elementum aliquid:celũ aliquid.sed homo non est leo:nec leo arbor:& ita de reliquis intelligas.Vnde potius uniuersale capitur aliquid quam homo : uel leo aut aliquod aliud istorum: & tamen dum aliquid dicimus de deo:angelo:de forma:de materia:de celo:elemento:homine:equo: de arbore: & de lapide:aut de similibus(si realiter loqui nolumus)intelligimus tamen unumquodq; istorum potius uniuersale est denominandum:sub quo nomine aliquid quam sub aliquo alio quod proprium eis solum uidetur.ut non immerito factum recensendum: quoniam priusquam nos homines simus id de quo constamus est aliquid:& tamen non est homo quousq; per aliquam putrefactionem & generationem anima & corpus coniunguntur.Vnde per prius denominandi aliquid quam homo sub hoc fundamento capiendo:& quicquid prius uniuersalius atq; naturalius.Vnde fit : ꝙ potius uniuersales sub hac denominatione aliquid quam denominatione hominis sumus : & tamen quotienscunq; hominem dicimus:ibi in tacito modo fundamentaliter aliquid assignamus. ¶Et parimodo dum patrem: filiũ: martinum uel andream promimus:ibi hominem fundamentaliter annotamus:non enim hominem abstractum uel uniuersalem:quin iste uel ille sit:nisi ꝙ martinus sit particularis homo:& andreas etiã particularis:tamen per prius homines:quam sint andreas uel martinus docti uel indocti. ¶Denominãdo siquidem uel apprehendendo hominem sub absoluta denominatione uel apprehensione : eandem uiam uel parum discrepantem obseruamus.nam cum pueri uident hominem in eadem uisione uident istum particularem:uel illum aut alium patrem suum:petrum: Ioannem uel martinum:tñ pueri non distinguunt an pater suus sit quem uident uel non pater suus:nequidem agnoscunt:an ferdinandus uel ludouicus uocetur:& tamen hominem uident & postmodum patrem denominant: quamuis pater su9 non sit & hoc non est in totum difficultas intellectus puerorum:immo partis rei uise:qr multum habet de artificio quod per simplicem naturam non adduxit:& ea que artificialia sunt:semper sunt difficillima intellectui ut sciatur:an sint uel non sint.nam in primo intuitu in quo homines uidemus : scimus ꝙ homines sunt:tamen ignoramus an sapientes uel insipientes domini uel subditi : patres uel non patres:& quia intellectus noster iuxta natiuitatem in operibus tanquam ad extra tendentibus inexpertus est:non potest de acquisitis per accidens iudicare.quoniam quamuis ad integram etatem deueniam9: semper de similibus difficultatem maximam habemus:ad sciendum:an sint uel non sint:quousq; per aliquam conuersationem cum his hominibus agitatam certiores reddimur. ¶Et de similibus tantũ uere dicendum est:de particularibus contingentibus non habetur uera scientia.quoniam non.naturalia nequidem in omnibus unius speciei reperiuntur.non quilibet nostrum doctus est:cum hoc artificialiter eueniat:sed unusquisq; homo:eo ꝙ naturale hoc:& id quod simpliciter naturale & in omnibus improprie contingenter appellatur:& parimodo de particularibus dicendo non habetur scientia de accidentalibus tantum a casu uenientibus:intelligendum est ob hanc causam ꝙ accidentia ipsa ad naturale comparata:particularia sunt:naturalia uero uniuersalia artificialia aspiciẽdo. ¶Preterea prima cognitione:idest confusa non cognoscimus materiam:non formam:nisi totum compositum:quod materiam & formam dicit.quoniam ueluti habetur non intelligit anima sed homo itelligit causa unionis:parimodo dicendum est:non apprehendimus cognitionem confusam materie nec forme:nisi compositum : concesso tamen per prius esse formam & materiam : quam compositum ut locis suis probatur.Verumtamen cognitio nostra quare a sensibus aliquem habet ortum a compositis incipit:non prius a forma quam a materia nec econuerso sed simul formam & compositum . quoniam illud compositum forma & materia simul manentes est:& etiam color in eo instanti simul cum subiecto suo apprehendimus atq; quantitatem extensam non sub ratione hoc ab illo distinctum : nisi sub ratione ꝙ aliquid est : unde concesso ꝙ forma sit principale obiectum ad mouendum sensus nostros: eo ꝙ per for

mam potius res operantur quam per materiam: respondendum est q forma est sine qua materia for-
talis non cognosceretur. tamen non propter hoc q prius apprehendimus formam quam materiam:
Imo minus: si min9 dici pot ob hanc cam: qr materia est principalior: subiectum accidentium: quam for
ma: & nos in primo intuitu per accidentia: ut colorem: figuram: frigidum: calidum: longum latum pro
fundum: & similia apprehendimus. uerumtamen quomodocunq fit: quamuis hoc magis & illud minus
cognoscatur in composito: omnia principalia occurrētia ad illud compositum simul cognitione con
fusa apprehendimus. ℭPreterea in hoc loco animaduertendum est: ut recte disponamus ea que in
prima intuitione rerum apprehendimus. quoniam non uniuersale in re abstractum: non cōmune ens
nisi hoc ens cognitione indistincta apprehensum non totaliter indistincta iuxta superficiem rei appre
hense. nam quotienscunq aliquid uidemus: ut hominem ipsum in prima intuitione presentatur nobis
hoc aliquid a boue ab asino a lapide ab arbore diuisum: nam aliter in pueritia & in quacunq etate
sub aliqua figura concipimus hominem: & sub alia arborem in debita distantia. hoc obiecto posito &
illo: & quamuis a longe aliquid uideamus: licet distincte nesciamus an arbor uel homo sit taliter presen
tatur nobis unum: q non aliud & secundum illud quod uidere possumus apprehensione concipimus
ab oībus aliis cōceptioībus rerū qs uidemus: distīctā. quapp ñ est dicēdū i pria ituitione qñ hoiem uide
mus: ipsum sub rōne uniuersalis entis cōcipe.qm ab oīb9 aliis a nobis uisis ipum distīctū apphēdim9:
licet itrinseca ipsius ne cognoscam9: ueluti q sit animal rationale mortale aut imortale: q uocetur ho
mo uel ceruus sed habitudinem membrorum in superficie ab omnibus aliis rebus distinctis cognosci-
mus: quamuis non omnino perfecte aspiciamus: sed quomodocunq hoc sub diuersa apprehēsione ap
prehendimus ab illo: & quia diuersum non potest cognitio nostra in principio omnino uniuoca appel
lari: de omnibus entibus que sentimus equaliter sub eadem ratione predicans: ueluti animal equaliter
atq sub eadem ratione inquātum animal predicatur: de homine: de equo: de leone: & de similibus: & ho
mo de isto homine de illo & alio: apprehensio uero sensuum longe aliter se habet. nam extra hunc ter
minum apprehensionis qr cōmunis in nullo alio conueniunt realiter capiendo: nam nunquam sub
eadem ratione hominem & equum apprehendimus dummodo in distantia debita positi sint: & dato
q a longe maneāt semper q aliquem istorum uidemus uel audimus: ita representatur nobis unum: q
non aliud: quamuis distincte quid est nesciamus. ℭGratia exempli loquendo: contingit q unus di-
cit carnem & alter apprehendit dixisse panem: tandem apprehensio hec sub ratione distincta ab omni
bus aliis nominibus apprehensa est: concesso aliquid de falsitate continere: tamen in apprehensione tā
quam distincta ab aliis nominibus se habet: non autem sub uniuersali ente: quin hoc uel illud sit: ut trā
scendens uel abstractum: quoniam transcendens de omnibus rebus equaliter predicatur: cognitio sen
suum uero semper & ubiq distincta inter hoc & illud est: super eandem rationem uero nunquam. Vn-
de probatur: qualiter cognitio puerorum minime in uniuersalibus incipere nisi in hoc & illo particula
ri: licet imperfecte cognoscant. ℭPotest tamen dici q in prima intuitione ens apprehendimus: eo q
unaqueq res ens est: sed non ens uniuersale: quoniam hoc tantū sub imaginatione cadit post plures
discursus atq comparationes super particularia factos. pueri enim nō faciunt similes discursus: ueluti
dicendo hoc illud ens: ergo ens uniuersale: tandē ens uniuersale tantūmodo rationis aut uerius ima-
ginationis est: non autē in re. nā quicqd simpliciter conuertitur cum hoc illo & alio: impossibile est per
se dari extra hoc & illud: cum quo conuertitur ens. conuertitur cum hoc ente & illo particulari: igitur
nullatenus uniuersale dari potest. ℭRursus q cognitio nostra in ente particulari hoc ab illo di-
uiso ad species specialissimas deducto seu particularia rerum incipiat: probatur taliter procedendo:
unū ens non est magis ens altero: & una res dū pueri sumus: & parimodo per totam etatem monet ma
gis atq fortius sensus nostros quam altera: & hoc non potest stare secundum ens inquantū ens: cū hoc
non sit magis ens illo: proculdubio cōstat minime cognitio nostra prima sub ratione uniuersalis entis
incipere nisi sub ratione specierū diuersarū: que nullas habent sub se alias species. Vnde non uniuersa
le tanq genus uel transcendens imo in particularibus cognitio nostra incipit sub ratione ipsorum par
ticulariū: licet in eo tunc imperfecte cognoscam9. sed hoc non solū cōtingit nobis dū pueri sumus: ēt
contingit in matura etate dū aliqua noua uel prius non uisa a nobis uidemus: uel linguas incognitas
audim9: concipim9 differētiā in uidendo inter rē istā & illā & etiā differentiā in uocibus cū auditu: quā
uis non cognoscamus distincte significationes intrinsecas ipsarum. ℭTādē de oībus hiis de quibus
actenus in hoc capitulo mentionem egimus aliqualiter in hac etate uel illa in absentia uel presentia
quia sub sensibus cadent competentem cognitionem habere possumus: sed alia multa sunt: quamuis
realiter ipsa cōsideremus: que semp difficillima cognitiōi nr̄e. Vnde potius possunt denominari entia
itelligibilia quā sensibilia: posito q quandoq de materia deducibili ad sensationem agamus: & huiusce
modi entia tanquam principium in natura se habent. Vnde de similibus proprie est dicendum: ea que
sunt notissima nature sunt nobis obscurissima: & quicquid nobis manifestum in natura tanq remotum
uel reuolutum. ℭNam ueluti compositum ad compositum in genere suo ita simplicia ad simplicia in
suo genere. omne cōpositū agnoscit facilius cōpositū quā simplex: parimodo de quocunq simplici est
dicendum: clarius simplex agnoscere quam compositū. ℭEt cum natura de cōi ordine p prima prin

cipia rerum simpliciter considerata assumatur asserendum est: omnes res simplices esse nobis difficiles cognitu: nisi inquantum ad ipsas per principia secunda uenando deuenimus. & qr potius natura est denominanda materia per se: & forma per se quam compositum de materia & forma: concedendum est: omnia entia simplicia esse mãifesta nature: nobis uero obscurissima. quoniam remotissima sensibus: eo q nullus nostrum uidit nequidem aliquo alio sensu interiori uel exteriori sensit aliquam simplicem materiam: primam ab omni forma nudam: nec formam separatam a quacunq materia. Verumtamen qr per plura experimenta decurrendo: inuenimus omnia que sentimus de pluribus naturis constare: eo q tum perfecta & tum imperfecta tum in generatione & tum in corruptione: quandoq in motu: quandoq in quiete: iam in corruptione & iam in generatione: ad querendum origines istorum compositorum paulatim ascendimus. Vnde in primis tanquam de materia & forma consideramus materiam per principium subiectale: in quo operationes fiunt: forma enim principium seu origo operationum est: & quamuis hoc potius perfectum: & illud minus: utrũq dicimus esse substantiam: eo q per se uidentur posse manere. ¶ Alia entia uero que imperfecta sunt: ut accidentia denominata causa imperfectionis postmodum tanquam aduenticia a nobis cõsiderantur: tamen semper hoc album: hoc nigrum hoc frigidum: calidum: humidum: uel de similibus. ¶ Et si quis allegaret: q in quocunq genere deueniendum esset ad unum primum: quod sit metrum in toto illo genere. ¶ Respondetur: debere omnino intelligi metrum illius generis per aliquam speciem super omnes alias in eo genere contentas perfectam. & q ita assumendum sit: satis comprobatur: quum ab omnibus sapientibus dicatur: hominem esse metrum in toto genere animalium. in quo exemplo apertissime constat qualiter non capitur metrum totius generis per aliquod absolutum: quin hoc nec illud sit nisi per hoc perfectum tantum: & hic quia homo inter omnia animalia perfectus sit metrum in genere animalium uocatur. ¶ Et ita de omnibus aliis generibus capiendum est: ueluti inter arbores: palma: cedrus: aut similia inter metalla aurum. inter elementa elementum igneum inter celos celum octauum: secundum antiquos: & penes modernos empireum. inter stellas sol: & postmodum inter omnes materias materia celi empirei & etiam de quocunq alio celo sane potest dici: hoc est hoc: quoniam non est in potentia ad dimittendum & assumendum uarias species per diuersas transmutationes: ut corruptiones & generationes: cum semper in una & eadem figura maneat licet aliqualiter uideatur possibilitatem quandam obtinere inquantũ materia celi circumcirca uoluitur: sed qr nunquam dimittit locum: nequidem inusitatas uias incipit: nec corrumpitur merito dicemus hec materia est hec materia: dum materiam celi assignaremus: & illa talis realiter assumendo est metrum in genere materiarum. ¶ Etiam in quacunq specie forsitã est ponendum unum: quod sit metrum totius illius speciei: & non intelligas per aliquod abstractum nisi secundum iam de aliis metris generum disseruimus. Vnde in specie humana Christus est metrum totius speciei si Adam uero non peccauerat ipse erat metrum omnium hominum: & deinceps salomon metrum in scientia: sanson autem in uiribus. ¶ Inter facultates nostras quoq aliqualiter est dandus aliquis homo: qui sit metrum aliorum: ut nunc apud plures aristoteles habetur: quoniam dum de philosophia loquuntur: sub doctrina aristotelica opiniones suas dimetiuntur: medici metiuntur per Hypocratem uel galienum: iuriste per Baldum & Bartholum: milites per Alexandrum uel Cesarem aut Hanibalem: musici per Orpheum: architectores per Euclidem: poete uero Virgilium uel homerum per metrum habent. & sic de reliquis intelligendum est: & nullibi metrum uniuersale inuenimus: quin hoc uel illud sit: immo hoc perfectum ad quod omnes alie res illius generis aut speciei in operibus suis: tanquam ad uerum metrum aspicere debent. ¶ Rursus ad principium huius capituli reuertendum est: ut calcem cum principio conformemus. Vnde multa inuenire possemus ad scire nostrum necessaria: necessarium intelligas: ut sub ambagibus longum tempus disputando ne conteramus: & ad fugiendos similes infantiles labores. assidue quo ad uires ad ea que semper uidemus: in omnib9 adherendum est.

¶ Iam in principio siquidem disseruimus: quonam pacto uniuersale accipiamus per res pluriores atq naturales: hoc est quanto minus de artificio habentes: tantomagis uniuersales. Verumtamen ad hunc locum appropinquando accuratissime aspiciendum est: ut quid per uniuersalia & quid per particularia assumẽdum sit: & quonam modo intelligatur: dum dicitur: particularia sunt medium per quod uniuersalia esse uenamur: & quicquid est medium per quod aliquid aliud inuenimus: ipsum medium est prius in cognitione nostra quam inuentum per illud medium. particularia sunt nobis medium ad inuenienda uniuersalia: absq scrupulo constat: per prius particularia ad cognitionem nostram occurrere quam uniuersalia: ¶ Quod uidetur contradictio aspiciendo nonnulla que superius posita sunt: quũ diceremus: id quod prius occurrit ad sensus nostros esse uniuersalius: quam posteriora euenientia: ut aliquid aut res in quo primam cognitionem habemus: postmodum de animato & inanimato: deinde de homine: deinceps de patre & de matre: tanq̃ de benefactoribus a natura prosequendo de aliquo alio quod beneficiũ tradit nobis aut nocumentum: deinde parentes amicos & inimicos: iuuenes: & senes: doctos: & indoctos: & sic decurrendo. ¶ Nunc uero regressionem super cognitionem primam agimus: & he ultime cognitiões: ut de docto & idocto de mercatore: pastore: & architectore: de amico

& inimico: de benefactore & malefactore: de sene & iuuene: de sano & infirmo: palam edocet nos: quid ab intrinseco est illud aliquid: quod per primam cognitionem apprehendimus: ut dicamus hominem quia pueri pro maiori parte sentiunt matrem aut nutricem: que per prius prebent nobis lac: uel obstetricem que dirigit membra nostra ut recte nascamur: sed in eo tunc nescimus an mater uel aliquod aliud sit: nequidem quando pueri appellant omnes homines patres & omnes mulieres matres sciunt: an sint rationales uel irrationales: simplices uel compositi: mortales uel immortales de corpore & anima constantes: uel de uno solo: corporei aut incorporei. sed postquam particularia cognoscimus: & ipsa experimur: idest: qd sit pater proprius: & qd non pr̄: quid amicus & qd inimic9: qd doctus & quid indoctus: quid sit sub ratione operari: & quid a casu aut per solum instinctum nature: quid sit uiuere & quid mori: de facili ad explicandum esse essentiale hominis deuenimus: & hoc nunquam fieret: nisi per ea que ab actibus istorum quos iam tanquam particulares denominamus uidemus: taliter decurrendo omnes patres quibus conuersamur: uidemus amare filios suos: deinceps arguimus: omnis pater a natura amat filium suum: omnes homines quos praticamus si diu uiuunt senescunt: & in hac etate uel in illa moriuntur: igitur omnes homines mortales sunt: tam ille quem non cognoscimus quam a nobis cogniti: & ita mortales quos sub indistincta cognitione apprehendimus ueluti moriuntur qui sub indistincta ratione a nobis noti sunt. omnes homines nullo casu eueniente fortuitu ꝙ experimur ratione ea que faciunt distinguunt: igitur omnis homo est rationalis: omnis homo quem praticamus uiuit: & postremo moritur: igitur omnis homo de altera natura uiuente & de altera inuiuente constat: & unum principium uiuens: & alterum inuiuens simul in uno indiuiduo adunata: animal uocatur. omnis homo a nobis conuersatus est huiusmodi: ergo omnis homo est animal. & ita habes: qualiter per particularia uniuersalia uenamur: atq; inuenimus: idest: per illud quod in aliquibus hominibus experimur proprietates omnium hominum essentiales cognoscimus: & tamen pluriores atq; pluriores homines sunt quos non uidemus: quam hii: quos praticamus: & quanto plurius: tanto uniuersalius. ¶ Verumtamen per illos pluriores homines qui nunquam in conuersatione nostra sunt: aut per apprehensiones quas iuxta natiuitatem nostram de istis hominibus apprehendimus nunquam sciremus: ꝙ omnis homo sit animal rationale mortale: nec aliquis eorum. Vnde fit ꝙ per ea que particulariora sunt uniuersaliora uenamur. & tñ fundamentaliter capiendo aut nullo casu tanquam artificiali occurrente illud quod particulare denominamus & id quod uniuersale idem est. quoniam iuxta natiuitatem nostram patrem nostrum atq; matrem sentimus: tñ tanquam aliquid eos apprehendimus: non autem sub ratione patris aut matris rationalis uel irrationalis sed quum ipsos aut alios homines per operationes experimur: cognoscimus: ꝙ pater noster erat in primo intuitu: quando ipsum uidimus ueluti & nunc quando iam ipsum distincte cognoscimus. ¶ Et sic uniuersalia per prius cognoscimus accipiendo uniuersalia per ea que potius naturalia sunt atq; in maiorem numerum: quoniam pauciores sunt homines quam patres & matres: & ēt pauciores homines quā litterati: quia multi sunt homines carentes litteris atq; filiis. ¶ Vlterius per ea que iam dicta sunt facillime agnoscere potest: si accipere uelles: qualiter omnis nr̄a cognitio incipit a causis uel propter quid. Verumtamen indistincto modo. Vnde oportet per cognitionem: quia idest ab experimentis emanatam ipsam cognitionem propter quid prius apprehensā qualis sit explicare: ut distinctam eam habeamus & ꝙ ita sit probatur: taliter dicendo: postquam operationes hominum experimur in uidendo quemcunq; hominem in primo intuitu dicimus: hoc est animal rationale & mortale: & ilemet homo aut similis eius ē: quem iuxta natiuitatem nostram uidimus: atq; sub apprehensione indistincta apprehendimus: sed non cognouimus ipsum sub ratione animalis rationalis & mortalis. quoniam hoc postmodum acquiritur a nobis per operationes multas atq; diuersas: tandem homo ipse est causa uel principium illarum operationum: nos uero in ea prima apprehensione causam illam uel fundamentum apprehendimus: tamen ob inualitudinem intellectus nostri: non ualemus ad cognoscendum distincte fundamentum ipsum: quousq; ad opera deuenimus: per que iterum ad cognoscendum distinctam illam causam quam ante omnia experientia uideramus.

¶ In hoc loco in modo arguendi dici potest primam cognitionem confusam: quam de rebus habemus digniorem omnibus aliis esse: quoniam potius uniuersalem atq; simplicem: eo ꝙ cum paucioribus mediis acquisitam: & id in quo pauciora media ingrediuntur simplicius est. quicquid simplicius uidetur dignius esse: uerumtamen quia prima cognitio quam de rebus habemus apprehenditur per sensus: & secunda per intellectum: concedendum est: digniorem esse secundam cognitionem factam per regressionem: quam primam: & ꝙ dignior sit probatur: quoniam in secunda cognitione per regressionem de effectu ad causam diffinitione rerum fundantur: non autem in prima apprehensione ubi sensus tantum occurrere uidentur. Vnde assumpta prima apprehensio & pariter secunda ambe ab omnibus mediis sunt precise secunda cognitio multo dignior prima: tandem cognitio propter quid & cognitio propter quia: inuicem altera alterius est causa. nam si per prius causam aliquo sensu non sentiremus: nunq̄ de effectibus eius haberemus cognitionem: in eo ꝙ effectus illius cause: nec causam cognosceremus: recte ab intrinseco saltem nisi mediantibus effectibus. ¶ Et in hoc loco omnes aspicientes

proprietates nature uidere possunt: qualiter religiosi nil a natura ipsa deuianaus dum asserimus q̄ si Adam in errorem non cecidisset omnis cognitio nostra de causa ad effectum procederet: sed adueniē te peccato ordine retrogrado assumpsisse: uerūtñ ut iā uisum est nō assumpsim9 totū post lapsum Ade ordinem retrogradum simpliciter: nisi quia per peccatum obscurati sumus: ueluti per quemcunq̄ er rorem quem committimus agere solemus. Vnde nil aliud deficit nobis ad procedendum perfecte de causis ad effectus: nisi q̄ intellectus noster clarus sit: antequam Adam peccauisset nulla erat conturba tio intellectui eius: unde sequitur q̄ in primo intuitu in uidendo res cognoscebat essentialiter quales erant: ueluti nunc agimus: postquam nimium ipsas experimur: & etiam multo facilius quam intellectus noster nunquam in hoc statu manens est ita clarus ueluti intellectus Ade erat ante lapsum & sic habe tur: q̄ deductis omnibus animalibus: coram ipso Adam nomina propria siue essentialia in primo intui tu absq̄ aliqua experientia preueniente imposuit. & ita nos distincte cognosceremus omnia in prima intuitione: si intellectus noster absq̄ occupatione esset. quoniam nil aliud deficit: nisi q̄ clare intelliga mus: quoniam in principio apprehendendi obiecta nil uariati sumus ab illo: q̄ Adam in apprehenden do erat uel ab angelis & aliis beatis. nam non solum compositas res sensibus patentes apprehendi mus sub apprehensione quid tanquam causam sed etiam incorporeas. nam in primo intuitu uel con sideratione dum de anima: de angelo: aut de deo: consideramus: ipsum sub cognitione absoluta appre hendimus: ueluti dicendo: utrum deus sit angelus uel anima pari modo in prima consideratione di cimus: quid est deus: quid angelus: quid anima: deinceps uero per uarias operationes decurrendo: quas a deo atq̄ animabus oriri uidemus iterum ad probandum primam intentionem nostram q̄ deus sit atq̄ anima: reuertimur & parimodo de proprietatibus eorum multa agnoscimus: uerumtamen per primā apprehensionem in causa ipsa seu fundamento incipimus: licet apprehensione indistincta non pro pter defectum ipsorum fundamentorum: immo intellectus nostri: quia imperfectus uel occupatus inue nitur. ¶ Et hic auditis preceptis religiosorum fundamentum capimus naturale ad affirmādum per aliquem errorem nostrum in simili difficultate manere. quoniam a natura quicquid incorporeum & in corruptibile ubicunq̄ reperitur perfectum est. tam in principio atq̄ in medio quam in fine: intellectus noster ita secundum religiosos ueluti irreligiosos: tam per ponentes unicum intellectum in omnibus hominibus: quam per assignantes plures ad pluralitatem hominum: incorporeus & incorruptibilis ē: & quicquid spirituale & incorruptibile perfectum. Vnde non est dicendum: q̄ a natura intellectus no ster occupatus sit nisi propter aliquem errorem ab hominibus causatum: intellectus nostri ad intelli gendū occupati sunt. Etiā in pluribus locis sacre scripture habeť de aliquibus hominibus qui hic uiuē do amici dei facti sunt: multa in primo intuitu perfecte cognoscebant: ueluti de Beato Ioāne habetur: dum Christum redemptorem nostrum uidit. ¶ Quia in prima uisiōe inqt: ecce agnus dei ecce q̄ tol lit peccata mundi. ¶ Beatus Simeon in uidendo Christum ait. nunc dimittis seruum tuum domine in pace: quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Etiam alii quamplures prophete seu amici dei cogni tionem perfectam de causa ad effectum absq̄ aliquo discursu propter quid habuerunt que auctorita tes affirmant quoq̄ causa alicuius peccati: ea que nos uidemus in prima intuitione perfecto modo nō cognoscere. ¶ Et quum omnia hec sensibus patentia sint atq̄ oībus hominibus: in blasphemia hu manorum est super similibus diu disputare: atq̄ uerba antiquorum uelle disponere: ac si ipsa distincte non intelligeremus. nam posito q̄ non steterat plato: non aristoteles: nec aliquis alius scriptor secreto rum nature: nonne unusquisq̄ homo aspiciendo in filiis paruulis suis. & in aliis pueris recordatus etiā de pueritia sua uidit palam: ea que pueri in principio intelligunt? quid in adolescentia? quid in iuuen tute? & quid in uirilitate? absq̄ uerbis aristotelicis dicentibus. In principio pueri appellant omnes ho mines patres: & omnes mulieres matres: quoniam hoc unicuiq̄ nostrum notum est: nam quum patres & matres solent bonum filiis tradere: & filii audiunt continue hos terminos patrem matrem: spectan tes ipsi pueri bonum de omnibus hominibus atq̄ mulieribus: patres & matres eos denominant. ¶ Hoc enim non arguit hominem cōmunem in abstracto: nisi plures homines atq̄ mulieres. & uerba Aristotelis quoq̄ sane hoc dicunt: uidelicet: de pluribus non autem de unico tantum. ¶ Vnde male dicunt: postq̄ plures homines consideramus abstrahendo de hoc & de illo: & sic de omnibus hominem abstractum: quin hoc nec illud sit intelligimus: quod esset dicendum econuerso: uidelicet: quum istum hominem illum & alium experimur: congregando ipsos omnes iuxta similitudines eorum asserimus: omnis homo tam iste quam ille est animal rationale mortale: non unus solus tantum: sed omnes simul & unusquisq̄ per se assumptus. & hec est uera uia per quam scientiam de rebus habemus: alie uero que abstracta querunt: ut in ipsis fundari possint: uane sunt. ¶ Demum eo tunc cognitio nostra est completa uel scientiam habere dicimus: quando duo simul comprehendimus: primum eorum quod proprietates intrinsecas atq̄ infallibiles istius & illius rei omnino agnoscamus. ¶ Secundum aūt q̄ de similitudinibus aduertamus uidelicet hec res ē huius cōditionis ab itrinseco & hoc ifallibiliter: igiť oēs res eiusdē speciei similes ei erūt. nā si istū hoiem tm̄ cognosceremus sine cōsideratiōe alicuius simili tudinis ad alios hoies: talis nō denoīareť uera cognitio sed dū scim9 iste hō ē aīal rōnale & mortale: &

omnes homines sunt ei similes: scientiam de hominibus habemus seu infallibilem cognitionem. quoniã hic nil casuale ingreditur: aut quod non sit per unum ueluti & per aliud: quod in accidentibus siue casualibus non datur. nam dicendo iste homo est mercator: & ille armiger: eo quod similia officia eos exercere uidemus: de similibus nunquam scientiam omnibus hominibus ab intrinseco competentem edificare possumus: nequidem dicendo: hic leo est ferox: & ille equus hinibilis nisi dum iam apprehẽdimus: iste leo alius & alius feroces sunt: hic equus ille alius & alius hinibiles.

¶ Quonam modo tum uniuersaliter: & tum particulariter intelligamus: & similiter iam uniuersali & iam particulari modo sentiamus: & de differentia inter ordines intelligendi & sentiendi. Cap. cxxi.

¶ Inter apprehensiones intellectus autem & apprehensiones sensus diuerse inueniuntur uie. quoniã intellectus quandoq; uniuersalius intelligit quam sensus sentit. Vnde in cõmuni habetur: particularia dum sentimus: & uniuersalia dum intelligimus. sed hoc non est uerum simpliciter: nisi per magis & minus capiendo. nam intellectus particularia & uniuersalia intelligit: per prius tantũ particularia: & deinceps p comparationem de hoc particulari ad illud unionem multorũ unica apprehensione comprehendit seu intelligit. tandem necesse est: hoc & illud particulare cognoscere: ut proprietates itrinsecas eorum intelligamus per quas uenamur proprietates intrinsecas oĩum aliorum similiũ. Vnde patet qualiter prius ut superius explicatum est cognoscimus proprietates patrũ amicorũ & propinquorũ: quã de oĩbus hoĩbus proprietates sciamus. sed per cõuersationem istorum particularium idest per amicos: qui particulares respectu ad multitudinem aliorũ sunt: quales ab intrinseco sunt oẽs hoĩes cognoscimus: & in eo tunc scientiam completam hoĩum habere dicimus. quoniam unica aspicientia seu apprehensione ubicunq; inuenimus intelligimus: omnes homines rationales & mortales esse: & nunquã unica apprehensione omnes homines simul uidere possumus: audire & palpare: licet q etiam unusquisq; sensus per continuationem acquirit talem habitum: per quem postmodum in sentiendo aliquam particularem rem in eo instanti cognoscit. de qua specie est. q non agebat in principio quando pueri sumus. ¶ Et insuper atq; fortius sensus interiores multa uniuersalia apprehendunt: & si non ita uniuersalia ueluti intellectus apprehendit: uniuersaliter tamen ut in brutis agnosci potest: quum omnia bruta cognitionem uniuersalem habeant: ueluti excogitando: species est multiplicanda: atq; filii alendi.

¶ In principio unumquodq; sensuale excogitat: omne aliud animal patrem uel matrem suum esse: idest benefactorem. deinceps tamen ueluti homines agimus: inter benefactorem & nociuum acquirunt cognitionem. Vnde ouis non de solo hoc lupo habitum timoris acquirit: immo de omnibus lupis: unde habitum habet in anima dicentem lupus est fugiendus. ¶ Parimodo omnia bruta animalia que cum hominibus aliqualiter conuersantur: uendicant sibi uniuersalem cognitionem dicentem fugiendus est homo: & non semper equaliter: nisi quandoq; magis & quandoq; minus penes motus quos in ipsis hominibus uident. nam si in quieto modo homines ambulant: & nil in manibus habere ostendunt: minus animalia sensualia ab eis fugiunt: sed dum aliquid nociuum in manu habemus: & membra reuoluimus ut agere solemus dum nocere uolumus: animalia ipsa festinatim fugiunt: sicut dum uident nos declinare. ac si lapidem accipere uellemus: uel aliquod aliud nociuum. hec cognitio autem in brutis non fit tantum de isto & de illo homine: contra industrias istius & illius hominis: nisi contra omnes homines in uniuersali. ¶ Tamen bruta intellectum non habent: nihilominus per interiores sensus aliqualiter uniuersalem acquirunt cognitionem & si non tantum ueluti homines per intellectionem faciunt: tandem sensibus aliquam acquirunt cognitionem uniuersalem: ut experientia probatur.

¶ Vnde non est dicendum intellectus & sensus distingui: ex eo quod intellectus intelligit sola uniuersalia: sensus uero particularia. Quoniam sensus saltem interiores habent cognitionem fortissimam in particularibus: & cognitionem uniuersalem: posito q debilis sit: intellectus enim in uniuersalibus fortior: & in particularibus debilior intelligas fortius & debilius per perfectiorem & imperfectiorem cognitionem. nam in eo tunc perfecte intelligere dicimus: quando per experimentum aliquorum hominum in cognitione omnium hominum deuenimus: ueluti dicendo: iste homo est animal rationale & mortale: ille alius & alius: & pariter omnes homines: qr similes sumus: & aliquis nostrum rationalis: igitur omnes: & hec est uera cognitio. ¶ Veruntamen non ex hoc sequitur: q particularia non intelligamus: quoniam per nullum sensum cognoscimus: quis pater noster aut mater nostra sit: & tamen uisis beneficiis particularibus intelligimus: iste est pater meus particulariter assumptus: ita q intellectus tum particularia & tum uniuersalia intelligit: tamen opus suũ semper perfectius est: & aliter edificatum quam opus sensuum: & in hoc potissime itellectus & sensus in apprehendendo differunt: non autem in eo q semper intellectus uniuersalia intelligat: & sensus particularia. ¶ Nequidem est dicẽdum differ

re proponendo: ꝙ sensus adequetur simpliciter particularibus: intellectus uero uniuersalibus: immo potius differunt in modo apprehendendi: quoniam sensus extrinseca apprehendit: intellectus autem intrinseca. Vnde fit ꝙ sensus ea que in superficie nimium composita sunt: facillime comprehendit: de intrinsecis enim parum concipit intellectus. siquidem potius de intrinsecis seu essentialibus concipit. quoniam ibi potissimum scientia fundatur: eo ꝙ in omnibus unius speciei semper eedem proprietates inueniuntur: extrinseca uero minorem habent firmitatem. quapropter merito dici potest: sensus adequari particularibus atq; extrinsecis nimium compositis: eo ꝙ sensus in similibus maximam habet uim: intellectus utiq; uniuersalibus adequatur. quoniam in apprehendendo: ipsa perfectio eius consistit. uerumtamen intellectus tum particulariter: & tum uniuersaliter intelligit atq; sensus in modo suo: tum particulariter: & tum uniuersaliter: ut superius uisum est: licet in particularibus apprehẽdendo perfectio sensus consistit: & sic facile uideri potest: qualiter nullius uigoris est opinio asserentium: intellectum esse uniuersalem: idest unum in omnibus hominibus: eo ꝙ uniuersaliter intelligit. quoniam si hoc sequeret: similiter asserendum esset: de sensu esse uniuersali: cum sepenumero uniuersaliter apprehendat: ut in brutis sicut dictum est probatur. quoniam tñ sensum interiorem & exteriorem habent: & tñ uarias cognitiones uniuersaliter apprehensas concipiunt: ut experientia patet. quoniam unumquodq; animal sensuale de perfectis tantum postquam aliquam habet experiẽtiam cognoscit extemplo ea que sunt eis nociua: & que utilia. nam cum animalia simplicia tam quadrupedia quam uolatilia carnifera animalia uident: magno terrore effugiunt: & non de hoc animali carnifero imo etiam de omnibus eiusdem speciei in cõmuni: talis apprehensio autem cõmunis uniuersalis est: & sic patet: qualiter intellectus noster quãuis in quocunq; hoie particularis sit: de uero ordine tñ particulariter unamquamq; rem per se intelligere potest: alias uero omnes simul. ℂ Vniuersale per se autem quin hoc uel illud tum separatim manẽdo & tum coniunctim nullibi intelligitur: quoniam similia uniuersalia in abstractis denominata: sub imaginatione cadunt: non enim sub intellectu: & ita dum abstracta distincte intelligere uolumus: hic: illic: ab intellectione fugiunt: taliter ꝙ semper confuso modo representantur ℂ Et presentationes cõfuse obiectum imaginationis sunt: distincte presentationes uero intellectus. ℂ Licet ꝙ abstracta tanquam metrum particularium uidentur se habere in modo predicandi: quoniam quum iam hanc apprehẽsionem habemus dicentem: oĩs homo est aĩal rationale: hac imaginatione obseruata: sub ipsa semper oẽs homines simul diffinimus: uerũtamen non diffinimus in hac diffinitione illud abstractum uel congregatum ꝑ imaginationem: nisi omnia particularia simul sub illa apprehensione diffinimus. quoniam dũ abstracta ipsa diffiniremus aliter dicendum esset. ℂ Veluti promendo: genus est quoddam abstractũ de pluribus diuersis speciebus predicans. tamen genus in hoc modo assumptum minime compositum de materia & forma est: imo ab ipsa forma & materia abstractum: abstractum ĩtelligas: non de natura ipsarum nisi per opus intellectus congregatum. & sic potius abstracta uident̃ se habere in modo forme: quam materie: quum tantum ad predicandum occurrant: non autem tãquam subiectum: tamen abstracta non sunt forme proprie dicta: nisi forma in termino per imaginationem acquisito. ℂ Quando genus aut species autẽ fundamentaliter diffinimus seu realiter de oĩbus particularibus simul assumptis intelligimus: & tunc potest stare dicendo: aĩal est substantia animata sensibilis. homo est animal rationale: & mortale. quoniam in his diffinitionibus ueram materiam & ueram formã ponimus: in abstractis uero non materiam: non formam. Vnde abstractum non est compositum: & id quod non compositum animal esse nequit. ℂ Rursus ad sensatiõem & intellectionem reuertẽdo: nõ ualet inferre: sensualia animalia per naturale instinctum uniuersales cognitiões uendicare: quoniam si sensus nõ haberẽt: nũquam talem acquisiuissent cognitionem: eo magis quia ubi aliquis exterior sensus non apprehẽdit aliquam cognitionem. bruta animalia nullum ostendunt habere instinctum: nam si ipsa in loco obscuro ponimus: si modo non sunt de aliquibus que in tenebris uidẽt: quamuis ipsa baculo minemur: per nullum instinctum aut aliusmodi fugiunt: Sed dum uident uel audiunt aut alio sensu aduersa sentiũt: per quẽdam cõmunem habitum a pluribus experimẽtis acquisitum: statim nociuum fugiũt. unde a sensibus comprobatur. quamuis particulares sunt: uniuersalem acquirere cognitionem: & intellectus hominis quoq; intelligere particulariter: ueluti: & uniuersaliter operib9 comprobatur. ut uideri potest: ita dicendo necesse est: ut conclusiones intelligant̃ ꝑ prius premissas: an uere uel false sint intelligere: nunc sic: omnis scientia se habet tanquam conclusio aliquarum premissarum & premisse ipsius sciẽtie: sunt experimenta: quoniam de pluribus experimentis fit ars: sequitur quod experimenta intelligim9: ut super ipsa artem uel scientiam edificare possimus. nam si ipsa experimenta non intelligeremus: ĩpossibile esset super ipsa scientiam fundare. experimenta sunt particularia: & intelligimus ipsa tanquam premissas: ꝓculdubio constat: nos particularia & in modo particulari ĩtelliger̃: quoniam hoc & illud assumptum in loco premissarum ĩtelligimus.

ℂ Quonam pacto uidetur esse dicendum ens esse gen9 supremum sup oĩa genera: tã de substãtiis quam de accidẽtibus qditatiue predicãs. Cap. cxxii.

¶In hoc loco nonnulli uolentes probare:ens non se habere in modo generis:inter alia tanquã potissimum argumentum dicunt:genus non predicari de differentiis ultimis quiditatiue:& qđ ens de omnibus differentiis quiditatiue predicatur:in qua quiditatiua predicatione probat tanquam genus nõ se habere.uerũtñ concesso hoc argumento:aliquem habere colorem.ut melius ea que dicimus itelligãtur:aliquid de generibus potius uniuersalibus:& de minus uniuersalibus explicandum est.unde fortitã inueniemus:ens esse tantum genus generalissimum proprie dictum.nam substantia secundum alteram partem genus generalissimum est:uidelicet inquantum nullum aliud gen9 habet supra se. Sed qa alia plura genera sunt equalia cum genere substantie:sub hac aspicientia substantia non est genus generalissimum:idest super oĩa genera supremum.nam quantitas & qualitas genera etiã generalissima sunt: non se habentia tanquam sub genere substantie & de naturali ratione:in omnibus essentialib9 ad unũ tanquam supremum in illo genere deueniendum est:& ita in genere generum esse debere uidetur. & quia nullum de decem predicamentis concludit sub se omnia alia genera:rationabiliter deueniendum est ad unum supremum genus omnia alia genera sub se continens:& si aliquod tale genus datur:ens est.& quicquid generalissimum super omnia necesse est de omnibus sub se continentibus quiditatiue predicari:ut per alia genera que generalissima uocantur & subiacentia eorum probatur. ¶Ita dicẽdo:omnia que sunt sub genere substantie reducuntur ad quiditatiuam predicationem substantie: exẽpli gratia corpus est sub genere substantie:& etiam ipsum substantia est corpus animatum . substantia corpus uiuens:substantia animal:substantia homo:substantia & equus:& etiam ultime differentie essentiales substantie sunt.ut rationalitas in homine:quoniam essentialiter.idem est cum homine: aut saltẽ cum rationali anima:cum angelo.unde bene ualet dicendo.rationalitas est substantia. ¶Et pariter ut de substantia dicimus:de accidente per genus generalissimum assumptum intelligendũ est. quoniã bene ualet ponendo:album est accidens:albedineitas est accidens:aut disgregans uisum est accidens: & proprietas disgregandi uisionem oculorum nostrorum ultimata differentia in colore albedinis est: & tamen accidens quiditatiue in modo suo de hac differẽtia disgregãdi uisum predicatur. Sed dũ ad genera potius subalterna euenire uolumus:ibi nõ reperiremus:quod aliquod genus istoꝝ predicet de omnib9 adherentibus ei:eo quod genus diminutiuũ:ut exemplando in animali patebit. nam dum dicimus:quid est homo quiditatiue?respondetur:est animal.sed petendo:quid est rationalitas?non esset predicatio quiditatiua:respondendo est animal:nam cum animal non sit genus generalissimum super omnes substantias:non potest de omnibus ipsis quiditatiue predicari:nisi de propinquis substantiis tantũ: ut animal de homine:& de equo:que species cum genere conuertuntur.quoniam animal est genus: & homo est animal:equus animal:licet sub alia ratione genus quam homo uel equus:ut alibi patet.& unaqueq; species etiam de differentiis suis essentialibus coniunctis quiditatiue predicatur: saltem secundũ alteram partem:gratia exempli:dum exposceretur:quid est rationalis?sufficienter potest responderi: ẽ homo aut est animal:licet quod rectius iuxta quiditatiuos modos procedimus dicendo:quid est homo? & respondendo est animal:quam si peteremus:quid est rationale?respondendo est homo.quoniam rationale dicit etiam de ãgelo:de deo:qui animalia non sunt: & homo tantum de hac specie humana dicet:qui animal est:& insuper animal dicit de anima & corpore indiuisis pronunciatis: & rationale de essentia anime tantum pronunciat:licet quod petendo:quid est homo?responderemus:rationalis: idẽ per idem dicimus:non superius non inferius:& omnis predicatio de seipsa predicans quiditatiua est: ut dicendo:homo est homo. ¶Vnde patet:qualiter unumquodque genus atq; species: de omnibus sibi propinquis quiditatiue predicatur:sed non de remotis:& genus generalissimum de propinquis & remotis cadentibus sub ipso quiditatiue predicantur : ut de genere substantie & accidentis exemplatum est. ¶Ponamus nunc aliquod aliud genus omnino supremum:quod omnes substãtias & accidentia concludat:necesse erit de omnibus sub se manentibus.quiditatiue predicari. ¶Et cum ens de omnibus quiditatiue predicetur:est denominãdum genus super omnia.nam nil ab aliis generibus differt:nisi in potius uniuersali & minus uniuersali.quoniam sicut substantia predicatur de omnibus substantiis longinquis & propinquis:& accidens de omnibus accidentibus:ita ens de omnibus substantiis & accidentibus. Quoniam ueluti substantia ad corpus & ad animal se habet: & accidens ad album & humidum:ita ens ad substantiam & accidens. Vnde patet:nullam esse differentiam predicandi:ĩter ens & alia genera:insuper maiorem & minorem uniuersalitatem. ¶Et quod ens etiam cum aliis generibus in predicando conformetur:prosequendo de superius ad inferius:& de inferiori ad superius:patet quoniam ueluti non ualet in aliis generibus.predicatio deducta de superiori ad ĩferius:neque in ente ualet. ¶Vt dicendo homo est animal ualet:sed non tenet dum diceremus animal est homo:nisi subintelligeretur:quod per hominem assumeremus.& pariter est dicendum non ualere: dum poneremus ens est angelus:aut ens est homo:& ualet promendo:homo est ens:angelus est ens:humanitas est ens: angeleitas est ens:in qua proprietate ens tanquam genus supremum de omnibus rebus ueluti de inferioribus predicatur:& si in ordine generis non se haberet:ita teneret dicendo:ens est homo:ac si prómeremus:homo est ens.& quia non fit:concedendum est ens in modo generis se habere: & quia deus non cadit sub genere:non est dicendum quod deus sit ens:nequidem habens aliquod ens uniuersale ꝑ

dicans aut aliuſmodi ſuper ſe. ¶Preterea de communi opinione diffiniendo genus ſolet dici:genus
eſt quod habet plures ſpecies ſub ſe:aut genus eſt quoddam uniuerſale:quod in pluribꝰ ſpeciebus diui
ditur.& ens de mente multorum auctorum in pluribus tanquam ſpeciebus ſub ſe continentibus diuidi
tur:uidelicet:in ens finitum & infinitum:inquantum & non quantum:in ens reale & rationis:in ſubſtã
tiam & accidens:in uniuerſale & particulare:in unum & multa:in formam & materiam:unde hoc con
ceſſo:pariter annuendum eſt:ens in modo generis ſe habere.nam ſicut homo & leo ad animal:ita ſub
ſtantia & accidens ad ens.

¶Quatenus de ente non ſit idem conceptus apud omnes:& ꝙ in quacunq; re aliqd
ſcire poſſumus.& aliquid ignorare. Cap.cxxiii.

¶Vniuerſaliſte inferre ſolent apud oẽs hoĩes quendam cõceptum entis eſſe ad omnia decem predi
camenta indifferentem:qui conceptus non uariatur:q̃uis nomina uarientur:ariſtotelem allegando di
centem:conceptus ſunt idem apud omnes:ſed non uoces ſignificantes conceptus.At contra has oppo
ſitiones q̃plures habemus experientias:ſi enim non haberemus hec nomen ens pro omnibus rebus in
cõmuni:aut non diceremus ens eſſe quicquid eſt preterq̃ in hoc modo pronunciando:hic eſt homo:&
ille angelus:& alius equus:nequaquam haberemus conceptum entis cõmunem:ſed ſemper uarios. Vñ
patet:ſimilem conceptum a nomine tantum euenire.Dum uero reſpicimus:recte cognoſcimus diuer
ſa entia eſſe:& non unum ſolum.Et quod dicant conceptus eſſe idem apud omnes:non autem uoces
ſignificantes conceptus:hoc utiq; contra experientiam.Nam ſemper uidemus:quod ſi petimus centũ
aut ducentum homines:quomodo eis uideatur:quod angelus ſit aut anima noſtra:ſiue aliqua ciuitas
ſicuti Hieruſalem?ſi acquiſitam doctrinam non habent:omnes in ſuis conceptibus uariant. Conſtat igi
tur conceptus non eſſe idem:quippe quod ruſticus nil ſciet dicere de ente cõmuni ad deum & creatu
ras:nequidem de aliis uniuerſalibus.Dumq; aſſerant abſtrahentium non eſt mendacium:reſpondemus
quod in non ente neq; uerum neq; falſum. ¶Quum autem ariſtoteles teneat uniuerſalia tanquã ab
intellectu congregata:merito dixit:abſtrahentium non eſt mendacium:quiſq; enim in nõ eſſe quo ad
libitum cogitare poteſt.Quoniam in rebus tantum poteſt eſſe uerum & falſum.Quod ſi opponeretur
dicendo:ariſtotelem intellexiſſe:quod abſtracta totaliter cognoſcuntur aut ignorantur : quia non po
teſt partim ſciri & partim ignorari:quum abſtracta ſimpliciſſimum eſſe habeant.Sed hoc ut in aliis lo
cis probamus:nullum eſt ens in tali modo:nam deus omnipotens ſubſtãtia:eſſentia:bonus:ens: ac ma
gnus eſt:& unum ſignum iſtorum non anteponitur aliis:neq; aliquod ens eſt quin in primo ſigno ſuo
quantum & quale ſit:ad differentiam de nihilo.quia eſſe bonum & eſſe magnum in primo ſigno cõuer
titur:& q̃uis ad libitum noſtrum cogitando ſingamus ſubſtantiam tantum:ens tantum abſolute iueni
re abſq; alia conſideratiõe:in re penitus falſiſſimum:quum nullum ens tale ſit:q̃uis res per primas ſecũ
das & tertias proprietates ſecundum magis dignum & minus dignũ diffiniamus.& quod in diffinitio
nibus nõ ponamus quantum:ſemper ubiq; quantitas intelligitur molis uel ſpiritualis . Nam prius em
brius hominis & anima ſunt quanti & quales:q̃ hominem componãt:at poſtmodum hominem per cõ
minationes ſibi proprias diffinimus:utpote animal rationale:quia quantum magnum bonum & alia
ſimilia omnibus rebus conueniunt:ideoq; nullus particularis poteſt eſſe diffinitio:& quia nullam rem ĩ
uenimus ſub una ſola conſideratione:dedecens eſt inferre:quod ſit.Quapropter in abſtractis ſeu ſim
pliciſſimis aliquid ſcire poſſumus:& aliquid ignorare:ut de deo angelis ac pluribus aliarum rerũ natu
ris dicimus.quia una natura non eſt preciſe ad unam rem duntaxat : ſed ſemper ad plures operatiões
tametſi ſimplex uel abſtracta aſſumatur:& plures conceptus in ſeipſa proprios habet. ¶Ex quo ſit:
ꝙ unus homo de quacũq; natura uel abſtracto profundius uel perfectius alio intelligit:quãquã de deo
dicamus:qui ſimpliciſſime ſimplex eſt:Ipſe enim ſolus actus puriſſimus:& tamẽ plures homines aliquid
de ipſo intelligere aſſerimus:& ſimul cum hoc:quod unus magis & alius minus itelligit.Multi enĩ aiũt:
tantum deus eſt:nec quicquam aliud intelligunt:ueluti an ĩfinitus uel finitus ſit?eternus an pricipiatꝰ?
& utrum ubiq; an in aliquo determinato loco manens:& a ſe ſit an ab alio exemptus?an ad alia reſpe
ctiuus?ſubſtantia an accidens?corporeus an incorporeus:dans omnibus dependere an uero non dans
omnibus dependere?& ſic de reliqs.que qdem dignitates ſeu modi:ſoli deo attinẽtes ſunt:& hoc ſcire
aut ignorare magis & minus cognoſci infert.Equinitas in abſtracto aſſumpta:aut quomodocunq; ſit:
tanq̃ proprietas ſeu natura equorum aduenientiũ refert:dũ eſſentialiter aſſumit:ut agẽdo de eſſentia:
quid proprie dicat demonſtrabitur & tñ plures ſciũt ꝙ eqnitas uult equorũ naturã uel proprietatẽ in
ferre:& ignorãt an abſtracta uel cõcreta ſit abſoluta?an limitata:uniuerſalis an particularis:ĩ potẽtia
an in actu?forma an materia?corruptibilis an incorruptibilis?per ſe manens ſeparata an uero in omni
bus equis ſubiectata?corporea an incorporea ſubſtantia an accidens & ita de reliquis.Et quia oportet
ꝙ ſciãtur hec oĩa:ad cognoſcendũ quid eqnitas ſit:& nullus ſcit eam preciſe p̃ter deũ:iuxta ꝓpoſitio
nẽ dicẽtẽ:quod abſtracta aut preciſe itelligũtur aut ignorãtur:ſequit oẽs hoĩes preciſe eqnitatẽ igno
rare:ſimiliter deũ atq; alia ſimpliciſſima:Sed ſenſibus & itellectibus patet:de his ſimilibus que aliquali

ter ſcim9.cōſtat de abſtractis & reb9 ſimplicißimis aliquid nos ſcire poſſe:& aliquid ignorare: quū ibi
ordinem modorum tanq̄ priorem & poſteriorem aſſignent. ℭEt ſi īferetur in abſtractis nō dari pri
mos modos ſecundos neq̧ aliuſmodi:reſpondeo:ꝙ ubicūq̧ res danť:illic & modi ponunť:q̄uis ſimpli
ciſſimi.Nam deus eſt ens:deus ē unitas:deus eſt infinitus:deus eſt eternus:in q̄bus propoſitionib9 deū
aſſumimus tanq̄ fundamētum & īfinitum:uel ens tanq̄ modum:oportet ergo deum & īfinitum ſciri. &
quia plures dicūt deum eſſe:& neſciūt an īfinitus uel finit9 ſit:patet ꝙ qui īfinitum eſſe cognoſcit: pot
us de ipſo ſcit q̄ qui cognoſcit deum eſſe tantum:& ignorat an infinitus uel finitus ſit.Secundum plu-
res primi modi ſeu q̄ditatiue dicēdi per ſe in deo ponuntur:& alii modi non.primi:eo ꝙ non quiditati
ue & conſequenter non a ſe.Iſta tamen in deo probatu difficillima uidentur:quicquid enim eſt in eo:
eſt a ſe:ſaltem dignitates que generate uel producte non ſunt:Exempli gratia.bonū ī deo eſſentialiter
eſt:quoniam non generatum:non productum:& ſic eſſentialiter competit patri filio & ſpiritui ſancto.
Quapropter recte dicere poſſumus:bonus eſt deus:aut ſaltem bonum ſummum eſt deus. Iccirco mer-
curius triſmegiſtus per primam denominationem bonum denominat deum:per ſecundam uero patrē:
ita ꝙ ipſe inquit ſolus deus bonus.Quamobrem penes hanc doctrinam dicendo bonum idem intelli-
gendum eſt:ac ſi deum diceremus.precipue ꝙ de religioſorum & irreligioſorum philoſophorum ſentē
tia:quecūq̧ res eſt:bona eſt.Vnde plures inquiunt bonum eſt eſſe:& malū non eſſe:& hinc habetur ue
luti de tranſcendentibus tractando:quod ens & bonum conuertuntur:aut omnia tranſcendentia in-
ter ſe:& bonum unum de tranſcendentibus habetur:& quicquid de omnibus omnino dicit ī prio mo-
do quiditatiuo rerū eſt ponendum:ſaltem quo ad naturam loquendo:ubi nulla contingentia uel nouū
accidit bonum in deo:ac ſemper eſſentialiter.igitur quiditatiue aut de natura eius eſt:& quicquid qui-
ditatiue aut eſſentiale in primo modo ponitur:& ueluti de bono aſſerimus:de iuſto ſapiente & ſimilib9
dicere poſſumus.Et inter quiditatiua ſeu eſſentialia idemptica:realis diſtinctio dari nequit:niſi fortaſſis
imaginaria tantum.eo magis ꝙ ponentes primos modos per ſe:& modos ſecūdos non a ſe inquiunt:
hanc diffinitionem homo eſt animal rationale & mortale:eſſe primum modum hominis:quoniam q̄di
tatiue.& a ſe.Si autem talis diffinitio in qua plura uaria ingrediuntur:poteſt eē primus modus a ſe:mul
to magis bonum in deo erit primus modus quiditatiuus:quia ſimpliciter a ſe & non ab alio.Sed propo
ſitum noſtrum ſequendo:Vbicūq̧ primus & ſecundus modus datur:aut res & modus eius: poteſt aliq̄d
ſciri & aliquid ignorari.In cunctis reb9 huiuſmodi reperitur:ut ſuperius exemplatum eſt:igitur in om
nibus poſſumus aliquid ſcire & aliquid ignorare.uel quod creature penitus omnia ignoram9:quū nul
la perfecte ultimata ſciam9:ſed aliquid nos ſcire dicimus atq̧ credim9:confiteri oportet:ꝙ partem rerū
ſcimus:& partem ignoramus:& hoc aſſumi poteſt de quocūq̧ tractamus.Vnde clare uideri poteſt q̄d
dicat abſtrahentium non eſt mendacium.nā preſupponendo:ꝙ totaliter abſtracta ſcim9:aut totaliter
ignoramus:nullū ibi occurrit mendaciū Quoniam in illo quod neſcimus mendacium nō cōmittim9:
nequidē in illo quod totaliter ſcim9.Ita ꝙ in his quorum aliqua ſcire poſſumus:& aliqua ignorare:mē
dacia ſepe cōmittimus:in abſtractis per opus intellectus aut in abſtractis per ſimplicem naturam:plura
mendacia cōmittim9:ut ſuperius uiſum eſt:igitur de abſtrahentibus agendo:ſepe iuenitur mēdacium.
Abſtracta per quoſdam uniuerſaliſtas non tantum per unum modum abſtractionis dantur ſuperius:&
per aliū inferius:ideſt ſuperius per naturam & inferius per collectionem intellectus a pluribus particu
laribus aſſumptam:uerūetiam in ſuperioribus uel in ipſis naturis plures ſpecies abſtractiōum imaginā
tur:primam:ſecundam:& tertiam:ut bruliſer exponit:ueluti dicendo albedo per abſtractum:ſuper om
nibus albis:& albedineitas abſtractum ſuper albedine quam ultimā abſtractionē eſſe dicit.conceſſo hoc
equinitas uel humanitas in uariis modis cōſiderari poteſt:& aliquid de eis ſciri & aliquid ignorari. Nā
penes hanc regulam equiniteitas erit natura ī qua per primam originem equinitas fundatur. Vnde in
equinitate duo ſunt conſideranda.Vnum tanq̄ ſubiectū & aliud abſtractum.equiniteitas erit ſuperius
abſtractum.& equinitas tanq̄ concretum.a quo equiniteitas abſtrahitur.Vnde ſequeretur ꝙ prime & ſe
cunde abſtractiones ſunt abſtracte reſpectu aliorum de quibus abſtrahuntur.& concreta in aſpicietia
ad abſtractiōes inde emanatas.Vnde equinitas non ſimpliciter eſt tātum equinitas nequidē hūanitas
tm̄ hūanitas:quū humaneitatē habeat ſuperius iuſta uniuerſaliſtas aſſumptā.

ℭDe inchoatiōe formarum ſiue de principio īdiuiduatiōis. Cap.cxxiiii.

ℭPoſt uniuerſalia uideť loc9 ſatis cōmodus ad aliq̄d tractādū de pricipio formarū:aut īdiuiduatio
nis:quū ſup differētia uniuerſaliū queſtio de pricipio idiuiduatiōis uideať oriri.& licet nūc diſputemus
de iſta forma aut iſta materia īdiuidui.que īdies per generationes & corruptiōes accidūt: queſtio ſiue
altercatio inter antiquos philoſophos extitit:utrum forme eſſent eterne & ſeparate:an uero principiū
habuerint:aut ſi ſemper ſimul cum particularibus ſteterint.Que tamē queſtio propria eſt de creatiōe
mūdi aut eius eternitate. ℭEt hic non ſolum uidendum eſt de formis:uerum etiā de materiis ſeu qui
buſq̧ rebus extra deum.circa quod platonis & ariſtotelis diſputatio incipit.Et plato hic maxima cau-
ſa fuit aut forte preciſa:quod ariſtoteles mundi creatiōem negauiſſet.Quum enim plato ſaltem in uer

bis tribuerit eternã formã ãgelorũ celorũ elementorũ hominum & equorum:& sic de reliquis etiam ul
detur quod imaginatus fuerit animas nostras esse eternas:seu omnes in principio mũdi creatas:i quo
passu aristoteles honestam habuit rationem abnegandi platonem. Si enim forme angelorum celorum
elementorum & sic de ceteris speciebus eterne fuerunt:eedem erant huic mundo similes. Et tunc duos
mundos haberemus:unum siquidem creatum:& alterum increatum scilicet eternũ. Si uero dicim9 un9
solus est:& quod prius erat intelligibilis & postmodum sensibilis factus:nos non petimus de intelligi-
bili aut sensibili nisi de esse mundi aut non esse mundi. Quod si ideas & non mundum appellarẽ uoles:
hic in nomine tantum differimus. quia assumptis omnibus formis que in mundo sunt insimul erũt mũ
dus. si fortassis per rationes diuinas cum ipso deo simpliciter conuertibiles:plato non intellexit. quod
sane assumendo ita est capiendum. Et si inferimus quod ydee eterne in tempore hunc mundum produ
xerunt aut parturierunt:tunc duo mundi erunt:quod est contra omnium sapientum opiniõem. Et po
nendo has ideas mundi ab eterno in deo non recte se habet. Et aristoteles de facili ac merito talem opi
nionem reprobauit. Nam quum deus simplicissime simplex sit. quecũq̃ sunt i deo sunt deus. Et si aliud
a deo est extra deum illud est numerandum inter deum & creaturas siue dependentia. & quia ibi nul-
la res est:decet necessario quod ydee sint deus aut creatura. si deus non sunt forme mundi priusq̃ hic
mundus. Et si idee sunt creature eterne etiam mundus esset eternus:quod nullo pacto stare potest:sicu
ti in secundo libro probauimus. nam quum deus simplicissime simplex sit:oportet quod omnibus ultro
& ad extra dependere prebeat. & q̃uis aristoteles uoluntatem neget dependentiam concedit:pariterq̃
quod deus summe simplex sit. & si summe simplex alie res non emanant a propria dei substantia tan-
quam a naturali cursu:quia tunc non esset summe simplex:sed fere tanquam chaos. Si modo omnia in
se reuoluta haberet. Si enim ab ipso naturaliter exirent ad ipsum quoq̃ rediture essent:quod utiq̃ oĩum
sapientum opinioni ac mere rationi impugnat. Quoniam primam causam simplicissimam & purum
actum appellant:quod chaos non competit. licet deus per intrinsecam suam rationem omnia ab eter
no cognoscat:& preuideat omnia.

De opinione quorundam philosoporum de principio indiuiduationis agẽtium. Cap.cxxv.

Alii philosophi sicut anaxagoras & sequaces eius imaginati sunt unum chaos:ĩ quo omnia simul
essent. tamen quelibet res distincte nature ab aliis. & quod denuo ex illa reuolutione exirent in istud &
illud particulare. Sed adhuc reuoluta omnia inquantum unumquodq̃ particulare multa licet distincta
in natura in se continet. Et ob hanc causam dixerunt ex quolibet fieri quodlibet arbitrantes quod in
quolibet particulari multa simul essent. Pyctagoras uidetur posuisse animas aut formas eternas ac
de uno corpore in aliud transeuntes. Et quoniam isti philosophi uario modo de mundi principio sen-
tiunt pariformiter de formarum inchoatione atq̃ indiuiduatione. Nam secundum platonem anaxago
ram & pythagoram forme sunt eterne ac per naturam separate. Quãquam anaxagoras & pythagoras
dixerint in corporibus aut chaos manere. & plato separatas esse tenuerit. Et iuxta has opiniões uel sal
tem illam platonis ydee erunt principium omnium indiuiduationum & tam de materiis q̃ de formis p
ticularibus:Et aristoteles quum negauerit duos esse mundos:unum dũtaxat mundum atq̃ eternum po
suit. Quũq̃ mundus ex pluribus particularibus constet si eternus mundus eterna particularia & ideo
non uult dandas esse ideas separatas preterq̃ cum particularibus materiis unitas. & propterea noluit
ponendam esse aliquam formam in prima materia:sed quod apta nata erat ad recipiendum quascũq̃
particulares formas. & in hoc ab anaxagore opinione differt:quoniam ipse ponebat chaos in actu cõ
tinens formas:aristoteles autem materiam in potentia sine alio actu aut forma imaginatᷣ. Attamen dif
ficile est hoc saluari posse:quum in alio loco asserat dandam esse primam materiã pro receptaculo om
nium formarum:que dissoluuntur ab his particularibus istius hominis & istius equi istius arboris illius
aque & huius ignis:que ad primam materiam reducuntur. Idcirco iuxta positionem aristotelis pria ma
teria erit chaos plenum formis atq̃ in actu. Et si quemadmodum ipse ait mundus est eternus semp pri
ma materia fuit cum formis reuoluta:q̃uis distincte naturᷣ ueluti anaxagoras asserit. ex quo necesse erit
quod una & eadem sit opinio:presertim quod ipse aristoteles dicit materiam non dari a forma separa
tam in re:nisi imaginario tantum. unde palam cũ anaxagora conformatur. Aristotelica uero opi
nio de formarum inchoatione indistincta est:inquit enim principium indiuiduatiõis est agens natura-
le:& quoniam plura sunt agẽtia naturalia:nõ est manifestũ de illo qd aristoteles loquitur:neq̃ est unũ
agens tantũmõ ad indiuiduationẽ occurrens imo plura ut postmodũ patebit.

De principio indiuiduationis iuxta modernos. Cap.cxxvi.

Circa modernos de principio indiuiduationis etiam uarie extant opiniones. Astrologi uoluĩt oẽs
generandi atq̃ indiuiduandi uirtutes celis attribui. Nã quo ad ueritatẽ quicquid concurrit ad genera
tioné concurrit ad indiuiduationem:dummodo per simplicem creationem non fuerit. Theologi

etiam circa hec particularia generabilia & corruptibilia diuersimode sentiũt.tamen cõformes sunt ad dandũ primũ esse cunctis rebus per creationem dependentibus:& qd solus deus sit principium dandi esse atq; indiuiduandi.Sed ad generationes descendendo aut quo creature concurrãt minime consor mant. ¶Scotus tenet formã esse cãm aut principiũ indiuiduationis:& quo ad ueritatẽ oẽs uniuersa liste dicere debẽt:qd ipse homo aut hũanitas in cõmuni sit principiũ indiuiduationis oium hominum: & principiũ equorũ equeitas.& sic de quibusq; aliis speciebus.Vniuersaliste eni asserũt istum particula rẽ generatũ esse ad similitudinẽ uniuersalis hominis.& si uniuersale est tanquã metrũ uel sigillum quo iste particularis est in esse formatus:talis forma uniuersalis erit principiũ indiuiduationis & isti cum pla tone conformari uidentur. ¶Sanctus Thomas materiã signatã aut hanc materiã dicit esse pricipiũ indiuiduationis:& principiũ formarũ:secundũ quod per ipsum in aliis locis patet.Et sic accipere uide tur pro intrinseco calore & humido radicali sperma animalis in matrice infusum disponi incipit:& ad embriũ deuenire.& illa dispositio materiei signate uegetatiuam conuocat & attrahit:& uegetatiua to tũ embriũ organizat.& tunc sensitiuã & imaginatiuã siue interiores & exteriores sensus appetit.& sen sitiua postquã totũ corpus dispositum habet intellectiuam animã petit. ¶Hic autẽ sanctus thomas ait quod perfecto humano corpore deus non potest agere quin itellectiuam aiam creet.Et hec opinio manere potest stante cõmuni ordinatione:non autẽ de libera potẽtia diuina dũ aliquod melius occur risset si anima illa non crearetur.Similiter asserit animã esse creatam in corpore.Et hoc modo uidetur materiam signatam esse principium inchoationis anime atq; indiuiduationis istius particularis.est enĩ causa sine qua deus non crearet animam nequidem iste homo esset.Attamen si de principio precise in terrogamus:illud erit principiũ quod materiam signat.Materia enim non signatur per se nequidẽ si gnari potest aliunde q̃ a forma uel aliquo actu.Et etiam ultra hoc non possumus aliquam elementorũ materiã prebere inter ista particularia:quin in ea aliqualiter uegetata sit.Quocirca asserere possumus quod calor intrinsecus & humidũ radicale signant elementorũ materiã per uegetatiuam seu formam in eis existentem.Si enim calidũ & humidũ aliquã uegetationem non haberent:nil producẽt uel signa re potuissent:ut patet quia sine elementorũ aspiratione calidũ & humidũ nihil producũt:immo potius dirrumpuntur.& uegetationem siquidem pro elementorum aspiratione assumimus:taliter quod ad in diuiduationem generabilium & corruptibilium tanquã uniuersalis causa i primis uegetatiua occurrit. & ad disponendũ indiuiduationem propinque tanquam instrumentatiue calidum & humidum.Et per hanc uiam dicimus uegetatiuã esse uniuersale principium indiuiduationis atq; assignationis huius par ticularis materie.Materia enĩ de se inhabilis est aut sine actu iuxta multorum sententiam: & indiuidua tio actiuitatem petit:ideoq; a forma emanare constat.maxime quod materia diuisionẽ potius appetit: q̃ expellit & indiuiduatio huiuscemodi nature est.quod quaslibet diuisiões abhorret:& in una sola par ticularitate manere desiderat. ¶Preterea concesso quod materia signata sit principiũ idiuiduatiõis uidelicet subiectum primum:super quo partes integrales simul cõponuntur. non ex hoc concedimus materiam ipsam ab aliqua quantitate signatam esse:nã proponentes materiã simplicẽ ut in genere sub stantie idiuisibilem imaginantur ipsam:& tamen dicunt per quantitatẽ extensam admixtam ipsi mate rie assumere dispositionẽ:ut diuidi possit.unde palam constat non esse officiũ quantitatis diuidere ma teriam ipsam nisi extendere eã:per quã extensionẽ materia assumit dispositionem ut possit diuidi . sed extendere & diuidere contra naturã sunt:atq; contrarii actus diuidendi:& dispositio diuisibilis quanti tas extensã est dispositio in qua diuisiones fiunt ut ubiq; sensibus patet.& nullum de naturali ordine di uidit seipsum.nequidem est pricipium idiuiduandi seipsum.palam constat qualiter nulla quantitas po test signare uel diuidere materiam.& nos de prio signatore ipsius materie petimus. ¶Vlterius quan titas per ponentes ipsam in hoc loco de genere accidentium est.& nullum accidens tanquam pricipiũ uel fundamentum operatõis potest se habere.ut in superiori libro agẽdo de aia explicatũ est. ¶Aui cenna uidet formarũ pricipia celis attribuere:& iter alia dicit:qd celũ lune rõnales aias creat siue ꝓdu cit.Sed talis opinio nullo pacto est admittenda.Quum enim creare dicat aliqd noui produci:qd non erat sic neq; sic:solus deus omnipotens id agere potest:eo quod ipse solus omnipotens neq; celum po test rationales animas producere nequidem nutrire:eo quod ipsum corporeũ aie uero icorporee ideo q; minus dignũ magis dignũ producere nequit.

Quonam pacto aliter principium indiuiduationis assignare possimus presertim pe nes religiosos. Cap.cxxvii.

¶Perspectis qbusdã antiquorũ opinionibus nostrã denuo insinuabimus.hec enĩ materia a plerisq; auctoribus est in pluribus locis disceptata:sicut ubi agit utrũ mũdus pricipiatus an eternus sit: tractan do de philosophie pricipiis:in qua de aia & rebus ad ꝑticulariũ generationes occurrentibus agit.At tamen qa in pricipio maxia inest difficultas.inde exordiendũ. ¶Iam in secũdo hui9 uoluminis satis aperte probauimus mũdũ habere principiũ:& quod ꝑ se esse neqt:nisi tm̃ ab alio.& quod minime eter nus:neq; deus potuit eũ eternũ creare.nã creare est ex nouo principiare. ¶Sed ad principiũ forma

rum atq; indiuiduationũ deueniendo omnia in primo signo essendi. a prima cã dependent:& non tm̃ sicut a causa finali:uerum etiam ab agente. Si enim a finali solum ad finem tendere & non dependere diceremus. Proprium enim dependentie per primum signum essendi intelligitur. causa mouens per principium: causa uero agens & causa finalis conuertuntur. Itaq; in cunctis deus est primum principium indiuiduationis:eo quod nobis in primo signo nostro esse atq; instinctum prebet. ¶Quia non solum celi elementa materia & forma in uniuersali uniuersale. tamen simul cum omnibus creaturis intelligas immo & unaqueq; per se in particulari. Sed plures deus creaturis administrationes commisit. ex quib9 aliquid dicendum est. Verum & enim ad creationis pricipium nos occurrere oportet. Deus enim creaturis in eo ordinem uiuendi substentandi & multiplicandi species nostras tradidit: benedixitq; deus cũ ctis animantibus. & precepit ut crescerent & multiplicarentur. elementis uero ut quedam animalia im munda iuxta species suas nutrirent. & celis atq; stellis ut ista īferiora illuminarent. & quod iussu prime cause fit per uerbum aut conditionem intrinsece in natura nostra tributam. Nãq; omnes eam legem ī nobisipsis reperimus:& quo ad partem nostram hoc preceptum seu uirtus in nobis precise est primũ in diuiduatiõis principium: quia per illud ad generandum mouemur:& generatio est primum signum in diuidui. & ista uirtus que huiusmodi res appetit in quoquomodo magistra uidetur: quoniam aliter non tam uehementer id appeteret. Quecũq; enim ex intrinseca natura uehementer cupimus ad perficiendum dispositi sumus. Quocirca patet quod ista uirtus qua ad generandum incitamur est primum indi uiduationis principium: tamen pleraq; alia concurrunt: sicut totus homo elementa celi & stelle sub dei prouidentia: que omnia ad unum finem siue indiuidui ultimationem concurrunt & in homine infusio anime est ultimatio indiuiduationis:& principium inquantum homo: quia embrius absq; anima intellectiua nõdum est perfectum indiuiduũ: quoniam magis ascendere potest: aut saltem nõ est homo. uerũ infusa anima totus ille embrius perficit. ¶Alia multa sunt generata & indiuiduata tanquam a casu & non a deo intrinseca: ut animalia que per putrefactionem generantur. Attamen hic quoq; pro pri cipio indiuiduatiõis preceptum adducimus: quod deus celis & elementis dedit. ut istorum īmundorum particulariũ curã haberent. Preterea ibi potest aliquod illorum animalium semen occurrere in terra re manens: ueluti oua pisciũ & in eiusmodi semine erit uirtus desiderandi ac perficiendi generatiõem: eo quod sine alicuius speciei scyntilla difficile uidetur posse sensibile animal generari. Arbores enim que minoris sunt natura generare uult. ¶Alia quamplura manualia agimus: utpote domos: de quibus nos sumus indiuiduationis principium. eo quod in esse tali particulari & ultimato damus essendi prin cipium. Et hic quoq; appetitus noster est principium talis edificationis domorum. Et quia est principiũ edificationis: etiam est īdiuiduationis aut generatiõis pricipium inquantum quod domus est non propria generatio: uerũtamen generationem dicimus: īquãtum quod ibi principiat. ¶Finaliter asserere possumus: quod quicũq; ad creãdum & generãdum occurrũt: occurrũt etiam ad īdiuiduãdum. Sed alii per prius & alii per posterius. qn̄ & unus magis pricipalis & alius minus. ¶In philosophia uero tria assignamus pricipia: uidelicet materiam formam & desideriũ siue appetitum. Et q̄uis materia & forma sint pricipalia fundamenta: appetitus est maxima unionis causa. & sic per appetitum forme & materie uniũtur atq; īdiuiduate fiunt.

¶Pluriũ auctorum opiniones. Cap. cxxviii.

¶Iam superius plura de indiuiduandi principio asseruimus. Sed causa maioris declaratiõis quẽdam ẽt discursum per uaria transcundo faciemus: inter que necessario pricipium indiuiduationis manere ui detur. & primitus querende sunt quatuor cause ad formationem siue esse cuiusq; particularis occurren tes. Cause uero he sunt uidelicet causa efficiens formalis materialis & finalis. At nũc itelligẽdum est an iste cause pre cunctis naturis sint: an uero in qbusq; speciebus posite:& quod non sint super oĩa entia per omnes philosophos & sapientes patet. Quippe quod secundũ platonem & eius sequaces omne ens in quinq; diuisiones distĩguunt. quarum prima est deus exempt9: Secũda mens diuina: tertia aĩa mũdi: quarta celestium machina. Quinta uero elemẽtorũ continẽtia siue oĩum que sub cõcauitate lune sunt cõprehensa. Et hic platonici non nisi octo celos assignant: quatuor elementa:& ista animalia atq; alia composita corpora & supra celum aplane uidelicet octauum loca angelorum & ratiõalium animarũ: similiter ideas si idee sunt in re: secundum platonicos. deinceps in celis & elemẽtis primam materiã assi gnant ad quam aĩa mũdi per īferiorem partem respicit: dũ uult aliquod particulare edificare & per su periorem mentem diuinam siue architectorem aspicit mens autem deũ exẽptum & secũdũ hãc opinio nem quod naturaliter loquendo post primum architectorem anima mundi & materia prima tanquam pricipales cause ad quascũq; particulares formationes occurrũt: quod recte consonare uidet. quoniam in unaquaq; re composita aĩa est propria forma: corpus uero materia & aĩe dũtaxat proprie dicte sunt intellectiua sensitiua & uegetatiua: postmodũ autẽ motiua & similia. Sed iste ultĩe largo modo aĩe uocantur. Et hic secũdũ uiam platonicam nõ īuenim9 aliquas alias superiores causas. q̄uis plato ydeas si ue rões posuerit: qbus creature sunt ad esse deducte. Sed nos quoq; dicimus quod sub alia rõne siue ī

tentione deus creat celum:& sub alia hominem eo quod uult nos diuisos creare. ¶Secũdum aristo telem inueniemus omnia entia in decem predicamenta esse diuisa:utpote in substantiam quantitatem & qualitatem:& sic in reliqua. Que quidem entia omnia sunt nobis tractabilia:aut nos ipsi continenꝰ ea:partem scilicet de omnibus predicamẽtis.quia substantia sumus quanti & quales relatiõem actionẽ & passionem habentes:& sic de aliis:Quãquam non simus uniuersale predicamentum.nec est dãdum predicamentum uniuersale in re.Nulla enim est substantia:que non sit deus angelus celum elementum aut aliquod istorum corporum compositorum.nec est quantum uniuersale.nisi hoc corpꝰ hoc pũctũ. hec linea:hic pater.hic filius:hic dominus:hic seruus.& similiter de ceteris predicamentis intelligendũ est.licet uniuersale predicamentum accipiamus tãquam in cõmuni forma per quam omnes sub illo ge nere denominati diffiniantur.non tamen intelligitur quod talis forma essentialis sit uel quiditatiua in re nisi in uoce tantum.Et sic decepti sunt illi:qui credunt hominem quiditatiue per abstractam formã uniuersalem diffiniri:quia q̃uis aristoteles dicat:dum dicimus celum dicimus formam. & dum dicimus hoc celum dicimus materiam.oportet necessario secundum alia dicta sua quod in hoc loco celum in telle xerit pro modo siue forma diffiniendi omnes celos:& non pro celo existente in re. Quumq; hoc ce lum dicat necesse est compositum siue celum in re intelligat:quandoquidem in aliis locis cum difficul tate uult celo materiam attribuere. ¶Et ultra hoc asserit quod species diffinitur & non genus. Vñ patet quod dicendo animal siue celum pro modo diffiniendi intelligitur:& non quod diffinitio de illo uniuersali intelligatur.neq; species inquantum abstracta diffinitur:quum uniuersale sit in illo loco siue consideratione. Vnde patet quatenus sub cõmuni termino diffiniendi particularia diffiniamus:ideoq; talis forma uniuersalis non est illa causa formalis ad particularium formationem siue generationem oc currens.oportet enim quod actiue realiter occurrat & in compositum ingrediatur. Ideoq; cum plato nica uniẽda est aristotelica sententia.he enim uniuersales forme aristotelis tanquam ideales platonis considerationes se habent.& forme itidem reales secundum aristotelem pro anima intellectiua sensiti ua & uegetatiua.& sic de reliquis intelligitur:qualitates quoq; aut accidentia sepenumero pro formis intelliguntur:sicut calor in igne humiditas in aqua:frigiditas in aere:& siccitas in terra.quoniam simi les qualitates loco formarum operantur:que omnia in predicamẽtis sunt.nec ullam aliam causam effi cientem formalem ac materialem ibi inuenimus.Et ad confirmationem illius:quod aristoteles intellige bat condecenter occurrere possumus:ubi ipse primam causam querebat.ibi enim omnia entia realiter assignabat in res mobiles atq; mouentes ipsa diuidendo.nec quicquam assignabat tanquam esse essen tie siue existentie quiditatem naturam aut esse.Et sic extra celum octauum noluit quod aliquid fuisset. & inter hec omnia nihil imaginatus est ociosum.& illud quod non est ociosum nequaquam sine existẽ tia.Sed postmodum plures nostrorum modernorum uarias chymeras methaphysicales edificauerunt: ĩ quibus nec antiquos philosophos nequidem theologos sunt imitati : quia secundum legem per prius deus creauit celos elementa & angelos q̃ alias essentias uel separatas quiditates: similiter plato in deo incipit:deinde in formis idest animabus tanquam in dignioribus partibus mundi:deinceps uero in ma teria.Et aristoteles prius considerat deum tanquam primum motorem:deinde celum: postremo grada tim de magis perfecto ad minus perfectum descendit. ¶Et habitis his uiis siue multorum sapientiũ opinionibus de facili inuenire possumus:quid sit indiuiduationis principium: considerando per prius inter deum & primam creaturam siue intelligentiam dependentẽ:quia sicut in pluribus aliis locis apte probatum est a prima causa dependere per nostrum primum signum essendi dicitur. Et quum prima in telligentia suum esse nouum a deo accipiat:& intelligentia est una numero seu indiuidua : palam fit a deo indiuiduationem assumere. Vnde dicendum est deum esse principium indiuiduationis illius intelli gentie idest ipsam indiuiduans. Ibi enim non occurrit aliqua hecheitas nequidem materia signata ad indiuiduandum intelligentiam:quum non sit aliud q̃ deus quando secundam intelligentiam creat : & ibi deus pro quatuor causis tanquam efficiẽs supplet eo quod producit. Finalis quia ad bonum finem ꝓducit. Formalis quia formam creat seu ꝙ creaturas format: Materialis quia materiam creat:& in ua rias creaturas diuidit. Sed hic magis uidetur:quod deus sit principium indiuiduationis:aut creaturas ĩ diuiduet:inquantum quod ipsum deum tanquam efficientẽ causam consideramus.nec quauis alia cõsi deratione quod in artificialibus patet.& ars inquantum potest imitatur naturam.& nos aperte uide mus quod si magister unum ensem facturus est ipsum indiuiduat in eo quod magister est efficiẽs. Quo niam per efficientiam illud ferrum ensis ab alia massa diuidit.& per efficientiam in forma indetermina ta seu indiuiduata laborat:quanquam finis magistri semper uacet ad faciendum unum ensem numero ab omnibus aliis rebus diuisum. Et hic materia quanta se habet tanq̃ fundamentum in quo diuisiones siue indiuiduationes fiunt.uerum si materia diuidenda est oportet quod aliquod efficiens tanquam ap tum ad diuidendum occurrat. Et quia in naturalibus forma tanquam actus se habet:ipsa est principa lis causa diuidendi materiam.& qui diuidit est causa indiuiduationis.finis enim illius qui diuidit est age re rem indiuiduam:& actus suos cum fine conformat. ¶Et in hoc passu siue concursu agens ponit perseitatem cuilibet rei propriam:que quidem perseitas sic competit huic:quod cũctis aliis repugnat. Sed ista perseitas non est principium indiuiduationis. Ipsa enim dum ĩdiuiduamur generatur:& priusq̃

in eo passu simus.competit quod aliquis occurrat ad principiandum nostram idiniduationem. & ista erit causa efficiens atq; finalis:& similis causa in rebus generabilibus & corruptibilibus erunt celi elementa & patres. Attamen ordo indiuiduationis est ab omnipotenti deo ordinatus. Sed postea celi elementa & patres suos naturales motus sequendo indiuidua generant.ex eo quod itrinsecam indiuiduādi potentiam habent:que tamen a deo illata.

¶Rursus de propinquo indiuiduationis principio. Cap.cxxix.

¶Si per unionem forme & materie uniuersaliter assumpte omnia composita siue particularia fiūt. auiditas in prima materia:& auiditas in prima forma ad unięndum.ista duo uniuersalia principia erūt. principium indiuiduationis de quibus perseitas per quodcunq; particulare oritur:aut quod ista perseitas tanq̄ finis in quocunq; particularizato etiam erit principium. Quoniam quilibet rectus finis in pricipio suo conuertitur. ¶Amplius uniuersale principium indiuiduationis dici potest appetitus patrū ad generandum filios & causa indiuiduationis generandi potestas.nam celi elementa & similia in animalium generationibus aliquanto remota sunt quia hic homo & ille equus sunt propinqui generatores:seu cause:& non celi neq; elementa.& sic propinquū indiuiduatiōis principium alterū de duobus accipitur:aut calor primus naturalis laborans in sicco & humido per medium radicalis humiditatis. aut uerius anima uegetatiua quippe quod sine ipsa q̄uis calidum humidū siccū & frigidū simul cōgregata sint nullū indiuiduū uerū edificare possunt. Ideoq; uegetatiua aīa in aīalibus principium indiuiduationis denominanda est. Attamen ista aīa seu potētia uegetatiua que in primis possessionem assumit ad fouēdū disponēdū uel organizādū hoc īdiuiduū ītelligas. ¶Et si aliā uiā assumere uolumus intelligendo pricipium pro prima materiali parte in qua forma aut calidū naturale elaborare debet ipsum sperma descensum a patribus & purificatum in matrice matrum erit principium indiuiduationis: eo quod fundamentum super quo totum indiuiduum edificatur:ueluti lapides & calx simul in fossatis seu uallibus positi:super quibus tanquam in fundamento domus edificatur:ideoq; cementum est ipsius domus principium.& domus indiuidua uocatur. At quidam in modo disputandi inquiunt: quod ligo securis & fossatū sint principium domus. Veritas tamen ab hoc sensū remota. Illud enim quod non ingreditur in alicuius rei compositionem nec in eius diffinitionem minime de essentia sua uocari potest. Ligo & securis non ingrediuntur in domum:nequidem in eius diffinitionem.igitur non sunt de essentia sua:q̄uis longinque dispositiones sint:per quas fit domus.ueluti medicina que curat & disponit matricem:quod filium concipiat. Sed medicina non est de essentia filii:quia matrix absq; medicina concipere potest.& sine ligone & securi domus quandoq; fieri.& sic materia purificata in uia generationis posita fundamentaliter erit principium indiuiduationis:oportet autem quod per aliquam formam purificetur & indiuiduetur.uidelicet ab aliis materiis distinguatur.

¶Qualiter rationalitas & mortalitas simul sint proprium subiectum & predicamentum hominis.& consequenter principium indiuiduationis siue perfectio. Cap.cxxx.

¶Anima uero rationalis non manet in corpore tanquam in subiecto ueluti albedo in pariete ī hoc uel illo corpore: Anima enim non est predicatum corporis neq; totius compositi.ut in diffiniendo hominem patet.& iccirco asserendum est quod anima tanquam altera pars hominis se habet in unione cum corpore:& non in loco predicati neq; subiecti.licet forma corporis sit:idest dans ei perfectionem penes membrorum distinctionem. Quia tantum homo est animatus: quantum membra sua saltem principalia comprehendunt.& similiter corpus alterum est principium in hac compositione hominis occurrens.& quoniam anima non est proprie predicatum nostrum.& predicatum cum subiecto conuerti debet:dandum est aliquod subiectum concretum in quo anima & corpus subiectentur. Dicimus autem concretum:quoniam in illo quod conuerti debet oportet quod tale sit conuersum: qualis res ī quam conuertitur:& concretum & abstractum ualde differunt.igitur conuerti nequeunt. ¶Preterea subiectum uniuscuiusq; rei indiuiduate oportet quod particulare atq; in actu sit.& quod in diffinitione ipsius hominis ponatur:& abstractum non ponitur. Vnde aliud subiectum pro principio indiuiduationis inquirendum est. Quoniam quicquid est principium in rebus tanquam fundamentum finale se habet.& sic discernendum est qualis sit finis perfectionis hominis. Quocirca dicemus quod rationalitas & mortalitas non in abstracto preter hanc rationem & hanc proprietatem moriendi. ideo diffiniēdo hoiem conuertibiliter predicatū cū subiecto aīal rationale & mortale nuncupamus. & q̄a hoc est finis itidem & hoc principium indiuiduandi:quoniam repugnat quod rationalitas & mortalitas istius ī alium transire queat. ¶Et si quis dicat rationalitas & mortalitas due res sunt:quum unum solū subiectum: respondetur quod in unione ipsarum potentiarum una res fiunt & non plures: q̄uis semper

mortalitas poti9 ad corpus q̃ ad aiam respiciat:& rõnalitas potius ad animam q̃ ad corp9.sicut partes elementorum in hoc corpore composito manentes:quia unaquecp principaliter ad originem suã aspi cit.Et sub hac intentione ut recte diffiniatur:non dicimus homo est rationale animal solum: quoniam mortale simul adiungimus:intelligendo quod hec res homo intrinsece talis est in eo quod homo: & re pugnat sibi in alteram naturam transire.Alia uaria principia in primis occurrunt ueluti prouidentia dei ad omnia uniuersalia & particularia administranda.postmodum uero elementorum materia ac ce lorum influentia & patres tanquam propinqua instrumentalia.Denicp hec omnia sunt dispositiua ad res indiuiduandas.& sic non quotiescuncp homo & mulier seminalem materiam in matrice apponunt ab ea filius oritur.idcirco patres non indiuiduant ipsum semen:nec semen tunc ultimate indiuiduatũ est.Quapropter asserendum erit quod perfectio que ad ultimatam indiuiduationem occurrit.nunct panda sit principium atcp finis indiuiduatiõis.Et quia rationalitas & mortalitas tales sunt in homine: utrecp simul erunt principium indiuiduationis hominis:quia finis cum principio conuerti debet: quem admodum de homine dicimus. Quod rationalitas & mortalitas in eo quod homo sit sibi principium & finis indiuiduationis proprie dicte inquantum homo.similiter & de omnibus aliis speciebus intelli gendum erit:quod sibi sint principia indiuiduationis ultime differentie: que in earum diffinitionibus ponuntur.Vltime intelligas per perfectam indiuiduationem. ¶De particularibus modo aliquid ui dendum erit:hoc est inter istum hominem & illum.Nam post conuenientiam aut similitudines inter se disconuenientias habent uel alias & alias similitudines:& quia non inuenimus hominem omnino in ea dem effigie uel similitudine cum alio consitendum est:quod quiscp nostrum aliquem gradum aliquali ter ab omnibus aliis differentem sortiatur.Et hi gradus quod sint per maiores & minores perfectiones aut per uarias ac multas alias diuersitates:quum sint indiuiduationis principium atcp finis in hoc ho mine illo & alio:quamuis in omnibus rationalitas & mortalitas sit uere principium indiuiduationis.Vl tra hoc unusquiscp perseitatem habet:per quam ab omnibus aliis est differens atcp dissimilis.

¶Quo pacto principium indiuiduationis atcp inchoationis secũdum mercurium trisme gistum intelligatur. Cap.cxxxi.

¶Circa uiam mercurii trismegisti diuersimode de principio indiuiduationis intelligi potest ac de inchoationis principio hec omnia ab euo ordinata.Verum in modo gubernationis prioritatis & po sterioritatis multa indidit:tamen sub figura quod mens diuina aperiat mercurio quecuncp circa prin cipia intelligenda sunt:causa quod iter mortales de mundo & deo multe ac uarie opiniones pererrãt. Ait enim mens tempus deus & uniuersum sic se habent:deus eternitas tempus generatio:deus eternita tem:eternitas mũdũ:mundus tps:tps generatiõem efficit.ait deide eternitas ergo in deo:in eternitate mũdus:tps in mũdo:in tpe generatio:eternitas extat circa deũ.mũdus in eternitate mouetur.tẽpus ter minat in mũdo.generatio cõplectitur in tempore.Sors itacp omnium deus:essentia uero eternitas:op9 eternitatis est mundus factus quidem non aliquando:factus autem semper ab euo. Quum uero nunq̃ cesset euum nunquam cessabit & mundus:quumcp sit mundus eternitate comprehensus. nulla mundi pars interit.Et subdit.Origo enim materie pendet ex euo quemadmodum ex deo euum. ¶Deinceps eternitatis anima deus est anima mundi eternitas terre anima celum:deus in mente mens in anima.aia autem in materia:omnia uero ista per euum. ¶Si uero in omnibus his inquirendum erit quid princi pium indiuiduationis atcp inchoationis sit:dicemus quod deus euum determinat siue comprehendit & euum mundum:mundus tempus celum elementa.& mens animas.Illam autem rem que aliam determi nat uticp in particulari esse ponit seu ab aliis indiuiduatam.& sic tempus est generationis & corruptio nis meta atcp principium suarum indiuiduationum:quia ex eo quod principium naturali ordine iisdẽ est finis. & quicquid principium & finis per hanc uiam mercurii se habet tanquam anima atcp com prehendens: licet figuratiue ad mansionem anime in corpore mercurius dicat: deus in mente mens in anima anima autem in materia:quod causa administrationis intelligendum: ut ipsemet declarat in quiens eternitas ergo in deo in eternitate mundus tempus in mundo hoc est eternitas per deum du rat seu est:& mundus per eternitatem & tempus per mundum eo quod superiora ad inferiora tanquã anima ad corpus se habent. ¶Assumpto autem hoc ordine deinceps circa inferiora facile potest de principio indiuiduationis itelligi:mens eni seu rõ uel itellectus se hẽt tanq̃ forma aĩe: p quã aia hoĩum ab oĩbus aliis aĩabus destinguit seu indiuiduatur:igit ratio siue mens erit principium indiuiduationis animarum nostrarum. ¶Pater & mater occurrunt instrumentaliter ad diuidendum & locandum se men generationis:in qua occurrentia principiũ indiuiduationis filii uocari possunt.tñ principium ad extra quũ patres nõ ingrediant in filiorum compositionẽ seu essentiam.Semen aut sperma a patribus in matrice collocatũ erit pricipiũ idiuiduatiõis:idest materiale fundamẽtũ:sup quo totus hõ edificãdus

sed iam illud sperma per formam patrum non autem per se signatum atq; locatum est. ¶Denuo pri ma forma seu uirtus:que in illud sperma ingreditur postq̃ a patribus est diuisum uocari potest ultima illius seminis proprietas:per quam hoc semen est ab omnibus aliis seminibus differens: seu particulari zatum.& talis perseitas seu ultima proprietas in animalibus principium indiuiduationis uocari potest. eo quod nunquam concedit illum embrium in plures transire:si prius per corruptionem non dissolue retur.Sed quod semper in una unitate maneat.Verum hec perseitas nihil de organizatione illius indi uidui laborat.nisi quod tanq̃ custos se habet ne ad pluralitatem transeat.Deniq; ad laborandum opor tet quod alia forma seu anima ueluti uegetatiua aut nutritiua sensualis aut intellectualis occurrat. & ista est principium laborans atq; ponens in quocunq; indiuiduo perfectionem. ¶Sed habita hac bea ti thome opinione:quod postquam corpus hominis est ultime organizatum.deus nõ potest agere de ordine hactenus obseruato intelligas quin pro ipso corpore animam creet:asserendum est quod ipsum primum semen seu materia signata in matrice mulieris posita sit principium indiuiduationis: ex eo qđ ipsa materia signata ad se omnes necessarias formas conuocat:taliter quod est causa ut forme produ cantur.& id quod est naturalis causa quod alie res ad particulare siue ad indiuiduationem deducan tur. uidetur quod ipsum sit indiuiduationis principium. presertim quod hic auctor tenet rationalem animam in corpore esse creatam.hec autem uia alteri beati thome precise obuiat.ubi asserit ꝙ materia non est sed quod per formam esse accipit. Nunc sic:si anima uel forme creantur ad intrinsecam pe titionem materiei signate absq; dubio sequitur:quod forma primum esse ab ipsa materia accipit. Vn de potius & in primis forma a materia dependet q̃ materia ab ipsa forma: quod est contra cõmunem opinionem atq; thomistarũ.Si uero rationalis anima a natura celum petit:ut probatur & experientia necessario oportet quod per primam creationis originem de celo descendat. Id enim dumtaxat ce lum petere potest.quod primam in celo natiuitatem habet. ¶Et hic multa alia expostulare possumus contra eos qui formas materiales tanquam ab ipsa materia ortas denominant. Si enim forme ab ipsa materia oriuntur:minime duo naturalia principia sunt preter unum:quod est prima materia tantum. & sic mundus non constat de forma & materia nisi de materia tantum.Sed quum per dignitatem atq; superioritatem prius forma q̃ materia ponatur:ueluti deus priusq̃ euum.& euum priusq̃ mundus: eo dem modo anima mundi priusq̃ materia mundi.Illud enim quod gubernare debet de naturali cursu priusq̃ gubernatum esse debet.Et quũ anima mundi uniuersalis forma sit ad quecunq; in mundo sunt: sequitur quod ipsa uniuersalis forma per primum non habet ortum a materia: quum sit differentis na ture a materia.Si enim forma a materia produceretur: q̃uis ab ipsa separata forma denominari po test.simul iterum unitis nulla in eis esset forme & materie compositio: nisi quod materia tantum esset omnia & sic concedendum est:quod altera substantia corporea sit forma:& altera materia. & tamẽ for ma dignior ac potius apta ad perficiendum materiam: q̃ ad recipiendum ex ipsa perfectionem. & ideo tenendum est quod forme materiales a denominatione dicantur: ex eo quod materiam formant seu administrant.

¶Quomodo uideatur mercurium trismegistum intellexisse totum mundum a deo de pendere atq; gubernari ex parte dei semper esse:& ex nostra pricipium habere. & qua liter mens in homine pro anima rationali ac particulari itelligatur. Cap.cxxxii.

¶In superioribus a trismegisto positis multa ac uaria comprehensa sunt.& tamen tum causa breui tatis tum quia de sublimibus agũt propemodum intellectui nostro difficillima. ¶Veluti dum dicit opus eternitatis est mundus factus quidem non aliquando:factus autem semper ab euo.In his eternita tem per ipsum deum assumit & mundũ opus dei esse denominat. tamen non aliquando factũ sed sem per ab euo.hic aũt aduertendũ est quod paulopost ait.origo enim materie pendet ex euo quemadmo dum ex deo euum.Vnde secundum mercurium primum opus dei ad extra est euum.Quumq; immedia tum ex parte dei semper:quoniam in deo nullus discursus est prioritatis neq; posterioritatis. Quocir ca oportet:quod opera dei ex parte sua non aliquando fiant.Sed semper in uno instanti eterno.Et sic in sacra scriptura habetur quod pater deus de sua intrinseca generatione dicat: ego hodie genui te. Sed quum hic mercurius inquiat semper ab euo duo denunciat: scilicet opera dei immediata: hoc est quod nulla alia res interfit:& alia que euum referunt:& euum de se aliqualiter principiatum dicit non ex parte dantis principiũ nisi ipsum euũ principiatũ:hoc est qđ ex parte sua nõ semꝑ fuit.Et sicut alibi trismegistus ait:deus primus nõ sibi sed nobis:in quo denotat deũ nullã habere prioritatẽ neq; poste rioritatẽ. Verũ quod nos ex parte nostra post ipsum sumus:non quo ad ipsum sed quo ad nos.Et ĩ hac auctoritate plures antiqui & moderni decepti sunt imaginantes:quod semper ex parte dei & mũdi ab eterno mundus extitit.& tñ semp ex parte dei seu eternitatis refert:& ab euo ex pte creaturaꝝ itelligit.

Et sic asserendum est mundum quo ad seipsum pricipiatum. Sed ex parte dei semper. Quum deus nullam habeat prioritatem & posterioritatem. ¶ Et quum dicat opus eternitatis est mundus factus qdē non aliquando. factus autem semper ab euo intelligendum est in eo quod opus eternitatis mundus nō aliquando factus. Quum aliquando proprie discursum temporis significet: & opus dei ab ipso immediate in instanti sit. & ideo non proprie aliquando factus sed semper ab euo: semper autem ex parte dei & principiatus ex parte nostra. ¶ Et hic quoq; quamplura alia arguméta assumuntur. Nam quū inquiat quod origo materie pendet ex euo quemadmodum ex deo euum. & etiam ait deum esse animā eternitatis: & animam mundi eternitatem: & aīam terre celum: super quibus nonnulli imaginati sunt: qd deus eternitatem aut euū tāquam propinquum opus dūtaxat intelligat. & de iis curam habeat & nō de aliis inferioribus. At uero per gradus eternitatis curat euum: & euum comprehendit mundum: mundus tempus: & tempus corporea: celum autem elementa comprehēdit atq; administrat. ¶ Sed trismegistus in similibus locis de deo ad similitudinem humanorum principum loquitur. quoniam in primis totum regnum aut uniuersaliter assumendo sub administratione principis manet. & tamen ad exercendos quotidianos labores: princeps quamplures alios inferiores ministros ponit semper. tamen sub eius potestate. Nam uilescere principes uideretur si assidue particularem haberent curam administrandi per manus suas hec minima: utpote culturandi possessiones edificandi mansiones atq; preparandi cibos: & similia. Nihilominus super his omnibus particulariter administratores ponunt: & in tempore determinato uolunt de omnibus computum uidere. & sic secundum mercurium totus mundus a uoluntate dei dependet. ut dicendo deus omnium auctor. ¶ Et alibi interrogante mercurio unde elementa nature emanarint: ait pymander ex uoluntate dei. Sed subdit: septem deinceps fabricauit gubernatores: qui circulis mundum sensibilem complectuntur: eorumq; dispositio fatum uocatur. In quibus declarat qualiter deus sub se alios gubernatores edificauerit: eo quod de inferioribus ueluti de quotidianis generationibus & corruptionibus curam haberent. & tamen deus uniuersa conspiciens: & sic ingt deus uniuersa conspiciens diuina in nos effudit oracula: intelligas quod omnia aspiciendo ac prouidēdo in nos animam seu mentem diuinam effudit: & tamen honeste dici potest: quod intellectus diuinus uilescere uideretur. si de omnibus his inferioribus immediate quascunq; particulares curas haberet. quēadmodum de humanis principibus exemplauimus. At ueluti principium ministri sub ipsorum principum potestate ac uoluntate gubernant: ita & euum mundus tempus celum & elementa se habent in administrationibus quas a deo assumpserint. ¶ Que siquidem omnia in penultimo atq; ultimo capitulo potius ab ipso mercurio declarantur. Vt dicendo uniuersa mundi natura hunc audiat hymnum: audi terra: audite turbines imbrium: o sylue silete: cantaturus sum creatorem omnium totumq; & unum. audite celi: quiescite uenti: circulus immortalis dei orationem istam exaudiat. Cano iam creatorem omnium terrarum distributorem celum equilibrantem iubentem ex oceano aquam undiq; fluere dulcem ad hominum alimentum: & iubentem ignem fulgere superne adactionis hominum atq; deorum. Agamus illi omnes una uoce gratias tranantí celos naturamq; creanti. hic mentis est oculus hic potentiarum benedictionem libenter excipiet. ¶ Hic uero trismegistus deum denominat omnium rerū creatorem ac dominatorem: ceteraq; a deo dependentia atq; ad ipsum clamantia. ¶ Preterea multa sunt inquit genita sensū patentia singula differentiaq; nec omnino similia quecunq; gignuntur procedūt ab altero. est ergo quis factor istorum atq; is ingenitus ut genitus antiquior sit. ¶ Et deinceps deum ergo cognominato propter potētiam factorem propter actum patrem deniq; propter bonum. ¶ Et subdit duo nempe cuncta sunt genitor ac genitum nec secerni alterum ab altero potest. Et iam prius dixerat genitorem scilicet ac genitum: horum nihil est medium: nec quicquam preter hoc aliud. hec uel eo sententia cōmunis est inter omnes sapientes: uidelicet quod nullum aliud sit preter deum & creaturas. Quumq; aliud non sit minime potest inter creatorem & creaturas poni. Et dicendo creatorē seu genitorem oportet quod res crea[illegible]ue generate dentur. Quod si generata ponemus: generator quoq; est dandus. Quoniam [illegible] sub iis denominationibus se habent. Sed tamen ad primum genitorē atq; ingenitum p[illegible] plure[illegible] ascensiones deueniendum est. Qui & quacunq; mundi natura antiquior seu prior. non tamen quo ad seipsum sed quo ad nos prior. Et quum mercurius inquiat deum esse quacunq; natura seu re genita antiquiorem. hic necessario de mūdo uel de rebus extrinsecis & non de eēntia dei itelligit: & qa nō de eēntia minime de itrīseca generatōe. Quū eni deus simplicissimus ac purus act9 sit ñ pōt eē antiqor: nequidē iunior: prior neq; posterior reb9 seu eēntiis ab ipso itrīsece genitis. ¶ Neq; trismegistus intellexit aliquā materiā esse eternā tanquam exemplar mundi: quia dicit primam materiam ab euo dependere. & euum non est deus. & sic proculdubio patet primam materiam non posse esse eternam: quum aliud quod deus non sit: detur priusq ipsa idest euum. Attamen secundū hūc auctorem deus iubet gubernatores: quos sub eo ponit ad exēplum ipsius dei aliis pluribus administrare. ¶ Amplius trismegistus ubiq; in operibus suis semper admodum dignitates hominum cōmēdat: tandē quod uidetur nulla alia res tñ deo propinqua ut homo. Verum quandoq; de angelis seu demonibus tractat. uelut dicendo ab una totius aīa uniuerse profluūt aīe p omnē mūdū tanq̄ distribute circūcurrentes: harū utiq; aīarū mutationes permulte partim sane ī melius feliciusq;: ptim aūt ī cōtrariū.

Nam reptilium quedam in aquatilia transmutantur: aquatilium anime in terrestria migrant: terrena i uolatilia scandunt: aereorum uertuntur in homines. hominum dende immortales anime in demones transeunt. demum in deorum chorum feliciter reuolant. ¶ Hic mercurius de anima uniuersali corporea in principio agit: & postmodum de particularibus inde emanatis. Et quia corporee omnes similes anime per corruptionem & generationem. materia que nunc est in piscibus atq; anima post huius piscis solutionem in alterum terrestre animal transire potest: & terrestria animalia in uolatilia: & uolatilia in homines. Verumtamen de corporeis partibus hic intelligitur. At secundum eundem mercurium inter animalia solus homo de duabus naturis uidelicet corporea & incorporea cõstat. & sic anima bonorum hominum potest in angelos seu demones: dum hic uiuimus transire: idest cum eis habere similitudinem. & deinceps quod in chorum deorum feliciter reuolant: hoc est quod ad similitudinem dei in chorũ ipsius siue ad gloriã ascendunt: eo quod mens tãtum est inter animalia hominibus ĩfusa. ¶ Difficile est autem ut comprehendatur. quomodo hic mercurius intelligat: quum in aliis locis inquiat: qđ ueluti animal seu corpus sine anima uiuere nequit: minime anima sine mente. Et hic de sola hominum anima intelligit. Quum in aliis locis asserat: & quod inter inferiora mens sit solis hominibus distributa: & quia dicit in anima nostra manere: uidetur quod aliud sit mens: & aliud anima in hominibus. & de iis Aristoteles uel potius auerrois principium assumpsit ad ponendum unicum seu rationalem intellectũ: qui non sit anima: sed solũ intellectus. plato quoq; & Aristoteles imitando mercurium mentem in hominibus posuerunt. & ipse mercurius plures asserebat esse mentes: nos autem illud quod mercurius in hominibus mẽtẽ uel quoddam diuinum tributum esse dicit: rationalem siue intellectualem animam denominamus: intellectum enim aut rationem siue mentem per essentiam & animam in eo ꝙ oĩa alia in homine administrat. Quoniam anime ẽ corpus administrare: sub qua proprietate ĩtellectus noster anima uocatur. licet causa perfectionis ad similitudinem dei creatam dicamus: quod etiam est ex sententia mercurii. Et habito quod ad similitudinem denominanda est: equidem mens seu diuinum lumen idest a deo immediate productum: quoniam penes eundem trismegistum homo de duabus naturis constat corporea scilicet & incorporea. Et constare intelligitur ex eo quod de intrinseca essentia nostra non autem de remotis. Absurdum enim esset asserendo nos de natura corporea atq; de deo constare. & sic natura nostra incorporea mens seu anima rationalis est. & non intelligas quod in nobis uniuersalis nature sit: quia ueluti pars corporea diuisa per speciem ab elementis seu cõmuni natura corporea. & posita in isto atq; illo particulari homine: eodem modo de natura incorporea dicendum posito quod aliqua natura uniuersalis incorporea daretur. Et sic ex naturali ordine necesse est: quod lumen seu mens in quocunq; homine particularis sit: quoniam inquantum homines sumus: nõ de uniuersalibus sed de particularibus principiis constamus. Si enim id quod in nostram essentiam ingreditur: uniuersale remaneret: omnino quisq; nostrum uniuersalis & non particularis esset. Quumq; sensibus pateat: quod particulares sumus. proculdubio sequitur quod omnes partes propinque de quibus cõstamus sunt particulares. nos de corpore & mente propinque constamus: inquantum homines sumus. igitur corpus & mens uniuscuiusq; particulares sunt. ¶ Tandem duplici modo dicere possumus: sicut anima in corpore mens in anima: primum quod mens nostra sub alia consideratione assumitur in eo: quod mens in se & sub alia in eo: quod corpus hominis administrat. Et quia de altera & altera consideratione uidetur quod ibi due res occurrant: ueluti dum mercurius dicit: deus in eternitate: & eternitas: & ipse deus conuertuntur: Quum nil aliud eternitas sit q̃ duratio uel uita ipsius dei. & uita & duratio dei ipse deus sunt. & sic dicimus quod rationalis anima & mens hominum conuertuntur. ¶ Alter modus mens in anima seu intellectus potest intelligi pro ipsa rationali potentia incorporea: per quam rationales sumus in sensitiua anima infusa. Et forsitan trismegistus de sensitiua anima intellexit: dum dixit hominum immortales anime in demones transeunt: demum in deorum chorum feliciter reuolant. Quia secundum ipsum mercurium nulla res mundi annihilari potest: nec mori illud quod semel uiuit: nisi partes uiuentes ab inuiuentibus separari. Corpus enim secundum eundem accidentaliter uiuit. Et sic improprie dr̃ uiuẽs. Iccirco tãq̃ ps inuiuẽs p itrĩsecã naturã a pte uiuente uidelicet ab aĩa separat̃. Sed aĩe q̃ essentialiter uiuẽtes sp̃ uiuũt. & q̃cq̃d ĩmortale siue sp̃ uiuẽs ad multa bõa cõsequẽda aptũ est. ¶ Vnde habet quod omnes anime uniuersales corporee ad unam uniuersalem animam mundi deueniant. & inquit quod anima hominis que male simul cum corpore uiuit plura supplicia patitur. dicendo anima mali demonis ritu corrupta seipsã: n ignorans abiectis corporibus monstrisq; deformibus seruit. Et in altero loco ipsi9 anime penas atq; lamentationes describit. & tamen ipsam immortalem seu semper uiuentem denominat. & quia hominem inter huius mundi gubernatores describit ad imitationem dei. uidetur quod anima sensitiua hominis eo quod de natura uiuens simul cum rationali potest in bonos demones siue angelos transire. Et dicimus bonos: quum mercurius alteros demones bonos & alteros malos intellexisse uideat̃. Et dicendo ĩmortales aĩas demũ in deorũ chorum feliciter reuolare. hic uero deorum pro bonis angelis intelligi potest. aut pro hominibus qui per bõa opera similes deo facti sunt: & in gloriã iã deducti. Quoniam p anime nostre principium ad similitudinem dei create sunt. Vnde,

mercurius asserit: Beatus deus demon bonus animam esse in corpore mentem in anima in mente uer bum pronunciauit: deum autem horum patrem asseruit. Verbum itaq imago ac mens dei est. ¶ In his uerbis de ordinatione agit: quam deus in mente seu anima hominis posuit. que tandem ad imaginem ipsius producta. Et sic initio huius sententie de similitudine agit asserens: quod ab una totius mundi anima uniuerse profluunt anime per omnem mundum tanquam distribute circumcurrentes. & post modum positis animabus simul cum particularibus corporibus ad similitudinem horum operum dicit unum animal in aliud transire: si recte uiuit: in melius ascendit. & si male ad deterius declinat. non tamen intelligas quod anima hominis omnino in demonem bonum neq malum nequidem in deum transeat: sed quod per bonum opus deo aut bonis angelis sit similis. & per malum ad similitudinem cacademonum declinat.

¶ Quod homo inquantum homo potest agere & pati. Cap. cxxxiii.

¶ Si est homo aut potest esse quin passibilis & agens sit: eo quod intrinsece aptus ad cōmunicare & cōmunicari nāq aliter neq generabilis neq corruptibilis: & q̄d nō semp faciat & patiat̃ i actu ad extra & ad itra eā euitandi ociositatem in natura ip agit & patit. Quia saltē cū deo celis & elementis cōtinuo cōmunicat̃: quū eni hō p itrisecā naturā secūdū aiam & corpus sit agens & patiens: semper inter se agit & patitur. Cōstat quatenus hō inquātū hō agat & patiat̃: qm̄ aliter non esset homo eo quod hominem pro illa unione & simultate iter aiam & corpus intelligim9. ¶ Et unio sic absolute ipsam considerādo nō uidet̃ q̄d sit agens & patiēs: nisi tm̄ unio uel resultatio. Verūtn̄ aliter se habet: qa unio corrūpitur. Vnde manifestat̃ passibilē esse: licet dicas q̄d inquantū unio dissoluit̃. Respondemus q̄d dissolutio humani corporis & passio hois. homo enim est res de aia & corpore cōstans. & prius corpus q̄ cum anima uniat̃. & aia itidē prius q̄ cū corpore: & passibiles sunt per itrisecas suas naturas: eo q̄d cōposite ex actu & potentia. Quod si corpus & aia non essent passibiles atq agibiles nequaq̄ simul uniri nequidem conuersari possent. Quocirca quū partes eiusmodi nature sint: necesse est quod totū compositum sit tale. Et quū homo non sit aliud q̄ aia & corpus simul in una sola unione. & aia ē passibilis & agens & similiter corpus: sequitur quod homo inquantū homo est agēs & patiens. Quia si non est agens neq patiens: non est neq pōt esse homo: quia ad hoc quod homo esse queat: opus est omnes gradus & proprietates hominis haberi. Quūq actio & passio sint de intrinseca oium animaliū natura: & homo sit animal: consequenter per se intrinsece est agens & patiens. Bene concedimus quod si nō esset agens & patiēs generabilis & corruptibilis nec agere nec pati posset: qnimo asserimus: q̄d tūc nō esset hō. Ideo hō inquātū hō uerus est agit & patit̃. & aliud de ipso cogitare est i mō chymerico fantasmata edificar̃. Quapropter dicimus q̄d hō inquātū hō: & aliquod agens scilicet ipsemet rationalis cōueniunt: & idē sunt: licet non oē agēs sit homo eo quod i cōi actione & passione i aliis rebus cōuenimus: ueluti i sensibus cū brutis. Quapropter nō ꝓ agentibus & patiētibus sed ꝓ rationalibus diffinimur. Vnde dicendū est quod actiuitas inquantū actiuitas & passibilitas inquātū passibilitas nec agunt nec patiunt̃ preter hunc hoiem aut aliā similem rem subiectiuā: q̄uis homo inquantū homo potens sit ad agendum & patiendum per itrinsecam suam essentiam. Deniq essentialiter rationales & mortales diffinimur. & ratiocinando ac moriendo intrinsece actiones & passiones comprehendimus. Nam ubicunq naturalis corruptio ibi generatio: & mortalitas de tendentibus ad corruptionem dicit. Rationalitas uero de uita. Et si forte consideras hominem ab omni existentia abstrahere iam de hoc plene uisum est: qualiter dari nequeat. Quia unumquodq a natura assumendo sibi simile generat. Vnde si homo inquātum homo non generat: minime inquantum homo est generatus. In nostra essentiali diffinitione denominamur mortales. Quicquid mortale infert generatum: homo est mortalis: igitur generatus: & non potest a natura loquendo generari nisi a simili: sequitur ꝙ homo generat hominem: & si dicimus mortalem esse secundum corporeas partes: etiam he partes sunt essentiales hominis. Quocirca homo generaliter per propriam suam essentiam generat filium. Ideo tantum quantum homo corporeus in eo gradu generare potest. Sed assumendo hominem absolute: ut uniuersaliste solent homo non generat neq generatur: quia uniuersale dicit. Sed nos non loquimur de simili nisi de isto & illo particularib9: qui de pluribus proprietatibus tanq̄ de partibus integralibus atq essentialibus constant.

¶ Quod musicus pulsat cythara aut instrumento in eo quod homo & bene uel male in eo quod musicus. Cap. cxxxiiii.

¶ Iam superius mentionē fecimus quod passibilitas inquātū passibilitas non patit̃ i homine: nisi homo inquātū talis est & cū aliquo actiuo cōmunicationem habet: & sic dicimus quod musicus nō pulsat cythara absolute inquantū musicus: sed bene uel male in particulari inquantum musicus: quisq enim homo musicus & non musicus pulsat aut saltē aptus natus est ad pulsandū: sed postea musicus mediāte

arte ab aliis differt i eo quod bene pulsat:per quam artem musicus denominatur.Sed aptitudo pulsandi est in eo quod homo:nam si solum pulsaret i eo quod musicus totaliter sequeretur: quod nemo alius posset recte nequidē non recte pulsare:nisi qui artem musice haberet.Quod longe aliter uidemus:quũ prius unusquisq; pulset secundum aptitudinem hominis q̃ musicus uocetur: Et si infertur quod potest esse homo:quis non pulset cythara:cōceditur.Sed etiam respondemus qd nō repugnat nature hominis:quandoqdē & ipsum hominem interdum pro disciplinabili diffinimus. & musica est pars disciplinarum:sequitur quod homo inquantum disciplinabilis per naturam aptus natus sit ad pulsandum cythara.Similiter dicemus quod homo ad producendum hominem occurrit.& tamen non uocatur pater:licet cum muliere rem habeat quousq; in actu filium generet:nihilominus inquātũ homo iam quoddam principium dedit.Si enim inquantum homo primitus non occurreret nunquam filium siue hominem generari contingeret.& ita equum leonem aut aliud animal generaret. si inquantum generator generaret ueluti hominem eo quod non repugnat magis hoc q̃ illud.Sed quia repugnat homini aliud animal generare q̃ hominem sibi similem:patet quod inquantum homo filium generat. Quippe quod unusquisq; ad generandum similem & non ad dissimilem aptus est.Et q̃uis aliquis homo inhabilis sit ad generandũ filiũ:hoc accidit ex eo quod etiam nonnulli ad ratiocinandum inhabiles sunt:& tamen omnes homines ab intrinseco inquantum homines rationales sumus.& similiter apti ad generandum filios.Si quandoq; in aliquo actus contingenter deficeret. Musicus autem inquantum musicus ab homine siue ab alio subiecto separatus nunquam pulsat cythara neq; alio instrumento.Vñ improprium esse uidetur:quod dicatur inquantum musicus absolute:nisi homo mediante musica bene cantat aut sonat & ideo non uocatur musicus quicunq; pulsat cythara.nisi duntaxat is qui bene. Quocirca generans inquantum generans separatim accipiendo nunquam aliquid generat:nisi in aliquo subiecto assumatur:sicuti in homine uel equo concurrentibus rebus actiuis & passiuis elementorum materia & stellarum influentia.Quod si homo inquātum homo non generaret:nequaq̃ unus homo esset alteri similis. Sed quum simile generet sibi simile:& uidemus quod homo filium sibi similem generat: manifeste constat quod homo inquantum homo filium generare potest. Quoniam de intrinseca proprietate humane speciei est posse generare ad speciei conseruationem.& de specie humana multorum particularium hominum congregatio intelligitur.Et ista propositio uidelicet homo inquantum homo non generat de homine methaphysicali seu abstracto intelligēdum erit.& similia duntaxat imaginaria sunt: & nos de hominibus cum quibus conuersamur intelligimus:dum de generationibus & corruptionibus ac de aliis operationibus loquimur.

¶Quod creatura inquantum creatura sit dependens. Cap.cxxxv.

¶Quidam tenent quod creatura inquātũ creatura nō sit depēdēs neq; idepēdēs.Sed creatura dũtaxat:quia in primo signo est creatura:& deinde dependet.Qui tñ non aduertunt duplicem esse eiusmodi considerationem taliter dicendo:homo est albus intelligitur:q; prius sit homo. Si autem dicimus homo est generatus:generatio est prior homine: quoniam principium hominis & non ipse homo est principium generationis.Ideoq; in tali loco falsum erit dicere:homo est in primo signo:& postea generatus.Quandoqdē in rebus per generationē adductis generatio est prima pars illorũ. ¶Et sic dependentia de qua tractare cepimus ad creaturā sic habet haud secus q̃ generatio ad hoiem: licet q; depēdere i primo signo itelligit nouũ esse accipere:hec eni uox depēdere passiua ē i significatiōe: qm depēdere nil aliud iferre uult q̃ totũ suũ eē ab alio recipere:& circa deũ totaliter depēdemus nō sm alterā partē nisi i toto.Et qñ dicimus q; nostrũ esse a deo accipimus:iste terminus accipere priuatiue itelligit: quis eque ac si essemus inferat.Et quũ nō simus minime accipimus.Ideoq; itelligēdũ ē totũ nrum esse a deo per simplicē creationē depēdere:qa ex parte nostra nihil est.& queadmodũ esse icipimus p illā productionē que ab alio descēdit illud descēdere uocamus depēdere:& p talē descensum aut productionem creature sumus:& nō ex eo q; creature sumus depēdemus.tũc eni sequeret q; i aliquo signo p nosipsos fuerimus.sine aliqua dei potestate.quod ē falsum:qa ab ipso primitus considerare incipimus in quocũq; signo uoluerimus:quanq̃ aliqui dicere possint hoiem suapte natura esse producibilem:quē tñ nec producibilē nec improducibilē dico:quũ nihil sit de se.Et quũ nihil neq; hoc neq; illud nec ex parte sua ē possibile produci:nisi quod ex parte dei est possibilitas seu dispositio uel rectius potestas pducēdi:& ipse producere potest quicquid sibi non contradicit.hic tamen aliqui dicunt q; non potest pducere chymeram.Intelligendũ est autem illud:quod nequaquam esse potest. Quia chymera ueluti nos imaginamur bene produci potest.Non enim est repugnantia ex parte illius quod non est simpliciter nisi inquātum esse nequit.Quoniā deus in eiusmodi actione sibiipsi repugnantiā abhorret. ¶Sed ad propositũ redeundo producibilē hominē esse dicēdo itelligit possibile esse:quod deus hoiem pducat:qa homo nondum est ad repugnandum uel non repugnandũ.& sic dependentia dicimus:non enim prius sumus:q̃ deus nos producat.& hoc produci est ab alio dependere:ideoq; tenēdũ est q; per dependentiā sumus:& nō qa sumus depēdemus.Nā p dationē ab alio nostrũ extat pricipiũ:& huiuscemodi datio

prius est q̄ nos simus. Dico tamen prioritate nature. & talis emanatio de superiori ad inferius est dependentia. Et sic patet quatenus prioritate nature: prius dependemus: q̄ hoies simus. & cōtra id quod dicitur homo inquātū homo nō dependet est penitus confusā dictio eo ꝙ imaginaria atq; īdeterminata. Et dicēdo ultimū abstractū tūc est imediati9 a deo depēdēs. Ibi eni nullū aliud mediū cōsideraē. Iccirco creatura inquātū creatura aut homo inq̄tū homo precise a deo depēdet. & patet qa creatura i primo signo est a se uel ab alio: nō a se qm̄ unū ens dūtaxat per se esse pōt: & nō plura. & tale ens deus uocatur. Ideo creature ab alio sunt & nō per se: similiter de uirtute uocabuli constat creaturas ab alio dependere: qa nomen a principio suo essendi per creationem accipiunt. Et inferendo ꝙ nec a se nec ab alio sunt: uana quidem talis loquutio seu sermo inerit: unde probatur ꝙ in primo signo dependem9 & per dependentiam creature sumus. q̄uis creature & dependentia idem sint.

¶ An penes ueritatem prius intrinsece in nobis opera faciamus: q̄ extrinsece ipsā edificemus: an prius imaginamur & deinde operamur: & ꝙ deus i suis operationib9 nullam de ideis necessitatem habet. Cap. cxxxvi.

¶ Multi tenēt quod i qbusq; operibus utimur imaginatione aut figuris similibus operi: quod facturi sumus: exempli gratia. Si domū extrīsece structuri cōuenit ꝙ eā itrīsece i nobis primitus faciamus. Sed hic uidendū est quo pacto natura differētiā posuerit iter itelligere imaginario & clara uisione uidere: qn̄ eni presentialiter uidem9: nō oportet ideales figuras edificare. Verū de rebus remotis cōsiderādo: quū cōpositi & finiti simus fantasmatib9 ad itra utimur ad similitudinē illius qd̄ ad extra ageē uolum9: qa dū aīa nr̄a est corpori unita nō pōt clara uisione itelligere: ideo cōuenit ꝙ has ideas aut corporea idola recipiat. Attn̄ qn̄ presentialiter quicq̄ uidemus uel gustamus: nō facimus ex hoc aliquā imaginabilē speciē. nisi ꝙ eā ita ut ad extra est cognoscimus: qa qn̄ hoiem uidemus p̄sentialiter facie ad faciē: nullo pacto de ipso abstractionē agere possumus: neq̄dē mētaliter figurare. Sed qd̄ ad extra ueluti uidemus dimittimus. Quūq; nos q corporei sumus talē habeamus libertatē cognoscēdi quomō res coram nobis existētes sint: q̄uis nullas ab ipsis species siue figuras mētaliter abstrahamus. Quāto itaq; magis deus hāc hēt necessariā potestatē uidēdi oēs res: sicut se habēt. Deus eni quū īfinitus sit ubiq; est: & taliter oīa secū corā. Et quū totus oīpotēs & creator sit: queādmodū i aliis locis diffuse ꝓbamus: necessario res sicuti sunt itelligit. quāquā pleriq; hoc i loco oppositū teneāt asserētes: quod p̄fectius esse in deo q̄ i nobisipsis habemus eo quod i p̄fectiori subiecto: qa i nobis tēporales sum9: i ipso aūt ab eterno. Sed respōdēdo dicimus: qd̄ si deus ē nobis subiectū: accidūt sibi accidētia. Et si dicis inquātū sumus in ipso ab eterno sumus unū & idē i eo & cū eo tūc falso. Ipse eni simplicissime simplex imultiplicabilis & absq; prioritate & posterioritate: & i nobis prioritatē & posterioritatē īuenimus: ideoq; eterni esse non possumus: i quo manifestaē quod nō sumus ipsemet deus nisi qd̄ ipse nos i eodem gradu quo sumus itelligit. Nā si nos p̄fectiori mō q̄ sum9 itelligeret: falsum qdē itelligeret: qa aliter q̄ res se habet. Et posito exemplo quod possimus aliquā rē imaginari digniorē q̄ sit cōcedimus. Sed tunc istud erit imaginatio: & nō uera itellectio. Si eni recte intelligimus: necessario erit talis intellectio sicuti res in sese habet. Quoniā intellectio & res intellecta adequari debent. Et si dicis summus pontifex qui sanctus est me considerat esse idignū: uideē maiorē i eo p̄fectionē q̄ i me existere. Verū aliter est dicere summus pontifex sanctus me peccatorē uidet qualiter sum: & nō bonū q̄uis q me uidet bonus sit. ¶ Quod si i deo sua essentia sumus i uno loco sumus creature & i alio creatores. Si aūt uolumus diuisionē agere iter illud: qd̄ deus itelligit i uno loco: & illud qd̄ i alio sum9. hoc nō ualet: qm̄ de9 ubiq; ē i eodē istāti itrīsece sibi & nobis. nō eni plus i una pte q̄ i alia inquātū deus est: quod tenemus ex auctoritate dicente: ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. & hoc uelle nō est creatura. Sed deus cui nec primum nec ultimum attribuitur. & sic in instanti per uelle agit & non per idearum discursum.

¶ Quod si deus utitur ideis in operibus suis idee erunt dii aut creature quoniam illic nullum est dandum medium. Cap. cxxxvii.

¶ Si deus habet in se ideas: aut ꝙ ipse idee sunt deus aut creature: si creature quero quenā erit prima creatura? qa semp ad creandū necessaria erat aliqua idea tā pro prima q̄ pro ultima. unde in infinitū erit discursus de idea i ideā absq; quod prima idea siue creatura inueniatur. Veꝝ aliter res se hēt. quoniā i creatione solus deus occurrit. Quamobrē cōstat ꝙ nō possunt esse idee priusq̄ creature qn̄ deus sint. ¶ Et si cōcedis ideas esse in deo: tūc deus nō erit idea creaturarū sed sciētia. Et sciētia dei & deus conuertunē. Aliq dicūt ꝙ idee cū qbus deus creat diuine rōnes sunt: & nos dicimus qd̄ rōnes diuine & esse diuinū sunt unū & idē: ubi nō est esse creaturarū. Quod si considerare uolumus. faciliter inueniemus i deo ideas eē suā sciētiā. Ipse eni anteq̄ res sint eas uidet. Sed illud ante ex parte creaturarū accipitur: quia in deo neq; prius neq; posteri9 daē. Et dicēdo p̄uidit: nō itelligiē ex hoc ꝙ deus pluries creaturas uideat: unā scilicet post aliā. Sed qd̄ semp ab eterno & in uno solo istāti oēs creaturas uidet.

¶ Quo pacto quidam disputando uelint eternam esse particularium naturam: quod aliter se habet. Cap.cxxxviii.

¶ Quidam exponentes ab eterno creaturas esse in deo dicunt: quod sunt secundum quo & non secundum quid. Et quod non ualet inferre si secundum quo: ergo sunt: q̄uis aliter sentiendum. Iam enim prius dicit est: & quod postea in uno modo uel in alio fit. Si eit est: quoniam istud quid nō ponit aut aufert simpliciter esse. Nihilominus imaginario aut comparatiue dicere possumus: quod homo in deo ab eterno habet esse: & hoc est assumendum. quod deus ab eterno intelligit: quo pacto homo pro nunc eē debeat. Sed non quod in deo ab eterno in aliquo esse nostro simus: quia illud quod non est falso diceř siue assereretur: quod ait. Si uero respondes in deo est ab eterno dico remouendum esse illud est: quod sonat ex parte hominis: & dicendum quod deus intelligit qualis homo esse debeat: quando erit. Si noles accipere istud esse pro ampliatione illius: quod est: aut erit. Verum hoc nihil ueritatis seu efficacie obseruat quo ad rectam philosophiam loquēdo. Et ubi dicitur quod plerasq̧ ueritates simul cum eternis regulis intelligimus nequaquam est absolute capiendum ueluti uerba sonant: quod nos non intelligim9 creaturas inquantum eas deus ab eterno intelligit: nisi inquantum sunt: & sunt cum distinctis & existentibus condictionibus. Quoniam regule rerum per quas creaturas cognoscimus create sunt simul cum creaturis de quibus regule agunt: q̄uis concedamus: quod creatuř & regule sint per deum note: quum per eum facte sint & substententur. Sed non ex hoc in essentia diuina has regulas siue creaturarum condictiones intelligimus. nisi ꝙ per condictiones a deo creaturis tributas cognoscimus. preterea dicunt istam esse necessariam ab eterno: homo est animal rationale. ad quod respōdemus quod quemadmodū homo est cōtingens aut mera uoluntate creatus: oportet etiam quod eius diffinitio cōtingens sit. Oīs bona enim diffinitio cum diffinito conuertitur. non enim deus intelligit creaturas tanquam in esse necessario quia sunt sed contingenter ac libere dat eis esse. ¶ Quāq̄ dicere possimus: quod deus quecū ꝙ sunt & esse possunt necessario intelligit. Sed que contingēter sunt ad extra ēt cū ea cōtingētia a deo intelliguntur. Icc irco deus mundum intelligit cum creare & dimittere posse. Nam si ipsum intellexisset tanquā necessario creādum nō recte percepisset: quia non sic mūdus se habebat eo q̄d cōtingēter aut libera dei uoluntate. Et accipiendo quo & quid quo per naturam: & q̄d per particulare nil prorsus ad rem. Quia mūdus unus est & natura sua una: ubi falsum est dicere eternā esse mūdi naturā. Quod quēadmodū mundus unus est in pluribꝰ rebus diuisus: ita & eius natura. ideoq̧ tā contingeret nature mūdi esse q̄ & ipsi mūdo. quum i manu dei utrūq̧ sit. ex quo sicut particularia esse cōtingit: ita & uniuersalia: quia extra deū oēs res sunt creature: nec ulla ꝑ se. Et illud quod non est ꝑ se minime in suo principio necessariū. Et sic ubi dicunt q̄d promēdo oīs hō est aīal est uere necessariū. dato ꝙ nullus hō sit & contingens esset: si diceret iste hō est animal. Et quo ad ueritatem error includiř: eo quod nullus homo est quin sit iste uel ille: neq̧ animal homo uniuersalis. & q̄uis uniuersalis esset contingens erit ut particulare quoniam non per se nec necessario.

¶ Quod idee creaturarum non sunt eterne. Cap.cxxxix.

¶ Circa hanc opinionem de ideis speciebus atq̧ generibus plura inconueniētia occurrūt: que ostēdūt nequaquā posse tales ideas secundū naturā aut religionē manere: q̄uis nonnulli theologi platonē sequētes uelint ideas creaturarū tanq̄ eternas describere. Dicūt etiam ꝙ mundus fuerit nouus productꝰ: qui prius neq̧ sic neq̧ sic aliq̄d erat: eternū uero semꝑ fuit: nec aliquo mō creatū eē pōt. Quod in secūdo libro demōstrauimꝰ. Preterea stāte hac opiniōe unus mundus erit creatus & alius icreatus: q̄d est cōtra fundamētū legis. Vlterius ꝙ si spēs uel q̄ditates rerū sunt eterne nulla res ē creata nisi tm̄ multiplicata: sed absit a nobis eiusmodi fantasia: & q̄d hoc incōueniens sequař stāte ista opiniōe manifeste onditur. Quoniā isti dicūt species q̄ditates aut ideas eē horū particulariū originē & fundamētum. Vn̄ genus i plures spēs diuidiř: & spēs in uaria ꝑticularia: & si ita est nihil utiq̧ creatū sed diuisum aut ꝑticularizatū a spē sua siue genere: & tūc n̄ erit post nihilū ex ꝑte sui aut ex nouo ꝓductū: queādmodū creatio sonat: q̄a si ab eterno ꝓductū ab aliquo ꝓductū: siue ab uno eē i aliud: fere tanquā trāsitio ex corruptiōe i generationē: uel ex elemētis i sua ꝑticularia. Quod si aliq̄s diceret ista eterna tm̄mō in eē eēntie manere: peto utrū talis eēntia sit aliq̄d uel nihil: si aliq̄d iste mūdus nouiter est ꝓductus ex aliquo siue ex ꝓpriis suis q̄ditatibus emanat. Si uero dicis q̄d talis essentia est nihil: hoc erit ens rōnis siue imaginatio. & tūc neq̧ erit eternū neq̧ creatū. Sed tale esse eēntie repertū est ad fugiētiū refugia: & sic cōfuse & absq̧ fundamento loquunř. Nihilominus de ideis aut eternorū q̄ditatibus. Sanctus Augustinus hāc ꝑtē tenere uideř: uerū aliter fortasse sensit q̄ uerba sonent. quia sic nō uident posse ꝑ plura inconueniētia stare. sicuti iā tactū est. Quocirca diceř q̄d ipse deꝰ mūdū ab eterno cognoscit qualis foret. foret ex parte mūdi tm̄ intelligas & non ꝙ alie q̄ditates sint ꝓ istorū particulariū fundamento: licet uarii doctores hunc sensum de ideis diuersimode exponant. Vn̄ aliq̄ tenent intelligēdas esse ideas ꝓ rōne aut cognitiōe: quā deus ab eterno de creaturis habet. Sed similis cognitio erit ipse deus: & non species ne-

ꝙ quiditates rerum dependentium. Quoniam genus & species secundū eosdem auctores per particularia diuiduntur:& patet quia iste homo est animal:& iste equus animal:& non possunt cum diuina intelligentia conuerti:neqꝫ est sanū dicere:quod deus ab eterno uniuersale animal & uniuersalem hominē intelligat:non autē particularia:ex quo patet nullam creaturarum partem esse eternam. Sed quod deus omnes creaturas simul & quālibet per seipsam ab eterno cognoscit. Et in hoc passu de facili religiosos constringere possumus tenētes eterna esse uniuersalia:quū nequeant hoc saluare:& mundi creationem dare:& contra irreligiosos palam ēt probare possumus:quod unus solus potest esse indepēdēs: & ille dūtaxat eternus. Queādmodū in suo loco determinauimus. tandem quū dicit habemus eē i deo ab eterno in quoquomodo stare potest:Deum enim tanquam fundamentū idest creatorē nostrū habemus. Et quia ipse eternus est:potentia per quam sumus itidem eterna:& q̄uis potentia dei & deus conuertantur aliquatenus nostram uocare possumus:considerādo quod nostra origo sit idest dans nobis esse. Sed deus de se ac per se est:quem tamen deū nostrum uocamus:ac si intrinsecam partem i ipso haberemus. Verūtn̄ intelligitur quod nobis gratia & prouidētia in ipso resultat:uidelicet quod deus dat nobis gratiam & gubernationē:sub quo respectu ab eterno in deo habemus esse:assumendo q̄d de9 ab eterno nos intelligit & potestatem ac uoluntatem habet nos creandi. Nūc quoqꝫ dicere possum9 i deo nos habere gloriam & prouidentiam:assumendo quod intelligentia que deus est nobis utilitatē affert: & gloria que est in deo nobis etiam quandoqꝫ dat quietem. ❡ Et inferendo ut interdū fierri solet:q̄d nō repugnātia q̄d mundus creet. se hēt tanquā subiectum mundi ab eterno subiectaliter in mente diuina. ad q̄d rn̄detur quia non repugnare nil ponit in esse:nos autem pro nunc de esse aliquid in re ab eterno ex parte mundi excutimus:eo magis quia ut in secundo libro disseruimus repugnat deo & creaturis creaturas ipsas eternas esse:potestas atqꝫ uoluntas creandi eterne sunt:quia ipsemet de9 opa idest creatura. quia ad extra omnino principiata.

❡ Quomodo nec secundum esse essentie nequidem existentie mundus ab eterno fuerit. Cap. cxl.

❡ In hac materia plura occurrunt ad esse essentie & esse existentie:& dicimus ad terminos sic nuncupatos:& ēt multi sunt:qui nesciunt quid eē essentie significare uelit:licet cōmune exemplū adducāt de rosa i hyeme & estate. Et ubiqꝫ uolunt hoc exēplū ponere:q̄uis indirecte sit positū:maxime de eternitate mundi loquēdo:quia qn̄ dicit rosa est in hyeme in esse essentie in rosario:q̄uis ibi non sit aliqua rosa inquantum rosa:tn̄ est aliqua materia:que postremo rosa efficit habita aliqua generatione. Et hoc mō dici pōt filius est i patre:& homo priusq̄ generetur est in elementis:nō iquātū homo neqꝫ filius iquātū filius in elementis & patribus. Sed ꝙ ibi est aliqua materia:que simul cum forma postmodum fit homo aut filius. Et ideo sub hoc respectu dici potest. q̄d manet i esse essentie & non existentie. Attamen iuxta ueritatē eodē modo quo manet i essentia est i existentia:qm̄ materia nostra in elemētis secūdū essentiā existentiā & materiā ipsorū elemētorum manet:& nō secundum existentiam nequidem essentiā aut materiam hominum. sed dicimus materia nostra aut rectius materia:de qua generati sumus fuit prius i elementis q̄ in corporibus nostris generaret. & postquam generata est:aut homines sumus:dicimus existere aut manere in esse existentie:licet prius nequaq̄ hoies fuissemus. Et hoc pacto facile itelligi potest q̄d accipiatur pro esse essentie & quid pro esse existentie. nam considerando ut superius discretum ē ꝙ de hac herba potest generari sperma & ex illo spermate homo & ille homo potest generare filium. etiam datur aliqs locus ad denoīandum hanc herbam sperma hoiem patrem & filium sub hac aptitudie trāseundi de specie in spēm. Nihilominus uere loquendo de sola specie in qua manet denominanda. & ibi tota illa herba eēntialiter aut qūocunqꝫ uis existit. & nil est in ipsa quī de presenti existat. Sed circa cōsideratiōnē nr̄am:qa de trāsitiōe ad uarias spēs futuras cōsideram9 dicim9 eē in eē eēntie. idest i possibilitate trāseūdi ad aliā spēm diuersam ab illo:q̄d nūc est. sed quo ad ueritatē hic illic sp oēs res oēs eēntie & oēs possibilitates existūt. ❡ Tādē eēntia hoc mō assūpta materia pria & uniuersale q̄d n̄ sit hoc neqꝫ illud:idē est:sed tn̄ imaginario dat i eo ꝙ hoc existēs trāsit pōt in uaria extra illud q̄d nūc ē. Sed exemplū iam positum de rosario de patre & elementis non ualet:neqꝫ aliq̄d agit ad propositū:ut ꝓbari possit mūdum esse eternū in esse essentie:quia materia nostra a principio mūdi est in elementis:& inde in hominibus generatur. Sed esse creaturarū aut mūdi nō fuit prius essentialiter aut materialiter in deo:& postmodum in creatura. quia hoc nō mō falsum imo & hereticum dicendo:q̄d aliq̄d fuerit prius in deo tanquam pars sua:& deinde facta sit creatura. Iōqꝫ dicendum est quod deus ab eterno nos itelligit. Sed itelligentia per quam nos intelligit nūquā trāsit in creaturā. & sic mundus non ualet ad eēndū in esse essentie ab eterno in deo. Non eni de natura aut substātia ipsius dei sumus. nec uelle aut potētia sua dū nos creat in essentiam siue esse nostrum transmutat. Et sic apparet non ualere exēplū de eē eēntie & existētie ad ꝓbādū ab eterno fuisse mū-dū in aliquo loco uel māsiōe seu extra māsionē:quū n̄ sit de natura dei. Attn̄ plures incircūspecti sp ad exēplū de rosa i hyeme occurrūt. eo q̄d n̄ intelligūt q̄tenus se hēat:qeq̄d eni est in rosario formaliter existit:tametsi i uere aliq ps ei9 in rosam cōuertat.

¶Quod deus & illud quod ad extra intelligit non ſunt idem. Cap.cxli.

¶Contra dicta noſtra iam ſuperius poſita nonnulli auctoritates ariſtotelis & ſequacium adducere poſſunt: Vbi tenent quod in ſeparatis a materia idem eſt intelligens res intellecta & actus intelligẽdi: ex eo ꝙ res ſeparate a materia per ſuam propriam eſſentiam & non per alienam intelligunt. Et ſic quũ deus ſit purus actus abſq; aliqua compoſitione per ſuam propriam & ſimplicem eſſentiam ĩtelligit. Vñ quicquid intelligit erit ipſemet deus. Sed ad declarandum qualiter hoc ſe habeat plurima occurrunt. philoſophi enim irreligioſi dicunt deum nihil extra ſe intelligere: quia aliter a rebus alienis atq; imperfectis ĩtellectus diuinus perficeretur. Religioſi uero aſſerunt deum intrinſece & extrinſece omnia intelligere. Nihilominus aiunt qđ ſe intelligendo omnia in eſſentia ſua tanquam in fundamento cognoſcit.

¶Et hic penes religioſos uel irreligioſos accipiendo reperimus plures eſſe: qui non ſunt ipſe de9: tãdem diuerſimode aſſumunt. Et accipiendo ſecundum ariſtotelem ſtare poteſt: quod ſit eadem res deus illud quod intelligit: & actus intelligendi ſiue intellectio eius. Quia ſi nihil preter ſeipſum intelligit: & eſt actus purus quicquid intelligit eſt ipſemet deus. Sed qđ aliud extra ſe intelligat: aut quod ipſe deus non ſit iam in ſecundo libro plene tractauimus. ¶Nunc uero dicamus de theologis concedentib9: quod deus totum mundum uniuerſaliter & particulariter intelligat: & deus & mundus differunt tãquã perfectum ab imperfecto: infinitum a finito: cauſa a cauſato. Quamobrẽ ſi quecũq; deus intelligit ſunt ipſemet deus: deus erit creatus & increatus finitus & infinitus: perfectus & imperfectus: ſimplex & compoſitus: preciſe per ſeipſum & preciſe per alium: quod eſt impoſſibile. Quapropter tenendum eſt quod ꝗuis deus quecũq; in mundo ſunt intelligat tanquam dependentia ab eo ſeipſum intelligendo: ex hoc non intelligitur: quod dependentia ſint ipſe deus: quãq̃ ab ipſo intelligantur. nam quum deus ſemper in actu intelligat: ſi aliquando mundus eſſet deus: per modum intelligendi ſemper eſſet talis: quoniam ſemper in actu mundus a deo intelligitur.

¶Quod neq; repugnat nec non repugnat creaturis ex parte ſua creari: & ꝙ eſt falſum inferte creari eſſe propriã paſſionẽ tãquã cõtingentẽ creaturis. Cap.cxlii.

¶Preterea expoſtulandum eſt tenentes creaturas eſſe ab eterno in eſſe quiditatiuo: quonam pacto ĩtentionem ſuam declarant: quoniam argumenta abſq; oſtenſione penes ueritatem parum uel nil ualent: qua de cauſa dum proponitur utrum creature ſunt ab eterno in eſſe ſuo quiditatiuo: in primis aut ante omnia de uirtute uocabuli negociandum eſt: ne confuſe ambulemus. Quocirca dum dicitur ĩ eẽ ſuo quiditatiuo ab eterno antequam ulterius procedamus: reprehendendum eſt hoc uocabulum cum ab eterno nulla ſit quiditas creaturarum. & tamen ponentes utrum creature ab eterno in eſſe ſuo quiditatiuo ſint in his uerbis preſupponunt ſaltem de uirtute uocabuli creaturas quiditatem ab eterno habere: quoniam in quiditate ſua dicunt. nos enim penitus negam9 aliquam quiditatem creaturarum ab eterno eſſe: cum ſolus deus ab eterno eſt. & deus non eſt quiditas creaturarum: quoniam ſi ipſe quiditas noſtra eſſet: etiam nos dii eſſemus. tamen ipſe creator noſter eſt. ſed tanquam ad extra ab eo dependemus: non autem tanquam a quiditate noſtra emanati. ¶Et dum proponitur dicendo: ſi creature ab eterno non eſſent deus non fuiſſet actus purus. hoc ad epheſios: aut uero cauſa euaſionis poſitum eſt. cum non ſequatur creature non ſunt in aliquo eſſe: ergo deus eſt compoſit9. quoniam deus ipſe per ſe abſq; reſpicientia ad aliud. actus purus eſt: nam ſi neceſſario creaturas aſpiceret: actus purus eſſe non potuiſſet. tunc deduceret puritatem per dependentiam a creaturis: quod abſurdũ eſt talia ponere: quãobrem dato ꝙ deus nunquam mundum crearet: ipſe deus actus purus fuiſſet. Veluti ante creatiõem: ut nunc eſt. & ſi fortaſſe inferre uis: ꝙ res per ſua contraria cognoſcuntur hoc nil ad propoſitum aut nil contra nos producit: quoniam in hoc loco de fundamento rei agimus: non autem de cognitione nr̃a contingenter eueniente. Vnde quãuis nos deum non cognoſcamus. non ſequitur deum non eſſe. atq; actum purum. & ſic dato ꝙ nullus ſit color niger: non repugnat album non eſſe atq; diſgregatiuum uiſus: licet ꝑ ſuum contrarium non cognoſcatur. & ita notis imperfectionibus creaturarum & perfectione dei aſſerimus omnes creaturas compoſitas eſſe: ſaltem de actu & potẽtia: deum enim actum purũ tãtum abſq; aliqua potentialitate permixta & ſic creature perfectiſſime omnino eſſent. nũquam cognoſceremus hanc differentiam inter deum & ipſas: uidelicet ꝙ deus actus purus ſit. & creature compoſitẽ uerũtamen non ex hoc quod nos cognoſcamus uel ignoremus differentiã ĩter deum & creaturas deus compoſitus eſſe poteſt imo ſemper actus purus. ¶Et aduertas quia poſſe creare non eſt potentialitas in deo: cum ipſe ex parte ſua quicquid agit de preſenti agit & opera ab ipſo tãquam ad extra acta principiata ſemper. ¶Et proponendo ut a nõnullis proponere conſuetum eſt: ꝙ ſi deus ab eterno habet poſſe creare: conſequenter creature habent poſſe creari. quoniam ſi creature creabiles nõ eẽnt: deus creare ipſas nequiret: que propoſitiones ſunt declarande taliter dicendo. id quod non eſt nõ habet poſſe ad hoc nec illud aſpiciendum tamen eſt quia dum dicitur: id quod nõ eſt illud: id per terminum imaginarium tantum capitur: eo ꝙ aliter loqui non poſſumus: & intelligi. & ſic dum dicitur crea

ture priusquam creentur sunt creabiles:negatur ex parte sua capiẽdo.Vt probatur taliter discurrẽdo: si creature antequam creentur creabiles sunt necesse est concedere ꝙ sint antequam creentur: & creaꝛ̃ dicit nouum producere simpliciter nulla materia uel forma presupposita: cõstat nullam creaturam eẽ priusquam creetur quiditatiue capiendo uel alteriusmodi.Et tamen dicit̃ creaturas esse creabiles prius quam creentur:intelligendo ꝙ deus est ita potens ꝙ potest tale opus ex nouo simpliciter ꝓducere: qđ sunt creature ut celum terra & similia:& ꝙ non potest producere chimerã:capiendo chimeram p op9 quod deus agere non potest.ut producere alterum deum:agere seipsum malum aut pricipiatum:talia opera chimere uocantur:& tamen quamuis chimera non sit nec potest esse in modo loquendi dicitur: repugnat chimere de se posse creari.& tamen quia non est nec potest esse:non repugnat de se creari. uel non creari:& falsum est dum dicitur de se:quoniam cum non sit nõ habet de se nec de alio:unde dicendum est:repugnat deo chimeram creare:idest agere opus quod agere non potest:& econuerso dicendum sit.non repugnat deo hominem celum angelum & similia creare:priusquam creetur : quoniã tale opus creare in potestate dei est.sed ex parte hominis aut angeli priusquam creentur nulla ẽ repugnãtia aut non repugnantia:cum non sit:licet ꝙ terminum imaginariũ ponimus:dicẽdo homo prius quam est creabilis:sed in uera intellectione capiendum est:priusquam de9 creet hoiem:põt ipsum creare:quoniam potens ad tale opus agendum est.conceditur:tamen postquam homo creatus est in potẽtia esse:ut in uariis aliis speciebus producatur uel transmutetur.& etiam in potentia annihilãdi per iussum dei & ad plura alia homo postquam creatus est in potentia est:sed ante creationem mundi nullibi homo aut aliqua alia creatura sit creabilis:assumendo de se:sed creabilis imaginarie capto per illud qđ deus agere potest:quod nondum est. ¶Licet ꝙ nonnulli doctrinam scoti sectantes:multa incõpossibilia in hoc loco apponere solent:uerumtamen mirandum est de hiis hominibus quonam modo similia ausi dicere sint:quoniam aut ꝙ ipsi non intellexerunt quid creatio dicat:uel ꝙ dum hec scripserint nil super fundamenta de quibus tractabant aspiciebant:dicunt enim creabilem esse passiõem propriã creaturarum:& quod propria passio ut de cõmuni sententia habetur sit in secundo modo dicendi p se: & nihilominus asserunt ante creationem omnes creaturas creabiles eẽ:tanquam per passionẽ propriã & fundamentum seu subiectum semper est prius sua propria passione.& de mente istorum creatura est subiectum:creabilis uero propria passio:sub qua opinione creatura est nimium atꝗ nimium ante creationem suam:cum ipsa sit prior passione propria.uidelicet creabile & passio ipsa ante creationẽ:ꝙ oia hec penitus simul manere repugnat:ut probatur ita dicendo:creatura assumit hoc nomen ab hac operatione creandi.igitur omnes creature in eo ꝙ creature in primo signo uel modo essendi habẽt esse a creatione:non autem creatio dependet a creatura:quoniam creare opus competẽs soli deo est.qua de causa si creari a creaturis dependeret.non a solo deo diceremus euenire creatiõem.imo a creaturis potius:quod stare neqt.unde facile uideri potest:qualiter nulla creatura subiectiue sit ante creationẽ suã: & si non subiectum multominus passio sua ante creationem sit. ¶Amplius discurrendo per incõuenientia similia inquiunt contingere hominem creari:contra quam opinionem multa secũdum legem atꝗ naturalem philosophiam adducere quimus.qm̃ in lege hereticum.in philosophia uero error:cum unusquisꝗ probus philosophus accidere intelligat:quando aliquod nouum alicui rei:quod prius in re ipsa non erat euenit.& tamen tenetur:ꝙ res ipsa sit priusquam ei aliquid accidat .creature nõ sunt añ creationem.cum p creationem tantum simpliciter nouum assumant esse.constat in instanti illo nil creaturis accidere:cum nil aliud quam prius adueniat eis:qm̃ prius non erant.Est erroneum in lege qm̃ dũ dicitur accidit hoi ꝙ creetur:in his uerbis palam confitetur hominem esse ante creationem.unde creatio se habebit tanquam edificatio domus:quia assumuntur materialia de lignis lapidibus & similibus: que iam erant in actu in alio modo manendi.Vnde contingit lignis & lapidibus domũ esse:eo ꝙ prius quam in domum transirent:erant.& parimodo si homini contingit creatum esse:proculdubio est ante creationem quocirca non creatus:sed effectus uel edificatus:quod absurdum est similia proponere .nã proprie loquẽdo semp asserendũ est.nil in creatione contingere uel accidere:non deo qꝛ ipse non hẽt prius & posterius:nõ creaturis qm̃ prius ipse non erant. ¶Vlterius asserũt hii hoiem aptũ natũ esse ut creet̃.Vñ ꝓponũt natiuitatẽ hois creationẽ p deũ actã:que opinio falsa est:sub qua opiniõe p pri9 a patribus & matrib9 nascimur:& deinceps a deo creamur:ut palã uideri põt.qm̃ de opiniõe oium sapiẽtiũ aptũ natũ capit̃ p dispositiões naturales in generatiõe mẽbrorũ assumptas:aut in principio qñ aĩa & corpus uniunt̃.creatio uero añ generationem atꝗ unionẽ inter aĩam & corpus intelligit̃:& sic patet quamobrem nulla res sit apta nata:ut creetur.sed post creationem apta nata ad hoc uel illud operandum:tunc in agendo tunc in patiendo.

Quod res una cum similitudine & non similitudinem per se tantum cognoscimus : & qđ intellectus non est idem cũ re cognita. Cap.cxliii.

¶Quũ manifeste pateat res semp esse a pria cã distinctas:hanc partẽ ꝓ nunc dimittam9:& de aliis intelligentiis siue intellectibus dicamus:qm̃ ex istis plures asserũt qđ qcqđ intelligunt est ipsamet intel

ligentia:inferẽdo quod intelligentia sit res simplex:& solam similitudinem intelligat.& non rem ad extra siue aliud extremum.Nos autem nunc petim9 quum similitudo sit relatio ad aliud: quomodo aliqs potest unam similitudinem absq; alia tanquam suum extremum cognoscere.patet enim per filium cognoscitur:& filius per patrem.Nam dicendo filius intelligitur quod dependeat aut esse suum ab alio p actum generationis habeat.Vnde opus est has duas relationes simul cognosci. Et si nos cognoscimus Ioannem per similitudinem petri:seu quod sit sibi similis:oportet necessario quod etiam petrum cognoscamus.Et hic dum dicitur cognosco similitudinem equi uel aurei:decet necessario quod per prius cognoscamus qualis sit equus & aureus in se.& deinde mentaliter equi & aurei similitudinem edificemus: & per illam similitudinem tanq̃ instrumentalem equum leonem atq; alia intelligimus.Quamobrem dicendum est ꝙ per similitudinem res intelligimus:precipue quum in presentia nostra nõ sint:Quia quũ in presentia sunt:nullam similitudinẽ aut imagines agimus:nisi quod ipsas presentialiter cognoscim9.

¶Super qua tamen materia quidam tale exemplũ adducũt dicentes quod sortes albus & sortes idẽ sunt:q̃uis albedo non sit de intrinseca sortis essentia.Sed quousq; durat idem est cum ipso.Et quod similiter dum intellectus intelligit aureum a tota materia ipsum abstrahit:& spiritualem agit:atq; cum ĩtellectu unit.hic autem plura falsa concluduntur:primo quod nullus intellectus creatus aut dependens potest res corporeas spirituales agere:neq; spirituales corporeas.Et si dicis quod sic imaginamur:respõdeo ꝙ imaginatio nostra non ponit res in esse uero neq; falso. ¶Vlterius comparatio de sorte albo non est ad propositum:nam sortes albus in re est talis.& non per imaginationem:aut quod nos sic intelligere uelimus.Et intellectus noster in nullo signo sũperiori neq; inferiori est asinus neq; equ9:q̃uis ipsos intelligat.Quocirca uerum erit dicere:sortes est albus habens albedinẽ.& falsum intellectus noster dum intelligit asinum esse asinum.Quoniam asinus cum intellectu nostro non conuertitur.Et quod ĩtellectus noster non sit aureus aut elementum:quãquam ipsum intelligat.patet quia aliter intelligimus dum intelligimus hominem q̃ dum equum uel leonem.& aliter dum intellectum nostrum q̃ dum murũ celum aut solem.Et si quicquid intelligimus ad conuersionem cum intellectu nostro deduceremus:etiam uno & eodem modo omnia intelligeremus.Sed quum aliter experiamur:patet quod intellectus noster non conuertit in se equum uel leonem:dum ipsos intelligit.Ideoq; concedendum est:quod dum res separate a materia siue simplices se intelligunt:idem est res intelligens intellecta & intellectio.Sed quum alias res intelligunt:maxima inter rem intelligentem & intellectam differentia uersatur q̃uis actus itelligendi sit de rei intelligentis ratione:nihilominus tanq̃ ad extra intelligit alienum extremum respiciẽdo. ¶Verũtamen animaduertendum est:ꝙ uera scientia cum re scita conuertitur assumendo pro ipsa re:quam scimus:non autem pro abstractione seu acquisitione uel caractere in memoriis nostris scriptो:nisi pro ipsa re tantum:ut dicendo homo est animal rationale & mortale.Quoniam assumẽdo ꝑ ipso homine hoc est scire uel scientia.& homo idem sunt.Sed sciens & scientia nunq̃ conuertuntur.nã scientia solum cum illo de quo emanat conuerti potest.Quamobrem intellectus noster nequit cum rebus intellectis conuerti.si modo non dicaẽ dum seipsum intelligit.Neq; ualet ut quidam fortasse imaginati sunt:ꝙ ueluti agendo de uniuersalibus dicunt animal in homine est homo in equo:equus in leone leo:& ita de reliquis:parimodo intellectus:dum intelligit angelum est angelus:dum celum celum:dũ elementũ elementũ.dũ aquilam aqla:dum equũ equus.Sed inter hoc & illud magna interest uidelicet ĩter exemplum de animalibus & intellectionibus.nam animal in homine certum est ꝙ aial ratiõale sit. Verũtamen particulare & non uniuersale & ab omnibus aliis animalibus diuisum:ac per corruptionẽ & generationẽ ad istam spẽm hoĩs deductum.& non aliter:unde iuxta exemplum ꝙ dum intellect9 noster intelligit capram est eadem capra.si eadem capra:oportet ꝙ in primis per corruptionem & nouã generationẽ suam speciem simpliciter deperdat.& ad caprarum speciem transeat.quod absurdum est inferre ꝙ intellectus noster dum intelligit capram speciem suam dimittat.Vnde concedendũ est ꝙ aliquos caracteres ad similitudinem rerum intellectarum edificemus.per quos illius quod intelligimus recordemur.Sed intellectus noster dum intelligit:non transmutaẽ in species quas intelligit.

¶Quo pacto intellectus & lapis qui intelligitur non sint idem in actu ex eo qd plures actus ac distinctos habent. Cap.cxliiii.

¶Solet dici quod intellectus & lapis qui intelligitur idem sunt in uno tertio uidelicet in actu: igitur ꝑ illo tũc una res sunt.Sed contra hoc plura manifeste occurrũt:prĩo qd essentia intellectus & essentia lapidis nunquam sunt idem.Et quum hic duo extrema sint tanquam fundamenta : semper quoq; diuersas ac distinctas respicientias habent.Intellectus enim tanquam actualis occurrit ex eo quod intelligit.& lapis sicut patiens ex eo quod intelligitur.Quamobrem necessario erunt duo actus : uidelicet unus agens & alius patiens aut dans & recipiens.& illud quod recipit semper habet distinctam rationem ab illo quod prebet.Iccirco dum intellectus lapidẽ intelligit duo actus sunt scilicet actiuus & passiuus & non unus tantum.Et sic illi qui dicunt intelligens & res intellecta idem sunt in actu diceẽ deberent:quod simul ad hoc opus concurrunt uidelicet unum extremum actiuum & aliud passiuum:& nõ

asserere quod sint idem. Anima enim & corpus ad formandum hominem concurrunt. & anima & corpus simul sunt totus homo: tamen inter se semper diuise atq; diuerse ad hanc hominis compositionem & substentationem occurrunt. & q̃uis unũ totũ faciant non cum uno solo actu: ideoq; in uno subiecto manent: quod est homo. Sed omnino anima & corpus uarias considerationes complectunt: & hoc quo q; subiectum uarias & non unam tantum. Nam quotiescũq; nos concurrere dicimus plures actus intelliguntur & non unus solus. Itaq; intellectus noster & lapis qui intelligitur in nullo signo sunt idem in actu. Quum semper plures distinctas considerationes & actus habeant: pariterq; de sensibus cum reb9 sensatis assumendum. Semper enim uisus est alia res a re uisa in essentia & actu. licet simul concurrant. Sed uisus uidet & color uidetur.

¶ Exordium.

¶ Iam in superiorib9 capitulis de ideis tractãdo uisum fuit: quod solus deus eternus & nulla alia res: Attamen quia plures econuerso tenent: & etiam plures uias accipiunt: aliquid perscribam. Dum enim per aliam uiam minime queunt saltẽ de diffinitionibus affirmare uolunt: quod eterne sint in esse essentie aut in mente diuina. Sed quum non reperimus posse esse aliquid ab eterno preter deum: hic excludimus omnes diffinitiones genera & species eo: quod in re non sunt: neq; mens diuina ẽ propria creaturarum diffinitio: quia propria diffinitio assumpta pro re cum diffinito conuertitur. Ideoq; aliqd scribendum est de esse essentie & esse existentie. hic enim plures fundamentum accipere uolunt. Quãquam superius incipiamas: & causa alicuius occurrentie alia interposuimus.

¶ De essentia & existentia: & quod nulla res est quin existat. Cap. cxlv.

¶ Dicimus de preteritis rebus nos habere scientiam in eo: quod tales non tamen inferim9 preterita esse nunc de presenti: nisi quod olim fuerint. Et si in presenti transferre uolumus illud: quod iam preteriuit: falsa erit nostra consideratio. Aristoteles uero considerabat eternum esse mundum: & quod non erat dandus primus homo primus equus neq; ultimus: & sic de omnibus speciebus asserendo: quod semper essent in qualibet specie particulares. Quapropter necessario dicendum erat de eternis haberi sciẽtiam considerando: quod semper fuerint sunt & erunt homines in humana specie. Et secundũ hoc semper erit uera ista diffinitio homo est animal rationale. Attamen quando aristoteles teneret mũdum habere principium: & finem habiturum: non uidetur in aliquo loco quod species eternas esse tenuerit: ne quidem earum scientiam q̃uis oppositum tenere uideatur. ¶ Ait enim quod corrupto sorte nullã de ipso scientiam habemus. Et secundum quod hic sentit dicendum est: quod corruptis omnibus hominibus non haberemus de eis scientiam: maxime quod precise uoluit non esse dandas species neq; genera extra particularia. Vnde si particularia habent principium: etiam uniuersalia habent principium. Et si una pars eterna itidem alia. ¶ Sed philosophi religiosi tenentes mundum habere principium & finẽ aut quietem habiturum: non possunt eorum opinionem defendere: hoc est quod non existente aliquo homine sit uera ista diffinitio: homo est animal rationale: nisi accipiendo pro eo tempore quo fuit est aut erit.

¶ Quomodo intelligendum sit: de illis que dicuntur manere tanquam in esse essentie: & non existentie. Cap. cxlvi.

¶ Superius diximus quo pacto rosa in hyeme non maneat in rosario tanquam rosa: nisi ueluti materia rosarii: neq; filius in patre: tamen materia que debet in rosa aut in filio generari: iam est & existit ideo penes istã cõparationẽ nõ daẽ essentia: qn existat: neq; ualet ad similitudinẽ: quã faciũt dicẽtes: ab eterno creaturas eẽ ĩ deo. Materia eni rose ẽ de eẽntia uel materia rosarii: & fili9 de pr̃e: & creature nõ sum9 de eẽntia dei. Quapp inefficax ẽ cõparatio: & qđ fili9 nõ sit tãquã hõ ĩ potẽtia pr̃s anteq̃ gñaretur: patet: qa ioãnes dispositionẽ hẽt generãdi filiũ: q petr9 uocet: & ñ generat ut quãplures faciũt: qui pñt & tñ nolũt generare. Peto utrũ uera sit ista ꝓpositio: petrus tãquã filius erat in potẽtia ioannis: sicut in pr̃e: & patet qđ nõ. Quia si filius in potẽtia patris fuisset: q̃uis eũ nõ generaret: petrus esset ioannis filius: qđ est falsum: licet qđ unusquisq; hõ aut materia eius ab intrinseco est in aptitudine trãseũdi in filiũ: atq; in patrẽ actualiter assumptos: sed priusq̃ hõ generet nõ est pr̃: neq; fili9 est in eo: sed imaginamur: qđ põt ipsum generaẽ: sub q̃ imaginatiõe de illo qđ erit in futurũ patrẽ dicim9 filiũ in potẽtia hẽre. ¶ Tenẽtes qđ nullo hoĩe manẽte aut existente: sit uera diffinitio. hõ est aĩal rõnale: & cesar uel plato est post mortẽ: nolũt recordari secũdũ ipsos nõ eẽ dãdũ hoĩem in cõi extra hos pticulares. dicũt enĩ in hoĩe in cõi ipsum fundari: Et secũdũ ipsos si pticularia perirent ẽt uniuersalia in eis subiectata. Quocirca cesar mortu9 si debet aliqualiter remanere in eo ꝙ hõ: oportet ꝙ in his pticularibus fundeẽ: non autẽ in aliquo abstracto uniuersali. Nõ est cesar mortuus in his pticularibus: igiẽ nullibi ĩ eo ꝙ hõ

erat:quanq̃ hi hoĩes elemẽta & alia prĩcipia naturalia sint in possibilitate generãdi aliũ cesarem uel hominẽ de eadẽ materia aut parte eius:que erat in cesare dũ uixit.qm̃ ipsamet materia ẽt est in possibilitate:ad uarias generationes trãseundo de specie in speciẽ:tñ non erit ille primus cesar. ¶Et hic nulla est propria cõparatio de rosa hyemali tpe ad estiuum:rosa eni rosariũ habet p generãs particulare & propinquũ:queadmodũ & unus hõ habet aliũ:Et hac de causa q̃uis in hyeme oẽs rose pereant:non ex hoc arbores pereunt:ex qbus propinque oriunt.Nã rose in rosario se habent ita: ut capilli i hoĩe:quũ sint fructus ornamentũ uel tegmen.Et sic quũ capilli nõ proprie sint filii hominis:neq; rosa rosarii.qa hõ hoĩem generat:& rosariũ itidẽ rosariũ:q̃uis rosa habeat pro fundamẽto rosariũ:& capilli hominẽ: Nihilominus qñ rosariũ & hõ totaliter deficerẽt:rose & capilli hẽrent remotũ esse ac dubiosum:qd natura ipsos pduceret.iõ dicẽdo:nulla rosa est in hyeme:saltẽ remanet rosariũ:qd est rose fundamentũ: aut ppinqua materia de qua generari debet:& sic habere põt magis propriã diffinitionẽ:q̃ homo nullo homine existente:eo qd hõ ualde remotã habet suã originẽ deficiẽtibus oĩbus hoĩbus:q̃ sunt fundamẽtũ ad generãdũ alios.Tãdẽ nec de rosa nec de hoĩe est uera diffinitio:nulla rosa neq; aliquo hoĩe remanẽte:qa dũ nõ sunt in hac pticularitate:ex pte sua nõ hñt esse in aliqua essentia seu existentia.

¶Quatenus falsa sit diffinitio de hoĩe mortuo:dicendo qd sit rõnale aĩal. Cap.cxlvii.

¶Sup hac materia uidelicet ad pbandũ oẽs diffinitiones eternas ac ueras esse:quãplures logici disceptatores uaria adducunt taliter inferentes:qd hõ existat uel non existat:semp ista est uera:hõ est hõ: qa sub contraria est falsa uidelicet:hõ nõ est hõ:& nulla est uerior diffinitio:q̃ illa que essentialiter dat. igit ab eterno uel añ mundi constõnẽ ista est uera:hõ est hõ:uel hõ est aĩal ratiõale:& similia alia argumẽta:sup eodẽ fundamẽto edificat.Nos uero contra hoc in primis dicimus:quod ista hõ est hõ : nõ est essentialis diffinitio:neq; aliter:Quũ nihil de fundamẽtis uel naturis ipsius hominis in hac propositiõe designet: ¶Et ubi fundamenta rei nõ ingrediunt minime diffinitio esse põt.& hõ nil aliud est q̃ resultatio uel compositio de aĩa rõnali & corpore.Quoniã uero pnunciãdo hõ est hõ:nil de subiecto seu cõstitutiuis loquit:est falsa propositio in re:& tunc iste terminus hõ dũtaxat diffinit:& nõ res quam rõnalẽ & mortalẽ appellamus:& ideo uniuersaliste incõgrue diffiniunt.rursus corpus aliud aĩatũ:& aliud inanimatũ:& iter uiuentia seu aĩata:aliud sensibile & aliud insensibile:& inter sensibilia aliud aĩal rõnale & aliud irrationale.Modo petimus:cesar mortu9 quomodo erit uiuẽs:quũ aĩal ab aĩato corpore cõstituat:& animal precise cõpositũ uitã habens dicit:& mortuũ siquidẽ nullam habet uitã:& ubi hec tria deficiũt:hoc est corpus aĩatũ:sensibile:rõnalitas:& mortalitas:falsum erit inferre qd sit hõ.& in cesare mortuo cũcta hec necessaria ad esse hominis deficiũt.Itaq; error est opponere:cesar mortu9 est aĩal rõnale in natura humana uel alibi. ¶Ad alteram opinionẽ:qd hec sit uera diffinitio ab eterno aut añ mũdi creationem:hõ est aĩal rationale:quomodo hoc stare potest?si ab eterno tantũmõ deus est:& nil aliud.Quod si ipse pnũciaret uel in mentẽ haberet:hõ est animal rationale ista uerba cum ipo deo cõuertũtur:& nil de creatura habent:igit opinio istorũ inualida. ¶Ad affirmatiuã & negatiuã:ubi dicunt:hec est uera hõ est hõ:quia contradictoriũ suũ est falsum:uidelicet hõ non est homo : respondet: qd dum hõ est:falsa erit propositio:ponẽdo hõ non est hõ:aut aĩal rõnale.Sed dũ hõ non est: falsa erit dicere:qd sit & uerũ suũ contradictoriũ proponendo:qd non sit.Et si dicis:semper hõ est:q̃uis nõ existat:ista siquidẽ garrulabilia sunt:sine intellectione sensatione & pbatiõe:ex eo:qd nulla res est nec potest esse:que in mõ suo non existat:ut in pluribus locis demonstramus.Quia sicut se habet ad eẽ:ita & ad existẽdũ. ¶Deniq; ponamus:quod nullus homo existens:scilicet:qd nullus hõ sit:& deus uel aliqs angelus pronunciat hec uerba:homo est animal rationale & mortale.Verba in eo qd sunt:uera sunt:sicut & omnes alie res.Sed tunc non essent ad aliud significatiua:que eni non sunt a nullo representari pñt.& si homo non est ut ante creationem mundi:quomodo ista uerba possunt ipsum hominem representare?aut cũ ipso conuerti.& semper diffinitio cum diffinito conuerti debet:qd hic esse nõ põt:& iõ falsa diffinitio:in eo qd dicitis hominem in re representari.Verum ex parte uerborum in eo quod sunt: uera sunt:non tñ ad aliud significatiua.& ẽt hec uerba erunt uera in se dicendo:nullus deus est:sed in illo quod significare uidentur falsissima. ¶Per similẽ uiã etiam nonnulli opponendo cõtra hanc diffinitionẽ de deo quã alii faciunt dicentẽ:deus est maius quod cogitari potest: ultra alias oppositiones inquiunt:cognoscimus quod deus sit maius quod cogitari potest:sed non quid sit:aut tale maius sit:uel non sit in rerum natura.In quibus uerbis uidetur manifesta contradictio.Nihil enim potest esse maius omnibus rebus:quas excogitare possumus:si modo non est:quum illud maius pro maiori quantitate uirtutis uel molis intelligatur:& quicquid magnitudine omnes res excedit apud omnes est per se notum quod est in re:Et dum dicitis nescimus:an sit in rerum natura:idem est ac si diceretis:nescimus an sit aliquid uel nihil.nam de rerum natura intelligitur de omnibus rebus que sunt:Et illud quod omnia in magnitudine excedit cunctis:manifestatur quod sit aliquid:& non nihil:& sic nõ uidetur ad propositũ dicere:cognosco deũ esse maius quod cogitari põt:sed nescio qd est:aut si in rerũ natura talis res inueniat. ¶Et hic auctoritas aristotelis ad conformitatem adduci potest:ubi ait id quod non est non contin-

git sciri: Vnde tenemus quod de non ente non habemus scientiam.& alibi: in eo quod res est uel non est: est sermo uerus uel falsus. Et in alio: Nostrum affirmare uel negare nihil agit in re seu ueritate ipsius: & hic manifeste dicit quod si nullus homo est: nullam de homine scientiam habemus.& licet per uerba affirmemus de ipsa a nobis haberi sciētiam: nostrum affirmare uel negare nihil ad rem: quum sermo sit uerus uel falsus in eo quod res est uel non ē.

¶ Qualiter he propositiones: uidelicet: homo est homo: nullo homine existēte: & nō hō est hō: non contradicunt in re: qm̄ ambe negande. Cap.cxlviii.

¶ Si essentiã in abstracto dicunt uniuersalistę non existere causã minime entitatis seu abstractiõis: & super essentia essentialitatem ponunt:ac deinceps asserunt:quod quiditas sit potius abstracta q̃ essentialitas:& insuper de quiditate quiditeitatem elici inferũt:quousq; hi progredi uolunt:aut quidnã erit quiditeitas:si per quattuor gradus distat plus illo scilicet:de essentia:que per nimiã diminutionẽ & paucitatem ualoris non sufficit ad existendum? Vnde si aliquis gradus est ponendus inter esse & non esse essentia sine existentia est secundum uniuersalistarũ opinionẽ:taliter quod essentia abstracta seu essentialitas distat uno gradu a non esse:& quiditas duobus gradibus oportet iuxta istos tenere:quod quiditeitas tribus gradibus distat ultra nihil:& si hoc stare potest aut non:quo ad iudiciũ similia tenentium dimittatur:hoc enim nõ modo est impossibile absolute quod in re detur:sed nequaq̃ penes quamcunq; imaginationem stare potest:nisi in uocibus tantũ:quarũ quidẽ uocũ una potiusq̃ alia diminutiua uidetur. Sed fiat hoc modo:explicetur ratione:seu memoriter complectatur:quatenus quiditeitas tantũ citra essentialitatem:& supra quiditatẽ se habet:& unusquisq; aperte uidebit:q̃d similia etiam penes imaginationem incomprehensibilia sunt. circa omnium philosophorum sententiam:ad sufficientẽ diuisionẽ de quolibet dicit esse uel non esse:& iusta uestram opinionem essentia in abstracto nulla est: quoniã nondũ est ad esse coniuncta:Et quum deinceps ponatis quiditeitatem per tres gradus ante essentiam ad partem negationis : de simili quiditeitate neq; esse neq; non esse predicari potest : quum per plures gradus distent:& demum dato uno inconuenienti plura sequuntur:quia dum ponitis essentiam anteq̃ sit:uno gradu similiter concessum est:quod quiditatem ponatis duobus gradibus extra negationem: seu nihil. Vnde essentialitas erit in equali gradu cum nihil quiditas se habebit tanquã abstracta ex nihilo:& quiditeitas uero abstrahitas de illo abstracto quod a nihilo abstractũ fuit. ¶ At forsitan isti hactenus nesciebant:quũ non aspexerint quod tam retro post nihil loqui scirent:& suas apprehensiões assumerent. Et ob hanc ĩperspicatiam ortũ habet:quod in quibusq; propositionibus suis quas habent tanq̃ fixas:dicunt esse quiditatiuas asserendo:q̃d in ultimo abstracto nõ datur magis & minus: nec aspiciunt quod quiditas secundum abstractiones suas dicit uno gradu minus q̃ nihil : taliter quod dicendo:hoc est quiditatiuum seu quiditatiua diffinitio uel quiditatiua forma : secundũ dicta abstractorum precise significat : hoc est uno gradu minus q̃ nihil : eo quod abstractum quiditatiuum. ¶ Et quum allegare uolunt Aristotelem ad probandum in abstractis non esse mendacium : hoc pre-

esse significat:quod in abstractis non datur magis & minus. Aristoteles uero non assumebat pro abstractis uniuersalibus:ut de animalitate:specie:& similibus:nisi abstractum pro re separata a materia ut de deo & intelligentiis:in quibus non datur magis & minus neq; aliter & aliter se habere penes eundem aristotelem. Nam de aliis uniuersalibus dubitauerat aut denegauerat:ut in pluribꝰ locis per ipsum patet. Quapropter in his & aliis huiuscemodi comprobatur: qualis scientia in secundis intentionibus esse queat:que in multitudine respectuum fundatur: quia de respectu ad respectum discurrendo non modo secundas:sed tertias:quartas:quintas:decimas:& uigesimas intentiones imaginantur. & talis facultas in fantasia hominum:& non in re consistit.

¶ Quonam pacto proprie intelligendum sit:quid esse essentia:& quid esse existentia dicant:& quod nulla res datur:quin existat:eo quod esse essentia imaginarie tantum capitur. Cap.clv.

¶ Cum de esse essentia:& esse existentia multa argumentatiue scripta reperiantur: excutiendum est: utrũ aliqđ in esse essentia absq; existentia detur? pariter an aliqua detur distinctio realis:inter esse essentia & esse existentia? ut facilius oẽs conuenire possimus ea que dicimus intelligendum est: merito ante oĩa argumenta quid eẽ essentia simpliciter dicat aperiendum est: an imaginarium tantum sit:uel in re preter imaginationem detur:& pari modo quid p esse existentia capiatur:quibus principiis uisis: ĩ subsequentibus facillime atq; breuiter conuenire quimus. Esse essentia siquidem de cõmuni opinione ponẽtium essentiam ipsam in duobus modis capitur:primũ p esse cognitũ in mente diuina ab eterno:& secũdum esse essentia per illud esse:quod nunc est in una specie:& eueniente aliqua corruptione atq; generatione potest transire in alteram speciem. quocirca hoc posse transire de hoc ad illud: denominatur esse essentia. ¶ Sed clarius dicatur:quonam pacto hoc & illud esse essentia sit:uidelicet:in esse cognito & in esse in diuersa specie ab illo quod in futuro expectatur:quibus presuppositis antiquoꝝ sub paucis respondemus; ita prosequendo in cognitione diuina:nullum esse creaturarum sic nec sic realiter assumptum:ab eterno datur:nam profecto cognitio eterna in deo ipse deus est:non enim esse essentia uel existentia creaturarũ:tñ cognitio dei agnoscit id qđ creature in futuro erunt. ¶ Et inferẽdo ut a quibusdã inferri solet:diffinitiones creaturarũ eternas esse:dato ꝙ nulla creatura realiter detur:rñdetur:ꝙ si creatura nõ est realis:ut hõ:nequaquã diffinitio eius erit realis cũ oĩs uera diffinitio cũ suo diffinito conuertit. deus autẽ ab eterno intelligit esse hoĩum:sed non tanquã de presenti ex pte ipsorũ hominum:eo ꝙ ab eterno non sunt. unde si diffinitio eorũ esset de presenti inquantum diffinitio hoĩum nullatenus cum ipsis hoĩbus conuerti potuisset. Vnde concedendum est; ꝙ cognitio eterna agens de hominibus qui nondum erant tendit ad futurum:etiam diffinitio ipsa:ut dicẽdo:omnis homo erit animal rationale & mortale:& unum potissimũ semper aduertendum est:ut in quãpluribus locis probatur ꝙ semper subiectum uel res diffinibilis est prius sua diffinitione. nam cognito fundamento ipsum diffinimus:non autem cognita diffinitione fundamentum producitur. & sic in omnibus operibus nostris p prius de fundamento consideramus:& deinceps de modo edificandi ipsum:postremo uero nomen sup opera iam producta apponimus. & omnia bona nomina uere diffinitiões sunt:& ita etiã in genesi narratur:deus egisset in productione rerum:ueluti dicendo. ¶ Faciamus hoiem ad imaginem & similitudinem nostram:& hic in primis de productione fundamentali:ipsius hominis cõsiderat. In secundo uero de modo edificandi:uidelicet:ad imaginem & similitudinem nostrã:que est proprietas intrinseca hominis sup substantiale subiectum edificata:sed primum subiectum cõsistit:idest:faciamus hominem:quoniam ipse dixit & facta sunt:& tñ productus homo in esse subiectali atq; ad imaginem & similitudinem dei edificatus:nondum inheret ei nomen per diffinitionem assumptum:ut animal rationale:nequidem lapides:plante:& bruta animalia:adhuc habebant nomina sed adductis omnibus coram Adam cognitis subiectis animalium atq; plantarum:ipse noĩa ꝓpria imposuit:p que recte diffiniri possunt. unde palam constat:qualiter per prius subiecta producuntur:& deinceps diffinitiones. subiecta creaturarũ nõ sunt eterna:igitur a fortiori multominus diffinitiones ipsarum creaturarũ possunt esse eterne. ¶ De altero principio siquidem in esse essentia denominatum quoq; uidendum est:utpote dicẽdo in hac herba:aut in hoc pane:est corpus antichristi:in esse potentiali uel essentiali; non autem in existentia. ad quod respondetur:hec uerba tantum indistincta esse. quoniam omnes hii panes aut panis quomodocunq; assumatur est panis actualiter:& nullus antichristus inest ibi in pane illo:tamen quia potest panis ille adueniente uoluntate diuina atq; cursu celorum & elementorum simul cum aliquibꝰ corruptionibus & generationibus transire in alteram speciem:quod erit corpꝰ antichristi:imaginamur antichristum in esse potentiale manere in pane:quamuis nil de antichristo sit in pane:sic nec sic:nisi ꝙ ea materia que nunc est in specie panis cum condictionibus iam predictis:potest transire in speciem hominis: idest in antichristum:& tñ in eo modo quo manet in pane existit:quoniã quicquid est realiter atq; substantialiter in pane. de specie ipsius panis est:& actualiter existit:& si panis est in esse potentiali ad tran-

seundum in aliam speciem:etiam est in esse potentiale ad existendum in ea. quoniam in pane nullus est
antichristus:nisi ꝙ de illo quod nunc est panis:mutata specie potest produci antichristus:& pariter de
illo quod nunc est in actu existenti:panis potest produci existentia antichristi:sed in pane nullum dat
esse antichristum realiter capiendo:nisi imaginarium tantum de futuris considerando. Vnde recte di-
cere possumus:materia de qua antichristus producendus est: Iam manet in actu:in speciebus elemento
rum:in plantis:in corporibus aliquorum animalium:aut in similibus.sed nondum illa materia uel sub-
stantia est in specie antichristi:tñ quandoq; erit. & pariter dicemus:illa substantia uel materia que est
exitura in antichristum:iam existit in elementis:in herbis:aut in similibus. sed nondum existit in specie
Antichristi. ¶ In quo animaduertendum est quia pro nunc nulla est essentia :nulla existentia : anti-
christi realiter capiendo:posito ꝙ nondum ipse generatus sit.quoniam esse ipsius inquantum esse an-
tichristi:nullibi est:nequidem existentia eius nisi imaginarie tantum capiendo.& quia imaginarium est
esse inquantum esse antichristum:& imaginaria existentia ipsius non potest aliqua distinctio realis ibi
in esse:nisi tantummodo imaginarie. ¶ Sed deueniamus ad esse reale antichristi aut aliarum rerum:
& uideatur:an aliqua sit distinctio realis inter esse fundamentale & existentiam eius:unde in primis as-
piciendum est:ut superius aperuimus:ꝙ essentia antichristi aut materia de qua ipse componendus est:
Iam manet in elementis aut in aliquibus aliis speciebus:& similiter forma ipsius antichristi in uniuersa
li fundamento assumpta iam existit:ut substãtia anime uegetatiue atq; sensitiue:sed ubi omnia hec ma
neat aut hactenus manserunt:nullus antichristus ẽ nisi aliqua alia res.hec uel illa.quoniam materia in
principio suo capta non est antichristus:nequidẽ forma in suo principio est antichristus.quapropter
concedeñ oportet:ꝙ in eo instãti in quo materia & forma incipient edificari in antichristo:in eodẽ in
stanti desinunt materia & forma ille ab illis speciebus:in quo erant & incipient transire in speciem an-
tichristi:aut in esse ipsius.nam ibi non incipiet materia:non forma:non existentia fundamentaliter ca
piendo:nisi edificatio ipsius antichristi:que edificatio simpliciter est incipienda : per quam edificatio-
nem denominabitur totum illum compositum antichristus:non inquãtum prima materia:nec prima
forma uniuersaliter capiendo:nisi inquantum hec materia:hec forma:hec existentia particulariter as-
sumpte per corruptionem & generationem in speciem antichristi congregate.quoniam ante non fue
rant in simili specie:immo in aliis sub aliis figuris atq; existentiis:& inferendo ꝙ in aliis speciebus erant
eadem materia & eadem forma:preter rationalem animam que in antichristo erunt:& ꝙ non erit ea-
dem existentia:respondetur:ꝙ inquantum materia generata post aliquam corruptionem & particula
riz ata:non erat eadem in aliis speciebꝰ ut ĩ antichristo erit:nequidem forma particularis eadem & ma
teria uniuersalis & forma uniuersalis.uniuersalia:intelligas iuxta principia capiendo:nõ sunt antichri
stus de genere nequidem de specie eius:& ita existentia uniuersaliter assumpta etiam est in pricipio ꝓ
ductionis rerum:sed hec particularis existentia petri uel ioannis icipit simul cum edificatione ipsorum
particularium.Vnde materia:forma & existentia:simul incipiunt:in andrea:uel martino. nam materia
nunquam est sine propria existentia:nequidem esse potest sed potest esse sine isto uel illo particulari &
tamen semper in aliquo particulari sistit:quamuis ubiq; manens habeat aptitudinem ad emittendã spe
ciem:in qua manet per corruptionem & generationem edificatam.& transiř in aliam speciem atq; exi
stentiam.sed pariter materia atq; forma in primis speciebus existunt:ueluti in ultimis:in quas transitu-
re sunt. ¶ Licet ꝙ imaginarie assumendo materiam & formam antichristi:non intelligẽdo hanc for
mam per animam intellectiuam:& etiam existentia eius sunt nunc potentialiter in aliis rebus: que po-
tentialitas in communi esse essentia denominatur:sed prorsus negatur:ꝙ realiter capiendo antichri-
stus sit nunc in aliqua alia re:nisi imaginarie assumendo inquantum materia:que modo est in specie ar
boris:potest transire in antichristum:aliqua corruptione eueniente atq; generatione:sed arbor nõ est
antichristus:nequidem manet in esse essentiali:nisi actualiter hec arbor. uerumtamen aptitudinem ha-
bet decurrente tempore dimittendi speciem arboris:& transeundi in alteram.antichristus uero ꝓ nũc:
nullam habet aptitudinem potentialem:nequaquam actualem ad dimittendum hanc speciem:& tran-
seundum in alteram.quoniam nondum est:& id quod non est nullam habet existentiam: & ita existen
tia recte assumpta nil aliud infert:quam est:& ita dicendo est:aut dicendo existit:eadem ẽ significatio:
& sic nonnulli dixerunt:ꝙ esse essentia non est inferendum existere:ut de prima materia a pluribus in
ferri solet:quod nos econuerso sentimus:atq; disponimus.nam illud quod non est imaginarium tantũ
capitur:& quicquid est existit cum idem sit:est:& existentia:& actus semper precedit potẽtiam : quoniã
actus de presenti:& potentia de futuro:& presens prius futuro est:eo magis ꝙ id quod non est nullate
nus est in potentia:ad aliquid operandum.Vnde necesse est omnes res in actu eẽ:ut potentiam ad ali
quid operandum sortiantur.Vnde satis patet:qualiter nulla essentia realiter assumpta datur siue existẽ
tia:cum est:& existentia idem sint.nam non sit imaginandum existentiam tanquam operationem in re
bus se habere:ut intelligere uelle:scribere:legere:aut operationes similes.quoniam esse eẽntia per apti
tudinem ad similia operandum capitur:& inter esse & non esse nullum datur reale medium. ¶ Atta
men inter substantiam seu fundamentum rerum & existentiam earum:uidetur aliqua esse distinctio.sed

erit tantum ordinis.quoniam ibi non est prioritas temporis nequidem nature.quoniam non est capiẽda existentia per operationem tanquam ad extra euenientem:nisi per eit:solummodo ad differentiam de non esse uel de nihilo. ¶Aliter uero capiendo ut plures assumunt:ꝙ creature omnes sunt in esse essentia ab eterno:in esse existentia autem principiate est ponenda distinctio maxima inter essentiã & existentiam:quoniam ibi conceditur essentia siue existentia atq; multa prior essentia quam existentia: & ubicunq; unum sine alio manere potest:& per longum spatium ibi lata distinctio inter hoc & illud datur.nos autem penitus negamus aliquam esse essentiam realiter assumptam ante existentiam suam: nisi prioritatem ordinis diceremus.sed qꝛ non conceditur aliqua prioritas inter rem & est:realiter capiendo:& est & existentia est idem:nec sit concedenda prioritas ordinis & posterioritas ordinis ĩter existentiam & essentiam realiter captam. ¶Et si forsitan quis opponeret:ꝙ in mẽte diuina omnes creature sunt eterne:& tamen creatura ab eterno non existit:nos uero in responsione asserimus falsam esse hanc prepositionem:saltem de uirtute uocabuli:quoniam creature nullibi ab eterno sunt.sed ĩtellectio diuina cognoscens creaturas ipsas eterna est:licet ex parte creaturarum tãquam ad futurum tendat ipsa cognitio:uerumtamen deus de se semper de presenti cognoscit omnia. ¶Insuper taliter dicendũ est:si cognitio diuina est essentia creaturarum:creature simpliciter sunt de essentia dei:cum deus & scire suum eternum idem est.nos non sumus de essentia nequidem scire suum licet per scire dei creati tãquã ad extra:igitur non sumus ab eterno essentialiter aut aliusmodi in deo.quoniam si in deo ẽentialiter: etiam nos dii essemus:& ueluti de hoc esse essentia dicimus de aliis intelligendum est :sicut de domo in esse potentiali in mente architectoris.nam architector plures domos considerat:que nũquam fient & id quod nunquam est neq; erit non est dicendum alicubi esse in esse essentia:nequidem ĩ actu.nam imaginatio uel discursus architectoris non est domus:nequaquam in potentia uel in essentia immo in actu hec imaginatio aut hic discursus:& omnis cognitio in deo in actu de presenti existẽs ẽ.& similiter hec arbor est habilis ad transeundum in alias plures species:que nunquam transit:atq; habilis ad transeundum in figuram domus:in aliquod uas:aut in alia uaria instrumenta:in que ipsa arbor nunquam transiret.& si domus uas aut alia instrumenta fuissent in arbore illa aliqualiter in re assumendo de necessitate quandoq; fuissent in actu.unde concedere oportet:ꝙ uas non est in arbore potentialiter aut aliusmodi:sed arbor est habilis ut in uas edificetur : & tñ arbor talem habens dispositionem in particulari actu seu existentia est. ¶Preterea petendum est si omnes creature constamus de actu & potentia : & unum principium istorum non dependet ab alio:& potentia dicit idem ꝙ essentia:asserendum est actũ nullibi esse in esse essentia.quoniam potius essentia dependet ab esse:ab actu:uel forma:quam econuerso.quamobrem concedendum sit:formam semper esse in actu:in potentia uero nunquam.nam si potẽtia deducitur ad actum per formam:ut de cõmuni sententia antiquorum habetur:necesse est : formam semper in actu manere:cum per materiam non potest deduci de potẽtia ad actum:neq; aliquid per se ipsum de potentia ad actum deduci:ita ꝙ occurrente uoluntate diuina cursibus celorum & elemẽtorũ cum aliquibus particularibus agentibus & patientibus:de hoc pane:de illo cibo:de illa herba:potest ꝑduci antichristus:non ꝙ hoc posse ex parte antichristi nisi ex parte herbe:cibi:& aliorum ibi ĩ actu occurrentium est:ut hec materia:& illa forma:hic pater : & illa mater habilis ad producendum aliquod: quod nondum est in illa specie:in qua in futuro producetur. ¶Licet ꝙ largo modo potest dici:caro hominis est in hac herba:dummodo ea que dicimus recte intelligantur:taliter procedendo:caro hominis est in hac herba:uidelicet:hec herba est habilis adueniente putrefactione & generatione dimittendi istam speciem herbe:& transeundi in carnem hominis.sed dum in specie herbe manet:falsum est inferre:ibi carnem hominis esse:nisi ꝙ de illo potest fieri occurrentibus omnibus necessariis:in mente diuina enim nil est transiturum in creaturas:nisi ꝙ ipsa cognitio in specie sua remanẽte producit ad extra creaturas ipsas. ¶Nunc uero qui de esse essentia & esse existentia confuso modo loquũtur:ea que dicunt aperiant:& deinceps principia sua & nostra simul ad examẽ posita facillime unusquisq;:ubi ueritas iaceat agnoscere posset.

¶Qua de causa unaqueq; res in modo suo cum suo esse conuertitur. Cap.clvi.

¶Dicimus quod omnia dependentia idem sunt cum dependere.& dans dependere deus est.& inter deum & creaturas aut dependentiam nullum est dandum medium igitur creature sunt iua dependentia.quoniam conuertuntur.& quia dependere passiue dicit:& passiuum relatiuum tantum ad aliquod: actiuum in primo signo dependendi quelibet dependentia que eẽntia uel alia res sit.sue cause respiciẽtiam habet.& ista respicientia in creatura tanquam in subiecto fundatur:& in illo quod nondum ẽ uel non existit:nullo pacto fundari potest.Itaq; omnia dependentia in primo signo suo existunt:& subiectum & predicatum habent:quoniã altera res siue essentia est ab altera penitus diuisa. ¶Quod si op

poneres ut cõmuniter dicitur solus deus est esse suum:creature non sunt deus:ergo non idem cum esse suo:aut non conuertuntur.dico quod aut sumus illud quod sumus aut illud quod non sumus:nõ illud quod non sumus:ergo illud quod sumus.aut esse nostrum sumus uel alienum:non alienum:igitur nostrum.aut enim sumus aut non sumus non non sumus:ergo sumus.licet hic plures aliqualiter uideant in modo loquendi a proposito delirare ita uidelicet opponentes.Deus solus est a seipso: sed quia oẽs nos dependentes ab alio esse sortimur:igitur minime esse nostrum sumus.Sed hoc nihil ad rem : super qua nostra uersatur disputatio.Nam sicut esse nostrum ab alio dependet: itidem & nos ab alio & non a nobisipsis sumus:& eadem causa qua est esse nostrum uel dependet:nos etiam sumus.Ideo nullum sequitur inconueniens:quod esse nostrum ab alio dependeat:& nos idem esse cum esse nostro.Si enim eẽ ab alio dependeret:& nos uero non:tunc cum esse nostro minime conuerteremur.Sed quod conuertamur:per cuiusq; rei diffinitiones comprobatur. ¶Dicimus enim:quid est homo:Et hic quid significat essentiam seu quiditatem:& est esse hominis indicat.Et respondendo asserimus:animal rationale & mortale:ergo quiditatiuum siue essentiale esse hominis est animal rationale & mortale:& animal rationale & mortale in re simpliciter cum homine conuertitur:igitur nos & esse nostrum idem:quemadmodum & creature cum dependentiis suis idem:licet ab alio dependeamus:tamen sumus eadem dependẽtia nostra:& non aliud:quum nil aliud dandum sit preter deum & creaturas dependentiam seu dependere non est deus:ergo creature.Quapropter creature & dependentia sua idem sunt:& similiter sum9 illud quod sumus cum esse nostro conuertibiles. ¶Et si dicis non sumus perfecti:& circa imperfecta non est omnino simplex seu perfecta conuersio:igitur non simpliciter idem cum esse nostro sumus:respondetur:quod in eadem perfectione qua sumus cũ esse nostro conuertimur:& quale est esse tales nos sumus:quia unusquisq; qualis est talia fatetur & operatur. ¶Sed nunc denuo ad superiora regrediẽdum est.Vnde dicimus:quod manifeste ista opinio:uidelicet:quod essentia in primo signo esse siue existentia careat recte alteri antiquorum sententie:& a quibusq; modernis concesse opponitur:hoc est:qd secũdum aristotelem ac ceteros religiosos & irreligiosos philosophos:illa que sunt nobis notiora sunt minus nota:& minus perfecta nature.& que sunt ex nostra cognitione remotissima:sunt notissima ac perfectissima nature.Essentia in suo primo signo est quoddam remotissimum a cognitione nostra.& ẽ aliquid in re:igitur est perfectissimum & notissimũ nature. ¶Preterea quelibet res quanto simplicior siue a compositionibus aliena:tanto utiq; perfectior:ueluti in deo propalatur qui simplicissime simplex est:& perfectissimus omnium.Quocirca illud quod magis in simplicitate & originatiõe ad ipsum deũ appropinquat:tanto perfectius quanto remotius ac potius compositum tanto minus perfectum.essentia est primum simplex apud deum.ergo essentia est primum perfectum apud deum.nulla res potest eẽ perfecta si modo non existit.quoniam a negatione per ueritatem uel per esse non distat:igitur essentia in primo suo signo tanquam res perfecta maxime existit.nam ex eo q; deus ẽ primum & perfectissimũ existens:essentia tanquam res secunda erit secunda in existentia & perfectiõe.& quicquid a primo pricipio per compositionem remotum:tanto minus existens.Quapropter imperfectius est illud : quod est essentia tanquam notissima nature:est res perfectissima:ergo perfectissime est idem cum eẽ suo :& illud quod perfectum est perfecte existit:iccirco essentia in suo primo signo inter omnia dependentia perfectissime existit:& de similibus simplicissimis quidam inquiunt:idem est res intelligens & intellecta . aliq entia sunt que tanquam rerum principia sonant:& tamen entia diminutiua nuncupantur:eo quod de nominatiue ad predicandum de pluribus siue omnibus posita sunt.Verumtamen in re extra animam nostram:nullum per se esse habent:Et si habent:ut uniuersaliste inquiunt:diminutiuum erit;uel parum a nihilo distans.Sed dum de essentia tractamus:tanquam de re in se:ac perfectissima intelligimus:quẽadmodum & in essentialibus diffinitionibus latissime explicatur.

¶De Eodem.

¶Quum iam propalatum sit in superioribus:quonam pacto omnes res:seu quicquid a negatiõe distinguitur existere dicatur:& itidem quod nulla sit essentia:nisi diuina uel creaturarum:& creaturarum plures sunt essentie:& non una sola per hanc uiam recte ac facile cum lege diuina conformari possumus:q; per alias uias abstractionum seu uniuersalium absq; respicietia ad superius uel inferius perdifficile erit:si modo dicere noles impossibile cum lege omnimodo conuenire. ¶In sacra scriptura legimus:in principio creauit deus celum & terram:& insuper faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã:Sed deinde testat:de limo terre formauit ipsum.& spiritũ uite seu aĩe rõnalis sufflauit ĩ faciẽ eius:siue in corpus Ade ĩfudit:mulier aũt de costa hoĩs formata est.Vlterius post casum primorum parentũ:deus dicit Ade:qa de terra es in terrã reuerteris:cũcta quoq; alia aĩalia de limo terre dicit eẽ formata:experientia enĩ incessanter nos edocet:quatenus materia de q corpora nr̃a cõstãt ab elemẽtis cũ planetarũ iuuamie depẽdet:& ĩ fine nr̃e corruptiõis ad ipsa elemẽta remeat:& hic ordo naturalis ẽ,

Preterea nonnulli etiam ad probandum quod non sumus idem cum esse nostro taliter arguunt: esse nostrum uel essentia est quoddã uniuersale:& nos utiq particulares sumus:ergo ab esse nostro differimus.ulterius:dato quod hoc esse particulare sit esse nostrum:esse meum differt ab esse tuo:& in esse generico sunt idem:& insuper esse meum ex parte sua est idem cum esse cõmuni:ego uero nõ:ieccirco ego ab esse meo differo.At nos contra hanc oppositionem aliquod exemplum adducemus ita procedẽtes: Materia mea particularis est materia ab elementis emanata:& materia tua similiter.Materia que in presentiarum in me est:& in hoc presenti in te alias precise seu formaliter erat materia elementorũ:& idẽ simul cum elementis:Sed in illo tunc neq materia mea neq tua erat:nisi elementorum tantum.Dũ uero materia mea per uarias generationes in hoc ultimum indiuiduum transit:quia nomen & diffinitionem quam prius habuerat deperdit:non potest dici:q formaliter sit idem materia cum elementis:licet ab eis ducat dependentiam.& sic ista materia in me cum parte mea corporea seu materiali cõuertitur: quum ab elementis sit distincta:& in me conuersa.& a tua quoq distincta.nam dum dicitur:ludouicus & augustinus sunt idem i homine:idem in animali:idem in essentia:hoc tanquam falsum negatur:quoniam nullus nostrum est homo:animal:neq essentia:nisi in isto homine particulari:qui nunc est. nã alibi homines non sumus:& hic distincte alter ab altero sumus:& dum ab abstractoribus infertur:augustinus constat tanquam ex principiis:de substantia:de corpore:de corpore animato:de animali seu animalitate & humana specie.hec autem omnia principia in se realia sunt:igitur possumus unumquodq istorum principiorum abstractum ab augustino & ceteris hominibus intelligere.tametsi augustinus a nobis minime intelligatur:hic enim omnis nostra consideratio methaphisicalis & non phisicalis est :ergo animal cõmune datur:in quo omnes particulares idem sumus.hic non sumus idem:constat qualiter non sumus esse nostrum. He & similes argumentationes aliquod impedimentum ponere solẽt: ne ut ea que uera sunt recte intelligamus:tamen sub paucis respondendo:ut iam uisum est:quod corpus:substantia:species:animal:abstracta ab augustino aut super ipsum posita non sunt augustinus:nequidem de specie eius.Vnde negatur:quod essentia seu substantia corpus & anima augustini intelligãtur:nisi ipsum augustinum intelligeremus.quoniam quum augustinus est iste particularis:eẽ suum quo q tale est:& ita patet:qualiter nullum superius est esse augustini.unde nil aliud est dicere intelligo substantiam augustini non intelligendo ipsum:quam precise intelligo augustinum:& nõ precise intelligo augustinum:que sunt contrarie & minime ambe uere.

Qualiter secunde intentiones sint uere aut false iuxta esse uel non esse primarum intentionum:& q nulla uera predicatio datur:nequidem q predicatio uel diffinitio uocari debeat:si modo suum subiectum non existit:ex eo quod non potest conuerti existens cum non existente. Cap.clvii.

Superius aliquas rationes adduximus ad ostendendum:quod omnes res essentiales uel aliter assumpte existunt:& dicimus res ad differentiam negationis.quia etiam in negatiõe terminum ponimus:ut dicendo:nihil est seu non est:& iste terminus ita pronunciatus aliquid est.Sed de significatiõe quã ostẽdit agere nihil est.Et ieccirco omnes termini per seipsos assumpti tanquam in pria intentiõe ueri sunt: Sed in significatione ad illud pro quo sunt positi aliqui termini ueri & aliqui falsi:& alius dicit de affirmatione alius uero de negatione.Vnde prepositio que uult negationem affirmare falsa erit:Sed uerũ quod pronunciatur.Tunc autem terminus tantum & non res assumitur ad quã terminus uidetur aspicere:Et in rebus affirmatiuis seu ubicunq extra nihil est realiter prime & secunde intentiões sunt uere: idest terminus & res de qua significat. Nunc ad propositum:quicquid non est:nihil aut negatio ẽ: quoniam inter esse & non esse non est dandum medium:quum non esse sit negatio:& esse affirmatio: & inter negationem & affirmationem siue inter uerum & falsum nullum est medium. Tamen i hac materia plures multa ac uaria adducunt:quorum quidam ad edificandas ingentes chymeras uolunt in abstractis suas intentiones fundare.Contra quos recte dicere possumus:quod dato uno inconuenienti plura sequuntur.& paruus error in principio maximus est i fine.De abstractis ut de humanitate & animalitate nullum fundamentum haberi potest:quod in re sit:ut superius tractando de abstractis aperte innotescit:& quia in termino tantum.aut in imaginabilibus similia dantur quãto plus per talem uiam discurritur tanto magis a ueritate deuiatur.Et sic habetur fantasia est:eo quod non est.Si enim eẽt res de qua fantasticamur cognitio seu explicatio:quam de ipsa re assumeremus: minime fantasia uocaretur.Itaq res esse oportet:ut ueritates siue affirmationes habeamus.Decet itidẽ ut sicuti res se hẽant pnũciemus:Nã dicẽdo hõ est lapis:aut nullus hõ est:ãbe psuppositiones false essent : & tamen uerum est quod homo sit:& uerum quod pronunciamus homo est lapis.Sed quia res aliter se habent:q̃ nos dicimus prepositio in illo quod presupponit est falsa.Et similiter dicendo:nullus homo est:qa asserendo aliquis homo est:& nullus hõ est:sunt contradictoria:& impossibile:quod ambo simul uera.Ieccirco si hec est uera homo est:uel aliqs hõ est:existentibus hominibus ista erit falsa in illo tunc pronunciata:nullus

homo est. Nunc econuerso capiatur: si falsa est hec prepositio: nullus homo est existentibus etiam hominibus: & uera sua contraria consequenter: dum homines non sunt erit falsa propositio: uidelicet: ista homines sunt: & uera sua contraria idest homines non sunt. ¶ Et si uis cum abstracto allegare: quod in esse essentie sit homo sine existentia: recordare quatenus superius dixeris: essentiam per esse sibi adiunctum existere. ¶ Et dum ais: hec est uera homo est animal rationale: quod homo uel non homo sit ibi esse in eo homine apponis: quoniam dicis est per affirmatiõem ueritatis quod sit: & per te quicquid habet affirmationem coniunctum existit: ideo oportet: quod homo existat uel in actu sit: si ista propositõ uera esse debet homo est animal rationale. Et si proponeres ꝙ in deo ab eterno sumus: respondetur ꝙ quicquid est in deo est ipse deus: & nulla alia res est in eo: & in ipso non est prius & posterius: igitur ab eterno nos quemadmodum sumus intelligit: sumus existentes: ergo ab eterno deus intelligit non existentes. Quoniam aliter intellectio sua esset falsa: si nos aliter q̃ sumus ĩtelligeret. ¶ Et si forte imaginaris: quod deus per imagines seu ideas tanq̃ per discursum nos crearet nimium a recta uia deuiares. Deus enim per ueram intuitionem & solum uelle agit quicquid agit: & ubi est uera intuitio nulla quidẽ idea seu species imaginationum occurrit: ueluti ĩ nobilmetipsis patet. Nam dum aliquid presentialiter intuemur: nullam de ipso imaginationem edificamus: que uero dignitas in solo deo perfectissima: licet nos in quoquomodo aliquid participemus. hoc autem parum sat est ad probandum in deo perfectam esse cognitionem per solam presentialem intuitionem: alia argumenta adducuntur allerẽdo: quedam ueritates sunt eterne: quia manifestissime sicut duo & tria sunt quinq;: nos uero petim9: quomodo istud intelligas: utrum in eo quod duo & tria quinq; unitates in re significant: an duo & tria in uoce? Si p significationem ad aliud conceditur: sed in uoce negatur. Quoniam iste terminus duo est unus termin9 tantum: seu una res in se: & tria est alius terminus: ergo duo & tria in se sunt duo termini: & non quinq;: si aliam rem non significant: quod si res non sunt: nequaquam ipsas significare possunt. Nam significatiua relatiua se habent: & relatiuum nusquam sine alio datur: nec predicatum sine subiecto põitur: Quum similiter relatiua sint. & ideo dicendo duo & tria sunt quinq;: si modo quinq; res reales nõ sunt. falsa erit hec predicatio: quum subiecto careat: & subiectum & predicatum relatiue se habẽt: Itaq; error est dicendo: homo est animal rationale nullo homine existente: & quod non existat nõ datur. quia predicatum semper cum suo subiecto ad hoc quod uerum sit conuerti debet: non potest conuerti ista diffinitio homo est animal rationale & mortale nullo homine existente: ergo falsa sunt uerba. nec diffinitio uocari possunt. Diffinitio enim de aliqua re dicit cum qua cõuerti potest. & hec uerba: uidelicet: homo est animal rationale & mortale sunt existentia siue in actu: Itaq; oportet ad hoc ꝙ uera sint: ꝙ subiectũ de quo suppositari presumunt sit existens.

¶ Quum prius esse q̃ essentia dicatur prius existere: q̃ non exister̃: ante perfectum q̃ ĩperfectum. & ꝙ oẽs uere diffinitiones ab esse: non autem ab eẽntia orian̄t. Vñ esse & non essentia est forma. & ꝙ in esse essentie uel potentialiter manere assumit̃ pro respiciendo ad futuras spẽs: uel opationes: post illud qd non sumus aut agimus. Cap. cluiii.

¶ Si essentia est id quod est in ente: & ens est quod habet essentiam. sequitur ens esse prius essentia: & probatur: ita dicendo: quicquid est in alio in eo qd est existit tanquam in subiecto: uel omnia que sunt in subiecto in subiecto existunt: essentia est in ente: igitur in ente existit: quoniam in altero maner̃ & in altero existere idem est. Amplius si ens habet essentiam: constat ens esse prius q̃ sit essentia: quum continens sit contento prius. Preterea nil contineri potest: quin existat: eo quod cõtineri actum de presenti dicit. & sic oportet quod essentia de presenti existat: si ab ente est cõtenta. ¶ Et in hoc loco fundamentum ad uaria concipienda assumere possumus: cõmunis uie: uidelicet essentiam nõ esse prius ente: immo posterius. Vnde per primum signum rerum in ente & non in essentia inchoandum est in quo primo signo perfectum quid refert: quoniam existentiam significat. & que dicunt existentiam esse & essentiam simul ens sunt. ¶ Hic autem aliud capitur fundamentũ ad futurũ tendens: sub qua dilatione uel respicientia in posterum essentiam uel uniuersalia dicimus. Quia nõ ad determinatum tempus. Sed ad quodcunq; tempus aduueniens dirigitur. Quoniam uero tempus futurum nondum est cõsiderandum: de operibus in futuro fiendis merito dicere possumus. quod res que sunt in posterum operatur̃ nõ sunt nunc in actu idest in actu future operationis: sed in se. omne ens de presenti existit & operatur. Attamen quia possibilitatem habet operandi in posterum plura que in hoc nunc non operatur. talis possibilitas potentialitas uel dispositio que est in ente operationem significans de futuro. ad quam hec talis dispositio aspicit. sub qua proprietate essentia sine existentia dici solet. nam existere eẽ & operari idem est. & quia unaqueq; res preter deum aliquam possibilitatem continet ad futurum tendentem cõsequẽter considerari potest in esse essentie: uidelicet sine futura operatione & attinente. Sed in quocunq; nunc de presenti omne ens simpliciter existit: & operatur nil aspiciendo ad futurum: nisi duntaxat ad hoc nunc. nã eadem dispositio ambulandi qua nunc ãbulamus est dispositio ad futuram ãbulationẽ tẽ

deris & tamen inq̃tum de presenti ambulamus: est in actu & secundum quod ad futurum aspicit: in po
tentia uel essentia esse dicimus: quia nondum aliquid habet de illa futura operatione tamē potentia ip
sa pronunc & continue in actu seu existens est. ¶ Et in hoc loco plures dissensiones & argumenta i
telligi possunt: quia q̃uis huius hominis dispositio ad generandum alterum hominem una sola sit: uir
tutem continet ad generandum plures homines in uariis momentis. hec enim aptitudo tanquam intri
secum instrumentum se habet ad futurum tendens: & quicquid tanquam intrinsecum instrumentum re
spiciendo ad posterum uocatur natura: seu principium rerum aduenientium in ea specie ubi talis ap
titudo reperitur: & tamen ista dispositio in se particularis est: & habilis ad plura sibi similia generanda:
que similitudines post huius primi corruptionem illese remanere possunt. Gratia exempli adam conti
nebat aptitudinem generandi filium: que tamen dispositio simul cum ipso adam corrupta est. Attamē
aptitudines per ipsum generate remanserunt cum eadem habilitate: qua in primo parente erant: & ta
men non eadem dispositio: Sed alie atq; alie similes: ita quod in quocunq; filio Ade est similis dispositō
obseruandi ac multiplicandi totam humanam speciem: quemadmodum in Adam erat. Nam si nūc om
nes homines perirent preter unum hominem & unam mulierem: in his duobus remaneret tota huma
na natura in actu de presenti: & in potentia siue essentia ad futurum: & tamen aptitudo istius hominis
& istius mulieris non est in eadem aptitudine: que in Adam erat: quia aptitudo ipsius ade corrupta est:
ex quo fit: quod si adam esset mortuus sine filiis: natura hominis in eo tunc penitus periret: licet elemen
ta & celi apti essent ad materiam atq; influentiam prebendam. Sed si particulares homines nō fuissent
ad administrandū ipsam nunq̃ post mortem ade alius homo generaretur: & pariter nunc sequeretur:
si omnes homines simul morerentur. Vnde oporteret quod tanquam ex nouo deus crearet homines.
Nam nature rerum aduenientium in his nunc manentibus consistunt: Verūtamen non dicimus futu
rorum naturam esse inq̃tum in hoc nunc operatur: quoniam natura per quam de presenti operamur
omnino est in actu. sed inquantum ad futuras operationes tendit in eiusmodi operationibus nondum
est in actu: nisi in uia ad operandum: in quo ordine ad futurum respiciendo essentia uel potentia sim
pliciter uocatur. Nihilominus assumpta tota hac dispositione simul in actu est: inq̃tum in hoc nūc ope
ratur: & in potentia respectu aduenientium. Nec intelligas quod potentia uel dispositio in uno manēs
in alium transeat: nisi quod ista dispositio ad actum seu ad operandum deducta aliam similem disposi
tionem generat: ut iste homo alium hominem: & iste equus alium equum: in quibus generatis actus &
potentia sunt ueluti in generatoribus: Tandem alii actus & alie potentie & nō idem. ¶ Actum uero
& potentiā dicim9: in quacunq; creatura: eo quod in aliis agētes sumus. & ab eis passibiles. Insuper in
tempore uel in aliquo discursu operaturi sumus. & operari quecunq; uolumus in discursu: aut non in
uno solo instanti indiuiso materiam possibilitatem seu potentiam dicit. & sic quia deus solus in uno so
lo instanti omnia potest. & nil de priori neq; posteriori in ipso cadit asserimus deum actum purum
esse. nil de possibilitate continentem: quod ad futurum tendat. Vnde in deo non est ponenda natura:
eo modo quo de creaturis dicimus: & tamen ipse potestatem habet: que qdem potestas ipse deus simpli
citer est ad creandum seu operandum quicquid uult. Verumtamen ex parte sua in uno solo instāti ope
ratur. & non in discursu. Vbi uero nullus discursus de priori ad posterius: nulla essentia absq; perfecta
existentia de presenti datur. & secundū cōmunē uiā essentia assumitur p natura ad futurum tendente.
In deo nil tendit ad futurū: seq̃tur nullam talem naturam in ipso esse. Quocirca uidet rectius in deo di
ci posse substātiā q̃ essentiam: eo qd oīs substantia de presenti omnino operari dicit. & non omnis eēn
tia de presenti opat: uidelicet totaliter. quū essentia sepe uocetur inquantum ad futurum tendit. Tamē
hic ecclesie doctoribus parendū est: dum de diuina essentia agunt: licet quod ita possumus substantiam
q̃ essentiā dicere: & fortasse rectius: ut dictū est: in deo tm̄: in creaturis uero non circa naturam loquen
do per quam posteriora eueniunt. & presentialia transire possunt ad operandū de hoc nūc ad aliud.
¶ Et hic alteram naturā remotiorē & alteram propinquiorē circa generabilia & corruptibilia esse
dicimus. remota natura uocat potentia seu dispositio in celis & elementis ad administrandum his infe
rioribus posita: que uero dispositio semper eodem modo durat: hoc est: quod nunquam corrumpitur:
licet quandoq; perfectius & q̃nq; imperfectius se habeat: saltē nūc in hoc loco & postmodum in alio.
Nature siquidē propinque denominant habilitates siue dispositiones in his particularibus generabili
bus & corruptibilibus posite: & tñ in istis unaqueq; dispositio simul cum continente ipsam corrūpitur
licet ab intrinseco materia ipsa semp obseruet generandi & corrūpendi proprietates: ut postmodū for
tassis latius patebit: nā quū unaqueq; dispositio rerū particulariū per generationē & corruptionē pri
cipiū hēat: necesse est p corruptionē finē habere. Sed assumendo rerū principia eo q a deo immediate
creata: semp suas proprietates ab intrinseco obseruāt: & oīa pticularia corporea generabilia & corru
ptibilia ad pticulare esse deueniunt: tāquā ex nouo respectiue ad hoc pticulare. Vn̄ fit qd in tali signo
trāseūdi ex hoc ad illud pticulare: tāquā in pura potentia nos hēmus: respectu operationū futurarū itel
ligas: qa nil de acqsito hēmus ad eiusmōi pticularitatē spectante: idest de acqsito ppriis operibus nr̄is.
& sic eodē mō mēbra hois aliorūq; animaliū in pura potētia sunt: uidelicet penit9 ad futurā operatio
nē tendentia ueluti intellectus noster. qm̄ itellectus hois uocat in principio oino possibilis ad futurum

respiciendo:& qđ nihil adhuc p seipsum acqsiuerit licet itrinsece propria natura operetur ad euitādā nature ociositatem. Talis uero operatio non est per ipsum intellectum acquisita:nequidem ordinata. Idcirco possibilis uocatur ad acquisitam operationem respiciendo. Sed quia ab intrinseco in quocūq; signo operatur una cum hac possibilitate agens uocatur:eo quod realiter est in actu de presenti & in seipso aliquid operatur. Attamen in aspicientia ad futurum tanquam nudus se habet:& sic in pura potentia denominatur. Sed quum intelligere incipit non dicitur omnino in pura potentia:eo quod iam aliquid de extrinsecis acquisiuit:& tamen in potentia semper respectu futuri. Quoniam uero illa potentia facta est habilior ad cito operandum uel concipiendum:q̃ ꝙ in principio erat:nō potest in eo tūc intellectus omnino in pura potentia nuncupari:quum iam ualde habilitatus sit ultra id quod primitus erat: In quo signo potius agens q̃ possibilis uocatur:& in principio econuerso. Quoniam agens & possibile dicimus respectiue ad agendum in aliis:& concipiendum ab ipsis causa opandi de presenti. ac de aspicientia ad futurum opus. uerum absolute capiendo non intellectus agens:neq; possibilis: Sed intellectus tantum denominatur:eo quod unus & non plures:licet de actu & potentia constans siue de habilitate ad conuersandum & conuersari. & animaduertas:ꝙ in eo modo assumitur esse essentie naturale & accidentale:nam ueluti pōt inferri. iste puer est grāmaticus:& sapiens est architector in potentia. eo ꝙ habilis ut quandoq; fiat grāmaticus:sapiens:& architector. Sed de presenti neq; hoc neq; illud recte denominari potest:nisi inq̃tum ad futuras acqsitiones aspicimus. Sed hec habilitas non est grāmatica non philosophia:non architectoria:licet causa sine qua hec non acquirunt. Et pariter in naturalib9 capiendum est:nam hic puer habilis est ad trāseūdū de futuro in patrem. ¶ Nequidem est assumēdū: ut nonnulli imaginati sunt:quod in pura potentia dicatur per aliquod signum anteq̃ res sint ut de rosa in rosario sepe exemplare solent dicendo:rosa est in hyeme in rosario in esse essentie:& id quod nūdum est:absurdum erit inferre:quod in aliquo loco sit. Vnde dicendum est in hyeme nulla rosa est : sed rosarium potentialem habet materiam:idest habilem ad generādum rosam:quum uenit estas: uel aliud rosarium sibi simile: Rosa uero non est in rosario in aliquo modo essendi:nisi per id tempus quod in rosario est materia:que denuo per generationem in rosam transit. hic puer continet dispositionem generandi filium:licet quod remota:si paruulus est:& tamen non est pater quousq; generet filiū. Nulla enī materia potest esse homo:donec in homine generetur:& pater & filius in actu generandi has relatiōes acquirunt:non prius neq; posterius:licet quod materia generandi prius erat. & etiam materia generatiua in animalibus:in plantis:lapidib9:mineralibus elementis:& celis. Verum in nullo istorum ea materia est homo:quousq; per aliquem hominem in homine generetur. falsum est igitur inferre:quod filius sit in patre:aut rosa in rosario:ante generationem:eo quod in eo tunc neq; iste puer est pater:neq; illa materia filius:ita quod non potest dici in tali nunc filius est in pura potētia:nisi in signo generationis aut paulopost. Quando nil de operationibus futuris sibi attinentibus adhuc acqsiuit. ¶ Sub quo acquisitionis respectu:in eo tunc embrius uel filius est in pura potētia sine esse de futuro:sed in presenti embrius seu filius ens est:quoniam in esse actuali manet:tamē imperfecto respectiue ad maiorem perfectionem:quam per doctrinam expectat in ea specie. ad quam nouiter deducitur. At uero īquantum materia seu res substantia aut aliquid perfectum ens est. Nam propriam habet operatiōem : atq; actualiter manet:licet in eo tunc nil de aduenientibus ad extra illi speciei competentibus acquisiuisset. Verū in eo quod ens perfectum est:qa de esse & essentia seu de actu & potentia oīno constat:& ubicunq; actus & potentia simul:ibi aliqua intrinseca operatio. probatur ens prius esse q̃ potentiam :eo quod ens de presenti dicit & potentia seu possibilitas ad futurū:& est prius est q̃ erit:prius perfectum:q̃ iperfectū licet inquantum materia ad uarias species tendit:in eo principio tendendi imperfecte se habeat respectiue ad eam speciem:in quam transitura est materia. Sed inquantum materia est substantia:& substantia dicit de presenti substare res perfecta est:uidelicet:ens de actu & potentia constans:potentia tāquā natura aduenientium:& actus substentatio seu presentium operatio. Vnde nulla res nulla materia de presenti considerata est in pura potentia:nisi in eo qđ ad futurum tendit: Et quum prius sit presentia q̃ nō presentia:eē q̃ nō eē:seqtur qđ oēs creature prius sunt fuerūt & erūt in esse existenti:q̃ non existenti. Quoniā prius est actus generādi:& congregant̃ forma & materia simul ī actu:q̃ aliqua materia fili9 uocetur. Et quū creature in prio signo sint entia:quū de esse & essentia:uel de actu & potentia cōstēt: & deus nil habet de priori neq; posteriori:proculdubio manifestat̃:qđ nos nō sumus in esse eēntie ī deo ab eterno. Nā si in ipso aliqn̄ in esse essentie maneremus:de necessitate sequeret̃:in deo eē cōpositionē de actu & potētia:tāquā de materia & forma:quod absurdū est imaginari:quū ipse oīno actus purissimus sit:nil de materia seu potētia cōtinēs:& ubi nulla potētia siue possibilitas:nulla qdē dat̃ opatio ad futurū tēdēs. Quapp palā cōcedēdū est:qđ de9 in istāti absq; priori & posteriori ex pte sua in eē ponit q̄cūq; uult:& qꝛ nulla res in eo eē pōt in eē potētiali:quū deus nil de possibilitate ad futurū cōtineat. Et in hoc loco aspectis supioribus:facile uidere possumus:qdnā significet:dū essentialē diffinitionē dicimus:aut hoc est essentiale huius rei:qđ de cōi cōsideratione essentialis diffinitio seu essentialis proprietas pro forma intrinseca ac perfectiori totius rei accipit̃:& tādē assumptis antiquorū & sequaciū pricipiis:econuerso dicendū esset:hoc est ꝙ ubi essentiale de cōi cōsuetudine pferim9:essēsiale diceremu9:eo ꝙ iuxta āntiquoꝝ & modernoꝝ pricipia eē se hēt tāq̃ forma:& eēntia tāq̃ materia uel simplex potentia:

¶Licet plato dicat quod materia prima seu uniuersalis uel abstracta simul.sint huius particularis mundi exemplaria:& etiam quādoq; hec abstracta tanquā forme nuncupari uidentur.At uero in his non decet festinatim decurrere : nisi prius uiderimus qualiter uniuersalia & absq; existentia forme esse possunt : aut quomodo huius mūdi exēplaria dicanť.Nā res existēs & res inexistēs multū iter se differūt.& ubi magna interest parua aut nulla similitudo dari potest.unde mundus abstractus non est exēplar mundi concreti: quia non similis ueluti patet dum hic per unam formā aliam similem edificamus.itaq; necesse est hic exēplar itelligi pro massa uel chaos:in quo esse aut forma elaborare potest : ueluti architector in luto ligno uel lapide aliquid edificat:& hoc lutum hoc lignum hic lapis tanquā subiectū siue subsistentia illius edificationis se habet.& tñ non loco forme:hoc enim magistro attinet sine aliis instrumentis ibi occurrētibus tandem in loco fundamenti seu masse super qua edificatur exemplar nūcupari pōt.& forma ex eo quod naturaliter loquēdo sine illa massa seu materia nullū cōpositū fieri potest : & sic uocari potest forma idest fundamētū super quo pticularia laborant. ¶Aristoteles septimo methaphysice inquit:Materia nō est quid nec quantū nec quale nec aliquid eorū:quibus ens est determinatū. ¶Et primo physicorum.Materia est ex quocūq; aliquo fit aliquid quum insit per se & non per accidens.scilicet materia est de quo simul cum aliquo alio aliquid fit:aut per aliud fit aliquid de ipsa materia. ¶Auicenna & alii quamplures ipsum sequētes aiunt:equinitas est tantū equinitas:non hoc neq; illud nisi equinitas tantū omni actu carens.Vnde secundum istos palam pbatur:qualiter equinitas & alia abstracta que formas denominare solent tanquā prima materia seu essentia sine existentia se habent. ¶In quo processu sane uideri potest: qualis sit ista diffinitio:& alie similes.homo est animal rationale & mortale ipsum dūtaxat in esse essentie imaginādo. ¶Circa quod signum nullatenus per formā diffiniri potest.& secundum omnes sapientes omnes uere diffinitiones seu earum fines ad formā deueniunt.& omnis forma particularis est : & in actu. Si enim forma in uniuersali esse essentie absq; existētia daretur:precise idem esset prima materia & prima forma:quod stare nequit. ¶Quāobrem falsa est hec diffinitio seu ignauiter posita : dicendo homo est animal rōnale & mortale:dum ipsum in esse essentie sine existentia imaginaremur:quoniam rationale ex ppinqua ratiocinādi aptitudine dicitur.& dicimus propinqua.quoniā iam ipsa realiter est in esse:quāuis ad extra nō operetur.& mortalitas a moriendi dispositione dicitur.tandem non est tam propinqua mortalitas quam rōnalitas in hoībus.Mortalitas enim ad futurum dūtaxat intelligitur.tandem deducitur ad actum & rationalitas de puncto infusionis anime usq; ad ultimā separationē. ¶Et siquis īfert quod in esse essentie est homo seu animal rationale & mortale potētialiter.respondeť falsum esse hoc psuppositū quoniā non ualet argumentū de illo:quod nondum erat ad illud : quod est:siue de illo quod est in una specie ad id:quod erit in alia.Caro que nūc est in ariete:transit postmodū in carnem hoīs per dissolutionem illius speciei:in qua nunc manet.& in generatione in humana specie idest in carne hominis.Sed nō ex hoc carnem arietis uidendo ualeret dici:hec est caro hominis quū alia & alia species.Et dum de uariis speciebus cōsideramus nullatenus aptitudinaliter neq; aliusmodi hec illa & alia uariarū specierū sub una & eadem diffinitiōe diffiniri possunt.& taliter quāplures antiqui & moderni decepti sunt non assignādo maiorem differentiā inter species & species diuersas subiectaliter assumptas:quā inter unam rem & actus suos. ¶Gratia exempli iste homo non ridet non currit neq; ratiocinať:nihilominus in actu est homo: & nullum datur aliud medium inter ipsum & operationes suas.unde rōnabiliter ualet hoc: homo est currens risibilis rōnabilis : uidelicet iam est ita pportionatus ad hoc operandū quotiescūq; uult sine aliquo alio medio : & intrinsece semper aliquid operatur eo quod ad euitandum ociositatem nature.unaqueq; res parum uel multum semp operatur intrinsece uel extrinsece.Sed dicendo hec herba est mēbrum hois: quia quādoq; ab aliquo homine comeditur:& in substantiā membrorum eius transit:est penitus uanum.

¶Et sic ad nostrum fundamētale propositum per omnes ponentes uniuersalē essentiā patet sine aliqua forma esse tanquam simplex prima materia absq; aliquo esse. ¶Vnde asserunt deductam esse essentiā ad existentiā siue perfectionē per esse.Et dum hominem diffinimus non ibi simplicitatem sed materiā & formā atq; earū pprietates designamus.rationalis enim a forma dicitur:& mortalis a materia: & animal siquidem materiā & formā simul dicit:& ista etiam est cōmunis diffinitio multorꝝ dicētium aīal est tantū substantia animata sensibilis.unde hic substantia pro materia assumitur:& anima seu animus pro forma. quapropter non in esse essentie physicaliter nequidē alterius modi in esse essentie uniuersali sine existētia ista diffinitio stare potest. ¶Dicimus homo est animal fundamētaliter assumendo non ex eo:qđ abstractum nisi quia de materia & forma constat essentialiter: hoc est fundamētaliter.unde nondum cōsideramus de qua forma siue de qua materia:sed de materia & forma tantū: quem deinceps ad proprietatē forme rōnalem denominamus:& ad pprietatē materie mortalem.Et animal manifeste duo infert: uidelicet animā & corpus:& tamen ab anima animal denominať:& postea diffinitur non autē a materia:ita quod

ubi non est forma:recta diffinitio dari non potest:& in esse essentie nulla est forma.quoniam ubicunq; forma ibi necessario existentia. Alie forme siue ꝓprietates aduēticie:que postmodū principali materie & principali forme adherent:non uocant essentiales idest non fundamētales:ueluti album nigrum rubeum frigidum calidū magnum paruū bipes & similia.quoniā he forme nō in primo signo hominis sunt:Sed tanquam aduenticie.& sic non ingrediunt in essentialem diffinitionem:nisi formaliter:aut forte melius contingenter. Attamen naturaliter quoniā anime rationales sensuales & uegetatiue forme sunt: sed essentiales. Album uero nigrū & similia cōtingentia forme. Non autē intelligas quod hic essentialiter pro abstracta siue uniuersali essentia capiamus. Tunc enim non ualeret diffinitio uniuersalis essentia: forma & alia plura adherentia sunt in potentia ad se uniendum & resultandum in homine:ergo essentia absq; existentia est animal rationale & mortale.quia hoc ad ephesios uenit.quum inter hoc & illud per uaria media & species trāseūdum sit:antequā fiat.& nulla diffinitio unius speciei ualet in alteram:ut superius uisum est. ¶Ita quod talia asserere in blasfemia nature est.

¶Qualiter nō possunt idee absolute seu in pura potentia stare:si prima materia absolute dat quū inter sepationē idearū ab ipsa prima materia oporteat aliquas formas occurrere. Cap.clxv.

¶Hic forte facilius quā alibi uideri potest:quonā pacto chaos intelligat:an a natura detur uel ne:& primitus de antiquorū sententia scitandum:presertim in platone:quum ipse inter philosophos quos inueni mus altius in similibus ascendisse uidetur post mercurium trismegistum sine aliquo enygmate loquendo. qui tandem in prima cōsideratione inquit:ideas siue abstracta esse ponenda tanquā exēplaria huius sensibilis mundi:& super quacūq; specie istarū rerum unam abstractam uniuersalitatem cōsiderabat.utpote super homines abstractam humanitatē:& super equos equinitatē quam doctrinā plures religiosi & irreligiosi secuti sunt.& hi non posuerūt:quod ista abstracta ab aliquo chaos seu prima materia depēderent. Plato enim duos mundos dicit:unum increatum tanquā exemplar idest omnes idee uniuersales simul:& alterum creatum siue ad particularē actum deductum:quoniā has ideas considerauit in esse essentie sine existentia esse scilicet in pura potētia. ¶Nunc sic:si he idee siue abstracta ab alia pria materia in chaos manente dependent : quis deducit aut separat has ideas a prima materia.quum utrunq; asseratis esse in pura potentia.& ubi nulla occurrit forma seu actus:impossibile est aliquā diuisionem cōtingere.unde si prima materia est antequā he idee oportet ibi aliquas formas actuales poni:q̄ has ideas a prima materia uel a chaos segregent.& tūc forme seu actus fuissent antequā idee.& idee dum essent necessario in actu: quoniā per formas haberent esse diuisum a prima materia uel chaos.per omnes ponentes similes ideas: asseritur eas non esse in actu nisi in pura potentia.igitur prime sunt & a nullo alio primo chaos depēdere possunt:saltem naturaliter loquēdo.quia si ab alio naturaliter depēdent per aliquem actum dependent.& ubicūq; actus ibi ꝑticularitas siue singularitas & realis existētia:ex quo necessario cōcedere oportet quod si idee dantur sunt prima materia rerum naturalium cōponibiliū:& non aliquod aliud chaos. & he idee seu uniuersalia in abstractis chaos esse non possunt:quoniā nullum abstractū in altero cōuerti pōt:neqdem esse idem.& sic in cōmunibus scholis habetur:equinitas est tantū equinitas:& nil aliud:non igitur cum humanitate nec quacūq; alia re cōuertitur.quūq; plures idee seu abstracta hoc modo imaginent:& alterutrū omnino incōuertibile ꝓculdubio restat in chaos non esse neq; idem. ¶Licet omnes ideas simul rationabiliter chaos uocent:eo quod sine actu & tāquā eas ociosas in natura manere dicūt: quod etiam de naturali & diuina ratione male sonat:quod aliqua ociosa dentur.& sic ꝓbatur iuxta antiquorū & modernorū principia:nullum esse chaos nec alteram primā materiā in abstracto seu in pura potentia:nisi q̄ idee tantū : & tamen non concedimus dari similes ideas extra imaginationē. Nam esse nostrū corporeū sensibus patet ab elementis & influentiis radiorum atq; stellarum dependere:animas uero ut uegetatiua & sensitiua a uegetabilibus & sensibilibus.& intellectiuā a deo solo tributam dicimus.que omnia in actu sunt.quocirca nullā necessitatē habemus de aliquo chaos seu omnino indistincta materia: & dicimus omnino indistincta:quoniā inter has materias alia magis particularis & alia minus inuenitur: & quanto magis uniuersalis tanto ad diuisionē aptior.& tamen ubiq; diuisibilis est ut in corporibus nostris patet.quum finaliter post uarios discursus ad alias diuersas species transeant. ¶Aristoteles primo de celo & mundo ait particulare est particulare secūdum materiā. Deinceps materia est causa esse & non esse. ¶In quibus quidem uerbis plures decepti sunt imaginantes : quod particularia seu singularia de mente Aristotelis sint talia seu indiuidua ex causa materiei.& Aristoteles palam dicit particulare est particulare secundū materiā : scilicet est pars diuisa ab aliis partibus.unde oportet a materia originari inq̄tū pars est:quoniā forma indiuisibilis.& sic ex parte forme unaqueq; res tota uocatur seu singularis nō aūt pars quia non diuisibilis.nequidē altera forma diuisa.unde recte dicitur particulare est particulare secundum materiā:quia particulare diuisum dicit & secūdū formam indiuidua asserimus. ¶Secundo de aia Aristoteles:indiuiduū est unum p formā suam.qua de re habemus quod forma indiuidui sit causa indiuiduationis.itaq; de mente Aristotelis dicendū est indiuidua seu singularia esse secūdū formā:& ꝑticularia secundū materiā. ¶Et dicendo materia est causa esse & non esse:de esse tali in his ꝑticularibus intelligi

tur eo:quod nunc sunt in hoc modo & postea in alio.Materia enim cōgregatur & separaē.Sed ex parte forme eo quod indiuisibilis seu incorruptibilis semper res eodem modo se haberent.Non autē intelligēdum est:quod res sint totaliter per materiam:& causa ipsius materie ānihilentur . nisi esse & non esse pro aliter & aliter se habere. ❡Et sic in hoc loco de mēte Aristotelis & naturali ratione uideri potest materiam esse principium pticularitatis & formā indiuiduationis siue singularitatis principium.quoniā stare non potest:quod illud quod est fundamentū diuisionis sit fundamentū uel principiū indiuiduationis.indiuiduatio enim de se refert diuisionis repugnātiā: & materia de natura sua diuisiones amat.unde fit q̄d per formas sumus indiuidui seu abhorrentes diuisiones.& per materiam pticulares idest ab aliqua massa diuisi.& ab intrinseco sepationem appetentes.quocirca dicēdum est materia est subiectum in quo forme laborant:& plura indiuidua faciunt.& hoc fundamentum ad ꝓbandum anime īmortalitatem optimum est.Nam quicquid de se indiuiduū agit:natura diuisionem abhorret.& quicquid natura diuisionē abhorret.ab origine est inindiuisibile.& quicquid indiuisibile incorruptibile.& quicquid incorruptibile.si semel uiuit:uiuit semp:anima nostra agit indiuiduationes & ab intrinseco indiuiduorū diuisiones abhorret:& cognoscimus ipsam interdum uiuere.igitur absq; corruptione manet ac semper uiuens.

❡Qua de causa in predicamētis singulare pro plurali sepe ponatur:de quo plurime dissentiones inter homines oriuntur. Cap.clxvi.

Rationabiliter dicere possumus quod ad euitandas tot dissentiones pdicamēta rectius in plurali quā in singulari ponerenē.exempli gratia: dicimus substantiā aliam corporeā & aliam incorpoream.& quo ad ueritatem non solum alia & alia:sed & alie atq; alie sunt.quia sicut celi & elementa de uariis essentiis constant itidem & de uariis substantiis:& inter corporeas substantias deus non est eiusdem substātie cum angelis & animabus:nec sensitiua anima cum celis & elementis:& corpus animatū non est unū solum neq; inanimatū unū nisi plura ac uaria corpora. ❡Animal nō est unum solum corpus sed plura animalia: neq; homo unus solus sed plures.quāobrē si in principio fuisset talis ordo institus:q; diceremus unusq;sq; homo est aliquod animal omnia animalia currunt:igitur omnes hoīes currunt.omnia corpora animata de substantiis constant:ergo omnia animalia substantie sunt. ❡Omnes substantie de quibus corpora nostra cōponibilia & separabilia sunt dicunē corporee.itaq; omnia corpora sunt corpalia: per hanc uiā nulla opinio de uniuersalibus abstractis emanaret : licet quod in re & apud eruditos idem est inferre oīs homo currit: ac si dicereē omnes homines currunt.Omne animal currit ergo omnis homo currit : idem est ac si diceremus omnia aīalia currunt.igitur omnes homines currunt.Omne corpus animatū est substantia:ergo omne animal est substantia:nil aliud significat : quā ꝓnunciando omnia corpora animata sunt substantia uel de corporeis substantiis : neq; aliter de corporibus ad substātias intelligēdum erit:& sic palam omnibus extitisset quod in ordine predicamentoꝝ loqueremur.Sed quia in nominādo unum plura in uoce itelligunē:quoniā singulare in loco pluralis positum est:quāplures homines uarias & diuersas imaginationes assumunt:ex eo q; dicendo omne animal currit de homine equo & aliis similibus intelligitur.quidam imaginati sunt quod animal sit quoddam uniuersale abstractum.sed circa id quod inuenire possumus:ut iam superius patet:nulla alia uniuersalia a principio nostro essendi & continua administatione occurrūt:nisi deus celi elementa.& patres.Deus autem ad creandas rōnales animas: & ad nobis ipsas infundendum:& anima mundi ad sensuales exhibendū:Sed de hoc uno per abstractū causa conuenientie uel disconuenientie nulla inuenitur regula.& si de ratione esset:quum absolute dicimus aīal currit absq; aliqua pticularitatis determinatione:deberemus intelligere omnia aīalia currunt:aut per excellentiam uniuersale animal currit.Nam sicut dicēdo angelus ꝓpter dignitatē de michaele intelligiē.propheta de dauid:apostolus de paulo:& philosophus de Aristotele:quo ad plures quomodo si animal uniuersale est in re dicendo absolute animal currit:de ipso non intelligaē: quia ita accipimus hominem sicut & equum de isto aut illo.Vnde oportet quod simul cum animali dicatur : omne animal currit:& omne de uirtute sermonis nūquam de uno solo dicit : sed de pluribus.quocirca non decet omne aīal pro uno seu abstracto intelligere:nisi tantum pro isto & illo.& si non ponimus hanc additionē omnis homo: nullatenus uniuersale intelligimus.Itaq; penes sermonē ac ceteros effectus non est dandus homo uniuersalis: neq; idem animal uniuersale:nisi in uoce seu modo pdicationis. ❡Vniuersalia enim diuersimode assumuntur.Nam deus celi elementa atq; similia uniuersalia super nos sunt:de quibus dependemus cōponimur & gubernamur.& sic sine eis esse non possumus uel si modo corrumperenē. ❡Vniuersalia quoq; aliter dicimus.Veluti dum quisquā in uariis se exercuerit:quēadmodū princeps qui ad plurimoꝝ administrationē oblatus est.& qui uarias scientias aut artes nouit is utiq; uniuersalis uocaē. ❡Dicimus panis est uniuersalis cibus apud homines intelligēdo quod cunctis aliis cibis sit nobis necessarior.Similiter dicimus non pōt animal diu sine cibis uiuere:& hic minime capitur animal in cōmuni: nisi in isto illo atq; aliis:quia animal in cōmuni abstractum quod sit aut non sit:nil ciborum indiget.& sic ꝓnunciando animal sine cibis non potest uiuere uniuersaliter ad omnia particularia extēditur.& dicimus uniuersalia qa ad plures similis utilitas uel necessitas pertinet:& cibi non sunt quoddam uniuersale ; nisi ille cibus & ille

cibus.& tamen dicimus in uniuersali omnia animalia indigent cibis: in quo quidem nil penitus uniuersa le in re occurrit: nisi prticulariũ ciborũ multitudo.& uaria itidem & particularia animalia. ¶Preterea multi decepti sunt penes hunc terminum dicentem conuenimus in unum fere si unicum abstractum esset id utiq; nil aliud est quam si diceremus simul conuenimus. Nam de uirtute sermonis saltem in uariis ydiomatibus pro simul manere uel ambulare dicimus manent in unum: & in unũ uadunt: intelligendo quod simul manẽt uel uadunt. latine uero una pro simul capitur.& apud omnes linguas dum super intellectione alicuius rei cõuenimus dicitur iste & ille una conueniunt: idest sententia istius est similis sententie illius de tali re pertractando. Et hic non intelligimus quod in illa unica re tãquam in ipsa positi cõueniamus. nisi in sententiis tantum eo quod mea cum tua conformis: ut ꝓbatur. Nam similiter dicimus ego & tu in unum circa uaria cõuenimus. Vnde patet quod ista dictio in unum simul significat uarias inter se cõcordes sententias. non tamen pro rebus de quibus tractamus: aut uia per quam ãbulamus. si enim diceremus conuenimus in unũ per unicum extremũ uniuersale seu prticulare de nobisipsis: qui operamur uel recordamur nullam hic mentionẽ ageremus: Quoniã ego conuenio in illo uno: & tu etiam in illo uno.& sic nulla inter nos similitudo uersabitur: quod contra quecũq; sensum & intellectum est omnino falsissimũ: queãdmodũ per concessa ab uniuersalistis propalaẽ: ut in alio capitulo demonstrauimus. ipsi enim simul cum aliis religiosis de diuinis ꝓferentes inquiunt: quod pater filius & spiritus sanctus idem sunt in essentia eo: quod essentia dei est indiuisa. ¶De hoĩbus uero aut aliis rebus longe aliter asserunt: quia unum quẽq; hominem ab altero in essentia distinctum ponunt: ita dicentes essentia diuina nequaquam a personarũ distinctione diuiditur: sed humanitas uel natura humana est a distinctione hominũ diuisa: uidelicet in isto illo & alio. ¶Nunc sic: si diuisa quomodo una: & si non una: qua ratione in uno conuenimus. ut tu uis imaginari: quia concedis humanitatẽ esse multiplicatã.& quod humanitas mea non sit idem cum humanitate tua: quum uero multiplicata in multis humanitatibus cõuenimus & non in una sola: & hoc modo rectius consonare potest: quoniã humanitas mea: quum similis sit humanitati tue: nos utiq; sumus similes: & similis relatiuũ refert: quod unum solum esse non potest. Iccirco non per unum solum conuenimus: nisi per copiam seu multitudinẽ plurium similitudinũ: quum unum solum non sit similitudo ex eo: quod oportet ut sit relatiuum ad aliud.

¶Recollectio atq; declaratio plurium principiorum: tum simplicium & tum cõpositorum: in quo facile plura agnosci possunt que in aliis locis obscura sunt. Cap.clxvii.

¶In hoc libro per uaria capitula tum de prima materia & tum de esse essentie tractando multa de rerũ principiis tacta sunt: & tamen hic ad finem approximãdo quedam in modo recollectionis de ꝓcedentibus dicemus: ut clarius atq; facilius pateat: scilicet quid sit essentia quid quiditas quid natura quid prima materia quid substantia quid accidens & quid illorum cum alio cõuertatur: & quando non cõuertatur similiter dicetur: quid pro prima forma uniuersali in quibusq; rebus saltem generabilibus & corruptibilibus intelligatur. Et in primis de esse essentie sine existentia uideamus eo: quod habita cognitione de ipsa essentia facillime de quiditate natura & prima materia intelligemus: & etiam inspectis aliis uariis superioribus capitulis hic de esse essentie absq; existentia parum restat dicendũ: quum iam in pluribus locis explicauimus quid sit. ¶Esse essentie absq; existentia nil aliud est quã respiciẽtia de hoc modo manendi ad alium diuersum: uel saltem mutatio de loco ad locum: licet quod per solam mutationẽ de loco ad locum dum res de specie in speciem non transit non infert de materia ꝓprie dicta constare. ¶Super quo fundamento octauo methaphysice Aristoteles inquit: forsan quedam naturalia non habent materiam: uel si habent non habent talem qualem generabilia & corruptibilia: sed solum habent materiam mobilem secundum locum. ¶Et subdit non omnium est materia: sed quorum est generatio & trãsmutatio adinuicem: quia quecũq; transmutari non possunt non habent materiam. ¶Et postmodũ corpora celestia non habent materiã: que sit in potentia ad corruptionẽ: sed materia eorum est ens actu: scilicet corpus: & ideo dignius habet hoc nomen subiectum quã materia. ¶Secundũ has expositiones Aristotelis materia proprie assumpta nil aliud est quã ens ab intrinseco trãsmutabile ex una specie in aliam: & quod nõ repugnat sibi magis manere in ista quã in illa quantũ de se est: ueluti ea materia que nunc est in isto homine alias stetit ĩ specie ignis: quãdoq; aeris: quãdoq; aque & quãdoq; terre iam in herbis & iam in arboribus: tum in animalibus brutis: & tum in aliis hominibus: interdum in domibus & aliquãdo in armis: aliisq; huiuscemodi intelligendo.& quia celum nunquã transmutaẽ de specie in speciem: sed tantum mouetur tanquam de loco ad locum: licet non proprie de loco ad locum sed potius ad circumferentiam cõsiderãdo totum celum simul: quoniã semper in uno & eodem loco mouetur: non mutatur de loco ad locũ: sed considerando partes in ipso celo ueluti de uariis stellis aliqualiter dici potest de loco ad locum moueri: & tamen quia non omnino ꝓprie nequidem de specie in speciem transire potest: quod est de uera materia. sane teneri põt in celo nõ esse materiã ꝓprie dictam: sed quod sit subiectum extensionis coloris atq; motionis: sub quo ordine ea que minus mobilia sunt in transeundo de specie in speciem penitus perfectionẽ significant. Vnde fit quod si deueniendum est ad aliquod perfectissimũ: oportet quod imutabile sit penes

quaſcūq; mutationes.nam dato quod mutatio ſola de loco ad locū non dicat proprie materiā ad minus
materie ſimilitudinē infert eo quod aliter atq; aliter ſe habet. ¶Inſuper quicquid mouetur de ſeipſo ꝓ
bat omnia non cōprehendere : quicquid enim omnia cōprehendit omnia implet: & quod omnia implet
id utiq; imobile: quia non habet locum in quo & locum ad quem:quum nulla extenſio ſeu locus extra ſe
dari queat:ex quo in uno ſolo inſtanti omnia in actu comprehēdit: ut per principia iam poſita probari
poteſt:quum materia proprie dicta aut principium omnino imperfectum ſubſtantiam dicat:uel quoddā
trāſmutabile abſq; repugnantia de ſpecie in ſpeciem:& aliud principium proprie dictum.Sed non oīno
perfectum ex hoc loco in alium mutari poteſt: & tranſmutatio de ſpecie in ſpeciem ac de loco ad locum
temporis tarditatem denotat eo:quod ad alium locum moueri futuram operationem indicat:atq; muta
tionē ex iſta ſpecie in aliam aduenietem.Quocirca quicquid poteſt mutari eſt in poſſibilitate ad futuras
operationes. ¶Poſſe mutari ſic uel ſic:& non poſſe mutari ſic neq; ſic:uere cōtraria ſunt.Vnde neceſſe
eſt ſi res mutabiles quomodocūq; capiatur eſt in potētia aut poſſibilitate ad futuras operationes:qcquid
penitus imutabile nil continet de futuris operationibus:quum ad ipſas neq; ſic neq; ſic moueri queat.cō
ſtat igitur tale ens actum purum eſſe : hoc eſt cuncta ei attinentia in uno ſolo inſtanti preſenti operans.
quoniā ubi non datur futurum minime preteritum:& hec eſt proprie uia inueniēdi ſupprenū ens immu
tabile actum purum totum equale nil in ſe magis neq; minus continens:& nil prius neq; poſterius ſed to
tum ſimul perfectum cuncta in ſe ab eterno continens. ¶Reliqua uero entia quia ſic uel ſic mutantur
aut mutari poſſunt aliquid de materia eſſentia aut potentialitate cōtinent:quapropter non oīno pfecta
¶Sed redeundo ad principium in quo diximus nos eſſe declaraturos de eſſe eſſentie ſine exiſtentia qui-
ditate natura & prima materia atq; uniuerſali forma:ita dicimus quod omnia hec tanquā nomina ſyno-
noma aut fere ſynonoma de una ſola re diſtribuunt:tamē nō de re reali ſed imaginaria:& quia imagina
ria abſq; exiſtentia dicitur:licet quod omnes res atq; omnes eſſentie de preſenti exiſtunt in ea ſpecie qua
manent:Ea uero que trāſmutabilia ſunt de ſpecie in ſpeciem: dum nos de hac mutatione in futuras ſpe-
cies conſideramus:illa materia que nunc eſt in iſto homine inquantū tranſitura per corruptionem & ge
nerationē in herbam in uermē in arborem terram aquam aut ſimilia: dicimus quod dum in iſto homine
manet:eſt in eſſe eſſentie abſq; exiſtentia uel actu de illoꝝ futuro qd expectat.Sed in iſto homine tota ipſa
materia eſt in actu de preſenti:ac propriam formā habet : & repugnat ſibi dum in homine manet aliam
aſſumere formā:uerum ab intrinſeco nō repugnat ei plures atq; plures formas recipere eo quod per ge
nerationē & corruptionē ad tranſeundū per uarias ſpecies apta:& in quacūq; ſpecie nouam aſſumit for
mam uel figuram.Nihilominus ſemper materia aliquam in ſe uniuerſalem formam:ideſt aliquem actum
obſeruat:quādoquidē in materia que nunc eſt in homine uiuo:dum deſcendit in cadauer:etiam eſt com
poſitio de actu & potentia ideſt de materia & forma intrinſece aſſumpta in ſperma generationis.Simili
ter actus & potentia ſunt que materia & forma ab intrinſeco denominant.hec autem potentia ſiue ma-
teria & actus ab intrinſeco aſſumpti uel uniuerſaliter non generant neq; generant: ſed inquantū parti-
cularizant in homine in equo in leone in aquila in lapide in arbore & ſimilibus ſpeciebus forma & mate
ria generantur:& etiam generant. ¶Et eo modo quo de eſſentia abſq; exiſtentia dicimus aſſumēdum
eſt de prima materia inquantum ad futuros actus tendit:ac de natura proprie dicta.Res enim in futurū
uenientes nunquā euenirent:ſi res que nunc in actu manent ad futuras operationes non tenderent : in
qua poſſibilitate uel aptitudine futura manent in eſſe eſſentie:hoc eſt quod non euenirent ſi quecūq; de
preſenti nunc ſunt imutabilia eſſent.intelligas nō euenirent per naturalem curſum: quāquā per meram
creationē a deo factam euenire potuiſſent : quūq; hec poſſibilitas in ſuperioribus ſit principiū per quod
inferiora eueniunt : oportet quod per ipſam ſuperiorum poſſibilitatem miniſtrentur eo quod ad diſcur-
ſum temporis ꝓtenditur.& quia principium & cauſa per quam inferiora eueniunt & gubernant:recte na
tura denominatur. ¶Quiditas ſiquidem cum eſſentia aliqualiter idem refert in eo quod principiū:&
tamen differunt:quoniam eſſentia proprie dicta ſecundum ꝙ nunc exponimus nil de actu cōtinet.unde
ſub hac cōſideratione in ſolis dependentibus poni debet: non autem in deo.ibi enim tantum ſubſtātia.
¶Quiditas uero in perfectis atq; imperfectis recte ponitur eo quod de ſe ad actionem tendere oſten-
dit:exempli gratia.Materia de qua nos cōſtamus prius ſtetit in elementis:& tamen elemēta ab intrinſeco
generationes hominū atq; omniū animaliū aliaq; hic cōponibilia aſpiciunt:que aſpicientia proprie qui
ditas uocari poteſt:licet quod inquantū nondum eſt in actu in his ſpeciebus:quas aſpicit : denominatur
eſſentia abſq; exiſtētia:ſed inquantū de preſenti omnino aſpicit futuras tranſmutationes atq; ſpecies:in
quas illa materia eſt trāſitura proprie quiditas uocari poteſt:& eſſentia inquantū manet abſq; illo in quo
tranſitura eſt . & ſic in omnibus rebus inferioribus atque ſuperioribus quiditatem imaginari poſſumus:
quāuis tanquā abſtracta circa aures reſonare uideantur : ut diuinitas deitas que idem ſunt in deo.& cum
ipſo ſimpliciter cōuertibiles.Sed in eo ꝙ deus ſecundum imaginationem noſtram tendit per intrinſecos
actus alios priores & alios poſteriores ſecundum originem aut ordinem:& tendit ad creaturas tanquam
poſteriores ſeipſo:hec equidem aſpicientia uel cōprehenſio totius quiditas ſeu diuinitas dei uocatur:& in
creaturis etiam in modo ſuo ſimiles abſtractiones imaginamur.Angelitas in eo quod intrinſece angelus
ad operationes per ordinem tendit,celeitas ad operationes ipſius celi:humanitas ſeu homeitas ad opera

tiões hominū. ¶ Et hic aīaduertēdū ē qḋ diuinitas & diuinitcitas idē sunt: Angelitas & angeleitas: hūanitas & humaneitas. Sed iste terminus qui superior dici uidetur nunquā coincidit cum cōcreto uel omnino in mente nostra particularizato: utpote humaneitas que non coincidit cum ista & illa humanitate. humanitas uero quāuis per abstractū assumpta coincidit. quum uocetur humanitas: & etiam he particulares istius & illius humanitas. Magnitudo per abstractum seu uniuersale: & magnitudo per cōcretū uel particulare coincidunt. similiter albedo p uniuersale: & albedo p hāc albedinē. sed magnitudiniteitas albedineiteitas nūquā cū albedine ī particulari & magnitudine ī particulari coincidūt: intelligas in denominatione de qua nunc agimus. Nihilominus pro abstracto uel cōmuni assumēdo idem est dicere albedo & albedineitas: humanitas & humaneiteitas: angelitas & angeleiteitas & ita de ceteris. ¶ Tādē quū hec principia quādoq; in re assumpta & quādoq; imaginaria dicantur essentie atq; nature: & quiditates rerū scrutādum est unde aut quomodo talem assumpsimus cognitionem: in quo quidem necessario ad sensus deueniēdum est. ¶ Quocirca Aristoteles tanquā expertus in uariis speculationibus asserit omnem nostram cognitionem a sensibus ortum habere: licet post assumptum aliquod principium intellectus ipsam cognitionē dilatet: atq; extollat. & sic semper Aristoteles per collecta a sensibus incipiebat: ac fundabat. Quum octauo methaphysice dicat: sicut transmutatio fecit scire materiā: sic operatio fecit scire formā. ¶ Et nono methaphysice. Duplex est potentia: scilicet actiua & passiua. Potentia actiua est principiū trāsmutādi aliud īquātū aliud. & potētia passiua est principiū trāsmutādi ab alio inquantū aliud. ¶ In his duabus ꝓpositionibus ostendit: quod in iis que a sensibus collecta sunt: precise Aristoteles fundat. Non enī inquit qḋ speculando uel ambulando ad celum ascendimus: & quod ibi cognoscimus aut uidemus: quid sit materia: & quid forma. Sed tantum asserit: quod per operationes rerum quās uidemus cognoscimus: quid sit materia: & quid forma: aut in quo subiecto sit materia proprie dicta: & in quo non proprie dicta: atq; ubi forme perfectiores & ubi deteriores. Iccirco quia in his elemētis aut rebus inferiorib9 sub cōcauitate celi lune manentib9 plures ac plures mutatiōes uidem9: ex hoc ad illud ꝑ uarias species asserēdum est hec inferiora esse proprie materialia: idest multum de materia & parum de forma habentia. Itaq; causa maioris & minoris corruptionis. Aristoteles ait: quod terra & aqua habent multum de potentia & parum de actu: seu multum de materia & parum de forma. ignis & aer nimium de forma parum uero de materia. Vnde tenetur ignem non putrefieri: quod magnam perfectionem assignat. & tamen quia ignis simul cum aliis elementis in uarias species transit: non uocatur corpus perfectum. quocirca celum solum inter corpora perfectum eo quod nunquā per uarias species transire potest: aut aliquam corruptionem expectare. ¶ Et hec differentia assumpta inter corpora digniora & deteriora q; ueluti diuerse sunt formę in natura: licet ista sit forma & illa forma: pariter & uarie materie. Materia enim celi seu potentia est tantum mutabilis secundum locum: ex hoc ubi ad aliud ubi sed incorruptibilis. Materia siquidem elementorū mutabilis de loco ad locum: ac per uaria loca generabilis corruptibilis: ac de his speciebus ad alias diuersas transiens. Ita quod nulla inuenitur ratio: quod materia elementoꝝ & materia celorū idem sint: nequidem materia unius elementi cum materia alterius: quippe quod alia magis & alia minus corruptibilis. & quod de eadem materia omnia elementa precise non sunt: satis cognosci potest in quocūq; cōmposito corpore. quoniā hic homo totus constat de anima & corpore. Anima uero unica ac simplex tanquā ultimata forma. Sed corpus semper quattuor qualitates seu quattuor humores: qttuor cōplexiones aspicientes quattuor elemēta in se retinet. Vnde patet ipsa elementa de uariis materiis seu naturis constare. & si inquis hec euenire ex parte formarū manentium in ipsis elementis. hoc utiq; stare nequit. Nullum enim elementum transit in has inferiores species formaliter neq; materialiter: ueluti ipsum elemētum est in specie aut actu. Sed inquantū ab intrinseco de materia & forma constat: & in hoc modo intrinseco eadem materia atq; eadem forma est in nobis: que in elementis: & sic semper generabilis & corruptibilis: & cum eadem auiditate trāseundo de specie in speciem queādmodū in elemētis. ¶ Et hic facile intelligi potest qualiter materia nunquā separatur a forma: & qualiter imaginario separetur: & quonam pacto realiter. ¶ Non separatur materia intrinsece assumēdo per primum principium ipsius materiei a forma idest ab actu. Nāq; omnes res preter deum in primo signo essendi actum & potentiam simul dicunt: actum quia de presenti sumus & operamur: potentiā uero quia ad futuros uel aduenietes actus siue operationes tendimus. & hoc modo nūquam materia a forma separatur: uerum in cogitatione separari dicimus. quoniā aliter diffinimus materiam siue potentiā & aliter actum uel formā: quāuis uniuersale uel in primo signo essendi assumamus eo quod duas cōsiderationes in nobisipsis per primū signum cōtinemus. ¶ Separatur materia a forma idest ab ista forma particulari: que īdies assumit: & derelinquit: quia hodie est in forma hominis & cras ī forma equi: taliterq; per alias atq; alias discurrendo: in quo ordine materia indies a formis separatur. Sed etiam prima siue intrinseca forma ab his formis indies aduenientibus separatur: quoniam in primis de actu & potentia constamus. & primus actus ac prima potentia originaliter ubicūq; simul manent. quamuis in homine in carne in osse in spermate in uerme in terra in aqua in aere & in igne. Sed de aduenticiis formis & figuris prima materia & prima forma indies separantur: que ubiq; in possibilitate sunt ad uarias transitiones de specie in speciem: licet q; quum materia & forma pticularizate sint: per aliquā generationē in aliqua perfecta specie remote sunt ad trāseundum naturaliter in alias spe

cies fiue ad assumendū uarias figuras uel formas. Sed intrinsece non repugnat: quod hodie uel cras mo riamur aut dissoluamur: & quod materia que nunc manet in nobis alias atq; alias figuras & formas assu mat. ¶ Denique hic aduertendum est quod duplicia sunt genera formarū: prima atq; intrinseca que in omnibus dependentibus a natura dicunt unum non per compositionē: sed simpliciter assumpta cū ipsa potentia uel materia. & hec non ꝓprie forma sed potius actus uocatur: neq; illa materia proprie materia sed potentia: licet quod postmodū res que corruptibiles sunt materiales uel de materia constantes appel lantur. Nihilominus materia ad similitudinē potentie uel possibilitatis: & actus ad similitudine forme. hic uero primus actus in cunctis rebus uocatur uniuersalis forma. & hec prima potentia materia prima quā uis non in omnibus proprie materia dicatur idest generabilis & corruptibilis. Sed materia secūdum mo tum aut aliquam aliam mutationē. Tamen prima materia ꝓprie dicta capitur pro ea substantia: q̄ nullā habet repugnātiā: ut in plures species trāsmutet: semper uero obseruata sua intrinseca ꝓprietate. At qā nunquā a primo actu separatur ubicūq; est materia ibi res aliqualiter perfecta in actu: quoniā unaqueq; res preter deum in primo signo de actu & potentia constat: a quibus separari nequit. & tamen causa ma teriei ipsa res corrūpitur: itelligas de ea specie in qua manet. Sed per actum trāsit ad aliā. ¶ Et sic Ari stoteles potentia actiua est principium transmutandi aliud inquantū aliud. & potentia passiua est princi pium trāsmutandi ab alio inquantū aliud. Ita quod materia seu potentia est principium: per qd patimur uel ab aliis recipimus. & forma uel actus est per quem in aliis operamur. ¶ Altera uero forma magis ex trinseca est. Vnde fit quod hoc modo res de materia & forma constantes cōpositum de re & re dicunt: & he forme occurrentes ad tale totum per aggregationē de re & re sunt: sicut uegetatiua sensitiua & intel lectiua. & quia he perfectas res cōponunt anime uocantur. Motiuam expulsiuam digestiuam & his simi les. hic non appellamus animas sed ꝓprias potentias subseruientes his tribus animabus: uidelicet uegeta tiue sensitiue & intellectiue. Sed quomodocūq; dicatur: he forme non sunt idem in primo signo cū oībus rebus dependentibus nequidem cum ꝓpriis generabilibus & corruptibilibus. Et quod non sint experien tia probatur eo: quod inter hoc cōpositū & illud cōpositū magna interest: quum unum uiuat & aliud nō uiuat: tum corpora uiuētia & tum cadauera. Et hoc sensibus experto oportet qd uarias formas ī natura cōcedamus. qm̄ uarias operatiōes a formis cātas sentimus. quocirca ueluti de pricipiis materialib9 aut nō materialib9 qd ꝑfectū & qd imꝑfectū sit iudicam9: ꝑiter agēdo de formis assumēdū est. Nā de materialib9 ꝓprie dictis hic ulterius incipimus: & quāto supius minus materialia. & si materialia est sm̄ qd aut per simi litudinem idest per mutationem de loco ad locum: ut de celo exemplaſ. & tamen dato quod materiale sit nō generabile nec corruptibile eo quod actus ipsius celi incorruptionē de ipso celo probant: & per eun dem ordinem de formis tanquā ad extra ad ꝑticularizandum hec inferiora itelligimus. Nam calidum fri gidum humidum & siccum: que ut forme se habent cito dirumpunt: atq; ex hoc ad illud trāseunt. Vegeta tiua uero & sensitiua magis durant: & perfectiora composita congregant: quā humidum siccum frigidū & calidum. Sed tamen secundū opera istarū animarū etiam ipse anime corruptibiles sunt aut potius diui sibiles & cōgregabiles per naturam suam. Anima uero intellectiua per uaria opera probat: tum argumē tando tum scribendo tum quoq; uariis intrinsecis & extrinsecis administrādo super uariis speciebus pro bat: quod incorruptibilis atq; indiuisibilis. Nam quicqd indiuisibile incorruptibile: & sub hac cognitione a nōnullis antiquis anima rationalis mens uocaſ ad differentiā sensitiue & uegetatiue: quas ab aīa mūdi oriri dixerunt. Et ista fuit opinio mercurii trismegisti: quam deinde plato assumpsit ac dilatauit. Sed oēs posuerūt ipsam uniuersalē animā natura diuisibilem aptam ad prebendū animas cunctis generabilibus & corruptibilibus siue aptis ad recipiendū animam. Rationalis uero anima particularis atque indiuisibi lis sicut inter corpora celum indiuisibile atq; incorruptibile: quāuis extensum per quantitatē molis pari ter inter animas naturaliter est ponenda aliqua anima ipartibilis & incorruptibilis. Non enim est minor ratio immo maior: quod aliqua anima detur incorruptibilis quā quod aliquod corpus: quoniam anima se habet ut forma & corpus ut materia. Datur corpus idest celum incorruptibile de naturali cursu: sequiſ incorruptibilem animam dari: quam nos rationalem denominamus: sub quo ordine quidam ueteres phi losophi quos Aristoteles imitatus est itelligentias exemptas ab omni materia saltē generabili & corrupti bili posuerunt ad mouendum celos eo quod res incorporee sunt corporibus durabiliores seu mutabilio res. Quocirca deum incorporeum esse probamus. nam penitus imutabilis & ubiq; manens absq; sua uel alterius cōtrarietate. quod si corpus fuisset hoc stare nequit. ¶ Et sic ad similitudinē dei creature: que perfecte sunt spirituales uel incorporee nuncupantur. Vnde sensibus probato ꝙ aliquod corpus sit icor ruptibile: a fortiori est tenendum spiritualia quedam esse incorruptibilia. quod anima nostra rationalis incorporea seu spiritualis sit operibus eius patet: quoniā absq; aliquo corpore adherente intelligimus: & sentire sine corporibus adherentibus nō possumus. Ita quod merito antiqui nostram rationalē animam imortalem ac spiritualē esse dixerunt. ¶ Et tamen omnes creature de actu & potētia composite sic uel sic. solus enim deus actus purus: sed respectiue ad corpora spiritualia parū de potentia continēt. licet ali quid de possibilitate ex hoc nunc ad aliud nunc possideant: & hec possibilitas ad similitudinē materiei di cit. ¶ Tandem dum anime corporibus cōiungunſ seu magis perfectum cum minus perfecto totum id quod perfectius est forma appellatur imꝑfectius uero materia: & in eo tunc dicitur: quod forma deducit

materiam de potentia ad actum idest de minus perfecto ad magis perfectū: quod idem dicit cum uerbis Aristotelis: dum inquit: generatio est deductio de non esse ad esse. & corruptio de esse ad non esse. nō qđ per generationē simplex esse assumamus: sed pfectionē nequidē per corruptionē ad nihilum redigimur: sed ad imperfectius quā eramus idest materialiter capiendo: & sic forme dum corporibus uniuntur de mi nus perfecto ad magis pfectum ipsa deducunt: & tanto maiorem pfectionē unūquodq; corpus assumit: quanto dignior forma in eo infundit. ¶ Et in hoc loco intelligit triplicem esse substantiam formā sci licet materiā & cōpositū: quoniā in primo signo essendi quāuis de actu & potentia omnes dependentes compositi simus non refertur cōpositio tanquā de re & re. Quocirca in eo tunc nō potest assumi duplex nequidem triplex substantia: sed substantia tantum: sicut dicendo angelus anima celum & similia. At dū rationalis anima humano corpori infunditur: uel sensitiua aut uegetatiua in aliquo alio ibi dicit triplex substantia: nāq; anima per se est substantia & materia seu corpus elementorꝶ per se substātia: & unita ani ma & corpore etiam illud totum est substantia. ¶ Et concesso de forma & materia iam composita esse corpora in quibus anima uegetatiua sensitiua atq; intellectiua infundende sunt: cum hoc manet quod totum illud primū quod erat ante infusionem alicuius istarū animarū: uocatur materia in loco subiecti: & anima infusa forma. unde tenetur in occurrentiis elementorū siue in comixtionibus ignem & aerem in loco forme se habere: aquā uero & terrā loco materie. Et tamen omnia elementa de se materialia sunt atq; substātialia. Sed causa maioris ac minoris perfectionis id quod perfectius inter ipsa elementa forma nuncupatur: imperfectius uero materia. Vnde fit quod in qualibet elementorū cōmixtione posito quod non occurrat uegetatiua sensitiua neq; intellectiua: ibi est cōsideranda forma & materia: atq; triplex sub stantia: Nihilominus si super hac mixtione quattuor elementorum aliqua istarum animarum infunditur totum illud primū mixtum uel cōpositum diceretur materia: & anima adueniens tanquam perfectior for ma: ita quod etiam ibi triplex substantia & non plures. ¶ Substantia uero ex fundamēto semper perma nens assumitur ut superius de prima materia & prima forma explicatū est: que originaliter siue ab intrin seco incessanter suam originē obseruant: & talis pmanentia ꝙ sit materia uel forma substātia denomina tur: quoniā in eodem modo substat uel permanet: licet cōtingat ei de specie in speciem trāsire. Sed semꝑ suam primā ꝓprietatē obseruat: & sic inquantū materia & inquantū forma in primo signo assumendo non generant neq; corrūpunt: sed in eo quod contingit de specie in speciē transire. ¶ Et in hoc pri mo signo idem est substantia essentia natura & quiditas: differunt autē dupliciter. ¶ Primo quod essen tia natura & quiditas de forma materia & accidentibus dicunt: substantia uero de forma & materia tan tum. ¶ Secundo ut uidimus differunt in eo quod essentia quiditas & natura sepe assumuntur per respi cientiā ad futuras operationes: que nondum sunt in quo ordine potentialitatē seu materie proprietatē dicunt. Et substantia semper de permanente in hoc nunc tantum intelligitur. Sed assumendo essentiam quiditatē & naturā realiter ut de ratione assumēdū est omnino essentia quiditas & natura in materia & forma cum ipsa substantia cōuertuntur: quāobrē dum quiditatiue seu essentialiter diffinimus etiam sub stantialiter diffinimus: ut ꝓbatur taliter dicendo: homo est substantia: & diffiniēdo ipsum dicimus: homo est animal rationale & mortale: ista diffinitio qditatiua siue essentialis est: & omnis quiditatiua diffinitio cum suo diffinito cōuertitur. Homo est hic diffinitū & est substantia: igitur substantia cōuertit cum quidi tate & essentia: quoniā quiditatiue diffinitur: & quicquid quiditatiue difinitum: idem est diffinitū & diffi nitio: & quicquid uera diffinitio intrinsecā diffiniti naturā declarat: & cum ipsa cōuertitur. Vnde constat quod in re assumpta idem est ī nobis substātia essentia quiditas & natura. Sed ut tactum est sepenumero essentia quiditas & natura sub imaginatione de futuris opationibus capiuntur: & hoc modo deus nulla tenus est natura neqđ habens naturā neq; essentiā: quū nil de possibilitate ad futuras operatiões in ipso ingrediat. Vnde natura dei quiditas eēntia cōuertunt aut substātia una sola simplex res est: quapropter dicere possumus quiditas substantia essentia aut natura per idem assumēdo: Non enī decet in deo ꝓprie aliqđ ad futurū tendēs cōsiderare: licet qđ ī mō ordinis circa act9 dei aliqđ prius & aliqđ posteri9 in agi nemur. & ēt ipse deus realiter prior creaturis ē: licet nō det aliqđ reale mediū tarditatis īter deū & creatu ras. Sed tm̄ qđ creature posteriores sum9: qm̄ pricipiate: ñ quo ad deū: sed quo ad nos: qa eterni ñ sum9. Vnde aliquo modo facti non autem ab eterno neqđ in tpe. Nam deus ex parte sua absq; tēpore opera tur. Creature autem ex quo esse incipimus per tempus decurrimus. Deus eternaliter creat: Sed nos pricī piati eximus. ¶ Et in decursū nr̄o plura cōtingunt accidētia: p q̄ aliter atq; aliter nos hēre possum9: & inter accidētia qdā a deo creata & qdā a nostris opibus causata. quoniā edificatio domus decectio late ris dolatio ligni uel lapidis & filare texere aut suere uestes generare hoies aut ipsos occidere in actu non est a deo creatū. uerū aptitudo siue potestas ad hoc faciēdū est a deo creata & creaturis tradita. ¶ Alia plura accidētia ut color calidum frigidū humidum & siccum leue graue & temperatū simul cū ipsis sub stantiis creata sunt aut paulopost tanquā ꝓprietates substantiis subseruientes. ¶ Durū rarum molle ui sibile seu palpabile & impalpabile corporeū & incorporeū cū ipsis substantiis & accidentibus cōuertunt: ueluti quantum & quale. quoniam de spiritibus & corporibus ac de deo & creaturis dicunt. Deus enim licet simplicissime simplex qualis quia bonus: quantus quia omnia comprehendens atq; omnibus creatu ris maior. Vnde quidā diffiniēdo inquiunt: Deus est quo maius excogitari nō pōt. & celum substātia est:

& terra substantia:& tamen celum maius per extensam magnitudinem ac per totam ipsam extensionem substantia celi:ex quo probatur quod quantum tam de substantia q̃ de accidente dicit: quamuis aliquā substantia quanta seu magna molis & alia quanta uirtutis seu perfectionis. ℂDurum rarum molle & suaue etiam de substantiis corporeis ac de accidentibus dicunt. Nam duricies in lapide nil aliud est q̃ restrictio ipsius substantie uel materie:& asperitas inequalitas eiusdem materiei.quia aliqua pars superior & aliqua inferior:& ita de molli raro ac suaui intelligendum est:quoniam secundum situationem aut naturam cuiusq; materiei ita dure uel mollis rare uel spisse. Vnde apud plures habetur ex uno pugillo terre fieri decem aque:ex uno aque decem aeris:& ex uno aeris decem ignis. & hic non duricies abstracta seu accidentalis terre dilatatur:sed ipsamet terra extenditur transeundo in aliquod superius elementum eo quod de essentia sua strictior aliquo alio elemento:quamuis concedatur quod lapis: quem nos uidemus:aut terra contingenter hoc modo se habeat:quia cum aliis elementis cōmixta sicut corpora nostra: que ex quatuor elementis constant:& tamen in alteram diuersam speciem ab ipsis elementis trāsmutata. Verum hic illic & ubiq; corpora nostra sunt substantie:licet aliter se habeant q̃ in primo principio substantie:quandoquidem in alteram speciem transmutata.Sed quo ad substantiam originaliter nil corpora per transitionem de specie in speciem mutantur. Vnde tam substantiā q̃ accidentia uidemus atq; aliis sensibus sentimus. Quāquam non materia sola simpliciter assumpta nequidem forma sed compositum de materia & forma:quod etiam est substantia tametsi spiritualia sentire nequeamus. sed opera ab ipsis orta sentimus per que spiritualia cognoscimus. ℂSimiliter dato quod de cōmuni sententia res simplices uidere non possimus aut aliquo sensu sentire:corpora de se si dyaphana omnino non sunt ad differētiam de omnino dyaphano aut saltem incorporeo ipsā uidere possumus:& si non uisu saltem aliquo alio sensu sentire ut tactu uel gustu.Nam dato quod aerem non uideamus aut nobis uideatur ipsum non uidere tangendo nos:aut quod nos eum tangamus protinus ipsum sentimus.Nequidem est asserendū nos nō uidere aerem:quum solares radios qui simpliciores sunt uideamus:& etiam in pluribus locis uidemus ad que solares radii non ingrediuntur:utpote in aliqua camera in cuius concauitate nil aliud est q̃ aer: & uidemus totam illam concauitatem.& tamen si aer non esset nil uidere possemus. Vnde sequitur necessario quod in modo suo aerem uidemus:quoniam uacuum uidere non possumus:sed dimittendo hoc ad aliud exemplum deueniamus:uidelicet ad celum & cētrum terre:celum siquidem corpus simplex est & tamen ipsum uidemus:& quāuis nonnulli dicant quod non uidemus celum nisi uapores:he quidem fabule sunt. Vapores enim semper fixi stare nequeunt:& nos semper celum fixum eodem modo uidemus:& ordinatam distinctionem inter stellā & stellā:quocirca seqt̃ quod celum uidemus:& de sententia sapientiū corpora celestia non recipiunt peregrinas impressiones:ita quod simplicia corpora uidere possumus:& similiter de centro terre dicendū est:quod si ibi ingrederentur solares radii aut aliqua alia lux ipsum uidere possemus:& in cētro terre simplex terra datur. ibi enim sua propria sphera:& in quacūq; propria elemētorum sphera aliquod simplex illius elementi datur. Et quod aliquod simplex corpus sentire possemus nil repugnat immo consonat:quum habeatur quod illud quod est causa: quod aliud sit tale illud maxime est tale dummodo in compositione causans ingrediatur. Inter elementa terra est causā precipue: qđ composita uideantur & palpentur:sequitur quod illa terra in se nimium palpabilis atq; uisibilis. tametsi oporteat coloratam esse.Sed color tanquam propria passio omnium corporum spissorum seu grossorū aut saltem opacorum est. Itaq; ueluti non datur homo:quin per proprias passiones humanus & risibilis sit:nequidem corpus opacum:quin sit coloratum. quoniam sine propria eius passione stare non potest: sed auferatur color a terre in centro eius:potest ipsa terra palpari:quia tactus quantitatem & non colorem habet pro obiecto.& omnis substantia ut uisum est quanta sic uel sic:& quoniam terra est corpus:cōsequenter quanta molis in quo sequitur palpari posse in simplicitate sua:atq; celum similiter & ibi aut in hoc signo ablato frigido calido humido sicco & colorato tantummodo est substantia:quod solum dicit actum & potentiā.& actus est substantia & potentia seu materia substantia:non due substantie in hoc primo signo:sed una tantum substantia: & hec est prima uniuersalis substantia sine aliqua consideratione in cūctis rebus non uniuersalis idest unica sola aut de una sola natura. Nāq; alie substantie elementorum & alie celorum:ut patet eo quod alie corruptibiles & alie incorruptibiles. & corruptibile & incorruptibile de sententia sapientium ac de ratione plusquam genere differunt: & alia substantia corporea & alia incorporea. Quoniam angelus & anima rationalis nil in actu & potentia cum elementis neq; celis conueniunt.& actus & potentia est prima substantia in quacunq; re: quapropter ablatis ab angelo officiis contemplandi deum mouendi celos aut aliis administrationibus:si habet ipse angelus est simplex substantia:quia solum actum & potentiam refert:& utrunq; est substantia. pariter & anima nostra absq; superiori respicientia ad contemplandum: & inferiori ad animandum primam substantiam tantum dicit: Anima uegetatiua aut saltem sensitiua est alterius substantie ab elementis celis angelis & animabus rationalibus. ℂHec autem omnia siue omnes creature postquam inter se componuntur aut ad uaria officia tendunt in hoc secundo signo: tanquam secunda substantia denominari possunt: idest substantia composita. Quoniam uniuersalia que a nonnullis secunde substantie

appellantur non proprie substantia: nisi secūdum quid eo quod humanitas risibilitas equinitas leonitas: quum sint proprie passiones digniores q̄ album nigrum & similia sunt: & sic quia non adeo dignissima ueluti corpus & anima neq; deteriora ut album nigrum frigidum & calidum: secunde substantie aliquali ter denominari possunt. Sed proprie assumendo forma & materia simul ut anima & corpus in ea simulta te secunde substantie sunt. Anima per se & corpus per se simpliciter assumpta ut uisum est prima substan tia sunt: & prima substantia idest actus & potentia absq; alia compositione imediate per creationē a deo dependent. sed ad alias compositiones uel secundas substantias plures leges dei ipsis actibus & potentiis tradite occurrunt. ❡ Materia enim proprie dicta de qua fecit nos transmutatio scire de omnibus his inferioribus ut de elemētis intelligenda est quum omnia elementa per corruptiones & generationes sint de specie in speciem transmutabilia: & quicquid ex hoc in illud per generationem & corruptionem trās mutabile ex propria origine materiam presupponit omnia elementa transmutantur per uarias & diuer sas species: ac per plures alios motus. igitur elementa tota assumpta sunt materia licet quod inquantum aliquid in eis perfectius & aliquid imperfectius: etiam quodcūq; elementum est de actu & potentia cōpo situm. Sed ille actus & illa materia ab intrinseco obseruata prima origine sua semper de specie in speciē transire possunt: sub qua proprietate hoc & illud recte materia nuncupari potest: ueluti in angelis & ani mabus rationalibus nil de materia proprie dicta nequidem in elementis aliquid de forma proprie assum pta. In celo autem medium imaginari potest: non proprie materia: quia non generabilis nec corruptibi lis: sed materia secundum motum de loco ad locum & magnitudinem extensionis & subiectum alicuius accidens ut coloris. ❡ Vegetatiua & sensitiua siquidem digniores q̄ elemēta simpliciter assumpta. Ni hilominus in modo suo partibiles & unibiles: tametsi sensitiua semper uitalis ubicūq; iuenitur. Nam sicut terra semper grauis & ad centrum totius mundi tendens: ita & sensitiua anima ubiq; ad animandum cū sensatione tēdit: & quicquid animare & sentire oportet proculdubio necesse est quod semp aliqualiter ui uens sit: nāq; eo modo quo diuisio non aufert a terra totam grauitatem atq; habilitatem tēdendi ad cen trum: ita nec partitio potest auferre totam uiuacitatem a substantia uegetatiua: siue anima mundi appel lata. Et tamen quia partibilis ac saltem extensibilis sit. Sed causa perfectionis respectiue ad minorem ele mentorum celorum corporum perfectionem sensitiua omnino forma & non materia nūcupatur atq; ue getatiua: licet minus perfecta sit: & hoc pacto intelligi potest per uiam planam & consonantem sensibus atq; intellectibus simul cum lege: quid prima materia & quid prima forma sit: quid forma & quid materia quid actus quid potentia quid simplex & quid compositum: & quonam pacto inter se coniungantur & differant. ❡ Tandem ut diligenter lectores animaduertant & in primis regulam assumant ad cogno scendum quid uniuersale & quid particulare sit: aut quando hoc sine illo separatum dari potest. ❡ Que regula talis est ita assumendo. Omnis bona predicatio cum suo predicato conuertitur: & quicquid cum alio conuertitur sine illo stare non potest: & nō intelligas quod simul manere debeant tāquam res & res: nisi quod predicatio & predicatum simpliciter idem sunt in re: sed capiendo unum pro termino & alium pro re de qua terminus predicari debet unum sine alio stare potest: non autem realiter aut in modo con uertibili. ❡ Materia siquidem de omnibus compositis predicatur: igitur si uera cum omnibus suis pre dicatis conuertitur. & nullum cum alio conuertibile per se tanquam absolutū neq; aliusmodi dari potest nisi in termino tantum. Vnde regula fixa datur ad cognoscendum qualiter prima materia nequidem ali quod aliud de pluribus predicans tanquam absolutum dari potest: quocirca per aliam uiam uniuersalia per se manentia querenda sunt: ut deus dans cunctis dependere: nihilominus extra ipsa dependentia ma net. ❡ Celi prebent radiationes his inferioribus in modo uniuersali: & tamen ab his distincti manent. ❡ Elementa his omnibus compositis siue generabilibus & corruptibilibus impendunt materiam: nihilo minus in spheris suis sunt ab istis inferioribus distincta: & quod hec sint uera siue realia uniuersalia in diffi niendo unūquodq; eorum uideri potest: nam deus nunquam per propriam eius diffinitionem de creatu ris predicatur: neq; celum de his animalibus inferioribus nequidem elementa: & sic nō uocamur deus nō celum non elementa neq; diuinales celestiales & elementales ueluti materiales & substantiales dicimur. & aduertas quod materiales nuncupamur: eo quod non de sola materia cōstamus: sed de materia & forma: quoniā si de materia sola quisq; nostrum materia nuncuparetur: & similiter forma si de sola forma. ❡ Et sic facillime cognosci potest quatenus nulla materia prima absoluta datur preter istam & illam particu larem: quippe quod uocem materiei uniuersalem habemus ad predicandum de omnibus compositis: & quia de particularibus predicatur necessario cum eis conuertibilis. Ideo materia dari non potest quin particularis sit ut ista illa & alia. ❡ Et hoc precise uidetur quod Aristoteles intellexerit sexto metha phisice dum ait. Vniuersalia non sunt separata secundum esse a particularibus ut uoluit Plato. sed sunt i eis secundum esse quia predicantur de eis quiditatiue uel predicatione dicente hoc est hoc. ❡ Nam qd aliud infert: sed sunt in eis secundum esse: quia predicantur de eis quiditatiue q̄ esse idem cum particulari bus realiter: nāq; omnis uera predicatio quiditatiua simpliciter cum suo predicato conuertitur. ❡ Et quid aliud dum dicit predicatiōe dicēte hoc est hoc q̄ ꝑdicatio assumpta pro termino dicēte hoc est hoc. Quamobrem palam Aristoteles posuit uniuersalia omnino conuertibilia cum his particularibus aut

In modo predicandi. Sed semper particulari ut patet quum dicat hoc est hoc: & nulla essentia aut esse in pura potentia manens potest predicari dicendo: hoc est hoc. nam hoc particulare in actu est: unde necessario a re in actu manente oriri significat. & in hoc loco tantum Aristoteles precise de uniuersalibus realiter assumptis agit: quoniam super platonis sententia negociatur: & tandem predicatio realiter assumpta dicit quiditatiue de suo predicato. quod nil aliud est q̄ idem esse: & si nō realiter pro termino positū tanq̄ in secūda intētione: qui terminus in se realis est. Sed inquantum ad aliud significatiuus intentionalis: & q̄a unus dūtaxat terminus ad predicandum de multis accedit sub illo respectu appellatur uniuersalis. non enim in se: quoniam semper particulariter ad predicandum de omnibus occurrit. ¶ Et si expostularet cur Aristoteles quiditatiuum posuit tanquam uniuersale. si simpliciter cum omnibus particularibus conuertitur. Respondendum est quod secundum Aristotelem de quiditatiuis tantum habemus scientiam eo quod inmutabilia sunt aut semper eodem modo se habentia. In quo fixo scientia fundari potest. Et quia omnis scientia est uniuersalis idest preterita presentia & futura comprehendens: sub hoc ordine merito quiditatiuum uniuersale uocari potest: quum de ipso solo scientiam habeamus. ¶ Gratia exempli: omnis homo est animal rationale. iste est homo: ergo animal ratiōale & mortale: similiter ille alius atq̧ alius. & quoniam ista diffinitio est inmutabilis donec sumus quiditatiua appellatur: ex qua sciētia ortum habet: uidelicet quod unusquisq̧ homo animal rationale & mortale sit simpliciter. & quia simpliciter hec diffinitio cum quocūq̧ homine conuertitur: concesso quod uniuersaliter de omnibus dicat est penitus impossibile naturaliter loquendo per se dari posse: quin sit iste homo ille alius & alius particulariter assumpti.

¶ Quonam pacto unum numerale intelligatur dicendo hoc: & qualiter intelligi debeat: ens diuiditur per infinitum & finitum: ac de similibus. Cap. clxviii.

Quum de unitate minori q̄ numeralis iam superius multa ageremus: in hoc loco de uno numerali ac de unitate siue uno minori q̄ numeralis aliquid declarare oportet: & in primis quid unum dicat: & quid plura scitabimur. Vnde asserimus q̧ unum & hoc conuertuntur: taliterq̧ omne ens: omnis res: omne bonū: omne aliquid: omne uerum est unum: atq̧ cum eo precise conuertitur: aut quod accipias particulare uel uniuersale transcēdēs seu positiuum abstractū seu cōcretum. Nam precise eo modo quo aliqua res in prima uel secunda intentione se habet ad esse eodem quoq̧ ad unitatem ad bonitatem ad ueritatem ad aliquid ad ens & ad res: quod dicas quātum extensiuū aut quod dicas substātiale uel essentialiter assumptū: quia si bonū secūdū quid: hoc est nō pfectū inexistēs: uel existēs reale aut in uoce semp sicut ad esse ita & ad unitatem: & hec pro uniuersali regula in entibus transcendentibus & particularibus est assumenda. Sed qualiter hoc fiat uideatur: & in primis dicimus quod penes cōmunem sententiam unum & multa opponuntur: pro cuius rei solutione rursus uidēdum est quidnam unum sit. Vnde tanquā in diffinitione unitatis numeralis siue unius numeri dicimus: unum est hoc: & probatur quod taliter sit dicendum ad differentiam transcendentium aut cuiuscūq̧ uniuersalis per abstractionem: quia non possumus dicere istud neq̧ illud: quoniam dicendo hoc uel illud id utiq̧ de potentia ad actum deducimus. quocirca non remanet ibi amplius uniuersale nisi particulare siue unum numero tantum. ¶ Et quia quotiescūq̧ dicimus hoc: in eisdem uerbis indiuiduum siue unū numero denunciamus: ex consequenti sequitur huic repugnare hoc: quod sit plura hoc aut plures unitates. Et sic dicendo hoc de uno solo numero atq̧ reali intelligimus: eo quod determinato quod non cōprehēdit alterū hoc aliud & aliud. Similiter unū & plura opponuntur: quum aliam significationem habeant multe unitates q̄ una sola: & hoc modo unum & multa opponuntur. Et non intelligas quod hic assumatur unum pro particulari: & multa pro uniuersali: ut prosequendo patebit: nisi pro uno solo numero siue hoc ad differentiam plurium unitatū numeraliū. ¶ Amplius ens cōmuniter assumptū tripliciter diuidit. ¶ Prima diuisio uidelicet q̄d ens per īfinitum & finitū diuiditur. ¶ Secūda quod ens distinguitur in ens reale & ens rationis. ¶ Tertia quod ipsum ens ē in unum & plura diuisum. ¶ Et in hoc termino diuidere multa quidem mala seu ignorātie cōtecte sunt. ex hoc enim ortū habet: q̄d quamplures imaginati sunt dandum esse aliquod ens uniuersalissimum supra deum & creaturas: & quod deinceps in deum & creaturas diuiditur: similiter dandam esse substātiam uniuersalissimam in substantiam incorpoream & corpoream penitus diuisibilem: & animal in hominē equū aliaq̧ animalia. Hominem uero diuisibilem in Petrum Ioannem atq̧ aliū: pariterq̧ de omnibus aliis generibus ac speciebus imaginati sunt. Et quum non sit dādum aliquod ens reale super deo nec sibi & creaturis cōmune improprie positum est: dum dicitur quod ens per infinitum & finitum diuiditur: quum dicēdum esset ens aliud infinitum & aliud finitum: quoniam autem simile ens quod de omnibis rebus predicatur est in termino tantum nequaq̄ supra deum esse potest. Omnes enim uoces nostre atq̧ omnes considerationes sub deo cadunt: non autem superius: quum ab ipso prorsus sint comprehense: & sic propalatur: qua de causa nullum ens in deum & creaturas diuiditur siue in infinitū & finitum: nisi q̧ nos ultimas rerum proprietates ignorando cum aliquo termino quem uocamus transcendens de omnibus itidem predicare uel denominare uolumus. ¶ In secunda diuisione ens dicitur diuidi in ens reale & in ens

rationis. ¶ Hic uero quispiam facillime agnoscere potest:an aliquod ens detur:quod in se sit deus angelus celum homo uoces considerationes & similia:quod dari non potest:quum uoces solum inquantũ nos ipsas pronunciamus esse habeant:& deus est semper. Constat igitur quod nõ descendunt ab uno solo ente diuiso in entia realia & in entia rationis. ¶ Tertia diuisio asserit ens in unum & multa diuidi: & sola hec potest esse uera diuisio:quia aliquod ens in unum & multa diuiditur ut elementa. Non tamen quod unum ens uniuersalissimum sit in quibusq; rebus diuisibile:quum nullum tale ens detur. Nam plura sunt entia & non unum solum:quãquam omnia ab uno ente dependeant:uidelicet a deo.at non per eius diuisionem nisi per creationem ad extra dũtaxat. Tamen quum dicimus ens diuiditur in unum & multa:intelligendum est ens aliud hoc & aliud illud atq; aliud & aliud. Et licet unũquodq; ens in se unũ & non plura sit:considerato quod plures unitates contineat omnino maiorem quantitatem entis q̃ una sola unitas sub hac utiq; intellectione:scilicet qa plures unitates simul consideratas multa denominamus & unam solam unitatem per se consideratam dicimus unum:& hoc modo ens in uno atq; in multis supponitur:quoniam hoc est ens & illud ens:& tamẽ nullum ens in omnibus rebus diuiditur. Nihilominus unumquodq; ens licet absolute ipsum considerare uelis in cũctis particularibus suppositatur. Verũ aliud & aliud ens superius atq; inferius & nunquam idem in aliquo uniuersalissimo.

¶ Qua de causa omnia transcendentia atq; omnes res per abstractionem uniuersaliter assumpte sint:minores unitates aut quod unitates nõ sunt:quũ in re p se nõ dent. Cap.clxix.

¶ Viso in superiori capitulo quomodo unum realiter dicatur:& unde hoc eueniat:& qualiter nullũ ens uniuersalissimum in infinitum & finitum diuidatur:nec ullum in ens reale & ens rationis:nequidẽ in unũ & multa:nisi quod nos talem terminum ad predicandum de omnibus statuimus atq; ordinauimus. Deinceps in sequẽti capitulo precise de unitate minori q̃ numeralis:& unde ortum habeat perscrutabimur. ¶ In primis uero ita aimus quod omne transcendẽs & omne uniuersale est unitas minor numerali:quũ nihil in se sit preter absolutam seu indeterminatam uocem. Et quia est apta nata terminari in ea siquidẽ terminatione reale esse atq; numeralem unitatem assumit:exempli gratia:pronũciando bonum aut unũ quia hic nihil omnino determinamus:potest autem intelligi de quocũq; ente:& tamen de nullo determinate. Vnitas uero numeralis determinata est.& sic dum dicimus bonum hoc:nos utiq; pro illo hoc determinatam unitatem denotamus. ¶ Si uero dicis quod unum transcendens sit unitas numeralis in modo suo:conceditur hoc est in uoce absoluta seu in termino de omnibus unitatibus predicante. Verum ĩ se nihil est extra terminum:quem nos pronunciamus. Et quia non est in re minime erit unitas numeralis nequidem minor numerali unitate eo q͞ nihil. Sed quo ad absolutam considerationem sub eadem cõsideratione dicimus unum transcendens non deductum ad esse. Verum in potentia deducendi:uidelicet dum dicimus bonum hoc:nam prius in consideratione tãtum erat. Et proferendo istam dictionem hoc; de unitate reali dicimus tametsi uox uel consideratio in se assumpta pro prima intentione unitas realis atq; numeralis est. Sed in significatione est bonum absolutum nil in re est. ¶ Et quod unum aut bonũ seu quodcũq; aliud transcendens in re non sit probatur:ut postmodum latius patebit taliter inferendo. unum uniuersale seu transcendens de omnibus unitatibus predicatur & repugnat sibi de eis non predicari:& quelibet unitas per se est una. ¶ Nunc sic. ista est uera unum transcẽdens de oĩbus unitatib9 numeralibus p̃dicat̃:& oẽ uerũ p̃dicatũ cũ suo subiecto cõuertit̃. igit̃ unũ trãscẽdẽs cũ oĩb9 unitatib9 cõuertit̃. Et qa ista est uera:& repugnat sibi aliter se hẽre:nullatenus aliqd unũ p se dari põt:qn hoc unũ uel illud unum determinatum sit. Quicquid enim necessario in aliis conuertitur nequaquam separatum dari potest:utpote homo & animal rationale conuertuntur:ergo unum sine alio dari nequit: quoniam uero unum transcendens similiter cum omnibus unitatibus realibus aut rationis se habet: necubi separatum dari põt: quia iste homo est unus:hoc lignum unum: hec uox una: hic terminus unus: hec consideratio una: hoc scriptum unum:ita quod unum transcendens de oĩbus unitatibus realibus & rõnis p̃dicat̃ & cum eis conuertitur. quapropter separatum nusquam datur nisi in sola consideratione:& sic unũ trãscendens unitas minor numerali nuncupatur eo:quod ad esse reale deduci potest: quum prius sit imaginarium tantum aut in termino predicandi in mente nostra. ¶ Et sub hac regula de transcendentibus apertissime ac sine scrupulo intelligendum est de omnibus uniuersalibus quorum meminisse possumus. ¶ Exempli gratia celum uniuersale in uoce assumitur de pluribus celis predicans atq; cum eis conuertibile. Animal absolute loquendo de homine de leone de aquila ac de cunctis animantibus predicatur:& cum eis conuertitur. igitur per se nihil est nisi in uoce tãtum homo de andrea de martino & agrippa predicat̃:& cũ eis p̃cise conuertitur per se. igitur minime datur nisi in sola uoce p̃dicatiõis. pariter & de ceteris uniuersalibus intelligimus:hec enim omnia abstracta a particularibus sunt tanquam transcendentia: q̃uis homo animal & plãta nõ predicentur de quibusq; rebus tandẽ in modo trãscẽdẽtis se habent. Nam ueluti bonum aut unum de omnibus rebus dicit: ita & homo de omnibus hominibus. Differunt autem in maiori comprehensione & minori comprehensione.

¶De Eodem.

¶Dum de unitate uel de uno in re scire intendimus: ad petitionem factam: quid unum sit recte respondetur hoc uel illud. ¶Quid est unum omne aliquid in re uidelicet quod per solam imaginationem anime congregatum sit. Quid est unum: est omnis prima intentio in anima uel extra animam: ut deus: celum: elementum. homo uoces scripta considerationes in prima intentione assumpte. ¶Secunde uero intentiones in eo: quod ad aliud significant: non sunt unitates: nisi in eo quod nos ipsas unitates consideramus. ¶Exempli gratia hoc lignum in re est unum: & pronunciatio uocis siue littere ipsius linee donec durant reales sunt. lignum autem absolutum quod non sit hoc lignum neq; eius nomen in uoce uel in scripto non datur in re: & sic non est unum neq; plura. Quapropter uidetur quod Aristoteles de entibus realibus duntaxat intellexerit: ubi dicit omnia terminantur numero: & quia similia absoluta per imaginationem non uere terminantur numero: nequaquam inter omnia ponūtur: quoniam illud quod non est in re: non annumeratur inter omnia minime de transcendentibus intellexit.

¶Qualiter numeri numerantes in re nō dentur: nisi in uoce & ad aliud significatiue. Cap. clxx.

¶Nonnulli arismeticorum imaginātur quod omnes numeri ī re per se sint: sicut dicēdo unus duo tres quatuor: uerbi gratia: quod sit dandum in re tres quod non sit deus angeli celum nequidem aliud ens: nisi tres tantum quibus numeramus. Nunc uero petimus an tres de unitatibus constent: aut non de unitatibus? Si de unitatibus tres utiq; ab aliis rebus separando terminus tantum est. tunc enim in numerando primitus unam rem dicimus: & in secundo loco alia res collocatur: quam duo appellant. In tertio autem alia unitas in qua tres unitates simul computamus. Et si tres per se est uel sunt absq; diuisione tāquā tres unitates simul: cur nunquam rem istam inuenimus tres significantem? si de tribus unitatibus diuisis non cōstat. & probatur quia semper oportet si ad tria deuenire uolumus: quod ibi duas unitates primo ponamus. uidelicet hūc terminum unum & alium: qui duo uocatur. super quibus addita alia unitate omnes simul tria denominantur: & non aliter: & licet fiat quedam littera que uideatur tres unitates in se cōtinere: hoc utiq; ad aliud significatiue. quum in se una sola sit atq; ad libitum: seu ultro posita ad significandum tres unitates: & sic non in se tria nisi ad aliud relatiua. Et quia tres uel tria non possumus nisi pro tribus rebus assignare: que ista illa atq; alia sunt. Concedere oportet quod duo tria quatuor & similia in se termini & non res sunt: nisi in modo predicandi de rebus de quibus dicunt & conuertuntur: sicut unū cum ente conuertitur. quia unum transcendens de omnibus rebus predicatur. & si tres de unitatibus nō constat unum uel unitas de tribus de quatuor & quinq; non predicatur: & sic de reliquis: quod est contra fundamentum numeri. quum dicant: quod numerus sit concursus uel congregatio multarum unitatum: sed geometre uel arismetici etiam tāquam uniuersaliste uniuersalitates de quacūq; re extrahere uolunt: At uelle suum nihil est si in re esse non potest: ¶Tandem ut superius uidimus: quemadmodū unaqueq; res se habet ad esse ita pariter ad unitatem: exempli gratia unum absolutum assumitur in uoce tantum: & similiter cum uoce conuertitur: Sed illud absolutum quod extra animam uel uocem imaginari uolumus: quum nihil sit in nihilum conuertitur. In entibus uero realibus ubiq; & semper unum. & ens cōuertuntur: quoniam nullum ens reale datur: quin hoc uel illud determinatum sit. & quicquid determinatum unum quidem est. Et sic dicendo ens unum dicimus: & econuerso. si unum ens quāquam uarias litteras inseramus: quoniam transcendentia tanquam nomina sinonoma uariis modis pronunciantur. ¶Et licet quandoq; unum transcendens uniuersalius q̄ aliud sonare uideatur: semper intrinsece unam & eandem significationem habent. uidelicet populum aut exercitum denominamus tāquam per unam solam unitatem: in significatione uero idem est: plures unitates simul q̄ unus populus unus exercitus aut una societas. hic enim in singulari denominatione plures particulares unitates congregantur: atq; significantur. Iccirco semper unum cum ente aut quocūq; alio transcendente conuertitur.

¶Quatenus nonnulli dicant satis esse rerum diffinitiones sciri ad ueram noticiam & scientiam adipiscendam. Cap. clxxi.

¶Quidā tenēt pfectā esse intellectionē q̄d rerū diffinitiōes ītelligamus. ut hō est aīal rōnale: & q; ista est uera scientia atq; infallibilis: & quia infallibilis uera scientia: q̄d autē uera sit nō negaṭ. Sed diffinitio res p̄supponit: & tamē nō ostēdit ipsas neq; ꝓbat: & ubicūq; monstratiōes & ꝓbationes deficiūt scire nostrū debere est ac tenue. ¶Hic uero unū logicorū exēplū adducūt sic: ego scio per diffinitionem quod om

nis mulá eſt ſterilis:& tñ neſcio de hac mula pticulari utrũ ſterilis aut non ſterilis ſit: quoniã ego de omnibus ſcio per uniuerſalem diffinitionem:quod eſt manifeſtus error:quum hec mula particularis illa atq; alie ſint omnes mule:& pſupponatur quod detur mula uniuerſalis illa nec fertilis nec ſterilis dicetur quoniam uniuerſale neq; generat neq; generatur quum omni actu careat. ¶Ariſtoteles tunc enim arbitramur omnia ſcire:quum cauſas rerum cognoſcimus aut res per principia ſua: & talia exempla adducit.omnis homo currit:petrus eſt homo:ergo petrus currit:& amplius quod prius debemus ſcire aut cognoſcere per experientiam:quid ſit homo:quid ſit omnis:quid ſit currere.& quod petrus eſt homo:& qd tunc iſtam propoſitionem intelligimus per cauſas uel principia ſua. ¶Proſequendo dicit ſcientia de ueris eſt.& non de falſis.iccirco res quatenus ſe ſe habeãt aut per principia ſua cognoſcende ſunt ex quo probatur:quod non cognoſcimus res perfecte per ſuam diffinitionẽ:ſaltem quia antequam ad diffinitionem deueniamus:ſciri oportet qualiter res preciſe ſint:& ſic quãdo dicimus omnis homo eſt animal:iſta diffinitio nunquam nos edocet:quid ſit homo.qua de re decet quod prius ſciamus quo pacto ita ſit generatus & compoſitus de rationali anima.& humano corpore hoc uero effectibus:quos in homine cernimus:& nõ diffinitione cognoſcimus.Diffinitio enim ſuper cognitis principiis euenit. ¶De mula ſi tu cognoſcis omnem mulam eſſe ſterilem:iſta eſt una de omnibus:circa hoc tu cognoſcis iſtam eſſe ſterilem. ¶Et ſi reſpondes quod nõ cognoſcis eam ſub ratione mule male dicis.non enim quãcũq; mulam p ſua principia cognoſcis:niſi per auditam diffinitionem.Iccirco in uera cognitione erras:ſed dicẽdo omnis mula eſt ſterilis:etiam iſta eſt ſterilis.Vel quod cognoſcas eam uel non cognoſcas diffinitio eſt uera. ſed cognitio tua eſt confuſa:& non per ueras cauſas quãuis in alio ſit manifeſta in te eſt confuſa:inquantum non cognoſcis eam per principia ſua.Nam ſolum diffinitionem in aere narras. Et ſic patet quod debemus cognoſcere res perfecte per aliud q̃ per ſolam diffinitionem.licet quod ſi intrinſece diffinitionẽ cognoſcimus:ſequitur quod preciſe ſciamus qualis illa res ſit.Sed tunc non tantum ſcimus diffinire immo & poſtquam rem ipſam cognoſcimus diffinimus.

¶Qualiter in aliqua ſcientia ut in aĩa rationali ſubiectũ ſuũ pbetur. Cap.clxxii.

¶Cõmuniter inter philoſophos dicitur:nulla ſcientia probat ſubiectum ſuum eſſe:ſcilicet ut clarius itelligatur:qd in nulla ſcientia poſſumus ſuum ſubiectum probare.uidendum eſt an in quibuſq; hoc ipſum ſit:an uero aliqua detur exceptio. ¶Circa tenentes quod in nulla ſcientia poſſumus ſuum ſubiectum probare:dicitur quod illud de quo tractare intendimus:prius eſſe preſupponimus..Sed plerũq; exceptionem patitur:quandoquidem in pluribus rebus dubioſi ſumus:an ſint uel nõ ſint.& ſic in primo petimus utrum hoc ſit:uerbi gratia de deo de angelo de rationali anima atq; uniuerſalibus. quidam enim aiunt deum eſſe & alii non eſſe:aut ſaltem aliqui aſſerunt eſſe creatorem omnium: & alii non eſſe. ¶De eſſe uero noſtre rationalis anime pleraq; dubia comperimus.Multi enim negant.& iccirco primitus oportet ipſam animam probare.& ſcientia de anima ipſammet animam & nil aliud pro ſubiecto habet. Et quia in ſcientia de anima probamus animam eſſe:& non per aliam ſcientiam:patet quod aliqua ſcientia probat ſubiectum ſuum eſſe: & ſi inquis quod non probat p uera principia niſi a poſteriori:reſpõdetur:qd oẽs probationes noſtre ab effectibus pueniũt:ut poſtmodum demonſtrabitur:uerũtamẽ dicimus:qd ad pbãdũ aliquã rẽ:ut debet:decet quod ſua principia aſſumamus.& ab effectibus ad cauſas uel a cauſis ad effectus deueniamus.Itaq; dum rationalis anime effectus cognoſcimus:pbamus qd ipſa anima ſit ens pfectum p ſuũ principiũ:& itidẽ ſpiritualis & incorporea ſubſtãtia.Vlterius per intrinſecam naturam uiuens atq; intelligens.Pro cuius uero probatione non querimus aliquam aliam facultatem preter eiuſdẽ anime effectus. ¶Quod ſi ad hominem deuenimus:ubi iam latius ſe habet dicimus:hominem de anima & corpore conſtare tanquam de propinquis pricipiis tametſi a totius hominis effectibus ordiamur: quippe quod noto iſto homine illo & alio dum poſtmodum audimus.Antonius eſt homo: intelligimus quod rationalis ſit de anima & corpore conſtans. Attamen in cognitione iam habita a poſteriori fundamur. ¶Item agendo de ſubiectis rerum uarias ſententias adinuenimus. Verbi gratia nõnulli aiunt corpus mobile eſſe ſubiectum ĩ phyſica:alii materiam formam ſimul.& ſic diuerſimode. Et unuſquiſq; ad probandum intentionem ſuam in effectibus phyſice ſeu materie & forme ſimul fundatur:quia omnis noſtra diſtincta cognitio eſt propter quia:& non propter quid.·Quoniam a poſteriori quum ab effectibus proueniat:ſenſus enim per actus cognoſcunt:& ſecundum Ariſtotelem & experiẽtiam:nihil eſt in anima quin prius fuerit in ſenſibus:& omnis noſtra cognitio a ſenſibus emanat: & ſenſus operando tanquam a poſteriori quicquid colligere debent colligunt.Poſtquam uero effectus cognoſcimus ad eorum fundamentum diuertimus:& hic ordo naturalis eſt. Nos enim effectus dei ſumus: & per aliqua naturalia media ad id: quod nunc ſumus deducimur.quamobrem opus eſt: quod per aliquod medium uel effectum procedamus ad habẽdã noſtrorꝫ primorꝫ principiorꝫ cognitionẽ.Nã quẽadmodũ deus tãquã de priori ad poſteri9 cognoſcit nos reſpiciẽdo:oportet oĩno qd ex fine ad pricipiũ reuertamur.qa ſic ultimati effectus ſum9. ¶Et pinde iſerẽdo qd pciſe qdã ſunt p ſeipſa oĩb9 nota ac mãifeſta:quẽadmodũ ponũt exẽ

plum de ianua siue hostio in domo. ¶Et quod totũ sit maius sua parte:adhuc ꝓ huius rei cognitione in principio aliqui effectus occurrũt:sepe enim attingimus ad aliquã domũ:& pro illo tũc nescimus eius ianuam:nec pueri in principio cognoscũt differẽtiã iter totũ & partes suas:donec aliquã experiẽtiã nati fuerint. ¶Hec ꝓpositio deus est.est uera ac pre ceteris nota:quo ad se:qa esse suũ cũ ipso deo ꝓcise couertitur.Sed apud nos nõ est oĩno p se nota:quoniã uaria media ingrenda sunt:ut ipsum cognoscere ualeamus.quod patet qa non oẽs hoies cognoscũt deũ esse.Si aũt apud nos fuisset p se nota ista ꝓpositio:deus est:absq; alio medio oĩbus cõstaret.tamẽ sepe dicimus p se notũ capiẽdo ꝓ illo:qđ sensu uel ratione sine scrupulo euidẽter ostẽdi põt.licet ad hoc uaria media a posteriori accipiamus:quis dum habituati sumus subiecta esse ꝓsupponimus.quod si simpliciter irreligiosi inquiunt ista ꝓsupponere erit in religiosorum fauorẽ:quũ nõnulli dixerit nos ꝓsupponere legẽ esse.Et si irreligiosi philosophi ꝓsupponũt subiecta in philosophia:similes erimus in presupponẽdis nostris principiis:& ut mihi uidetur: oĩs bona scientia siue cõpleta in primis ꝓbat principiũ suũ esse:aut si nõ in primis parũ a principio distans:& qđ ita esse debeat hic aliquod exẽplũ adducimus:ita dicendo.Omnis homo est animal rationale & mortale:aut si ad aliud prius principiũ ascendere uolumus:omnis homo de rationali anima & corpore constat:uel omnis homo generatur & corrumpit. ¶Ista sunt prima principia in scientia hominis: & tamẽ qđ uera sint ꝓbari põt.& si negatur arguendo ut argui solet:nõ posse probari principia:eo quod oẽs probationes per alia notiora fiende sunt:& quũ nihil detur notius ipso principio:cõstat nõ posse principiũ ꝓbari cõtra hoc argumẽtũ ad matrẽ rerũ occurrẽdũ est:uidelicet ad actus ĩ qb9oĩs nr̃a cognitio atq; claritas cõsistit.& ista ꝓpositio oĩs hõ ẽ aĩal rõnale & mortale ñ ẽ act9.& clara cognitio nr̃a ĩ actib9cõsistit. Igit aliã clariorẽ uiã inuenimus in sciẽtia hoĩs q̃ sit ipsum principiũ.Nãq; actus hominis de essentia ipsi9 hominis est:quoniã ratiocinari aut inter proprium & improprium cognoscere filios generare cibare disciplinas assumere mouere & moueri actus sunt:& in scientia ipsius hominis ingrediuntur.Attamen multo clariores apud nos q̃ principiũ:idest homo constat de anima & corpore:aut est animal rationale:quia nunquã cognosceretur quod homo sit animal rationale & mortale:si per effectus uel actus taquam ad extra emanãtes non experiretur:& quoniam per actus cognoscitur:ut circa omnes patet:& non aliter ĩ hac sciẽtia hoĩs ꝓbaẽ pricipiũ ipsi9 sciẽtie p aliq notiora:q̃ post principiũ eueniũt:ac multo clariora sunt q̃ ipm pricipiũ. ¶Et si opponereẽ qđ apud naturã ẽ magis notũ hoc principiũ:hõ est aĩal ratiõale:q̃ ei9 operationes:nos in hoc loco non curamus de illo:quod a natura sit magis notum aut minus notum:nisi an nos principia in quacũq; scientia probare uel non probare possimus per aliquod nobis notius q̃ ipsa principia.Et quod probemus patet experiẽtia:qa solũ scimus quod homo sit animal rationale & mortale p opera:que ab isto illo & alio ad extra emanare uidemus:& non aliter.Vnde concedendũ est quod clariora opera sunt apud nos q̃ ipsa principia:& pariter quod p ipsa opera qualia principia sint cognoscimus. ¶Etiam nonnulli hic aiunt in mathematicis nõ posse probari principia eo:quod sensibus apparent:& hoc modo exemplare solent.quonam modo probaretur quod motus sit:quum nil notius dari queat.Ad quod argumentum nos respondendo dicimus:quod ista ꝓpositio motus est nusquam est principium motionis siue mathematice:principium enim motor est seu res mouens:& res mota. Motus autẽ actus ad extra principium in illa scientia declarans:quoniam per motum probatur esse motorem atq; rẽ mobilẽ quãobrẽ principia ĩ mathematicis p aliquos actus q principia nõ sunt potius clariora ꝓbantur. Ideo uerificaẽ qđ unaqueq; uera sciẽtia ac recte explicata principiũ suum ꝓbat.tamen si quandoq; in loquẽdo causa breuitatis presupponat principium uerum esse.At dum scribimus semper principia per aliqua clariora idest p actus sunt probanda. ¶Vnde Aristoteles tertio de aĩa inquit prius est scire actiões anime quam eius substantiam.

¶Quonã pacto oẽs ꝓpositiões apud nos sint mediate aliquo medio opationis. Cap.clxxiiii.

¶Visa ea que superius scripta sunt:per uiam similẽ facile cognosci potest:qualiter nulla propositio simpliciter apud nos sit imediata:& dicimus apud nos quia omnes propositiones in seipsis imediate sunt illud quod sunt:nisi si fortassis medium in dependẽtibus per creationem assumeremus.sed quomodocũq; sit cum iam sunt imediate habent ueritatem sui esse. ¶Ita quod dum de mediatis atq; imediatis propositionibus agimus respectu ad cognitionem nostram aut apprehensionem intelligendum est:& nos nullam simplicem habemus cognitionem:quin prius per aliquod medium operationis ipsam non explicemus saltem sensuum & sic tria in nobisipsis inuenimus easdem habentes cõdictiones. ¶Primum quod nil simpliciter usq; ad summum gradum in aliqua re scimus. ¶Secundum quod omne scire nostrum habet aliquem originem ab effectibus prius quam ad causas deueniamus. ¶Tertium quod omnes propositiones circa nos sunt mediate sic uel sic. ¶Et dum dicitur hec uel illa propositio est immediata cognitis terminis: ut dicendo omne totum est maius qualibet sua parte: deus est: motus est: homo est animal: respondetur: nil aliud esset dicere hec prepositio est immeddiata cognitis terminis:homo est animal; aut similes propositiones quam si promeremus positis & cognitis necessariis mediis

non indigemus aliis mediis ad cognoscendum has positiones:sed ad quod ꝓpositum dictū sit: cognitis terminis si in cognitiōe ipsorū terminorū cognoscimus p experientiam operationum fundamentaliter omnes premissas seu proprietates intrinsecas ipsarum propositionum:que cognitio palā ē mediū in apprehēsione ꝓpositionū:ut patet:qa i instāti apprehēdimus an uel falsum dicamus i uirtute terminorum iam nobis notorū:sub qua conditione cognitis terminis potest denominari imediata:ut dicendo iste homo est animal:quia per prius oportet habere cognitionē:quid sit homo:quid singulaŕ:qd plurale & qd importat per hunc terminum dicentem:hic homo est animal:& quid animal significet. ¶Et inferēdo quod patentia sensibus nō possunt probare ea que imediata sunt:ut ita se habere credamus: exemplum de principio ad finem petimus & ponamus:ut a nonnullis exemplari solet dicendo:quod nix sit alba ꝓbari nequit eum sensibus absq; ab aliquo medio pateat:sed nos respondendo dicimus quod nō oīb9 sensibus patet:nisi illis tantum qui pratici in cognoscendo diuersos colores sunt:neq; pueri sciunt an nix alba uel nigra esse debeat:nequidē habitātes sub linea equinoctiali habēt cognitionē an nix sit alba uel nigra. Vnde apud ipsos assumpta proprietate aque simul cū tenera cōgelatione frigiditatis possumus ꝓbare niuem albā esse:& etiam possumus ipsam inficere in colore rubeo atq; nigro:& tunc nō patet imediate sensibus atq; intellectui albam esse:& etiam uisus indiget luce apertione palpebrarum tanquam medio ad cognoscendum niuem nequidem in primo quando ipsam niuem uidemus immediate cognoscimus quid sit.unde oportet ab aliis hominibus expertis doceri aut per aliquam experiētiam agnoscere ipsam:& si colentes sub equinoctiali linea negarent albedinem in niue per experientiā uisionis:oporteret ꝓbari.nā sensatio uera ꝓbatio est cōtra perfidiam negantium:& ultra ocstionē niuis etiam declarare decet: qualiter color ipsius niuis ad libitū positus ꝑ differētia alioꝝ colorū circa denominatiōes albū appellaŕ. ¶Et dicendo deus est circa religiosos:propositio imediata uidetur.sed quod imediata non sit patet cum plures homines deum esse negant.aut nullā de ipso cognitionem habent. ¶Et si poneremus deueniēdum esse ad aliquā propositionē oīno imediatā simpliciter ut dicendo ens est ens:que propositio oībus imediate cōstat uerā esse negatur.qd oīno imediata sit:si modo ipsam uerā uel falsam esse cognoscere uolumus. nam quāuis uideaŕ tāquā pro certo:dum dicitur homo est homo:deus est deus:ens est ens:si per prius non cognoscimus quid per hos terminos capiendum sit nullam cognitionem audiendo has ꝓpositiones concipimus:nisi tantum pronunciationes uerborū apprehendimus. ¶Et quod ita sit ꝓbaŕ in nihilo uel in chymera exēplādo:nā dicēdo nihil est nihil:aut chymera est chymera:recte uidetur intellectibus nostris consonare iuxta primam apprehensionem:& tamen non est uerum dicendo chymera est chymera:quoniam nō esse non patet reduplicationem:cum reduplicatio affirmationē rei dicat:ita qd dum chymeram dicimus oportet intelligere per quandam fictionem assumere.unde his terminis cognitis imediate hanc propositionem apprehēdimus:dicendo chymera est negatio rei aut repugnās esse a natura. ¶Et sic dum ens est ens dicimus:oportet si ea que ponimus itelligere uolumus per prius de significatione istorū terminorū cognitionem habere:& cū scimus ens de oībus saltem depēdētibus ꝑdicari tanquā cū ipsis cōuerti postmodū absq; aliquo alio medio nouiter eueniēte:statim hāc ꝓpositionē tāquā ueram capimus:sed dum nullam haberemus cognitionem de significatione huius termini entis:neq; conciperemus tanquam uerum dicendo ens est ens:magis quam ponendo:chymera est chymera:ut i pluribus pueris atq; aliis insipientibus probaŕ: q nō cōprehēdūt magis p hūc terminū ens:quā p chymeram aut nihil. ¶Et dicēdo chymera est cui competit chimerificare:ens est cui competit entificare:eadem uidetur esse ratio chymere:cum chimerificatione:entitatis cum entificatione:unde per prius fundamētaliter terminos ꝓpositionū cognoscere oportet ut deinceps ꝓpositiones imediate apprehēdanŕ. Tamē i uirtute ꝑmissarū iam explicatarū. ¶Et proponēdo quod saltē sunt ꝓpositiōes p se note seu imediate apud doctos nequaquā hoc tenet:quoniā doctrina sapientiū est mediū iter hoīes habētes ipsam:& has ꝓpositiones.unde patet experientia qualiter solus deus habet oēs ꝓpositiones imediatas:eo quod cognitio sua tendit de causis ad effectus:creature uero ubiq; in omnibus nostris cognitionibus:prius quā ad causam accedamus aliquo utimur medio operationis saltem sensuum uide de audire. ¶Beati enim propositiones quamplures imediatas habent eo quod per gratiam super naturam eis tributam habilitati sunt:sed talis gratia atq; operationes merendi ipsam:sunt media ad cognoscendum omnes propositiones absq; nouo discursu seu mediis nouiter acquisitis. ¶Et proponendo omnia mediata sunt probabilia:multa sunt que probari nequeunt: eo quod probatio debet fieri per aliquod prius & clarius: & hoc non datur in omnibus constat plures propositiones immediatas esse. ¶Nos enim ita ad probationes uelut i ad propositiones respondemus: uidelicet quod omnia sic uel sic probabilia sunt aut per potentias corporeas uel incorporeas:uidelicet tum per rationem intellectiue anime.& tum per experientiam sensuum:& quomodocūq; assumamus saltem i principio nō a priori imo a posteriori incipimus:qm̄ p opationes:& opatiōes distincte a reb9 ipsis i qb9 fundanŕ aut de qb9 faciūt sunt:& qa opationes sunt posteriores:& initiū p quas fundamēta ꝓbamus:palā cōstat quāuis i aliqbus ꝓpositionib9 nō inueniamus aliquod prius qd p posterius idest p effectus ꝓpositiōes ipsas ꝓbare quimus:& etiā p magis clarū quam ipse propositiones sunt: quoniam propositiones uniuersaliter aut absolute sonant: ut patet dicendo ens est ens:homo est animal.& particulare semper cum assignatiōe clarius atq; distinctius quam absolutum

est.quãobrẽ ad probandum quod omnis homo sit animal rationale clarius medium assumimus dicendo iste homo est animal rationale:ille animal rationale:& sic alius & alius:ut in hoc effectu illo & alio appa- ret. ℂEt opponẽdo ut a nõnullis solet : quod non oẽs effectus sunt clariores quam subiecta:a quibus effectus oriuntur respõdendum est sufficere nobis ad probandum intentum nostrũ:quod in aliquo:effe ctus sit clarior sub subiecto:nam non asserimus quod oĩs propositio simpliciter per effectus priores aut posteriores quã ipsam propositionẽ ordinemus simpliciter ꝓbemus:nisi aliqualiter:& ita unaqueꝗ scien tia a posteriori saltem subiectum suum ꝓbat:non simpliciter assumendo:nisi secũdum quid ꝓbatum atꝗ aliqualiter clarius:quam subiectum ipsum sit.nam potius ostensiuũ est:hic homo est animal rationale: ut in effectibus eius appet:quã dicendo homo est animal rõnale non capiendo per istũ illum & aliũ similes.

ℂQuonam pacto dum diffinitiones ordinamus aliquod nouũ extra doctrinã resolutiuã & cõpo sitiuã adiscimus:quomodo hee doctrine itelligant de uia diffiniẽdi: & cur diffinitiones in eo quod diffinitiones immediate de causis ad effectus procedunt.Et quod scientie cum essentialibus diffi- nitionibus coincidere uidentur. Cap.clxxiiii.

ℂDoctrina resolutiua siquidem in modo uacuationis resoluendo:hoc:illud:& aliud : & sic reliqua non est doctrina cognoscẽdi res per suas causas siue de priori ad posterius.unde fit doctrinã iam resolutã esse dandam:per quam uidendo fundamenta effectus essentiales ad intra atꝗ extra cognoscam9:ueluti dicẽ do si iste est homo:iste est aĩal rationale ad intra & disciplinabile tendens ad extra ; & qui per hanc uiam in pluribus facultatibus resolutus est:de priori ad postrius cognoscẽdo resolutus uocat: siue habens iam acquisitam resolutam doctrinã:sub quo ordine cognoscet de priori ad posterius:& fere sine discursu:& in eo tunc:uidelicet:dum doctrina resoluta habetur:si contingit componere aut resoluere extemplo fit. ℂResolutio siquidem talis est:de ultimo cõposito ad prima principia:& causas ipsius uidelicet resoluẽdo hominem istum ad cõpositionẽ anime & corporis ipsius accedamus : ad generationẽ ad natiuitatẽ uitã & mortem ad elementa tanquam ad principia & ad partes cõponibiles in simplicitate: ueluti caracteres atꝗ ad causas ut deum:radios celorũ : & patres.& in cõponẽdo de principio ad finem deuenim9:ut assu mendo materialiter ab elementis & a causis:non ingredientib9 in homine ipso:a celis a patribus atꝗ de naturis animarũ distinctarũ ab ipsis elementis occurrentium ad cõpositionẽ hominũ cõsideramus:& hic de priori ad posterius decurrimus: sed oportet in eo tunc.iam doctrinã resolutã habere : per quã omnia hec cum pauco discursu fiant. ℂVerũtamẽ animaduertendũ est:qđ in nulla nostra scientia seu doctri na cõtingit semper de priori ad posterius:aut de postremo ad primũ decurrere:sed quãdoꝗ a causa:& quãdoꝗ ab effecta:est capiendũ:tum diuidendo ea que cõgregata sunt : tum uero separata cõgregare: & per quãcũꝗ uiam istarũ mõstrationes fieri possunt:ueluti dicendo:domus est : ergo tectum & parietes sunt:tectũ & parietes sunt:igitur lapides:ligna:aut similia sunt lapides & ligna sunt : ergo materia elemẽ torum est. ℂDeueniẽdo de principio ad finem tamẽ fundati super finem ad quem tendemus:& cõpo- nẽdo dicemus:domus est agenda:oportet materiã aptam ad capiendas uarias formas esse:domus est agẽ da ut bona fiat:oportet ligna:lapides : calx:& similia esse.domus est agenda : ergo necesse est parietes & tectum fieri : ut ab imbribus & aliis aduersitatibus obseruet nos tamen non semper per similes discursus de principio ad finem:nequidem de fine ad principiũ.nam dicendo domus est edificanda: illico occurrit igitur materialia sunt necessaria:ut parietes & tectum fiant:ad habitandũ intra ipsam domũ: ergo plura sunt necessaria ad ornandum ipsam:domus est disgreganda : igitur in lignis & lapidibus resoluenda:cũ unaqueꝗ res in id de quo per primũ principium cõponitur per ultimum finem resoluitur:& hac uia mu tua:tum cõponendo & tum diuidendo: in quacũꝗ scientia utimur.nam dato quod resolutiua & cõposi tiua distincta altera ab altera uideantur:in scientiis:tum ista & tum illa utimur:ueluti de quacũꝗ facultа te exemplum capere possumus.nam quãuis ista ab illa in diffinitione distincta sit:postmodum tractando sepenumero istã:ad utilitatem illius & illam ad corroborationẽ istius deducimus.gratia exempli:secũdũ diffinitionẽ methaphisice tantum de simplicibus principiis absolutis agit:& tamen tractando ipsa: plura phisicalia:plura mathematicalia:plura moralia ponuntur:iuxta occurrentes necessitates:licet partes pri cipales & intentus noster methaphisicalia sint.sed iter hoc & illud plura interserunt: ut exempla sint atꝗ mõstrationes:tum per rationem:tum iuxta sensus.logica siquidem ars solum siue sciẽtia ab omnib9 aliis diuisa denominat:& tamen in quacũꝗ facultate obseruatis debitis terminis aut non obseruatis ipsa uti- mur:& in hoc modo:de quacũꝗ alia doctrina capiendum est.nam in ꝓcedẽdo altera ab altera iuuatur: & taliter de doctrina resolutiua:cõpositiua & diffinitiua dicimus:quoniã unaqueꝗ ab aliis iuuatur.unde omnes simul in debita ꝓportione posite : rectam faciunt doctrinã una earũ : sola uero nullam doctrinã sufficiẽtẽ causare potest.nam si medicus semper diuideret:seu resolueret: & nũquã medicinã cõposuisset: aut de infirmitate cõgregata cõsideraret:neꝗ ipsas infirmitates curare uel expellere posset:nequidem cõ ponẽdo sine aliqua resolutione recte curaret.unde resolutiua & cõpositiua:tanquã sorores simul aut cũ pauca distantia disponẽde sunt:eo quod sepe imediate de ista ad illam transimus:ueluti dicendo: domus est dissoluta:oportet per lapides & ligna atꝗ similibus ; iterum ipsam cõponere:& per hanc uiam resol-

uendo & cōponēdo sepe effectus se habent tanquā causa in demonstratione ad suam causam: nam bene ualet ista: domus est: ergo architector est: uel fuit. architector est: ergo edificiū est: creature sunt: ergo creator: homo est: igitur deus est: celum est atq; elementa sunt: natura corporea & incorporea sunt: anima: & corpus particularia sunt: omnia hec sequunt: posito quod homo sit: & tamen imediate de extremo ad extremū transimus: uidelicet de homine ad deum: & cum ad ipsum deuenimus de causis ad effectus procedimus: licet quod in principio semper circa aliquod per sensus cognitum incipimus intelligas semper eo quod in primis aliqualiter a sensibilibus aliquam accipimus cognitionē: sed postquā ipsam habemus: recte dicere possumus: creator est ergo creature sunt. ¶ Doctrina diffinitiua siquidem minus necessaria est in quocūq; processu: aut saltem rarius ipsa utimur: uerūtamē aīaduertendū est: quod sub diffinitionib9 tantūmodo uera sciētia cadit: sub quo ordine Aristoteles inquit omnis doctrina: omnis disciplina ex preexistentibus cognitionib9 fit: & nulla doctrina apud nos inuenitur: que a precognitis semper fiat: nisi in doctrina diffinitiua tantū: & cum ars atq; scientia de pluribus experimentis iam cognitis efficiuntur: & diffinitiones fiunt huiusmodi: dicendum est: in diffinitionibus scientiam nostram fundari: eo quod oīs bona diffinitio tanquā uniuersalis a pluribus pticularibus assumpta est & ab ipsis partibus aliqualiter distincta tanquā uniuersale a particulari: & tamen in ipsis partibus fundatur: de quib9 extrahitur: & fundatū a suo fundamento distinguitur: diffinitio fundatur in uariis particulis tanquā diuisis: iam pcognitis: sequitur aliam esse cognitionē ab hiis in quibus fundatur: unde fit: quod possumus scire unum istorum ignorādo aliud. ¶ Gratia exempli: omnes homines atq; mulieres pro maiore parte assumendo sciunt hominē de anima & corpore constare: quod est aptus ad plures acquirēdas disciplinas: quod est generatus: natus: & in fine moriturus: sed ignorant diffinitionē cōgregatā: tanquā unicum indiuiduum. nam neq; cognitio uulgi in separato modo se habet: siue de quacūq; parte diuisa: per se: sed omnis bona diffinitio se habet ueluti indiuiduū: ubi partem sine parte non significat: nisi subintelligeremus per partes que posite sunt etiam alias que deficiunt: ueluti dicendo: homo est animal: hec non est diffinitio hominis: nequidem dicēdo: homo est animal rationale: si non poneremus simul aut intelligeretur: & mortale. unde diffinitio hominis indiuidua fundata in precognitis partibus consistit: ut exēplauimus. & quia tanquā abstractā seu uniuersalē dicit de oībus hoībus qui fuerūt: sunt: & erunt: predicatur: siue reductam cognitionē infallibilem prebet de ipsis. ¶ Vnde nō est dicendū doctrinam diffinitiuā nil docere: sed quod tantū ordinat. ad quod in primis respondet: quod ordinare docere est. nam dicendo age hoc: & illud: sub hoc ordine uere docere id quod facturi sumus est: nequidem est tantum doctrina memoratiua: licet quod maxime cōfert memorie. sed non ppter hoc sequitur nil adiscere: super ea que primo scimus: quādo diffinitiones cōgregamus: seu inuētamus. ¶ Gratia exempli: solet dici: martinus habet cognitionē de isto homine: de illo: & alio: quod sunt generati nati: quod uiuunt: constare de anima: de corpore: quod finaliter morient: quod nil adiscit: cum postmodū edificat diffinitionē: dicēs: homo est animal rationale mortale: sed quod nihil adiscat: negatur. quoniā diffinitio tanquā scientia uniuersalis se habet super pluribus precognitis fundata: & dum uniuersalia uel de pluribus pticularibus congregata edificamus: aliquod nouum fixum super ea que primo in cognitione nostra erāt acquirimus. Insuper sola diffinitio habet uerum ordinem sciendi ppter quid: idest: pcedendi de causa ad effectum: omnis cōpositiua: omnis resolutiua procedit secundum ordinem: quia idest de effectu ad causam. ¶ Nunc sic: scire propter quid & scire ppter quia dicit aliud & aliud: ergo in ordinādo ipsum scire pter quid idest diffinitiones aliquid adiscimus. ¶ Rursus φ doctrina diffinitiua doceat: & a precognitis in quibus fundatur diuisa sit: experientia probat. cum plures habent cognitionem de uariis rebus modo separato. & nullatenus ipsas diffinire sciunt. nam super omnes inuentiones doctrinarum inuentio diffinitionum ualde est difficilis: & sic pauci auctores audent diffinire & si diffiniunt raro & rarissime pprie: & de aliis hominibus ignaris litterarū nullus scit diffinire. ¶ Quibus exemplis apparet: doctrinam diffinitiuā difficilem esse ab omnibus aliis doctrinis diuisam: & multa per se docere. ¶ Vnde diffiniendo diffinitionē in uniuersali sufficienter diceretur: diffinitio est cognitio uniuersalis a pluribus particularibus precognitis abstracta: & fundata in ipsis. ¶ Aut uero diffinitio est quoddam scire uniuersale: seu unitum infallibile quāuis de pluribus pticularibus per uaria tēpora discurrentibus dicat. ¶ Nam omnis diffinitio pprie dicta genus speciem & differentiā simul aspicit: & quia in simplicibus similia reperiri non possunt: non cadunt ibi uere diffinitiones ueluti in deo exēplari possumus: quoniā cum simplicissimū simplex sit: cum difficultate & in largo modo sumptum ipsum diffinire quimus. nam per pprīā denominationē tantūmodo dicemus: deus est esse: & dilatando aliquantulum hanc diffinitionē: ita ponere possumus: deus est esse exemptum: sed cum nulla alia res est esse pprie dicta: nisi deus: esse non se habet: tanquā genus ad deum & creaturas. qm̄ nulla creatura est esse nisi ens: uidelicet: de esse & de essentia cōstans: uel de actu & potentia: quod idem est: & sic solus deus est esse pprie assumendo. ¶ Sed dimittamus ea que diffiniri pprie non possunt: & ad diffinibilia accedamus: ut scire fixum: atq; uniuersale habeamus in unoquoq; pro nunc per pteritum presens & futurū: & cum tot bona uendicare nō possunt: nisi per cognitionem subiectorū & diffinitionū: merito in principio uniuscuiusq; facultatis de subiecto & diffinitione ipsius uenandum est. nam hoc assumpto: ut debetur: deinceps tanquā de causa ad effectus pcedimus: ut postmodum patebit. ¶ Subiecta siquidē & diffinitiōes parū differre

uidentur:attamen differunt: nã diffinitio potius atq; clarius quam subiectũ dicit: licet quod subiectũ in quoquomodo:diffinitio de illo super quo tractare uolumus est.sed quia non dicit de obiectis simul cum subiectis:non est ꝓpria diffinitio. ❡Et quod subiectum & ipsa diffinitio differant exemplo uideri põt: ueluti si peteretur:quid est subiectum hominis:sufficienter responderetur:anima rationalis: & corpus humanum simul.nam cum de homine agimus:hoc scire uolumus:uidelicet:quid anima & quid corpus eius sint:de quibus naturis constent:& quomodo inter se habeant. ❡Sed diffinitio multo uniuersalius atq; in modo absoluto procedit: ut dicendo homo est animal rationale mortale. ❡Querendo subiectum metaphisice solet dici:subiectum metaphisicum est ens inquantum ens:nos uero subiectum in metaphisica dicimus esse principia simplicia atq; separata hoc ab illo. ❡Sed diffiniendo diceremus: metaphisica est cognitio perfecta.quam de rebus simplicibus per similitudinẽ in mentibus nostris colligimus. ❡Subiectum phisicum secundum aliquos corpus mobile est: nos formam & materiam simul naturaliter operantes subiectum phisicum esse dicimus:sed diffiniendo phisicam altusmodi capitur. ❡Ita dicẽdo. phisica est cognitio quam per modum similitudinis de forma & materia simul operantib9 tanquã fixum recolligimus. ❡Diffiniendo scientiam in uniuersali cõpetenter dicere possumus: scientia est cognitio adequata:fixa:quam de rebus habemus ab eis abstracta per modum similitudinis. ❡Diffiniendo artem siquidem :ars est regula per quam facilius atq; rectius in artificialibus quam per alteram uiam : quicquid operaturi sumus operamur. ❡Licet quod alia reperiatur diffinitio artis in consuetudine auctorum: ❡Ita dicendo:ars est recta ratio factibilium. ❡Sed hec diffinitio iudicio meo a rebus factibilib9 capit fundamentum non autem ab agentibus:& quo ad ueritatem regula per quam recte atq; facilius operamur.in nobisipsis fundatur:non autem in artificiis que operari uolumus. ❡Et quod ita sit probatur. nam si in rebus factibilibus ars siue ratio per quã fiunt fundaretur.ita recte unus artifex ueluti alius ipsas operaret:non operatur : constat artem in factoribus non autẽ in factibilibus fundari: ❡Diffiniendo doctrinam in uniuersali dicimus:doctrina est quedã ordinatio:per quam nosipsos & alios in cunctis operibus recte ordinamus. ❡Doctrinam resolutiuã uero diffiniẽdo dicemus. ❡Doctrina resolutiua est processus deueniendi de ultimis effectibus: siue potius cognitis ad prima principia per uiam distinctionis. ❡Diffiniendo doctrinam cõpositiuam potest dici : doctrina cõpositiua est processus de principiis siue remotis ad ultimos effectus per modum cõponendi. ❡Deueniẽdo siquidem ad particulares artes etiam unaqueq; ab aliis diuisa est diffinienda:ut semper de ipsis aliquem conceptũ regulatum:atq; fixum habeamus:sub quo ordine si sufficienter artificialia factibilium secundum uarias species diffiniremus: aliquam cõtraheremus ab eis cognitionẽ:que in modo scientie aliqualiter dicta se haberet: de quibus particularibus diffinitionibus poneremus exemplum:ut de ceteris similiter fieri potest:si oporteret. ❡Vnde diffiniendo militarem artem: dicemus : ars militaris est facultas per quam ui armorũ patriam propriam a malefactoribus tutamur & alienas aduersamur. ❡Ars edificatoria est regulatio per quam parietes & tectum edificantur: & simul cum pulcra forma:atq; robore contra aduersa paginantur. ❡Ars cerdonica est regula scindendi atq; suendi sub iusta mensura coria ꝑparata ad ornamẽtum & conseruationem pedum. ❡De exercitiis corporum uero circa ualitudinem mẽbrorum etiam aliquas possumus tradere diffinitiones : sed similia diffinire prolixum erit. ❡Verũtamen causa exempli palestram industrie diffiniemus:quãuis cõcesso palestram ipsam inter ꝓprias artes non numerari:licet maxima in ipsa ingrediatur industria. ❡Tandem diffiniendo luctam siue palestram:recte potest dici:lucta est quedam industria cõtentiosa duorum hominum:per quam unusquisq; intendit absq; prauitate armorũ:ui ꝓpria alterum prosternere. ❡Deinceps uero per ea q̃ posita sunt ordo capi potest ad diffiniendũ quãcũq; rem atq; facultatẽ:dum res ipsas per prius in modo diuiso seu in parte post partẽ cognoscimus:& dato quod alique diffinitiones breuiores & aliq̃ longiores sint:si in modo abstractionis seu uniuersalitatis se habent: diffinitiones sunt:si ĩ modo separato uero descriptiones:descriptio uero erit ueluti dicẽdo:homo est generatus:natus:constans:de anima & corpore:uiuit sub ratione:& est moriturus : diffinitio siquidẽ super descriptione fundatur.unde diffiniendo hominẽ dicemus:homo est animal rationale:mortale:qui discursus totum simul significat:tanquam rem indiuiduam:non autem separatum.nam sub uno uniuersali abstracto intento omnia pticulariter descripta de ipso hoĩe concludit. ❡Et quia concludere dicit aliud a suo concluso:semper quod aliquam rem diffinimus:etiam nouam acquirimus doctrinam : ut superius uidimus:& cum diffinitiones fiunt per uiam reflexionũ : eo quod super aliquod ꝑcognitum fundantur: concedendum est in reflexionibus aliquam acquirere doctrinam:cum plures sciant precognita tanquã partes separatas:& nesciunt ipsas ad uiam fixam seu scientiarum reducere:& ordinare regulas per quas isfallibiliter doctrinam de pluribus diuisis unico actu habemus:doctrina distincta ab antecedẽtibus est:& quia distincta:palam ordinãdo ipsam aliquo modo adiscimus. ❡Nam dicendo luna eclipsat:eo quod sol non potest ipsam aspicere causa quod terra est interposita inter solem & lunam:& terra est opaca que non permittit per se transire radios solares:in eo tunc luna non potest illuminari a sole:sed hic ordo descriptio est tanquã de partibus diuisis dicens:diffinitio siquidem siue reflexio per nõnullos dicta aliter se habet.nam totum simul cõiuncte sonat.& in eo tunc scientia uocatur:ueluti dicẽdo: semper quod terra interponitur inter solem & lunam eclypsatio lune fit. ❡Aut dicendo:eclypsatio lune est obscuritas in

ipsa luna cum a sole non illuminatur:& hec est propinquior diffinitio eclypsationis lune.nā dum in diffinitione ipsa terram ponimus:tanquam causam antecedentem allegamus:ueluti si diceremus:semp quod deus uult:homo est animal rationale mortale:& si deus nollet nullus fuisset homo siue animal rationale. ℂSed dum hominē propinq̄ diffinimus non occurrimus semper ad causam primā:nisi tanquā in seipso dicēdo:homo est animal rationale mortale:& sic eclypsatio lune pōt ppinq̄ diffiniri dicēdo. ℂEclypsatio lune est obscuritas in ea insolita per carentiam radiorum solariū. ℂSiue eclypsatio lune est carentia claritatis solaris.amplius de perfectionibus diffinitionū multa dicere possumus:nam solum per diffinitiones artes & scientie super plura particularia cōpaginantur: & tanquā uniuersales fiunt. ℂPer solas diffinitiones de causis ad effectus ꝓcedimus:ueluti dicendo. ℂDeus est esse exemptum: deinceps ꝓcedendo īmediate occurrit nobis exemptū:igitur nullam habet adherentiā:nullam necessitatem: exemptū quicquid uult absq̄ impedimēto agit. ℂHomo est animal rationale & mortale:imediate sub ista diffinitione contempta ad mentem occurrunt:ut dicendo animal:ergo de duabus naturis constat:uidelicet: de anima & corpore:animal ergo generabile & corruptibile:quoniam cōtingenter cōpositū rationale: igitur distinguibile inter ꝓprium & improprium:distinguibile inter propriū & impropriū: igit̄ disciplinabile.disciplinabile:igit̄ beatificabile:eo quod uita sub ratione facta premiū optimū petit. ℂMortale ergo separabile : uidelicet : anima ipsa separatur a corpore : Eo quod omnis bona diffinitio tanquam a causis īmediatis incipiat omnibus aspicientibus patet.nam nullum medium ꝓbationis ꝓpter quia:nec aliusmodi adducimus:dum in actu aliquam rem diffinimus:premittimus pro nunc an prius quam diffinitiones sciamus alios faciamus discursus circa sensus patentes:ut uidere habitudines hominū & operationes eorum in diebus factas:sed dum hominem diffinimus:nullum argumētū:nullam ꝓpositionē de similibus prius uisis adducimus:nisi absolute atq̄ īmediate diffinimus dicendo:homo est animal rōnale mortale.nam hic p̄suponimus omnino ita se habere:& omnibus notum esse saltem sapientibus : tamen si hec diffinitio negaretur:oporteret ad exempla particularia rursus deuenire:ut in aliis locis patet.unde oporteret potius p̄ticulatim dilatare rem diffinitam:quam per diffinitionē agimus.nam diffinitio tāquā cōgregatio plurium ꝓprietatū rei diffinite se habet:simul cum declaratione ipsius diffiniti. ℂEt sic causa declarationis diffinitio nō dicit solum ꝓpositionē:sed aliquid magis super ꝓpositionē tantū dictam.unde fit:quod omnis diffinitio est ꝓpositio:sed non ecōuerso.nam ꝓpositio presupponit rem: sed nō declarat per differentiam qualis sit:ut dicendo:homo est animal:quia est ꝓpositio:non autem diffinitio.sed addē do rōnale diffinitio erit:q̄uis nō apponamus mortale. ℂPropositiōes siqdē alie cōplexe alie icōplexe: diffinitiones uero semper complexe:quāuis de cōmuni ordine terminos incomplexos declarent seu diffiniant:ut dicendo:homo est animal rationale mortale.quia homo terminus incōplexus est : sed continet in se animalitatē:rationalitatē : mortalitatē:& cum per diffinitionem debemus declarare id quod homo sit:oportet in ipsa diffinitione omnia que homo ab intrinseco continet distincte designare: quamuis per hunc terminum homo in modo incōplexo ꝓnunciemus. ℂSuppositiones uero secundū aliquos per terminos omnino incōplexos assumunt:ut homo est : ꝓpositio uero homo est animal:& diffinitio:homo est animal rationale. ℂSed potius uidetur debere dici suppositiones esse significationes subsequentes propositiones & diffinitiones quam aliter.nam cum dicimus homo est per istum illum & alium:supponit: uidelicet:significat & similiter dicendo:homo est animal.per istum hominem.& illum alium & alium supponit:& diffiniendo homo est animal rationale mortale per istum hominē illum alium & alium:& sic pro oībus supponit uel significat.unde uidetur.quod suppositio sit significatio sequens ꝓpositiones:& diffinitiones.nā si hec fuisset suppositio:uidelicet dicendo:homo est:semper ꝓpositio deberet denominari potiusquā suppositio:quoniam dicendo:homo est:antecedit ꝓpositionem dicentem: homo est animal:atq̄ diffinitionē homo est aīal rationale mortale.quāobrem ueluti diffinitiones alie longiores:alie breuiores: similes ꝓpositiones esse possunt:uidelicet quando cōplexe.quando incōplexe.diffinitiones uero semp cōplexe. ℂSed aliter assumendo uidelicet:quod diffinitio non debeat uocari sic nec sic:propositio.tunc suppositio non dicetur de aliquo termino incomplexo:sed positio uel suppositio erit de terminis incomplexis:& sic dicendo homo.hec dictio erit suppositio:& ponendo homo est animal propositio erit:ꝓnūcdo siquidem homo est animal rationale mortale diffinitio. ℂVerūtamen uidetur omnes he dictiones posse uocari ꝓpositiones:atq̄ suppositiones:capiendo suppositionē per id quod termini quomodocūq̄ capiantur significent:hoc est cōplexi uel incōplexi: singulares atq̄ plurales : distincti uel confusi. ℂEt aduertas quod homines resoluti in aliqua facultate aut in pluribus : quāuis diffinire recte nesciant quēdam habitum acquisitum habent:per quem fere semper de causa ad effectū procedunt:sed hii simul cum habitudine maximū habent cōtinuatum discursum intellectus : unde fit: quod in uidendo aliquam rem ferme immediate cognoscunt iuxta habitudinem suam ad quid operandum propria est:ut fabri lignarii faciunt:dum aliquod uident lignum:cognoscunt per quod edificium uel instrumentū sit aptum. ℂEt si homo practicus i cōuersandis equis & astutus est:in uidēdo unūquenq̄ equum imediate cognoscet ad quod opus habilis est:cum in primo intuitu cognoscit an leuis : grauis : fortis : uel debilis sit : & in quibus membris fortior:& in quibus debilior . & iuxta hanc habitudinem in primo intuitu comprehensam: de effectibus ipsius equi futuris in eodem instanti iudicat : tanquam de priori ad posterius : & in hoc

modo unuſquiſq; reſolutus in facultatibus quibus ſcit: agit. ſed ad diſcurrendum per plura: preſer-
tim dum tanquam noua eueniunt: oportet quod homo ualde inuentiuus ſit: ut in paruo momento ad
cognoſcendas cauſas attingat: & inter alios auctores: qui reſolutionem expoſcunt ad ſimilitudinē diffi-
nitionum. medici maxima indigent reſolutione: eo quod indies multa noua eis occurrūt circa curam in
firmitatū. quoniā infirmitates diuerſas aſſumūt cauſas: & ſi cauſe in primis non cognoſcunt: perdifficile
infirmitates ipſe omnino deradicant: & ſi deradicātur hoc tarde & laborioſe eueniet. ¶ Preterea alia
occurrunt declaranda penes diffinitiones: uidelicet: an debeamus diffinire res per materiam: aut per for
mā: uel per ambas ſimul: ad quod dubium ſub paucis reſpondendū eſt: quod ſi omnis bona diffinitio con
ſtat de genere ſpecie & differentia: pariter eſt concedendum: in quacūq; bona diffinitione materiam &
formā & differentiam aut differentias ipſarum ingredi: ueluti dicendo: homo eſt animal. homo ſe habet
tanquā forma: animal ueluti materia: & rationalis ut differentia ex parte anime: & mortalis pro differen
tia corporis. ¶ Sed ut ſuperius uidimus: omnes bone diffinitiones ſe habēt in modo uniuerſali ſiue ab
ſtracto: tanquā abſolute in una ſola abſtractione: predicantes de pluribus: in qua recollectione non cōſi
deramus diſtincte de homine iſto: & de illo: niſi de oibus ſimul: qui ſunt: fuerunt: & erunt. ¶ Qui ordo
diffiniendi tanquā metrum ſe habet: per quod omnes homines ſimul diffiniunt: metrum uero & forma
ſepenumero cōuertunt: & ſic in hoc loco diffinitio uocatur forma uel metrum diffiniēdi ſimul plura par
ticularia ſimilia. ¶ Vnde diffiniendo formā: ſane dicere poſſumus. ¶ Forma eſt recollectio tanquam
uniuerſalis: per quam plura ſimilia pticularia diffiniūtur. Cōcedendum tamen eſt: quod prima ſimplicia
non poſſunt ita proprie diffiniri pſupponēdo nullum principium ſuper ſe habere: tanquā genus: nequi
dem ad latera plura ſimilia particularia: licet quod unaqueq; res diffiniri poteſt: aſſignando per modum
abſtractionis ſeu recollectionis: ea que ei ſoli ab intrinſeco ſunt ppria: & omnibus aliis rebus aliena: & di
cimus per ppricttates intrinſecas: eo quod ab extrinſeco improprie aliqua res diffinitur. ¶ Nam dicen
do ſiūitas eſt curuitas in naſo improprie ſe habet hec diffinitio: quoniam abſq; totalitate dirruptionis
ipſius naſi poſſumus per aliquod ſpacium manibus extendere naſum ipſum per unam partem & ſuble-
uare cutem per alteram: ideſt: ſuper cōcauitatē & declinare cuſpidem: & in eo tunc non poteſt diffiniri p
ſiūitatem & ſi eſſet uera diffinitio: ut intrinſeca non auferreret ab ipſo naſo talis diffinitio. ¶ Et hec et
eſt cauſa inter alias quod coruus per nigredinem definiri nequit: cum tota nigredo ipſius ſituatur ab ex
trinſeco: ut in plumis & pelle: unde poſſum9 leuare nigredinem ipſius: ipſo coruo remanēte. qua de cauſa
oporteret: dum coruum diffinire uellemus: aliquam intrinſecam inueſtigare diffinitionē: ueluti dicendo:
coruus eſt auis media inter aues uiuentes de rapina: & non uiuentes de rapina. ¶ Quāuis nō dicamus
hanc eſſe ueram diffinitionē corui: nihilominus intriſeca eſt. quoniā corui tum de carnibus iam mortuis:
& tum per uenationem propriam cibantur. ¶ Et in cōfirmatione: quod ordo diffiniendi forma uocari
poteſt: etiā nōnulla uerba Ariſtotelis applicāda ſunt: ueluti in primo celi & mundi dum inquit. ¶ Qui
celum dicit formā dicit: & qui hoc celum materiam: in quibus uerbis facile intelligi poteſt: quonam pacto
Ariſtoteles aſſumebat formam: & quomodo materiam. ¶ Forma ſiquidem per apphenſionē uel termi
num abſolutum: materiā uero pro hoc uel illo particulari. nam cum hoc dicimus ſemper particulare de
ſignamus: ut dicendo hoc celum: hoc elementū: hoc animal: hic homo: aut hoc homo abſolute dicimus.
¶ Et quia in diffinitionibus ſemper abſolute loquimur: per particulare uero nunquā. & ſecundū Ariſto
telem in hac imaginatione pticularia per aliquā aſſignationē: ut dicendo: hoc animal. ſe habet tanquam
materia & abſoluta ut animal ſicut forma: dicendum eſt iuxta hanc uiam procedendo: nulla materia
ingredi in diffinitione: ut diffiniēdo in quacūq; diffinitione cōprobatur. quoniā nunquā ibi aliquod par
ticulare deſignamus: gratia exempli dicimus: animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. ¶ Homo eſt ani
mal rationale & mortale: & ſic patet: qualiter ſemper abſolute loquimur: abſq; aliqua deſignatione parti
cularitatis. ¶ Et hoc merito fit: quoniam dicendo hic homo eſt animal rationale & mortale ſub hoc or
dine diffiniendi tantūmodo iſtum hominem diffinimus ſed promendo homo eſt animal rationale: de oi
bus hoibus aſſumi poteſt. uerūtamen ut clarius intelligatur: atq; rectius pnunciemus: promendū eſt: ois
homo eſt animal rationale mortale: que diffinitio tanquā forma ſiue metrum diffiniendi omnes homines
fit. ¶ Tandem non eſt dicendum: res quas diffinimus nullam habere materiam. nam ueluti materiales
res ſicut & formales ſub hoc ordine abſoluto denominato diffiniuntur. ¶ Vt ſi materiam diffinire
uellemus idem ordo obſeruandus eſt: ut ſuperius poſuimus. ¶ Vnde & ſic diffiniendo accomodate
dicemus: materia eſt uniuerſale ſubiectum: in quo omnis motus proprie dictus generationis & corruptio
nis fiunt: & ſic patet: qualiter etiam materia diffinit per abſolutam formā: ſed aſſumendo hoc per mate-
riam: materia non diffinit ſub hoc ordine abſoluto pdicabili ſimul de plurib9 ſimilibus. ¶ Et aduertas:
quod in hoc loco plures querendo intentionem Ariſtotelis diuerſas aſſumpſerūt opiniones: gratia exem
pli: nōnulli credunt: quod dicendo celum: debet intelligi per aliquod uniuerſale celum abſtractum ſuper
omnes celos: & hoc celum per celum ſenſibile: ſed Ariſtoteles dum ſimilib9 uerbis uſus eſt: nil de celo uni
uerſali excogitabat niſi tantūmodo de modo abſoluto diffiniendi ſimul omnes celos & tamen diffinitio
aſſumpta per formā diffiniendi: non eſt res realis extra terminos ordinatos ad diffiniendū: que diffinitio
nunquam cum diffinito ſuo cōuertitur: intelligas inquantū diffinitio dicit formā ſiue ordinem: per quē

plura simul diffiniunt. nam in hoc modo assumpta diffinitio secūda intentio est: sed cum de proprietate intrinseca rei cōsideramus diffiniendo: diffinitio & res diffinita cōuertunt. ¶ Alii nōnulli uero imagi-nati sunt: quod res uniuersales diffinimus: eo quod absolute in diffiniendo loquimur: sed cōcesso hāc opi-nionē ueram esse: petendum est: quonam pacto aut sub qua regula pticularia diffiniunt uidelicet: omnes res in actu manētes. totus mundus manet in actu: & quelibet pars ipsius: unde sequit: quod si nulla pticu-laris res diffinitur: nil de hoc mundo diffinimus: nisi tantum de alio mūdo abstracto ideali atq; increato: ut plato uidetur posuisse: sed de sententia Aristotelis: & aliorū multorum: & ratione: hic mūdus pticularis tantum datur: unde ipse tantum & partes in actu eius diffiniende sunt: non unaqueq; per se ab aliis diui-sa: sed omnes similes simul sunt diffiniende per unicam absolutam diffinitionem: & sic uideri potest: quā-obrem modus diffiniendi siue metrum se habet in modo uniuersali: non autem res diffinibilis. nam res q̄ diffiniunt ista: illa: & similes sunt. uerūtamē quia plures sub una diffinitione concludunt: per eam congre-gationem multorum dicimus uniuersalia diffiniri: eo quod non hunc hominē & illum tantū diffinimus sed istos & omnes alios particulares simul. ¶ Et sic dum omnes celos in actu manentes aut unum solū: si plures non sunt: diffinire uolumus: sane dicere possumus: celum est corpus rotūdū & supremū ingene-rabile & incorruptibile: totam machinā mundi ambiens. ¶ In qua diffinitione palam probat de celo in actu manente loqui: quoniā uniuersale per abstractum nō potest denominari corpus rotundū: nequi-dem circūdans totam machinā mundi. quoniā circulare operatio in actu est: & uniuersalia abstracta per-ponentes ipsa nil in actu neq; extra actum operantur. ¶ Preterea animaduertendū est: quia ultra ab-solutum modum diffiniendi secundum formam tantum: ut uidimus: alia datur uia diffiniendi: in qua ma-teria siue designatio particularis ingreditur: ut unaqueq; res habens per se totam unam naturā: ut deus & mundus: & etiam celum per assignationē materiei absq; aliqua repugnantia itellectus: diffiniri potest. nam nulla uidetur repugnātia ueritatis ita dicēdo: hoc celum est corpus supremū: ingenerabile & icor-ruptibile totam machinam mundi sub se continens: & ad hoc quod hec uera diffinitio sit: oportet unum tantum esse celum. quoniam si plures sint: non potest hec diffinitio pro inferiorib9 stare: cum unū solum celum omnes alios & alia inferiora continet. quocirca posito plures esse celos. & diffinitio in qua corpus supremū totam machinam mūdi circūdans ingreditur: uni soli celo tantūmodo cōpetit: qua de causa a[li]i celi per alias uarias diffinitiones sunt diffiniēdi: dato quod plures sunt celi: sed quāuis ponatur unum tantū: illud potest diffiniri per formā absolutam: ut dicēdo: celum est corpus supremū. ¶ Aut per assi-gnationē materiei: ueluti ponēdo: hoc celum est corp9 supremū. ¶ Sed dicamus de hiis quibus nulla opinio habet: quod plura similia sint: utpote de deo & de mundo: & tamen in modo suo diffiniēdi possu-mus diffinire unūquodq; istorū per absolutā. & pticularē assignationē: sicut ponendo. ¶ Deus est esse exemptum: aut deus est esse. ¶ Et sub particulari designatiōe dicetur. ¶ Hic deus est esse exemptum: unde per absolutum & designationē eundem deum simpliciter diffinimus: uel cōsideramus. ¶ Et si mū-dum diffinire uellemus: sane dici potest. ¶ Mūdus est unio omniū rerū dependētiū: tāquam partes inte-grales simul in uno toto manētes. ¶ Et similiter recte cum materiali siue particulari designatiōe mun-dus diffinitur. ¶ Vt ponēdo: hic mūdus est unio omniū rerū depēdētiū: tanquā partes itegrales simul in uno toto manētes. ¶ Et sub hac cogitatiōe per signū pticularitatis diffinire possumus: ut positū est in plurib9 diffinitionib9 signū pluralitatis: uidelicet: ubicūq; plura pticularia similia simul diffiniunt. nā dicēdo omne animal est substātia animata sensibilis: nullatenus per unū solū animal assumi potest: cū nō cōgruit dicēdo: omne hoc animal est substātia. nam omne tāquam nomē collectiuū est: ut populus: & qd diffiniendo unū solum non debeat poni hoc signū omne: exemplo patet: cum deū aut mūdum diffinire uolumus: quoniā nō decet simile signum ponere: ut dicendo: omnis deus est esse exemptū: neq; ois mun-dus est unio omniū rerū dependentiū. sed hic deus aut hic mundus: est dicēdum uel in absoluto: deus est esse: & mundus est unio omniū dependētium. ¶ Homo est animal rōnale mortale. ¶ Aut p designa-tionem particularitatis: omnis homo est animal rationale & mortale: & dicendo homo est animal rōnale & mortale diffinitio confusa est. unde ita per unum solum ueluti per plures capi posset: licet quod de uersi-tate materie potest assumi per omnes homines. quoniā attributiue de omnibus. potest uerificari: ueluti di-cendo: hic homo est animal rationale: ille animal rationale: & sic omnes homines quocirca ut clare dica-mus: ad hoc signum significans per omnes pticulares homines deueniēdum est. ¶ Et sic patet: qualiter dum plura simul diffinimus: ueluti dum unum solum. Aliquādo si uolumus: merito signū particularitatis siue materialitatis in ipsa diffinitione applicare possumus. ¶ Preterea sicut de diffinitione per absolu-tam formam factam per maiorem partem: & etiam simul cū hoc de diffinitione: cum signo materialitatis: ut iam diximus. similiter de diffinitione substātie simpliciter assumpte aut simul cū accidēte capere possu-mus. nam dicendo: homo est animal rationale: substātiam tantum diffinimus. ¶ Sed ponēdo homo est risibilis: aut presertim si diceret: homo est albus: simul cum accidēte ipsum diffinimus. ¶ Et etiam acci-dentia sine substantia diffiniri possunt: ueluti dicendo: albedo est color inter omnes colores apertus siue clarissimus: & etiam eadem diffinitio de albo cōcreto assumpto per ipsum dari potest: & pari modo acci-dētia ab intriseco per se diffiniēda sunt: sic promēdo: accidētia sunt entia a natura repugnātia per se psē-cte manere: in quibus diffinitionib9 accidentiū nullam apponimus substātiam: & sic unaqueq; species ac-

cidentiũ per se potest diffiniri:licet quod dum coniuncta substãtiis sunt:oportet cum substantiis diffiniri. ¶Etiam nõ ens per terminos significãtes negationẽ diffiniri potest. ¶Veluti dicẽdo:chimera est quedam fictio per imaginationẽ fabricata a natura:repugnãs in re extra terminũ esse. ¶Et diffiniẽdo nõ esse iuxta hoc terminũ assumẽdo:dicemus:nõ esse:est terminus significans priuationẽ siue negationem rei. ¶Diffinitio enim de se secũda intentio est:quoniã semper ad aliud refert:sub qua ꝓprietate tãquã de terminis significãtib9 priuationem rei:quam de realib9 rebus dicit: itelligas.qđ ita hoc ueluti & illud diffinire possumus:uerũtamẽ cum re reali diffinitio simpliciter conuerti potest:cum non ente uero nullũ cõuertit:licet quod uerba in diffinitione posita realiter cum ipsis terminis significãtib9 negationẽ rei cõuertit.nam ueluti res cũ re extra terminos assumpta cõuertit:ita terminus cum termino.quoniã termini per se assumpti in eo quod uoces uel scripti reales sunt:siue prime intentionis:sed in significatiõe secũde intentionis: quoniam ad alia significãtes.

¶De Eodem

¶Preterea ultimatim distincte uidendũ est:an diffinitiones alique per se probent uel ꝑsupponant semꝑ: ad quod sub paucis respõdẽdũ est:omnes diffinitiones procedere per uiam ꝓponẽdi: nõ autem secundũ probationem:& nõ tantũ diffinitiones talem habẽt ꝓprietatem:sed omnes alie doctrine:ut resolutiua & compositiua.nã hec duo penes cõsequẽtias procedũt:ueluti dicẽdo:si homo est animal rõnale:& corpus humanũ simul sunt.si domus est lapides & ligna & architector sunt:aut fuerũt:architector : lapides:& ligna sunt.igit domus est aut esse potest.operatio sub ratione apta fit : ergo aliquis rationalis auctor est: sed in hiis cõsequẽtiis nil probamus:immo semper ꝑsupponim9 tanquam de re scita:hoc de illo omnino emanare:uidelicet:qđ posito uno istorũ aliud sequit: & tamen oportet per primũ sensib9 atq intellectu probare:quod ita se habẽt:ut postmodũ per cõsequẽtias assentimus:exempli gratia: uidemus quod unusquisq nostrũ generat de materia insensibili:& postmodum nascit sensibilis.unde probamus:aĩal esse:qm̃ uiuit & sentit:& uiuere & sentire duo dicũt:idest:corpus & animam:ut experiẽtia probat:cũ illud qđ erat prius isensibile:ut sperma:postmodũ per animam fit sensibile:& cũ homo uiuit.& uiuẽdo ratiocinat: per eam ratiocinationẽ probamus ab intrinseco esse rationalem.& quia in postremo moritur:etiam probat mortalem esse:& si inferret:qđ ea que sensib9 patent:probari nequeunt.nos longe aliter sentimus : nam experta per sensus super omnes probationes probata ipsa denominamus. ¶Gratia exempli:uidemus atq tangimus pãnũ uel parietem:& disputat de quãtitate eius.unde oportet ad sciendam ueritatem:aliquam assumere mẽsuram:ut cubitalem cũ qua mensura probemus:determinatam quãtitatẽ in longitudine & latitudine ipsius panni:siue parietis : ubi talis mẽsuratio argumẽtatio circa sensibilia est denominãda:& si aliquis homo dicit:ego curro instar equi:& alius respõdit:quod nõ oportet ut probet quis istorum rationem habet:ad cursum deueniat homo ille cũ equo:unde ea experiẽtia probatio est. ¶Ita qđ dum iam per plures experientias aliquã facultatem seu particulares unius speciei comprobamus:scientiam congregatam agimus fere in modo abstractiõis:siue cõgregationis fundata:tamẽ in ꝓbationib9 primis tanquam in experientiis. Veluti ut dictum est:cognoscimus indies aliquas ꝓprietates infallibiles hominũ per experiẽtiã:ut animalitatẽ : rationalitatẽ:& mortalitatẽ.sub quo fundamẽto postmodũ recte dicimus:omnis homo est animal rationale:mortale:sed in hac diffinitione nil probam9:quoniã tantũ super experimentis pcedentib9 quiescim9. ¶Nequidem per ipsam diffinitionẽ aliquid aliud probare possumus:nisi tm̃ in modũ cõsequẽtiarũ:ueluti dicẽdo:si homo est:risibilis est:uel disciplinabilis : sed hic idem per idem:aut dato quod nõ esset:nil in hiis cõsequẽtiis probatur:sed semꝑ per probata sensib9 manem9. ¶Et hic forsitã quidam auctores nõ intellexerũt recte quomõ assumẽdũ sit:dum dicit:nulla sciẽtia ꝓbat subiectũ suũ:sed presupponit ipsum esse.nam in hoc loco sciẽtia & subiectũ idem sunt: aut parum differunt.& quia nullus probat seipsum simpliciter:nisi per aliquod aliud:ut hic homo ille & alius per operationes:satis potest teneri:quod nulla sciẽtia probat subiectũ suũ assumẽdo subiectũ : per ipsam sciẽtiam: & qđ idẽ sint facile uideri põt.nã experiẽtia siue expimẽta q̃ ante diffinitiões euenisit:nõ uocant scientia: quousq ad diffinitiones deuenimus.& diffinitio ipsa:tanquã in precognitis fundata: & cõgregatio multorũ experimẽtorũ appellamus ipsam scientiam:& etiam tanquam subiectũ. ¶Nam si peteret: quid est subiectũ hominis:sufficiẽter respõderet dicẽdo:anima rationalis & corpus humanum simul operãtes est subiectum hominis:& quod ita sit ꝓbat.quoniã dum nos de cognoscẽdo:quid homo sit:intẽdimus semꝑ in anima rationali:& in corpore humano simul operãtib9 fundamur :& in quacũq facultate id super qđ laboram9:ad cognoscẽdũ totam facultatẽ illam est subiectũ ipsius. ¶Vnde fit:quod diffinitiões & subiecta sepenumero coincidunt:cõcesso quod diffinitiones aliquãtulũ super subiecta extẽdant:& oĩs bona diffinitio ostendit subiecta & passiones diffiniti:licet sub paucis uerbis in modo cõgregato: qm̃ pticulatim per extensa capitula omnia hec explicant. ¶Sed diffiniẽdo hominẽ totũ fundamentũ:& passiones ipsius assignamus.nam cum animal ꝓnũciamus:animam & corpus simul uiuẽtia dicimus:sub qua animalitate seu uita plura postmodũ enarrare possumus:sub ꝓprio fundamẽto.& dicẽdo rationale:operatiões sub ratione actas ibi assignamus uel aptitudinẽ fundamẽtalẽ ad operandũ ipsas:& mortale fundamentũ

passionis moriendi dicit: super qua dispositione plurima de morte uel separatione hominis adducimus: & tādem diffinitio ipsa nil probat: sed imediate atq; succincte fundamēta hominis atq; passiones ꝓprias enarrat: psupponēdo iam omnia hec probata esse: & tamē ea per que diffinitio probata est: multo clariora sunt: quam diffinitio. unde nō est causa q̄d diffinitiōes uel subiecta nō ꝓbent: eo quod alia clariora in facultate ipsa non dentur. sed quia subiectū est scientia ꝓprie denominata coincidunt: & posito: quod non coinciderēt: nō est de ratione alicuius scientie inquantū scientie: ea que dicit probare: sed tanquam determinate ꝓponere. ¶ Et quod sciētia diffinitio & subiectū: subiectū secūdum nos assumimus idem sint: aut cum pauca differētia: facile in diffinitiōe scientiarū cōprobari potest. nam diffiniēdo scientiam: sufficienter poneremus. ¶ Scientia est cognitio īfallibilis adequata rei: de qua ipsam cognitionē habemus. sed quia hec diffinitio est uniuersalis ad omnes scientias: ut apertius a quocūq; intelligamur: aliqua est ostendēda diffinitio particularis alicuius rei: ueluti de homine. unde diffiniēdo scientiā hominis idem fere cum diffinitione ipsius hominis ponemus. ¶ Ita dicēdo: sciētia hominis est cognitio adequata de illo quod importat sub hiis terminis dicētibus: homo est animal rationale & mortale. ¶ Et aduertas: q̄d hec uerba per que homo diffinitur: per se assumpta absq; alia cōsideratiōe nō sunt sciētie de homine: sed id quod per ista uerba importat̄ est scientia adequata hominis: & tamē semper super diffinitione hac fundari oportet. unde animal. rationale & mortale erit subiectū hominis: quoniam super hanc explicationē ad agendum de homine mouemur: & ibi semper fundamur. ¶ Et sic dum dicitur: animā esse subiectum scientie in libro de anima: siue in scientia ipsiusmet ītelligendū est animam cū ꝓprietatibus suis intrinsecis: tum per se separata: & tum corpori cōiuncta: est subiectū in libro siue in scientia de anima: quoniam de hiis ꝓprietatib9 in libro de anima negociamus. unde diffiniendo scientiam ipsius: potest dici: scientia de anima est cognitio infallibilis adequata. que de ipsa anima habetur. ¶ Dum anima uero diffiniret̄: taliter dicēdum esset: anima itellectiua est forma substantialis: ingenerabilis: & īcorruptibilis inter omnes animantes perfecta: dans perfectionem & ītelligere corpori: in quo infunditur. ¶ Super qua diffinitione siue significatione ipsius tota scientia: quam de anima habemus fundatur.

¶ Cur uidende sint omnes partes principales: de q̄bus logica constat: priusquam subiectum atq; diffinitionem recte in ipsa assignare possimus: & finaliter quid subiectum: atq; diffinitio in logica ipsa sint. Cap. clxxv.

¶ De subiecto logico alibi aliqua a nobis dicta sunt: sed cū de hoc diuersi diuersa sentiant: rursus aliqua dicemus explicando: quanto melius potuerimus: quid subiectum: & diffinitio in logica sint: licet q̄d prius quam ad diffinitionem & subiectum deueniamus: multa pertractanda sunt: cum de ꝓprietatib9 logice sit uaria tangere: tum de cōcretis negotiis & tum de abstractis: aut de hoc & de illo. nam logica semper in pluribus seruire potest. quoniā quandoq; de secundis intentionibus: & quandoq; de primis agit: ueluti & omnes alie facultates tractare solent circa primas & secundas intentiones ītelligas. ¶ Nam semper id quod per prius ī mente nostra occurrit: de quo negociare ītendimus: prima ītentio est. uerba seu scripta que postmodū eueniunt: secunde intentiones sunt. ¶ Gratia exempli: ego considero de mansione in templo realiter: & postmodū dico: uolo ire ad templum: ut ibi maneā: hec uerba sunt secūde ītentionis: & prima cōsideratio de mansione in templo est intentio prima. ¶ Et q̄a logica ī ꝓcedendo huiusmodi se habet: nullatenus recte potest denominari tota de secundis intentionibus esse: neq; tota de primis nisi de utrisq; simul: licet nōnulli aliter sentiant: asserēdo subiectum ī logica tantū de secundis intentionibus constare: & ut hanc opinionē defensare possint: q̄nq; inquiunt: logicam nō cōsiderare de ueritate uel de falsitate rerū: nisi de rectitudine uerborū tantū. ¶ Sed q̄d de ueritate & falsitate rerū realiū siue primarum intentionū etiam dicat probat̄: per exempla ī ipsa logica posita. nam hee ꝓpositiones penes ordinē assumendo recte sunt: uidelicet: omnis homo currit: & nullus homo currit: & tamē secūdum logicos non possunt hee ꝓpositiones esse simul uere: sed bene simul false: & si assumeret̄ circa secūdas intentiones tantum ambe fuissent uere. quoniam hec est uera dictio per se assumpta: omnis homo currit: sed q̄a tēdit ad aliud in re uidelicet ad oēs homines: & quū de facto omnes homines nō currant: habet̄ pro falsa hec propositio apud logicos. omnis homo est albus: & nullus homo est albus: etiam ambe false. ¶ Aliq̄s homo est albus: & aliquis alterius coloris uere ambe hee ꝓpositiones: eo quod prime ītentiones in his assumptis sunt uere: eo quod de facto aliquis homo est albus: & aliquis alterius coloris: & de facto uerum nō est secūda intētio: nisi hic homo alb9 realiter assumptus: per primā cōsiderationē: & ille homo niger uel rubeus: si tu curris tu moueris ꝓpositio logicalis est: & tamē si res currens nō moueret̄ esset falsa hec propositio. ¶ Et si fortasis opponeret̄: quod hec similia exempla non sint de essentia logice nisi cōtingenter posita: ut audientes adiscant: & quod logica tantum de secundis intētionibus per ultimatas abstractiones ītelligatur. uidelicet: per correspōdentia unicuiq; ꝓpositioni: ueluti dicendo: iste homo est homo: & ille est homo: alius & alius similiter: ergo aliqua unio uniuersalis datur correspōdens isti illi & alteri: que cōmunitas est de secunda intentione a logicis assumpta. ¶ Sed petimus nunc: si de primo ad ultimū ad has abstractiones aspiciunt: quonam pacto in logica secunde intentiones uocari possunt. quoniā q̄cquid occurrit

nobis p prius in mētē per qđ mouemur:illa est prima intētio in facultate illa uniuersalia sunt:tāquā obiecta per que logici in primis mouentur:ergo uniuersalia sunt eis prime intentiones:& sic male positum est inferendo:quod logica constet de secundis intentionibus. ℂEt si poneretur : quod secunde intentiones uocantur sub hac imaginatione:quia denominantur secunde substantie:sed nec hoc ualet : cum logica de pluribus abstractis agat que non sunt neq; substantie prime neq; secunde : nam ueluti album non dicit substantiam:nequidem albedo neq; albedineitas substantiam dicunt:& tamen logica de similibus abstractis tanquam ultimatis sepe negociat:que accidentia sunt. ℂSed deueniamus ad uera essentialia.ut ostendantur ultima a logicis abstracta:& accipiemus aliquam diffinitionem:eo quod diffinitiones quo ad uires nostras p essentialia dātur.unde merito in hoc loco assumenda est aliqua diffinitio. Veluti dicēdo:homo est animal rōnale mortale:& in primis de apprehēsione.iuxta resonantia ꝓpositionis intelligamus:eo quod secundum plures logicos:qui uniuersalitate sunt:omnis propositio extra ipsa uerba:& intentionem nostram habet aliquam naturam correspondentem in re. ℂHoc posito : reuertamur ad diffinitionem hominis:iuxta apprehensionem assumptam in hac propositione:dum hominē diffinimus.unde palam inueniemus:apprehensionem nostram de pluribus rebus a natura constare:non autem de uno simplici abstracto. ℂEt quod ita sit probatur:nam cum animal pronunciamus quandam apprehensionem compositam concipimus ; uidelicet : de quadam re animante : & de altera recipiente animationem. ℂEt ulterius : cum rationale ponimus : aliam apprehensionem capimus distinctam ab ipso animali:& cum mortale adimus:etiam ibi aliam concipimus apprehensionem: neq; est inferendum: quod hec tanquam plures potentie in uno solo subiecto differant: imo ueluti uarie species differūt.nam res animans : & res accipiens animalitatem nullatenus eiusdem speciei esse possunt.unde deueniendum est ad ultimum in hac diffinitione hominis:& ibi de necessitate per rem dantem animalitatem intelligamus animam:& per assumentem ipsam animalitatem corpus:& per rationale proprietatem intrinsecam anime:& per mortale proprietatem essentialē:per quam anima & corpus separantur:eo quod uarie nature sunt:nā si de una sola nunquam homo moriretur:eo quod simplex natura separari nequit:unde his uisis proculdubio cōstat:qualiter logicus ueluti & alii hoies faciūt de hoc animali de illo & alio cōpositis de animabus & corporibus negociat realiter extra terminum p formā ꝑdicandi capiendo. Et opponendo non intelligimus animal rationale mortale tanquā concretum nisi animalitatē:rationalitem:& mortalitatem. ℂRespondendum est quod homo non est animalitas:nisi animal:nō rationalitas:sed rationalis:non mortalitas nisi mortalis:conceditur:quod aliquā habeamus animalitatē tāquā proprietatē:eo quod animati sumus:que proprietas nō est de anima sola:nō de corpore solo:sed de utroq; simul. ℂHumanitatē etiā habemus tanquam proprietatem intrinsecam.qm̄ humani sumus:sed nullus nostrū est humanitas:sed habēs humanitatē:licet quod humanitates quas habemus distincte sunt .quoniam humanitas mea est alia ab humanitate tua. ℂLicet qđ ut superius uisum ē si finis logicoꝝ est de his abstractis omnino in logica tractare:ea uniuersalia se habebūt:tāquā prime intentiones:concesso : quod ipse sint que prius moueant intellectum nostrum:dum de logica acturi sumus. ℂSed hic uarii uaria de subiecto logice sentiunt:quidam inquiunt de secundis intentionibus adiunctis primis constare:alii de secundis intentionibus tantum:alii uero de sillogismo uel de argumentatione:& sic in modis uariis. ℂSed cū hec difficultas inter plures dignos auctores inuicem dissentientes uersetur:patet non esse facilis declaratiōis. ℂVerumtamen concesso difficultatem esse ad conueniendum omnes simul:ut minus differamus:in primis uidēdum est quid logica in seipsa sit:aut sub quo fine ordinata:& cum unamquāq; partem sigillatim uidebimus:deinceps omnes simul congregatas:de diffinitione ipsarum simul assumptarum facilius quam aliusmodi uidere possumus.& cum diffinitionem alicuius rei habemus:facillime de subiecto proprio ipsius intelligere possumus.nam prius quam hominem diffiniamus necesse est experiētia cognoscere de anima & corpore constare:& quod est aptus ad ratiocinādū p opera ab ipso emanata:& quod finaliter moritur.& cū oēs hec partes in oībus hominibus infallibiles cōprobent:quādā diffinitionē sub resolutis uerbis atq; imediatis edificamus:ita dicendo:omnis homo est animal rationale mortale:& similiter de unaquaq; alia re discernendū est priusquam ad diffinitionem ipsius deueniamus. ℂSub quo ordine de omnibus partibus tanquam essentialibus principalibus in logica positis cognoscendum est. Et postmodum ad diffinitionem & subiectum accedere. ℂLogica siquidem non est tanquam una sola simplex res imo aggregatio multarum scientiarum seu considerationum:sub qua diuersitate aggregationis nonnulli in querendo subiectū ipsius cōturbati sunt.quoniā tum de abstractis & oīno uniuersalibus:tum de particularibus cōcretis secundum terminos dicentes ad reales res:& tamen de terminis per primas & secundas intentiones agit:& omnia hec uaria eueniunt:eo quod logica ad alias scientias respectiua nouiter reperta est:aut saltem post omnes alias : sub intentione:quod per solam logicam de omnibus terminis scientiarum in modo explicato:tum de superiori ad inferius:tum de inferiori ad superius:iam secundum equalitatem : & iam secundum disparitatem:loqui possumus. ℂEt ut hoc fieri posset : necesse erat : aliquod principale de quacūq; scientia in ea aggregatione ponere ordinatim : eo quod confusiones fugiamus dum ad ipsas facultates accedimus. ℂEt quod de omnibus scientiis logica coadunata sit : experientia patet . Nam in primis de attinentibus grammatice agit ; ut scilicet ; de littera ; sillaba ; dictione ; &

orationes:de suppositionibus seu significationibus distinctis seu confusis:singularibus & particularibus
sed per aliquos alios terminos:& explicatius circa ueritatem & falsitatem terminorum:quã grãmatica ip
sa.sed in materia istorum terminorum:ut dictiones & orationes:circa idem grãmatici & logici laborãt.
¶Et cum postmodum ad predicamenta deuenimus : palam ibi omnes scientias tãquam de superiori ad
inferius coordinatas inuenimus. ¶In primis siquidem siue in superiori parte methaphisicam meram
reperimus:ut quinq; absoluta predicabilia:& hoc in quocũq; predicamento inuenitur:ut decurrendo p
decem predicamenta uideri potest. ¶Gratia exempli:dum de predicamento substantie agimus:in pri
mis substantiam tanquam genus uniuersalissimum ponemus:& sub ipsa corpus:qui duo termini metha-
phisicaliter capiuntur. ¶Sed in tertio signo uidelicet cũ dicit corpus animatum apprehensio phisica
lis est: ¶Et in signo quarto cum animal:dicit etiam de ratione phisicali intelligitur.quoniã unaqueq;
res de anima & corpore constans secundum rationem phisice est iudicanda. ¶In quinto signo species
specialissima ut homo uel equus. ¶In sexto signo uero Ioannes martinus. ¶In qua ordinatione
omnia que de substantia in omnibus facultatibus reperiũtur hic succincte posita sunt:& tamen in hac or
dinatione logicalia denominantur.sed quo ad ueritatem dicendo:genus aut species:absolute ad metha
phisicam attinet. ¶Sed ponendo corpus animatum:uel animal:de ratione phisici est:& etiam iste ho-
mo:ille equus & similia.nam unũquodq; corpus animatum de ratione sua mobile dicit quod secundum
quosdam est subiectum.in naturali philosophia:est corpus mobile aut saltem materia & forma simul ope
rantes:& ubicũq; corpus animatum:ibi corpus mobile siue forma & materia simul cooperantes. ¶In
secundo predicamento attinentia mathematice posita sunt:ut quantitas:licet quod ĩ primo signo abso
luto methaphisice:sed in secundo signo:dum dicitur quantitas alia continua alia discreta:linea superfi-
cies:punctus:corpus & similia:de cõsideratione mathematicorum sunt.Et postmodum dum dicitur:hec
linea hic punctus:hec superficies:hoc corpus de quocũq; manuali artifice. ¶Tertium predicamentũ:
uidelicet qualitatis:ĩ prima assumptiõe qualitas absoluta methaphisicalis ẽ:sed ĩ secũdo signo cũ ad exẽ-
plandum descendit:phisicalis cõsideratio ut exemplando:per primam speciem siue genus subalternum
habitus uel dispositio : & per secundum genus uel species naturalis potentia uel impotentia que pro-
prietates phisice sunt. ¶Et cum durũ:molle:dulcedinẽ amaritudiem:calidum:frigidum:humidum: sic-
cum dicit de considerationibus medicine attinentibus agit. ¶Quartum predicamẽtum de relationi
bus agit.sed prima assumptio:idest absoluta relatio ad methaphisicam attinet:sed descendendo per ge-
nera subalterna seu species in phisicalibus exemplatur:ut in uicinis equalibus:patribus:filiis:dominis:seruis
& similibus. ¶Quintum predicamẽtum atq; sextum uero post primum signum absolutum:quod me-
thaphisicale est ad narrandum de operationibus predicamenti substantie attendunt:uidelicet:generare
corrumpere:secundum locum mouere:& similia:& in patiendo generari:corrumpi:& sic procedendo:&
ueluti in his predicamentis exemplauimus:de reliquis aliis capiẽdum est. ¶Nunc uero ostensis his que
in logica tanquam partes integrales congregate sunt:facile de diffinitiõe atq; subiecto ipsius logice co
gnoscere possumus.nam si omnia hec tãquam unum totum ad unum solum finem tendentia diffinire uo-
lumus:unum solum subiectum est ponendum:si unaqueq; pars per se est diffinienda ad similitudinem de
illa facultate de qua per primum dependet.Plures diffinitiones:plura subiecta:in logica erunt: ¶Exẽ
pli gratia dicendo:subiectum logicum constat de terminis cõstitutiuis:dictionibus:propositionibus:ora
tionibus:& suppositionibus & similibus.tale subiectum grãmaticum erit. ¶Et dum dicitur:subiectum
ĩ logica cõstat de secũdis ĩtẽtionib9:uidelicet:de ultimatis abstractis:hoc subiectũ methaphisice attinet.
¶Et dicẽdo subiectũ ĩ logica ẽ de secũdis ĩtẽtionib9 adiũctis primis:tale subiectũ erit phisicũ:ut dicẽdo
oĩs homo est animal aut omne currens mouetur.& quia omnis homo de anima & corpore constat : eo
quod animal mobile est.unde de consideratione phisici. ¶Et dicẽdo quod subiectum logicum sit quã
titas continua uel discreta:aut utrũq;:hoc subiectum attinẽs mathematicis erit. ¶Et ponendo subie
ctum logicum in qualitatibus fundari:tale etiam erit phisicum:tamen attinẽs medicis potius quam aliis
artistis. ¶Ut de his exemplauimus de aliis intelligendum est.unde oportet ad unum solum subiectum
deuenire : quod totam comprehendat logicam:& ei soli tantummodo attineat. ¶Unde diffiniendo
logicam merito dicere possumus. ¶Logica est coadunatio tanquam de superiori ad inferius ab omni
bus scientiis assumpta inuenta ad arguendum in omnibus facultatibus:sub distincto atq; recollecto or
dine assignando quoddam inferius & quoddam superius. ¶Hec longa diffinitio est : eo quod in ipsa
duo designamus:primo materialia in ipsa logica coadunata:& deinceps finem : ad quem logica inuen-
ta est:& in operationibus suis tendit. ¶Sed de ratione una istarum partium est assignanda pro subie-
cto totius logice:non autem ambe:uidelicet:coadunatio assumpta a pluribus scientiis:& secundum supe
rius & inferius coordinata : aut uero finis super quo ipsa logica inuenta est. ¶Quoniam si hominem
diffinire uolumus non decet ponere:homo est quoddam cõgregatum de anima rationali & corpore hu
mano.animal rationale mortale:sed unum tantum ponemus : uidelicet illud quod magis ad uniuersale
tendit:eo quod ibi succincte pluriora comprehendit : & sic dicimus:homo est animal rationale morta-
le. ¶Verumtamen in hoc loco animal tanquam subiectum rationalitatis mortalitatis se habet. ¶Et
sic dum logicam diffinimus aliquid tanquam subiectum in eadem diffinitiõe & aliquid ueluti subiectatũ

ponendum est. ❡Vnde dicere possumus: logica est coordinatio rerum apta ad tractandum in modo argumẽtatiuo de omnibus facultatibus. ❡Et quod ita sit patet. nam non solum logica circa argumenta uersatur: sed potissime in gradatione rerum secundum superius & inferius: equales & inequales attendit: ut argumenta ualida fiant. nam arguere tantum omnibus hominibus doctis & indoctis in quacũq; ligua concessum est: sed obseruare proprios modos arguendi: his tantummodo qui artem logicalem habent datur. & sic uideri potest: qualiter sola argumentatio seu sillogismus non potest esse subiectũ in logica cum ipsa adequatum: cum i primis ibi petatur coordinatio rerum tanquam primum fundamẽtum ad obseruandum ueros modos arguendi. ❡Nam arguere sic uel sic: in rebus quibus cõuersamur facile est: ut in omnibus sapientibus & insipientibus hominibus probatur. nam in quocũq; idiomate cõceditur ista per paruulos & magnos dicendo: si omnis homo currit: & tu es homo: sequitur etiam quod tu curris: omnis res que currit mouetur: & aliis multis similibus logicalibus in omnibus idiomatibus utũtur atq; intelliguntur. unde modus arguendi in logica positus non est nouiter inuentus: immo a principio mundi simul cum locutionibus hominum: Nã i eo modo quod grãmatica iuxta uere loquẽdo: & assignãdo singularitatem: pluralitatem: tempus presens: preteritum: & futurum locutiones distinctas: & confusas in quacũq; lingua datur: super qua postmodũ alia potius ordinata locutio fit: ut greca & latina. ❡Similiter argumentationes in logica posite a cõmunibus locutionibus assumpte sunt. sed in logica rectius ordinate: ordinatio predicamentorum autem in logica positorum uere difficilis. ❡Subiectum uero ĩ quacũq; facultate cum ipsa diffinitione coincidit: aut parum differunt. ❡Et sic dicemus: subiectum in logica est regulatio rerum ad tractandum in omnibus facultatibus ordinatim sub modo argumentatiuo. ❡Aut uero subiectum logicum: est doctrina procedendi argumentatiue secundum superius & inferius: in quacũq; facultate: & hoc subiectum nulli alii facultati coadunare de pluribus aut simplici attinet: nisi logice tantum. Quãobrem sufficienter uidetur posse in hoc modo assignare subiectum atq; diffinitionẽ logice: ut positum est. qm̃ logica de principio ad finem tendit ad ordinnandum omnes facultates sub succincto distincto & argumentatiuo modo. unde satis patet qualiter primus auctor ipsius logice saltem predicamentorum incepit sub fine: ut ordinate arguere posset: in quacũq; facultate. Et sic posito quod postmodum aliquis sub meliori forma modos sillogizandi ordinaret: non propter hoc qui ultimate ordinauerunt sunt denominandi primi auctores in doctrina arguendi: si forsitan non dicerentur primi eo quod distinctiorem formam adduxerũt. ❡Deniq; dicẽdum est: logicam se habere ad ordinãdum omnes scientias: in modo succincto: distincto: & argumentatiuo: ueluti grãmatica in ordinandis rectis locutionibus in quacũq; lingua. nam dato quod in omnibus uocabula per quãcũq; rem: atq; operationem non habeamus: in uno quoq; idiomate aliquis obseruatur ordo p̃ quẽ recte alter alterum intelligit: & sic in quacũq; facultate logica utuntur. sed in aliquibus multo melius & in aliis deterius ueluti locutionibus grãmaticalibus facimus. nam in greca lingua & latina rectius est posita grãmatica quam in pluribus idiomatibus:

❡Qualiter de aliquibus que eterna non sunt scientiam haberi dicamus. Cap. clxxvi.

❡In aliis capitulis explicatum est: quod de particularibus & non uniuersalibus sciẽtiam adipiscimur. hic uero nonnulla ponenda sunt: ut uideatur quomodo dicamus scire tanquam per ueram scientiam aliqua que eterna non sunt: & tamen quia semper quod sunt una & eadem ratione resultant: asserimus de iisdẽ haberi scientiam. Exempli gratia: credimus de eclypsatiõe lune scientiã haberi: & luna non sem̃p eclypsatur. sed dicimus quod quotiescũq; eclypsatur: per oppositionẽ terre inter solẽ & lunã causat̃. ❡Et si luna aut terra corrumperetur: non esset amplius ista causa eclypsandi: quãuis diceremus: quod stante terra inter solem & lunam erit lune eclypsis. Hic autem presupponendum est: esse solem lunam & terram: quia aliter non ostenderemus eclypsationem per ueras causas nisi tantum per uerba. & in hoc palam cõprobatur: nos posse: de rebus dependentibus scientiam habere: licet eterne non sint. si enim lune eclypsatio esset eterna: continuo eclypsaret. Vnde manifeste patet: nos de rebus non eternis scientiam habere. nam lune eclypsatio. Inderdum accidit & non semper: & tandem de eclypsatione scimus: Nihilominus hoc ab experientia seu propter quia ortum habet: eo quod lunam uidemus turbidam absq; radiorum emissiõe: & deinde causas inquirendo etiam sensibili experientia inuenimus. Sol enim est super uno angulo terre: & luna super alio per eandem directam lineam in modo quo terra est inter lunam & solem: & denuo aliud consilium agimus: quod luna a sole lumen accipit: quia dum ipse sol non potest lunam illuminare: ipsa per aliquod interuallum non emittit radios: & secundum hoc quotiescũq; terra inter solem & lunã opponeretur erit eclypsis lune. tamen non est semper eclypsis eternus incessanter: nisi iam eclypsis: & iam non eclypsis. Nihilominus scientia de eclypsi ipso: quando est habetur: & pari modo asserimus: scientiam de hominibus habere: quãuis semper non essent: ita proponendo quotiescũq; quod anima rationalis & corpus humanũ alter tanq̃ subiectum: & alter ueluti forma simul uniunt̃: est animal rõnale & mortale: posito quod assidue aĩal rõnale mortale nõ eẽt: ut iuxta exemplum de luna positũ ita se hẽre p̃bat̃: &

ueluti sol & luna sunt hii particulares: ita homo de anima rationali & corpore humano constans: est particularis: ita q de particularibus scientiam habemus. ¶ Nam bene ualet inferre tanquam uerum semper: quod terra inter duo corpora similia ut sol & luna opponeretur eeclypsim fieri: tamen non est aliquis eclypsis uniuersalis abstractus tanquam eclypsium forma: i qua diffinitio eclypsis uerificetur & cōseruat. In quo loco distincte de diffinitionibus absq subiectis palā uidere possumus: quales sint: & ut facilius ea que dicimus intelligantur eclypsis solis & lune diffinienti sunt. Vnde dicemus: eclypsis solis est impeditio radiorum solarium: ut ad nos non ueniant per oppositionē lune inter corpus solare & terram. ¶ Eclypsis lune est obscuratio seu carentia claritatis in ipsa luna causata: per interpositionem terre inter solem & lunam. ¶ Modo sequitur questio: ut dicendo pro hoc nunc non eclypsatur sol non luna: utrū debeat dici: eclypsis solis est impeditio radiorum solarium ut ad nos non ueniant per oppositionē lune inter corpus solare & terram? an dicendum sit eclypsis solis semper quod fit est: quia luna interponitur īter corpus solare & terram: aut quotiescūq quod eclypsis solis erit talem habebit causam. sed quia pro nunc nullibi est: nullatenus tanquam de presenti diffiniendus nisi imaginarie tantum considerando de illo: quod in futurum erit: & in preterito alias stetit: que imaginatio in esse potētiali solis lune & terre manere solet dici: tamen ex parte eclypsis proprie nunc nil est: intelligas quando sol aut luna in actu non eclypsatur. Etiam secūdum religiosos & naturalem ueritatem: q non sit diffiniendus tanquam de presenti eclypsis: quando in actu non eclypsatur facile probari potest. quoniam deus omnipotens aliquo meliori occurrenti potest annihilare solem & lunā aut sub alias proprietates trāsmutare: & tunc nullus erit eclypsis de futuro. Vnde patet: qualiter in nullo esse existente: in nullo potētiali: eclypsis est ex parte sua: quando in actu non eclypsatur. Et non esse non potest diffiniri sub significatione: quod sit. & ita probat qualiter nullo homine existente est falsum dicere: homo est animal ratiōale nisi semper: quod fuit: est: aut erit oportet talem esse.

¶ Qualiter ad potestatem: uoluntatem: & bonitatem dei: post plures discursus: ut proprietates rerum ubi emanationem adducant cognoscamus: & ipsas probare ualeamus: deueniendum est. Cap. clxxvii.

¶ Aliud extat exemplum: nos ensem uidemus: & deinde suas qualitates experimur: atq iisdem effectibus inuenimus: ipsum esse durum: & unde sit speculando adiscimus: ex calibe & ferro que sunt dura metalla. Deinceps hac manerie consilium agimus: ensis est ad abscindendū & secandum durū: & circa istud: oportet quod durioris materie sit quā illa quam est abscissurus. ex quo penes experientiā reperimus: calibem & ferrum omnino dura metalla esse. uerum de pluribus experientiis unū conceptū agimus: pponēdo ista metalla de natura sua sunt dura: & postremo talem experientiā pro infallibili regula capimus: & sic dicendo ensis est durus: respondemus quod est uerum: quando a duris metallis suum esse assumit. Sed ad metallorum principia deueniēdo: aut unde talia originent nobis utiq obscurum erit: nisi inquantum dicimus potissimū esse causam inclusum uaporem: aerem: & stellarum influentias: & taliter per diuersas opiniones discurrendo. Sed unde stelle: aer: & uapor: istam condictionem habeant: aut quomodo nescimus talia per causas cognoscere: nisi quod dicimus aer est frigidus: ergo restringit. Peto causam de frigiditatis principio: Vnde probat: quod non omnia per alias primas causas cognoscimus: nec quid in ultimo erit percipimus. Ensis enim quādoq dissoluit: & nō redigitur in ferrum: nequidem precise scimus in quid reddatur nec qualis species resultet ab illa materia que prius erat in ense: q forsan exibit aliqua herba uel uermis. ¶ Et quum ad similes gradus attingimus citra quos scientia nostra circa naturales cursus transire non potest: decet quod ad deum diuertamus: in quo prorsus reperiemus quatenus ipse ultro soli & lune dederit claritatem atq illuminādi ,pprietatem: ferro duriciem: terre ariditatem: aque humiditatem: aeri frigiditatem: & igni calorem. Dum uero cognoscere uolumus: qualiter ignis sit calidus: aer frigidus: aqua humida: & terra sicca: initium capimus: quod deus & natura nil frustra agunt: & quod semper id quod melius est operantur: & quia ad bene esse inter creaturas generabiles & corruptibiles oportebat calidū: frigidum: humidum: & siccum occurrere inferimus necessaria fuisse ista quatuor elementa: cum uariis qualitatibus: eo quod generabilia & corruptibilia: uaria petimus: quia diuersi inter nos sumus: & etiā quisq nostrum est de diuersis congregatus: & quo ad uaria membra uaria quoq exposcimus: nec una species omnino sicut alia gubernatur: multoq minus dum ad uaria genera deuenimus: Alimentum enim ab homine per os assumitur: quod est in superiori parte nostra situatum: & arbor per radices cibatur in suis inferioribus partibus existentes. sed ultimatim deueniendum est ad cognoscendum: quis hoc ipsum ordinauerit: quum optime factum sit. ¶ Et quia homo non potest per se: nisi aliunde esse quemadmodum frequenter apparet: querimus unde suum esse habeat: & nequaquam inferendum est: semen hominis potestatem habere ad alium hominem generandum: si enim ita esset ubicūq semen poneretur hominem generaret: qd longe aliter perspicimus: quū semp indigeat muliebri matrice & iuuamine: atq cōtinua elemētorū & planetarū uegetatiōe: simul cū diuina prouidētia: & ponimus diuinā prouidentiam: postquā

cognoscimus omnia alia esse dependentia:& id quod dependet non potest per semetipsum esse:nequidē ad se primas regulas assumere. Quamobrem necessario deueniendum est ad id quo ulterius transire non possumus:hoc est ad primum ens a quo cuncta dependent:quāquam hic disputatio uersef inter religiosos & irreligiosos. Verum prima causa necessario an uoluntario operetur:& de hoc iam alibi satis explicatum fuit. Hic uero tantum dicimus:quod quotiescūq; necessario aliquid acturi sumus: opus est nos ab alio cogi. Dum enim in manu nostra est:semper ultro & non inuito laboramus:& quia nihil est quod deum coercere queat:euidenter sequitur:quod libere & non coacte agit. Attamen nequaquam dicendum est:quod sine ratione operetur. Nam semper quicquid melius est peragit:quum de ratione boni sit agere bonum:& sic deus ex eo quod omnia uidet:et perfecte cognoscit:semper id quod conducibilius est statuit. Quocirca in mundi creatione cuilibet creature proprietates dedit:quibus se gubernare deberent: quāuis idem semper sub diuina potestate ac uoluntate. Et licet de intrinseca ratione dei sit ordinare bona atq; uaria: continuo agit: quia uult:quum liber sit.& ad hoc punctum per superiorem partem deuenimus:dum magis ascēdere possumus si p uera & superiora principia creaturas cognoscere uolumus:& quum dicimus quod duricies metallorum:& similia non sunt eterna:patet:quod possumus duricies molli ficare:& frigiditates calefacere:ergo non sunt ab eterno tales:nequidem a semetipsis. Nam si a se nemo quidem potest suas proprietates excerpere uel dirimere:in quo cognoscimus:q omnia dependentia ab una prima imutabili causa ordinantur. ¶ Quicqd enim imediate ab uno solo magistro fit: & a nullo alio fieri potest:ab illo tantū intelligi potest. Mobilitas in celo:calor in igne frigiditas in aere:rationalitas in homine:attrahibilitas i magnete:& his similia a solo deo in primo signo essendi fiūt.igit a solo deo talia intelligi possunt:quonā modo hoc?qa deus summe bonus est:& summū bonū bona agit. Cur deus summe bonus?quia actus purus:qua de re actus purus?quia eternus:quare eternus?quia a se:cur a se?qa illud quod a se semper est:& extra semper transire non possumus:nam prius est esse:q̄ non esse. ¶ Sup hac materia plures inuenimus opiniones. Religiosi inquiūt deueniendū esse ad prima principia rerum: ubi necessitati sumus ad dicendū:hoc est:quoniam deus uult:eo q bonus. ¶ Ex Galieni opinione uidetur hoc esse reprehēdēdū asserēdo.quod de omnibus rebus discretā rōnē reddere debemus:quatenus natura fiant. ¶ Inter humanistas aut hystoriographos Valerius maximus uaria prodigia narrando asserit:quod similia non tantū hominibus abscondita sunt:imo etiam natura minime rationē reddere sciet: qua de re hec fiant. ¶ Aristoteles licet obscure tamē optime. Vnde agēdo de methaphisica inquit: ea que sunt nobis remota:sunt manifestissima nature:& hoc de rerū principiis loquebatur. Nam si nos aliena quandoq; intelligere possumus:facilius quidem intelliget qui ipsa fecit.

¶ De opiniōe heraclyti:Aristotelis:& Platonis:uidelicet utrū aliqd scire cōtingat. Cap.clxxviii.

¶ Viso aliquo quatenus scire nostrum originetur:Deinceps dicemus de opinione heraclyti:platonis:& Aristotelis disputantiū:utrū nobis aliquid sciri contingat:& utrū sit p reminiscētiā an penitus per nouā acquisitionem? ¶ Aggrediēdo primum ad opinionem heraclyti:qui tenere uidetur:quod non contingere aliquid sciri:de rerum siquidem uarietate rationes adduxit:ueluti:quod iam uidemus hominem sedere:iam ambulare:iam nasci iā uiuere:iam mori:& nunc hyemem deinde estatem:tum frigidum:tum calidum:aliquando bonum:& aliquando malum:uarias quoq; opiniones de mūdi principio:de fine:de dependentia:de creatione de eternitate:de nouitate mundi:& uita absq; fine nostrarum animarum: ac de morte simul cum corporibus. Quapropter heraclyti opinio non solum tenenda est:uerum etiam laudanda:quum enim tanquam eruditus tantam uarietatem cognosceret:dicere solitus est:nos nihil scire: hoc est respectiue ad plura que ignoramus:& fortasse intentus eius fuerat:quod bonum faciamus: quia scire nostrum est tanquam nihil:& apparet satis manifeste eandem opinionem habuisse:quod non negabat: hoiem:tū sedere:tū moueri tū uiuere & tū mori.neq; dicebat hoiem nō esse aial rōnale:donec uitā degeret:sed sibi nihil stabile sciri posse uidebatur:ob maximam mundi uarietatem:& istud nihil scire non sua tantum opinio fuit:sed etiam multorum aliorum.quippe quod et pleriq; alii idem retulerunt. ¶ Aristoteles ait:illud quod scimus est minima pars illius quod ignoramus. ¶ Socrates & alii plures philosophi:huius mundi scientiam tanquam caliginem respectiue ad aliam beatam uitam censuerunt:que quidem nō sine potissima figura & respectu preposita:& hoc fertur socratem dixisse. Vnum scio:quod nihil scio. ¶ Plato tenere uidetur nos nihil de nouo adiscere: nisi quod solum reminiscimur illius quod primitus anima nostra sciuerat:aut in se per creationem uel dispositionem intrinsece cognoscebat:que uero opinio facilis est intellectu. ¶ Et plato semper sub aliquibus figuris ad instruendos discipulos loquebatur:quocirca fas erat:ut diceret:scitote que ego scio uos minime latere:recordemini:inuestigate: & p uosipsos q̄rite:& id qđ ego scio:& forte maius inuenietis.nāq; oēs scie i aia nr̄a sunt:& qđ ea sine accuratissima reminiscētia obliuioni tradunt:& qđ uerū sit inqt:respicite qđ dū uobis aliqd dico:idē uer; eē uel falsum extēplo cognoscitis:ac si idipsum pluries audiuissetis.& qa tā celeriter cognoscitis:patet i uobis eē sciētias:attamē eas q̄rere & inuestigare nescitis:& hec siquidē optima ac pclara figura erat. ¶ Aristoteles

postquam istas opiniones reprehendit:suam subdit quodammodo determinatam:licet sub figura:& est illamet que a platone ferebatur:tametsi sub aliis uerbis:& dicit nobis contingit scire illa que ignoramus: uerũ non totaliter:quecũq; enim post in actu cognoscimus:ipsa quidem prius in potẽtia scimus.que tñ imperfecte.quãdo autem ipsa ad actum deducimus:perfecte id quod prius imperfectum erat cognoscimus: sed istud perfectum & imperfectum:quidnam aliud est q̃ illud quod plato dicebat:quãuis unus quod per reminiscentiam : & alter quod per actus : utrunq; uero in illo quod nobis intrinsecum est uersabantur.

¶Nunc uero uidebimus:quo pacto Aristotelis dispositio etiam sub figura erat quemadmodum & alie. Dum enim dicit:scimus in potentia imperfecto modo illa:que postea perfecte scimus in actu:non est intelligendum q; ea distincte sciamus:quum & ipse Aristoteles dicat:In principio anima nostra seu intellectus est tanquam tabula rasa:in qua nihil est depictum : tamen possibile est in ea scribi uel depingi.itaq; anima in principio nullam habet scientiam:nec in potentia nec in actu:sed intelligendum est nos naturalem dispositionem habere ad consequendas scientias:& talem dispositionem non nouiter exequi debemus:nisi eam tantummodo exercere.& sic intelligitur possibile est scribi:aut quod in potentia scientiam habemus.Natura enim nos adiscibiles fecit:& ferme in uia positos:oportet autem quod summam diligẽtiam adhibeamus:& sic in actu scimus illud:de quo prius dispositionem nanciscebamur.

¶Reiteratio superiorum opinionum.

¶Aliqua uero de illis que iam dicta sunt recolligendo : intelligere oportet:quod si heraclytus tenebat: quod nihil quomodolibet sciremus:haud aliter reputãdus est q̃ expers:& illarum rerum que loquebatur ignarus.Sed si iferebat quod parum scire possumus:aut confuse:in eo quod uera principia & fines ignoramus:sua opinio recte manere potest. ¶De platone dicimus:quod si credebat animam nostram scire eo instanti:quo in corpus infunditur:quecũq; postea scit incongrue accipiebat:& si figuratiue loquebatur admittitur. ¶At uero difficile uidetur platonem excusatum iri:aut suos saltem sequaces & expositores:quum de facto uel sine figura asserant:animam de rebus iampridem scitis reminisci:nec quod eas nouiter sciat : hanc figuram siue exemplum adducendo:quod interdum in luto ponitur aureus ãnulus: ubi nihil uideri potest:donec per tempus paulatim apparere incipiat:id quod in principio suo erat:& q̃d itidem anima in corpus emersa non potest ut prius sua scientia potiri.In oppositum uero plures sunt experientie:non enim res tanquam in nobisipsis repertas intelligimus:saltem in principio:nisi quod extrisecus aduenuiũt:ut patet.qm̃ si q̃equã de deo aut creaturis iudicaturi sum9:semp initiũ assumim9 a scripturis uel uerbis:siue ex auditu & uisu:aut alio sensu:q̃ uero oia extrinsecus aduenuiũt.ĩ qb9 itellect9 suã itelligẽtiã & discursus iaciũt.q̃propter manifeste cõprobaẽ:q̃tenus scĩa aĩe nõ sit indicatio p reminiscentiã ex illo:q̃d iã in his erat:nisi acquisitio de nouo per uiam sensuum & experimentorum:quãquã in principio anima apta nata sit ad plura sciendũ:& quod anime non sint eterne nec omnes a principio mundi create:iam alibi plene explicatur.Iccirco exemplum de anulo minime est ad propositum. ¶Aristoteles ait: quod prius scimus in potentia quecũq; postmodum ad actum deducimus:quod si non figuratiue incongrue quidem sentiebat:sed tenendum est eum dixisse sciri in potentia inquantum : quod apti nati sumus ad sciendum.Verumtamen in hoc loco Aristoteles aut Auerroys minus q̃ alibi suam opinionem de unitate intellectus tutari potest:nam si unicus intellectus & eternus est in omnibus hominibus:is semper in actu intelligit:& dũ in nobis intelligere prebet ĩ actu p̃bet.quapropter nunq̃ scire nostrũ erit in potẽtia: nisi in actu:tum in intellectu uniuersali:tum uero in nobisipsis:que quidem opinio de unitate intellectus in locis suis aperte reprobatur. ¶Et quo ad ueritatem:dum dicimus:reminiscimur aut scimus in actu illud quod antea sciueramus in potentia: intelligendum est : quod sumus apti nati ad plura capessendã: tum per magistros:tum uero per nosmetipsos sumus apti ad sciendum omnia:que scimus priusquã sciamus:si enim aptitudine careremus : minime sciremus.Tamen in principio natiuitatis nostre non scimus in actu nec in potentia:nisi quod potentes uel apti ad sciendum sumus. ¶Aristoteles quamplures opiniones reprehendit:que:ut reor:haud parum essent inter hoies remote:aut a cõmuni fantasia aliene quoniam dicẽdo:nihil est:nisi q̃d nobis sic uideẽ esse:opinio p̃culdubio nefaria est apud oẽs homines doctos & indoctos:non tantũ post tẽpus Aristotelis:imo & priusq̃ ipse natus fuisset : cuiq; notũ erat esse aliquid. ¶Et in hoc loco animaduertendum est:quia dum ab antiquis disputatur:an scire contingat de quocũq; scire perfecto uel imperfecto intelligitur:non autem solum de doctrina aut disciplina de arte uel de scientia.nam quecũq; doctrina siue disciplina tanquam congregatio super plura preexistentia se habet:ueluti de arte & de scientia hẽtur.sed dum disputatur : utrum scire simpliciter contingat aut reminisci:de quocunq; scire ab intellectu uel a sensibus collecto : seu ab intellectu & sensibus simul capitur. ¶Et dum Aristoteles inquit omnis doctrina : omnis disciplina fit a preexistenti cognitione : eo quod cum unaqueq; disciplina uel doctrina secundũ Aristotelem est scientia:uel ars:& omnis scientia:omnis ars fundaẽ super aliquibus potius particularibus cognitionibus:tanquam in experimentis:concedere oportet: oẽm doctrinã:oẽm disciplinã:a p̃existentibus cognitionib9 cõgregari. ¶Eo magis:q̃d dicẽdo oĩs doctrina intellectiua adhuc magis p Aristotelem declaraẽ:cum inquiat:nil eẽ in intellectu : quin prius sit in sensu:

& oīs doctrina:oīs disciplina:ꝓprie dicta ītellectū attinet:nō aūt sensibus.unde fit:quod nō dicimus sen sualia animalia doctrinam uel disciplinam habere proprie loquendo:& tamē multa cognoscūt:sed quia scire suum imperfectum:non uocatur doctrina nequidē disciplina:& sic solus homo solet diffiniri per di sciplinabilem:idest per acquisitorem disciplinę:& disciplina:ut uidimus:tāquam recollectio uniuersalis se habet.unde soli ītellectui competit:cum habeatur:dum sentimus particularia:& dum intelligimus uni uersalia:& quod hoc uerum sit:patet.quoniam in nulla unica apprehensione alicuius sensus : nequidem omnium simul omnes homines qui fuerunt:sunt:& erunt cōprehendimus:nec oēs qui in hoc nūc sunt: sed intellectus omnes simul comprehendit:ut in diffinitione patet:ueluti dicēdo:omnis homo est animal rationale & mortale:in qua diffinitione de omnibus hominibus intelligimus:& si mortui sunt aut nōdū nati:scimus has cōditiones essentiales habere:& talis cōgregatio doctrina:disciplina:uel scientia uocatr: cāq; super plures sensationes precedentes suam datam esse dicimus.

¶Qualiter Plato & Aristoteles in exercitiis membrorum nimium differebant:unde oportebat in exemplando:dum docebāt diuersos esse. Cap.clxxix.

¶Aliter q̄ superius exposuerimus assumendo:causam fortasse inueniremus:p quā plato & Aristoteles su per intellectione utrum scire contingat merito disconueniebant. ¶Plato siquidem in agibilibus pre ualuit:Aristoteles uero non:secundum quod de suorum corporum habitudine ac de exercitiis quib9 ute bantur descriptum inuenimus. ¶Dicunt platonem fuisse fortem ac ualidum in exercēdis membris:pre sertim in palestra:& sic aiunt:quod dum alios iam membrorum uiribus excelluit:ad scribendū de philo sophia animū addixit:& ultra particularia exercitia q̄ ī patria egit:prouincias peragrauit:tum ī egyptū: tum uero italiam. ¶Nec quicquam horū de Aristotele inuenitur:sed potius in contrarium. Dicunt enī quod debilis fuerit ut patet per membrorum descriptionem : que in uita eius inuenitur. ¶Semperq; studiosus circa litteras:quod nequaq̄ sine uirium destructione:& membrorū declinatione esse potest:q̄uis habeatur:quod deambulando docuerit:hoc tamen lentis passibus esse debuit:& minime ab ipso adinuē tum:sed a platone ut amonius tradit inquiens. ¶Solebat diuinus Plato in accademia frequenter cum familiaribus deambulādo se exercere:ut per exercitationem quā magnopere cōprobabat corpus aptius ad anime splēdorē suscipiēdū efficeret:Artificis enī opus quale sit plerūq; ex instris dignosci solet:itaq; q cū platone ī accademia erāt a deābulādo sūt ꝑipatetici cognominati: post platonis uero interitū: aristo teles ac xenocrates discipuli gymnasio successere:aristoteles ī lyceo:xenocrates ī accademia.qui aristotelē secuti:ꝑipatetici ex lyceo dicebāt:q xenocratē ꝑipatetici ex accademia.Et licet Aristoteles ī deambulādo aliqliter platonē secutus fuerit:non utiq; in modo exercendoꝝ membrorum:& adinuenta ambulatione parū possumus:solū de iis que mēbris attinēt experiri.Et sic ut pauloante in hac auctoritate adduximus: artificis opus quale sit plerūq; ex instrumētis dignosci solet.Quamobrem ex eo quod plato in mēbrorū exercitiis expertus facilius q̄ Aristoteles dicta sua ad sensuum monstrationem deducebat. ¶Tametsi quamplures in hoc loco decepti sint asserendo:quod plato:de sublimibus & incorporeis sepissime tracta uerit:& Aristoteles de corporeis & sensibilibus.Sed aliud est de sensibilibus tractare:& aliud ea que dici mus ad sensuum monstrationem deducere.nam de quacūq; re agendo:dato quod usui nostro cōmunis ac sensualis sit:de ipsa tam obscure aut alienissime ad gustum sensuum agere possumus:quod non uidebi tur proprie de illa re pertractari:nisi forsitan remotissime:& hec est Aristotelica uia ut in ceteris suis ope ribus comprobari potest : & presertim in problematibus patet . Responsiones enim quas ad quesita ad ducit:ex profundis siue longinquis euenire uidentur:ueluti dum ait : quod musica hominibus placet:eo quod nostra organizatio est musice similis:& qualis de hoc causa sit:iam ī quarto huius uoluminis expli catum est. ¶Et assumpto hoc passu:facillime concipere possumus:qua de re secūdum Aristotelem nos scire contingat:& secundum platonem non proprie contingat.Propria enim & appropriata in cunctis rebus inuenire possumus:propria tamen appropriatis gustabiliora atq; īmediatiora:& scire nostrum nil aliud est q̄ intrinsece & extrinsece rerum proprietates cognoscere:& nos natura aliquatenus cum omni bus rebus coniūcti sumus.& quia nullum est fundamentum scientie:nisi in eo quod in rerum proprieta te est positum:patet:quod nihil ex nouo scire contingit:preter illud quod semper est ab initio mūdi:aut uero de omnino similibus.Vnde fit quod si plura cum membris una cū intellectibus exercemus:ita ꝑso nas nostras dirigimus:quod aliquid naturale audientes : tanquam a nobis scitum concipimus . quando quidem & nos pars nature sumus:dumq; huiuscemodi uiam obseruamus:de rebus utiq; uisibilibus & in uisibilibus in modo tractandi:possumus ipsam tanquam sensibus innatam deducere:& de hoc inter alios auctores in uerbis siue operibus Christi latum inuenimus exemplum:quod de quacūq; re tractādo semp ad apprehēsionē sensuū applicauerit:taliter qd quū primū uerba euāgelii audimus: ipsa degustamus:ac si alias distincte a nobis scita.Verūtamē ad aristotelicas auctoritates degustādas oportet qd tāquā ex no uo deueniamus:licet eā argumentationis siue appropriatiōis colorate sint:sue solutiōes quamuis remo te raro tamen saltem propinque ad gustum sensuum ; & hic uere scire contingit , quippe quod & de iis

que nobis neq̃ sic neq̃ sic intrinsecam cognitionem habere uidebatur adiscimus:ita quod hec uia propriissima est:iis qui experientia membrorum carent:& sic necesse est:quod si sufficientes scripture sunt argumentatiuam uiam assumant.Demonstratio enim omnino membrorum praticam expostulat:& argumentatio quãuis plura tangat resecet atq̃ ordinet:semper naturali uia a cognitiõe sensuum alienissime agit:& ulterius super aliorũ inuentionibus arguere oportet:quum enim unũquodq̃ scire nostrũ aliqualiter a sensibus originet̃:necesse est ubi p nosmetipsos rerũ proprietates adinuenire uolumus:corporeas partes nostras frequenter exerceamus. Vnde recte dicere possumus:nullum esse philosophum proprie dictum:nisi forte appropriatũ quin in exercendis corporeis partibus simul cum incorporeis maneat. Itaq̃ sub hoc fundamento:quod plato & Aristoteles in corporeis habitudinibus : & modo uiuendi tantopere discrepauerint:condecenter plato:ut discipuli per seipsos rerum proprietates indagarẽt:dicebat:quod nihil noui scire cõtingeret preter id quod iam hic nobiscum natura unitum fuerit. Et Aristoteles ex eo: quod de remotis atq̃ appropriatis agebat ad ponendum contingentiam in scire nostro comprimebat.

¶Quonã pacto Plato & Aristoteles non disputant:utrũ anime & materia que nũc in nobis sunt alias sciuissent ea que nũc sciunt:sed agũt:an q̃ in aliis particularibus sciuerũt aĩe & corpora q̃ nũc sunt in nobis:debeat dici reminisci uel deductio de potentia ad actum. Cap.clxxx.

¶Cum in superioribus uaria dicta sunt:enarrãdo qualiter uideat̃ idẽ Platonẽ & Aristotelẽ in sententia intellexisse:dum agunt:utrum nobis contingat scire aut reminisci tantum:ea que alias sciuerimus:& hic prosequendo ad alia principia altiora seu priora : quam ea que in uerbis sonare uidentur eundum est. ¶Vnde ita dicemus de mente istorum duorum philosophorum:ueluti de pluribus aliis est. Materia sepe atq̃ sepius per generationem & corruptionem de specie in speciem transit:ita quod materia que nũc in nobis est:iam alias in elementis:reuoluta cum radiis celorum:in herbis seu plantis fortassis in animalib9 brutis atq̃ hominibus extiterit:nam cũ de mente Aristotelis non est dandus primus homo:non primus equus:non prima domus:non primus liber:nõ prima inuentio:neq̃ aliqua res:quin prius extiterit.unde asserendum est:quod ea que nunc scimus alias atq̃ alias scita fuerunt.& cum ea materia:que nunc in nobis est:in preteritis temporibus in aliis hominibus erat:dicendum est:quod ea que nunc scimus:alias ipsa cognouimus:assumendo:quod eadem scientia in aliis temporibus agnoscebat materiam in nobis nunc existentem:& hoc fundamentum a platone atq̃ ab Aristotele conceditur:sed disputatio inter ipsos consistit. An debeat dici q̃ reminiscimur de iis que in aliis temporibus anima nostra & materia sciuerũt:aut quod talis reiteratio post simplicem obliuionem adiscere denuo denominari debeat.quoniam in animabus etiã cõueniũt.unde Aristoteles tertio de aĩa inqt. ¶Intellectus agẽs & possibilis nõ ẽ generabilis neq̃ corruptibilis.Et ĩ eodẽ libro. ¶Intellectus agẽs ẽ ĩmortalis & ppetuus:& ñ reminiscit̃ post separationẽ:ĩ qbus uerbis patet:eodẽ modo de aĩa rõnali Aristotelẽ ĩtellexisse:ueluti & plato:ut ĩ libro quarto uisum est.nã secũdũ platonẽ aĩe rõnales dum in corporib9 ĩfundunt̃ nil de iis que manẽdo ĩ celo aplane recordant̃:nec qdẽ dũ post separationẽ corpoꝝ ad celũ reuertunt̃:recordant̃ de operibus : que in terris egerunt:qđ eadẽ est ratio cũ aristotelica asserẽte:intellectũ nostrũ uel animã post separationẽ nil recordari:& tamẽ qđ ĩgenerabilis & ĩcorruptibilis est:ueluti plato inqt.qm̃ ipsum de celo aplane descẽdere in corporibus infundi:ab ipsis separari:& ad celũ iterũ reuerti asserit:nõ aũt qđ anime generent̃:neq̃ corrũpantur.quocirca cõcedẽdũ est:qa penes trãsmutationẽ materiarũ de specie ĩ speciẽ:& ĩfusionẽ animarum rõnaliũ de corpore humano ĩ alterũ humanũ corpus:Plato & Aristoteles idẽ ĩtelligebãt:sed an deberet dici nouum scire iterũ scire:ea que aĩa istius in alio hoĩe sciuit aut reminisci tantũ:& hoc modo nõ tãtũ inter platonẽ & Aristotelẽ:sed inter oẽs homines merito disputari põt:assumẽdo:ueluti ipsi assumebãt:qđ anime que nũc sunt in nobis:alias pluries in aliis steterũt:& de materia que nũc est in nobis:non est dubiũ quin extitisset in aliis pluribus rebus:antequã in corpora nostra trãsiret. ¶Et hic Aristoteles fortassis eã assignãdi differẽtiã:inter ea que nosipsi postquã in hac particularitate sumus cognouimus:& obliti sumus de ipsis:& que manẽdo ĩ aliis hominib9 sciuimus:aut saltẽ ĩ aliis speciebus:cõcesso qđ aĩe nr̃e ĩ aliis hominib9 steterint. Nihilominus ẽ dicẽdũ ea:que tũc sciuerũt eẽ magis remota ĩ hoc nũc:quã sciẽtie que adiscerũt ĩ his corporibus ĩ qbus nũc manẽt. Et sic Aristoteles:p ea q̃ alias aĩa nr̃a aut materia sciuerũt:forsitã scire ĩ potẽtia dicit ad drĩam illius qđ sciuimus:postquã ĩ hac particularitate sumus:posito qđ obliti simus illius:qđ hic adiscimus:cũ magis ꝓpinqui sumus ad rememorãdũ uel reminiscãdũ illoꝝ: q̃ aĩe nr̃e ĩ nostris corporibus sciuerũt:quã ea q̃ ĩ aliis:sed qa oblita:cõcesso:qđ magis ꝓpinqua & minus ꝓpinqua oĩno ĩ dispositiõe seu potẽtia manẽt:nõ aũt ĩ memoria siue ꝓprie ĩ actu:& acqsitorũ a nobisipsis & oblitorũ dicimur reminisci:saltẽ largo modo assumẽdo:asserendũ est:esse reminisci iterũ scire:ea q̃ anima & materia nostra sciuerunt: manẽdo in aliis hominibus : presertim quia aliquam in animabus & corporibus nostris esse aptitudinem ad futurum conceditur:& quicquid est aptum ad aliquod futurũ:de propria natura dicit:iam in alio simili extitisse:aut saltem nõ repugnat ei stetisse:quãuis dispositio ad futurum dicat potentiam:& deductio de preterito dicat tanquam habitum:Et sic dicendum est:quod quãuis materia nostra nõ recordatur:nec quidem anime:posito quod sint eterne aut in principio mũdi cre

ate:ut plato & Aristoteles imaginati sunt:ea opera que in aliis particularibus egerunt:semper saltem habitualiter seu in modum umbre in ipsis animabus atq; corporibus remanent. ¶ Nihilominus cōcesso: ut concedendum est:quia probatur.quod anime rationales ad generationem corporum simpliciter creantur:parimodo concedendum est contingere eis:aliquid noui simpliciter scire. ¶ Et etiam quomodo cūq; reminisci sumatur:cōtingentiam dicit:cum aliter & aliter se habere significet.quoniam si in uno & eodem modo scientiam nostram haberemus:non possemus uti hoc uocabulo reminisci:cum de significatione ipsius uocabuli inquiat:repertio illius quod iam deperditum erat siue nimium absconditū:at abscōdita & aperta multum inter se differunt.quocirca cōcedendū est:ubicūq; reminiscimur aliquā esse contingentiā:eo quod aliter & aliter scientia nostra se habet.nam eam de obscuro aut modo deperdito ad manifestum deducere:absq; contingentia fieri non potest. ¶ Et tamen aliter assumendo:quod eadem que prius sciuimus quāuis oblita sint:iterum scimus:potest inferre nullum scire nouiter contingere:uidelicet: quin prius per materiam seu animā nostrā scitum extitisset.& sic sano modo assumendo sententie platonis atq; Aristotelis saluari possunt:secūdū quod unusquisq; eorū assumebat.quoniam reminisci:& deductio de potētia ad actum uniuersaliter assumendo cōueniunt:& scire ea q̄ reminiscentiā exposcunt: non proprie scire in actu sunt denomināda:sed aliqualiter in potētia seu aptitudine: eo quod noui discursus sunt agendi ad ipsam discooperiendā:atq; eliciendam.Vnde aliqualiter scire in potētia uel in dispositione potest dici:ad differentiam illius quod in memoria tanquam in actu manifesto est.

¶ De Eodem

¶ Salomon ecclesiastes capitulo primo agendo de uarietatibus rerum inquit: nihil sub sole nouum:nec ualet quisquā dicere:ecce hoc recens est:iam enī precessit in seculis que fuerunt ante nos. ¶ Que uerba tanquā absolute sonare uidentur:uidelicet nō determinate de longo uel breui tempore.nisi quod loquēdo de presenti ait:nihil sub sole nouum: nec ualet dicere ecce hoc recens est.Et cum ipse salomon multū post creationē mundi fuit:quomodocūq; assumatur uerum promebat:dicendo:nil sub sole nouum.nam si per consuetudinē hominum capiebat ut rectius intelligendū sit assumpsisse:quam aliter: recte dicit nil sub sole nouū:nil recens:idest nulla cōsuetudo hominū est nunc : quin alias extitisset.sed dicimus bellum alias quāpluries fuit:amor inter istum & illum:& odium uersus alios : iam pax iam discordia:ab antiquo uel postquā homies extiterūt fuit:fuit & castitas:desolutio:matrimonii obseruatio:atq; ipsius trāsgressio: anxietas diuitiarū.& quādoq; ipsarū in aliquibus uilipendium.Vnde nil mirandū est tanquā de re noua si nunc similia cōtingunt:& hic non est intelligendū:quod nullum nouū uel recens cōtingat aliqualiter assumptū:sed similia iam contigerūt:& in hoc modo potest uerificari:nil dictum quin prius dictū:uidelicet:nil nunc in temporibus nostris dicimus:quin in aliis etatibus de similibus dictum sit:ueluti:si nunc de theologia tractamus:i aliis tēporibus alii hoies similiter egerūt:si de naturali phylosophia:si de morali:si de astrologia:si de musica:& ita de aliis scientiis atq; facultatibus.quoniam a principio mundi usq; nunc multa ueluti nunc contingunt.alias cōtigerunt:& tamen nō eadem penitus.nā unūquodq; particulare: aliquam habet perseitatem siue soli propriam & omnibus aliis alienam.ut in similitudinibus hoīum comprobari potest.nam quāuis omnes eiusdem speciei simus:aliquam similitudinē uariam ab aliis unusquisq; habet:& inter species extat maior disparitas:sub qua disparitate seu pseitatibus:multa indies cōtingunt: sed alia similia:ut diximus:contigerūt.nam simile non dicit idem:nisi eiusdem generis: aut saltem speciei atq; similitudo in habitudine siue in modo formationis membrū capitur : sed oportet quod semp uaria sint:& nunquā idem:si similitudo idem esse non posset : & quia uaria in hoc nunc inter se uaria etiam de hoc tempore ad alia tempora:inter quas alietates quādoq; perfectiora nunc contingunt : quam in aliis temporibus contigerūt:& quādoq; deteriora:& quod nunc aliqualiter uarii simus:& quādoq; uaria operemur:sensibus patet:& in eo modo quo nunc inter nos in habitudinibus atq; opationib9 discrepamus: pariter aut forsitan potius ab antiquis seu in aliis etatibus natis differimus:& hec differentie inquantum differentie indies contingentes:noue seu recentes sunt. ¶ Aliter:ut superius uidimus:agendo de generationibus & corruptionibus:nil est nūc in his particularibus:saltem nulla materia:quin prius in aliis pluribus particularibus extitisset.uerūtamen potius est dicendum:quod salomon intellexisset de cōsuetudinibus hominum:quam de materia & forma de quibus constamus.

¶ Vtrum species:aut impressio rerum in memoria nostra remaneat. Cap.clxxxi.

¶ Quod de rebus itelligibilibus species precise abstractas aut collectas habeamus : non palam demonstratur.quoniam & somniando habemus imaginem aut representationē tanquam species de pluribus rebus:quas nunquam uidimus:neq; audiuimus:& tunc sensus non representant nec colligūt nobis aliquid extrinsecus:& uigilando aliquid noui imaginamur:& nobis uidetur:quod species de rebus intellectis habeamus.Nos enim imaginationes machinamur:qualis illa res sit:aut erit:& in hoc modo se habēt sensus circa obiecta sua:uisus enim colorē uidet:& per illam intuitiuā uisionem:postea sensus cōmunis agit per

figuras iudiciū de colore illo:ſed poſſumus per ſpeciem accipere illud quod uiſus uidet:apprehēdit:aut cognoſcit in tali modo:ſicut quādo unam rem cernimus:& agimus:ſiue depingimus : aliam illi ſimilem: & in figura quam agimus non ponimus aliquam ſpeciem uel materiam de prima quā uidimus : quinimo aliam ſimilē ſtruimus:& ſic ī hoc loco uidetur oriri difficultas ad intelligendū:an accipiamus aliquas ſpecies a re uel obiectis ſiue rebus ſenſatis:an uero in nobiſipſis aliquam figuram imprimamus ſimilē illi:quā proſpicimus:ueluti ſygillū:dum in aliqua re imprimit:quia ibi nulla ſpecies de ſygillo reſtat: quāuis character in cera remaneat.Sed illud iam eſt ex parte cere:uerum ibi ſolum remanet ſic & ſic figurata: & taliter quando uidemus:aut audimus aliquid:quādam impreſſionē memoriter cōplectimur : ad ſimilitudinē illius quod ſentimus:uel intelligimus.Sed non uidet:quod illic alia ſpecies de re uiſa remaneat:quādoquidem obiecta exterioribus ſenſibus repreſentant:qui & ſenſui cōmuni cōmunicant:& ſenſus cōmunis ſcribit aut imprimit in memoria:ut manus in papyro:quicquid ſenſus uel intellectus ſibi imponit: & ipſa manus non inſcribit aliquam ſpeciem de illo:quod uiſus uidit:niſi tantū exemplar : ſiue inſtar memorie per characteres. ¶Et quod non accipiamus aliquas ſpecies preciſe ab obiectis:que ſentimus: ſatis demonſtratur.Nam ſepenumero uidemus:uel audimus aliquid quater uel quinquies: nec quicquam de eo nobis remanet:& poſtremo in uno idem concipimus.Quāobrem dicendum eſt:quod ſi aliquas ſpecies realiter reciperemus in audiendo ſemel fixe reſtarent.Sed quia diffugiunt:dicendum eſt:quod ſit impreſſio.Dum enim non poteſt bene imprimi ſemel aut in paucis & imprimit aut fit ſignū illud:quod pluries ſentimus: ſequit ibi non eſſe remanētes ſpecies. ¶Preterea in uno citius quā in alio imprimit:licet ambo illam rē intelligant uel ſentiant atq; audiant : & ſimiliter plus in uno quā in alio remanet.Vnde impreſſionē eſſe apparet. Si enim ſpecies eſſent de rebus remanētes:non diſcederent: niſi per ultimā corruptionem:& ſui deletionem:& tunc ſequeret : quod ſpecies quas recipit melancolicus pfectiores eſſent quā ſpecies quas colerici aut ſanguinei recipiūt:quum diutius in melancolico durent:& ideo oritur differentia.Quoniā in memoria noſtra eſt impreſſio de rebus:quas ſentimus : & non ſpecies obiectarū rerum que remanent.

¶Quonam pacto de ſpeciebus ſenſibilibus atq; itelligibilibus itelligendum eſt: per ſimilitudinem quam ī nobiſipſis edificamus:dum aliq ſentimus uel intelligimus:& cum nil reale nos ex nouo pducimus:neq; de rebus ſenſatis uel intellectis capimus. Cap.clxxxii.

¶Denuo petendum eſt aſſequentes cōmunem uiam:quonam pacto ſpecies aſſumptas per ſenſationem: & intellectionē intelligūtur:nam facile eſt pponere:non eſt lapis in anima ſed ſpecies lapidis : ſed qualis hec ſpecies ſit ab hiis auctoribus non declarat.an ſpecies per quoddam uniuerſale itelligat ut ſpecies humana:ſpecies equina:aut per aliquod aliud uniuerſale aut particulare hic ſpeciem aſſumāt:quod in uniuerſali ſemper non ſit:patet:ab eiſdem auctoritatibus & experientia ab ipſiſmet auctoribus:cum dicant particularia dum ſentimus:& uniuerſalia dum intelligimus ſub quibus uerbis aſſerendū eſt : quod ſaltem ſpecies ſenſationū ſunt particulares:& quod ita ſit experientia patet:cū diſtinctā cognitionē habeamus de homine iſto ab illo:unū cognoſcimus:alium uero non:& quia duos cognoſcimus diſtinctas habemus cognitiones ad ipſos:nō autem unā & eandem per ambos : licet quod poſtmodū per ſimilitudines unā & eandem diffinitionē uniuerſalem omnibus hominibus attribuimus:ſed homines indocti aut qui a natura rudes ſunt nullam ſciunt uniuerſalem diffinitionem nequidem in mente eorum occurrit:& tandem particulariter plures res cognoſcunt atq; ſimilitudines earum habent. ¶Sed quales hee ſimilitudines ſint:ſuper oia in hac deciſione uidendum ſit:& in primis ita petendum eſt:an ſpecies ſint reales uel intentionales:ſi ſunt in rebus que ſentire & intelligere debent:priuſquam intelligant aut in rebus ſenſibilibus uel intelligibilibus:aut poſtquā actum incipimus ad ſentiendum ; & itelligendū producimus has ſpecies: uel ſi deus creat ipſas ex nouo ſimpliciter:non eſt dicendū:quod deus ipſas creat cum continua magis & magis ſpecies intelligibiles acquirimus:& indies delent:& res a deo create deleri nequeunt. ¶Nullatenus eſt tenēdum:quod nos ad pducendas nouas ſpecies reales ualeamus cum tale opus deo ſoli tantum attineat.unde oportet cōcedere : quod ſpecies ſenſibiles atq; itelligibiles ſunt in rebus intelligentibus:ſi in nobis reales ſunt.nā de rebus intellectis atq; ſenſatis:nullum eſſe reale attrahimus ad ponēdum ipſum in nobis:ſed intentionale tantū:ideſt figuratiuū. ¶Sed concedatur:quod ſpecies ſenſibiles & intelligibiles ſunt in nobis:& uideamus:quomodo ſe habent:aut quo officio fungunt.nam ſi reales ſunt: neceſſe eſt ſe habere tanquā maſſam edificatoriā ueluti liquores colorati ad figuras quas manualiter edificamus. res ad quam imaginem edificamus pſentant:non quod illa res preſentet in figura manu facta:ſed figura habet ſimilitudinē cum illa re ad quam imaginem facta eſt.unde uidendo ipſam recordamur de alia : ad quam repreſentationē facta ſit. ¶Non ſunt oſſa:non caro:non nerui : non cutis ī imagine in muro depicta:& tamen poteſt repreſentare hominē uiuum.quoniā ſuperficies ad imaginem ipſius hois facta eſt: ſed non ex hoc intelligit : quod ſit aliqua ſubſtantia.uel eſſe reale hominis uiui in figura depicta : neqdē quod ibi ſit aliqua realis ſpecies:preter liquorem coloratum:& lineationes figure:& ueluti ſe habēt extrinſeca ad extrinſeca:ita intrinſeca ad intrinſeca.unde oportet:quod ſenſus & intellectus aliquā habeāt ſubſtātiam:tanquā materialem maſſam que eſt fantaſia ad ſimilitudinē liquoris: de qua omnes figure ſeu cha

racteres in memoria edificare possent:qđ se habeant:ueluti littere in supficie memorie: aut intus ĩpresse sicut sigillatio in cera:quod potius est tenẽdum:& de sigillo nullum reale in terra remanet.nisi operatio impressionis tantũ:ueluti dum nos pedem in puluere ponimus.Quoniam ibi nil de essentia pedis remanet sed signum operationis & tamen uidendo signum illud recordamur:quod homo ibi stetisset: ℂEt ita dum sensus.& intellectus actu sentiunt & intelligunt:cum fantasia tanquam cum instrumẽto uel cum speciebꝰ si potius dicere uolueris ĩprimẽt ea que sentiunt:& ĩtelligũt in memoria: sed id quod prõptare seu imprimere debet:tanquam characteres ad similitudinem de illo:quod intelligimus manere oportet: quod reale sit:& cũ ad hoc sufficit fantasia:uel imaginatiua frustra est alias species ponere.& si sunt oĩno: quomodo fantasia sunt:aut parum differentes:& dum dicitur lapis non est in anima:sed est species lapidis intelligendũ est:quod in anima sit quedam figura:quam nos in nobisipsis edificamus.representans lapidem illum:quem uidimus:sed non quod aliquod reale ab ipso lapide extrahamus:nisi intentionale tantum. ℂNequidem est dicendum:quod rationalis anima secundum naturam assumendo fantasmatibus corporis ad ĩtelligẽdum indigeat.quoniã ueluti anima sensitiua habet memoriã & fantasiam ad cõcipiẽdas & edificandas sensationes:parimodo atq; pfectius intellectiua habet memoriã:& spirituale fantasma: siue intelligentẽ speciem tanquam proprium ad edificandas intellectiones:quãuis sine hoc anima intellectiua perfectius atq; breuius intelligere potest:cum de ꝓprietate intellectus sit decurrere: & decurrendo cognoscere:& in memoria ea que cognoscit scribere.unde intellectus:uoluntas:& memoria simul in una & eadem essentia res perfecta est:& quicquid perfectum per seipsum operationẽ perfectam habet. nã ĩtellectiua anima potius in ĩtelligendo a partibus corporeis impeditur quam iuuatur.unde fit: quod in natura propria posita:multo facilius quam coniuncta corpori intelligere potest.

ℂQuod anima intelligere potest:quãuis non abstrahat species a rebus. Cap.clxxxiii.

ℂEodem modo quo superius diximus:satis manifestatur:quod anima separata potest sola intuitione intelligere:illa enim intuitio sibi imprimit quod uidet:& intelligere debet:quãquam species nõ habeat tanquam extrinsecus causatas:aut a rebus tanquam separatis assumptas.& hoc uia sensuum constat.quoniã uere uisus uidet colorem:& aliquid de ipso cognoscit:que quidem cognitio sensui cõmuni representat:& etiam sensus cõmunis modum habet respiciendi quicquid sibi exteriores sensus pbent: seu id quod uisus demonstrat. ℂDimittatur nunc:quod post sensum cõmunẽ sit aut non sit fantasia: & imaginatiua:& quod ille per imagines id quod uisus uidet memorie mandent.Quoniam sine tanta potẽtiarũ uarietate dicendum est:ꝙ quãuis non esset alius:nisi tantum uisus & sensus cõmunis:per illos res uisas cognosceremus:quod iam patet:quum uisus aliquatenus colorem cognoscat:aut ab ipso similitudinẽ alliciat:& sensus etiam cõmunis accipit illud:quod uisus prebet:& similiter de angelo & anima sepatis dicimus: qppe qđ intuendo cognoscunt:& intuitio representat ĩtellectui uel memorie id:qđ uidet. ℂEt si dicis quod ibi imagines non sunt in loco specierum.respõdeo:quod non sunt necessarie:nequidem esse possunt: ex quo intuitio illa presentialis fit. ℂSi uero petis:quomõ remaneat cognitio?dicimus:quod per impressionem in memoria factam de illo quod uidimus:uel intelligimus per intuitionẽ intellectui representatã: atq; in memoria repositam:& in memoria repositam dico tanquam signatam. ℂSecundum Aristotelem:auerroym:& aliquos alios:quũ ĩtellectus noster unitur cũ intellectu agente absq; aliquo discursu oĩa intelligere possumus:& ubi non est discursus:non occurrunt ibi species:preter claram intellectionẽ quẽadmodũ & res se habet. ℂSimiliter dum ipse Aristoteles dicit:quod omnino in sepatis a materia idem est intelligens & intellectio:hoc aliqualiter locum exquirere uidet:quoniã simplex intelligentia:quũ tota intelligens sit intuitiue & nõ per discursum intelligit:& quia simplex idem est intelligens: & ĩtelligere:res intellecta & intelligi:intellectio aũt erit quoddam mediũ uel cõmunicatio inter rem ĩtelligentẽ & intellectam.Quapropter satis probatur:qualiter anima rationalis nostra separata absq; speciebꝰ nouiter creatis uel non creatis intelligere ualeat. ℂSed forsitan qui dicunt: ꝙ absq; speciebus ĩtelligere nõ posset: imaginati sunt animã rationalẽ eiusdẽ generis esse cum uegetatiua & sensitiua: qđ maximꝰ fuisset error: ut in quarto libro diffuse uisum est.Nam anima intellectiua de natura sua ad intelligendũ nil de exteriori adueniẽte indiget:sed sensitiua de similibus indigentiã habet. ℂDeniq; hec disputatio: dũ agimus: utrum anima opus ꝓpriũ habeat: multo ꝓfondius quã hic explicatur.qm̃ ibi est locus suus ꝓprius.nam probato animã rationalẽ aliquod habere opus ꝑ ꝓpriam naturam:quod a corpore non emanat: palam probatur ꝑ essentiam ꝓpriã aliquid intelligere:nõ tantũ sepatã a corpore:sed etiã unitam: quod fortius est:& ꝙ anima opus ꝓprium habeat:iam in libro quarto satis ꝓbatum est:quãuis cõcedimus: atq; probamus:plures rationales animas seu ĩtellectus ad pluralitatẽ hoĩum esse.qm̃ si unicus ĩtellectus in omnibus hoĩbus fuisset:nullus sanus mentis dubitaret de intellectu ipso ꝑ essentiã propriã intelligere: absq; iuuamine organoꝝ:cum tum ab isto:& tum ab illo sepatur:absq; aliqua corruptione ipsius ĩtellectus.quoniã simplex est:semꝑ in actu tã sepatus quã in aliqbus hoĩbꝰ unitus:atq; semꝑ hic uel ibi ĩtelligẽs.sed hec opinio de unitate ĩtellectus:in libro q̃rto plene a nobis reprobata est. ℂCõcedimꝰ enĩ nr̃um ꝓpositũ ꝓsequẽdo:intellectũ corpori unitũ multa cõtingẽter ĩtelligere: & ab ipso sepatũ multa ꝑ essentiã ĩtelligere.

¶ Quãobrem per intrinſecam naturam intellectus noſter intelligat: & non per ſpecies extrinſecus uenientes. Cap.clxxxiiii.

¶ In aliis capitulis huius libri tractando: utrum uideamus ſubſtãtiam: corpus: colorem: & alia his ſimilia aut repreſentationẽ uel figuras tantum: latiſſime quidem probauimus: quod potius ſubſtantiam uidere uel ſentire debeamus: quã repreſentationes: eo quod ſubſtantia & non repreſentatiões ſumus: & p hanc uiam de modo intelligendi animarũ noſtrarũ concipi poteſt. & quia maxima inter plures diſputatio uertatur: utrum per ſpecies concreatas cum ipſa anima: an uero per alias nouas aduenietes anima itelligat: & tandem cõmuniter inquiunt: quod anima per repreſentationẽ rerum intelligibiliũ intelligat: & uiſus per repreſentationẽ colorum. ¶ Nos uero dicimus: quod neq; hoc neq; illud: ut exẽplo patebit. Et in primis expoſtulamus: qualiter potius repreſentationes aut ſpecies cognoſcimus: quã ipſas res repreſentãtes: & que ſpecies repreſentantes ſint: & quatenus a rebus extrahi poſſint. ¶ Et hic ut planius uideatur quomodo hoc eſſe queat: in actibus uiſibilibus noſtris inchoabimus. Manus noſtra tangit brachium: & pulſum alterius hominis: in qua contactione manus ſiue digitus preciſe aut remota quacũq; repreſentatione pulſus alterius ſentit: & tunc manus tanquã pars integralis per ſpiritus uitales pbet ſenſui cõmuni cognitionem de illo: quod tanquam extrinſecus aduenies ſentit: & tunc ſenſus cõmunis ſeu fantaſia hoc cum intellectu cõmunicat: & ibi de ſignificatione pulſus iudicium faciũt: ſi uelox & acutus quod ſimilem febrem ſignificat: & lentam ſi lentus & diſtemperatus: quod ſi temperatus: ſanitatẽ. ¶ Et habita tali cognitione ſiue iudicio: intellectus ſimul cum fantaſia ſeu imaginatiua deſignat in memoria cognitionem: quam de pulſu habuerunt. Non autem quod ibi aliqua ſpecies remaneat: tãquam abſtracta ipſius pulſus in re: nam non eſt dicendum: quod cum intellectione alios expoliemus: ac ſi manib9 eorum ueſtes dirimeremus: niſi q; per actus tangendi: manus noſtre cum brachio alterius itellectus in illo actu cognitionem aſſumit: quam memorie mandat. ¶ Et ſi dicis: quod ſpecies ſunt nobiſipſis uarie ad uaria cognoſcẽdũ: quoniam aliter apphendimus: dum intelligimus hominẽ: & aliter: dum itelligimus equũ: reſpondet: quod unum inſtrumẽtum multa apphendere poteſt: ut in operationib9 manus apparet. quia ipſa capit enſem: baculum: panem: ueſtem: calamũ: & quandoq; attrahit & quãdoq; eicit: & quãplura huiuſcemodi agit & tamen nunquã manus mutatur de ſpecie in ſpeciem: nec acquirit & deperdit uarias ſpecies ſeu potẽtias: niſi quod cum aptitudine ſibi propria cuncta hec diſponit. Viſus uidet colores: quos ſenſibus interiorib9 cõmunicat: Vnde ſimul cum intellectu fit iudicium de pprietate ipſius coloris: atq; in memoria deſcribit: & tñ ibi nulla ſpecies remanet: niſi cognitio: quam nos habemus aſſumpta in illa contractione per actus noſtros acquiſita: & ueluti cõpoſitum ad cõpoſitum ſe habet: ita ſimplex ad ſimplex res cõpoſite ut hoies intelligunt atq; ſentiunt p naturam ſuam cõpoſitam: parimodo intellectiua anima a corpore ſeparata p naturã ſuam ſimplicem intelligere poteſt: poſito intelligibili obiecto.

¶ Quomodo ſol non ſit totalis nec principalis cauſa propinqua ad generationẽ aliquorũ animalium: que per putrefactionem generantur. Cap.clxxxv.

¶ Pro cõmuni opinione teneẽ ſolem habere uim generandi aliqua aĩalia pauci ualoris cũ ſola acceptione materie: de quattuor elementis: ut fertur de ranis: muribus: muſcis: quibuſdã ſerpẽtibus: & aliis huiuſce modi. Sed quod iſtorum animaliũ generatio taliter facta ſit necubi manifeſte conſtat: quod quãuis ſol organizandi ac nutriendi uiam prebeat: ex hoc non ſequitur: quod ſol ea in nouam ſpeciem pduxerit. ſepe enim reperimus. ſemen muſcarũ: quod de alio anno remanſit: & ſol occurrit ad diſponẽdum hoc ſemen. quod ex corruptis reſtitit: ut in muſcis generẽ. tametſi aliqui iferre uelint: quod uidemus educari piſces in aliquo lacu nouiter facto: intra quem nullus piſcis degit: nec aliqua fluuialis aqua aut fons emanans occurrit: per quem piſces illuc eant: & q; iſto modo uidetur ſolis uigore eſſe genitos: ẽt hoc faciliter aliunde prouenire poteſt: ſicuti quod quedam aues in aliquibus locis piſces aut oua eorum comedunt: & deinceps ad dimittendam illorum partem accedunt apud illos lacus qbus antea piſces non erant: & deinde accipiunt originem ex ſemine quod aues deduxerunt: aut quod uentus poteſt aliquos pulueres de loco ad locum deducere: & inter illos oua piſcium exiſtere: & in lacub9 nouiter factis dimittere. Nam ſicut uentus extollit uapores ſuper aeris regionem: ita & ſemina piſcium: ranarum: murium: atq; aliorũ aĩalium: ex una parte in aliam tranſferre. ¶ In creatione mundi mãdauit deus ut terra produceret animalia: que ſpecies pauci ualoris itelligimus: quẽadmodũ reptilia: & uarie muſcarũ & uermium cõdictiones. Attamẽ duobus modis pductionẽ aſſumimus: Primo pro generatione: ſecundo pro educatione: formati: aut ſaltem iam principiati corporis: quod in byblia declaratur: quum ulterius inquiat: producat terra animalia iuxta ſpecies ſuas. quocirca uidetur: quod terra non poteſt de nouo creaturas producere: niſi de illis que originem a principio mundi trahunt: quod in piſcibus conicitur: quorum oua in harena deferantur: & inde per diſcurſum temporis ſuorũ patrum ſpecies ſequunẽ: quãuis terra eis alimẽta prebuerit. ¶ Et ſic in archa noe non fuit neceſſe poni progeniem illorum animaliũ: que per putrefactionẽ nutriunẽ: quãdo quidem ſemen illorũ in terra remanebat: & ſimili modo eſſe poteſt: ex una eſtate in aliam tranſeundo: &

In iisdem quoq; generationibus plura alia simul cum solis calore occurrunt: ueluti elementorũ materia putrefacta:& ranis appropriata in oportuno posita:tanquã in matrice & continuam etiam elementorũ aspirationẽ petit:& fortasse aliarum stellarũ influentiã. Iccirco nõ absolute est dicendũ:quod sol generet ranam. Non eni materiam neq; substantiam ei tribuit: nisi quod aliquatenus administrationem prebet: ut tandem organizetur.

¶De rana & mure per putrefactionẽ:& propagationẽ generatis. Cap.clxxxvi.

¶Visum est superius quatenus sol ad generationem rane occurrat:deinceps uidebimus: utrum rana uel mus per putrefactionẽ generetur eiusdẽ speciei cum generatis per ꝓpagationẽ. Dicimus quod naturaliter ex una & eadem massa diuerse species fiunt:& postremo de diuersis una; ut de uariis cibis una in hoie caro. ¶Preterea nos artificialiter de una re uaria struimus:& de multis unam agimus:queadmodũ eni ars ad artificialia se habet ita & in modo suo natura ad naturalia. Natura igitur per propagationẽ generat. Nam mares & femine partes nature sunt:& in filiorũ generatione naturaliter operantur:quũq; uidemus mures:per putrefactionẽ & propagationẽ generatos:easdem similitudines & opera habere:nõ uidetur:quod aliqua potissima causa ad dubitandũ occurrat: quod non eiusdem speciei sint. ¶Et si dicis: quod mus per putrefactionẽ generatus intrinsecas condictiones habeat: diuersas ab aliis cõdictionibus muris per ꝓpagationẽ generati. sed quod eas nõ possumus cognoscere:responderi potest:potius credendum esse id quod cernimus:quã quod nõ cernimus:& dum perspicimus mures diuersimode genitos:similes esse & non ecõuerso:sane teneri potest:quod eiusdem speciei sint. Non tamen quod aliquã differentiã non habeant:ut apud homines cõperimus:quãuis unius speciei tantũ sint:& ita unus mus non differt ab alio specifice:distinctus. ¶Mulus alterius speciei est ab equa & asino distinctus:quod palam fit sensib9: & per cõsequẽs eodẽ modo differentiã uideremus:inter murem & murem:si de diuersis speciebus constarent. ¶Aliud exemplum. Homines qui nunc sumus eiusdem speciei cum primo hoie sumus:& primus homo non fuit ab alio homine generatus:nisi creatus:productus:aut factus ex natura aut supernaturali ente. ¶Quod si infers:non esse dandum primũ hominẽ:hoc nullo modo stare potest. in actu enim nõ est discurrendũ in infinitũ:quia sicut nũc dandũ est ultimũ in actu:per istud instans ita a parte priori necessario dandus est primus homo per primũ instans:& quoniã primũ:nũquã aliquis homo illo prior esse potest. Non enim in pteritũ:sed in futurũ tendimus. Quãobrem trãsire possumus citra id quod nũc posterius est:sed redire nõ possumus prius illo:quod primũ fuit:& tamen iste primus creatus sine patrũ propagatione est eiusdem speciei cum illis:qui nunc sunt. ¶Verũtamen in hoc passu allegatur:quod duo principia diuersa semp aliquã diuersam cõplexionẽ producunt. ¶Et contra hanc partem dicit: quod masculus & femina de sanguinea cõplexione gradatim filiũ in cõplexione diuersum generãt:ab illo quẽ flegmatici parentes generant:& filii ab isto flegmatico & sanguineo geniti eiusdem speciei sunt:quãquã diuersas habeant cõplexiones. & similiter:si natura ranam generare intendit. quãuis masculino & femini no instrumẽto careat:uidetur ipsam generare posse: & pariter asserere possumus: quod una species unã tantũ generãdi rationẽ exquirit. Ista tamẽ ratio est ad ambas partes reducibilis: taliter capiendo:si rana potest una sola ratione & nõ plurib9 generari:& sol ranã generat:sequit necessario: quod antequã eam generet:materiã illam putrefactã deducit ad omnes illas cõdictiones masculino & feminino semini congruentes:quod si materia putrefacta ad istam condictionẽ redigitur:restat manifeste:quod rana p putrefactam materiã generata:& illa que est ex semine erunt eiusdẽ speciei. Materia enim iam deducta erat ad unam & eandem cõdictionem:tante frigiditatis & caliditatis:dure aut mollis:& sic discurrendo. ¶Ad alteram partem dicimus:ꝙ sicut mus potest una sola ratione aut forma & non pluribus generari:generatio per putrefactionẽ:& generatio p ꝓpagationẽ masculi & femine factam diuersis ꝛationib9 siue principiis potiuntur:& tunc effectus non erunt eiusdem speciei. Vnde si animal per marem & feminam generatum:est rana:illud quod per putrefactionem generatur:nõ est rana: nisi aliud animal. quia sicut mulus differt ab asino & equa in specie:quãuis per generationem sint patres eius:multomagis debet hic mus p putrefactionẽ generatus ab altero per propagationẽ genito differre:& quãuis in effectibus quos perspicimus assimilentur:non est de eis tanta nobis cognitio:ꝙ minutim in iisdẽ possimus differentias cognoscere:dato quod sint. ¶Preterea posito: quod species uniuersales sint distincte super his pticularibus: ueluti species hominis super omnes homines:quemadmodum uniuersaliste uolunt mures per putrefactionem generati:nullã abstractam speciem super eis dedicatam habent:& generati per propagationẽ circa talẽ opinionẽ sup se speciẽ habent. Vnde similia animalia p putrefactionẽ generata:equoce mures sunt. Non tamen eiusdem speciei cum aliis: quia tanquã canis latrabilis:& piscis marinus differunt:& fortasse potius:si modo nõ dices:qđ materia putrefacta anteꝙ generet:ad quascũq; ꝓprietates muriũ per propagationem generãtium deducitur: ueluti de primo hoie cum aliis subsequẽtibus exẽplatũ est. quia Adam non est generatus per uiam ꝓpagationis:& tamen nos cum ipso de una & eadem specie sumus:eo quod omnes descendentes ipsum primũ sequimur:sed dubitatur:quod mus per putrefactionẽ generatus:posset speciem ꝓpagationis assequi:sicut exemplũ de mulo cum equis:& asinis indidimus.

¶De Eodem

¶Preterea respondendū est nōnullis argumētis: que fieri solent: asserendo: quod animalia generata per putrefactionem non possunt esse eiusdem speciei cum animalibus per ꝓpagationem generatis: ueluti dicendo: omnes motus distinguunť per terminos ad quos tendunt motus solis atq; motus aliarum causarū generantiū: per putrefactionē sunt differentes in specie a motu causarq; generantiū per unionem masculi & femine: & sunt differentes motus per terminos suos: sequiť etiam terminos esse inter se differētes specie: & terminus ꝓprie assumptus generatio seu effectus est: sub quo ordine nō possunt mus generat9 p unionem masculi & femine: & mus generatus per putrefactionē eiusdem speciei esse. ¶Verūtamē concesso: quod motus distinguanť per terminos: cum hoc potest stare: quod aliquod animal generatū per putrefactionē sit de eadem specie cum aliquo altero animali a masculo & femina generato. quoniā cause istius & illius conueniunt in termino: idest ad eundem terminū tendunt: & quia in termino cōueniunt: etiam in motu. unde fit: quia cōueniendo in specie terminorū: etiam in specie motorum cōueniunt. ¶Et quod uarie cause in specie in termino seu in effectu sepe cōueniunt: satis in artificialibus probatur. nam homo & canis sunt diuersi in specie: & tamen homo uult ire romam: & uadit: & canis similiter. unde homo & canis cōueniunt in specie motus atq; termini: penes hanc operationē homo sepenumero agit nidum pro aliqua aui: ut gallina: anser: ciconia: ut aues ipse ibi filios ꝓducant: & etiam pariter hee aues faciunt: ita quod in termino atq; motu agendo nidum cū auibus sepe cōuenimus. ¶Et in modo simili de sole seu de radiis suis & aliis causis occurrētibus ad generationē ranarū per putrefactionē cum ranis masculis & feminis ad generandū alias ranas intelligendū est. quoniā sol & alie cause generantes per putrefactionē: dum animal: quod murem denominamus generant: de principio ad finem tendunt ad generandū murē eiusdem speciei cum mure per masculū & feminam generato: & quod ita sit satis apparet: in eo quod tantam similitudinē in ipso mure cum altero mure per ꝓpagationē generato: apponūt: & quod potest in eo quod est magis facilius in illo quod minus est. multum difficilius est generare animal sine masculo & femina simile animali alteri per masculū & feminā generato: quod postquā generant ipsum aut in generādo eum agere quod simpliciter sit eiusdem speciei. cum animali a masculo & femina generato. nā ueluti sol & alie cause in aliquibus generationibus supplent per se & per masculū & feminam in generādo animal nil repugnat: quod sufficiant ad generandum de eadem specie cum animali generato per ꝓpagationē. quoniā sol & omnes alie cause occurrentes ad generādū animal per putrefactionē etiam occurrūt simul cum masculo & femina in generationib9 per ꝓpagationē factis. unde non in oībus principiis seu causis differunt animalia generata per putrefactionē & per masculum & feminā generata: sed tm in aliquibus differunt: & quia in aliqbus principiis cōueniunt non uidetur omnino cōtradictio in fine conuenire.

¶Quonā pacto intelligendū sit: dum dicitur corpora celestia non recipiunt pegrinas impressiones: eo ꝙ ingenerabilia & incorruptibilia: & ꝙ omnes res preter deum sic uel sic mutabiles sunt: licet aliqua de ista specie in alteram per generationē & corruptionē transmutabilia: & alia unibilia & separabilia tantum. Cap. clxxxviii.

¶Quum Aristoteles dicat: quod corpora celestia non suscipiūt peregrinas impressiones: & de cōmuni opinione fertur: lunam a sole claritatē quā habet recipere: manifesta uidetur hic cōtradictio: sed forsitan dum Aristotelicam sententiā exponeremus: ipsam cum aliorum opinione cōuenire reperiremus. possumus enī absq; errore peregrinas impressiones pro cōtingentiis que obsunt intelligere: aut ubi corruptiones seu trāsmutationes interueniūt. Sed qa hoc inter celestia corpora non accidit: concesso: qđ una stella aliquod iuuamē aut cōtrarietatē ab alia assumat: nequaquā est ꝓpria cōtrarietas aut peregrina impssio quum nullam ibi corruptionē neq; generationem proprie dictam causet: per quam de specie in speciem transeat. quatenus inter elementa cadunt: quia pars istius elemēti in alterius speciem transmutať: seu per uarias uias corporū descendendo. Verūtamen in corporib9 celestibus nulla est corruptio: neqdem trāsmutatio de specie in speciem: & hoc modo stare potest Aristotelica auctoritas: concesso quod luna a sole claritatem assumat. ¶Dimissis uero quibusq; auctoritatib9: experientia atq; necessaria ratione patet: omnes res preter unam solam primā aliquā habere inherentiā: qua inter se per intrinsecam affectionem conuersanť: & sepe cōmodum alter alteri impendere potest: alias quoq; incōmodū: gratia exempli: nullū animal potest diu absq; cibis & elementis uiuere: & tamen cibi & elemēta nos suscipiunt & comedunt: ueluti nos uiuentes elementa & cibos suscipimus: ac de ipsis nutrimur. Plante enim seu herbe etiam alimēta post corruptionē de animalium corporibus accipiunt: & unūquodq; elementū aliquam nostrorū corporum partem ad se allicit. similiter planete: ut solares radii corpora nostra desiccant: sicuti alias nutationē dederunt: in qua quidem attractione: uidentur bona que aliis dederint reassumere. elementa quoq; multa capiunt a celorū radiis: pariterq; celorū operationes ad nos uenientes impediunť: utpote per nubila: montes: speluncas: edificia: aut uniuersam terram: que est causa quandoq; esse diem: & quādoq; noctem: eo quod si terra nō esset: sol semper nos uniformiter illuminaret. ¶Vlterius quum ipse sol cōuersetur

cum omnibus inferioribus corporibus:& sensibus cõprobatur ab ipso:tum prosperum: & tum aduersum assumi:'constat quod sol nobis aliquam substantialem uel accidentalem formá imponit:quá uero partem in nostrorũ corporũ corruptione aut quouis alio tempore ad se attrahit:ueluti quodcũq; elemẽtũ partẽ suam expetit atq; aufert:& de hac regula naturaliter loquẽdo asserere possumus:quod nostre emanẽt co gnitiones:quas ex superioribus corporibus habere dicimus:eo q̃ quãuis abscondito modo fit:intrinsece resentitur unaqueq; pars illius:quod in altera specie alio tempore erat.& hinc natura prouenit:quod uo lumus quecũq; in mũdo sunt scire:uidere:ac tangere:eo quod alias materia nostra in similibus speciebus extitit:& si nõ tota:saltem aliqua pars.unde non repugnat imo naturalis ordo est:nos posse de quocũq; re mundi aliquam habere cognitionem:quãdoqdem cum quibusq; rebus natura aliqualiter cõuenimus: quum materia de qua omnes constamus similis fuerit cum elementis:stellarũ radiis:& speciebus qua siqui dem unione semper aliqualiter cõformamur:ueluti:dum nemora seu campos uirides ac florũ plenos cer nimus.uidentur enim membra nostra cum iisdem herbarũ speciebus uelle quodãmodo intrinsece cõiun gi:quum in eiusmodi plantis:ea que in membris nostris conuersa sunt: iam alias steterint.licet quod unũ quodq; indiuiduũ uolens indiuiduationẽ suam obseruare:inquantũ põtest:fugit in alteram speciem trã sire.Sed tamen:ne una res de altera conqueri possit:natura ordinauit:quod ad inuicem agentes & patiẽ tes essemus:ueluti:si corpora nostra nũc sensualia animalia atq; plurima alia administrant: & post modũ materia nostra que nũc est in nobis ab aliis administraret & comederet:& sub hoc ordine seu circulo de specie in speciem trãsimus:quãuis aliqua corruptibilia & alia incorruptibilia: unũquodq; tamẽ in specie sua aliquam habet mutationem:saltem in operando:uel ex hoc ubi:ad aliud ubi: preter deum qui exem ptus atq; imutabilis est. ¶ Has uero nature regulas considerando nõnulli philosophi etiam de anima rum transitione per uaria corpora habitando scripserũt:uerũtamẽ religiosi nequaquã concedimus: sal tem de animabus rationalibus: eo quod quelibet euidenti ratione ab aliis hoĩbus & animalibus distincte operatur.Quapropter non decet:quod rationalis anima unius in alterum trãseat: quãquã de specie sua sit. ¶ Sed hic de naturalibus meritis dicamus:utrum resurrectio detur in eodem numero quo nunc su mus:& uidet quod sic:aut saltem patet non repugnare: corpora nostra que nunc in hac humana specie sunt:& deinde in speciem equorum:canũ:aliorum animaliũ:& plantarũ transeunt:posse in eadem huma na specie reuerti.Quãdoqdem homines quoq; interdum aliorũ hominũ carnes edunt:aliosq; cibos:qui quãdoq; in humanoꝝ corporũ specie steterunt:& post plures annos non est repugnantia : quod omnes membrorũ partes coniungant:& deus omnipotens rursus in his mẽbris eandem animam que prius erat infundat:& quia hoc natura stare potest:aut non repugnat:quod sit multo minus cõtradictio inuenitur: quod deus aliquãdo reuiuisci iubeat : quicũq; mortui fuerunt:ut potestas & bonitas dei palam apud oẽs intellectuales cognoscat:similiter in granis strictius exemplũ habemus:quia seminamꝰ grana tritici que putrescunt:& ab illa cõpositione dissoluunt:& tãdem iterũ in eadem specie tritici generant:& haud secus de hominibus aut aliis rebus quãdoq; fieri potest. ¶ Et dato:quod omnes quãtitates que nũc in hoĩbus sunt:postremo non in eundẽ gradum reuertant:si principaliores partes seu uere substãtiales reunirent: eosdem homines diceimus esse:eo magis : quod penes sapientum opiniones sensibusq; patentia: materia seu corpus recipit esse a forma:hoc est ultimam perfectionẽ.& anima quia illesa remanet : facilime etiam per naturam cum corporibus in quibus prius erat reuniri posset.in natura enim quedã separabilia & cor ruptibilia:& quedam separabilia tantũ.Materia unius elemẽti cum altero per generationẽ uniri potest: simul corrumpi & alterutrũ separari.Attamen materia seu corpora celorum:dato quod unirentur:non possunt corrumpi:quãuis separari queant:eo quod unita fuerunt:& si inter corpora que sunt multo mi nus digna quã spiritus siue incorporea contra omnẽ corruptionẽ obseruatio inuenitur:multo magis in spiritibus seu rebus incorporeis : eo quod digniores. ¶ Et quod anima nostra unibilis : separabilis:& non corruptibilis sit:cunctis aspicientibus patet.quoniã ante anime infusionem humana corpora gene rant:& organizant:& tandẽ ante corporũ putrefactionẽ ab ipsis anima separat.ex quo palam fit:animã non esse in corporibus:quãdo ipsa materia aut sperma hominis dirumpitur:& in embrio generat:neqdẽ est in fine:quãdo mẽbra dirumpuntur:per quam diruptionẽ ad alteram speciem transeunt: in qua uero animarũ unione ac separatione plenam de seipsis perfectionẽ ostendunt.tametsi plures ignari minime hanc perfectionem circũspectent. ¶ Quo autem de ea manifestius uideat:retrograda assumẽda est uia: uidelicet:quod in principio sperma hominis aliqualiter sentit & intelligit:pariterq; in ultimo mẽbra usq; ad extremam cõsumationẽ siue transitionẽ in alteram speciem sentiunt:atq; intelligunt.Vnde dato hoc: sequitur necessario animã nostrã cum corporibꝰ generari & corrumpi. ¶ Assumatur ecõuerso:ut uide mus:quod ibi anima post corporũ generationẽ unitur:& ante mẽbrorũ putrefactionẽ separatur: procul dubio constat:unibiles & separabiles esse : non generabiles neq; corruptibiles.Illud enim quod in alterã speciem transire nequit:nequaquã generari uel corrumpi potest.anima nostra non potest in alterã spe ciem transire:ut probatur:quia transitio de specie in speciem est per temporales discursus:ac per frigidi calidi:sicci:& humidi aduersitates.anima nostra in instanti unitur:& separatur a corpore:in quo neq; ge neratio neq; coruptio dari potest:neqdẽ ipsa anima est frigida : calida:sicca aut humida:& quicqd iisdẽ qualitatibus caret ; etiam a generatione & putrefactione liberat.quod autem anima nostra nõ sit calida:

frigida:humida:nec ſicca:in ſuis operibus probatur.noſtra enim intellectio:uolitio:& rememoratio:non
fit per calidum:non per frigidum:non per humidum:nequidem per ſiccum:niſi tantum per temperatam
uirtutem:& unūquodq; fundamētū penes opera iudicandū eſt. ¶Vlterius: uiuentia ſuper inuiuentib9
magnā habent ꝑfectionē:& ſpiritus ſuper corporibus:ut patet:eo ꝙ ex uiuentibus inuiuentia adminiſtrā
tur:& adminiſtrare multo ꝑfectius eſt quā adminiſtrari. Vnde per ea que hic ſenſibus cōprobant:facillime
deuenire poſſumus ad habendam de ſuperioribus noticiam.& quia hic animata corpora ſunt inanima⸗
tis perfectiora:etiam anime per quas ipſa corpora animantur ſunt corporib9 digniores ac durabiliores:
eo quod ab ipſa anima corpus uiuificat atq; gubernatur.& quia uarias ſpecies animatorū corporum cer
nimus:de uariis itidem animarū perfectionib9 cōſideram9.primū liquidē de forma cōſeruatiua:ueluti in
lapidibus:deinceps de anima uegetatiua:ut in plantis:poſtremo autē de ſenſuali anima:ut in brutis ani⸗
malibus:& de intellectuali:ut in hoibus:in quo ordine ad aſcendendum ſuperius exemplū aſſumimus:ſub
quo arguitur:ſi hec inferiora a uiuentibus ſubſtantiis ꝑficiuntur & adminiſtrant: dicendū eſt totū mūdū
ab ente intellectuali & ſimpliciter uiuente gubernari:& quia hoc ens cunctis entibus perfectius: quacūq;
corruptione & mutatione alieniſſimū:neceſſario quanto aliqua res ſibi ſimilior : tanto incorruptibilior.
anima noſtra ſuper quecūq; in mundo experiri poſſumus eſt uiuens & intellectualis : igitur ſuper ceteris
entibus incorruptibilis:& ab indiuiduatione ſua immutabilis:eo quod potius primo enti ſimilis:quā que
uis alia in mundo exiſtentia:extra angelos intelligas. ¶In quo tamē neceſſaria ratione ꝓbamus : qua
de cauſa nullum elementū:nullum celum:nulla luna:nullus ſol.a ſeipſo eſſe queat.nam quicquid a ſeipſo
abſq; mutatione eſt:ſine alicuius adherentia. Vnde ſi celum uel aliud corpus imutabile:ac ſemp uniforme
uideremus:deceret aliqliter ipſum deum uocari:licet quod quicquid extenſionē aut partem extra partem
habet de materia & forma eſt cōpoſitum:& nullum compoſitum deus eſſe poteſt.Deus eni ſimpliciſſimus:
eo quod primū ens ſimpliciſſime ſimplex:quia aliter nec perfectus nec a ſeipſo eſſe poteſt.& ſic quādo pri
mā cauſam ſeu primū ens a ſeipſo querimus:de imutabili in extenſibili & in dimenſionato ente intelligi⸗
mus.& quoniā animalia:elementa:& omnes celi:& ſtelle:ſimili perfectione carent : de altero ſuperiori ac
perfectiori ente conſiderandū eſt.que enim mouentur:non cōprehendunt omnia:nequidem ubiq; ſunt:
nec in ſeipſis plenum habent cōtentum:& quicquid pleno contentu caret.non a ſeipſo dependet: ſed ab
alio perfectiori atq; primo:quem deum uocamus.

¶Qualiter non poſſumus per noſmetipſos magnam ſcientiam adipiſci: ueluti Abupacher de cer
ua exemplando ſcripſit. Cap.clxxxix.

¶Quidam fuerunt dicentes : quod homo per ſeipſum poteſt ſine libro & preceptore tantum adiſceret
quod ad felicitatem deueniet:& felicitas per hanc uiam dicitur:dum homo in hoc mūdo uiuendo eſt per
ſcientiam cum creatore unitus:propter quod omnia ſcit que ſcienda ſunt ſine aliquo diſcurſu & impedi
mento:ſed quod hoc eſſe nequeat dum in hoc mundo uiuimus tractādo de anima oportune innoteſcet.
¶Abupacher maurus in libro ſuo:qui de cerua nūcupatur:huiuſcemodi opinionē habuit:quod ſi unus
infans poſtquā naſcitur in montib9 poneretur:& ab aliqua cerua ibidem nutriretur:dum per etatem ſuā
diſcurrit ac per uarios diſcurſus:ex ſemetipſo poteſt tam in ſublime progredi : quod omnes ſcientias per
ſeipſum uendicaret:uitam eius taliter ordinādo:ſcilicet:prius per guſtum inchoando : ſicut in lactando:
deinceps in herbis & fructibus:& quod faciendo differentiam inter dulce & amarum:atq; inter ſanum &
infirmū.Deinceps inter frigidum & calidum : ſiccum & humidum:& ſic diſcurrendo per modum ſciendi
ad felicitatem deueniret.& ut melius hec materia intelligatur ipſam tripartitam faciemus : quarum uero
partium:Prima erit:ſi homo poteſt ſolo medio alicuius cerue educari:& an poſſimus finem noſtrum per
meram naturam ſine preceptoribus ſcire:ut ſenſualia animalia. ¶Secunda uidebimus: quod ſi homo
taliter educatus tanta pertingeret:utilius eſſet filios noſtros ceruis quā mulieribus & peritis uiris educatū
dare. ¶Tertia autem inferimus:euiſdem auctoris intentionem fuiſſe ne ad adiſcendum ocioſi eſſemus.
¶Ad primam dicimus:difficile ac dubioſum eſſe a cerua poſſe hominē educari in puncto: ſcilicet:natiui
tatis propter infantis inhabilitatē:& in eodem caſu lupa uel canis:aut ſus:hominē melius educare poteſt.
¶Sed ꝑſupponamus qđ cerua ipſum alat:quēadmodū abupacher inquit:& uideamus:an homo finē ſuū
oīno uidere queat?ueluti ſenſualia aīalia:in qbus hic auctor exēplū ponit: dicens quod aues habēt diſtin
ctum ſiue cognitionē ſeipſas paſcendi:& ad utile appropinquandi:& inutile fugiendi:oportuno tēpore:
tum filios generādo:tum nidos ſtruendo : in quibus pullos fouere & alere poſſint.& deinde quelibet auis
modū uiuendi accipit : in eo quod ſue ſpeciei attinet:& pariter de oībus aliis aīalibus ſenſualibus inferi⸗
mus:ꝙ maniſeſte de ſuo fine cognitionē habent: quumq; homo etiam naturale animal ſit:uidetur ipſum
de ſuo fine uerum iudiciū eſſe facturum. ¶Sed contra hoc exemplum plura manifeſta inſinuare poſſu
mus:& primitus finem diuidimus in finem pertinentem ad hunc mundū tantū:& in finem pertinentē ad
hunc mundum:& ad alium:& in fine ad hunc mundum pertinente omnes ſumus conformes:intellectua⸗
les:& ſenſuales. ¶Scimus enim cibos ſcrutari & inuenire ꝓ nr̄is alimētis: ꝑiter & oīa neceſſaria in cōſer
uationem noſtrarum ſpecierum : & ſaltem nos tum natura tum experientia ſcimus nos natos:& tandē eſſe

moriturós. Hoc autem totum eſt de fine ad hunc mundum pertinente: ſed hic non ingreditur felicitatis ſcientia: neq; in hoc unio per claram intuitionem cum prima cauſa conſiſtit: in quo quidem nec methaphiſicales nec phyſicales: nec theologales propoſitiones coincidunt: quum uero manifeſte talis ſcientia ſupra naturam ſit. quoniam non attinet ad conſeruationem ſpeciei: niſi ad bene eſſe ſuper ſpeciẽ: eſt de fine alterius mũdi aut propius uite: & de illo quod hic ꝑciſe nequimus ſenſibus percipere: neq; poſſumus per noſipſos ueram cognitionem habere. Quamobrem decens eſt: quod deus per reuelationem aliquid nobis aperiat: & mutuum inter nos detur ſuffragium: & ſenſualia animalia non habent talem indigentiã quãuis aliquid a maiorib9 adiſcãt: ut palam uidemus. Lupus enim filios ſuos ex rapto uiuere docet: & cuniculus ſpeluncas ſtruere ut tutentur: & idem de quibuſq; aliis animalibus dicimus: & quando ſenſualia filios ſuos docent: quo pacto uiuere debeant: multo quidem magis nos homines: quum plura acturi ſimus & per rationem uiuere debemus: & ubi ratio ibidem habilitas adipiſcendi diuerſa atq; ſubtilia. Nihilominus quum alium perfectiorem finem petamus: q̃ ſit ad obſeruandum uitam & ſpeciem noſtram: oportet neceſſario: quod magiſtros habeamus. ¶ In ſecunda particula dicimus: quod ſi homo in ſolitario nutritus per medium ceruę poteſt omnia ſcire: & perfecte ſuum finẽ dignoſcere: magis q̃ ille agnoſceret: qui a patribus & propriis magiſtris: aut in ſpecie ſua educati ſunt. quod profecto impoſſibile eſt: quo ad naturam & rationem loquendo. Nam de cerua nullam poſſumus doctrinam elicere; extra modum querendi herbas uirides: & alia huiuſcemodi: quod nẽpe impedimento eſſet ad alias ſcientias: ut uidemus: in illis hominibus qui ſunt cum peſſimis aut ignaris nutriti. quippe quod longe deterius eſt: illud ſcire q̃ nihil ſcire: ex eo quod difficilius eſt: ad deducendum eos in uiam oportunam atq; directam. ¶ Rurſus exemplum in ruſticis capimus: & precipue in paſtoribus: qui ferme apud montes ſemper ſolitarii manent: & parum ſciunt. Id uero quod ſciunt a patribus adiſcunt: uel ab aliis hominibus: & non a ſemetipſis; nequidem a brutis animalibus. Quocirca inferendum eſt: quod hominum conuerſatione carendo: non modo ignorantes eſſent: immo inſipientes ac rudes: ideo palam fit: quod nõ eſſent felices propter ſcientias: nec ſuum perfectum finem in hoc mundo uiuentes cognoſcerent. Non enim hoc omnino illis datum eſt: qui quotidie per aliorum exempla & ſuam experientiam ſtuduerunt. ſolitarius enim antequam cogitaſſet de ſcientia agendi: ſuorum dierum maiorem partem preteriret: & fortaſſe omnem etatem conſumaret; & quanuis aliquid per ſeipſum excogitaret: parum utiq; adinuenire poſſet: ſeu experiri: ut quibuſq; reſpicientibus patet: quid per ſe preciſe didicerint: abſq; aliquo aliorum principio aut fere ſimili principio: quemadmodum eſt illud de quo tractare intendunt. Vnde conſtat: melius ac tutius eſſe ab hominibus quam a ceruis adiſcere. ¶ Ad tertiam particulam deueniendo aſſerendum eſt: quod Abupacher uoluerit nobis admonere: quod ſemper adiſcamus aliquid: tum ſoli: & tum aſſociati manentes: pariter & uiam qua per noſipſos adiſceremus oſtendit. Quapropter ſcientia ab ipſo ordinata eſt tanquam ſcala a minimis inchoando: & paulatim aſcendendo: quouſq; ad ſuperiora perueniatur. Exempla enim in iſtis tractabilibus capiẽda ſunt: quo in arcana. & ſublimia appropinquare ualeamus. qui uero nouerit que ſit inter dulce & amarum differentia: ſi reſpicere uolet: hoc ſibi erit quodãmodo inſtar ad cognoſcendum & diuidendum alia altiora: & ſic aſcendendo ſemper aliquid adiſcere poſſumus. Attamen opus eſt quod magiſtros ac libros ſcitemur: ſin autem infimi & rudes indies uitam noſtram tranſiremus.

¶ Qua de re plura uocabula plura argumenta tanquam ſuperuacua in quacũq; facultate inueniuntur: que reprehendenda ſunt: eo ꝙ non ad bonũ cõmune inuenta. Cap. cxc.

¶ Iam ſuperius de uarietate linguarum: atq; de lingua quam a natura ſcire poſſumus: aliquid tactum fuit: & nuper de ſciẽtia: quam adiſceremus per noſipſos etiam diuerſa aſſignata ſunt. Modo ꝓſequẽdo in blaſphemia hominũ circa uarias locutiones adducere poſſumus. Nam hic nõ ualet uelle excuſari cũ maioribus noſtris: eo quod uarias linguas cauſa ſuperbie aut elationis contra creatorem noſtrũ in edificatione turris babilonis. qm̃ nos oẽs qui in ſucceſſione nati ſumus indies quãtũ poſſumus: abſcondita uocabula querimus: ut nullus uerba noſtra intelligere ualeat: niſi ii quibus particulariter aperire uolumus: & ſic non tãtũ ſeptuaginta linguas uel circa: quas in edificatiõe babilonis dicunt ſurrexiſſe: ſed alias quãplures quottidie querimus: & ſi non penitus differẽtes in magna parte: tum in modo pronũciandi: & tum in aliq̃bus differẽtibus uocabulis: ut oĩbus patet. nã inter ciuitatẽ & ciuitatẽ: dato quod ꝓpinque ſint: ſemp aliquã reperimus differentiã loquendi & maximã inter ciuitates: caſtella: & uillas inter ꝓceres: mercatores: & ruſticos: multũ itereſt ĩ locutiõe. de ꝓuincia ad ꝓuinciã: de regno ad regnũ: poſito q̃d itelligãt: ſemp diſparitas ĩ loq̃la iuenit: & hic dicẽdũ eſt: q̃d locutiones q̃ aliq̃liter iter ſe intelligunt. ueluti itala: & hiſpana nõ ãnumerant tãquã differẽtes de ſeptuagita: q̃ ĩ babilone aſſurrexerũt: & tñ ĩ q̃cũq; iſtarũ linguaꝝ plures ſunt oĩb9 aliis obſcure: & q̃cq̃d obſcurũ laborioſum ſciẽdi: & hoĩes de ratiõe naturali ad bñficiũ ꝓximi: & nõ ad detrimẽtũ attẽdere debem9: & cũ ea qb9 tenemur: nõ agimus: rei pene ſumus. Et nõ cõtenti de uarietate linguarũ ſecũdũ uarias ꝓuincias: in q̃cũq; facultate terminos ſeu uocabula alieniſſima. a cõmuni locutione atq; ab omnib9 aliis facultatib9 exquirim9: ut cũ difficultatẽ

intelligamur:aut quod unusquisq per manum nostram adiscat ea que scribimus:& hoc non de ratione naturali:non de lege diuina fit:cum omnes a natura ad bonum. Cōmune operandum tenemur:& si per nosipsos clare atq iuxta cōmunem consuetudinem loqui possemus ad id agendum tenemur. Vnde om nes homines:ea que dicimus:cum pauco labore concipere possent:cur obscuris uel alienis uocabulis scri bimus cum de hoc nullum cōmune bonum:nulla facilitas oriri possit.nam inhonestum a natura & bona consuetudine uidetur:quod eadem lingua:qua ego scribo declaratore uocabulorum meorum indigeat. Quoniam hec non recta uia nec quidem breuis sed cautelosa & tardissima. ¶Et ut rectius ea que di- cimus uera esse appareant:aliqua adducemus exempla. ¶Grammatica siquidem ut agendo de breui discursu intellectus:diffusius exposuimus:nil aliud est extra inordinatas linguas:nisi quod ipsa gramma- tica per quēcūq actum agendi uel patiendi habet nomen proprium : exempli gratia alia est significatio & alie occurrunt operationes:dum dicimus:albertus currit:& alie si diceremus:hec scriptura est de alber to:& sic qui linguam latinam ordinauerunt:uarios posuerunt casus:eo quod unusquisq actus casum di stinctum ab omnibus aliis habeat.& nihilominus aut primi inuentores:aut alii : qui postmodum ad scri- bendam ipsam linguam accesserunt multa cautelosa atq sine proposito posuerunt:ueluti uerba anoma la:saltem ubi possunt habere modos seu terminos:sicut & alia uerba habent.nam sepe in preteritis:alias in futuris:iam in supinis:& iam in gerundiis dicunt deficere:& hoc tantum pro uoluntate inuentorum. Et in nominibus clarius plura sunt:& plura errata aut in confusione & longis laboribus sequentibus ip- sam artem:ut in Etheroclitis nominibus manifeste uideri potest:cum plura nomina habeant unum & nō alium casum:alia multa declinantur in singulari:& non in plurali:& alia in plurali declinantur:in singu lari non.& quo ad ueritatem omnis res assumpta in speciē:seu in communem modum : qui appellatiuus denominari solet:in singulari & in plurali declinari possunt.& per omnes casus. Nam triticum in se gra num est:in plurali grana inueniuntur:& in re dantur de ratione in plurali:& in singulari declinari pos- sunt:& si opponeretur quod quandoq in singulari :quandoq in plurali:tum in isto casu : & tum in illo suaue non sonat:propter quod non ponitur:respondetur:non esse deprauandum ordinem ipsius gram matici: hoc est quod omnia uocabula in quocūq actu ad quem reducantur casum propriū non habeāt. & de differentiis de quibus nunc agimus:non est dicendum:quod a primis expositoribus ortum habeāt: sed ab aliis:qui nouiter in exponenda grammatica scripserunt.Nam uenetia non ast ab antiquo edifica ta:nisi per mille annos uel circa.Et tamen apud latinos in plurali solum declinatur:& dicunt singularem non habere:quod nullatenus de ratione stare potest:ut parebit.quoniam ipsa una ciuitas tantum:& nō plures est:non nomen appellatiuum sed proprium : & nomina propria in singulari tantum declinanda. Appellatiua siquidem:uidelicet cōmunia multorum in singulari & plurali.Communia hic intelligimus:ea que iuxta speciem in qua manent declinatur:ueluti homo quia iste est homo:ille homo:alius & alius ho- mo:in eo modo quo species humana appellatur.sed dicendo Petrus & Ioannes:in eo tunc ad aliam par ticulariorem regulam descendunt:& sic in eo tunc nomina propria appellantur. ¶Et hic animaduer tendum est:quod alie sunt species naturales:alie artificiales:seu a casu reperte.naturales homo:equus:ar tificiales uero:ut princeps:custos.& tandem in quacūq istarum specierum declinantur res singulariter & pluraliter.nam quāuis reges persone particulares sint : ex eo quod regere:sic in uniuersali uocatur spe- cies & rex a regendo.unde fit:quod rex custos potestas & similia in cōmuni seu appellatiue declinantur: non per se:nisi causa speciei in qua degunt:& assumunt nomen . & sic omnes homines ad idem officium deducti:in eodem modo appellantur:tanquam de una sola specie. ¶Nunc ad propositum uenetie nō ponitur in specie seu genere naturali:nō in artificiali seu ab officio deriuatum:cum una ciuitas sola sit. unde proprium nomen petit:& proprium nomen semper in singulari.sed quia aliter sepe reperitur : ut exemplatum est:reprehendendi sunt auctores:qui hoc faciunt & si forsassis has difficultates posuerunt:ex eo quod grammatica per nimium planas uias aut rectas procedere uidebatur.falsa imaginatio:cum om nes res ad cōmunem usum necessarie:quanto clariores atq sine ambagibus meliores. quoniam qui bo- num sincerum operari uult:non uiam logicorum aut saltem sophistarum:sed planos tramites assequi de bet:cum sophismata tantum puerilia sint:& ad expergiscendum ipsos pueros inuenta. sed qui in malum habituatus sepe atq sepius huc illuc ipsum insequitur:& sic philosophi moderni tam religiosi quam irre ligiosi:in omnibus circulis disputandi similia puerilia adducunt:ut obligationes calculariora & similia. ¶Exempli gratia:in cōmuni uia datur gradus perfectionis superior & inferior:& quanto magis ad sup premum accedit:tāto magis perfectum:sed surgunt calculatores dicendo:hoc non tenere in omnibus: ita aut in simili modo exemplando ponamus:quod octo sit supprema perfectio:de quo numero quattu or est dimidietas:sex uero distat tm̄ p duo ab octo:sub quo ordine sex est magis pfectū p dimidietatē q̄ qttuor:seu qttuor p dimidietatē iperfectius quā sex. Vnde fit:qd̄ hec regula ab antiqs tradita stare nō po test:quia hoc argumentum concludit:& sic alia est querenda uia ad ostendendum perfectiores & imper- fectiores gradus. Vnde imaginantur ad non gradum decurrere:asserendo:quod gradus qui magis a nō gradu declinat:ipse perfectior. ¶Sed hic calculatores multa falsa assignant contra antiquos arguen- do:& falsum imaginando ordinem inter gradus perfectiores & imperfectiores : quod non gradus non

detur omnibus patet : & illud quod non eſt non poteſt eſſe meta alicuius. ¶Quod argumentum per eos poſitum falſum ſit:per ipſos facile uideri poteſt. Quoniam aſſumpto toto hoc numero octonario: quattuor non dimidietas huius numeri ſex:ſed huius numeri octo tantum eſt : de ſex uero tres. Verumtamen ſi a quattuor inciperemus:abſq; a.to numero ſub ipſo poſito ut unus:duo:tres:ſex eſſet in duplo perfectior quam quattuor : ſed qa diſtat maior numerus ſub quattuor : quia tres habet:quam ſub ſex ſuper quattuor non eſt in duplo pfectior ſex ſup quattuor:qm̃ quattuor habet unũ gradũ magis quã dimidietas de ſex:cũ hec dimidietas ſit tres. Quattuor ſiqdẽ bis duo cõtinet ſeu duplex duo:& ſex unum duo tantũ ſup quattuor:ita quod nullo pacto quattuor põt eſſe dimidietas de ſex : & ſic ſex in duobus gradibus pfectior numerus:quã quattuor:ſed nõ p dimidietatẽ cũ potius diſtãtia ſit:de principio uſq; ad quattuor quã de quattuor uſq; ad ſex:& p hãc uiã ambulãdo oĩa calculatoria & oĩa ſophiſmata ſolui poſſunt. ¶In reactionibus aũt aut rectius in mutuis actionib9 ſimul reſpõdẽtibus paſſionibus:multa argumẽta ſine ꝓpoſito fieri ſolẽt:ut extra ꝓpoſitũ diſputãtes elicere poſſunt:ſed q experti ſunt:aut rõnẽ aſſequi uolunt:oĩa ſimilia fictitia ſpernunt:& ad ꝓpoſitũ ſup quod inceperũt ſemp attẽti ſunt : & hoc uero merito agendo.nam ea que ſine ꝓpoſito eueniũt ſemp de ratione eicienda:tamẽ oſtendendũ eſt qualiter ſimilia ſine ꝓpoſito in his locis adducta ſint:ſed dum in his diſputare uolumus:etiam regule ꝓprie ipſorũ argumentorum ſunt obſeruande. ¶Solet argui:quod duo corpora inter ſe cõcurrentia non ſemp mutuo agunt & patiunt̃:exẽplando ponat̃ corpus nec calidũ nec frigidũ in medio duarũ extremitatũ:uidelicet alteram frigidiſſimã & alterã calidiſſimã:& calidum calefaciat:inquantũ poteſt corpus in medio manens: frigidum uero parimodo frigefaciat:illud corpus ueniat in ſummo frigidũ & in ſummo calidũ : que ſunt contraria.unde in uno ſolo ſubiecto ſtare nõ poſſunt:& ſimili modo quedã alia argumẽta faciũt:ſed oĩa hec facillima ſunt:cũ oĩbus aſpiciẽtibus conſtet:ſi calidiſſimũ & frigidiſſimũ ſimul miſcẽtur facient unum totum tempatũ:non calidũ:non frigidũ:& pariter ſi extremũ calidum:& extremũ frigidum:ſuper aliquo corpore neutro in medio manẽte equaliter agunt:ſemp illud corpus in medio manẽs tempatũ: niſi illud extremũ calidũ ſit ad unã ptẽ: & frigidũ ad aliã.qa ĩ illo tũc corp9 ĩ medio manẽs calefieret p unũ lat9:& frigefieret p alterũ:ut ſepe nobis cõtingit tpe hiemis:dũ ad ignẽ manem9:qđ p unã ptẽ ipſe ignis nos calefacit:& ad aliã aer frigefacit:ſed ubicũq; duo diuerſa corpora ſimul ad operãdũ attingũt:dato qđ unũ forti9:& alterũ debilius opet̃.ſemp ĩ eo gradu quod opat̃ debilius:uis alteri9 remittit̃. Vnde ſine ꝓpoſito arguit̃:utrũ detur mutua reatio ſeu actio:& paſſio in eodẽ inſtanti in corporibus naturalibus ſimul operantibus. ¶Demũ diligẽter aduertas cõtra oẽs argumẽtatores:ne aliqđ ĩpoſſibile abſolutũ ubiq; aut ĩpoſſibile p illud tũc quo diſputat̃:concedas.nam ubi nil de impoſſibilitate ĩgreditur:tãquam uerum eſt recenſendum.quocirca hoc ordine obſeruato facillime contra omnes falſas argumentatiões ualere poſſumus:atq; oĩa inſolubilia apud logicos denominata:ſub paucis ſoluere:dummodo nil impoſſibile cõcedamus gratia diſputandi:ne aliuſmodi:ueluti dicendo:ut fieri ſolet:ſi homo eſt aſinus:nõne homo eſt rudibilis:in quo p̃ſuppoſito qdã dicũt:ꝙ antecedens & conſequens ſunt falſa:ſed illatio uera.quoniam bene ſequitur:ſi homo eſſet aſinus:ꝙ homo eſſet rudibilis:ſed ꝙ in hac prepoſitione aliquod uerum ſit negatur.quoniam impoſſibile eſt ꝙ homo ſit aſinus:& conſequenter impoſſibile ꝙ rudibilis ſit.conceditur:ꝙ ſi homo fuiſſet aſinus:ꝙ fuiſſet rudibilis:ſed qr̃ non eſt aſinus:nec põt eſſe:nulla ibi ſequitur illatio uera: ꝙ ſit rudibilis.nam ſi eſſet aſinus nullatenus homo eſſe potuiſſet.qm̃ ſimpliciter repugnant hoiem & aſinũ idẽ eẽ:& qa nõ idẽ:nũquã ſeqt̃:ꝙ ſit hõ & rudibilis idẽ.qm̃ ſi rudibilis:ñ hõ:& ſi hõ nõ rudibilis:& ita ꝓbat̃:qliter ubi antecedẽs & cõſequẽs ẽ falſum:ĩpoſſibile ẽ ibi aliquã illationẽ uerã dari:niſi fortaſſis ĩ modo loquendi:ſi fuiſſet fuiſſet:ſed qr̃ nõ põt eẽ:eſſe nequit. ¶Et per ſimilẽ uiam inſolubilia apud logicũ denominata omnia ſoluentur:gratia exempli:dum preponitur ſi nullum uerum eſt:uerum eſt ꝙ nullum uerum eſt:ſed quia eſt impoſſibile abſolute:ꝙ nullum uerum ſit:cum omnia que ſunt:inquantum ſunt:uera ſunt.& deus ueriſſimus:qui ſimpliciter:eſt impoſſibile non eſſe:igitur preſuppoſitum falſum atq; inane dum dicitur:ſi nullum uerum eſt cum abſolute de re impoſſibili enarret : tandem ad id ꝙ nullum uerum eſſe oporteret ꝙ nulla res eſſet:& tunc non fuiſſet uerum nec falſum.quoniam uerum & falſum intentionaliter ſunt in anima:res uero extra animam:& hoc eſt loqui de impoſſibili:uidelicet:ꝙ nullum uerum ſit & nullum ſemper impoſſibile eſt concedendum:nequidem impoſſibile contingenter per illud tunc:quo contingit:ueluti dicẽdo:tu es hiſpali:& eſt poſſibile ꝙ fuiſſes ſalmãtice:ergo tu es in ſalmantica. Hic ſub paucis tantum aſpiciendum eſt:quia pro eo tunc:ꝙ in hiſpali ſumus eſt impoſſibile ſalmantice eſſe:quãuis potuerimus eſſe:ſi aliam uiam aſſumpſeramus:quam aſſumpſimus:aut in futuro uolumus eſſe uolendo:ſed in illo inſtanti:ꝙ alibi ſumus impoſſibile eſt ſalmantice manere:& in hoc modo omnes falſe argumentationes facillime ſoluuntur.quoniam ſemper aliquid de impoſſibilitate ſecum adducunt:& nullum impoſſibile eſt concedendum:dum recte procedere uolumus.& inferendo preſuppono tibi hoc:reſpondendum eſt : preſuppone ueritatem : & argumenta tua aperias. nam ſepenumero contingit in paucis uerbis non poſſe omnia comprehendere:que ſuper illa edificare uolumus. Vnde fit : ꝙ quandoq; non tantum eſt audiendum preſuppoſitum : ſed quoq; intentionem ipſius petendam : ut ne in errorem circa argumentatores incidamus:licet:ꝙ ſimiles prepoſitiones non ſunt de genere bonorum : nequidem querentium ueritatem.

¶De quibusdam argutiis contagiosis oratorum seu iuristarū:que apud oratores ipsos questiones insolubiles nuncupantur. Cap.cxci.

¶Oratores quoq; ut quintilianus aliqñ isolubilia litigia describūt:qb9 iuriste sepenumero gr̄a decertādi uti solēt.de qb9cōtētionib9 hic aliqua adducemus exēpla:& si hec soluerimus alia similia litigiosa per eādē uiā solui possunt. ¶In primis siqdē talis solet poni casus. ¶Dicendo:qdā pons erat sup fluuiū maximū:ubi talis obseruabaẗ cōsuetudo:q; unusqsq; ibi occurrēs tenebaẗ dicere unū uerū:sin autē proiiciebāt ipm de pōte i aquā. ¶Tādē fuit qdā q dū custos pontis exposcit eum ut ueritatē diceret:r̄ndit uiator:& dixit:tu proiicies me de hoc pōte. ¶Nunc surgit questio qdnā agēdū sit si proiiciẗ uiator in aquā cōtra ius fit:qr̄ ueritatē dixit eo q; iuxta uerba ipsius pcipitaẗ.Quāobrē nō debēt proiicere. ¶Tādem si non proiiciūt mendatiū dixit:& qr̄ mēdatiū:de iure est pcipitandus:si pcipitaẗ iuxta ueritatē quā dixit fit:ergo qd agendū:nisi q; alia inueniteẗ lex uel ipm abire pmittant. ¶Demū uidendū est:utrum uerū dixisse.Vnde ut similia soluanẗ:ad philosophiā occurrēdū sit.Vnde ita dicemus.de futuris cōtingētibus non datur apud nos determinata ueritas:ut experiētia patet. ¶Vlterius habeẗ uerū nil aliud:nisi uerū:falsum aliqualiter semp aliquid de uero cōtinet. ¶Amplius de mendatiis non accusamur dum sana mēte ea que nobis ita se habere uideṅẗ:pmimus:sub quo ordine quotiescūq; cautelose loquimur:mēdatiū cōmittimus.qm̄ uerū nil de falso & cautele aliqd de falso dicūt. ¶Nūc uero ad ppositū:q dicit proiicies me de ponte:cautelose loqẗ:ubi cautela aliquid de falso:& ubi aliqd de falso:nō est uerū:igitur extra pontē pcipitandus.qm̄ cautelose loquutus est. ¶Vlterius de futuro nulla apud nos determinata ueritas daẗ:custos pōtis aūt determiatā ueritatē exposcit.qm̄ ueritas simplex & qcqd simplex determiatū uiator aūt dicit cōfusum atq; iscibile:igiẗ extra pōtē mittēdus. ¶Aliū etiā ponemus casum qui talis ē:solet dici:quidam hō ponit digitū in ore cuiusdā mulieris:alter hō siquidē transeundo per eam uiam talia uerba inquit. ¶O tu qui habes digitum in ore:accipe unum aureū:ipse autē abiit:remanet questio an aureus debet esse hominis:uel mulieris.allegat homo ego habebam digitum i ore tuo meus ē aureus:mulier respondit non:imo meus.qm̄ ego habebam digitum tuum in ore meo. ¶Hec questio facilior unicuiq; homini est:quam questio superius posita.tandem ut bene soluamus ad naturales regulas occurrēdum:ubi ita procedemus:habere autē penes significationē ppriam possidere diciẗ:ueluti habeo denarios:habeo domos:per mansionem enim aliter dicimus:sum in domo:sum in agro:sum in loco.Vnde fit q; inrecta esset hec locutio:dicendo uinum habet uas:corpus habet locum:anima habet corpus.qm̄ ecōuerso:ut bene loquamur:procedendum.Corpus habet aniamm:anima est in corpore:uas habet uinum:uinum est in uase:locus habet corpus:corpus est in loco.Si qs recipit hospites in domo:iquit:hospites in domo mea habeo:recepti autem dicunt in domo talis hois maneo. ¶Ecce soluta est questio iuristarū aureus de iure mulieris est:qm̄ ipsa habet digitū in ore i modo possessiōis seu collocatiōis:& digitus est in ore:nā digitus pars integralis hois est:unde ipse digitus erat in ore mulieris:tamē nō habebat os tanquā possessiuū imo ab ipso ore habebatur. ¶Et si fortassis uis inferre q; homo habet digitū aliqualiter tanquā p modū possessionis:respondetur:q; habet digitū in manu nō autem in ore suo uel alterius pprie loquēdo:& ea que ppriora dum inueniuntur:semp assumēda.licet:q; etiam quādoq; iproprie loquendo similibus terminis utimur:ueluti dicendo:habeo pedem in aqua:manum in ense:tandem debere dici:pes meus est in aqua:habeo ensem in manu:quoniam manus possidet ensem:nō aūt ensis manū:alia multa isolubilia denominata a pluribus hoībus adduci solent:nihilominus si naturalem uiam assequimur facillime oīa absoluūtur. ¶In hoc loco supioribus uisis facillime intelligi potest differentia inter bonitatem intrinsecam et extrinsecam.nam qui bonis intrinsecis utuntur:ipsi homines boni sunt:utentes extrinsecis enim habentes bona de ratione denominandi.qm̄ bona ipsa habent in possessione:agētes bonum ab intrinseco uero nō possessores tanquā de alienis immo ipsi illi boni.Et siquis allegaret cōmune puerbium inter negotiatores dicens:beati possessores.respondetur:q; isti & illi possessores sunt:differūt tamen qr̄ utentes intrinsecis bonis:boni sunt:& insuper possidentes ppria bōa:qr̄ intrinseca sequaces exteriorū possessionum tantum possessores appellari possunt.boni uero non sub hac sequela tantum.quoniam de alienis bonis assidue negociant.

PROLOGVS SEXTI.

¶ Tractauimus in precedenti libro de rerū principiis de substātiis & accidentibus: ac de uniuersalibus & particularibus: aliisq; respectibus circa entium simplicitates. In hoc uero de rebus magis cōpositis: q̄ qd superius acturi sumus. Ibi enī ad res potius absolutas: que methaphisicales uocari solēt fuit intētus: i phisica aūt ad materiā & formā & appetitū simul: in eo quod uniuntur & separantur respicitur: & de talib9 naturalibus unionibus atq; separationibus inter formā & materiā per generationes transmutationes & corruptiones uidetur de eisdem subiectū physice constare: de quibus nos hic explicaturi sumus: & in primis tractabimus de principiis ad uniones corporis physici occurrentibus: ac de istius facultatis subiecto: deinde uidebimus: quemadmodū plures materie sunt p ꝓprias origines & non una tantū. Deinceps quatenus unum elementū in alterius naturā minime cōuertat: & postremo aliquid de linea: puncto: maximo & minimo: compositionibus: & diuisionibus: loco & locato: finito & infinito: & inter quālibet istarū materiarum aliqua uaria inseremus.

¶ De principiis ad formationē corporū occurrētibus: & an cūctis creaturis cōcurrāt? Cap. I.

¶ Circa corporū cōpositionem tria principia occurrere uidenť: que appellare possumus materiā formā & desiderium siue appetitū uniendi: scilicet aliq priuationē ꝓ principio ponant: ueluti ulterius patebit: & hic uacabimus in uidēdo: an ista tria principia in oībus creaturis: aut uero in solis corporibus occurrāt? ¶ Et si uere in corporibus occurrūt: petendū est: utrū in oībus creaturis occurrat compositio ex materia & forma cū desiderio. Vnde breuiter dicendū est: nō in cūctis creaturis hec tria principia cōgruere. Nā forma in se naturaliter est simplex & a quacūq; materia distincta: & sic materia in suo principio simplex est: & a forma pariter diuisa: licet unūquodq; istorū principiorū intrinsecū hēat desideriū: se cū alio uniēdi. Natura tamē distincta ac simplicia sunt: nec est intelligendū quod quelibet creatura idem desiderium prosequatur. Quoniam angeli aut substantie separate: que non sunt create ad alicuius materie unionē: minime uniri appetunt. Sed tales res incōposite de cōsideratione methaphisice & nō physice sunt: aut uero de cōsideratiōe creationis: in illa enim creatione ultima simplicitas & nouitas creaturarum intelligiť. Quocirca neq; materia neq; forma neq; desideriū sunt ponēda tāquā principia creatiōis: quādoquidē deus dūtaxat cū uelle suo occurrit. At uero ad physicam descēdēdo: idest ad unionē & māsionē iter materiā & formam: ibi oīa sunt de materia & forma simul cū plerisq; aliis ꝓprietatibus composita: quoniam ad unionē inter materiā & formā nō solū appetitus occurrit: imo & actus generādi unū tertiū uariū in specie ab istis duob9 principiis: uidelicet: materia & forma: & ad generatiōes & corruptiōes manifeste plura itercidūt: utpote calidū: frigidū: humidū: & siccū: atq; elementoꝝ materia: & planetaꝝ influētia: pariterq; in animalibus saltē pfectis particularia instrumēta occurrūt. Et siqs uult physicam appellare ꝓ solis simplicibus elemētis: & celis que sunt prima corpora cōposita de materia & forma: in illis siquidē dicere possumus: nō tot diuersa dū cōponunť occurrere. Sed iuxta maiores nostros uideť: qd de physica tractādo de qbusq; cōpositionibus materiā & formā cōtinētib9 itelligāt & uniuersaliter accipiēdo: nō sunt assignanda tātū tria principia: nisi plura dūmodo nō itelligamus tria solūmodo ꝓ principalioribus. Hoc est materiā formā & appetitū unionis: sed i generabilib9 & corruptibilibus tātū uaria principia intercidūt: tāquā generationi necessaria & nō solū tria. Et quod corpora siue materie de qb9 nos tractamus de duabus naturis cōstent: satis manifestať. Videmus enim res p aliquā unionē pfectiores fieri: & p separationē i minorē pfectionē redigi. ut iter arbores cernimus: qa dū uirides manēt: dicin9 eas aīā uel aīam hēre: & i aīalibus sensualibus & intellectualibus etiam duas naturas esse cognoscimus: quarum alteram uitam prebentē: & alterā p se inuiuentē: & inuiuens seu minus pfecta materia uocať: uel a materia habēs originem. Et partē uiuentē aut dantē uitā dicimus esse formā uel aīam. Itē largo modo plures alias formas imaginamur: queēadmodū calidū: humidū: perseitatē: p quā una res nō est alia: nisi ab oībus differens: que quidem perfectio merito forma nuncupať: & qd sit appetitus ad uniendū formā & materiā: facile itidē eē probať. Semp enim materia formā amat: & forma materiā: ut uidemus. Quoniā separari nolunt: & quātum queunt ad simul manēdū innituntť. Demū ex quo nubiles sunt uelint nolintue necessariā separationem expectāt: qbus tandē separatis materia inhabilis manet: licet aliquam formam sortiatur: saltem hec materia que a nobis tractať: sed sibi ultimata forma deficiente: cito i putrefactionem declinat. Quod cupiditati siue appetitui cognitio carentie preponatur patet experiētia: & ut facilius uideať tangibile exēplum adducemus. Natura insitum est unicuiq; nostrum omnes alios uelle superare: res enim superiores super infimis digne sunt. Vnde fit a natiuitate supprenū tāquā pfectū appeti. & i primis donec ad experiētiā opationū deuenimus: nescim9 an habiles uel inhabiles ad alios subiiciēdos simus: eo qd oīs nfa cognitio i primis ab effectib9 ortū hēt: ita qd oportet cū experiētia actū cōprehēdere: nos natura inhabiles eē

ad oēs alios subiiciēdos:sup qua cognitione inquātū possumus de artibus munimur:sed in primo motu omnino alios subiicere cupimus.& deinceps de carentia ualitudinis intelligimus.& quia cupiditas perfe ctionis prima ipsa est uocanda principium simul cum forma & materia.non autem priuatio seu carētia: quū de carētia postremo habeat cognitio:& priuatio nunq̄ est.In cunctis opib9 siue naturalib9 siue acci dentalibus cupiditas acquirendi est in nobis tanquam origo simul cum materia & forma in ipso opere ingredientibus:& quod ita se habeat omnibus aspicientibus patet.

Quonam pacto duo tantum sunt principia cum proprietatibus positiuis suis in naturali philoso phia:aut quattuor uel plura:tria uero nunquam:neq; priuatio principium.cur plures dentur mate riε:& sub quo ordine una sola potest esse ingenita:& incorruptibilis:& generabilis & corruptibilis & de discursu ad uaria similia: Cap.ii.

¶Cum non tantum Aristoteles posuit tria esse principia in philosophia īter que unum dicebat esse pri uationē:sed etiam quamplures eius sequaces dextrum uel sinistrum hoc affirmant forsitan unusquisq; ex cogitando:cum Aristotelem exponam inter sapientes reputatus ero.& ut hoc fiat:decet semp dicta Ari stotelis quomodocūq; sonent sub bono sensu saluare.Vnde fit:quod iam in temporibus istis multo diffi cilius est pugnare contra expositores Aristotelis quam contra ipsum: licet quod dum uolumus eo quod de ratione debetur iuxta textum seu uirtutem uocabulorum uniuscuiusq; auctoris est procedendum:& in hoc modo nulla expositio longinqua ualet:eo quod demonstratiua illius textus esse nō potest. ¶Sed his dimissis ad rem deueniamus:& in primis ita dicimus:aut quod sunt duo principia in philosophia na turali:aut quatuor:tria nullatenus esse possunt.Et probatur sic dicendo:materia inquantum principium distincta a forma consideratur:& forma similiter a materia distincta. ¶Nunc sic:aut quod hec princi pia considerantur absoluta:tanquam in abstracto:aut concreta alicuius proprietatis:si absoluta:tum p contrarietatem:& tum quia absoluta nullo modo per se simul coniungi possunt:nisi per aliqua alia prin cipia ab intrinseco aliqualiter conuenientia:& mutuo se amantia:& ubi uerus amor:oportet duo extre ma ponere:ut alterum ab altero ametur.unde oportet aliquod principium positiuū esse in materia:per quod ipsa materia amet formam:aliud uero in forma ad amandum materiam. ¶Et si responderes:qd similia principia causantia mutuum amorem sunt priuationes:eadem est ratio:quod de priuatione dica tur:uel de aliqua positiua re.qm̄ oportet duo esse principia:uidelicet:unū principiū assumptum p priua tionem consideratam in materia:alterum uero per priuationem forme:& sic duo principia priuationū: non enim unum tantum:sub qua opinione quod priuatio principium sit:non sunt tantum tria princi pia in philosophia naturali immo quatuor. ¶Sed quod priuatio principium proprie dictum sit:nulla tenus stare potest:quoniam non esse tantum ī termino seu ī imaginatione habet esse.non autem in re:ex tra terminum uel imaginationem.Et nos:dum de philosophia agimus:de rebus realibus .non autem de imaginariis assumimus. ¶Sed deueniamus ad fundamētum multorum asserentium priuationem prin cipium in philosophia esse.dicunt enim:si materia non careret forma nō appeteret ipsam.quoniam nō appetimus id qd̄ hēmus:nisi ea q̄bus caremus. ¶Sed priusquā ulterius procedamus partem istorum & nostrum ponamus equales:uidelicet:priuationem in materia & in forma per ipsos & intrinsecum appeti tum unionis:per nos pars nostra siquidem positiua est:pars aliorum uero priuatiua:& de naturali ratiōe semper affirmatiuum negatiuo anteponendum est. Et ut clarius pateat qualis istarum opinionū uerior sit:ponamus priuationem per se sine appetitu unionis:& appetitum sine aliqua consideratione priuatio nis. ¶Per priuationem sine appetitu positiuo:nullatenus materia & forma unirentur.quoniam priua tio negationem dicit.Sed per appetitum:dato quod ibi non cōsideraretur carentia:uniri possent:& qd̄ semper non consideremus de carentia priusquam aliqua a dextra manētia appetamus:in omnibus ope ribus nostris patet:quoniam unaqueq; res de specie sua contentatur:& nullo modo in altera transire uel let:sed cum aliquid uidet optimum:uellet ipsum in seipsam transmutare non quod in eo tunc de carētia nostra consideremus:sed quod ab intrinseco optimum appetimus . unde aliquid possumus appetere sub consideratione boni quo non caremus:gratia exempli : ponatur quod unus homo auarus habet totum aurum mundi:& tamen nescit habere totum:tandem appetit magis & magis & non est magis : quia ille habet totum aurum quod est:patet qualiter possumus amare aliquid quo non caremus:quum illo quod non est nemo caret. ¶Demum hec perfidia cum altera dicēte:quod potius de deo per negationē quā per affirmationem cognoscimus:coincidit.sed quo ad ueritatem priusquam sciamus deum non esse lapi dem:necesse est habere aliquem conceptum positiuum:quod deus est esse perfectissimū p se spiritus uiuēs pfecte:aut similes conceptus:& postmodū simili conceptu seruato:deus non est lapis:non arbor:aut simi lia:& pari modo materiam oportet in primis aliquam cognitionē de bonitate forme habere: & postmo dum cognoscet seipsam imperfectam esse seu carentem perfectione.unde priuatio non est primum prin cipium cognoscendi:imo aliquod positiuum intrinsecum:cognoscens:pfectū:& appetens ipm. ¶Am plius oportet hos appetitus in materia & in forma positos conformes esse:eo quod alter alterum appe

tat:& simul uniri queant.priuationes uero non possunt mutuo se appetere:nec simul uniri.eo quod non sunt. ¶Materia & forma de se dicunt principia contraria secũdum opinionem antiquorum: eo quod simpliciter in actu esse:& simpliciter in potentia opponuntur.unde non possunt se appetere nequidem uniri:uniunt de facto:oportet cõcedere:aliqd positiuũ in actu ab itrinseco in ipsa materia esse coueca̅s formam & pariter aliquid in forma ipsa:quod uniri cum materia & ipsam perficere cupiat.Et quia semp similes appetitus durant:proculdubio constat essentiales materie & forme esse. ¶Vnde nõ sunt ponẽda tria principia:non quattuor in naturali philosophia.sed duo tantum:non principia absoluta:tãquã abstracta:nisi ista particularia principia cõcreta tantum:& quicquid hoc particulare:hoc quale:siue habens proprietates intrinsecas ad operandum in se & in aliis est:& cũ unaqueq; materia unaqueq; forma huiusmodi fit:idest habens intrinsecas proprietates absq; aliqbus aliis mediis interpositis simul uniri possunt:& unum totum compositum fieri. ¶Licet secundum quod uidetur non tantum sunt in naturali philosophia duo principia:imo plura:uidelicet:quattuor elementa diuersa circa generabilia & corruptibilia occurrentia ad primam unionem cõpositorum:& postmodum alia principia tanquam formalia ꝓprie dicta occurrunt:ut uegetatiua:sensitiua:& itellectiua.sed per prius quã hee anime ultimatis compositis infundantur:ipse materie elementorum sunt informate:ueluti:de calido:frigido:humido:sicco.graui:& leui. ¶Et ultra has quattuor diuersas materias:materia celi datur:que igenerabilis & incorruptibilis est:& a natura loquendo ipossibile est generalibile & corruptibile idem principium habere cum igenerabili & incorruptibili.Et inferendo:qđ materia celi nũquã corrũpit:eo quod de forma sua cõtentat uidelicet:de intelligentia:hoc negatur:quod intelligentie sint forme celorum:& dato quod essent cũ intelligentie non sint a se sed a deo oĩpotenti dependẽtes non possunt oĩno cõseruare celos ipsos a corruptione & generatione:si celi ipsi a natura generabiles & corruptibiles sunt.nam secundum oẽs sapientes anima intellectiua:ingenerabilis:& incorruptibilis est.& tamẽ permittit corpus in quo manet corrũpi:licet quod inquãtũ põt cõseruet ipsum:sed qa corpus nostrũ de se generabile & corruptibile indies se noscit:quousq; ad tantam deuenit decrepitate:quod anima in eo amplius manere nequit:& in eo modo cõtingeret inter itelligẽtias & celos:si celi ipsi de natura uel materia generabili & corruptibi essent:nũquã generant:nũquã corrũpuntur:penitus negandũ est:de materia generabili & corruptibili esse. ¶Amplius si causa perfectionũ formarũ celi nõ corrũperentur homo multo diutius uiueret absq; corruptiõe: quã aliquod aliud animal potius quam plante:potius quam lapides:magis quam montes:eo quod multo perfectiorem formam:quã omnia ista habemus:& tamẽ multa istorũ diutius quã nos sine corruptione durant. ¶Insup de cõmuni sentẽtia:homo in primis uiuit uitam uegetatiuã secundo sensitiuã postremo uero uitam intellectiuam:quo patet non unam solam formam ad compositiones animalium occurrere imo plures.& quia plures forme plures materie quoq;.ut quattuor elemẽta:que diuersa sunt atq; cõtrarias habẽt qualitates:ut calidũ:frigidũ:leue:& graue.motũ sursum.& motũ deorsum. ¶Vltra principia etiam in his inferioribus compositis ingredientia plures quoq; occurunt cause que in compositis ipsis minime ingrediuntur:ut prouidentia dei.radii stellarum:patres seu edificatores tanquam instrumenta propinqua ad edificandum ipsum compositum.Verũtamen quia omnia hec ad unum solum finẽ tendunt in componendo seu generando aliquod compositum: etiam omnia possunt merito denominari unum principium sub hac imaginatione conueniendi ad illud unicum opus.licet quia ĩ eo quod aliqua istorum principiorum se habent:tanquam materia:alia uero ueluti forma:dicendum est: duo principia cum proprietatibus intrinsecis suis:in compositionibus phisicis occurrere: ueluti cum motu:& quiete:calido:humido:& similibus. ¶Denique uiso quomodo possumus dicere plura pricipia occurrere in quocũq; naturali composito:ut in animali.& quonam pacto duo principia:& quomodo unum solum:priuationem uero nullibi tanquam principium ipsam inuenimus. ¶Nam dicendo de non musico fit musicus:nos respondemus:quod de habili positiuo seu disciplinabili fit musicus:intelligas hominem habilem ad accipiendum musicam adueniente musica ipsa fit musicus.nam de uirtute uocabuli iuxta negationẽ assumendo:eadem est ratio dicendo de non musico fit musicus : ac si diceretur de nihilo fit aliquid:& eadem ratio dicendo:priuatio est causa uisionis uel esse istius rei:ac si diceretur : nihil est causa rerum:non potest esse causa rerum:nihil igitur neq; priuatio principium alicuius rei. ¶Solet dici de nocte fit dies: & de puero uir:nos uero econuerso sentimus.nam semper est dies semper est nox:uidelicet:quando dies super unum orizontem:nox in altero . Iuxta presentiam solis assumendo.sed dum sol ad hemispherium nostrum:uel orizontem ascendit:nil priuat de illo:quod prius erat:sed tantum illuminat aerem:licet quidam cogitauerunt:quod priuaret tenebram:quod secus se habet.nam aer de se tenebrosus est siue obscurus.& absq; aliqua mutatione nature ipsius de specie in speciem adueniente sole:uel aliqua ardente candela:aer illuminatur.& tamen nil de proprietate sua hic amittit.sed simul cum aere sunt radii solares:uel candele.& dum sol transit ad alium hemispherium uel orizontem:portat secum radiõs suos.sed propter hoc nil ĩ aere priuatur.quoniam non est de ratione aeris lucidum esse.& nullum potest dici priuatum:de illo quod sibi essentialiter non attinet . aer non est a natura siue ab intrinseco lucidus : ergo non potest dici esse priuatum de lumine solis : quamuis sol ipsum non illuminet . Vnde priuatio non potest esse causa in aere : quod a sole illuminetur . Quoniam non uocatur priuatus luce : cum lux non

sit de ratione ipsius.nam non dicimus:quod lapis sit cecus uel priuatus luce:eo quod sibi non attinet:neq catulus canis cecus usq ad nouem dies.quoniam usq ad illum terminum: nō debetur ei uisio. ¶Et ita de materia & de forma dicendum est:quoniam non uniuntur simul causa alicuius priuationis:sed causa intrinsecarum habilitatum. ¶Et sic:dum materiam diffiniremus:aut formam:nullo modo in diffinitione alicuius illarum priuationem ponemus:& id quod in diffinitione alicuius non ingreditur: non est de ratione intrinseca ipsius. ¶Et sic diffiniendo materiam competenter dicere possumus: materia est subiectum formarum ab intrinseco:appetens cum ipsa forma uniri: & unum totum indiuiduum cum ea fieri. ¶Sed quousq materia non potest sic nec sic priuata denominari. quoniam non uenit tempus unionis ipsius:& de se non est perfectum compositum atq indiuiduum:sed quia in tempore debito habet totam perfectionem sibi attinentem:ueluti catulus:in termino nouem dierum non potest sub aliqua ratione priuata denominari. ¶Et pariter de forma asserimus:unde habetur:quod dum materia siue corpus est perfecte organizatum:secundum proprietatem alicuius forme:in eo instanti:absq aliqua morula forma illa infunditur in illo corpore.Et quia prius non erat tempus debitum:neq materia uocatur priuatio:nequidem forma:sed dum in eo tempore quo materia est perfecte organizata non unirentur:tūc uere denominarentur ambe priuate:uidelicet materia & forma.sed dum exercent ea que a natura sibi posita sunt:quāuis separate maneant:nullatenus priuate sunt.nam non potest dici:quod angelus sit priuatus respectiue ad contemplationes futuras:quas coram deo acturus est.quoniam semper incessanter perfecte contemplatur:& repugnat ei:quod futura habeat in hoc presens.unde non potest denominari priuatus de eo:quod in hoc nunc ei non attinet. ¶Rursus animaduertendum est:quod ubi non est trāsmutacio de specie in speciem: aut saltem aliqua additio alicuius subiecti per aliquam transmutationem: non potest dici hoc fit de hoc:gratia exempli dicēdo:homo fit de homine.quoniam homo non fit de homine sed de spermate hominis.fit ferrum de minerali:& panis de farina: sed de puero non fit uir proprie dictum:sed illud quod est puer adueniente tempore & transmutatione ciborum in membris ipsius fit uir. unde causa temporis & transmutationis ciborum non potest dici est uir:ergo est puer:quāuis hic arguatur tanquam de inferiori ad superius.quoniam potest esse uir seu homo in matura etate:& quod non sit puer:sed dicendo:si est homo:est animal:hec propositio de inferiori ad suum superius ualet:quoniam omnino conuertibilis.unde nō potest dari homo quin animal detur. ¶Nequidem gladius quin detur ferrum.nam semper ubi non datur transmutatio de specie in speciem:inferius cum suo superiori conuertitur.unde palam uideri potest:qualiter tale superius in termino seu imaginatione tantum datur. quoniā si in re inferius & superius nunquam conuerterētur. ¶Et sic nonnulli philosophi exemplando super hanc materiam asserunt:quod panis non conuertitur cum farina:eo quod farina species superior ad ipsum panem est:& sic non possunt conuerti. ¶Vnde faciunt quandam imaginationem in qua decepti sunt dicendo:non tenere in omnibus argumentum de inferiori ad suum superius in eodem genere assumpto. ¶Ita exemplando:si gladius:sera:aut ensis est:ferrum est:sed non ualet:dicendo panis est: ergo farina est:hec tamen comparatio in re deformis est:quoniam ferrum & ensis sub eodem genere cadunt:panis & farina uero nō:quoniam ueluti panis se habet ad farinam:ita ferrum ad minerale:siue terra:de qua conficitur:& ueluti gladius ad ferrum:ita placenta ad panem.unde ī eo modo quod ualet ponendo. si ensis est ferrum est:ita dicendo:si placenta est panis est: quoniam gladius simpliciter cum ferro conuertitur:& placenta cum pane:sed non ferrum cum minerali:neq panis cum farina.

¶Quatenus in methaphisica erit subiectum ens simpliciter assumptum: & in physica de materia & forma compositum. Cap.iiii.

¶Cōmuniter dicit qd ens īquātū ens sit subiectū in methaphisica:& ens mobile subiectū ī phisica:& qd hoc sufficienter positum sit. Verumtamen aliquantulo obscurum uidetur eo:quod ens tanquam transcēdens dicit:aut predicatur de omnibus rebus superioribus & inferioribus:simplicibus & compositis: ideo non apparet:quod sit magis subiectum in methaphisica q̄ in physica. ¶Preterea omnes intelligentie preter primam causam sunt mobiles:ueluti constat dicendo:deueniendum esse ad unum primum motorem: qui sic mouet quod non mouetur. unde patet.omnia dependentia esse mobilia:ut per rationem comprobatur accipiēdo duo principia uniuersalia:scilicet materiam & formam & alterutram ab alia distinctam:tamen si simul uniri debent:oportet quod in sua simplicitate sint mobiles: quoniam per motū uniri debent:ex quo opus est quod saltem unum principium istorum sit mobile quāuis separatum: & ibi erit de consideratione methaphisice & tandem ens mobile. Quamobrem causa maioris facilitatis dicendum est:quod ens simplex siue separatum sit subiectum in methaphisica: & ens unitum uel compositum de materia & forma subiectum in physica. Verūtamē in methaphisica res latius q̄ in physica accipere possumus:sicuti dicendo:corpus:homo:elementum:celum:hec enim omnia que absolute & sine stricta consideratione accipiendo methaphisicalia nūcupamus.sed non qd ī re quecūq in methaphisica tractantur sint semper simplicia.quia dicendo:oēs homines natura scire desiderāt:de cōpositis hominib9 refert quādoquidem desideratiuus actus immittitur. Vlterius sensus:uisus multarū rerum nobis differentias dem en

ſtrat:& etiam hic ſenſus compoſitus eſt:quũ in pticulari actu nobis differentias demonſtret:& tamen iſta & alia ſimilia poſita ſunt in methaphyſica Ariſtotelis.Sed dum uolumus omnino a phyſica methaphyſicã ſeparare:aſſerendũ eſt:methaphyſicam de entibus uel principiis ſimplicibus aut ſeparatis:& phyſicam de compoſitis:agere.& ſic in phyſica:intentio noſtra eſt ſcire: qualiter materia & forma cõiungant:& ſimul maneant:ac ſeparentur. ❡ Tandem ſubiectũ in phyſica poteſt uariis modis conſiderari: ut corpus mobile aut materia & forma:ſeu cõpoſitũ de utriſq. ❡ Sed decentius uidetur:quod dicamus: materiam & formã ſimul cooperantes eſſe ſubiectum in phyſica:quia in his ultimis uerbis uaria cõprehẽdimus & adequamus:que dicendo corpus mobile aut materia & forma nõ cõprehẽdunt.Nam licet materia & forma per aliquos motus fines ſuos uendicent:nõ propter hoc concedit: quod motus ſit tanquã finis ipſius materie & forme:niſi mediũ ad acquirendũ finem: & ſubiectũ in unaquaq re ſemper de ultimo fine preciſe agere debet:& ſic dum in principio dicimus:quod materia & forma uniuntur finis materie eſt moueri ad acquirendam perfectionẽ:& non cauſa motus & finis forme ad perficiẽdũ materiã: aut ad querendũ per ipſam materiam ſe oſtẽdere.Celum inceſſanter mouet:eo quod ſeipſum per motũ cõſeruare poteſt:& qđ omnia iſta inferiora ſub ipſo celo gubernent:elementa:& animalia ſenſibilia & inſenſibilia aliqualiter ad generandũ mouent:non cauſa motus:ſed cauſa generationis.& ſic uidetur quod ſubiectũ in phyſica ſit materia & forma ſimul cooperãtes:ſubiectũ capiendo per ipſa principia fundamentaliter.& ſi aliuſmodi ut nos ſolemus ſubiectũ aſſumeret:ideſt per intentionẽ:quã habemus:dum ad tractandũ de rebus phiſicalibus accedimus:circa idem laborat:qm intẽtio noſtra per quã mouemur:eſt uelle ſcire: quonã pacto forma & materia cõiungant.ſimul operando maneant:& ſeparentur in his que ſeparari contingit.

❡ Quomodo plures materie ſimul cõſiderate ſunt natura:& unaqueq p ſe natura:& qualiter itelligendũ ſit per oẽs formas:dũ dicit:natura eſt principiũ motus & quietis. Cap.iiii.

❡ Cum in aliis ſuperioribus capitulis aliquid de numero principiorũ naturaliũ actum ſit:etiã de natura ipſa cõmuniter dicta:quomodo ſit intelligenda:in hoc loco ſimilia pſequẽdo:uidendũ eſt:an una ſit natura:uel plures:nã de cõmuni opinione antiquorũ & modernorũ plura ſunt principia naturalia inter ſe diſtincta:& unũquodq iſtorum principiorũ per ſe natura uocatur:ſaltem materia.iam ab antiquo natura nũcupata eſt:& de mente Ariſtotelis & ſequatiũ eius etiam forma eſt natura & priuatio aliqualiter natura.unde hoc conceſſo:non ſolũ una eſt natura imo plures nature ſunt ad pluralitatẽ naturaliũ principiorũ:& quia non tantũ tria principia ut materia forma & priuatio:aut rectius appetitus: ſed etiã plura ſunt principia:ut accidentia naturalia:dicendũ eſt:naturas eſſe plures.nam materia & forma nõ differũt ab albo:nigro:humido:& ſicco:calido:& frigido:in naturalitate: ſed i magis perfecto:& minus perfecto: & ſic perfectiora principia denominant ſubſtantie:deteriora uero accidentia:ideſt adherentia ſiue cõtingentia ad manendũ in aliis principiis pfectioribus:ſed non ex hoc quod caliditas & humiditas naturalia non ſint:atq albedo nigredo:& quia naturalia ſibi ſimilia generare queunt: quod accidentia artificialia agere nequeunt ut ſtatua manu facta:domus:& ſimilia:que naturalia non ſunt: niſi ab artificio ita edificata:que generari alia ſimilia non poſſunt ſed albedo & nigredo:humiditas & caliditas:non ab artificio ſed uero naturalia ſunt.& quia unũquodq iſtorũ principiorũ ab unoquoq altero diuiſo per ſe eſt denominandũ natura.unde aſſerendũ eſt:plures eſſe naturas:non eni unam tantũ.unde petendũ de quali natura iſtarũ intelligat:dum dicitur: natura non deficit in neceſſariis: neq abundat in aliquo ſuperfluo:& pariter dicendo:natura nil agit fruſtra: non eſt intelligendũ de materia ſi modo ipſa nullũ actum habet ut imaginat a nonnullis:& ſine actu manere tanquam fruſtra recenſet: ita quod non poteſt ſemper debita mẽſura in neceſſariis ſupplere:& contra ſupfluos moderari.non eſt dicendũ quod priuatio ſit natura: ſupplens penes iuſtam menſurã in neceſſariis cum de ſe negatio tantũ dicat:neq calidũ: humidũ:albũ: nigrũ:aut aliquod iſtorũ ſimiliũ accidentiũ ſit natura nil fruſtra operans:& ſemp in neceſſariis ſupplens: cum ſemper de deſtruendo humiditatẽ ſiccitas intelligit:& humiditas ad deſtructionẽ ſiccitatis: caliditas contra frigiditatẽ:albedo aduerſus nigredinẽ:& ſic de reliquis. ❡ Quãobrẽ ſi aliqua unica natura iſtarũ eſt in oĩbus moderatis ſupplens:& nil fruſtra operans: talis natura forma eſt:cum de ſe actum dicat:& quia per formã tanquã per principiũ operamur:forma tantũ eſt denominãda natura ſemper ea que meliora ſunt operans:atq ſine ocioſitate manens. ❡ Sub qbus pprietatibus in forma poteſt uerificari dũ ab Ariſtotele dicitur:natura eſt principiũ motus & quietis:in eo in quo eſt:& quia forma dat operari principium motus & quietis in quo manet:concedendũ eſt:hanc diffinitionẽ:uidelicet:de principio motus & quietis in forma tantũ uerificari.nã materia ſolũ per formã mouetur:ſeu recte operatur:& forma ipſa manet in materia tanquã in ſubiecto: materia uero in nullo manet.unde non põt de ipſa intelligi hec diffinitio:licet quod poteſt inferre manere materiã in cõpoſitis ſimul cum forma: tãquã pars in toto.ſed hoc non eſt pprie manere in alio:cũ ſemper materia in oĩbus cõpoſitis ſe habet tanquã ſubiectũ totius congregati.& ſic non eſt uerũ dicendo:quod ipſa manet in ipſo toto tanquã in ſubiecto imo potius alie oẽs partes integrales in ipſa materia ſubiectate. ❡ Vlterius uidendũ eſt:conceſſo qđ forma ſit natura: que principiũ motus & quietis uocat:nil fruſtra operans:de quali forma intelligat: cum plures forme diuerſe

In natura ſint:forma corporea:forma intellectualis:ſeu ſpiritualis:forma ſenſitiua : forma uegetatiua:&
alie quãplures forme ſunt.aut i modo formarũ opant̃:ut grauitas:leuitas:humiditas:ſiccitas:caliditas:fri
giditas:albedo:nigredo.quoniã ueluti intellectuale a forma intellectiua denominat̃ ſenſuale a ſenſitiua:
ita humidũ ab humiditate:ſiccum a ſicciditate:calidũ a caliditate:leue a leuitate:albũ ab albedine:& a re
liquis formis denominationẽ capimus.unde non eſt facile ad oſtendendũ de quali forma intelligat̃:ſi for
taſſis de una ſola capiendũ eſt. ¶Nam inferendo quod non de formis accidentalibus denominatur:ut
de humiditate & ſiccitate:de leuitate & grauitate:ſed de uegetatiua:ſenſitiua:aut itellectiua: hoc paucam
habet uim:cum oẽs hee forme naturales ſint:& nulla earum penitus dirumpitur:abſq; diſtinctione ſubie
cti:in quo manet.nam nunquã tota humiditas:neq; tota ſiccitas:non tota leuitas:non tota grauitas:nõ
tota caliditas:non tota frigiditas:manentia i animali deſtruũt̃: abſq; totali deſtructione ipſius animalis.
In quibus experientiis conſtat:has formas etiam ad ſimilitudinẽ formarum ſubſtantiarum operari:& poſi
to quod humiditas:caliditas:grauitas:aut leuitas:ad dirruptionẽ ſubiecti in quo manent dirrũpantur:et
de cõmuni opinione uegetatiua forma:atq; ſenſitiua:ad corruptionẽ ſubiecti corrũpuntur:licet nos ali-
ter ſentiamus:ut iã in quarto libro explicatũ eſt. Tandẽ quomodocũq; ſit:humiditas:caliditas:grauitas:
& leuitas:atq; ſimilia:in modo formarũ operantur:& uera principia ſunt:per que ſubiecta in quibus ma
nent:mouentur:& quieſcunt:& non tãtũ principia ſed prima:quoniã unũquodq; corpus ab elemẽtis cõ
poſitũ per prius utiq; aliqualiter per calidũ humidũ:grauitate aut leuitate mouetur:quã per uegetatiuã
ſenſitiuam:& intellectiuã:licet quod digniores motus fiunt ubi hee tres forme ultime ſunt:aut aliqua illa
rũ & ſic conceſſo:quod intellectiua:ſenſitiua:& uegetatiua non ſint ſimpliciter principiũ motus & quie-
tis:ſaltẽ principiũ motus perfecti & quietis ſunt. ¶Amplius aĩaduertendũ eſt:quonam pacto una ſola
forma non prebet perfectũ motũ ſubiecto in quo manet:gratia exẽpli:humiditas poteſt aliqualiter cor-
pora mollificare atq; dilatare:nihilominus ut ibi aliqua uera multiplicatio uel generatio fiat caliditas ſi-
mul cũ humiditate conuenire & ſimul cũ duabus iſtis formis grauitas aut leuitas atq; uegetatiua expetũ
tur.ut generatio perfici queat. ¶Sub quo ordine formarũ altera ab altera iuuamen petentiũ aſſeren-
dũ eſt:dũ dicitur.natura eſt pricipiũ motus & quietis:deberet aſſumi de omnibus formis ſimul aſſumptis:
ſi omnes ad operandũ attenti:non enĩ una ſola forma:& taliter intelligere oportet: dũ dicitur ; natura
non deficere in neceſſariis:quoniã omnes forme atq; ſubiecta ſimul in oĩbus neceſſariis mediũ prebent:
& ea que meliora ſunt ſub aliquo intrinſeco uel extrinſeco fine agunt:quãuis reſpectu alicuius particula
ris:ſepenumero ea que natura agit inordinata uidẽtur:ueluti dũ homo caderet de turri: quia cauſa gra
uitatis tendit ad centrũ & dirrũpitur:& tamen grauitas de ſe optime operata eſt. quoniã ſine ipſa ſecun
dũ naturã noſtrã nunquã deſcendere poſſemus.aut ſi deſcenderemus:laborioſum eſſet nobis:& quod ca
damus de altitudine uel non cadamus ab hiis cõpoſitionibus ſoluti ſumus:ut plura particularia fiant.un
de oportet quod unaqueq; ſimpliciter naturalis forma:inquantũ poteſt officiũ ſuũ exerceat: caliditas ca
lefaciendo:& frigiditas frigefaciendo:& pariter unaqueq; aliarum formarum erga proprietatem ſuam.
& quia hoc melius uidetur.eo quod proprietates ſue non uarientur aut incerte elaborent:dicendum eſt:
quod natura ſiue principia naturalia nil faciunt fruſtra:cũ unũquodq; principiũ per ſe & aliis coniun-
ctũ quo ad uires cõmiſſa ei inceſſanter operatur:& quia inceſſanter:& iuxta cõmiſſa a deo omnipotenti
nil fruſtra agit:nequidem ocioſum manet.nam grauitas inquantũ poteſt . inceſſanter ad centrum ten-
dit:dũ extra ipſum manet.ignis ſurſum:ſi hic inferius reperitur.& quo ad poſſe ubiq; calefacit: & ſi quan
doq; calefaceret:quandoq; uero non:daretur ocioſitas in igne ipſo.atq; deficientia in attinentibus ei:&
ut ſimilia ſcandala euitarentur:condecens fuit.unãquãq; formã taliter a prima cauſa ordinatã eſſe:quod
ſemper in exercendis proprietatibus ſuis cõſiſteret. ¶Preterea:ueluti:plures forme uocãtur principiũ
motus & quietis:etiam plures materie uocantur ſubiectales nature.nam ſicut non una ſola forma eſt to
ta natura.que principium motus & quietis eſt illius in quo manet.ita plures materie ſunt ſubiectãtes for
mas ipſas.& tamen ſimul denominantur naturale ſubiectũ.nam materia corruptibilis & materia incorru
ptibilis non tantum in ſpecie differunt:ſed quoq; in genere.& ubicunq; generica differentia: alia & alia
natura occurrunt:& ſi quis inferre uult:quod materia elementorum non differt a materia celorum:in eo
quod materia:niſi quod in corruptibilitate & in incorruptibilitate differunt : cui oppoſitioni reſponde-
mus:nullam materiam eſſe:quin corruptibilis & incorruptibilis ſit:non enim utrũq; neq; hoc nec illud :
ut ab uniuerſaliſtis infertur.Quoniam unaqueq; res eſt hoc uel illud.nam ſi materia in aliquo ſigno neq;
corruptibilis neq; incorruptibilis:non repugnaret magis materie celi corrũpi: quam materie elemento
rũ:apparet dr̃ia ecõuerſo:igit̃ nũquã materie elemẽtorũ & celorũ idẽ ſunt:licet quod in hoc loco plures
antiqui atq; moderni decepti ſunt:& adhuc ſemper i perfidia manent:imaginantes per prius omnes res
idẽ eſſe:& deinceps per differentiã differre.ſed petimus an differentie in aliquo ſigno etiam idem ſint:cũ
eadẽ ſit ratio:dicẽdo differẽtiã abſolute ꝓnũciatã:ac ſi diceremus materiã uel formã: ita qd in abſoluta
apprehenſione omnes differentie idẽ ſunt:aut in differentia conueniunt.ita quod aſſignare oportet:per
quas alias differentias differentie differunt.Quoniã nulla ſit ratio:quod differentie magis per ſeipſas dif
ferant:quam materie uel forme.& quia rationalis anima per rationalitatem a ſenſuali differt: neceſſe eſt
quoq; aſſignare:per quas differentias rationalitas & ſenſualitas differunt:& inferendo quod ſunt primo

diuersa:etiam nos asserimus:quod in primo intellectualis anima & sensualis sunt diuersa:cum ita rationalitas & sensualitas conueniunt in absoluta uel in abstracta differentia:ueluti anima sensitiua & anima intellectiua in uniuersali anima.unde concedere oportet:ut ne per infinitum discurramus querendo differentiam super differentiā:quod aia intellectualis in primo signo suo essendi essentialiter talis est : uniuersalis uero seu nec hoc nec illud:aut ambigue ad sensualē & intellectualē:uero nunq̄:nisi ubiq; & semper intellectualis tantum:quapropter anima alia intellectiua:alia sensitiua:materia alia generabilis & corruptibilis:altera ingenerabilis & incorruptibilis:nec hec nec illa:equidē nulla:& sic dicendo hominē & equū in aiali idē esse:hoc tanquā falsum negatur.nā quāuis hoc aial & illud aial semper de principio medio ad finē aliud & aliud:idē nunq̄.unde fit:quod in nulla diffinitione uniuersale uel particulare: sensuale & intellectuale:conuenire queūt.nā dicendo:homo est animal sensuale:non assignamus diffinitionem hominis:cū diffinitio detur per ultimatā formā:seu per perfectiorē partē uel considerationem rei.& quia sensualitas non est ultimata forma hominis:nequidē perfectior:non potest homo per sensualitatem diffiniri.Conceditur uerū esse:dū diceretur:homo est sensualis:sed etiā est uerū promendo:homo est . sed nulla istarū est diffinitio:eo quod ibi non assignamus distinctā ultimatā & perfectā formā.quā ob causam:dum dicitur animal est substantia animata:sensibilis:ibi de sensualibus animalibus intelligi potest: de homine uero non. ¶Et ita diffiniendo materiā elementorū:possumus dicere:materia est subiectū generationis & corruptionis. ¶Aut materia est subiectū transmutabile per generationē & corruptionē:de specie ī speciē: ¶Diffiniendo materiā celorū siquidē longius aliter dicendum esset:ueluti dicendo:materia celi est subiectū motus circularis:semper in actu manens. ¶Tandē hec & illa materia naturales sunt:aut unaqueq; per se assumpta natura:licet quod sub altera consideratione uniuersaliori omnes formas:omnes materias:simul operantes denominamus unicam naturam:per omnia naturalia principia capiēdum est:& res cōpositas naturatas uel habentes naturā appellamus:quis rectius diceremus naturatas uel de natura in naturā congregatas:quā habentes naturam:exempli gratia:rectius uideretur dicere:homo ē cōstans de anima & corpore:quam pronunciando:homo habet animam & corpus:cum in hac ultima positione denotatur iuxta uirtutē uocabulorū:quod homo sit aliqua res per se & deinceps habet animam & corpus ueluti camisiam & diploidem:sed ponendo homo est constans de anima & corpore denunciamꝰ hominem idem esse cum anima & corpore simul manentibus:uel de ipsis constans:& sic naturati sumus : aut de natura corporea & de incorporea constamus:non autem habentes naturam sumus.quoniam esse nostrum primum naturale est:& si habentes naturam essemus per prius aliud quam naturale significaremus:postremo siquidem habentes naturam. ¶Quocirca non licet inferre quod per prius res sunt omnes idem:& postmodum per naturale & accidentale differant aut per formam & accidens tanquam per differentias:nisi quod deus omnipotens in primo gradu sue creationis:uaria principia cum proprietatibus suis creat:simplicia atq; inter se distincta.Quamobrem omnes dicendo animam hominis per prius esse animam:& postremo per aliquod additum intellectualem.quoniam similia priora & posteriora ī modo intelligendi nostro cadunt.non autem in principio rerū:& quia homines iuxta naturam nostram ita intelligimus uidelicet:sicut partem post partem considerando plures uirtutes:etiam dū de deo negociamus:aliquod tanq̄ prius & aliqđ posterius concipere uidemur:& quod in deo prius & posterius det potiꝰ simplex & minus simplex stare nequit:& ita de rationali anima & pluribus aliis rebꝰ capiendum est:uidelicet:quod per uoluntatem dei unaqueq; ab omnibus aliis distincta sit in primo gradu essendi:non enim per aliquam aliam differentiam:nam similia inferre tantū irreligiosis attinet:qui ueritates naturales proprie dictas ignorauerunt:eo quod explicaturi erant:qualiter mundus per se esse non potest : nequidem per seipsum diuidi:nisi per regulas dei tantum:licet quod postmodum plura naturalia inter se occurrendo tanquam instrumenta diuisionis se habent:hoc de illo & illud de hoc:sed prima distinctio rerū dependētiū etiam a deo omnipotenti dependet:simul cum esse. ¶Preterea uidēdum est:utrum materie & forme sunt prima natura:an alia natura superior detur.& quod superior alia sit:satis de cōmuni opinione antiquorum & modernorum uideri potest:cum īquiant:ens:aliquid:res unum:bonum:uerum:se habere tanquam transcendentia super formam & materiam substantiales & accidentales.unde hoc concesso pariter concedendū est:trāscendentia primā naturam esse:& adhuc non trāscendentia cōcreta ut ens: sed enteitas non unū:nisi unitas:uel uneitas nō bonum:nisi bonitas:non uerum:nisi ueritas:uel uereitas.sub quo ordine uel opinione:quod trāscendentia sup omnē formā & materiā sint:concedere oportet materiam & formā in quacūq; simplicitate assumptas : non naturā sed naturatas esse:aut habentes naturā:ut de cōpositis dici solet:& quod ita sit:facile uideri potest.ita dicendo:ens:unum:& alia trāscendentia sunt super primā materiā:& concludunt in ipsa:atq; in prima forma.cōstat quod materia quomodocūq; assumatur:est habens ens:unum:uerum:& similia.unde materia non erit natura:nequidem forma:nisi naturate:uel habentes naturā.& inferendo ens & alia transcēdentia nō esse naturam:talis oppositio stare nequit.quoniam primo esse uel res quomodocūq; assumatur.quod post deum ponit: est natura uniuersalis proprie dicta:ens p ponētes ipsum absolutū est super omnē materiā:& omnem formā:necesse est concedere:quod ens sit natura: forma:& materia uero naturate uel naturam habentes. ¶Per omnes speculatores nature:materia & forma sunt nature prime:itelligendo de dependētibus : constat esse negandū:

de cōmuni opinione trāſcendentia eſſe in re ſuper materiā & formā:nec aliqua tranſcendentia cum hoc & illo particulari ſimpliciter nō conuertibilia.unde forme & materie ſunt nature ut experientia & ſententia ſapientiū patet:non autem ens aut unū abſolutū. ¶Nature cōpoſitorū ſiquidē per quas res differt a re:ꝑ paſſiones ꝓprias aſſidue aſſumunt:ut humanus ab humanitate:equus ab equinitate:& tamē humanitas non de corpore ſolo:non de anima ſola eſt:niſi de utriſq; ſimul.unde fit:quod prius ſaltem natura anima & corpus cōiunguntur:quam ſint humana:ueluti prius coniungunt:quam riſibilia ſint: nihilominus poſtquā anima & corpus has paſſiones aſſumunt:tanquā ꝑ naturā totius ipſas habent:& ſic dicimus: natura noſtra eſt riſibilis atq; humana:natura equi eſt hinibilis:natura canis latrabilis:& natura leonis ferox:& omnes hee paſſiones ꝓprie ſunt:per quas animalia ſenſualia proprie inter ſe differunt:non enim per ſenſualem animam:niſi per paſſiones: homines uero per rationalem animam: & etiam per proprias paſſiones a brutis differimus.

¶Qualiter ſecundū Ariſtotelem omnes res in phyſica aſſumēde ſunt:eo quod materia & forma nō ſeparant in re:quia tanquam relatiue atq; unite ſe habent. Cap.v.

¶Methaphyſicam & phyſicam per uaria ſubiecta diſcrepare dicimus: quāuis Ariſtoteles noluerit aliquā formam dari a materia ſeparatā:nec materiā ſine forma eſſe: niſi in cōſideratione tantum.Iccirco apud ipſum methaphyſica non agit de rebus ſeparatis ſecundū rem:niſi per opus intellectus. ¶Et hic Ariſtoteles imaginatus eſt:qd tot ſunt corpora:quot forme:& quod unū nequit ſine alio manere.Quapropter celorū numerū pficiendo credidit ad inueniendū omnes intelligētias finem imponere: & hic cogitauit.quod deus ſe habeat tanquā una ex intelligētiis celos mouētibus:tamen principalius.nam primū celum mouet:& ſimiliter Ariſtoteles cenſuit:quod non eſſet dandum in re accidens: niſi in ſubſtātia cōiunctum.In quo palam oſtendit:quod intellectus ſuus non trāſcendebat pluſquā ſenſus.Non enim ſupra celum & formā eius aſcendebat:nec quicquā conſiderare potuit omnino ſimplex: niſi de materia & forma compoſitū quēadmodū hic iuxta ſenſus uidemus:& ad hanc uiā Ariſtotelis faciliter attingere poſſumus: quū nil extra ſenſibilia corpora trāſeat dum de phyſica agebat.& ob hanc cauſam ſecūdū ipſum methaphyſica phyſicam ſubalternat:& etiam aliquas alias ſcientias:quia methaphyſica quoq; de materia & forma eſt compoſita:quāuis in ipſa magis abſolute quā in phyſica loquatur:& ſequendo hanc uiam cōpoſitionis etiam de phyſica tractando aſſignat omnes intelligentias: quas ipſe imaginatus eſt.Ibi enī poſuit omnia corpora ratus nihil eſſe dandū in rerum natura preter res mobiles & earum ꝓpinquos motores. Quāobrē dicendū eſt:quod agendo de phyſica:dum forſitan iuuenis erat:non cognouit primā cauſam tanquam deum aut ueram cauſam primā & uniuerſalē:niſi tanquā ſuperioris celi motorem.Ideo imaginatus eſt:quod deus ut propinquus motor neceſſario operabatur.Quapropter religioſi altius tenentur reſpicere.Nam manifeſte res incorporee a rebus corporeis diſtinctum hēnt principiū:& etiam corporea ab incorporeis ubi neutrū iſtorum principioꝝ ꝓſupponit alterum:eo quod de diuerſis naturis conſtant. quare nequeunt tanquā relatiua ſe habere.quia dicendo intelligentia eſt ſiue ſpiritus: nō intelligit:ergo corpus eſt:neq; econuerſo:licet quod dum deinde formā & materiā dicimus:ibi ſunt relatiua.tamē plures res ſunt incorporee:ut deus & angeli:que non ſunt forme:& ſic non poſſunt in phyſica poni.Ariſtoteles uero dum de intelligentiis in octauo phyſicorū tractabat:illic omnes res mundi mouētes ac mobiles tanquam relatiua inquirebat.Vnde neceſſe erat quod ponendo rem mobilem ſuū aſſignaret motorē: ſicuti inter relatiua neceſſaria:Nec recta conſideratio fuiſſet:ſi inciperemus entia ꝑ relationes diuidere: quēadmodū ꝑ motū & mobile:actū & potentiā:niſi ꝑ infinitū:& finitū ens ꝑ ſe & ens ꝑ aliud pfectum & imperfectum:ſubſtantiā & accidens:deinceps materiam & formam: poſtea uero per compoſita ſimpliciter aut cum parua cōpoſitione:& denuo per compoſita generabilia & corruptibilia. ¶Ariſtoteles autem imaginabatur ipſum deum tanquam intrinſecum ac neceſſariū primi celi motorem: quāuis plerūq; intelligētias ſeparatas nominauerit.Non tamen ītelligebat:quod fuiſſent ſeparate a materia in manſione: niſi in materia:ſicut anima noſtra ſeparata eſt a corpore ī materia:quāuis ſimul aut ſecum cōiuncta: & dum de anima loquimur:dicimus tanquā de re a corpore diuiſa.Itaq; Ariſtoteles tractans de ſubſtantiis ſeparatis: aſſumebat pro intelligentiis nō materialibus:& pariter de materia ab intelligentiis diſtincta agebat:licet ſecundū ipſum ſimul maneant.Verūtamen aliter intelligendū eſt de deo & angelis:quia quū deus independens ſit:nullam habet relationē ad alium.quoniā dependere omnino relationē dicit: & ubi nulla eſt dependentia ibi nulla relatio: & ubi non relatio minime emanatio:& in eo quod deus tanquam cauſa ſe habet:eſt uniuerſaliſſima cauſa:ex qua omnia depēdent:& cauſa uniuerſaliſſima cum omnibus equaliter ſe habet:ut in ſole & aliis rebus uniuerſalibus ꝓſpicimus: quod non mouent neq; adminiſtrant unā ſolā rem particularem:niſi omnia ſimul ad que attingere poſſunt.& quia deus ubiq; manet: & attingit ſuper omnia:generaliter prouidet.Attamen tanquā extrinſecus & non intrinſecus in his agit.

¶De aliquibus proprietatibus ſequentibus materiam & formā ſimul unitas. Cap.vi.

¶ Viso iam de principiis in physica per primã cõpositionẽ ac de eorum subiecto: Deinde uidendum est de materia & forma simul cooperantibus: siue de ꝓprietatibus: que idem sequũtur: quãuis assidue inspiciẽdum sit ad unumquodqꝫ istorũ principiorũ: licet cum alio sit cõpositum: semper enim in quoquomodo principia ex quib9 dependemus respicimus: quãquã in uarias species translati simus: & ob hanc causam: quia nos de actiuo & passiuo principio cõpositi sumus: sequitur quod agentes & patientes simus: non eodem modo quo sunt materia & forma separate: sed quoddam medium accipimus temperatius: nec adeo agens ut forma: neqꝫ patiens uel potentialis: ut materia. Verũtamen semp subiectũ nostrũ erit materia & forma simul cum quibusdã ꝓprietatibus super simplici forma & simplici materia. quia sicut risibilitas nõ est de anima nec de corpore sepati: nisi de anima & corpore hominis simul manẽtibus: ita & unũquodqꝫ compositũ de materia & forma aliquas habet ꝓprietates: quas nec materia nec forma separate nanciscebantur. Quapropter dicendum est: subiectũ in phylosophia esse materiã & formã unitas: cum aliquibus additis ꝓprietatibus: ut motus de loco ad locum & in aliquo composito addito motui alterationis: & in aliquo generationis & corruptionis. ¶ Et in celo dicimus quod sit motus de loco ad locum: tamẽ secũdum partes consideratas. Nam saltem sol & alie stelle nunc sunt super una parte terre: & postremo super alia pariterqꝫ dicere possumus aliquas stellas alterari ut luna: que dicitur a sole lumen accipere: qđ interdum deperdit. Motus ꝓprius de loco ad locum & motus alterationis: generationis & corruptionis: multiplicationis & diminutionis: est proprie in elementis & animalibus siue rebus hic inferius compositis. Et sic dicendum est: quod ens mobile per ꝓprietatẽ in sua cõpositione aduenientẽ sit subiectum in philosophia. ¶ Et hic inferre possumus: motum esse naturam in materia & forma simul manentibus: ubi ꝑ motum de loco ad locum transeunt: adducunt alterationes: generationes: corruptiones: multiplicationes: minutiões: uniones & separationes. sed etiam sunt alie naturales ꝓprietates ad generationẽ & corruptionem simul cum motu occurrẽtes: ueluti calidum: frigidum: humidũ: & siccum. ¶ Hic uero dicere possumus: celorum & elementorũ motus esse principiũ motus & quietis inferiorum animalium: quia per motus superiorũ generamur & mouemur: & per motum redimus ad quiescẽdũ in originibus nostris. Tamẽ intrinsece naturam assumẽdo in quacũqꝫ re: dicemus quod sit principium motus & quietis eius assumendo per ꝓprietatem: que nos ad nostram primã originem conuocat: & ibi quietem exhibet: Vt dum lapis est in altitudine siue in aere: quem incessanter grauitas ad centrum terre conuocat: in quo quietam sibi mansionẽ prebet. Non tamen uidetur quod sit ista prima natura quã Aristoteles uocat principium motus & quietis: quãdoquidẽ dixisse uidetur de ꝓprietate materie & forme. Materia enim semp formã appetit: & forma materiã: hoc autẽ mutuo desiderio mouet materiã & formã ad unam unionem: & dum unite sunt quietem adinueniunt. icciroo appetitus inter materiam & formam erit principium motus & quietis inter se. ¶ Alia superiora entia quum non sint sic apta ad cõponendũ & discomponendũ plura: non dicimus quod sint adeo naturalia sicut materia & forma unite. Attamen superiora suas habent naturas: licet minus dilatatas. Natura enim tanquã propria passio considerat̃ in quacũqꝫ re: ideo natura est posterior ab illo fundamento in quo manet. Sed demum per suas intrinsecas passiones siue ꝓprietates fundamentũ operatur: ut homo qui ridet per suam risibilitatem: & risibilitas est ꝓpria passio hominis. ratiocinamur per rationem. & ratio est anime potentia: licet secum cõuertibilis. At semper in quoquomodo: se habet tanquã natura ipsius anime. Quocirca per intellectum: uoluntatẽ: & rationem. anima nostra operatur: & ad suũ finem uel quietem attingit. In extrinsecis uero effectibus oportet prius esse naturam quã effectus causati sunt: ꝙ ipsi effectus. Nos enim per nostram itellectualẽ naturam librum componimus: & hic competit quod natura nostra sit prior ipso libro. Natura uero ipsius libri ꝑsupponit: quod iam liber sit prius scriptus siue cõpositus: ꝙ quod libri naturam sapiat. Tamen ꝑfectio ipsius libri per naturam sibi aduenit de illo: quod in ipso continetur: & sic dicendum est: quod superior natura per quam naturaliter generamur & corrumpimur: sit celorum atqꝫ elementorũ proprietas: que uero natura in eo quod corporei sumus nobis motum & quietem prebet.

¶ Quomodo appareat: quod quattuor elementa sint principia saltem materialia: cunctis corporibus compositis. Cap. vii.

¶ Penes illud quod multis exemplis aut effectibus comprobatur: quattuor elementa sunt principia corporum generabiliũ & corruptibiliũ: inquãtum dant animalibus materiã: & in fine eam recolligunt. quia etiam nũcupabimus principia quedam alia instrumẽta pticularia: sicuti ptes: que materiam uniunt: & in oportuno loco applicant: & celum: & stelle: sunt principia in eo: quod corporibus influunt: Celum uero & patres non dant materiam: quia tanquã dispositores ad eam struendam se habent. Quoniã autem in nobis omnibus uarias ꝓprietates cernimus: quattuor in se uaria dicimus esse materialia elemẽta: ex qua uarietate generatio & corruptio ꝓueniunt. Nam si una sola materia esset: minime generaret̃: quum ibi nequeat corruptio interuenire: ex eo quod corruptio a diuersis contrariis oritur: & inter materiam & formam non possunt tantam repugnantiã causare: quod corruptionẽ consequantur: ꝗuis sepatio concede

retur:nuſquã tamen corruptio:forma enim animalis ſemp uult ſimul cum materia ꝑmanere.Sed corpus quum de uariis materiis conſtet:& tranſlatũ ſit in uariam ſpeciem:ſeneſcit:& forma nõ ꝓprie ſeneſcit.Et hoc Ariſtoteles intellexiſſe uidetur:dum dicit:ſi ſenex haberet oculum iuuenis:uideret ut iuuenis: intelligendo:quod uiſus eo ꝙ forma non deficit:ſed oculus:quia materialis eſt.Dum uero elementorꝫ materia amplius manere nequeat:forma a corpore diſcedit:& qa tot uarietates natura cauſatas ꝑſpicim9:coacti ſumus ad cõcedendũ tot eſſe uarias materias:quot & elemẽta:quia ab una ſola materia nullo pacto poſſunt tot uaria emanare:neq; a forma oriuntur:quum forme res ꝑfecte ſint.Vnde dicendũ eſt:uarias formas atq; materias:eſſe rerum naturam:& non tantum uarias ꝑ cõpoſitionẽ accidentalem:imo uarias ꝑ propria principia.& quicquid diuerſum habet principiũ nullo modo poſſet in aliud uarium principium tranſire:licet de ſpecie in ſpeciem tranſeat:ueluti metalla:dum ea uolunt archimiſte in aurũ uel in aliam quãcũq; alterius nature ſpeciem tranſigere:quod utiq; ſecũdũ naturã ſtare non poteſt:uidelicet:qđ una ſpecies ꝑ accidens in aliam naturalẽ tranſeat:nec ꝑ generationẽ & corruptionẽ anima noſtra in corpus tranſit:neq; corpus in animã:neq; elementa in celum:nequidem celum in elementa:& ꝑ cõſequens unũquodq; elementũ ſuam obſeruat originem:in quam nullũ aliud elementũ trãſire poteſt: & ad primã ſimplicitatẽ intelligitur:quãuis extra originem:elementa ꝑ uarias ſpecies tranſeant ideo ꝑ putrefactiones & corruptiones de ſpecie in ſpeciẽ tranſmutanꝰ. ¶Et in elementorũ unione non eſt dicendũ ſimplicem materiam ac ſimplicem formam occurrere:atq; priuationẽ & appetitum aduenire.Ibi enim uarie extant qualitates:ut frigidum:& calidum.multum & parum ſeu diuerſe quãtitates actiones & paſſiones motus & alterationes.Iccirco dum dicitur:corpus mobile eſſe ſubiectum in phyſica:manifeſtaꝰ ibi plures cõſiderationes occurrere:& non ſolam ſimplicem materiã ac ſimplicem formã ſimul cum unionis appetitu.Nam dum corpus mobile nominaꝰ:oſtenditur:quod iam in eo ſint materia & forma unite & ſimul operentur. Quapropter uerũ ſubiectum in phyſica erit materia & forma unite cum aliquibus ſuis opibus: ſicuti motus alterationes & ꝓprietates ad mouendũ & quieſcendũ.& narrando de motu & quiete etiam de medio ad ſimilia opera ꝑficiẽda dicitur.unde phyſica erit tanquã pratica naturaliũ curſuũ:& methaphyſica uero theorica.Sed circa nos utreq; erunt theorica ſiue ſpeculationes.Quoniã pratica noſtra magis infima eſt. quia de manualibus uel per manus noſtras ordinatis agitur.Quocirca dicere poſſumus:qđ in rebus naturalibus medicina.agricultura:& alia huiuſmodi ſunt pratica noſtra:alia uero ſupiora tantũ theorica & inter naturales curſus quo ad ſeipſos phyſica erit pratica & methaphyſica theorica.Vnde merito dici poteſt ſubiectũ phyſice eſſe praticam nature & ſubiectum methaphyſice theoricam ipſius nature. ¶Sed reſpectiue ad nos ſubiectum phyſice erit intrinſeca operatio materie & forme unite:& ſubiectũ in methaphyſica erit conſideratio de rebus fere abſolutis ſimplicibus uel incompoſitis.

¶Quomodo non appareat:quod omnia elemẽta unam tantum primam originem habeant: nec quod unum in aliud conuertatur. Cap.viii.

¶Quoniam communiter tenetur:unam ſolam eſſe materiam & non plures:in capitulis ſubſequẽtibus ſcribemus:ut pene intelligaꝰ utrum quattuor elemẽta ſint primum principium corporibus generabilibus & corruptibilibus:an uero ab alia ſuperiori materia deſcedant? ¶Quidã dicentes:quod de una ſola ſuperiori ueniat allegant unum elementũ in aliud conuerti:& a forma quã habet diſſolui: ex quo appet quod unam dũtaxat originem habeat.Sed hic dubium ineſſe uidetur:qđ nemo in ſeipſum cõuertitur: nequidẽ in ſuam ꝓpriam ſpeciem:niſi in aliam diuerſam.Quapropter ſi unum elementum in aliud cõuertitur diuerſa habere principia demõſtratur.& qui tales trãſmutationes ſimplices imaginanꝰ ita aſſerunt: Ignis aquam corrumpit:& aqua ignem extinguit:ſecũdũ hoc poteſt ignis ſuam naturã deperdere: & in aerem conuerti:aut uero in aliud elementũ transferri:quod in oppoſitũ uidetur.quia nõ ſequitur ignis compoſitus aquam cõpoſitam corrumpit:igitur poteſt quicquid ſimplex eſt rem ſimplicẽ corrũpere. ¶Corruptio enim nil aliud eſt ꝙ cõpoſitionis diſſolutio:& quum res ĩ ſua ſimplicitate ſit: nõ poteſt corrumpi aut diſſolui.Et ſic elementa quum compoſita ſint:poſſunt inter ſe corruptionem & dare & recipere:dũmodo compoſita ſint & non ſimplicia.licet enim aquã nimiũ calefaciamus:nunquã in ignem redigetur:niſi qđ ab illa cõpoſitione diſſoluitur:& in uaporẽ redigitur in ſua ſphera in qua cõſeruaꝰ.Nec efficax argumentum eſt:uelle inferre:quod nõ remanet aqua in hac forma in qua prius erat : igitur in aliud elementum conuertiꝰ.Nam plura exempla in oppoſitũ ſunt : quod homo equum aut ceruum corrumpere poteſt:& tamen ceruus aut equus in hominẽ non cõuertiꝰ:immo unuſquiſq; in ſuum principiũ reuertiꝰ. ¶Et in hoc loco aliud dubium ſequitur:quidam enim ponunt:ſi elementa in ſua ſimplicitate corrũpi nequeunt: uidetur non eſſe eis poteſtatẽ cõmunicandi inter ſe:tamen uidendũ eſt:quomodo cõmunicentur: generenꝰ:& corrũpantur.quia ſi in ſpheris ſimplicibus res generãt:& corrũpunt:poſſumus aliquo modo tenere:quod ignis in aerem:& aer in aquam trãſmuteꝰ:ſed aliter uidemus.Nã in centro terre:& ſphera ignis nulla eſt generatio neq; corruptio:ſed in hac machina congregata quattuor ſimpliciũ elementorũ inſpiratione:quũq; illa elementa formã mutua cõmunicatione inſpirent:ꝓducũt aut cõponũt unam maſſam tanquã chaos generabile:& corruptibile:aptam ad tranſeundũ in uarias ſpecies.Sed ſemper ignis & unũ

quodq elementū suam obseruat originem: & hoc uidemus in compositis. quoniā illa que magnā partem ex materia aeris accipiūt: semper sunt dissimilia aliis multū de terra accipientib9. & si materia ex qua emanant una sola esset: hic non sequeretur talis differentia. quia per animā que est in melancolico: & p illam que est in colerico: talis dissentio non prouenit.

¶ Quod si unum elementum simpliciter in aliud cōuerteretur: non darentur generationes & corruptiones istorum pticularium animalium. Cap. ix.

¶ Denuo sub paucis monstratiue probare possumus: elementa non conuerti ad inuicem simpliciter: eo quod tunc sequeretur: non fieri pticularium generationes & corruptiones: & quod non darentur pticularium generationes & corruptiones: probatur: ut stet exēplo: ignis per uos agit in aerem per unā ptem siue locum: atq ipsum aerem in quē agit ad se cōuertit: & per alterā aer ad se simpliciter ignem cōuertit: similiter terra & aqua aut omnia elemēta ad inuicem. ¶ Nunc sic: isto concesso: necessario sequit quod in elementis semper datur simplicitas: & nunquā cōpositio. Animalia atq alia corpora pticularia & composita aliquātulo iam remissam cōpositionē postulant: ut generari & corrumpi queant. Non datur talis compositio remissa: quoniā elementa tantū simpliciter inter se cōuertunt: igitur animalia uel alia cōposita corpora pticularia generare nequeunt: & hoc cōsequens pbatur: quia nullū animal a simplici elemēto componi seu gubernari potest. Animalia siquidē cōponunt: generant: & corrumpunt: sequit ergo necessario: quod elementa nō simpliciter inuicem cōuertunt: Sed simul cōmiscentur: atq eorū pprietates moderantur: eo quod simul compati possunt: Ita quod sub paucis palam uideri potest: qualiter nullū elementū in aliud simpliciter conuertat: nisi quod tantūmodo cōmisceatur: licet quod quū multo magis de uno elemento quā de alio in eam cōpositionē ingredi queat: primitus cum mixtionibus ea cōpositio assumit nomen illius elementi a quo maiorē pportionē capit: ueluti hec aqua cōposita: quā nos tractamus: & tamen tanquā simplex elementū aqua uocat. ¶ Vlterius hic manifeste uideri potest: qualiter elementa non sint eiusdē nature: eo quod semper qd simul sunt uaria dicunt & nō simplicitatē. & si eiusdē nature simpliciter cōuerterent: nulla quidē esset cōpositio: & quia manifesta cōpositio: & semper cōstat esse de alia atq alia natura substantia uel materia.

¶ Quod non sit uerisimile: omnia corpora de una sola materia constare. Cap. x.

¶ Si omnia corpora eiusdē materie sunt: cur ergo materia celi est incorruptibilis? & nostra corruptibilis. & si inferūt hoc prouenire pp̄ter formā: obiicitur: Anima enī nostra pfectior est quā forma aut anima celi: quod si materia est una: quomodo igitur homo est corruptibilior celo? Si uero rationalis anima aut angelus ex materia & forma constant: quo pacto illorū materia est tanto dignior corporea? ¶ Quod si allegant istam & illam materiā in unū conuenire: hoc utiq falsum. ¶ Nam quāuis ista sit materia: & illa materia: non infert: quod sint una: aut uero quod de una massa nascant. hec autem opinio: quod aliqua sit materia uniuersalis omnib9 creaturis stare nō potest: nāq aliter nos manifestos reddit experiētia: & quando talis materia esset: oporteret aliā dari formā oībus formis uniuersalē: quod minime apparet.

¶ Quonā pacto oēs creature in uno & eodē instāti i aliis agere possunt: & ab ipsis pati. Cap. xi.

¶ Ad probandū q unaqueq creatura agendo i aliis ab eis pati potest: quedā exempla interserā: que ad pleraq deduci psīt: ut si duos gladios accipimus: & unū cū alio pcutimus unusquisq aget in aliū: & ab eo itidem patietur. In eodē instanti duo homines insimul preliant: & eorū quilibet in aliū agit: & ab eo patitur. ¶ Ioānes diligit mariam & ab ea diligitur: unde mutuus amor est i eis: & quisq amat & amatur: Ideo constat quod in uno & eodē tēpore quilibet eorū est agens & patiens: tamē per diuersos respectus. quia inquantū in aliam rem agit est agens: & inquantū patitur est patiens. Video hominem: & uideor ab eo intelligo hominē & intelligor ab eo: & hoc non tantū rebus corporalibus datum sit: uerūetiā in spiritualibus. Quoniā unūquodq esse est cōmunicabile: & cōmunicans aut est aptum ad cōmunicādū & cōmunicari: que qdē dispositio: nil aliud est: nisi quod potest agere & recipere cōmuniter: tamen agens accipimus pro illo qd superat aut est digni9: & patiens pro illo qd declinat & subiicit. ¶ Sed ad faciliorē cognitionē: uidelicet: quomodo actio & passio accipiat: initio uidendū est de nostris naturalib9 aptitudinibus. hec enim fundamenta sunt: ex quib9 dicim9: qd omnia dependentia inter se aliquā habent cōformitatē: que significat: qd una in aliam potest suos actus ponere: & in se alterius actus recipere uel cōcedere: & concedendo quod alius posset pspere uel aduerse in nobis operari: etiam asserim9: qd nos in aliis: quoniam actus nostros aliis prebem9 & alienos recipimus: tamen recipere duob9 modis itelligit: primo quādo nos per agilitatem nostram aliquam rem tanquā ad extra attrahimus? & talis acceptio potest actio & non passio dici: quāuis agēdo patiantur saltem creature q corporee sumus. Secūdo: quando nullū motū per nosipsos ponimus: nisi quod alienos actus expectam9: & hic potius dicere possumus cōcedere: quam

recipere. sed utrũq; stare potest: intelligendo recipere dum aliud in nobis operatur: & nos nõ actualiter interuenimus: idest per motũ nostrũ ad accipiendũ illud opus: & etiam nec conceptio in duobus diuidit: quia de actibus alienis tum cõmodũ: & tum incõmodũ recipimus. quũq; prosperũ & aduersum differẽtia sint: differẽtias quoq; inter has passiones imaginamur: ut dum aliquis cibus fert nobis utilitatẽ & augmẽtationẽ: ac sanitatem membris nostris: & interdũ illemet cibus aut alius nostris corporibus obest. Vnde q libet istorũ ciborũ in nobis agit: tamen quando utilitatem accipimus: uidet quod non proprie patimur: nisi quod fruimur uel gaudemus. & dum cibus obest tũc proprie nos pati intelligim9: & in hoc modo oẽs creature agentes & patientes sumus: & in toto agentes & toto patientes: nõ totaliter una pte persone excludente aliam: sed simul tota persona agens: & tota patiens. Agens enim agit & patitur: licet sub diuersis cõsiderationib9: quãdoq; dem agere intelligimus: ubi in alio operamur: & pati uero ubi in nobis aliqd agitur. ¶ Et hic deus dũtaxat exemptus est: ab omni passione ꝓprie dicta: aut saltem nociua. Deus eñi nullam naturalẽ neq; necessariã cũ alia re inherentiã habet: nec quẽquã uariũ discursum: tanquã de principio ad finem. Quocirca nequit sibi per se aut aliunde aliquod maius uel minus interuenire. qa penitus immutabilis & infallibilis. licet in modo loquẽdi uideat deũ aliqd extrinsecus recipere: dũ nostras orationes exaudit. quũ uero non possim9 comodũ neq; incomodũ ei prebere: deus nequaquã patit. Et ideo dicendũ est: quod actualiter nostras orationes suscipit: & iuxta merita dat premiũ. ¶ Et deus in se inquã tũ quod est trinus in ꝑsonis: uidetur habere actionem & passionẽ. attamen non nociuam passionem: nisi receptionẽ uel cõceptionẽ prosperam. Nam quicqd filius habet a patre accipit: & cuncta q̃ accipit bona sunt sibi ꝓpria: & non uaria neq; aliena. Idcirco inter diuinas personas non est ꝓpria passio: sed potius actio: quãuis cõsiderando qd una ꝑsona generat & alia generat: dicim9 ibi esse actionem & receptionẽ: in creaturis uero aliter intelligetur. quũ enim dependẽtes simus. & unam ab altera accipere possum9: aut saltem omnes possum9 a prima causa aliqd recipere: & per cõsequens omnes agentes & patientes sum9: tum in comodo: tũ uero in incõmodo. & quũ omnis creatura apta sit ad agendũ & patiendũ: similiter est fundamentũ ad subiectũ actionis & passionis. qm̃ actio & passio sunt abstractiones pticulares ab omnib9 actionib9 & passionib9: & non quod actio & passio sint reales per se extra animam: qa non agimus neq; patimur uniuersaliter: nisi pticulariter.

¶ Qualiter inter equales: maiores: & minores: actio & passio cadere possunt. Cap. xii.

¶ Penes quãdam equam siue absolutam rationẽ uidetur: quod inter duo equalia simul occurrentia non potest actio & passio cõtingere: eo quod semper actio superior & actio inferior cõsideraf: & si equalitas omnino inter occurrentia: minime illic superius & inferius datur: & tamen experientia aliter edocet: nec sine ratione: quãuis propinqua non uideat. Sed dum ad rerũ inherẽtiam atq; cõmunicationẽ pergere uolum9: rationẽ inueniemus: per quam necessario probaf: qd de ordine creaturarũ ubicũq; duo occurrunt paria uel disparia: ibi actio & passio: quoniã aliter cõmunicatione careremus. Sed qa omnes creature aliqualiter in beneficiũ sibi & aliis rebus propriũ ordinate sunt: constat actiones istius in quacũq; alia re aliquatenus imprimi posse: & hanc quoq; aliarum rerũ actiones concipere: ut experientia manifestaf: si aliquantulũ de frigido: dato quod parum sit in calidũ maximũ ponimus: ipsum per unum instans saltem in quoquomodo refrigidamus: & hec refrigidatio actio est. Manifeste elementa: ut in aliis locis ostendimus: plerũq; agere solent erga operationes radiorũ stellarũ: licet stelle sint elemẽtis fortiores: tum & homines solis & lune radios cũ edificiis nostris in operãdo uariare agimus. Duo homines sunt equales in magnitudine & fortitudine: & tamen si unus alterũ alapa percutit: uterq; agit & patitur: ut sensibus constat: & etiam si unus debilis in fortem ruit: actio sua in superiori operatur: & fortior in hoc casu patitur: & sic cõprobatur: qualiter inter equales maiores et minores simul actio & passio generari possunt. Nam stultũ esset inferre: duo homines equaliter fortes & apti certant palestra: ergo nunquã alter alterũ prosternet: quoniam in certamine tantũ laboris unus alteri prebet: quod in fine ambo deficiunt: & tum iste: tum ille cadit. ¶ In hoc loco quidam imaginati sunt: quod aliqua res naturalis potest occurrẽdo cum suo contrario non agere: sed q; non potest non pati exemplando de gutta aque in igne magno cadente. unde causa paucitatis sui: & magnitudinis ignis: nõ põt in igne ipso aliqd agere: immo simpliciter pati: quod iudicio meo secus sentiendũ est. qm̃ gutta ipsa per primã adherentiã non coniungitur cum toto illo magno igne: nisi cũ aliqua quãtitate ita paruula: ueluti aqua ipsa. nam ignis non totus coniunctus: tanquã punctum indiuisibile sese habet: immo extensus tanquam pars extra partem. unde fit: quod guta aque in primis cum aliqua partiuncula ignis coniungitur. unde necesse est in illa partiuncula aliquid agere: sed qa guta debet trãsire per plures ptes igneas: nõ ualet ad ostendendũ actionẽ suam contra tot: & tamen in partiuncula ignea ad quam per prius attingit: agit. ¶ Rursus dum dicitur: quod non potest non pati: & quod potest non agere: respondetur: parem esse rationem de hoc & de illo. & probatur: ita dicendo: si guta aque in igne magno cadente non potest non pati & potest non agere parimodo asserendũ est: quod ignis magnus ille non potest non agere in guta aquea paruula illa: sed potest nõ pati ab ipsa: & sic patet: eandem esse rationem de hoc & de illo.

¶Quod semen mulieris in quoquomodo actiue: occurrit ad generationem & nutritionem filiorum. Cap.xiii.

¶Plures tenere uident: qđ mulier ĩ generatiõe filiorꝝ nullo pacto actiue sed passiue cõcurrat: & cõe exẽ
plũ qđ ponũt de luto & figulo ñ uř plurimũ efficax. Dũ eni magister aliqđ uas struit: nulla ibi ꝑductio oc
currit pter illã cõpositionẽ quã ꝑ tũc magister manualiter ponit ĩ luto uel ligno. Sed ĩ filiorꝝ generatiõe
aut aliis generationib9 ꝓprie dictis aliter est sentiẽdũ. Nos eni uidemus: qliter sol & aqua ĩ herbarꝝ ꝑdu
ctione se hẽant tanq̃ agẽtes: & terra ut patiẽs: Terra uero deinde herbas ꝑducit ac nutrit: & ꝑducendo
& nutriẽdo cõpetit: qđ actiue se hẽat: pariterq; matres ĩ aĩalibus semẽ maris recipiẽtes ipm collocãt: & ca
lorẽ ꝑbẽt: & collocare & calorẽ ꝑbere actio est. ¶Preterea si semẽ matris nõ ĩgrederet actiue ĩ composi
tionẽ filii: nõ hẽremus similitudinẽ ĩ aliquo actiuo cũ matrib9: sed ĩ re uidemus: ita matrib9 sicut & patri
bus assimilari. Vnde apparet q semẽ mris aliqualiter actiue ĩ filiorꝝ generationẽ occurrit. ¶Et hic haud
parũ decipiunt sequẽtes nõnullos antiquos philosophos: qa quũ nõ habuerint manifestã de mũdi crea
tione ĩtelligẽtiã: ĩ cũctis generationib9 quãdã materiã sine aliquo actu imaginabant: qđ nullatenus sta
re põt ob cãm cuitãde ociositatis in natura. ¶Rursus patet ad quascũq; generatiões occurrere subie
ctum in actu: sicut mulier uel matrix eius: eo quod in actu sunt: & in recipiendo collocando & nutri
endo actiue occurrũt: & occurrere saltem ad se uniendum cum altero aliqualiter actus est. Terra semen
recipit: collocat: putrefacit: & denuo ipsum renouat & ꝑducit. ¶Si lignum accipimus pro facienda
aliqua imagine uel domo ipsum utiq; in actu est: & aliqualiter actiue aduenit: quia hebetat securim oc
currẽtẽ ad elaborãdũ ipm lignum: & ulterius lignum ingreditur ad componendam domum uel imagi
nẽ: & quẽadmodũ hic exẽplũ ponimus: ita ĩ qbusq; generationib9 ĩtelligẽdũ erit: & de materia oĩno abs
q aliquo actu nullã hẽmus noticiã ꝑ extrinsecũ effectũ: nec ꝑ ĩtrĩsecã essentiã. Et ideo similis materia chy
merica est. Quia licet lutum patiens sit: tamen ad conficiẽdum uas defatigationem atq; ĩmundiciem ma
nibus artificis prebet: quãuis hoc non sit ad similitudinem uere generationis.

¶De Eodem

¶Tãdẽ dũ dicimus: qđ femine etiã occurrũt actiue ad generationẽ filiorꝝ: semp minus pricipale quã ma
sculi ĩtelligẽdũ ẽ. sed saltẽ agẽs: ueluti ĩ assumẽdo: collocãdo: & fouẽdo: sperma masculi: & ĩsup oẽ agẽs na
turale ĩ agẽdo ĩ altero: aliqualiter repatit: & repati nõ posset si illud aliud quoquomodo nõ ageret: & qđ
sperma femine uel mẽstruũ aliqd ĩ semine masculi faciat: satis cõprobat: qm̃ sperma masculi nõ remanet
simpliciter ĩ illa figura neq; specie spermatis: quousq; generatio aĩalis ꝑficit: ueluti erat: q̃n fuit positum ĩ
matrice femine. unde nõ ualet exẽplũ: de figulo & de uasis positũ. qm̃ figulus dũ ad massã uel lutũ accedit
ut de ipsa operet aliq̃ uasa: iã figulus ẽ ꝑfect9: & obseruat ꝑfectionẽ: atq; speciẽ suã de principio usq; ad
finẽ absq; aliq̃ mutatiõe speciei: & sic nõ agit aliqd massa seu lutũ ĩ figulo. sed sperma masculorꝝ ĩ matrici
bus feminarꝝ positũ festinatim admittit speciẽ: eo qđ cũ semine femine cõmiscet & ab ipsa matrice calefit
atq; fouet. ¶Et ĩsterẽdo ut a nõnullis ĩ arguẽdo solet: qđ nõ cõuenit: qđ femine actiue ĩ generationib9
occurrãt: eo qđ natura semp ad id: qđ ꝑfectius ẽ tẽdit: & si mulieres actiue occurrissent ĩ generãdo filios
quãto magis dispositi atq; sani fuissent: ipse matres potius occurrẽt actiue: & quãto magis actiue tm̃ filii
nascerent debiliores: eo qđ tũc magis similarent matribus: quã si ipse paucũ actiue occurrissent. qm̃ ĩ eo
tũc filii similarent patrib9 & patres ualidiores sunt quã matres. unde cã ualitudinis filiorũ: melius eẽt qđ
matres fuissent debiles: quã ualide. ¶Sed hoc argumẽtũ nil habet de ueritate: qm̃ forti9 opus fit a duo
bus ualidis simul operãtib9: quã ab uno ualido solo: & ab altero debili. unde quãto magis masculus & fe
mina actiue occurrũt: tãto ualidiores filios generãt: ut experiẽtia cõprobat. qm̃ dũ femĩa ĩfirma ẽ: eo qđ
ĩ eo tpe cũ pauca actiuitate ad generãdũ filiũ occurrere põt: quãuis masculus sanus sit: semp nascit fili9
debilis: & tm̃ iuxta hãc argumẽtationẽ deberet similari patri: sed quo ad ueritatẽ: ita sunt fortes filii q as
similant matribus: q̃ illi q assimilant patrib9: qm̃ ita femine sunt fortes ĩ specie sua: ueluti masculi ĩ sua.
unde filii nõ aspiciũt maiorem ualitudinẽ masculorũ: aut debilitudinẽ feminarũ ĩ cõmuni assumẽdo: nisi
ad nascẽdũ masculos uel feminas tẽdũt: si masculi nascunt: capiũt cõmunẽ ualitudinẽ masculorum: & in
particulari debilitudinẽ patris & matris: & femine nate similiter faciunt. unde si matres sunt ualide etiã filii
& filie ualide oriuntur: & si patres debiles filii similiter.

¶Quomodo differentia quam uidemus inter animalia: per intrinseca fundamenta dat nobis causam tenendi: quod sint diuersa materialia principia. Cap.xiiii.

¶Ad tenẽdũ qđ unũquodq; elemẽtorꝝ sit pricipiũ sine aliquo respectu ad aliã primã materiã: & qđ unũ
elemẽtũ nequeat ĩ alteri9 simplicitatẽ cõuerti: potissima mihi cã fuit ĩ uidẽdo ꝑ experiẽtiam: qđ q̃dã aĩalia
habẽt ferme oẽs suas differẽtias ĩ eo: qđ naturalia sunt: solũ ad similitudinẽ q̃ttuor diuersorꝝ elemẽtorꝝ. qđ
si ĩ suis substãtialib9 & materialib9 principiis nõ essent dñia: semp uno & eodẽ mõ se haberẽt. Nãq; ĩ isto
rũ corporũ cõpositionẽ nil preter formã & materiã elementorũ ingredit: in que si altera & altera mate
ria nõ accideret: semp animaliũ corpora uiderent ad unũ solũ pricipium deuenire: qđ experto aliter ꝑci

pitur:semp enim in qualibet specie istarum cõpositarum:licet sit nimiũ cõposita & organizata:palã ostendit corpus hẽre illa quattuor principia ĩter se distincta.nec ullam cõformitatẽ ostẽdẽtẽ ab unico principio euenire.Nã quelibet pars uult ĩ suũ elemẽtũ ultro pgredi:& p eãdẽ uiã apparet unũ elemẽtũ minime cõuerti in alterius simplicitatẽ:qa aliter nõ recte diceremus:qd aqua:terra:aer:& ignis essent elemẽtata.ubi nos de ipsis tractamus.qm̃ unũ elemẽtũ ĩ alterius simplicẽ naturã trãsiret.sed ĩ oppositũ uidemus:eo qd in quacũq; aqua:terra:plãta:aut aiali:quattuor elemẽtorum cõdictionẽ & naturã inuenimus.& quis in uarias species cõuertanť:semp utiq; eundẽ intẽtũ suorum primorum elemẽtorum obseruant. Si eñi inuicẽ diuersa nõ essent aut unũ ĩ aliud cõuerteretť:eãdẽ naturã ĩ plerisq; corporib9 demõstrarẽt. Verũtamẽ p accidẽs minor quãtitas suã maiorẽ quãtitatẽ assequiť:quẽadmodũ aqua terrã deducẽs:eque ac si secũ mixta uel elemẽtata:sed nõ qd terra in simplicẽ aque naturã ptranseat:etiã p accidẽs aliquãtulum aque calefacere possumus:qd uelut ignis combureret:licet semper cum humiditate:& ignis cum siccitate operentur:Aqua tamen paulatim dissoluitur: & ad elementum suum redigitur: & quãuis eam multum calefaciamus nunquã ex hoc consentiet:quod in ignem transeat. ⸿Circa hoc scilicet:quod elementa nullam materiam habeant:ex qua descendant:iam uideť antiquitus fuisse intentionẽ empedoclis:scilicet:quattuor esse principia sub tota concauitate lune:quãuis ab Aristotele reprehendatur:quod forte causa reprehẽsionis fuit. Ipse enim ostendere uolebat:se altiora quã empedocles adinuenisse:Attamẽ clarius empedocles ostẽdit: quattuor esse elementa:quã quod ab Aristotele de prima materia demõstrať.Nec est dicendũ Aristotelẽ eiusmodi primã materiã inuenisse:prius enim alii de ea loquuti fuerant:ut plato.Penes hanc opinionem: quod sit danda una prima materia:de qua omnes alie dependent:& quod unum elementũ in aliud conuertatur:si assumitur intrinsece:& cũ aliqua experientia:difficile uidetur sustentatu:quod omnib9 absq; scrupulo patebit:aliquã de cõplexionibus cognitionẽ habentibus:quãuis nõ dicamus cõplexiones secũdũ qd ab antiqs capiebať:qa secũdũ ipsos una cõplexio in aliã mutať:eo qd cõplexionẽ p remotis qualitatibus accipiũt:ut p calido:frigido:humido:& sicco:acqsitis.Nos uero p subiecto seu substãtia ipsi9materie. ⸿Si uero de una sola oĩa elemẽta cõstarent:dum ĩ corporibus generabilibus & corruptibilib9 cõponunť:nõ ostẽderẽt uarias pprietates uti faciũt:& ubi uarie pprietates semp distincte:necessario uaria principia ĩtercidũt. ⸿Et qa similia ĩ elemẽtis & suis cõpositis experimur:tenẽdũ est:qd ipsa elementa de uariis materiis constent:& non de una sola. De complexionum uero transmutatione latius in nono libro declarabitur.

⸿An de unoquoq; elemẽto tm̃ sit in una parte:quãtũ in alia sub tota lune cõcauitate. Cap.xv.

⸿Quidam tenent:qd in tota hac cõcauitate sub celo sint equaliter diuisa elemẽta:hoc est:ĩ quocũq; loco tã de uno q̃ de alio.qa hãc massam diuidẽdo ĩ spheris:faciũt primo illã ex igne in qua tãtũdẽ de quolibet elemẽto eẽ dicũt:ut de illo a quo sphera nomẽ assumit.Attamẽ qd ibi ignis tãtũ superat cetera alia elemẽta:quis ea nõ expellat:qd solus ignis ĩ illa regiõe se ostẽdere põt.Et deinceps descẽdẽdo.aer cũ eadẽ regula ĩcipit:atq; idẽ alia elemẽta ĩ loco suo dicẽdo:qd tm̃ sit de igne & aere ĩ cẽtro terre aut mari: quãtũ de aqua & terra:qd nõ uideť oĩno uerisimile:nec experiẽtia cõsentit.Si eñi equalis q̃titas terre eẽt ĩ sphera quã igneã dicim9:ut illa que ẽ ĩ spheri terrestri :ita eẽt uisibilis & palpabilis ac leuis una sphera: queadmodũ & alia.quãobrẽ licet ignis alia elemẽta calefacere posset:tũc utiq; ĩpossibile eẽt eũ posse ipsa subtilia ageť uisibilia & leuia:quũ sint ĩ quãtitate eq̃lia:atq; oĩa ĩ uno & eodẽ loco:& qñ taliter eẽt:Mot9 terre nõ fieret naturalior ĩ ĩfimo q̃ ĩ sublimi. nã suũ pricipiũ eẽt ĩ oẽs ptes diuisum:& taliter de quocũq; alio elemẽto dicim9:qd experiẽtia aliter cõstat.Si eñi tãtus eẽt ignis ĩ sphera ĩfima : quãt9 ĩ sphera magis sublimi ignis nõ effugeret ab ĩferiori pte:ut ad supiorẽ tẽderet:nec aer ad mediũ:uel qd dicam9:p latus: nec terra ad ĩfimũ:qa ubicũq; reperirenť uel adessent:elemẽto subiicerenť:qd illi sphere denominať:& nõ hẽrent curã aut appetitũ ascẽdẽdi uel descẽdẽdi ad aliã regionẽ.Sed ad hoc paucis uerbis ĩdigemus : ex eo qd oĩb9 ppalať. ⸿Vlteri9 qñ ĩ simili mõ elemẽta essent:tũc nõ eẽt magis elemẽtatũ aliqd illorum ĩ uno tpe:q̃ ĩ alio:qd nos ĩ oppositũ uidem9:qa iã aer qñq; uadit subtilius:& qñq; grauius fm qd magis aut minus de aliis elemẽtis accipit:nec aliter de aqua & igne dicimus. ⸿Deniq; petim9:si oĩa elemẽta eiusdẽ materie fundamẽtaliter sunt:q̃liter unũ eorum sit ita subtile & ĩdiuisibile oculis nr̃is:& aliud ita grossũ & tãgibile:dicẽdũ ẽ aũt:qd hoc puenit a forma uel materia ñ a forma:qa oĩs forma pprie dcã ĩuisibilis ẽ:igiť ĩ materia ista disparitas cõsistit:& iccirco cõcedẽdũ ẽ qd elemẽta p ppriã naturã ĩ materia sũt ĩter se uaria.

⸿Quod si essent oĩa elemẽta eiusdẽ materie:nõ possent se adeo disparia demõstrare. Cap.xvi.

⸿Cõtra opinionẽ tenẽtiũ:qd pars elemẽtorum sit magis põderosa ĩ ĩfimo:& secũda ĩ grauitate paulo superius & illa que leuis est super omnia ad sublimiorem partem.Nos quippe dicimus:quod si elemẽta eiusdem materie essent:non possent adeo distincte saparari:ut nos cernimus. Quoniam si per leuitatem & grauitatem distinguerentur:a centro terre inchoarent:& paulatim attenuando in subtilitate usq; ĩ celũ irent.Quapropter inter terram & aquam siue in earũ unione paruã differẽtiã cognosceremus iter unã & aliam:& similiter inter aquam aerem & ignem.At ubi magnam uidemus extremitatem uno elemento

finiente & alio incipiente:& diuisionem quoq; adeo manifestam:comprobatur quod elemēta non oīno per leuitatem distinguant:nec per grauitatem tanquā a qlitatibus extrinsecus uenientibus:nisi quod talia sunt ab intrinseca natura. Nam plerunq; aquam & aerem in cauernis terre adinuenimus: & terram in altitudine: & semper hec elementa inter se distincta sunt: quod si eiusdem materie essent: quum aer aut ignis in inferioribus partibus maneret esset terra uel aqua: quod longe aliter perspicitur. & quando ab una euenirent in aliquo essent conformes: maxime in motu: & uidemus: quod naturaliter terra semper descendit:& aer ascendit & descendit:ac per longum & circumcirca incedit:terra est uisibilis:aer uero in oppositum:& quando de una massa emanarent:ita aerem sicut & terram uideremus: aut paulo minus. Et taliter dicimus de diuersitatibus:quas inter unum & aliud elementum uidemus. ¶ Solēt aliqui ex philosophis quandam comparationem agere:inferendo: quod queadmodum de uno metallo possumus uarias imagines efficere:ita & de una sola prima materia diuerse exeunt similitudines:aut uaria corpora. sed ii philosophi exemplum de plumbo assignant:ex quo multas ac differentes figuras artifex operatur:& hoc exemplum non fauet illis:qui ipsum adducunt:immo econuerso. Nāq; oēs imagines aut figure facte de plūbo sunt unius nature in duricie:grauitate:atq; aliis itrinsecis proprietatibus:licet in circulari forma seu superficie differant:& inter materiam & figuras elementorum longe aliter est considerandū. quia unū est leue & inuisibile:& aliud uisibile & graue:& sic discurrēdo. Itē homo & equus uarias formas sortiuntur:sed quia in materia elementorum sunt tantū in corporibus conformes in multis dicunt similes quo ad uisibilitatem:grauitatem:& alia huiuscemodi nec aliter elementa se haberent:si de una & eadem materia essent.

¶ Quod si elementa per accidentia sunt diuisa:sequitur accidentia esse maioris fortitudinis: q̄ sit substantia quod negatur. Cap. xvii.

¶ Quo ad rationem. materia quum sit substātia & fundamētū accidentiū:maiori fortitudine potiri deberet q̄ accidētia:& si p qualitates aduenietes substātia est diuisa seu appropriata:pars ī regionē ignis:& pars ī sphērā aeris:alia ī aquā:& alia ī terrā:manifeste apparet:accidētia eē fortiora ac ualidiora q̄ sit materialis suba. Verūtamē admirādū est: qd pars unius & eiusdem materie sursum tendat per motū rectū: Et alie partes aliquantulo ad dimidiū uel circulariter protendant. Et si quis dicat quod materia superior sit leuis leuitate:& calida caliditate:hoc certum est:quia tales sunt eius intrinsece condictiones. Nos uero possumus ponere terram aut ferrum in ignem:quo multum calefiet:& tamen propter hoc nunquā ferrū neq; terra erit leuis. Verū est quod tantū eam comburrere possumus:quod dissoluet. sed illa pars que cōbusta remanet est grauis:in quo se ab igne diuersam esse demonstrat: Quod si grauitas est forma:& non de essentia terre. & leuitas:& calor sunt forme:& tū nō de essentia ignis:tūc dicēdū est:qd grauitas descēdit:& nō terra:& quod calor comburit. & leuitas ascendit:& non ignis:quod sensibus & intellectibus ardū uidet. ¶ Rursus de ratione forme est:qd sit magis subtilis & leuis q̄ materia:Ignoro autem quenā ratio sit:quod formas elementorum sensib9 nostris facillime tangamus:& non ipsam materiam. Et si dicis:quod ista sunt accidentia & nō uere elemētorum forme:quia de forma & substantia:saluari non pōt. Nunc etiam nos petimus:quomodo quisquā euadere poterit? Accidētia eni semp subiectum sequuntur. Vnde necessario patet:terram de ppria essentia intrinseca grauē atq; grossam esse:aut saltē grauitas est ppria passio ei9:& nō oīno ppria passio:eo q ī diffinitiōe qditatiua ipsius terre grauitas īgredit: ueluti rationalitas in homine:aut saltem risibilitas. Iccirco nullo pacto saluari potest:quod elementa omnia sint eiusdem materie:quum enim ad compositionem istorum corporum duo potissima principia:scilicet materiam & formam habeamus:ex parte forme non potest grauitas neq; spissitas euenire: igitur debet a materia procedere: & licet non sit una sola materia: nisi in uoce:dicimus a materia ab ista uel ab illa. Quippe quod una elementorum materia grauis:& altera leuis:& sic discurrēdo. Deniq; quid prima materia quid forma:& quid secunda sit iam in quinto libro latissime ostensum est:qua de re in hoc libro de magis compositis dicturi sumus:sed de similibus principiis parum & a casū tangemus.

¶ Contra dicentes unum elementum ab alio ob aliquam condictonem:& non propter materiam differre. Cap. xviii.

¶ Quidam dicunt:elementa esse a suis qualitatibus differentia:non tamen per materiam:& hoc nō per materiam non concedimus:sed bene quod sint a suis qualitatibus seu intrinsecis proprietatibus differentia:eo quod homo per uarias cōdictiones ab equo differt:& si accipimus:absolutum corpus:absolutam formā:absolutā materiā:absolutā substantiam:absolutā entitatē:absolutū animal:erit idē homo cū equo sed quo ad rei ueritatē:nullū tale cōmune est in rerum natura realiter:nisi ī uoce tantum. Ideo homo & equus ubicūq; sint erunt distincti:tum in creatione & generatione:tum uero in aliis modis aut locis:ubi ipsos capere uoles. & hoc per suas proprietates:homo enim semper est ab equo distinctus:Natura enim sua ab equina distincta, habet pprietates:nec ullus est homo:quin talis sit. Nam ex quo de iisdem pprietatibus cōstat est homo:& nō aliter. Et sic dicimus:oīa ī natura differre:ex eo qd diuersimode nos hōm9.

Et si omnino dicis:quod per qualitates differant:nos quoq; opponere possumus:omnes qualitates ĩ qualitate conuenire:& in materia differre. Quũq; plures differentes qualitates inueniamus:etiam asserimus plures esse materias:per quas differunt. Nam manifeste scimus unã rem per aliquod ab alia differre. quoniam una nõ est alia:neq; esse unius est esse alterius. quum uero esse meum & esse tuum sint aliud & aliud licet in nomine essendi conueniant:uidetur quod differentes simus tam in materia q̃ in qualitate:nec aliter de elementorum materia dicimus:quia cum qualitate aut sine qualitate differunt. ❡Auerroys sup hac materia cõmentando:antiquos arguit dicentes:omnia entia ex cõtrariis esse composita:sed hic nõ uidetur quod bene Auerroys retulerit. Philosophi enim nequaquam dicere poterãt:omnia entia esse cõposita dum simplicia existunt. Dicebant autem unumquodq; ens:ex contrariis constare:que composita erant:& hic recte asserebant. Quoniam intelligendum est:quod contraria diuersis modis capiantur:ut interdum intelligimus:quia si diuersa aliquo modo cõtraria:que alie & alie res sunt:& dissimilem habẽt condictionem. Si enim res composita non constaret de rebus diuersis:nequaquam esset composita:nisi iterum congregata:sicut prius & semper simplex. Vnde sane antiqui dicebant:ea que composita erant: de contrariis constare. Nam quo ad ueritatem illud quod transmutatur in oppositum transfertur:& si in diuersum non transmutaretur:minime esset trãsmutatio:eo quod semp una & eadẽ res:ut de cõpositiõe diximus. Sed si una res cũ alia nullã hẽret cõtrarietatẽ:nulla quoq; eis esset dispositio cõponẽdi seu trãsmutãdi unã in aliã:neqdẽ se uniẽdi:licet ad se uniendũ quo ad unũ finẽ cõformitatẽ habeant.

❡De Eodem

❡Asserẽdo qđ oĩa elemẽta sint eiusdẽ nature ĩ suba uel materia:cõfiteri oportet:terrã eẽ accidens:aquã accidẽs:aerẽ accidẽs & ignẽ accidẽs. Vnũquodq; eni ex iis palã ab aliis diuersum siue cõtrariũ:ubicũq; ĩ simplicibus & cõpositis inueniť. Vnde dicemus in generabilibus & corruptibilib9 principiis:ꝙ terra nil aliud sit:q̃ grauitas:duricies:& siccitas:non asit substãtia. Aqua grauitas minor:humiditas:& mollicies. Aer leuitas minor:frigiditas:& tẽperãtia. Ignis uero prima leuitas:caliditas:& siccitas. Que oẽs qualitates in aliqua alia substantia uel materia fundanť. Sed cõtra hoc multa adducere possumus. qm̃:ut in aliis locis uisum ẽ: nulla res dať:qn talis sit:ut dicẽdo deus ñ ẽ tm̃ de9:idest absolute hoc neq; illud:nisi ꝙ hic bonus:hic sapiẽs. hic eternus:hic actus purus. hic esse a se:hic esse exẽptũ:hic creator:hic causa prima. hic suba hic essentia. Et qa deus oĩum rerũ suppremus:& est q̃lis seu ĩ uno simplici esse:plures dignitates cõtinens:ad hãc similitudinẽ de quacũq; alia re iudicare possumus. ❡Preterea de sentẽtia oĩum sapiẽtiũ unũquodq; elementũ est corpus substãtiale. ❡In lege quoq; habetur:In principio creauit deus celũ & terrã:& qa celũ ẽ substantia. cõfitẽdũ ẽ:qđ terra substãtia. Itaq; ꝓprietates:quas in terra semper experimur:de ipsius terre essentia siue natura sunt:& tãquã integrales partes eius:quemadmodum membra ad corpus hominis:uoluntas:memoria:& intellectus:ad rationalem animam:que cum ea conuertuntur.

❡Quod si unum elementum simpliciter in aliud cõuerteretur:imerito diceremus:quod cũ aliquo composito elemento conuersamur. Cap. xix.

❡Si uerum esset quod unum elementum in aliud conuerteretur:falso utiq; diceremus: quod cũ aliquo composito elemẽto cõuersamur:nisi cum simplici:& hoc manifeste apparet:qa si aqua aerem aut ignem in se conuerteret:idem faciet ubi multum aque erit. Et sicut in fluuiis & mari multitudo aquarũ extat:in quibus nil preter aquam uidemus neq; sentimus:ibi simplex erit:si in se alia elementa conuertit:& ꝑ nimiam ignis calefactionem aqua in ignem exinaniret:& ligna ardẽtia aut fumus in ignẽ purũ conuerterentur. Quapropter ignis semper simplex esset. Sed longe aliter probatur:quia licet aliam & aliã demõstrationem faciant aliqua accidentia sunt:& non quod aliquod elementum suam originẽ deperdat:quis non negemus generationem in speciebus elementorum. Intelligo autem species in hoc loco pro aliquibus compositionibus remotis ab elementorum simplicitatibus:ueluti in aqua. Quoniam unam frigidã reperimus:& aliam calidam. unam subtilem & aliam grossam:tum magis elementatam:& tum minus elementatã:cũ diuersis proprietatibus. Sed hoc prouenit ex eo:quod ibi est aqua elementata & cõposita:& ꝓpterea dico speciẽ aque. Et in terra plures species sunt:uidelicet una grossa:alia arenosa:& quãplures lapides & mineralia. In aere sunt uẽti:nubes & uapores. In igne uero sunt hic ignis:& ille ignis artificialis:Magna tamẽ inter suas generationes differentia uersatur. Nam cũ plurimis rebus combustibilibus talis ignis generatur:uerũ eiusmodi generatio non est adeo composita nec separata ab elementis simplicibus:sicuti homo:& per consequens tanto minus durabilis:quanto plus fuerit sue simplicitati ꝓpinqua. Videmus enim ligna ardere:& flãmã generare:que tamẽ nõ durat:nisi ĩquãtum ꝑ duos aut tres cubitus ascendit:& ibi ignis subito fumũ illũ dimittit. Si enĩ durasset uiderem9 cũ usq; ĩ sphẽrã ignis. aut ĩ magnã altitudinẽ ascẽdere. Et sic tenendũ est quod de specie aeris iam composita:potest species ignis composita generari. Sed non quod simplex aer posset in simplicem ignem transire:nequidẽ unũ elemẽtũ in aliud: quis simul cõponant:unũquodq; tamẽ suã obseruat naturã. Nãq; ĩ ista aqua cũ qua nos conuersamur:

est ceterorũ elementorũ compositio. Et si simpliciter in ipsam cõuerterentur nulla esset cõpositio: nisi tãtũ simplex aqua. Nec etiã itelligẽdũ est: quod tota illa species aque cõposita in spẽm aeris cõuertatur: uti de nube uel uapore. Sed solũ aliqua pars: sicut fit de uno cibo: q i carnẽ redigitur siue i aliã spẽm. quoniã pars trãsit in carnẽ: & pars in alias species dissoluitur: aut qd ad suã primã originem redit. Videmus qd si multã aquã calefacimus: nũquã i ignẽ dissoluitur: nec ardere uult: & sẽp aliqua in ea humiditas manet: quod si dissoluitur: in uaporẽ trãsit: & nõ in ignẽ: nec ignẽ frigefacere possumus i sua forma: nisi inquãtũ i specie elemẽtata cõponit. ¶ Solẽt nõnulli cõparationẽ ponere de igne bombardarum: ac de guttis aque super uitreo uase exeũtibus. Hoc autem in octauo libro soluemus: quoniam ibi de impressionibus aliquid dicetur.

¶ Quatenus res principalius corrũpantur: ex eo quod in uarias species trãseũt: q̃ p cõpositionẽ & qd i primo signo nulla res corrũpit: donec in uariã speciem transierit. Cap. xx.

¶ Quicquid corrũpit: duo pricipalia habet ad corrũpẽdũ: scilicet: cõpositionẽ de reb9 cõtrariis: & materie cõuersionẽ i diuersam spẽm ab illo qd materia est in primo suo signo: & hec cõuersio principalior cã corruptionis est: q̃ sit cõpositio. Et ideo si aliqua res simplex põt cõuerti i uariã spẽm ab illo qd ipsa ẽ i primo suo signo: species ipsa necessario corruptionẽ expetit: quũ per aliquã generationẽ ad talẽ spẽm sit deducta. qm uero natura omnes res suum primũ principiũ expostulant: Res ubiq; ex una in aliã speciem transeuntes: corruptionẽ & dissolutionem petunt: quod si due res insimul uniunt: & nõ trãsmutant in aliã speciẽ: ab illa que prius erat segregari possunt: sed nõ putrescere uel corrũpi. Quocirca celũ quãuis de materia & forma constet: ex eo q; sẽp in suo primo signo manet: nec transit in uariã speciẽ icorruptibile est: pariterq; de rebus incorporeis uel spiritualibus dicet. quum enim ingenerabiles sint: neque unt de specie in speciẽ transire: & per cõsequens nec corrũpi possunt. Quapropter tenendum est nihil esse in primo signo suo corruptibile: nisi dum in uariam speciem transit: & ubi non est corruptio neq; generatio minime erit conuersio ex uno in aliud. Tandem dum consideramus rem in specie positam ipsam cum respectu intelligimus ultra suas primas proprietates: & existente ibi aliqua cõpositione uel trãsmutatione: non dicitur simplex ens ueluti erat in prima origine. quamobrem unum elementum nõ potest in alterius simplicitatem transire. transmutatio enim cum aliqua compositione intelligitur. Iccirco si una res cõuertit oĩno in speciem compositam & non in simplicem conuertitur.

¶ Quomodo quisquam dicere posset elementa esse sub aliquo superiori queadmodum multa animalia sub uno genere. Cap. xxi.

¶ Quisquam allegare posset quod sicut in uno genere nimiam particulariũ disparitatem uidemus: nã quedam leuia sunt & quedã grauia: nec solũ i generibus uerũetiã speciebus: ita quoq; licet elemẽta eiusdem materie sint diuersa in suis operationibus demõstrari possunt. Ad quod respondetur talem cõparationem non esse ad propositũ: quia animalia aut species que sub uno genere uel specie intrant in grossicie & subtilitate assimilant: aut quod dicamus in uisibilitate & tãgibilitate & disparitas aut saltem maior que in eis inuenitur habet ortum a uariis materiis in ipsa corpora animalium ingredientibus: & sic iuxta proportiones elementorum de quibus compositi sumus operamur: exempli gratia. si multũ de igne assumimus leues sumus: ac prompti: de aere tẽperati: de aqua molles atq; tardi: & de terra duri. Et hoc semper in omnibus corporibus cõprobat. Vnde dicendũ est unũquodq; elementũ ab omnibus aliis essentialiter differre: quod in genere arborum satis apparet. Quia secundum quod sunt porose aut plene uirides uel sicce sustinentur magis aut minus in aqua: & alie sunt humide aut tantum plene siue exuberãtes aqua: quod se in profundum uergi sinunt: & etiam uidetur quod talia maiorem partem materie a terrestri elemento accipiunt: & alia sustentantur eo quod multum habent de aere: sicuti in puppibus & nauibus uidemus: quia propter illam concauitatem quam plenam aeris habent: diu super aqua sustentantur. quando lignum est siccum non consentit: quod nauis profundetur. Sed si lignum putridum est: aut aque plenum extemplo submergitur. & sic ueteres puppes deorsum tendunt: que uero noue sursum aut in superficiem aque uadunt. ¶ Videmus etiam quod unum lignum integrum inter aquam sustinetur. & si cum seca scinditur fomites illi penitus profundantur. ¶ Aliqui declarationem quandam adducunt dicentes: quod scissis lignis pars aeris & pars ignis que in ligno erant admouentur & grauitas terre & aque restat: hoc tamen est ad dandum aliquem colorem: licet ueritas aliter se habeat: quia quãuis unum corpus quod ualde minutum sit abscindatur: non ex hoc in alteram speciem transit. Ideo dicimus scissuram esse submersionis causam: quoniam cito aqua adimpletur. Nãq; adeo minute sunt: quod nullam uim habent ad resistendũ ne aqua prorsus ingrediatur nequidem poros in quibus aer sistat. Quando enim aliquod corpus grossum & durum faceremus de illis minutis aliquantulo super aqua sustentaretur.

¶ Quod si substantia corporea non est quanta nec qualis non recipimus ab ea utilitatẽ nec nocumentum. Cap.xxii.

¶ Si substantia corporea in se non est:quanta subtilis nec grossa frigida nec calida nec quarũcũq; his si milium ꝓprietatũ:nullam nos ab ea utilitatem recipimus:quod per experiẽtiã aliter se habere ostẽditur. Veluti dum aliquẽ cibum comedimus:qui nobis appetitum incitat:& utilitatem affert: secundum quod est humidus siccus frigidus aut calidus grauis aut leuis rarus aut spissus:quo faciamur:seu stomacus re ficitur:inquantum corpus est quantitatiuũ in corpora nostra cõuertit:atq; in eis manet. Et hoc modo qualitates ualidiores sunt q̃ substantia:si modo ipse hec omnia opera agunt.

¶ Quod difficile sit cognitu qualiter cum substãtia qualitates mutuo se habeãt. Cap.xxiii.

¶ Circa intelligentiã quomodo substantia cũ qualitatibus se inuicẽ habeat:haud parua inest difficultas: & de hoc manifestã habemus experientiã a theologis: de altaris sacramento tractantibus:& causa huius difficultatis plano modo de ipsa hoc in loco explicabimus.iam enim alibi extensius pscripsimus:& breui ter uidebimus.utrũ alique qualitates per se manere queant:aut saltem si ꝓprias operationes habent:qua litates accipiendo pro frigido calido humido sicco graue leui quãto magno albo sapore odore & ita de reliquis. Vnde in primis dicimus quod quelibet istarũ:quas qualitates uocamus: ostendit super se quandã propriã originẽ ac modũ manendi habere: quia absolute nõ refert substãtia magis nuda per se sumpta: aut inquantũ substãtia est:quã quãtitas.& sic de sapore dicimus: quod ubicũq; erit pcipue erit talis. Dico autem cũ illa cõdictione: qua sapor uocatur.& si has omnes que qualitates appellantur imittimus simul dicendũ est posse satis suos effectus & agere & demõstrare. Accidentia enim entia imperfecta sunt: tamẽ quia entia sunt:& perfectis entibus accidunt manifestatur:quod aliquem actum per se habeant:eo magis quod non est danda aliqua res in natura penitus ociosa per intrinsecum suum esse.si enim ab elementis omnes integrales partes separantur:quas qualitates uocamus:elementa nihil operari poterunt: nequidẽ elementa manent.Nã sicut diuersa membra simul sunt in corpore hominis:ita & quãtitas magnitudo di mensio frigidum & calidũ simul sunt elemẽta:quia licet possimus aliquã qualitatem mouere:nõ omnino oẽs:& qd elemẽtũ remaneat:qm̃ si oĩa mẽbra hominis scindimus totũ corpus eius destruit̃. Et sic aquam calefaciẽdo accidẽtaliter operamur licet semp aliqua alia aque ꝓprietas remaneat:eo qd aqua est:qa hu mida frigida quãta:& sic de reliqs partib9 & nõ aliter. ¶ Petẽdo utrũ accidẽtia ꝓpriũ motũ seu mouẽ di uirtutẽ habeãt:qdã tenẽt posse iquãtũ ad alia referunt̃:& qd in se non sint de genere actionis.& maxi me accipiunt exemplũ in quãtitate:quia de se nullam actionẽ significat.Sed i oppositum asserere possu mus:Accidens enim est ens:& id accidens uocamus eo:quod alicui accidit.& inquantum accidit manife statur propriam habere actionem:quia aliter adherere non potest. ¶ Et dicimus accidens denomina tiue pro illo actu accidendi qui actionem habet:quoniam intellectui & sensibus occurrit si est album oc currit magis albo & minus albo quo ad maiorẽ quãtitatẽ & minorẽ quãtitatẽ:& iter maximũ & minimũ inest distãtia:& per quãtũ causat̃.igitur quãtũ habet uirtutẽ mouẽdi seipsum uel aliud. ¶ Itẽ omne si mile generat sibi simile:secũdũ hoc quãtũ generat quãtũ:& albũ albũ.ubi aliqs motus aut referentia da tur uel saltem actio aliqua de termino ad terminum uel de figura ad figuram.

¶ Quod accidentia aliquas ꝓprias diffinitiones per se habeãt. Cap.xxiiii.

¶ Solet dici quod accidẽtia nullã ꝓpriã diffinitioẽ p se habeãt:qa semp uidetur accidẽs p substãtiã dif finiri:saltẽ accipiẽdo accidẽs cõcretũ:qm̃ abstractũ diffinitur:sicut dicendo albedo est color disgregans uisum. Verũ aliter accipere possumus. Nã dicẽdo abstractũ:oportet qd suũ cõcretũ itelligatur:& sic p cõ cretũ diffiniri põt dicẽdo albũ est color disgregãs uisum.Et si infers qd cõcretũ nõ pdicatur de pticula ribus:hoc aliter se habet:qa spiritus res cõcreta est.& nõ abstracta:atq; itidẽ ifirmatas.ab ifirmitate enim uocamus ifirmũ:& a spiritu spiritatũ:& similiter ab albo colore plura subiecta nominam9 alba.Et si asse ris qd nullũ colorẽ inuenimus naturaliter loquẽdo sine substãtiali subiecto:parimodo dicẽdũ erit quod non inuenimus corpus sine colore aut alia qualitate. ¶ Vlterius color:qa accidẽs est recte diffinit̃ di cẽdo color ẽ obiectũ uisus:idest aptus natus ut uideat̃. Et sic qdã aiunt:color est p se uisibilis. Aristoteles quoq; diffiniendo humidũ p se:inqt humidũ est male terminãs i termino ꝓprio:& bene in alieno:aut di cere possumus humidum esse qualitatẽ aptã natam ad dilatanda seu mollificanda alia corpora: & frigi dũ est corpora cõstringẽs:& i accidẽtiũ diffinitiõe:licet iterdũ aliquod subiectũ substãtiale ponam9:simi liter & qlitates plerũq; i substãtiaꝝ diffinitionib9 ponim9:sicuti dicẽdo elemẽtũ igneũ ẽ leue aut alia simi lia:quocirca patet qliter accidẽtia opationẽ hẽant:qa saltẽ i quoquomodo p se diffiniunt̃.nã recte dice ret quãtitas ẽ qlitas habẽs i se ptẽ extra ptẽ:quũq; albũ dicat̃ esse colorẽ disgregatiuũ ibi nullo pacto in telligit̃ principaliter de subiecto:in quo albũ manet.quoniã si ita esset ubicũq; corp9 inueniret aptũ ad recipiendam albedinem.ista diffinitio ei conueniret.Sed quia aliter se habet etiam consequẽter est alio

modo tenendũ:eo quod color albus ubicũq; ipſum inuenimus eſt diſgregatiuus uiſus. Vnde patet ſibi hanc diffinitionẽ eſſentialiter competere:quippe quod accidentia per ſe aſſumpta in eo qđ entia ſunt: quãuis in quoquomodo imperfecta:habẽt tamẽ ꝓpriam eſſentiam aut eſſentialia:ideo in illo tunc ſi aſſumantur entia imperfecta per ſe non reſpiciendo ad aliud in prima intentione ipſa iudicamus aut cognoſcimus. Et quicquid in prima intentione capitur abſq; reſpicientia ad aliud diffiniri poteſt in quid:licet magis perfecte aut minus perfecte quo ad rei perfectionem. ℂQuod ſi infers diffinitiones eſſe eternas:& quod accidentia corrumpuntur:reſpondemus quod album durat tantum quãtum & homo:& color itidem quãdiu animal:ideo ſicut hic homo diffinitionem habet:quãuis corruptibilis ſit.ita & album diffiniri poteſt. Si enim hic homo ad ſuum hominem in cõmuni reducitur:aut uero animal pariter:& album ad albedinem uel colorem. Quapropter qualitates diffiniri poſſunt; & proprium eſſe habent.tamen a deo dependens.

ℂQualiter nulla alia prima materia oſtẽdiť eſſe in rerũ natura ꝑter celos & elemẽta. Cap.xxv.

ℂEnimuero qcqđ eſt alicuius rei intrinſeca origo conſequenter ac neceſſario eſt finis: aut uero quedã recollectio ſiue congeries ad quam res emanata ultimate ad quieſcendum eſt reditura. Et quia hõ equus atq; alia particularia animalia in ultimis dierum minime reuertuntur ad quieſcendũ in animali in cõmuni:nequidẽ in ente cõmuni deo & creaturis.ꝓbať:quod nec animal in cõmuni ſupra nos:nec ens in cõmuni ſupra omnia particularia ſunt attribuenda:& circa talem ſimilitudinem de uniuerſali prima materia intelligeť:quoniã quidem nec anime noſtre nec corpora ad ipſam materiam reuertuntur:niſi aĩa ad celum:& corpora ad elementa tanquam ad proprias origines.quia elementa palam nobis materiã atq; uariam prebent:quum uaria quoq; elemẽta ſint.& nõ intelligas hanc uarietatẽ ex eo qđ in diuerſis ſpeciebus poſiti ſumus:quum omnes homines ſub una & eadem complectamur:& alterutrum uariam compoſitionem ſentimus:& ultra ſpeciem noſtram occurrendum eſt uariis ſpeciebus. Vbi facilius materiarum uarietates per proprias origines comperiemus. Nam iſte homo erit colericus & ille equus colericus: quoniam ambo multum de aereo elemẽto accipiunt:& alter homo flegmaticus: & alius equus flegmaticus:quum nimium de aqueo elemento aſſumant:& cum aliis quoq; ſenſualibus plantis & herbis conformitatẽ habemus circa equalitatẽ materie:quã de uno elemento accipimus. Vnde patet qđ in primo materiarum fundamento uarii ſumus. ℂItẽ in ſolutione corporũ quelibet pars in illa cõpoſitione corpori aſſiſtente ad ſuum particulare elementũ reuertitur:nõ autẽ ad aliquod cõmune receptaculũ in pura potentia ſe habens:& unaqueq; res in intrinſecis moribus ſuam ultimatã naturã oſtendit:quũq; ignis quouis modo aſſumať uariũ motũ a motibus terre & aque demonſtret:ſequiť quod elemẽta uarias habeant origines. Motus enĩ ignis ſuũ opus eſt:& ex operibus qualia fundamẽta ſint cognoſcimus: & quod uarie nature elemẽta inter ſe ſint in ſuis diffinitionibus palã uideri põt: Nãq; aliã aer & aliã terra diffinitionem expetit:quoniam diffiniendo dicemus elemẽtũ igneum eſt ſub hac cõcauitate lune ſuprema inter elementa obtinens natura calidũ & leue. ℂDe elemento aqueo econuerſo ſentiendum erit. Iccirco dicemus elementum aqueum inter aquam & terram collocatũ natura humidum & frigidum:& in his aut aliis ꝓpriis diffinitionibus nunquam unum elementum cum altero cõuenire poteſt:quod ſi aliquod in ſuis primis originibus cõmune haberent neceſſario in diffinitionibus conuenirent:ueluti in diffinitione noſtra patet:nã ꝑpter cõmunes conformitates:quas cũ angelis & brutis habemus:rationales ad cõformitatẽ angelorũ uocamur:& mortales ad ſenſualiũ ſimilitudinẽ:quoniã anime noſtre incorporee & incorruptibiles ſunt:quẽadmodum & angeli:corpora uero eiuſdem materie generabilis & corruptibilis cuius & animalia bruta:& non aliter elementa in diffinitionibus conformarentur ſi in aliqua prima materia conuenirent:licet in nomine materie tantum congruant:ueluti nos creature cum deo in nomine entis de opinione multorum cõuenimus:& etiam homo cum brutis in nomine animalis:quia hic homo eſt animal:& ille equus animal. Sed non ꝑpter hoc ab uno animali uniuerſali dependemus: niſi ab animis & corporibus ſeu a celis & elementis. Vnde elementum igneum eſt elementum:& elementum terreum eſt elementum. Nam & unũquodq; eorum a uario extat principio. Sed non propterea ipſa elementa ab aliquo uniuerſali elemento dependent:quãuis in eo quod quodlibet ipſorũ uocať elementũ tãquã in una ſpecie pticularia uideng ſe hẽre:nõ tñ ex hoc ſeqť qđ alterũ hẽant elemẽtũ ſup ſe tanq; genus. ℂQuocirca tenedũ eſt qđ ſicut unũquodq; celũ p ſe eſt ſpẽs ab aliis penitus diuerſa:nec cũ aliis cõuerti põt:ſimiliter & unũquodq; elemẽtũ p ſe eſt tanq; ſpẽs ab aliis elemẽtis diuiſum. tametſi elemẽtũ cũ pricipio rectius gen9 q̃ ſpẽs uoceť:& qꝛ ĩ prima ſua origine ab aliis elemẽtis diuiſum:abſurdũ ẽ ĩſerre qđ unũ elemẽtũ ſimpliciter ĩ aliud cõuertať:quis ĩ uarias ſpẽs q̃ ſimplicia elemẽta nõ ſũt ſimul reuoluta cõuertanť:utpote argẽtũ uiuũ aut plũbũ:dum alchimiſte uolũt ipm ad aurũ deducere. Sed q̃uis p uarias ſpecies trãſeant nũquã totaliter ſuã primã originẽ deꝑdũt. Et ſic cõtingit ꝑtẽ inſpiratã ab igne cũ partibus aliorum elementorum reuolutam in alteram ſpeciem tranſire. Et ibi maior pars ingrediens nomen omnium partium aſſumit:ueluti hec aqua quã nos cõuerſamur quia elementata ſeu de quattuor elementis conſtans; & tamen nomen aque uſurpat; quemadmodum & in ſphera ſua. Quoniam uero

In hac aqua magna pars eius est:& pauca aliorū elemētorū totū illud cōpositū aquā nominamus:& nō ītelligas alias ptes ī simplicē aquā esse cōuersas:nisi ī speciē q̄ cū aqueo elemēto maiorē q̄ cū quouis alio similitudinē habet:quod si simpliciter cōuerterent:aqua ista nō esset cōposita:nisi ut in sua sphera simplex.Et qđ cā generationis multorū ptes elemētorū iam a spheris suis īspirare simul p uarias species cō ponant.nō ,ppter hoc causāt qđ simplex sphera ignis ad se uniendū cū sphera terre descēdat. Nā sicut planete radios suos extra mittūt ad calefaciēdū frigefaciēdū generatiōes & corruptiōes atq; alia similia istoꝝ īferiorū:qui qđē radii inter se sepenumero aduersant:& semp planete in loco suo illesi manent:ita pariter elemēta ī spheris suis:qa sicut occurrūt ad cōpositiōes & gubernatiōes nostras cū materia: stelle uero cū īfluētia:& quelibet pars ad nos cōponēdū & subueniēdū occurrit cū tpe in suā redit originem nāq; aliter minime origines cōseruarent.si semp darēt:nec unquā reciperēt:& qa planeta nō habet un de sibi cōtinuo alii radii deueniāt:oportet suos radios cōtinuo recolligere atq; obseruare.& similiter ele mēta qđ ad gñationes ī hac cōcauitate sub luna factas materiā pbeāt.& ī ipsoꝝ cōpositoꝝ solutiōe cā suscipiāt:quocirca ī elemētis semp equali mēsura obseruari pñt:qa aliter eēt apud naturā īpossibile.

Qualiter prima materia quum omni actu careat non potest esse tanquam mater uel receptaculum rerum compositarum. Cap. xxvi.

Non est aūt inferendū ut nōnulli dixerūt ne forte ī uerbis deesse uiderent:scilicet dādū esse quoddā chaos siue receptaculū ī hac cōcauitate ad quascūq; formas recipiēdas & cōseruādas:& hoc receptaculū primā materiā appellabāt:qđ ,pfecto uariis modis rōni repugnat.Si eni domus debet habitatores cō gerere ac tegere:necesse est qđ prius ī actu sit:& mater itidē in actu anteq̄ filiū cōcipiat generet ac foueat:Nāq; aliter nequaquā filiū cōcepisset:q̄uis oporteat expeditā esse eius matricem:& nō oīno plenam. quod si prima materia tot formas ut hactenus fuerūt collectas habet:quomodo ergo ipsam expeditam nuncupas ad colligēdas alias.Et similiter in primo inferimus qđ si prima materia nō est in actu : nullo pacto tanquā receptaculū erit ad accipiendas & cōsiderādas res ī actu existētes. Si aūt opponeret quod omnes forme materiales quas isti imaginantur a prima materia sunt ,pducte & quod propter dissolutionem istorum corporum iterum in ipsam primam materiam ad non esse reuertuntur:seu ad puram potentiam cunctis actibus carentem:proculdubio est absurdum:scilicet quod aliquid per naturam de esse ad non esse reuertatur:& quod illud quod semel in actu existit aliquando ad non existendum redeat. Vlterius si materia prima super elementis tanquam cuiuslibet materialis origo daretur:quum ipsa prima materia uocetur simplex:omnia hic composita generabilia & corruptibilia ad ipsam materiam tanquam ad fundamentum redirent:& tunc nulla separatio daretur inter unam partem istius corporis & alterā:oēs enim eiusdē simplicis:Sed nos manifeste experimur:quatenus in quibusq; naturalibus corruptionibus atq; accidentalibus distillationibus partes ignis ab omnibus aliis partibus separentur. & similiter unaqueq; pars ab aliis:& pars ignea & pars aerea sursum:& aquea & terrestris deorsum : qđ fieri non potest:si modo unum dūtaxat materiale principium corpora nostra sortirentur:quod si opponeretur elementa se habere tanquam instrumenta ad alliciēdam materiam ab alio superiori:& nobis impendēdam quemadmodum patres cum filiis faciunt:hoc minime efficax.Nam licet per uaria media de specie in speciem materia nostra transeat priusq̄ ad nostram compositionem attingat:ut in elementis compositis plantis cibis humoribus & spermate & deinceps in embrio anteq̄ cū ipso anima uniatur in dissolutione:non opus est huiuscemodi uiam obseruari.Nam quāuis patre uiuente filius moriatur materia ipsius filii nil curat patrem superius inferius procul aut circa degere:nisi quod semper ad elemēta tēdit.& similiter si alia pria materia fundamētū nostrū sup elemētis eēt ī corpoꝝ solutiōe: nulla nobis de iisdē elemētis cura esset:nisi qđ p eā uiā q̄ uenim9 ad primā materiā tanq̄ ad originē reuerteremur.Et si forme p ītrinsecā naturā a prima materia nō emanant:nullo modo eis competit demū ad ipsam regredi nisi ad formale fundamentum uel ad primam ipsarum formarum naturam:& quod forme proprie dicte de natura materie non sint facile comprobatur:quum materia & forma simul in prima unione & in secunda & tertia aut quauis alia rem compositam & non simplicem esse aimus : quod si eiusdem nature simpliciter:per consequens una simplex res esset:& non composita.Quoniam uero palam experit quod materia & forma simul compositum gignunt:necessario concedendum est:quod alteram & alteram distinctam naturam habeant:& iccirco materia in solutione corporee compaginis non potest esse formarum congeries:quia quum de uariis naturis constent : accidit eis quod simul & in compositione maneant.Sed postremo unaqueq; naturam simplicem atq; ab alio distinctam exquirit intelligas ubi compositio de re & re datur:quoniam actus & potentia in primo signo non dicunt compositionem nisi similitudinario. Denum inter dicta ponētium primam materiam uarias repugnantias inuenimus.Nā tum eam receptaculum denominant ac formarum plenam : tum uero in pura potentia siue omni actu carentem:iam a forma separatam.& alias quod in re separari non potest ; que omnia sunt contradictoria.& iccirco minime stare possunt.

¶Quonam pacto sequit̃ penes naturalia quod omnia generabilia & corruptibilia originẽ generabilẽ & corruptibilẽ habeant: quod prima materia esse non potest. Cap.xxvii.

¶Citra uaria experimenta que ad ꝓbandũ habemus: plures quoq; materie generabiliũ & corruptibiliũ sunt. & non una tantũ per ponẽtes unam primã uniuersalẽ materiam facile potest materierũ pluralitas concipi. ¶Aristoteles enim & quãplures alii dicunt: Materia prima neq; generat neq; generat̃. Vnde sic dicimus: quodcũq; incorruptibile: ꝙ origo de qua intrinsece emanat incorruptibilis sit: & per consequens unũquodq; corruptibile suam corruptibilẽ originem habet: ita quod omnia corpora corruptibilia & generabilia de necessitate a materia corruptibili & generabili originant̃: & iccirco quedã materie dande sunt: que inter se uarie sint ad generandũ & corrũpendum corpora ab ipsis materiis composita. ¶Et quod prima materia talis non sit: uidelicet fundamentũ siue origo rerũ generabiliũ & corruptibilium per ipsam adducentes comprobatur: quum dicant non esse generabilem neq; corruptibilem: & ipsimet asserunt quod materia per formã de potentia ad actum deducitur. & hanc deductionẽ nil aliud esse dicimus quã transmutationẽ de specie in speciem: que transmutatio fit per corruptionẽ & generationẽ. & prima materia per se non generat̃ neq; corrumpitur: ex quo patet non esse illam que deducit̃ de potẽtia ad actum: & ideo alia materia extra primã: & etiam de uirtute uocabuli plures sunt materie: prima enim ad alias consequẽtes respectiua dicitur. ¶Attamen quum dicatur materia prima neq; generat̃ neq; generat̃. intelligitur ueluti de hoie in cõmuni & animali dicit̃: & quia similia in uoce uel in scripto dantur & non in re: ut in quinto libro plene probatur similiter & prima materia cõis denominata solũ in uoce ꝑdicationis: nam qcqd realiter de alio predicat̃ cum ipso conuertit̃. & ubi dicitur aliquod subiectum esse dandũ ingenerabile & incorruptibile: in quo omnes generationes & corruptiones fiant: hoc utiq; nequaquã tenet̃. Dico autem subiectũ ꝓpinquũ. Si enim subiectũ nõ generaret nec corrũperetur in ipso subiectata minime corrumperent̃: nequidem in aliam generationẽ pertransirent: quoniam uisus nunquam deficeret: si oculus uel neruus in quo uisus subiectatur in primis non infirmaret̃: aut dirrumperetur: & idem de quibusq; aliis subiectis. Si enim nõ dirumperent̃ minime quoq; in ipsis subiectata. Itaq; probat̃ quod subiectum propinquũ rebus generabilib9 & corruptibilib9 sit generabile & corruptibile: quod adhuc sensibus innotescit. nam totum hunc hominem & istud lignum per sensus cognoscimus: qđ totaliter generant̃ & corrumpunt̃: nec ulla ĩ eis materia remanet quin generet̃ & corrumpat̃: sed aduertas ꝙ in primo signo essendi de actu & potẽtia compositi sumus que intrinsicitas per nullam generationem neq; corruptionẽ deperditur nequidem uere transmutatur. ¶Attamen necesse est aliqua remota subiecta dari: quorũ uirtute generationes & corruptiones fiant. Si enim totaliter in uno instanti omnes materie generabiles & corruptibiles corrũperent̃ generabilia penitus deperderentur. Quia semp generationũ principiũ consistit in uirtute alicuius generãtis in actu manentis: non autem precise aut primo in illo quod omnino est corruptũ uel in pura potentia. Tunc enim non esset qui ipsum de potentia ad actum deduceret. ¶Et talia subiecta remota: que tanquam principia nunquã corrũpuntur. & semper in productione siue aspiratione sunt elementa in spheris suis: quoniam ibi non est generatio per aliquã corruptionẽ. Sed generatio per intrinsecam & simplicem emanationẽ: quia ubi cõtrarietates nõ occurrunt: simplex oritur generatio. & ubi simplicitas ibi nullo modo corruptio: Quapropter dicimus: quod unumquodq; elementũ incessanter & intrinsece elementationem aspirat: atq; extra simplicem spheram transmittit: que simplices productiones omniũ elementorũ dum inter se cõmiscentur in eo tunc inter se generant̃: & corrũpuntur. & postremo si aliqua istarũ partiũ ad originem suam siue ad spheram est reditura: oportet quod ab omnibus aliis elementorũ partibus separetur: & simplex ita ut exiuit ad spheram suam reuertatur: ubi nulla est corruptio: & tamen tota illa materia seu quodcũq; elementũ generabile & corruptibile: nihilominus extra spheram generatur & corrũpitur quia in propria sphera nullum elemẽtum cõponitur: neq; de specie in speciem trãsmutatur: & per similem uiam generabilia & corruptibilia fundamenta habent. Nam quicqd de cõmunibus ꝑdicatur: & cum eisdem cõuertitur: ut plene in quinto uisum est: in re nullatenus per se dari potest. quia tanquã homogenia cũ oĩbus rebus de qbus dicit̃ per intrinsecam naturam conuertitur. iccirco sibi natura repugnat per se realiter dari nisi in noĩe tantum.

¶Quonam pacto simplicia elementa non sunt subiectum generationis & corruptionis: nisi composita: & ꝙ generationes & corruptiones omnes fiunt circa superficiem terre ubi tantum chaos denominari potest. Cap.xxviii.

¶Simplicia elementa uero non sunt subiectum generabilium & corruptibilium: quia nimiũ horribiliat & generationes & corruptiones moderata petunt: atq; ad hoc & ad illud ambigua: unumquodq; elemẽtum simplex ad unum tanquã determinatũ se habet. sed cum aliis elementis compositum extremitatem suam deponit: Vnde omnes simul generationes & corruptiones amant: & hec simultas elementorum in remisso modo seu in tertia specie manens est subiectũ generabiliũ & corruptibiliũ. ¶Et quod in elementis simpliciter assumptis uere generationes & corruptiones nõ fiant aliqua exempla adducere possu

mis:per que ad maiora deueniemus ita dicendo.ſi ſit puteus aut aliquod aliud edificiũ:quod fundamẽtũ
eius ſub terra ingrediatur per ſeptem uel octo cubitus: aut per ſimilem menſurã quouſq; attingat aquã
ſcaturientem:ſiue ponunt ligna uiridia per fundamentũ : & poſtmodũ iaciant lapides ſuper ipſa:taliter
quod ligna fixa maneant ſemper aut per miliaria ãnorũ:ligna hec in fundamentis poſita uiriditatẽ ſuã
obſeruant.Licet in corticibus aliqualiter nigreſcant:ſed ligna ipſa ſub cortice uiridia manent:& tamen
oportet quod fixa ſint : & in loco quod non aer nec quidem ſol ingredi poſſint:Nam ſi ingrederentur
infeſtarent ligna ipſa:taliter quod ad corruptionẽ ea cito deducerent:ut in aquis diſcoopertis patet.dato
quod profunde ſint eo quod ibi radii ſolares ingredi poſſunt:& etiam uentus reuoluendo aquam ligna
& alia manentia in locis ſimilibus cito putreſiunt.ſed ubi a radiis ſtellarũ uentis & pluuiis cõſeruate ſunt:
non putreſiunt.aut ſaltem quod nimiũ durant priuſquã diſſoluãtur:& tamẽ oportet quod ligna uiridia
ſint ad nimium durandũ aut de aliquo ligno fortiſſimo:ut quercus quod ſubſtentatẽ quãuis ſiccum po-
natur:ſed non tantũ:unde aſſumpto hoc exemplo quod in pauca diſtantia ſub terra uidemus ubi uarie
tates elementorũ atq; radiorũ ſtellarũ continue attingere non poſſunt:ſi magis ad centrũ terre ambu-
laremus ibi multo pauciores putrefactiones fierent:eo quod ubi non datur generatio nec quidem de ra
tione corruptio proprie dicta dari poteſt:Et ſic ſi de ſublimib9 elementis recordari uolumus palam inue
niemus qualiter ibi ꝓprie generationes non danẽ: licet quod alique fiant congellationes ueluti lapides
niues grandines pluuie nubes ros.ſed hec omnia circa terram fiunt per centum uel ducenta miliaria in
altitudine : qm̃ nimiũ ſuperius non eſt habitatio generabiliũ & corruptibiliũ ad hoc & illud particulare.
Nam ueluti uerſus centrum terre non fiunt generationes niſi per paruam diſtãtiam : nec quidem uerſus
celum fieri debent.unde iis uiſis dicendũ eſt quod uerũ chaos ſiue prima materia generabiliũ & corrupti
bilium:uel maſſa de qua fiunt & ad quam reuertunẽ eſt in hac diſtantia:exempli gratia:centum aut ducẽ
tum paſſus a ſuperficie terre uerſus centrum uſq; trecenta miliaria:uel mille uerſus celum : in quo ſpacio
omnia elemẽta ſuas emanationes aſpirando cõcurrunt:& ſimiliter radiationes celorũ ſeu ſtellarũ: & hec
omnia uere reuoluta proprias generationes & corruptiones faciunt:Materia autem ſeu ſubiectũ a quat
tuor elementis emanat:Et radii ſtellarũ materiam ipſam diſponũt:atq; formas introducunt.& quia radii
celorum & materia elementorũ ſimul generationes & corruptiones expoſcunt:unde de facili omnia hec
ſimul conuenire non poſſunt:generationes & corruptiones ꝓprie dicte non fiunt.ſub terra autem dum
aliquantulũ a ſuperficie prolongatur radii ſtellarũ ingredi non poſſunt:non aer non pluuie non ignis:
neq; in altitudine aut dimidio ſphere aeree:aut ignee:terra & aqua aſcendere poſſunt:& ſi aliqua ps ſub
leuata a terra aſcendit parua eſt:ita quod oportet generationes & corruptiones circa ſuperficiem terre
fieri:Et hoc ſpacium in quo fiunt uere chaos aut ſubiectum ꝓpinquũ generationibus & corruptionibus
denominari poteſt:eo quod ibi nulla eſt forma determinata:uidelicet talis qd̃ nõ poſſet in paruo ſpatio
dimitti:& alio aſſumi:& ſic ea materia que nunc eſt aer:elementatũ dicamus: ueluti in hec chaos manet;
quod diximus poſtmodũ in corpus hominis tranſire poteſt in ſpeciem aque terre uel aeris:& corpus ho-
minis dimiſſa hac ſpecie poteſt tranſire in arborẽ in terram in aerem in ignẽ aut ſimilia:& in hoc modo
circa generabilia & corruptibilia dicimus in quolibet eſſe quodlibet: non tamen in actu itelligas in pro
pria ſpecie que i futurũ expectatur:ſed ea materia in actu manet licet non in ea ſpecie in qua poſtmodũ
erit. ¶Nam quãuis elementa ſint in nobis aut quod corpora noſtra ſunt materia elementorũ nec qui
dem ex hoc elementa uocari poſſunt:eo quod in alia ſpecie trãſmutata: nam certum eſt qd̃ unũquodq;
corpus iſtorũ cõpoſitorũ prius fuit elementũ : aut partes ſimplices elementorũ.ſed quia in altera ſpecie
nunc manemus elementa non uocamur niſi homines aut ſimilia:eo qd̃ hic uarietates ſpecierũ aſpicimus:
quoniã per generationes & corruptiones decurrimus. ¶Et ſic dum ſimiles ordines aſpicere uolumus
facile de prima materia ſeu ſubiectũ generabiliũ & corruptibiliũ cognoſcere poſſumus : & ipſam cũ lege
conformare:quoniã dum ſacra ſcriptura ait:in principio creauit deus celum & terram:nullam agit men
tionem de aliqua priori uniuerſali materia.ſed immo omnia ſimilia excludit dicẽdo in principio creauit
deus celum & terrã:& quod irreligioſi talia chimericha querant: religioſi praue contra legem aberrant:
querendo aliquam uniuerſalem materiã uel exemplarem in potentia nec quidem actu:priuſquã celum &
elementa : licet quod in ſacra ſcriptura ipſa proſequendo aliqua de diuiſione elementorũ enarrat ueluti
dicendo diuiſit aquas ab aquis.& terra erat inanis & uacua ideſt ſterilis:cũ nũdum ſup faciẽ eius pluiſſet:
ſed hic nullam mentionem de aliqua prima materia uel exemplare agit niſi totum econuerſo.

¶De Eodem

¶Preterea iuxta aliquas experientias ſuperius poſitas aſpiciendo ad alia plura decurrere poſſumus: exẽ
plum uidelicet de lignis uiridibus in fundamentis edificiorũ poſitis:ubi aqua ſcaturiens attingit:que uiri
ditatẽ ſuam per plura miliaria ãnorũ obſeruãt:& arbores uirides aliqualiter animalia ſunt:quia de uege-
tatiua animate & tamen poſt occiſionẽ ſub terra poſite:ubi a radiis ſtellarũ pluuiis uentis non infeſtanẽ:
animationem ſuam obſeruãt.licet fructus non faciant:quoniam in iis:corruptio unius ſit generatio alte-
rius:& ſic ubi nõ datur corruptio nec quidem generatio.Eo magis quod ubi calor ſolis pluuie & aer nõ

attingunt:fructus nō ꝓducunt. ¶ Et in hoc modo iuxta ea que in arboribus inciſis comprobant: uidetur quod etiā alia corpora in ſimilibus locis poſita diu durare poſſunt.fere in eo modo quod poſita ſunt quam quando ibi ponuntur:ueluti corpora hominū ſeu cadauera in eo tunc:quod ab ipſis anima diſcedit:priuſquam ad aliam putrefactionē declinarēt.ſed oporteret:quod cadauer i aliqua urna lapidea clauderetur:& quod etiam aliqua aqua pura ſimul cum corpore hominis poneretur:eo quod a ſiccitate non infeſtaretur:& tamen neceſſe eſſet quod illa urna nimium ſub terra locaretur: & optime clauſa per totū: eo quod nullus aer ipſam tangeret:& tamē quod aliqua aqua ſcaturiens ſemper circūcirca urnam maneret.& in hoc modo forſitan corpora hominum per plures annos manerent eo modo quo ſepelirentur.

¶ In roma temporibus noſtris inuenta fuit quedā puella:quā dicebant fuiſſe filiam cuiuſdam conſulis:& ſteterat in hoc modo in quadam cauerna nimis clauſa per miliaria annorū: in urna optime clauſa erat: & tamen cū aqua clariſſima:aliquem odorem.ſed non nimiū reddebat:forſitan qđ aliquod ſuaue unguētum cauſa odoris ibi poſuerūt:ſed potius obſeruatū fuit cadauer illud:cauſa quod nimiū ſub terra ſepultum erat:ubi nil a radiis ſtellarum nec quidem a uentis nil infeſtabatur:quam cauſa unguentorum:Et ſic dum ipſum corpus ad aerem extraxerūt illico nigruit:& tanquā cinis diſſolutus eſt.& tamen cum inuentum fuit uidebatur eo tunc ab anima ſeparari. ¶ In hoc loco aliquid de quadam fabula aut quod uerū ſit adducere poſſumus:quod talis eſt.Dicunt greci aut ſaltem albani atq; ſclaui:quod ſepe in patria ſua cōtingit de his q mortui ſunt & ſepulti:qđ reuireſcūt aut ſemiuiui uident:eo qđ i noctibꝰ exit de ſepulturis illoꝝ qdā ſplēdor:& uadit ad domos affiniū.unde fit qđ nūc unꝰ deīde aliꝰ ꝑpingorꝝ pentū ob hāc cām morit & qđ hec aduerſitas durat quouſq; ipſos ſepultos īuenīūt:quos lucanicos uocāt.uñ extat ꝓuerbium apud grecos:iſte homo eſt rubeus ſeu coloratus tanquā lucanicus:ꝓponendo quod hi lucanici nimium pingues atq; rubei ſunt:& quod plurimus ab eis exit ſanguis:eo quod dicunt eos iterum cū lancis ſeu armis oportere occidere:& quod tanquam tauri mugiunt:quādo ipſos ſauciant.tamē hoc omino fabuloſum eſſe uidetur.licet quod quāplures affirment uerū eſſe: Ego audiui a pluribus ex principalioribꝰ qui e grecia exierūt:dum a turchis patria illa occupata eſt:licet alii dicant hoc falſum eſſe:fere in eo modo quod apud plures dicit ſpiritus ſeu animas uidiſſe ſed ſit quomodocūq; ad ꝓpoſitū reuertamur:unde dicimus quod ſi lucanici:ſeu corpora que in ſepulturis reuiuiſcūt poſt mortē dantur: ſepulture in quibꝰ ponunt oportet quod nimium ſub terra ſint atq; in loco humidiſſimo & optime clauſo: ubi non aer.nō pluuie nec calor ſolis īgredi poſſit:Nam ſi hec uaria in ſepulturis ingrediunt de naturali neceſſitate cito cadauera diſſoluunt:ſed remota ab his aduerſitatibus nimium contra corruptiones ualere poſſunt:tamē quod ibi reuiuiſcant ut de lucanicis enarratur nullatenus a natura ſtare poteſt:Nā quod mortua reuiuiſcant ſine putrefactione & generatione aut abſoluta dei potentia dari nō poteſt:& i tanta quātitate ſub terra & in locis clauſis non dantur generationes animaliū:ſed iuxta conſeruationē uidetur a natura ſtare poſſe.Quod corpora damnatorū in inferno manentia poſſunt ſine fine aut per multum tempus ſine diſſolutione durare: eo quod iuxta centrum terre ubi infernus ſituatur non occurrunt uarie materie ad cauſandas generatiōes & corruptiones:& ſic cum per abſolutam dei potentiā reſurrectio hominū facta fuerit:poſita corpora ubi corruptio & generatio non dantur ſine fine ſimul cum aīabus uiuere queunt: ſub quo ordine etiam aliqualiter inferri poteſt.aut in modo diſputādi:quod corpora que priuſquā oīno moriantur ſepeliunt ut ſepe cōtingit:quod ſenſus in eo modo obtuſo ueluti erant dum ſepulta fuerunt: manent ſimul cum membris: preſertim ſi aliquis malignus ſpiritus in ipſo corpore infunditur in tēpore ſepelitionis:& i hoc modo de lucanicis dici poteſt:quāuis difficile probatu: ſed quia generationes & corruptiones ꝓprie dicte ibi non fiunt:non repugnat penitus quin aliqui ſenſus in obtuſo modo illic durēt: ueluti erant antequā membra perfecte organizata eſſent:cauſa quod is locus uarietatē formarū affugit: ſaltem cum uelocitate nunc unam & illico aliam:& hic per exemplū uideri poteſt qualiter unūquodq; elementū in ſimplici ſphera ſua formā propriā habet: & repugnat ſibi quod aliam ibi aſſumat.unde nullū elemētū poteſt in ſimplicitate alterius conuerti:niſi omnia ſimul uarias ſpecies componere:ueluti ignem aerem aquam & terram in prima compoſitione:licet quod ubi nimis aque & parum aliorū elemētorum eſt aquam denominamus:tamen non ſimplicē ſed elemētatā & in uaria ſpecie ab illo quod ſimplex aqua eſt:& ſimiliter de terra aere & igne elementatis ītelligendū eſt:nam dum res cōponūtur non intelligitur quod ſimplicem naturā ſuam penitus dimittant:& quod in aliam ſimplicem tranſmutent:niſi quod obſeruata prima principia per uarias cōpoſitiones generationes & corruptiones de ſpecie in ſpecie tranſeunt & ſic quodcū ꝙ elementū origine ſua prima obſeruata cum aliis compoſitum per uarias ſpecies tranſit.

¶ Quonam modo nulla materia elementorum:aut qualitas poteſt tranſire per naturā extra centrum terre & ſuperficiem celi lune. Cap.xxix.

¶ Cum ſuperius ſatis explicatum ſit ubi generationes & corruptiones fiant:Et quod in extremis ſpheris elementorū non ſit corruptio neq; generatio ꝓprie dicta:eo quod repugnat ibi contrarietas ſiue reuolutiones elemētorū attingere. ¶ Nunc uero ſub hac regula facile intelligi poteſt:qualiter unum celum non poteſt ab altero noceri:eo quod unū in altero ingredi nequit: nec cum ipſo cōmiſceri.quoniā unū

quodq; tantūmodo ad superficiem alterius attingere potest. sed nil superficies cū supficie comisceri. quoniā tanquā puncti se habent. & puncti uero non possunt continuū causare sed contiguū tantū non continuum: eo quod causa paruitatis unum in alio ingredi nequit: ¶ Et sic celi quia unūquodq; illorū locū habet ꝓpriū siue terminos extra quos transire nequit: patet cum altero celo comisceri non posse. ¶ Et sic elementū igneum concesso quod in superficie tangat celum lune: & quod ignis calidus sit: non ꝓpter hoc celum lune potest calefacere: quoniā extra ultimā superficiem sphere nullatenus ignis ipse ascēdere potest: neq; per calefationē neq; alio modo: quoniā caliditas ignis pars itegralis ipsius ignis est: aut quomodocūq; sumatur multo imperfectior: quam celum lune. unde causa imperfectionis nullatenus pōt ascendere in tantā altitudinē: quod cum celum lune comisceatur: concesso quod ad superficiem attingat. sed attingere tantūmodo: si superficies cū superficie non comiscetur nil ibi inter eas superficies siue corpora: sequitur actio neq; passio. ¶ Et dato quod calor quod stare non potest attingisset cū robore ad celum lune nullam actionē: contra ipsum celum operaretur: eo quod non est obiectū accomodatū operationi ignis: imo multo dignius. ¶ Et si argueretur per operationes quas hic apud nos in elemētis uidemus: quod ita in ultimis extremis faciunt: talis argumētatio non ualet. ¶ Gratia exempli: si accipimus ignē ut candellam incensam aliquē torridem aut prunam: quāuis ignis tendat superius naturaliter ad querendum spheram suam: etiam ad partem inferiorē calefacit aliquantulū: concesso quod parum sit respectiue ad calefactionē ad supremū tendētem: & in hoc modo dato quod ignis a natura principaliter appetat in sphera propria manere siue ascendere superius: calor eius aliquātulū ascendere potest ueluti hic apud nos descendit: quāuis de natura sua sit ad spheram suam ascendere. ¶ Quod exemplū non tenet in extremitatibus elementorū: quoniā hic circa nos ignis elementatus est: & dum per cōbustionem dissoluitur lignum partes terrestres atq; aquee descēdunt inferius: & aliquis calor ignis cum ipsis grauibus partibus reuolutus descendit: sed super spheram igneam nulla est cōmistio elementorū & celorum: & sic ignis de per se nec quidem calor eius non potest super spheram ascendere: quoniā hic apud nos. de se semp ascenderet ad querendā spheram suam. sed causa cōmistionis cum aliis elementis contingit: quod descendat: & cum in supremo nō detur talis cōmistio non cōtingit: quod ignis nec calor suus ascendat sup spheram suam. ¶ Et ut clarius pateat in terra & centro suo exēplare possumus: ita dicendo fiat foramē usq; ad centrum: & proiciatur ibi aliqua terra pura. terra illa quousq; ad centrū attingit semper ponderabit: sed posita in centro nihil & ponderatio est principiū seu natura: per quam terra uadit ad centrū: sed posita in ipso nil amplius ponderat quoniā nō uult sic nec sic extra centrū transire: & in simili modo ignis positus in sphera propria a cursu leuitatis sursum atq; calefactione a natura cessat: quoniā in sphera sua contentatur: non autē in alio supremo: cum illa patria alienissima a natura ignis est.

¶ Quod non repugnat corpora nostra in centro terre & super celo manere absq; dissolutione: & quod homines rationabiliter uiuentes super celum ad habitandum in animabus & corporibus uidentur de ratione ascendere posse. Cap. xxx.

¶ Superius nonnulle experientie assignate sunt ad probandum quod circa sublimitatē elementorū: & in inferiori parte idest in centro terre generationes & corruptiones proprie dicte non fiunt: sed contra allegare possumus: Omnia cōposita a natura loquendo quandoq; ab illa cōpositione solubilia: & si non hodie cras uel alio die iam citius & iam tardius: sed nos i exemplo loquuti sumus per similitudinē uiginti uel triginta cubitorum sub terra ubi nec aer nec pluuie ingredi possunt ad aliam maiorem cōseruationē appropinquādo magis ad centrū terre: aut pͤsertim dum in celum ascenderemus: nam corpora cōposita super celum ascendere: & penitus ad centrum terre descendere absq; particulari gratia dei stare non potest: cum hoc a natura non detur qđ corpora generabilia & corruptibilia in celum ascendant neq; oino ad centrum terre ea que composita sunt quandoquidem is locus de sola simplici terra est: unde per naturalem cursum dato quod foramen usq; ad ipsum centrum p terram daretur priusquā ad centrum attingerent dissoluerent: & sola pars terre ad ipsum centrū iret. sed pars ignea aerea & aquea ultimatum centrum fugerent: & in eo modo dum corpora nostra ad celum ascendere uellent contingeret: ita qđ usq; ad sūmitatē sphere ignis: pars ignea nostra tantūmodo ascendere posset. sed nulla pars alicuius elemēti super celum: sed ponamus quod super celum corpora nostra ascendant: aut omnino ad centrum terre descendant: cum ibi tantum sint simplicia loca generationes & corruptiones nō dantur: unde a natura omnia ibi posita causa locorum sine solutione cōseruabuntur: licet qđ sine gratia uel potestate dei oino ad suprema & infima loca ire nō possunt: licet quod Aristoteles dicat ea que corruptibilia sunt in nullo loco posse poni: quod incorruptibilia fiant forsitan assumpsit corruptibilia in potentia: quia semper corruptibilia remanent: dummodo ad locū corruptionis deducerent: & quod ita secūdum Aristotelem assumendum sit: cum ipse asserat omnes res preter deum esse de actu & potentia compositas: idest simul cum forma aliquid de materia continentes: & ubicūq; materia de opinione Aristotelis ibi a natura breuis aut tarda corruptio expectatur: si per continuum fluxum a deo assumptum non conseruarentur: per quem fluxum omnes intelligentie a prima scilicet a deo conseruari dicit: & tamen a natura corruptibilia seu se

parabilia sub qua deductiõe nec repugnat corpora: que hic generata sunt posita super celum ubi nulla datur corruptio cum continuo fluxu a deo assumpto quod semper conseruent. ¶Preterea penes Aristotelem totus mundus eternus est:& montes qui nunc sunt saltem lapidei etiam ab eterno:& experiẽtia scimus omnia saxa pua atq; magna cõposita de generabilibus & corruptibilibus esse: quoniã sepius atq; sepius dissoluimus seu corrumpimus ea:unde in aliis speciebus trãsmutant.& tamen saxa de se si magna sunt semper in ea specie conseruari possunt:si mundus eternus est ueluti quidam dixerũt:Nunc ad ppositum si causa duritiei compositionis in aliqua specie generabilia & corruptibilia res incorruptibiles fieri possent:dum in ea compositione manent : cõseqũeter causa locorum ubi generationes & corruptiones non dantur : multa que a natura generabilia & corruptibilia sunt sine corruptione manere possunt. ¶Preterea per alteram uiam assumendo:quam superius exposuimus inferre possumus non esse repugnãtiam a natura:quod corpora hominũ simul cum animabus super celum ascendere queant : nã si corpus quod multum imperfectius est quam anima:habet posse deducẽdi ipsam animã ad centrum terre aut saltem circa:dum terra ipsa aperiretur:& per ipsam fissuram caderemus:multo magis deberet habere potestatem ipsa anima ad deducendũ corpus super celum:eo quod ipsa anima multum corporibus dignior. Et a natura infimiora ad obediendũ superioribus semper tenẽtur: & mansio naturalis anime nostre sup celum est:ut in quarto libro probauimus:& sic in uele intrinseco anime semper inuenimus superius tendere:atq; corpus se deducere.& ea que ab intrinseco assidue uolumus: nõ est contra naturam quod quãdoq; fiant:& cum rationales simus:& operatio rationis non consistit:aut saltem non semp in uiribus mẽbrũ de naturali ordine uidetur:quod si omnino secundum rationem uiueremus : quod corpora nostra talem edificarent habitum:quoniã ipsa etiam ueluti & anime rationalia uiderent:eo qd in eo tunc oĩo animã assequerent.Vnde cum anima rationalis per naturam ad celum itura : etiã & corpora que ipsam assequunt:& si infertur hoc naturale non esse eo quod nunquam apud nos uisum:In hoc loco respõdet quod nunc non disputamus de eo quod fit: nisi de eo quod secũdum rationẽ fieri deberet.tamẽ de solis hominibus dicimus:eo quod ipsi tantũ rationales:& sine uirtute rationis cõiuncta ipsis corporibus:nullum corpus de elemẽtis compositum potest in celum ascendere.sed quia ratio ascendit ut patet : quoniã nos in celo & super celum multa itelligimus:atq; discernimus: non est dicendũ a natura quod fundamẽtum ipsius rationis super celum quãdoq; ascendere nõ possit:& fundamentũ rationis homo est:sed quia continue aut semel saltem unusquisq; nostrũ super celum nõ ascẽdit: asserendũ est aliquem esse in nobis errorem:qui uiam ascensionis sursum impedit. ¶Corpora aliorum animalium uero quia irrationalia sunt de ratione ad celum ascẽdere nõ possunt:eo quod corpora saltem cõposita ad tantã sublimitatem obtinendã non ualent : nisi per rationẽ deducerentur. ¶Et per hanc uiam forsitan facilius quã per aliam rationabiliter seu a natura tenere possumus:si Adam & Eua non peccauissent quod dum in statu Innocentie maneremus omnes homines ad celum ascendere possemus:eo quod confirmati in bonum penitus corpora animabus rationalibus obedirẽt: & sic in uirtute obediendi homines in corporibus simul cum animabus ad celum ascẽderent:& quia uidetur hoc a natura esse debere eo quod rationales sumus: asserẽdũ est:quod deus benedictus quãdoq; per resurrectionẽ : aut quomodocũq; sit ad statum nostrum pristinum nos reducit:tamen qui secundũ rationẽ nunc uiuunt post resurrectionẽ ad celum ire possunt: eo quod ipsi gratiã merẽtur:alii uero non : & quia de natura per rationẽ mansionem petimus altissimã: & ipsam nunc non attingimus approbanda per naturam est resurrectio simul cũ auctoritate sãctorũ.

¶Quomodo intelligamus dicendo quod accipimus materiã q̃ttuor elemẽtoꝝ : & si elemẽta stant presentialiter aut uirtualiter in istis corporibus particularibus & compositis: Cap.xxxi.

¶In pluribus locis scribimus quatenus ex quattuor elementis influendo congregetur unũ cõmune corpus:quod primũ corpus elementatũ dicimus.Et quia elemẽtũ cõmune est:recte possumus ipsum appellare quintum:& massam ad omnia generabilia & corruptibilia.Vnde dicimus nos assumere materiã in nostra generatione.Sed quia in hoc passu quedam difficultates intercidunt:licitum erit disserere qualiter a nobis hoc uocabulũ intelligat:scilicet accipimus materiã:quia dicendo accipimus uidetur quod iam aliquid simus:& quod illam partem ad nos reparandũ assumimus. quod aliter est tenendũ.Nam quãdo ita essemus ante generationẽ nostram:dicendũ erit materiam non esse fundamentũ & principiũ corporum nec eis prebere essendi principium.Quocirca intelligendũ est quod materia aut primũ corpus elemẽtatum simul cum aliquibus aliis causis determinat uel indiuiduat unam partẽ suam:que p corruptionẽ aut generationẽ simul cum aliqua organizatione in diuersam speciem transit : ab eo quod in elementis aut cõmuni elemento erat:quumq; in diuersam speciem transit:elementa suas qualitates remittunt seu moderantur. ¶Et dicendo quod elementa in mixtis uirtualiter maneant.uidendum erit qualiter hoc uirtualiter se habeat:scilicet an dicatur uirtuale per elementorũ remissionẽ:seu per aliter se habere quam in suis spheris simplicibus.An uero si elementa in absentia sua in his compositis operantur:contra quã ultimam opinionem iam in secundo libro tractando de intelligentiis perscripsimus nemi nem scilicet operari posse ubi non est:& per hanc uiam decipiuntur tenentes quod anima uegetatiua & sensitiua in ho-

minibus uirtualiter operentur: Non enim assignauerunt quomodo ibi uirtualiter intelligatur. Nam si sola anima intellectiua operatur sensitiua & uegetatiua nec uirtuale nec formale in homine operantur. Et si in homine sunt quãquam remisse uires exerceant: non propterea dicendum erit quod sint in homine: & quod ibi non operentur.

¶ De quibusdam exemplis demõstrantibus quo pacto elementa in mixtis maneant. Cap. xxxii.

¶ Quidam asserunt solem uirtualiter & non formaliter esse calidum: sed nos dicimus qd illud qd ubiq semper est tale: natura est tale: & formaliter siue intrinsece est tale. ¶ Et asserendo quod sol uirtualiter ranam generet: que non est sue speciei: hoc non sufficit: dummodo non declarant quomodo eam generet: sol enim non generat ranam per se: neq eam proprie generat eo quod tantummodo putrefactam materiam calefacit: & de illa materia simul cum calore solis rana generatur: & asserendo quod continet eam uirtualiter: tunc sequeretur quod ubiq eam semper potest absq aliqua materia generare. hoc autẽ obiicitur: quoniam sol non generat ranam: neq continet: nisi inquantum calefacit materiam: de qua rana generatur: Nam si aliunde materiam nõ haberet: sol nihil in generatione rane agere posset. neq elementa in mixtis uirtualiter manere: si ipsamet non prebent materiam ipsius compositi: super quo fundamento elementa denuo operari possunt.

¶ Quomodo ĩtelligaẽ elemẽta ĩ mixtis esse: & qd in pluribꝰ modis uirtualiter assumiẽ. Cap. xxxiii.

¶ Si cupimus intelligere quo pacto elementa in mixtis maneant: utrum formaliter an uirtualiter: primitus uidendum est quomodo uirtuale & formale capiantur: hic tamen de formali parum explicabimus. ¶ Virtuale diuersimode capitur. Sed hic de quatuor condictionibus tantum dicemus. namq isti modi principales sunt: & incipiendo dicimus primum uirtuale a nobis capi pro fortiter uel totis uiribus agere: & hic pro rebus ualidis aut bonis assumitur: & ob hác causam uirtutes appellamus nostras digniores partes: non tamen accipitur quod elementa in mixtis maneant: hoc modo uirtualiter quoniam non operantur in istis fortius quam in spheris suis. Verũtamen in quoquomodo dignius elementa in animalibus operantur: presertim dico in intellectualibꝰ quam quod in spheris suis. Et sub hac intentione uirtualiter accipiendo idest digne remanent in nobis elementa. licet nulla sit de simili disceptatio. ¶ Secundus modus manendi uel operandi uirtualiter sumitur: quando aliquis sua uirtute agit eo absente. Veluti aiunt de litteris a rege missis: quia in uirtute regis operantur. Quocirca elementata non manent in hoc modo uirtualitatis in compositis. Nam siquis dicat elementa manere in absentia nostra: oportet ut assignet cuius sit hec materia: de qua constamus: & est presentialiter in nobis: quia non est a celis ab angelis nec a deo inquantum materialiter siue substantialiter: neq habemus alia fundamenta unde ueniat materia nostra: que presentialiter manet. igitur materia quatuor elementorum presentialiter est in nobis: & ideo non accipitur elementa in mixtis manere uirtualiter neq formaliter in hoc modo. ¶ Tertia consideratio operandi uel manendi uirtualiter intelligitur: ut dum prope ignem manendo calescimus: & circa gelu glaciem niuem aut aliam rem frigidam frigescimus: quamuis ipsam minime tangamus. Sed aliquanto semoti calescimus & frigescimus: & id contingit: quod aer tangit ignem: & calefacit: & aer deinde calidus nos tangit: & sic nobis calorem infert. Et itidem ignis semper calorem extrinsecus expirat: & cum suis irradiationibus uel pyramidibus calorem circũstantibus participat. Tamen aer est principale medium. & ita de rebus frigidis intelligimus: & similiter sol cum radiis suis aerem paulatim calefacit: & aer itidem alia corpora. ¶ Et hoc modo lapis magnetis attrahit ferrum eo quod magnes aerem inficit uel aquam ipsum tangentem: & postmodum ille aer infectus uel aqua ferrum tangit simul cum pyramidibus magnetis: atq ipsum ad se attrahit tanquam ad fundamentum seu per intrinsecam aliquam conformitatem uel appetitum: ut cerotum: quando super aliquo infirmo membro applicatur frigiditatem siue putridum humorem in ulcere existentem alliciens. & hic cõmuniter siccum attrahit humidum: ex eo quod natura uult extrema temperare. ¶ Verbis plerunq ferrum a uulnere attrahitur: & etiam uidemus quod cerotum putridam materiam duntaxat attrahit: & id quod in membro bene se habet dimittit: & sic calamita conuocat ferrum per intrinsecum appetitum uel amicitiam quam simul habent. & hic ferrum nõ proprie uadit tanquam ad fundamentum. Nam proprium fundamentũ eius est centrum terre. Quumq ad magnetem dirigitur sepe uadit sursum deorsum dextrorsum & sinistrorsum. ¶ Sed elementa non remanẽt in mixtis cum hac condictione. Tunc enim alio medio indigeremus ad nos componendum & uegetãdum: sicuti aer est medium inter nos & ignem in calefactione nostra ut iam prediximus. ¶ Quartus modus uirtualiter manendi est quando aliqua res manet in modo remisso seu abscõdito respectiue ad suam simplicem naturam: exempli gratia ut ignis in pipere. In quo tamen non est intelligendum quod non sit in pipere uel alio animali composito presentialiter aliqua uera materia de igneo elemento: & non ficte aut materialiter quemadmodum logici inquiunt hoc est inquantum est signum ad aliud: quia materia ignea in pipere & quolibet composito realiter manet: eo quod non per similitudinem aut significationem ad

aliud nisi quod ibi est ignea materia realiter. ¶ Attamen formale accipiendo pro re digniori aut uiuaciori: & materiale pro re minus digna uel minoris uigoris sub eadem cõsideratione dicitur ignem in pipere uel in nobis manere uirtualiter: idest cum minori uigore quam in foco: ex eo quod quamuis species composita sit: est tamen simplici igni propinquior quam ignea materia in pipere manens: & sic ubi focus comburit: dum nos tangit: dicimus quod sit formaliter calidus: & piper ad sensum tactus ostenditur esse frigidum. Ibi enim ignis in specie nimium elementata manet: & a prima sua ignea origine ualde elongata. Circa quam considerationem uirtualiter dicitur: hoc est non adeo manifeste calidum. Quando uero piper tundimus: & aliquibus membris superimponimus: aut comedimus: extemplo suam caliditatem ostẽdere incipit: quia quum uadit se dissoluendo in illam speciem: in qua manet similiter uadit suam caliditatem purificando. Tamen quum nequit omnino in ignem conuerti: donec in suum elementum redeat: minime potest ita ut ignis suam caliditatem ostendere. ¶ Et hoc modo elementa uirtualiter in mixtis manent: idest remissa ab illo quod in spheris suis sunt: quia in specie transmutata & prolõgata in mixtis manent & quod elementa in nobis remissa maneant: nemo dubitat eo quod in uaria specie sunt ultra suam simplicem materiam. & etiam quia sunt mixta in elementis inter se: & sic unum elementũ alterius extremitatem mollificat: Et ꝙ formaliter elemẽta in mixtis non maneant a quocũq; homine facillime concipi potest assumendo formale pro eisdem gradibus seu extremitatibus: in quib9 elementa in spheris suis manent. nam proculdubio hic in compositis aliter quã in simplicibus spheris se habẽt. quoniã si in eo modo unusquisq; nostrũ compositorũ elementũ uel elementa uocari posset. sed quia in uariam speciẽ translati: sequitur ꝙ materia nostra hic manens non est formaliter elementum.

¶ Explicatio uirtualis continentie. Cap. xxxiiii.

¶ De uirtuali continentia a nõnullis pleraq; dicuntur: qui saltem assidue utuntur hoc termino: uidelicet uirtualiter continere: Sed talis uirtualitas lato modo se habet: sicuti dicendo rex cõtinet regnum uirtualiter intelligendo: quod quicũq; in regno illo manent regi obedire tenentur. Sed quum hoc non omnino sit per naturalẽ lineam: quandoq; regi obtemperamus: & alias parere desinimus. & ideo ista continentia uirtualiter lata est ac nimium cõtingens: quia in hoc modo etiam subditi regem continent: rex enim debet subditis administrationẽ: & hoc modo alii homines regem uirtualiter continent: quod potius obligatio nominari potest: que ab ordine inter reges & populos constituto prouenit. ¶ Et per hanc uiam principaliter cibi & herbe & quãplura alia sanitates & infirmitates nostras uirtualiter cõtinent & ubicũq; comodum uel incomodũ expectamus uirtualiter contenti sumus: dummodo hoc uocabulo uti uelimus. ¶ Dicimus etiam quod deus nos uirtualiter continet: & hic magis proprie se habet considerando quod omnia nostra sub diuino numine assistant: sine quo nec esse nec operari possumus: Quapropter sub eius potestate continemur. & dicitur quod in se omnes uirtutes nostras uirtualiter habeat intelligendo: quod agere potest quecũq; nos agimus. Non tamẽ dicendũ est deum posse cuncta que nos operamur. pariformiter operari: ut generare filium per actum uenereum. & de loco ad locũ ambulare atq; alia huiuscemodi agere. Sed potest plasmare hominem uel creare perfectiorẽ illo: quem nos generamus. & deus potest motus causare perfectiores illis: qui a nobis fiunt. & sic deus dupliciter omnes uirtutes nostras cõplectit. primo quod naturaliter sub diuina potestate sumus. Secundo quod ipse deus per se potest: quecunq; nos possumus. & adhuc perfectiori modo. ¶ Ista uero continentia naturalis est. quia deus est primũ ens & super omnia. ¶ Et est continentia presentialis & formalis: quoniam realiter & pñtialiter semper deus nos continet: & nos precise sub eo sumus: Quapropter non opus erit dicere. quod deus nos uirtualiter contineat imo absolute in quocũq; modo dicendi.

¶ Qualiter dicendum sit formaliter manere: ubi res ꝓprias suas diffinitiones habẽt. Cap. xxxv.

¶ Quoniam in hac materia scilicet quo pacto elementa in mixtis maneant: quamplures alie questiones dependẽt. merito si poterimus explanare debemus. Quatenus hoc ipsum se habeat & in primis ut minus laboris assumatur: aperiendum est quid proprie pro forma capiundum sit: & quãdo forma esse: & diffinitionem suam dimittat. ¶ Nostra quidem uera diffinitio semper ab anima seu ultima perfecta forma accipitur: ut patet: quia per humanitatẽ & equinitatem homines & equi differimus: & ultimate per rationalitatem & hinibilitatem. & he ultime sunt uere forme hominum & equorum: sed si dicimus homo est substantia: homo est corpus: est corpus animatum: si non subintelligimus animal rationale. non est uera hominis diffinitio: & per consequens nec formalis: quum uera forma sit illa: que facit nos ab omnibus aliis differentes. Si autem dicimus homo est substantia: homo est corpus: seu corpus animatum. hec diffinitio sic competit aliis pluribus quemadmodum & homini. ¶ Ideo habita hac uia facile itelligere possumus: an elementa in mixtis formaliter uel aliusmodi maneant: non formaliter saltem in omnibus mixtionibus: ueluti in illis que per corruptionẽ & generationẽ ad uariam speciem transeunt: ut sunt animalia. quoniã erroneum esset dicere corpus hominis est elementum aut ignis aer aqua aut terra: quum caro ossa & alia

similia fit. Et quia ibi non est diffinitio alicuius elementi: probatur non manere ibi elementa formaliter: quod nequeunt per proprias suas formas diffinire. Licet in animalium corporibus sit materia substantia essentia atque accidentia ab elementis tributa: & que prius formaliter erant elementa. Postremo siquidem per transmutationem corruptionem & generationem formas ac proprias diffinitiones suas amiserunt: quamuis illic aliud non occurrat: preter illud quod antea erat in elementis aut radiis stellarum. Sed quia aliter se habet per uarias species alias formas & diffinitiones expetit: nanque hominis natura humana uocatur & elementorum natura elementalis.

¶ Qualiter in prima elementorum mixtione in quoquomodo elementa formaliter maneant licet remissa. Cap. xxxvi.

¶ Aliud mixtum inuenitur: in quo forsitan possumus sane asserere quod elementa ibi formaliter maneant: ut in primis elementorum unionibus: hoc est in igne. ubi nos secum conuersamur in aere aqua & terra: quoniam diffiniendo dicimus hic ignis hic aer: & sic de reliquis. licet iam ignis & aer cum aliis elementis mixti sint. Sed forte ibi nundum fuit aliqua transmutatio: aut saltem non uera per corruptionem & generationem. & tunc erit unio siue congregatio multorum: & non una sola res: ut accidit dum uinum & aquam insimul ponimus quia per aliquod tempus prius manet quam in tertiam speciem transmutentur & sic in illo puncto quasi totum uinum ab aqua separare possumus. Elementa igitur in sua prima mixtione seu unione eo quod non sunt uere in alias species trāsmutata: saltem in quoquomodo formaliter manent. Sed in homine & aliis animalibus que per ueram corruptionem & generationem sunt in aliam speciem translata: elementa non manent formaliter nec in solo modo remisso. quia in prima unione antequā corrumpantur: sub remisso modo manent. Quoniam unum elementum alterius extremitatem temperat aut mollificat. At uero in corporibus generatis tantummodo elementorū materia manet: tamen sub alia specie. quāuis semper elementa nobis uegetationem prebeant: ut uidemus aspirando & respirando in assumendo calidum frigidum humidum & siccum: pariterque in cibo & potu: quādoque aliqua elemēta minus transmutata assumimus. Sed aqua posita in corpore hominis siue aer non est de essentia hominis: quia non uere in carnem conuertitur. nec in aliam nostram naturam seu membra intrinseca. & ideo in hoc modo non dicimus elementa in mixto generato manere.

¶ Qualiter necesse sit elementa in mixtis manere remisso modo tamen & quod radii solares per naturam propriam aut ab alio assumendo calidi ueniunt ad nos & quod solus deus proprie uirtualiter capiendo operari potest. Cap. xxxvii.

¶ Iam in superioribus multa de proprietatibus formalibus atque de uirtualibus dicta sunt. ueritatem quia nonnulli sepe de similibus loqui solent: qui parum de hiis que dicunt intelligunt aliquantulū fundamenta istorum terminorum rursus aperienda sunt. nam festinatim loqui ueluti dicendo concedo uirtualiter: sed nego formaliter aut formaliter concedo. & uirtualiter nego: si per prius nō aperimus quid hoc & quid illud sit: similes propositiones nullius ualoris sunt. unde uidere decet quonam pacto sol uirtualiter contineat generationē rane atque hominis: quū habeatur sol & homo generant hominem: & sol non est pater hominis: nequidem rane. quoniā alterius speciei atque generis. & ubi in specie aut saltem in genere res nō conueniunt: non datur ibi filius & pater proprii dicti: nisi a longe eueniens. & cause a longe euenientes non occurrunt formaliter: quoniam ibi tanquam alienum coniunctum occurrit: & tunc causa uirtualiter occurrens denominari potest. ¶ Sed strictius que proponimus uideamus in cōmuni assumptione exemplando que talis est: solet dici sol non est calidus formaliter nisi uirtualiter est calidus: asserēdo quod sol in se nullam habet caliditatem. & tamē quod tangendo corpora īferiora calefacit: ipsa que operatio tanquā mira culosa est habenda: quum de cōmuni sententia habeatur nil est ī itellectu quin prius fuerit in sensu. Et quod sol calidus non sit nullo sensu apparet: nequidem habetur: ubi de similibus exemplari possumus: quoniā eadem est ratio inferre quod radii solares calidi non sint: sed quod tantum habent uirtutem calefaciendi absque aliqua caliditate propria in ipsis. at si diceremus quod gelu non sit frigidum: sed quod habet uirtutem refrigerādi res: quas tangit. ¶ Verumtamen aliter hic capere possumus: dicendo quod sol de se non est calidus nec radii eius: sed quod causa motus & frequenti occurrentia cum elemento igneo radii solares calefiunt: de quo calore fere casualiter assumpto idest ad extra eueniente calefaciunt nos: utpote dum calefacimus ferrum in fuscina seu igne ualido: quia quamuis ferrum de se quomodocūque assumatur: postquam ab aliunde calesit etiam ipsum: res quas tangit calefacit. tamen ferrum non est calidum formaliter: nec quidem proprie dicte uirtualiter: quoniam de se si ab aliquo alio tanquam ab extra eueniente non assumeret calorem: nunquam calefaceret. unde uidetur proprius esse dicendum: quod ferrum sit calidum potentialiter uidelicet in potentia obedientiali recipiendi calorem ab alio quam quod uirtualiter: quoniam uirtualiter secundum cōmunem loquutionem assumitur quod illa res non est talis: sed quod habet uirtutem intrinsecam ad tale opus agendum: & ferrum nūquam calefacit: nisi quando iam ipsum per conuersationem alterius rei calefactū

eſt:licet ꝙ in uariis modis caleſieri poteſt.nã q̃uis in igne non imittatur per uiolentam fricationem cum
altero corpore preſertim duro & ueloci motu in ea confricatione ferrum caleſit: ueluti dum ſuper molã
lapideã ipſum apponimus reſtringendo id:& ꝙ mola circũcirca feſtinatim uoluatur:& tñ mola illa lapi
dea etiã de ſe frigida eſt.ſed per motum uelocem & frequentem fricationem cum ferro caleſit: licet quia
de quatuor elementis compoſita aliquid habet de igne:& ita de radiis ſolaribus i exemplo dicere polluꝰ
mus:uidelicet ꝙ de ſe calidi nõ ſunt:ſed ꝙ cã uelocitatis ipſoꝝ radioꝝ circũcirca euntiũ:& maxĩa occur
rẽtia cũ elemẽto igneo caleſiũt:& deinceps caleſaciũt nos.ſed ꝙ ipſi radii nõ calidi ab itrinſeco uel ab ali
unde aſſũpto caleſaciãt nos ſub nullo ſenſu ſub nullo experto itellectu cadit. ¶Nequaq̃ ẽ cõcedẽdum
ꝙ radii ſolares caleſiãt cã motus.qm̃ nulla res de ſe ſemꝑ mouẽs caleſit ꝑ ſuũ naturalẽ motum. ut i aere
& aqua cõprobat:qa quãto forti9 mouent:fortius refrigerant:ita ꝙ tñ motus uiolẽtus cauſat calorẽ:nõ
aũt mere naturalis:ſed ꝑ cõicationẽ cũ elemẽto igneo radii ſolares caleſieri poſſunt:& deinceps ꝑticipa
re cũ calorẽ cũ aliis iferiorib9 corporib9 ꝑ quã cõicationẽ plures gñationes atq; corruptiões fiũt:nã ue
luti ꝑ tẽperatũ calorẽ ſimul cũ hũiditate aque gñationes fiũt:ꝑ calorẽ extremũ deficiẽte hũiditate aque:
res ipſe q̃ gñate erãt diſſicant:atq; corrũpunt:unde ſol de ſe nullã rẽ generat:niſi occurrẽti materia ele
mẽtoꝝ cũ ſufficiẽti hũiditate:& ſimiliter i gñationib9 ꝑfectis ẽt oportet ꝙ maſculus & femina occurrãt
ſimul cũ radiis ſolarib9 atq; lunarib9 ad gñandũ. ¶De elemẽtis ſiqdẽ quonãmodo i mixtis maneant
uirtualiter maius uidet occurrere dubiũ iuxta exẽplũ qđ de ſole i cõi capit:dicẽdum ẽ ꝙ elemẽta nõ ma
nent in mixto ſic nec ſic.ſed ꝙ habẽt uirtutẽ cõponendi ipſum mixtum abſq; manſione elementorum i
eo mixto:qm̃ dicitur ſol nõ eſt calidus:ſed habet uirtutẽ caleſaciẽdi in tangẽdo:in qua ſimilitudie aſſerẽ
dum eſt elemẽta non ſunt in mixto:ſic nec ſic.ſed tãgẽdo ipm cõponũt atq; ſubſtentãt id. ¶Hoc eni
poſito:petimus hoc mixtũ qđ eſt aut ubi originatur fundamẽtaliter.uidelicet de quo aſſumit naturã uel
ſubſtãtiã ſuã:qm̃ ſi elemẽta nõ ſunt i ipſo:oportet aliã originẽ dari de qua ipm mixtũ conſtet per prius:
qm̃ corpus rane atq; hominis nõ habẽt originẽ primo a ſole fundamẽtaliter:niſi iuuamentũ generatiõis
tantum:quod iuuamẽ uirtuale nũcupatur:& ita ſi elementa manẽt i mixtis uirtualiter eſt dicẽdũ ꝙ occur
runt tanquã cauſe remote ſeu ad extra euenientes ad cõponẽdũ ipſa mixta:nõ dat ubi mixta cõponant
ut corpora aĩaliũ fundamẽtaliter niſi a quatuor elemẽtis:igitur elemẽta nõ manẽt i mixtis uirtualiter ue
luti uirtualiter aſſumi ſolet:niſi formaliter:uidelicet ꝙ ipſa elemẽta manẽt i mixtis realiter atq; formaliter
tñ remiſſo modo idest nõ i ea forma aut uigore quo manẽt i ſimplicib9 ſpheris:& qa extremitates ſue re
mittũtur:dicimus ꝙ elemẽta manẽt i mixtis remiſſo modo:& nõ formaliter.hoc eſt nõ ſimpliciter ueluti
i ſpheris ſuis. ¶Et iferẽdo ꝙ corpora mixta nobis cõuerſabilia ſimpliciter a materia & forma emanent
& ꝙ nil cũ elementis ſe ipediunt:hoc ſtare nequit.qm̃ ſenſib9 patet oĩa hec mixta iferiora a quatuor ele
mentis cõpoſita eſſe:& ultimatim ad ipſa elemẽta reuerti. ¶Vlterius de uirtuali artificiali ſeu ꝑ artem
acqſito uidẽdũ eſt:ſicut dũ principes mittunt litteras a lõge de loco ad locũ.ubi littere i uirtute princiꝑũ
aut aliorũ hominũ ipſas mittẽtiũ operãtur.unde hẽtur princeps in abſentia ſua uirtualiter operatur.ſed
hec uirtus nõ eſt realis extra aĩam niſi imaginaria tm̃:qm̃ hoc per cõſuetudines atq; artificium cauſa ne
ceſſitatis fit:eo quod nõ poſſumus eſſe ꝑſentialiter i tot locis ueluti littere noſtre uel alia ſigna.nã littere
operãtes i noĩe noſtro ſigna ſunt affirmatiua:ꝙ nos ipſa fecimus:tñ falſa eſſe poſſunt:ut ſepe cõtingit:
ut in litteris falſis nulla uirtus principis oꝑatur:qm̃ cõtra uolũtatẽ principis de quo dicũt eẽ factas:ẽ tã
dẽ qui ipſas accipit credẽdo ꝙ uere ſint:agit q̃ ꝑ has lr̃as agẽda eẽ iuenit:& tñ ibi nulla ẽ uirtus pricipis.
¶Et dato ꝙ lr̃e uere ſint ibi nil inuenit realiter aſſũptũ de eẽ pricipis:niſi edificatio lr̃aꝝ tm̃:q̃ edificatio
artificialis atq; ad extra eſt in aliquo ſubiecto ꝑ ſe manẽs ſcripta ut i papiro i tabulis i lapidibus metallo
aut ſimilibus.unde homo in hoc loco ſe habet occurrendo ad ſcribendas litteras:in modo:ideſt artificiali
ter ueluti ſol luna & alie ſtelle:ad generationẽ animalium:que nullam materiam de ſeipſis prebent niſi fa
uorem atq; miniſtrationem:ſed elementa non tantum occurrunt ad compoſitionem mixtorum in modo
miniſtrandi:ſed etiam aliqua pars materie atq; forme ipſorum elementorum in compoſitione mixtorum
ingreditur:de quibus elementis ipſa mixta fundamentaliter conſtant. ¶Vnde ſatis uideri poteſt quali
ter nullũ dependẽs poteſt ſimpliciter uirtualiter operari aut dare eſſe alteri rei:niſi ꝙ occurrer poteſt ad
fauendum aliquod ſubiectum:aut ad agendum ſigna in eo. ¶Solus deus ſiquidem abſq; aliquo alieno
ſubiecto aut occurrentia alterius rei mere uirtualiter:dum uult operatur:quoniam ipſe non eſt lapis nõ
calidus non frigidus non ſiccus non humidus:& tñ lapidem producere poteſt:nullo ſubiecto ſeu materia
preſuppoſita:ſed ſol elementa & homines nil uirtualiter aut alteriuſmodi poſſunt in aliis rebus nulla ma
teria tanquam ſubiecto ibi occurrente:in quo laborare debent.

¶Quomodo unaqueq; res aliquã formã obſeruet de prioribus habitis donec ſpecies ipſa in qua
manet totaliter corrumpatur ut cadauer. Cap.xxxviii.

¶Quemadmodũ de ordinibus formarum ſuperius diximus:ita & de inferioribus intelligetur.& hic facil
lime cognoſci poteſt qualiter cadauera poſt animarum ſeparationem ſe habeant.nam ſicut per corrup
tionem & generationem nouam & intrinſecam formam acquirimus; ita & naturaliter loquendo ipſam

per corruptionem necessario amittimus. Et anima ab humano corpore separata cadauer rationalitatis & sensualitatis diffinitionem deperdit:quia ab intellectiua & sensitiua est separatum:quoniam uero ī eo quod corpus & membra non est corruptum:ut patet quia non translatum in aliam speciem per corruptionem uel generationem:semper illa est caro humana & non alterius speciei:quāuis absq; anima maneat. Sed caro humana est:& non potest aliam ueram neq; intrinsecam diffinitionem nancisci:quousq; totaliter dissoluatur:& in aliam speciem transeat. ¶ Hic autem naturalia exempla & legis auctoritates comperimus. Naturalia hec sunt ut iam tractando de anima late explicatum fuit. ¶ Serpēs ꝓpter paucitatem organizationis sensitiuam animam multo tempore retinet:posteaq̄ per uarias partes scissus fuerit. & homo propter maiorem organizationem per dimidium sectus cito animā amittit. ¶ Arbor etiā quum durior sit & minus organizata : post abscissionem diutius suam uegetatiuam animam retinet. Et quemadmodum de retentione anime itellectiue sensitiue & uegetatiue dicimus:idem de cunctis aliis formis intelligendum erit. Quoniam una caro aut corpus sine anima suam speciem absq; corruptione:diutius q̄ aliud substinet. Et sic quāuis lignum amittat uiriditatē seu uegetatiuam donec totum lignum corrumpatur formam ligni conseruat. Arbor enim duo denotat scilicet uegetatiuam animam & lignum:& similiter homo corpus & animam. & sicut anima post separationem aliquod esse habet de illo quod prius erat maxime intellectiua:precise ita corpus suam retinet corporeitatem carnem ossa & neruos:quousq; totaliter dirumpitur. licet quod post mortem paulatim ad corruptionem declinare incipit. Sed non icꝯ co in eo instanti corrumpitur:& sine corruptione non potest suam speciem dimittere:quāuis caro cadaueris non habeat easdem proprietates:quas coniuncta anime habuerat. Sed hoc nihil ad rem quia hec caro iam diu mortua per frigidum calidum humidum aut siccū uarias opationes agit. qa homo etiam uiuens quāuis speciem suam non mutet de puncto in punctum:opera sua uariat. ¶ Exemplū legis qd prediximus in corpore Christi consecrato assumere possumus:quia tenemus quod dum hostia speciē suā obseruat:utpote quantitatem colorem saporem. Et sic de reliquis tanto tpe ibi corpus Christi manet. Et dum species hostie corrumpitur:corpus christi ipsam dimittit. Sed dum hostia ī specie sua manet:semper est consecrata. sicuti erat illo instanti : quo sacerdos eam consecrauit. & hic satis intelligere possumus in triduo quale corpus christi fuerit aut sub qua forma manebat:quia ex quo nō fuit corruptum nisi ab anima separatū:apertissime in sua forma uel prima specie carnis mansit:quoniā illud corpus non fuit aliud: nisi quod antea erat anime coniunctum:quum nulla ibi fuerit carnis corruptio nequidem aliorum membrorum:quia ex quo nunquam corpus in animam transmutatur:neq; in corpus anima : patet quatenus unumquodq; unitum & separatum semper aliquam proprietatem sibi intrinsecam obseruat. Vnde comprobatur quod in uno solo composito ex uariis naturis semper uarie instant forme & non una sola:licet una principalior sit tanquam gubernās omnes alias atq; totum compositum. Ideo quum christus tertia die resurrecturus erat in sua principali forma:non decebat quod quicquam de suo corpore corrumperetur:tunc enim due corruptiones sequerentur prima in carne & secunda in forma ibi adiuncta: quoniam in regressione anime christi ad corpus oporteret quod illa noua forma corrumperetur ꝑ semper:Nam semper anima Christi cū corpore erit unita:& talis corruptio indebita fuisset. Tandem non intelligimus corruptionē:ubi aliqua generatio nō seqt̄:& ī resurrectiōe christi nec corruptio nec generatio itercidit.

¶ Quomodo rebus generatis nulla sit origo sibi similis generata nec simplex:ad quam redire queat. Cap. xxxviiii.

¶ Quedam res simplices sunt natura sine compositione:& alie per compositionem & generationem ꝑducte. Et res que totum suum principium habent per generationem in eo quod tales sunt : per corruptionem dissoluuntur:ueluti membra hominis aut aliorum animalium:quia quo ad istam speciem neruorum & carnis non erant in elementis nec in aliqua alia parte:nisi quod accepta materia quatuor elementorum uia generationis conuertitur:& nos tales efficit. & sic per temporis discursum reuertimur ad nos dissoluendum absq; quod aliquid remaneat de illo:quod per generationem erat formatum. & idem de quacūq; corporea potentia dicimus:quoniam omnes generantur & nutriuntur membrorum dispositione:ex quo ipsa organizata sunt. Quamobrem oportet quod corruptis illis corporee potentie euanescant inquantum ad illam speciem:in qua cōmorabantur. nāq; aliter nulla esset differentia in perfectione uite inter animam rationalē uegetatiuā sensitiuā motiuā nutritiuā & sic discurrendo:quod ē ī oppositum:quia idem est dicere sensitiua in cōmuni:quod & anima rationalis in cōmuni aut in genere:quum non sit aliqua anima preter particulares : que quum a corporibus separantur quedam in gloriā & quedam in purgatorium & alie in infernum uadunt:sed de anima sensitiua uel aliis similibus non habemus quod ad aliquem istorum locorum eant:nec quod stent particulariter in elementis:sicuti dicendo anima sensitiua Petri & Ioannis:quāquam in animalibus elementis & celis semper sit potentia aut dispositio ad generandum animalia:in quibus sensitiua nutritur uel descendit:& etiam inquantum durant animalia ī speciebus:dicemus quod sensitiua in eis continuo uiuit : & denuo ad corpoream & uniuersalem originē redit. Vbi cum aliqua uiuacitate durat:ut in aliis locis latius explicatum fuit.

¶ Quod priuatio non sit aliquid. Cap.xl.

¶ Quidã iquiũt priuatio i se ẽ aliqd reale:igit priuat:& quo ad ueritatẽ aliter se habet:que enĩ priuant uisum:nõ uocant priuatio.qa iterdũ sunt ferrũ:& qñq3 lignũ & qñq3 ifirmitates.Sed priuationẽ dicimus qñ homo totaliter inuenit:qd caret uisu ; quẽ solitus erat aliis tẽporib9 hẽre:& dēpdita spe reci perandi aut qd secũdũ naturã rursus haberi nõ põt priuationẽ uocamus:utpote carẽtiã uacuũ siue nõ esse:Nam dicẽdo est priuatio nil aliud iferẽ q̃ si diceret:est uacuũ:ubi tale itelligimus:sicuti nihil est.Sed ex parte ui sus itelligas:& nõ ex pte hoĩs:ut nonulli assumpserunt.Quoniã homines ceci remanent:uisus autẽ quos habere solebant in eo quod uisus erant:omniuo euanuerunt.

¶ Quid sit umbra. Cap.xli.

¶ Tractãdo de umbra qdã uolũt dare ei illã uim obseruãdo:quã luminaria illuminãdo habẽt:& quo ad ueritatẽ claritas est ex seipsa substãtialis:q̃ ad diuersas ptes suos radios extẽdit:& umbra dũtaxat causat opacoꝝ corporũ oppositiõe radios luminosos ipediẽdo:ita qd nõ sinit illos ultro accedere:taliter qd di cemus umbrã esse claritatis priuationẽ cã alicuius opace oppositiõis factã.Dicũt ulterius qd si umbra nõ esset ens positiuũ : sol ex illa nõ ageret i terra arboꝝ figuras:& nos asserimus ĩ illa nullã aliã figurã eẽ ni si secũdũ qd arbor ipedit:qn sol cũ suis radiis ꝓcedere queat.ubi appetit:quocirca maiores atq3 mino res umbre efficiunt.secũdũ qd sol ifimus aut altus manet:sed figura semp est similis obstaculo:qd est ante radios.Et hinc dicimus umbrã noctis esse:qa sol est absens:& nõ quod alia generalis umbra cum diuersis figuris ueniat ad eam taliter faciendam.

¶ Quomodo dicamus corpus particulare siue ab aliis diuisum. Cap.xlii.

¶ Vnũ corpus dicimus iquãtũ aliquã habet separationẽ ab aliis sibiipsi ꝓpriã.Et qñ ista ꝑticularitas de ficeret:nõ essent plura corpora:nisi unũ tãtũ.que tñ pars tripliciter est cõsiderãda.Primo plura corpora simul imiscẽdo:ita qd absq3 aliqua diuisiõe maneãt:aut qd unũ alterius locũ nõ occupet.Sed i hoc modo nõ possumus dicere:qd ibi sit aliud q̃ unũ corpus uel aĩa.Nã licet crescãt quãtitate faciũt unã solã rẽ un dicq3 equaliter gradatã & unitã i una & eadẽ re. ¶ In secũda pte aliter cõsideraẽ:& ista est in eo qd spe cies aut substãtia diuersa:quis enĩ equaliter unũ corpus cũ una rõnali aĩa uniat:semp due erũt substãtie eo q3 natura diuerse. ¶ Quod si aquã cũ uino imiscemus erit unũ corp9 iquãtũ unitũ & cõtinuũ:sed bene duo i specie seu diuersis qualitatibus. ¶ In tertia pte dicimus qd ponunt aliqua corpora cũ aliis cõtiguis aut tãgẽtib9:sicuti unũ lignum acutum in aliud lignum stricto modo positum.Vbi non manet aliquod aliud corpus in medio.Sed per particularem diuisionem semper duo corpora sunt : licet unius speciei ponẽdo aquam in uno uase inferius nec ad latera nulli aliud corpus inter aquã & uas circũdat: sed semp qa uas & aqua sunt diuersa duo corpora sunt & non unum.

¶ Quomodo per superficies diuersas seu diuisas uocamus differentia corpora. Cap.xliii.

¶ Dum aliqua superficies manet circumcirca corpus uel per gyrum est ab aliis diuisum : licet ualde stri cta corpora inueniantur:si non corrumperentur iste superficies : & uenirent corpora que intus sunt ad se coniungendum:& inuicem solidandum:ut quando ramum arboris in alterius trunco adoptamus uel inserimus:quia quum primum solidata fuerit adoptio illa:est unum solũ corpus & una superficies. ¶ In liquidis corporibus minus laboris inest ad uniendum & redigendum ea in unum solum corpus.Quocir ca unum solum locum accipiunt:licet differentia sint:ut aqua uinum oleum & lac:ita quod sine argumẽ tis intelligere possumus:quod unumquodq3 corpus habens superficiem per se : habet locum sibi propriũ & ab aliis diuisum:Nam quamuis continuũ plures diuersas partes complectatur unam tantum superfi ciem habet : ubi unum solum corpus intelligitur largo modo aut cõmuniter loquendo dicimus locum: sicut per circundationem ex grossa materia factam:ueluti celum quod est locus cunctis creaturis in hac concauitate contentis. ¶ Vna camera aliquam habet personarum quantitatem : & unum uas : plura particularia complectitur a nobis interposita. quamuis ibi alterutrum per superficiem diuisim maneãt. ¶ Solet disputari:utrum duo corpora dura possint se contingere:& quod tangantur apparet :tum ex perientia tum uero ratione. ¶ Experientia siquidem eo quod si simul tangantur duo enses quisq3 illo rum in alium ingreditur:& enses duri sunt.& in hac ingressione nullum aliud corpus ingreditur : quum enim aer facile cedat.Vbi etiam inter duos lapides constrictos contactio datur eo quod aer a similibus restrictionibus fugit atq3 tangi sinit: licet nõ undiq3 tangant.Nã quedã ptes sublimes & alte sunt:quedã uero infime : & in concauitatibus erit aer.Sed sufficit quod in aliquibus punctis aut locis duo corpora dura inuicem contingi queant.

Quomodo duo corpora in eodem subiecto maneant. Cap.xliiii.

Dicendo duo contraria non possunt esse in eodē subiecto imaginor quod idipsum per extrema contraria intelligit:& unūquodq; illorū in simplicitate. Iam enim uidemus materiā & qualitates contrarias quattuor elementorū in uno tantum subiecto:quod est in quocūq; animali:licet quod ubi iste contrarietates ponunt citius subiectū corrūpūt:q̄ ubi quelibet illarum simplex per se inuenit. Et hoc modo possumus intelligere non posse duo opposita simul esse & perdurare. Habemus in nobis unam intrinsecam partem semper uitia appetentem:& aliam uero uirtutes:& tum unam:tum aliam sequimur:ita quod ambas aliquo tempore sustinemus.& dicendo q̄d deus & dyabolus non sunt in uno loco:bene conceditur propter bonitatis & malitie differentiā. Sed deus est ubiq; per potentiam gratiam & presentiā. Nāq; aliter minime esset infinitus:& etiam considerando spiritū malignū inquantū quod est substantia & creatura dei dicemus:eum esse bonū & malū penes opera que egerit. Quamobrem in uno solo subiecto plerūq; sunt duo contraria. Assiduo homines aberramus & per uenialia peccata non tenemus: quod totaliter a nobis diuina gratia separetur dūmodo ad penitentiam nos decernimus: secundum quod ab ecclesia sancitum fuerit tametsi mortaliter peccemus sub hoc termino i filios ecclesie admittimur. licet aliqualiter tanquam inobedientes detineamur:si modo non festinanter ad eam recurrimus:pariter & alii i dies plurimos errores patrant:& tandem ad bene & beate uiuendum se conferunt. Unde uidetur quod aliqua eis diuina gratia insit admonens:quod ex seipsis non possent tantū federis deserere:& circa sanitates & egritudines comprobatur:quatenus una cum alia in uno & eodem corpore pugnat. Nam si quādo egrotamus:non haberemus i nobis aliquam sanitatis particulam:subito corrumperemur:& sic p istas duas contrarias partes in pugna uersamur:qua de re per aliquot dies sanitas nos uiuere sinit:& tandem infirmitas membra nostra dissoluit.

Quod satis prolixe scribitur tractando de loco & superficie atq; huiusmodi materiis: licet in paucis comprehendi possent. Cap.xlv.

Tractando de loco & superficie haud parum prolixe scribitur:non q; in re talis sit:quia ꝓpria significatio loci est:quod sit corpus concauum continens in illa concauitate aliquod aliud:& superficies est ultima pars circūdans corpora & subtilis quanto imaginari potest. Et quidam inquiūt locū non esse materiam neq; formam:sed quod talis situs res contenta:ueluti aqua in uase:que tamen non est locus:nisi cōtenta in loco.& queadmodū sumus aere circūdati:dicūt esse ultimū:& superficies aeris est que nos tāgit:& illa nos continet & collocat:& non aer. Hoc autem euidenter in oppositum. Nam licet minima res sit:illa superficies est pars aeris:cui competit quod corporea & materialis sit:quāuis non dicamus quod tota grossicies aut quātitas aeris sit locus unius animalis:nisi quedam ultimata subtilis pars:que plus attenuari non potest tamen est materialis:Quoniā si non est aliqd de quatuor elementis minime dicemus eam substantiam corpoream neq; incorpoream:neqdem habet originē ueniendi aliūde. ideo superficies corporū erit ultima pars ipsius corporis composita:queādmodū & alie ptes cōposite. Quod si p locationē corporis accipies aer erit sup̄ficies nostra:dū i aqua nō manemus. Tūc eni aqua sup̄ficies erit uel locus. Et locū naturaliter loquēdo dicim9. Ubi corporee creature q̄escūt. Dico aūt unāquāq; secūdū q̄d suū prīcipiū expetit. Et de corporea substātia loquēdo:si q̄escere debem9 oportet ut aliquo materiali corpore sub stētemur:quod ꝓprie locū dicimus. Et si non esset pars celi aut istorū quatuor elemētorū nequaquā nos substētare posset. Sed etiā dicere poterimus:q; a nobis iformaƭ aer quo ad faciēdā illā paruā cōcauitatē. i qua manemus:quāuis ipse aer ueniat:& cōtinuo trāseat:nūquā tñ locū i quo sumus occupat. Nam licet ex una pte i aliā trāsferamur:oportet q̄d nobis aer cōsentiat:nec etiā aer pōt dici locus dans grauibus corporib9 itegrā q̄etē:hoc eni terre cōpetit:eo q̄d fixa est. q̄m si diceremus aer est locus oīa cōtinens nō possemus assignare i qua ꝓuicia ille habitatiōes essent:quas nos scire p̄sumimus eo q̄d semper aer ab una regione i aliā trāsit:& ob hāc cām nō daret ꝓpriū locū & quietē corporib9 grauib9:& sic dicimus:locus rome est i tali terra.& noster ubi sedemus:& sistimus:tametsi aliquo mō sit nobis locus illa ps aeris:que nos circūdat & etiā aliqualiter dicere possum9:nullū eē locū p̄ter cōtinētiā aliquoꝝ corpoꝝ ab aliis. Nā separato aere ut nos igrediamur:nihil uacui remaneret:nisi q̄d nos sumus illud q̄d i medio manet & extrinsecus ac p gyrum aer nos cōtangit:& isto modo oēs ptes sunt plene aliquo corpore. Quāuis locū dicamus:q̄cq̄d est i cuiusq; corporis circūferentia. Mercurius trismegistus tractando de motu & motore:asserit dādū eē aliq̄d fixū circa q̄d mobilia moueanƭ:& tñ locū i quo oīa mouenƭ incorporeū dicit esse mentem & rationē sese complectentē:liberā ab omni corporis mole:ab errore alienā:ipassibilē:itāgibilē:sibi assistētē:purgātē atq; seruātē oīa:cuius radii sunt:bonum:ueritas:principale lumē:primaq; animarū forma. Et quum sit semetipsam complectens:& quocūq; errore īmunis:& radii eius bonū & ueritas:uideƭ q̄d de diuina ꝓuidētia siue ordinatiōe ītelligat. Attamē nō de deo exempto:sed de ꝓuidentia aut mēte ex deo ꝓducta. Et tamen quū inquiat esse animarū formā uidetur de mundi anima intellexisse:quam ipse Mercurius & plato tāquā uniuersalem animam ad omnia corporea adducunt. Et q̄a aia

est uirtus:per quam intrinsece omnia corporea mouentur:dici potest ipsam quoq; esse uirtutem:per quã omnia locantur:& in terminatis locis manent.quũq; uirtus anime ea que corporea sunt comprehendat intelligi potest:quod a uirtute anime mundi omnia corpora sunt locata:idest comprehensa:& ipsa anima a deo ordinata:atq; circundata:siue comprehensa. ¶Aristoteles tractando de loco aliqualiter cũ mercurio conuenit:primum quod sit dandum fixum:eo quod mobilia moueri possint:& etiã quod incorporeus locus:quem tamẽ superficiem appellat:& superficies non i se sed in alio fundatur:in qua uero sententia Aristoteles haud parum a mercurio discrepat:& ad motum celi uult Aristoteles necessariam esse terram:tanquam fixum fundamentum:que siquidẽ ualde corporea & tangibilis. Nihilominus mercurius id quod fixum circa quod omnia moueri possunt incorporeum denominat.

¶Quomodo corpus & locus se ad inuicem collocent:& qd corpus sine loco esse põt. Cap.xlvi.

¶Cõmuniter dicitur non esse corpus sine loco:neq; locum sine corpore. Attamẽ intelligendum est inquantum unum corpus est locus alterius.Sed aliter accipiendo locus se habet relatiue ad locatum: & nõ ad corpus:& circa eiusmodi relationem nõ potest esse corpus sine loco:neq; locatum sine corpore.Corpus aũt nõ se habet relatiue ad locũ:nec quouis alio modo ab ipo depẽdet.Itaq; totũ corpus assumẽdo tanquam pro mundi machina uel uno corpore:nequaquam erit in loco:quia extra mundũ nihil est:ut ipsum collocet:nec intus aut sub celo est quicquam uacui:aut quod corpore non adimpleatur.Locum uero pro continentia dicimus:inquantum unum corpus aliud intra se continet:& sic ad inuicem unũ corpus est ab alio locatum. ¶Et sub hac consideratione quodlibet corpus quandoq; est locus:& quãdoq; corpus:siue iam continens:& iam contentum:aut nunc locus:& deinde locatum.uel totum simul.Quoniam uas continet uinum:& cellarium uel camera uas complectitur: & sic uas eodem tempore est locus:& locatum in diuersis respectibus.Et hoc modo omnia corpora sunt in loco inquantum corpora:per celos animalia:plantas:aliaq; similia diuidimus.Sed corpus de se non significat precise petere locum:ueluti iam assignauimus de toto hoc mundo qui corporeus est:& sine loco manet. ¶Et dari uacuum est penitus impossibile creaturis:neq; si daretur duraret ibi corpus.nãq; illico ad naturalia loca se cõferret:tñ deus agere põt:ut maneat unũ corpus paruũ sine loco:ueluti agit de uniuerso terrarũ orbe simul.

¶Quod nõ est dandũ uacuũ in rerũ natura:& qd pro uacuo intelligamus. Cap.xlvii.

¶Quo ad maiorum nostrorũ sententiam: ac penes experientiam non est dandũ uacuũ in mũdo:qd pluribus euidentibus rationibus probant.Quamobrem decet aliquid uideamus:quid pro uacuo intelligendum sit:ad cognoscendum:an aliquod simile uiderimus! ¶Dicimus uacuũ aliquod spaciũ:aut cõcauitatem:in qua non esset terra:aqua:aer:ignis:& celeste corpus:nequidem eius radius. Et experientia edocet:nos non inuenisse eiusmodi locum:ut uidere ualeamus omnes partes concauas:nisi per mediũ alicuius lucis:& ubi spissa corpora sunt:clare patet:non esse uacuum:& ubi uacuitas esset:ibidem & tenebra nec possemus talem locum uel priuationem uidere.Et ad aliud experimentũ deueniendo:quod cõtinuo tangimus:uidetur non esse uacuũ.Quoniam omnes res dicimus aere aut alio elemento plenas:q̃a licet ualde rarescat aut qescat cũ uno flabello uẽtilãdo:ubiq; aerẽ sentim9.Verũtamẽ quãdo quiescit:facilius nobis locum prebet:ut ex una parte in aliam transeamus:& quandoq; nos impetuose uenientes detinet uel depellit.Sed propter hoc non dicimus:quod aer per se non occupet locum. Nam licet in una parte consentiat:in se constringitur:ut ingrediamur.dum uero eum perstringere uolumus:mirabiliter resilit. Quidam dicunt:si uacuum non habet aliquid:si quis intus inueniretur:nõ haberet maiorem inclinationem ad unam partem q̃ ad aliam:hoc quo ad uacuum uerum est:nõ enim partes habet: sed quia omnes creature conformẽ locum sibiipsis natura appetunt:licet aliqua persona in uacuum caderet:optaret ad suum principium redire.aut dilataretur ad replendam uacuitatem. Vacuitas enim nullam ei quietem dare posset:nec sibi proprius locus esset:de hoc ubi:ad illud.

tandem in omnibus his extremitatibus maxime aque & minime dantur: ut in natura gradus obseruent: quãuis dum cõtingit in simili tẽpore uentus cõtinuatim de parte maritima euenire retinet aquã ipsam: unde oportet in altum ascendere.& hoc dato: etiam natura limites suos quos alias habuit obseruat. & si multiplicaretur: ut nonnulli dicunt dato quocũq; magno cremento aque aliud maius daretur plures habitationes: que salue sunt indies suffocarentur. ¶ Deniq; ut citius nos expediamus: dum de infinito in esse potentiali loquitur: semper in primis uidendum est utrum ea que proponuntur aliquando per possibile uel impossibile ad actũ deduci possunt. si deducibilia omnino concedenda: quod stare possunt: si autem ad actum inducibilia semper tanquã falsa neganda: impossibile enim est: ut iam superius uidimus aliquã dari potentia ad id: quod fieri non potest: quum potentia dicat ordinem ad aliquem actum futurum non potest dari talis actus futurus: igitur neq; potentia ad ipsum datur in omni continuo diuisibili: ut cubitali ligno deuenitur facile: ubi impossibile est amplius diuidi ĩ actu relinquitur: ergo ibi esse amplius aliquam potentiam diuisionis: & per hanc uiam facile uideri potest contra omnes alias oppositiones: tanquam in esse essentia adductas: utpote de animali in pura potẽtia: quod impossibile est deduci ad actum & uniuersale esse: igitur non in potentia: quum omnis potentia ad aliquem actum relatiuũ dicat. ¶ Vlterius omnes res pro eo tunc quo sunt necessario tales sunt: omnis potentia omnis actus pro hoc nunc sunt finiti: & quia nulla potentia de se infinita: nequidem potest deduci ad infinitum actum: proculdubio constat nullum ens depẽdens esse infinitum in potentia neq; in actu: nisi acciperemus infinitum durationis naturaliter capiendo: ut p generatiões & corruptiones eo quod corruptio unius est generatio alterius. sed per uiam diminutionis: ubi unum non transiit in speciem alterius: ut in diuisionibus accidentalibus contingit: impossibile est in infinitum decurrere extra imaginationem.

¶ Quatenus res essentialiter ordinate non sint infinite nec inordinate. Cap.lxxvi.

¶ Superius uidimus unum solum deum esse infinitum: & nullam aliam rem: tamen quia nonnulli dicunt eos concedere in rebus essentialiter ordinatis non esse discurrendũ in infinitũ: nisi tantum in illis que nõ sunt essentialiter ordinata in infinitum discurrere possumus: & semper magis ac magis capiendo de hoc essentialiter ordinato: & hoc non essentialiter ordinato scitabimur: aut quid dicat unum & quid aliud essentialiter ordiatum: ut iam posuimus penes hanc uiam: nil aliud est q̃ de uno extremo assumi: & per media ordinata ad aliud procedi. ¶ Exempli gratia assumendo ultimam rem: idest punctum deinde lineã & postremo aliquid magis & ascendendo animalia elementa celum angelum atq; deum assumendo sup omnia tanquam pro ultimo extremo in modo predicamentali: ut dicendo homo animal corpus animatum: seu uiuens corpus substantia: in quibus rebus non datur magis & minus idest per species & genera subalterna ac suprema ordinata. Verum in essentialiter non ordinatis idest in particularibus semp magis & minus datur: nec unquam tantum capi potest: quin ulterius magis ac magis poni queat. ¶ Nostra tamen inquisitio hic non agit de ordine aut non ordine rerum: nisi utrum infinita realia detur. quoniã non sequit: sunt absq; ordine ergo infinita: tunc enim potius dicimus confusa siue irregulata. ¶ Nũc uero de particularibus uideamus in quibus semper magis & magis dari possunt: an infinita sint realiter uel ĩ potẽtia capiẽdo aut neq; sic neq; sic. Quod particularia infinita nõ sint sensibus patet: semp enim super illis particularibus que nunc sunt multa alia superueniunt: & quia incessanter addi possunt: & de facto adduntur particularia non sunt in actu infinita.

¶ Qualiter multi modis habitum dicamus. Cap.lxxvii.

¶ Volentes de habitu tractare: ipsum utiq; in naturalem & accidentalem diuidemus: quãuis secundum plurimorum sententias diuersimode habitus capiat. ¶ Cõmuniter aut generaliter habitum dicimus: pro quadam agilitate quam in membris ponimus aliquam artem frequentando & cõtinuando: nõ quod in eis quicquam extrinsecus ponamus. sed quia membra aptamus siue accomodamus: & facimus ipsa habilia per laborem & consuetudinem. Et ad cognoscendum an sic habitus se habeat: decet intelligere operationem que inde resultet: quod clare omnibus constat: quia existẽte homine in etate ĩtegra: dum uult aliquod opus efficere: quãquam precise illud intelligat: & uiribus uigeat absq; continuatione conuenienti perfecte operari non potest eo: quod nõ accomodatur in locis & temporibus oportunis ac necessariis: & sic similiter fastidit & cito deficit. Assidue autem operando opera absq; nimio labore agimus: & talem agilitatem nos habitum nuncupamus: quem in qualibet facultate consequi possumus: sicut in illo quod potentiis anime congruit ut corporeis potentiis. Habitus enim ex quadam longeua & diuturna cõsuetudine acquiritur. Et sic nõ dicimus nos habere habitum de rebus: quibus rarissime potiti sumus: & quod ipse habitus nobis det remedium ad bene & melius disponendum: quicquid nos agere uoluerimus. non adequatur prime potentie aut naturali membrorum dispositioni. Licet interdum possimus pro fundamẽto tali causa ponere habitum in petendo & appetendo: quemadmodum contingit per continuationẽ quã habemus de uno cibo aut arte cuius sepius per cõsuetudinem recordamur.

Quatenus non sit difficile quelibet habitum a subiecto remoueri. Cap.lxxviii.

Quidam alio modo habitum diffiniunt dicentes:quod sit qualitas difficilis a subiecto remoueri : hoc autem difficile nō potest de quocunq; habitu intelligi:nisi tantum de quibusdā particularibus operibus: ut quādo unus homo dum pluribus diebus ieiunauerit quendam habitum fecit:quod paruum aut fere nullum laborem recipit de fame & siti. Verumtamen si inde ad paucos dies cessauerit:aut crapule dedit9 fuerit:cito fiunt carnes appetitose ac si quottidie in uoluptatibus degerint. Sed in assidua frequentia ciborum luxurie & superbie uolentes tandem ab eisdē uitiis exire in longum tendimus:& demum ex hac inconuenientia separamur:nec sine maximo labore eo:quod inordinatio iam preterita sepissime concupiscitur. Attamen iste habitus accidentalis duntaxat animalibus rationalibus & sensualibus competit:nō autem celis elementis arboribus aliisq; insensibilibus corporibus: quia licet unam & eandem uiam sepissime sequantur:nullum ex illa habitum acccipiunt.

Quod habitus naturalis diuersimode quo ad uarias facultates accipitur. Cap.lxxix.

Dicemus aliquid quomodo naturalis habitus intelligendus sit:quis dicatur posse multipliciter itelligi. Oratores enim habitum accipiunt pro forma aut membrorum factione. Philosophi dicere assolent habitum esse charitatem amorem fidem & spem:nec solum sicuti fides & spes habitus in humanis dici solent:uerumetiam quelibet inclinatio que nos ad particulare opus irritat seu conuocat:ueluti quādo dicitur iste inclinatur ad militiam Ioannes ad litteras:Petrus ad uenales merces & huiusmodi habitus:seu inclinationes difficiles sunt ut remoueantur. Nam cōmuniter homo magnam dispositionem habet ad id quod a natura desiderat. Et quum idem a natura desideret eiusdem frequenter reminiscitur:quapropter magna est sibi difficultas ad id delinquendum:quod per consuetudinem adeptus est. Habitus qualitatis accipitur pro scientia uirtute & dispositione:ut calor & uirtus in animali. Ambe tamen sunt dispositiones aduenientes:sed differunt sicut experientia & experimentum : quoniam experientia ex pluribus experimentis est confirmata:pariterq; & habitus ex pluribus precedentibus dispositionibus.

PROLOGVS SEPTIMI.

Quoniam quidem de celis & elementis in hoc uolumine explicauimus:nec ullam hactenus de numero neq; locis cuilibet ipsorum condecentibus mentionem fecimus. Hic de celorum numero aliquid pertractabimus:non autem determinate:sed potius disceptationis causa . & qualiter unus tantum mundus detur. & ibi de philosophorum astrologia nonnullas partes tangemus:& deinceps de elementorum numero:ac de quibusdam eorum qualitatibus:que uero materia de celo & mundo nuncupari solet.

Quo pacto cōsonet quod unus mundus unum celum habere uideatur: Cap.I.

Iam in alio uolumine scripsimus quatenus uni tantum mundo unum celum competeret : & hoc non imerito ut imaginor:quippe q rationabiliter uidetur quod si plures essent celi unūquoq; ipsorū pugnaret ad sublimiorem partem obtinēdam:quocirca ad ultimam altitudinem deducti omnes simul unirent: & unum dūtaxat celum essent:ac si plures terre:que omnes ad cētrum siue infimiorem partem totius mūdi descēderent:i quo tn̄ puncto terre siquidē amplexarent atq; agerent unā massam solūmodo. Aristoteles ad pbādū qd nō sint plures mūdi asserit qd si alius mūdus extra istū fuisset : eius corpora de qb9 mūdus iste cōstaret essent similia corporib9 huius mūdi:& quū aliq graiua & aliq leuia ut i corporib9 nostris pspicit:& terra illi9 mūdi eēt eiusdē nature cū terra isti9 mūdi:tūc necessario sequerent motus natura cōtrarii:quia terra illa appeteret cum ista uniri:& ista pariter cum illa:& sic ambe in celum ascenderēt

ut simul uniri possent: quod est inconueniens: & similiter unumquodq; elementorum contra suum naturalem motum protenderet. Et simili uia aristoteles rationabiliter concludere uidetur unum tantum mundum esse: & non plures. Et deinde asserit siue concedit plures esse celos. Et quod uidetur contradictio. Si enim plures mundi unum duntaxat efficerent causa conformitatis: multo magis plures celi in uno mundo unam unionem appeterent. Quocirca unum celum duntaxat remaneret. & quando plures mundi fuissent diuisi starent: ut quatuor aut quinq; pira seu poma simul: adeo quod illorum quisq; in medio suum centrum haberet: in quo situata esset terra. & deinde alia elementa: ita quod ad celum euenire minime appeterent aut ad partem sublimiorem ascendere. Nihilominus si plures essent mundi: licet eorum quispiam cunctis necessariis potiretur per solam conformitatem ad unam solam unionem deuenirent: itaq; sub hoc ordine multo magis: si plures essent celi in hoc mundo unum solum in paruo spatio efficeretur: quoniam unus loc9 tantum est altior: nisi fortassis unumquodq; celum ab aliis in specie diuersum esset & tunc unum non appeteret occupare locum alterius. quemadmodum sunt elementa: & sic unum non potest alterius locum impedire: uerum etiam eodem modo de pluribus mundis acciperetur eo: quod ex uariis speciebus esse possunt. Et si ex uariis unus sine alio manere potest. Attamen non est tenendum quod plures sint mundi nisi unus duntaxat: ut apud omnes sapientes comprobatur.

Quonam pacto uariis modis simul assumptis probetur quod unus mundus tantum sit: & non plures. Cap. II.

¶ Hec utiq; intellectio an plures mundi sint an uero unus solus difficilis est omnino: ut in sensuum cognitionem deducatur. Vbicunq; enim non datur aliquid quod i primis ad sensus nostros occurrat arduus intellectui labor instat eo: quod precepto nature ex uisibilibus ad inuisibilia procedimus: & ideirco ubi uisibilia tanquam principia apud nos deficiunt: cognitio nostra ualde est laboriosa: precipue dum in iis negociamur: quorum non nostra interest ad bene esse uel male esse: & de plurib9 mundis extra istum in quo manemus nulla est nobis necessitas nulla sensualitas. Attamen quum omnia completa naturalia in hoc solo mundo inueniuntur: frustra esset plures mundos poni: & super iisdem considerationibus omnes sapientes antiqui & moderni maxime philosophi quibus potius q̃ aliis talis materia attinet una conformes sunt: unum dũtaxat mundum & non plures esse. ¶ Verum ut hec materia potius elucescat eam in tribus diuisionibus ponemus. ¶ Prima quod si alii mundi preter istum sunt an a se: uel ab alio: ¶ Secunda quod intentio aristotelis optima fuit in probando: quod unus solus mundus esse potest. ¶ Tertia quod si plures mundi essent necessario daretur confusio in manifestatione dei per opera sua quod male sonat. ¶ In pria particula ita dicimus: quod dato quod alii mundi sint ultra istum: aut quod a se sunt aut ab alio: non a se: igitur ab alio. Et probatur: quicqd a se est infinitum siue omnipotens: quod idem est: & quod sit infinitum: & omnipotens etiam probatur. Illud quod est p̃cise a se nullatenus refert ab alio: ex quo dependere uel iuuari posset. tum sic inter esse & nõ esse est infinita distantia siue incomparabilis: ut in aliis locis probamus. Vnde necessario sequitur: quod quicquid per se a non esse distinguitur: nullum habet contrarium nec alicuius inherentiam: quicquid non habet contrarium nec alterius inherentiam est absolutum: & quicquid absolutum idem & infinitum: Infinitũ dicit omnia comprehendens & a nullo comprehensum: sequitur quod unus tantum infinitus & non plures: & quicquid a se idem & infinitum: itaq; dato quod plures mundi sint: nullus quippe eorum a se: quum infiniti esse nequeant. igitur omnes ab uno solo deo dependent & gubernantur. ¶ Ad secundam particulam aperiendum est: qualiter aristoteles recte intellexisset de inconuenientiis: que sequerentur: si modo plures essent mundi: taliter procedendo. Aut quod plures mundi plures habent uniuersales naturas aut unam solam. nõ plures ergo unam: & probatur. Natura uniuersalissima que omnia per primum principium disponit & regulat est infinita: Quecunq; enim nobis sunt preterita presentialia & futura simul uidet: & patet: quia sempiternum ordinem in rebus statuit: unde talis natura necessario est infinita. Nam omnia sciens omnia comprehendens: & unum tantum infinitum datur: ergo una solum uniuersalissima natura: eo quod infinita. ¶ Nunc sic. Natura ab aliqua proprietate uel similitudine cum naturatis dicit. Natura prima uniuersalissima nostra est bona intelligens perdurans ac regulans: ut per suos effect. probatur: quum eiusmodi proprietates in ipsis operibus apponat: & naturaliter loquendo per opera extrinsecus acquisita dignoscenda sunt omnia fundamẽta ex quibus emanant. At modo tali fundamento assumpto ad cognoscendum de altero mundo transeamus: Vnde inferimus aut quod sit regulatus aut nõ regulatus: si regulatus similis esset huic mũdo: in quo nos manemus. Si autẽ irregulatus omnimodo dissimilis: & tũc uniuersalissimam naturam irregulatã expeteret: & talis natura irregulata uniuersalissima non datur: sine qua aliquis mũdus esse non põt: ergo necessario patet nõ dari plures mundos: qđ si danť: sunt oẽs similes huic: in quo nos manemus: si uero similes ignis

alterius mundi cum quouis igne uniri appeteret: quoniam non aspiceret in altero mundo manere uel non manere nisi ignem esse sibi similem:& taliter omnia naturalia huius mundi cuperent cum manentibus in altero mundo coniungi:& quia naturalis appetitus quandoq; esset in actu eo quod aliter frustra fuisset eiusmodi potentia uel cupiditas:si nunquam ad actum deduceretur: Quod esset contra naturam:ergo & quandoq; unirentur. Si alter mundus maior isto esset:hic secum equiparari uellet. quod si alius minor pugnaret ad ascendendum simul cum isto:si uero equalis propter maiorem conformitatem facilius ac citius simul unirentur:& sic manifeste patet recte sensisse aristotelem:quod plures mundi non dentur:quis per prima principia hoc ipsum non probauerit. ¶ In tertia particula de inconuenientibus que sequerentur circa manifestationē prime cause per opera eius acturi sumus & in primordiis naturalem regulam assumemus:que talis est. omnis magister siue causator in operibus suis palam fieri uult:ut in iisdem laudetur:pro cuius rei fundamento conatur ad recto tramite operandum:& quāto causā est dignior tanto accuratius laborat:ut in operibus suis cōmendetur. Nunc sic:deus omnipotens est optimus & summus auctor:icciirco sequitur quod pre ceteris in operibus suis cōmendari uelit: ad hoc ut manifestetur neminem alium sibi similem dari:& super similibus habemus auctoritatem christi contra hebreos dicentem. si opera in eis non fecissem:que nemo alius fecit:peccatum non haberēt. Et alibi si non creditis mihi:operibus meis credite. Et dum quendam cecum illuminasset ait discipulis quod ille natus erat cecus:ut opera dei in eo manifestarentur. Vnde per auctoritatem & naturam probatur quenq; magistrum in operibus suis laudem exposcere. hoc assumpto cōcedatur quod plures mūdi sint:petimus an tunc nomen dei manifestum:an uero confusum in operibus eius esset:non manifestum: Quia nullus homo nulla anima nullus intellectus nullus angelus nec queuis alia res huius mundi alterum mundum intelligere posset:neq; alterius mundi creature istum intelligerent:ex quo sequitur necessario quod nomen dei confusum esset:& non manifestum in operibus suis:quod est precise cōtra naturam & cupiditatem uniuscuiusq; auctoris seu cause: Itaq; talis confusio non datur in manifestatione dei eo quod maximum esset inconueniens:recte enim diceremus si alius mundus est de ratione erit huic similis:& aer istius atq; omnes alie partes naturales per principium creationis naturas habēt ab ipso deo illatas ad se cum sibi similibus uniendum:sequitur ergo quod per naturam unirentur: si alter mundus non est huic similis:nescimus an confusus uel ordinatus:si enim ordinatus erit utiq; isti similis: si uero inordinatus deus apud nos daretur ordinatus:& apud alium mundum inordinatus: quod stare nequit:quamobrem necessario sequitur deum in operibus suis manifestari:nec quicquam sibi confusum. Vnus ergo mundus tantum & non plures:si enim plures confusio esset in manifestatione dei per opera eius:& hoc contra rationem se habet. & nulla est contradictio seu confusio in deo. Itaq; plures mundi non dantur. Et si darentur aliquem de eis naturalem appetitum & cognitionem haberemus:sed quia penitus simili cognitione & appetitu caremus:sequitur non esse plures mundos: & consequenter quod nomen dei clare & non confuse in operibus suis manifestat. Vnde tenendum est:quod potius cōgruit hunc mundum in magnitudinem dilatare q̄ plures mundos producere: ex eo quod nomen dei clare & non confuse cognoscatur. preterea animaduertendum est quia dum asserimus plures mundos non esse tantum de esse in facto intelligimus:non autem quod deus ipsos agere nequeat. sed asserim9 q; si ipsos ageret:etiam manifestaret nobis eos. ut confusiones atq; scādala euitentur. sed dum deus uellet eo q; omnipotens facillime plures mundos creares. & in quocunq; ipsorum mundorum rectum ordinem atq; plenum contentum poneret. Vnde non appeteret elemētum unius mūdi cum elemento alterius mundi uniri. nisi de semper manendo in mundo suo proprio intenderet. sed a natura loquendo non considerando de potestate dei:non possunt dari plures mundi:eo quod unaqueq; pars unius mūdi cum parte alterius sibi simili uniri ab intrinseco appeteret.

Quomodo deceat intelligere quid per speciem & quid per corruptibile sit accipiendum. Cap. iii.

¶ Postquam aristoteles ait:quod si plures essent mundi in specie conuenirent. uult denuo magnum inconueniens assignare affirmando: quod ubicunq; sunt plura sub una & eadem specie materialia & corruptibilia sunt. Sed hic nihil necessitatis ostendit probando quod ita res se habeat:quemadmodum procedendo patebit. Et ut hoc facilius percipiatur in primis uidendum est:quid per corruptibile & qd per speciem intelligatur. Vnde dicimus quod illud proprie sit corruptibile: quod est componibile & dissolubile:super quibus quidem compositionibus & dissolutionibus materia & uegetationes elementorum cū suis q̄litatib9 interueniūt:pterq; celorū radii:& sic cōpositū ē corruptibibile. Sed assumpto uno elemēto i sua simplicitate absq; aliq cōpositiōe seu q̄litate cōtraria nūquā corrūperet. Et si multa eēnt elemēta similia & nūquā cōponeret:minime corrūperent: & aliquo mō eēnt eiusdē spēi. Et si dicūt istā

non esse propriam speciem preter illas que per compositionem & generationem dependent:ueluti homo & equus qui a suis similibus originantur:& postmodum generatiōe multiplicantur:tales species manifeste sunt corruptibiles:In rebus uero incōpositis aliter se habet:licet una res alteri sit similis aut plures ī eadem similitudine:& ita ymaginemur quod unus angelus sit adeo similis alteri:sicut & homo homini:& celum alteri celo.Et semper inueniemus angelos & celum esse īcorruptibiles.Nā simplices sunt aut sine contrarietate & ut hoc manifestius appareat aliud exemplum in rebus corruptibilib9 hoc modo accipiemus.aliquando uel in principio mundi non erat nisi unus homo unus equus unus canis & sic de aliis animalibus:& ibi unum istorum animaliū non habebat plura particularia in specie sua.nisi quod unum solum erat:& tamen corruptibile.Vnde comprobatur quod corruptio nō prouenit eo qđ plures in una specie nec per esse nouum duntaxat:nisi inquantum quod res est composita & in terniā speciem translata atq; incorruptibilis: dum est simplex aut non translata in uariam speciem extra suū principium:sicuti rationalis anima ī corpoř nostro manet.Nam licet composita sit in speciem hominis: quum non sit conuersa in alteram speciem extra suam originem semper remanet incorruptibilis.

¶De dextro & sinistro in celo si possent fortasse dici tales conditiones non ficte. Cap.iiii.

¶Quidam antiqui philosophi ponebant sursum & deorsum in celo:alii uero dextrum & sinistrum: Aristoteles autem eos reprobat:quia non bene posuerunt illud quod dicebant : & postremo ponit in celo dextrum & sinistrum ante & retro sursum & deorsum:& primo imaginatur quod celum sit unum animal.Et sicuti animal habet principium mouendi:& loca per que abit & redit de celo idem ait ī quo siquidem mira quadam fictione utitur:dummodo inter poetarum fabulas non dicatur posse connumerari.Describit enim quod celum sit tanquam unus homo:qui teneret caput ī meridie & pedes in septētrione:quem figurat respicere super partem:quam nos superiorem dicimus:& tergus erga nos:& quod sicut celum habet motum ab oriente in occidentem:dicit quod moueri incipit cum parte dextra:que ē in oriente:presupponendo quod ibi sit initium motus:& quod pateret:si celum quiesceret eo quod uideremus incipere suum motum ab oriente. ¶Et priusq̄ eamus ad alias partes ex superiori ad inferi9 anterius & posterius:uidebimus primo quid dicat de dextro & sinistro.Et in hoc modo dicimus quod postquam figurat celum ac si esset unus homo gygas:qui mouetur.si est dexter non erit celo similis:cū modo non transierit tanq̄ axis ex polo artico ad antarticum.Quem si circūflexum accipit hoc est qđ ueniant pedes in arcum ad se cum capite uniendum:in hoc loco apparebit posse secundum celum moueri.Sed respectu nostri est dextrum oriens:& in alia parte quam nos inferiorem uocamus erit eis dextrum occidens:quod nos dicimus:quapropter celum necessario habebit duo latera dextra & duo sinistra:& q̄uis firmaretur licet nostre imaginationi uideatur motum incipere ab oriēte secūdum alios ab occidente inchoaret:he uero imaginationes principiandi potius in una parte q̄ ī alia false sunt . Corpus enim rotundum aut uniforme & rigidum non incipit moueri prius in una parte q̄ ī alia:quod nēpe in qualibet rota apparet:q̄uis aliqui credant motum incipere ubi illi prospiciunt:quidā etiam aiunt quod ista animalia inferiora incipiunt a pede dextro moueri:& quo ad ueritatem incipimus moueř pedem:qui retro manebat:dum non simus nimium onusti supra pedem illum retro manentem:tunc enim supra alium refirmamur:ut posteriorem mouere ualeamus.Sed hoc idem est ꝓ uno pede qđ pro alio. De brachiis quoq;.qui enim consuetudinem habet operandi cum manu dextra:eam potius mouet.& si sinistra usus est eam similiter mouet:sed hoc de animalibus non proprie agit ad similitudinem celi:quoniam ex membris distinctis aut mobilibus organizati sumus:& unum membrum sine alio aliquantulū moueri potest:& celum aliter se habet:quia totum simul est ac rigidum.Vnde non constat celum habere dextrum & sinistrum:quum non utatur magis una parte q̄ alia in suis operationibus:eo quod totū uniformiter uadit:& membra nostra differentiam agunt.Quapropter aliqua uocātur dextra uel apta: & alia sinistra siue minus apta q̄ dextra.In secunda parte deueniendum est ad hominem gygantem caput habentem in meridie:cuius causā dicunt quod ibi sit ante & sursum:quoniam ubi caput ibi superius & anterius ex causa uisus:& ubi pedes ibidem inferius:Attamen prius ipsi dixerunt habeř pedes cū capite unitos.Vnde constat quod in eodem loco erit ante & retro sursum & deorsum.Ad tertiam que agit de anteriori & posteriori non uidetur congruere:quod si celum ab oriente in occidentem moueř: pars āterior erit pars celi supior.Si enim tali mō se habet ut homo a summitate pedū usq; ad summitatē frontis:erit totū aň & ex calcaneis usq; ad cerebrum erit retro:quocirca secundum figurā gygantis erit posterior tota ista p₃ terrā respiciēs:& id quod sursum respicit erit pars āterior:qm̄ posuerūt gygātē cū suis scapulis erga nos:& cū facie sursum:quamobrem per tales descriptiones manifeste apparet non esse in celo dextrum neq; sinistrum:ante & retro:sursum & deorsum.Et quando similes conditiones de celo posituri erant aliter dicere debuerāt per unam similitudinē dextrum:ex quo meliores agit operationes secundum nos in quarto & quinto clymate : super hac nostra zodiaci parte atq; ha-

bitantium uersus polum antarticum:si aliquam partem habent fructiferam possent ibi uocare dextrum in celo:similiter & anteriorem partem uocare possumus illam:ad quam celum ire prospicim9. Nos eni ante uocamus illum locum:ad quem tendimus. Et illi quos antipodes nuncupamus aliter accipient ante in celo:quoniam secundum ipsos celum uadit ad illam partem:quam nos dicimus orientalem: & secundum nos uadit ad illam quam appellamus occidentalem. Et si uolum9 per similitudinem tenere sursum & deorsum in celo respiciēdus est ordo:quem in situatione orbis terrarum ponimus:scilicet quod terra inferior pars totius mundi:aqua secunda superius ascendendo:aer tertia: ignis quarta: & celum quinta. si uero plures celi sunt similiter per gradus uadunt ascendendo:& sub hac consideratione palā fit quod uniuersa terre superficies aquam siue celum respiciens:pars eius altior uel superior est. & illa ps que centrum respicit:aut centro propiquior manet. erit inferior siue deorsum in terra:nec aliter de celo dicendum est. Nam secundum situationem & naturalem ordinem mundi pars celi terram respiciens est inferior. & altera superficies que superius uel ad alteram partem respicit: superior pars in celo. aut uero aliter capiendo quia celum habet proprium locum:& non potest sursum nec deorsum ire:nisi ad suum dimidium tendere:ueluti terra supra centrum dicimus:quod dimidium celi:aut pars que per dimidium iacet erit inferior in celo. Cetere enim partes super ipsa dimidia fundantur tāquam super proprio centro. Et magis proprium quod in celo dicere possumus dextrum & sinistrum erit:accipiendo ipsum inquantum quod gyrat & una parte in aliam circumcirca terram. Et sicut superficies quam nos altiorem dicimus uoluitur super illa quam inferiorem uocamus: & inferior semper respicit quod reuoluatur super centro tota superficies:quam superiorem dicimus dextrum erit:& quam inferiorem sinistrum ut quando aliquid cum directo brachio iacimus:quod supra sinistrū reuoluimus. ¶ Et si ire uolumus circumferentes nos supra sinistrum pedem: illa pars que fuit magis deforis erit dextra: aut semper illud quod maiorem circumferētiā accipit super alia parte erit dextrum:& in hoc modo giret celum quocunq; uoluerit:semper superficies quam superiorem appellamus:erit dextra ex eo quod maiorem gyrum aut operationem assumit:& super alio reuoluitur. & in simili modo ut dictum ē dextrū & sinistrum ante & retro capietur:& non ad similitudinem animalium intellectualiū uel sensualiū.

¶ Quod mirandum sit de philosophis consentientibus celum habere potestatem eundi in uno instanti ad orientem & occidentem. Cap. v.

¶ In hac materia de motu celorum tractando plures philosophi cum astrologis conformantur dicentes:quod semper celi qui sunt sub primo mobili proprio motu ab occidente in orientem mouantur. Miror autem quod talia philosophi inquiant:quum nequaquam eē possit:quod ante & retro se cōferant in eodem instanti. non deperdendo locum quem celi dimittere nequeunt nisi seipsos uoluere in uno & eodem loco:quamuis in celis diuersi sint orbes:possunt per zodiacum ascendere & descendere quandoq; polo artico & quandoq; antartico inherentes. Semper tamen ad occidentem & nunquā ad orientem decurrendo. Natura enim repugnat in eodem instanti unam rem duos contrarios mot9 agere:& hoc apertius in decimo libro patebit:in quo de altera astrologia scilicet astrologorum tractaturi sumus.

¶ Qualiter appareat in opinione de numero celorum quod philosophi sequuti fuerint ueteres astrologos. Cap. vi.

¶ Penes celorum numerum aristoteles & auerroys astrologos sunt assequuti:& dato quod tale fundamentum uerum sit tot intelligentias posuerunt:quot astrologi uel philosophi antiqui dicebant orbes celorum esse:& hic non probauerunt plures esse stellas erraticas q̄ septem:quod si quelibet stella erratica est habitura celum per se:magnus esset celorum numerus. Si uero dicunt quod in quolibet orbe sit una stella erratica:minime hoc de orbium quantitate constat eo magis quod dicunt manere omnes stellas extra septem planetas in celo stellarum:nihilominus uarios motus causant. ut ī polo artico uidemus eo quod aliquantulo discrepat. Et si forte non est nisi unum celum:imerito philosophi tot intelligentias posuerunt ordinatas ad mouendū celos:q nequaq̄ satis plures celos esse probauerunt.

¶ Quomodo uolentes philosophi unicuiq; orbi unam intelligentiam assignare diligēter scrutari debuerant quales isti orbes essent. Cap. vii.

¶ Videtur theodosium & galippum de primis philosophis fuisse:qui de diuersis celorum orbibus narrauerunt assignantes in uno celo tres uel quatuor orbes:& in alio quinq; uel sex:presertim galippus: qui quinquaginta septem intelligentias posuit inter omnes orbes. ¶ Theodosius autem quatraginta quinq;. cuius tamen dicta nil magis probauerunt q̄ astrologi. Et quoniam philosophi erant merito alias probationes afferre debuissent & non solum dicere uidemus in planetis aliquam diuersitatem.

Quapropter unicuiq; dandi sunt diuersi orbes:quorum unus uadat ad orientem & alius ad occidētē & unusquisq; in eodem tempore ante & retro:quod est impossibile.Et quemadmodum quilibet planeta potest omnes suos motus cum uno orbe aut sphera causare plures omnimodo sunt euitandi.Et hoc demonstratur ex eo quod solum uidemus motum in longitudine ab oriente in occidentem aliquanto in latitudine ad meridiem aut septentrionem declinando:quem uero motum unusquisq; agere potest per suum tramitem itinerando:absq; quod tandem retrocedat.Sed non quod eat ante & retro in eodē instanti.Id enim locosum esset.Quoniam autem aristoteles & auerroys consueuerunt diuinas leges sectantibus contradicere:nimium admodum mirandum est : cur rationes a theodosio & galippo de suis dictis minime potuerint:ubi de diuersitate orbium celorum scripserunt:quippe quod & illud idē eis cōpetebat:dum de intelligentiis orbes mouentibus tractaturi erant. Ex quo autem unam intelligentiam uni tantum motui destinatam assignant:& postea concedunt quodlibet celum plurimos orbes ac motus habere decuisset cognoscere:an plures essent celi & orbes? an uero unum tātum celum:& unus orbis?Quandoquidem assignare uoluerunt unicuiq; orbi unam intelligētiam:& quia absq; probatione istarum pluralitatum orbium assignauerunt:an sint uel possint esse euidenter a recta philosophia: aliquatenus declinauerunt precipue rigorosá:qua & in aliis locis ipsi plerunq; usi sunt.

¶Qualiter philosophi asserentes naturam nihil in cassum agere confitentur:quod a deo cuncta generalia & particularia ordinantur:eo quod ponunt naturam intelligētiis superiorem:& dicunt quod ipsas ordinat. Cap.viii.

¶Philosophi irreligiosi aiunt nil frustra naturam agere:& citra rectum finem operari . Quocirca nolunt plures intelligentias q̄ sint orbes mobiles assignare.presupponendo quod aliter intelligentia q̄ celum nō moueret ociosa esset:& etiam ex eo quod orbes sunt planetis destinati:nam planete sub iisdē possunt per suos motus discurrere.Et asserunt quod quemadmodū unus planeta erat motus diuersos habiturus:natura de motibus diuersis prouidet . ¶Sed interrogem9 ab irreligiosis philosophis: qualis sit ista natura:quam dicunt nihil frustra operari:nec sine recto proposito quicq̄ agere.Ipsi enim manifeste dicunt quod talis natura non est aliqua istorum intelligentiarum celorum & orbium : nempe quod intelligentias scribunt esse ad mouendos celos natura ordinatas:& naturam quam ipsi philosophi appellant nescientes quid dicant nos deum exemptum nominamus:quam philosophi nullo pacto denegare possunt:eo quod in pluribus locis dicunt naturam hoc ordinasse:& de rebus tractant quas demum uolunt eternas esse:& quia dicunt eas ita esse natura ordinatas : sufficit nobis ad probandum per eorum dicta deum esse omnium rerum expositorem:atq; super omnibus celis & intelligētiis quas philosophi assignant.

¶Quomodo philosophi hystoriographi de animalium natura scribentes plura ponant tāquā credita & improbabilia:qui postremo legē plerunq; abnegant. Cap.ix.

¶Multa de animalium natura tanquam uera a philosophis irreligiosis dicta sunt : que tamen scire non possunt.Quod enim ab eis enarratur res est:de qua nullam nobis natura cognitionem prebuit: nisi inquantum quod eas ad sensus uidemus:& damus exemplum : ut de uita cerui phenicis & corui : quos dicunt tanto tempore uiuere:quod a nemine potest experientia cognosci.Ceruum enim dicunt per tricentos annos uiuere.phenicem septingentos.Coruum autem noningentos . & quod postea sit una sola phenix in mūdo:que mori uolens ultro incenditur:atq; in pulueres redigitur : ex quibus uermis generetur:& ex uerme deinde altera phenix procreetur.Et quia natura non prebet nobis talem instinctum:quo hanc scientiam nanciscamur:neq; uiuimus usq; quo eam experiri ualeamus:palam restat inane atq; uanum esse huiusmodi fantasias tanquam ueras asserere:& religionis cultum temerario . denegare admittentes fatua.Nec tenemus quod quispiam uidisset aliquod animal tanto tempore uitam degere:quanto hominem uiuere constat. ¶Quidam cum cerua cesaris approbare uolunt: quam dicunt per tricentos annos repertam fuisse post cesaris obitum cum cyrographo & caractere in gutture suspenso:per temporis discursum inter pellem & carnem addito:quod referebat noli me tangere cesaris sum : Et qui hoc credit cuncta facillime credet:quoniam dubium est quod talis cerua inueniretur: & licet inuenta esset:non possunt probare illam fuisse cesaris.nāq; alius potuisset eiusmodi signum agere:& de super collo alligare:uerumtamen alligatura siue collare quod causa restrictionis sub pelle colli ingredit:paucis diebus suffocaret ceruam aut quodcunq; aliud animal. ¶Alia quoq; similis opinio datur:hoc est quod quoddam animal salamandra nuncupatum in igne generatū ac uiuens absq; aliq ignis cōbustione datur.Et ad hoc affirmādū inqunt:In quocūq; elemēto simpliciter assumpto aut ī prima cōpositione cū aliis posse aliquā animaliū speciē nutriri:ueluti ī terra talpa:& ī aqua piscis:ad quas aer non ingredit:in aere quedā auis denoīata camaleon:& ī igne salamādra.De talpa ī terra : & pisce in aqua: qđ uerū sit patet sensibus.sed sub terra aut suis cauernis plura animalia degūt:Attamē

per meatus seu uenas terre assidue aer decurrit. Etiam omnes arbores uel plante atq; grana que aīalia uegetata sunt subtus terra producuntur:& sub aqua non tantum pisces uerum etiam arbores & herbe nascuntur:& uegetatiua uita uiuunt. Sed nullum in aere sensuale animal neq; plantam generari ac ui uere cognoscimus:tametsi uaria animalia que uolatilia sunt aliquantulo in aere morentur. Sepe tamē oportet in terram ad quiescendum uenire:& eorum generatio in superficie terre fit:ad quam in morte redeunt. ¶In igne uero nullam durare uidemus speciem animalium uegetabiliū atq; sensualiū. Natura enim ignis est ad consumandum & disgregandum corpora:que in ipso igne ponuntur. Non durant ibi lapides:quanquam fortissimi.non arbores sicce non uirides:& non bruta animalia nequidem intellectualia. Salamandra quam nos hic inuenimus si in igne proiicietur comburitur. Sed de salamandra in igne generata:semperq; uiuente nulla uisualis apud nos habetur noticia. Iccirco tanquam fabula circa expertos:dicunt ipsam generari in fornacibus:ubi uitria fiunt. Quod tamen de facto inueniri non possumus.licet apud uulgus & quamplures alios qui docti nominabantur tanq̄ pro uero extiterit:quod quoddam animal denominatum salamandra in igne generetur:in quo diu absq; combustione uiuat:& his similes facile de lege diuina dubitare solent:aut perdifficile dant sibi fidem.

¶Quod qui integre naturali uia proficisci ostendit non debet postmodum fabulis aut suggestis fictionibus aures adhibere. Cap.x.

¶Quando aliquis totaliter ostendit se naturali uia progredi:non debet postmodum fabulis inherere circa res:que possunt natura probari:& probationem quoq; expetunt. Quia de rōne primitus cognoscendum est:an ille res quo ad naturam stare queant:an uero rationi obstent? ¶Et deinceps uidendum est:utrum ista de quibus tractamus ad nostram utilitatem accedant. Et si sunt:in quot gradibus sunt:enim uero que ad nostram utilitatem spectant diligentius sunt acquirenda:& quicquid inutile nobis negligendum.nam quod sit uel non sit parum intererit. ¶Et aristoteles non modo in astrologia penes meram ac rectam philosophiam quedam neganda fatetur:uerum & alibi quoq; ostendit: quodammodo se hystorias imitari. In Methaura inquit:quod quandoq; tellus fit habitabilis: & quandoq; inhabitabilis:& quod interdum mare sit in una parte:& ibi postmodum desiccatur:& aqua in aliā transit quod in aliqua minima parte capiendo uerum est:non tamen in nimia quantitate:quod experientia uidemus:ut dum fluuius ex una parte ripe effodit:& aliam dimittit. & pluuie interdum trahunt atq; excludunt aliquam euersam terram ex summitatibus:quam postremo in planicie deserunt. Et similiter contingit esse aliquod edificium prope flumen:& quia littus flumine dissipatur:non possunt homines apud eundem situm incolere. pariterq; contingit esse per tres aut quatuor annos maximam humiditatem:& tunc difficillimū est in patria humida habitare:& in aliis annis quibus siccitas abundauerit arduum est in siccis & aridis uitam degere: Et similiter mare quandoq; ducit aliquid de littore: & quandoq; immittit licet id omne parum sit:& tanquam accidentale uideatur:eo quod parum & raro.

¶De quibusdam nature prodigiis aut uarietatibus ab aristotele positis:que nullum uerisimile deducere uidentur. Cap.xi.

¶Alia uero ab aristotele hic difficiliora posita sunt:uolens enim exempla adducere:ubi similia incōuenientia contingant:ait terram egyptiorum alio tempore humidam & padulosam fuisse:qui & homerum poetam testatur:& etiam dicit quod nilus alio tempore nullatenus effluxerat. Vtrunq; autem nature repugnat & rationi:causa enim humiditatis aut siccitatis in terra est propter altitudinem aut infimitatem terre & montium propinquitatem uel distantiam:& secundum quod est in propinquo uel remoto ab equinoctiali linea. Et quia egyptus ut nunc est semper fuit soli & aliis planetis propinqua:& etiā planete eandem uim habent quam in mundi principio habuerant:constat manifeste:quod non causa uerint in egypto aliquod tempus extreme humidum:& aliud extreme siccum. De altitudine aut planicie ipsius terre:quum egyptus sit magna prouincia:semper talis fuit qualis nunc est. Et quoniam plana si alio tempore padulosa fuisset:nullo pacto secundum naturam tota desiccari poterat; q̄uis interdum in aliquo stagno fieri potuissent foramina:que prius non erant:ex quibus aqua ipsa profflueret. Attamen in planicie magna patria penitus desiccari nequit:licet quod si in planicie aliqua magna fouea fieret ad eam maxima pars aque manentis in circumferentia uel circa foueam reduceretur:semper autē uidemus aquam in fouea & residuum satis humidum:quod in egypto longe aliter. Cuncta enim preter nilum sicca sunt.& nilus non oritur in egypto. Sed in quadam remota ac distanti prouincia. Itaq; falsum est asserere quod egypt9 in aliis temporibus humida fuerit:& quod nilus quoq; per aliquod temp9 non effluxerit nulla condictione quo ad naturam dari potest. Quod si est supernaturale miraculosum dicetur:quum soli deo hoc opus attineat. Et qui poetis fidem adhibet & aliis quo ad libitum narrantib9 indulget:merito debet diuinas leges pro animarum salute inserentibus assentire.

Quod secundum opinionem aristotelis sequitur quod alias fuimus uti nunc sumus: que opinio eadem est cum platonica asserente:(ũ forte asserebat)quod mundus ite rum atq; iterum renouaretur. Cap.xii.

☙Visa opinione aristotelis quod ubicunq; nunc est terra discooperta:alias erant maria.& ubi nunc mare terra siquidem discooperta:& ubicunq; nunc sicca patria:in aliis tẽporibus humidissima: & ubicunq; humida alias sicca:ut de egypto exemplat:& cũcta hec posuit sub imaginatione : quod mundus etern9 esset.Et sic asserit non esse dandum primum hoiem primã iuentionẽ primã domũ primũ librũ primũ gladiũ:& sic de reliquis.Et in expositiõe istius opinionis auerroys Ait: quod omnia scita ab aristotele in aliis temporibus:quamplures quoq; sciuerunt.In quo quidem principio facillime multa alia de aristotele & platone dignosci possunt:quanquã hic minime declarauerint suam ultimatam intẽtionẽ.Verumtñ per fundamenta ab eis posita:que sequuntur facile cognosci possunt.Et in hoc mõ dicimus:si omne mare & terra sua loca transmutauerunt:quelibet scientia siue inuentio pluries est diruta: ac rursus in eodem numero renouata.& consequenter sequit:quod oẽs hoies qui nunc sumus in aliis temporib9:idem numero fuimus quemadmodũ & nũc.Quod precise est opinio quam de platone dicunt ponente:quod in spacio triginta & sex miliũ annorũ omnia in eundem statum uel numerũ: quo nũc sunt:reuerterentur.& aristoteles eiusmodi opinionem assumpsit:que forte apud platonem fabulosa erat:licet aristoteles eam uariis uerbis descripserit.At uero idem sensisse uidentur : si enim quisquam eorum tenuisset mundum non esse eternum:aut quod alias non fuerimus ut nunc sumus: hic suã intentionem declarauissent & precipue aristoteles aduersus platonem quum posterior fuit quãq̃ fundamẽtũ silentio preterierunt ambo tamen de eternitate uidẽtur cõsiderauisse.Verũ quod ista opinio falsa sit ĩ quam pluribus locis probauimus tractando mundum non posse esse eternum. ☙Et concesso quod eternus sit:propter hoc minime sequeretur qd̃ mare alias fuisset:ubi nunc altissimi montes sunt: & mõtes ubi nunc mare:aut quod egyptus alias patria humida esset:tunc enim sequeretur quod omnes stelle atq; omnes celi sepe totaliter corrupti ac renouati essent:& itidem necessario ista sequeretur: quod in aliis temporibus sphera terre siue centrum fuisset:ubi nũc sphera ignis moratur:& sphera ignis ĩ loco: quem nunc terra obtinet.& sub hac fantasia potest inferri dixisse quod unum elementum in aliud trãsmutetur:& transmutatis elementis uel spheris suis etiã dicere possumus:quod alias celum erat ubi nũc centrum terre.& terra ubi nunc celum:& illic homines habitasse.qui illo tunc uiuebant taliter quod nos alias ubi nunc celum incoluerimus.Et ideo post plures discursus illuc ad habitandum redituri: que tñ amplior opinio fuit & empedoclis opinione fabulosior : quod interdũ quatuor elemẽta penitus dirumperentur.& rursus gñarent:cõtra quã multa ab aristotele sunt posita:cuius tandẽ opinio lõge deterior:& per consequens ridicula saltem circa philosophos.Nam illud qd̃ sic uel sic in quãtitate maxĩa nunquam uidemus nisi aliqualiter:& illud quoq; per accidens ut apparet de dilatatione & restrictione maris siue humiditate apud egyptum:quoniam adhuc nunquam ibi accidit nonne hec in philosophia fabulosa sunt contra naturalem cursum quem incessanter uidemus apertissime insistunt:& id quod sensibus quandoq; non patet ĩmo econuerso:& repugnat circa intellectum est penitus denegãdum quod interdum natura fiat. ☙Demum assumpta hac aristotelica & platonica opinione proculdubio asserendum est:quod non modo semel uerum etiam pluries resurrecturi sumus.& quia pluries nullum est ĩconueniens quod dicamus nos semel tantum resurrecturos esse.In quo siquidem melius religiosi q̃ irreligiosi.hi enim quum non assidue tales resuscitationes fiant per naturalem mundi potentiam sunt proculdubio denegandi:ideo necesse est quod deus libera & absoluta potentia nos resuscitet:qñ resuscitãdi erimus.Sed quod resurrecturi simus una oẽs conuenimus.

☙Quod adhibendo fidem illis qui de fontibus & uariis stagnis inferunt. potius dẽmus illud credere quod nobis lex diuina predicauerit. Cap.xiii.

☙Vidimus superius plurima a philosophis probabilia atq; alia ad libitũ tm̃ enarrare:de quibus qdẽ parũ nostra intererit.nam qd̃ aq̃ unius fontis sup se lapides substineat:& ligna ĩmergi sinat & de simili b9 nequicquã aiarũ uel corporũ periculi occurrit: licet hoc ipsum credamus uel negemus . Sed aliter in lege diuina qd̃ diuersimode demõstraẽ.Nos enim ex tali lege necessitari uidemur.& etiam si est quod nobis admodũ utile sit.Et quum lex diuina sit:quis eã de facili percipere nequeam9: ualde timendũ est nos ipsam deserere.Qui enim primitus eam habuit:id utiq; per reuelationem dei:& non per uires hominum actum est . Quoniam uero unicuiq; in arte sua credendum esse ferunt precise sanctis & fide dignis de beatitudine loquentibus inherere debemus. ad hoc enim ipsi inuigilabant uitam exigentes quiete habitationi conformem.

☙De quatuor elementis que esse dicimus:& quod effectibus inde emanantibus com probatur. Cap.xiiii.

¶Pro cōmuni sententia quatuor elementa esse tenemus:non magis neq; minus in numero:quod ēt stat experientia.nam propriis sensibus experimur quatuor diuersas partes corporeas: que corporibus generabilibus & corruptibilibus cuncta necessaria continent.& quod ultra ista quatuor elementa non sentimus aliquod aliud elementum in tota celi concauitate.Quocirca merito dicimus quatuor esse elementa.Et quando aliquis inferre uellet tot non esse:experientia aduersabitur.Et ad dandum maiorem numerum nullus uerus effectus sensibus demonstrari pōt.Quapp manifeste cōstat quatuor eē elemēta: & quod sint super una uel alia figura:hoc utiq; nihil ad rem.Quoniā in suis spheris omnia possunt esse rotunda:& post elementationem longa acuta aut quadrata.Et diuersimode uidemus ignem accensum artificialiter acui in fine:& hoc idem reliqua naturalia corpora faciunt.Vnde arbores in summitatib9 complent.& etiam aqua prope finem uadens acuitur:& ita pariter puncta seu extremitates digitorum pedum & manuum animalium:quia ubi minus materie inest minor distantia aut terminus capitur. At uero similes discretiones per accidentia sunt:aut contingunt esse per unionem uel compositionem quorundam elementorum in aliis:Quoniā frigiditates quoq; diuersimode reperim9.& similiter calores siccitates & humiditates quasdam maiores alias uero minores:tum prauas tum remissas. Sed iste qualitates elementorum sunt: Tamen diuerse secundum transmutationes de specie in speciem ac secundū uarias compositiones.

¶De elementorum qualitatibus. Cap.xv.

¶Ex quo de elementorum numero aliquid enarrauimus de suis etiam qualitatibus dicetur:ut de leui & graui:in quo particularitatem & conformitatem demonstrabimus.& sunt equaliter cum omnibus similia aut uera.si quedam habent maiorem cum aliquibus similitudinem:cum aliis siquidem minorem.

mōtibꝰ altiſſimis de raro cōtigit diu ſine pluuia manere:ſed ī planiciebꝰ ſepe accidit licet p maiori pte
ī plāiciebꝰ melior hītatio quā ī mōtibꝰ ſit:& ibi maior habūdātia & plurima aīalia:& tñ ī mōtibꝰ aliq̄li
ter ſine planiciebꝰ uiueř pñt:ī planiciebꝰ uero ſine mōtibꝰ difficile.ſaltē qñ aliq̄ ueniūt maxīe extremi
tates:nā ī mōtibꝰ oībꝰ ānis panis & fructꝰ colliguntř:& uaria aīalia nutriunř.in planiciebꝰ uero nō ſp

ficut dũ extremitates maxie eueniũt:& multominus in eo tũc degere possent:nisi qđ aliquos fluuios a mõtibus eueniẽtes hẽrent. ¶ Vñ nõ sunt uituperãdi mõtes ut nõnulli ageř solẽt:uã in mõtib9 plura saxa pro edificiis in planicie efficiẽdis ꝑducta sunt:ligna quoque quãplura:mineralia nũquã uel raro in terra plana iueniunť.Et dũ meli9 uiuer possum9 oportet qđ mineralia hẽam9:ut ferrũ aurũ argẽtũ. & similia.uñ nõ est dicẽdũ qđ añ diluuiũ ut nõnulli asserũt totã terrã planã fuisse:qm̃ si plana:homines & alia aĩalia cũ difficultate maxia uiuere possent. ¶ Nec qdẽ mirãdũ fit:quod mõtes habitati sint:p ualles eorũ intelligas eo:qđ ibi aĩalia plura nutriri pñt:aut saltẽ estiuali tpe pasci:ibi ligna pro igne & edificiis icidunť ibi metalla aliqñ effodiunť:aut uero oportet qđ hospicia sint:ut de ꝓuincia ad prouinciã trãsire ualeamus:p quẽ laborẽ hospitandi eũtes & redeũtes:ibi hoies uiuere pñt. ¶ Quãuis in similibus locis in penuria degere uideanť:tãdẽ uiuũt eo qđ ibi singulis annis pluuias habẽt:aut saltẽ sp aliquos fontes:qm̃ nõ põt in sublimis mõtibus tantus uigeř calor:qđ totã generationẽ aque destruat: Nã ueluti in libro sexto de materia generabili & corruptibili:seu locis ubi generatiões & corruptiones fiũt esse dixim9:asserẽdũ est:qđ terra aqua aer & ignis quotidie generanť p aliquos cubitos ĩfra superficiẽ terre:usq͂ ad certũ gradũ eũdo uersus celũ:sed terrã aquã aerẽ & ignẽ elementata itelligas: nõ aũt simplicia elemẽta:nã hec terra quã tractam9 elemẽtata est:& pariter aqua aer & ignis:& sic species cõposite generabiles & corruptibiles denominãde:ita qđ ubicũq͂ elemẽta reuoluta sunt aliquo additu: alter p aliũ dať:ibi etiã danť gñatiões & corruptiões aĩaliũ atq͂ spẽrũ elemẽtorũ cõpositorũ ut uidimus:& sic a uaporib9 nebulis uel nubib9 q̃ ĩ cauernis terre seu mõtũ ingrediunť:aliq̃ aq̃ generať: Et tñ dũ ĩ pte supiori nõ generať aq̃ pauca ĩ cauernis generať:nã ueluti uẽtus atq͂ siccitas:supi9 & ĩferi9 extẽdunť:ĩ eo modo pluuie seu generationes aq̃rũ fiũt.qm̃ unũquodq͂ elemẽtũ cõtinue sup partẽ suã elemẽtatã influit:ut spẽs sua nõ deficiat:uñ oportet ubicũq͂ elemẽta reuoluta ĩueniunť ibi aliq̃s generationes & corruptiones fieri: ¶ Et qđ aliq̃ aq̃ semp genereť ĩ roribus atq͂ fontib9 cõprobať: nam continue aliq̃s ꝛros semp & ubiq͂ ĩ circũferẽtia terre generať:licet qđ ĩ pñtia solis dissoluať:& etiã cũ uigoroso uẽto:sed q̃a sol & uẽtus ñ possunt cũ tãta ui ĩ cauernis ĩgredi:ibi facili9 ĩ oib9 tpib9 aq̃ gñať: & p fontes sup faciẽ ipsius terre scaturit. ¶ Et tamẽ oportet semp ĩ pte suprema seu ĩ dimidio ipsius sphere aquee gñationes aq̃rũ ĩcipere:eo qđ ĩferiora ad ipsum supiorẽ gradũ respõdẽt:tãquã ad thonum ueluti in citharis iam exemplauimus:nam si supius nil de aqua generareť nec qdẽ in cauernis terre:qm̃ generatões ĩferiores ad similitudinẽ sui pricipii fiũt:& qđ ita in aqueis fiat experiẽtia ꝓbať:nam cũ superius nubilentũ nõ est aut tp̃s pluuiosum non ostẽdiť.aque fontiũ in dies minuunt: Vñ si p lõgũ siccitas durat in pte supp̃ma oẽs fontes saltẽ circa planicies scaturientes deficcanť. In mõtib9 uero magis cõseruanť:eo qđ ibi frigiditas extremitatẽ caloris tẽperat.& sic aq̃ põt generari ĩ cauernis. ¶ Nã in oibus generationibus oportet aliq̃đ mediũ tẽperatũ dař iter generatores seu materias accedẽtes ad generationẽ illã:& ob hãc cãm dũ frigus maximũ uiget aut gelidat nõ põt aqua generari:nec quidẽ cũ uẽto horribili & sicco:eo qđ ibi nõ dať mediũ siue similitudo iter hoc & illud ĩ quo tpe plures deceptiões elemẽta cõmittũt:priusquã simul cõueniř possint tũ supunã generationẽ & tũ sup aliã:ueluti corda faciũt:dũ ipsas tpare uolumus:uñ oportet qđ calor remittať:& ẽt asperitas aeris mollificať eo:qđ aq̃ sursum & deorsum genereнť:& in eodẽ mõ oportet ad quãcũq͂ generationẽ istorũ pricipiorũ:qđ ipsa elemẽta conformenť & ẽt ad generatiões aĩaliũ:atq͂ plantaꝝ decet:qđ tẽperata sint:& ad similitudinẽ deducta:nã ubi nõ dať pfectio & similitudo:ut in exẽplo de cordis cithararũ uidimus:nec quidẽ generatio dať:qm̃ inter duas distẽperatas cordas:nulla genereť correspondentia seu motus in palea ibi posita:nisi dũ iamcorde adeo tẽperate sunt:qđ in mõ cõpetẽti sonũ suauem agere possunt:& quanto magis ad pfectionẽ appropinquantur.tanto magis motũ in palea causant. ¶ Et in eo mõ de generationibus animaliũ atq͂ plantarũ asserendum est:quod non solum similitudo inter hoc & illud seu generatores expetuntur:sed quod oĩa ad eam generationẽ ꝯurrẽtia in pfectione sua maneant:sub quo ordine aliq̃đ generatũ perfectius & aliquod ĩperfectius:cõcesso qđ ambo de eadẽ specie sint:& cũ in principio gñationis differentia sit:& pariter semp qđ ipsa generata in ea cõpositione durant: & sic anima illius hoĩs operať in corpore suo perfectius quã aĩa illius in suo:eo qđ in pũcto generatiõis maior fuit conformitas iter aĩam & corpus istius:quã inter aĩam & corpus illius eo:qđ materia ingrediens in isto causa patrum aut elemẽtorum dispositior seu purificatior erat:quã materia ingrediens ĩ illo alio. ¶ Sed rursus reuertẽdo ad gñationes aquarũ ĩ particulari nõnulli antiq̃ dixerũt:atq͂ moderni dicũt:qđ fontes ñ emanãt magis cã pluuiaꝝ:neq͂ flũina cresciũt nisi p nimiũ uẽtũ ĩ cauernis terř ĩclusum.Sed qđ cõtrariũ sit quã ipsi dicũt:oib9 exptis p uarias ꝓuicias palã patet.nã ut supi9 iã diximus:cũ in pte suppre ma aut ĩ dimidio sphera aquee aptitudo ꝓpiqua:& ẽt ĩ pte ĩ actu posita ad pluẽdũ p lõgũ spatiũ:sic ẽt ubicũq͂ ipsa spẽs aquea elemẽtata attigit eadẽ ẽ dispositio seu opatõ generãdi aquã:hoc itelligitř ubiq͂ assumẽdo de ĩferi9 ad supi9:ñ ãt ĩ lõgũ:uidelicet p totã circunferẽtiã terř:nisi qđ si pluit diu sup romã continue ibi superius & inferius in eo tunc generať aqua. ¶ Et sic in sacra scriptura habetur de diluuio:aquam pluuisse de superiori parte & etiam de inferiori scaturiisse per omnes plantas seu omnes meatus:eo quod in eo tunc ubicunq͂ attigit aqua tempus pluuiale factum erat seu omnes uapores aut elemẽta mixta apta ad se conuertendum in speciem aqueam & tamen habetur in primis a pte superio

ri incepisse pluuiá:tamen sequendo partes inferiores cum superioribus conformate sunt: & ĩ eo modo dum superiores partes sicce inferiores eandem siccitatem assequuntur:ut experientia absq; alia auctoritate patet. ❡Licet quod ii qui per paucas prouincias peragrati sunt faciliter decipiuntur: presertim si in planicibus aut aliquantulum ab altitudinibus montium remoti habitant.quoniam sepenumero in planicibus est siccitas maxima:& diu durat:& tamen nonnulla flumina que per eam patriam transeunt in eo tempore maximam adducunt aquam:aut incremento maximo sunt:& alius pluit p aliquos dies in ipsis planicibus:& tamen flumina illa parum crescunt:uñ inexperti arguunt dicentes torrentes per pluuias crescere:flumina maxima uero non. ❡Cause quod hoc ita sit due potissime sunt. Prima quod pluit in montibus altissimis:dum ipsi montes sunt longi ad pedes ipsorum montium aut circa planicies & in ipsis planicibus non pluit:& sic crescit fluuius:& quia accipit causam per pluuiam a longe cadentem:qui habitát in planicibus asserunt:quod non per pluuiam nisi per uentos fluuius crescit:eo quod ipsi non uiderunt pluere:sed dum animaduerterent q̃lis causa sit:quod in planicibus aut circa montes:dum torrentes crescũt:qa per idem iudicium de aquis a longe uenientibus facile cognoscerẽt.ná ubiq; per omnes montes altere partes plane quedá ad sublimũ tendentes asperrime: alterẽ uero inter asperum & planum inueniuntur:& sic ĩ ea patria ueluti in planiciebus cũ pluuiis maximis fontes torrentes atq; fluuiuscula crescunt:q̃m inter montes altissimos circa ortũ fluuiorum: nullus fluuius ĩuenitur maximus:nisi omnes tanquam torrentes huc illuc per uarios conualles scaturiẽtes:& postmodum oẽs simul congregati maximũ faciunt fluuium:& in eo modo etiam ab aliquibus lacubus flumina maxima exeunt:eo quod lacus illi longissimi sunt & inter mõtes positi:& sic plures fontes circumcirca atq; per dimidiũ ibi oriunt̃:& in eo lacu congregant̃. ❡Tandẽ flumina exeuntia a lacub9 etiá si tẽpus siccũ sit minuunt̃:& si pluuiosum crescũt:alias ueluti in principio ueris dũ uentus tenerus decurrit: ueluti subsolanus aut meridianus etiá faonius niues que in hyeme super montes ceciderunt:liquefaciũt & flumina in eo tunc maxima crescũt:presertim si simul cũ uẽto illo pluit & nimiũ durat:ná cũ pluuie durant nimis pro maiori parte uniuersales per plures prouintias sunt ĩ eodẽ tẽpore:& similiter siccitas agit:& in eo tunc maxima flumina ubiq; arescunt. ❡Altera causa siquidem atq; principalis quod flumina maiorem quantitatẽ aque adducunt in tẽpore estiuo quam hyemali talis est:quia in partib9 frigidissimis nunquam:aut de raro in tempore hyemali pluit:sed ningit tantum:eo quod frigiditas congelat ipsam aquam:& agit niuem:& cum cadit in terra manet ibi congelata:donec tempora per aliquẽ calorẽ incipiunt dilatari:& etiam maxima pars aquarũ fontiũ & torrẽtiũ in gelidis maximis congelat̃: & etiá usq; ad pricipiũ ueris ibi manet:unde oportet quod flumina parua ueniant dum extra montes attingunt. ❡Et hec causa uidetur magis cum cremento & decremento quá aliqua alia conformari: unde dicendum est quod nillus habet ortum in aliqua patria frigidissima:& sic dũ sol est remotus a patria illa:oís aqua que debebat pluere sit nix aut glacies:& sic non potest euenire extra montes quousq; sol appropinquatur:& post appropinquationem solis omnes pluuie cito atq; faciliter ueniunt extra montes:& quia magis in uno anno quá in altero pluuie uigent:etiá nillus quandoq; magis & q̃nq; minus crescit:ueluti & alia flumina faciunt:& cũ hoc sit naturale in omnib9 fluuiis:hoc potius quá aliud fantasticum atq; miraculosum de multiplicatione nilli tenendum est. ❡In italia ingreditur quidam fluuius denominatus adex:qui transit per trentũ & ueroná: q fluuius raro uel nunquam in tempore hyemali crescit:& in estiuo sepe: quamuis in italia siccitas maxima quandoq; sit:in eodẽ tempore maximus uenit. & hoc contingit:quia non pluit in germania tempore hyemis:& in estate sepe pluit: quádo in italia est longa siccitas:tandem si in eo tunc in germania:aut in montibus ubi adex orit̃ siccitas etiam esset:fluuius paruulus eueniret per germaniam:& etiam per italiam ut sepe cõtingit:& hoc ego uidi & ita de aliis crementis & decrementis fluuiorũ:atq; de generationibus:& restrictionibus aquarũ ĩtelligẽdũ est. ❡In hoc tpe fuit siccitas in italia fere p spaciũ decẽ mẽsiũ:& tñ q̃nque pluebat:sed parũ secũdũ alios ános.& tádẽ plures torrẽtes plures fontes atq; paludes desiccate sunt.Circa ferrariam ubi ab antiquo plures sunt paludes:Iá in his dieb9 pauce & puule inueniebant̃:& ubi aq̃ p plures cubitos sup terrá manet̃ solebat:nũc p aliquos cubitus ĩ terra fodiebát añquá aquá ĩuenirẽt:Iá fere nulla rana ĩueniebat̃:& in hoc tpe palá notũ est:q̃liter in p̃ria illa ranas nõ pluit:eo q̃d aliq̃ñ ĩ hoc spacio pluebat.& tñ nulla rana saltabat p terrá simul cũ guttis aq̃:ueluti in aliis tpibus hũidis fieri solebat. Vñ probat̃ ut in aliis locis dicim9 q̃d rane erát iá generate ĩ terra:& postmodũ cũ pluuiis discoperiebant̃:aut ábulabát:sed in hoc nũc nõ rane nõ pulices neq; similia aialia generabant̃ cá maxĩe siccitatis.

De causis uariarũ exhalationum atq; uaporum &, de suis effectibus. Cap.xii.

❡De quacunq; exhalatione intelligendum est:quod similis sit suo elemento ex quo oritur:& ideo si uapores principaliter terrestres sunt frigidi duri & sicci erunt:& appropriatam habent condictionem ad congelandum fulgura cometas & tonitrua.si autem uapor ab aqua exit:erit humid9 & frigidus ac pluuiis appropriatus. Sed si aereus erit ad congelandas nubes accomodabitur.de igne non uidetur quod sit dandus uapor:quia ignis potius dissoluit humores q̃ eos congelet:Attamen uapor calidus dicitur inquantum terra & aqua propter solis calorẽ exhalant;quum uero exhalatio calida reperitur uo

catur calida.& etiam unus uapor plus commixtionis habet de igne q̄ alius:tamen per accidens. Sed non quod uapor ille ab igneo elemento suam maiorem proportionem accipiat. & itidem per uaria anni tempora uaria nomina uaporibus imponimus:quoniam in estate calidi sunt:& in uere & autum no temperati:in hyeme uero frigidi:Et ob hanc causam estiuo tempore quum calor maximus fit: uapo res possunt in superiorem aeris regionem ascendere.Et dum calidi uadunt & ingrediuntur in frigidis simam regionem nimium congelari queunt:& ita grandines & alia his similia primo uere & autumno paruuli fiunt:dum temperatius est tempus:uapores etiam temperati ascendunt: in hyeme autem aqua liquidior uenit.& si quandoq̄ congelatur:quia uapor non fuerat prius calefactus:non potest in tantā congelationem ascendere:ueluti grandines.Sed dūtaxat fit nix:que est minus congelata aut restricta & etiam hoc patet:quoniā i matutino uel crepusculo dum temp9 frigidum & humidum aqua liquida & mansueta pluit:& raro tonitruat.In meridie autem & sero aliter se habet.Et hoc modo grandines coruscationes & tonitrua eueniunt:quum enim humidū tempus sit:q̄uis exhalationes exeant:nequeūt in altum satis ascendere.& idō simpliciter congelant:in dimidio estatis siquidē eo ꝙ multum caloris ui get:grossi uapores ascendunt.& causa maxīe calefactionis aliqñ grossi grādines & alias fulgura fiunt.

Cur uaria fint fulgura & uarios effectus causent. Cap.xiii.

Sicut iam superius de uariis aquarum aut grandinum generationibus scripsimus:similiter in par ticulari de fulguribus pertractabitur.Nam si est uapor nimium siccus in magnam altitudinem ascen dit:& si de materia uiscosa multum moratur:priusq̄ dissoluatur.eo quod per siccitatem ascendit : & ob suam uiscositatem unionem obseruat.Et si siccus & durus dum incenditur:magnum strepitum emittit. Si uero humidus multo minorem.Quod si humor pauce quantitatis est:plerunq̄ anteq̄ ad terram de scendat per aerem dissoluitur.Et si nubes spisse sunt:& uenti contrarii concurrunt.tonitrua fiunt mul to maiora & horrenda auditu:Dicendum est autem quod maior pars fulguris ex aere prouenit:& pro pterea non fit uulnus ubi tangit : quanquam sepissime cum quassatione dura corpora frangat ex eo quod corpora nolunt locum concedere.Et quia fulgur calidum est:etiam pinnacula turrium & alia si milia incendit:& propter magnam frequētiam adurit:aut propter impetum quem fulgur simul cū sua caliditate immittit.Attamen dum corpora animalium tangit: presertim carnes absq̄ uulneribus ma nent:licet aliquanto nigre propter fumum:& intrinsecus combuste propter caliditatem.Et dum uapor ualde humidus multum quoq̄ fumi adducit:& sic plura animalia circumastantia suffocat. Quod si hu mor siccus est:q̄uis magnum ictum egerit minus animalia suffocat.Videtur quod comete superius q̄ fulgura incendantur:in quo nimium durare queunt.Quia non sunt illic nubes stricte.& sic uidetur qd fulgura in parte inferiori atq̄ in nubibus nimium strictis incendantur : & incensa mox in terram re deunt. Et hic quidam petunt qua de causa quum ignis leuis sit:& altitudinem exquirit fulgura ar dentia deorsum ueniant.Dicimus autem quod humor ascendit tanq̄ amicus aeris:& solarium radiorū qui quum ascensus est quemadmodum in pulueribus bombardarū perspicitur:magno strepitu undiq̄ effugit.& sic propter oppugnantiam quam fulgur reperit uehementer deorsum proiicitur.

Quod prius uideatur splendor q̄ fulgur attingat in locū:ad quē sit casurū. Cap.xiiii.

Quidam dixerunt quod prius fulgur attingit ad locum in quem casurus sit:q̄ eius splendor uidea tur:quod profecto nullo pacto stare potest.fulgur enim est ipsemet splendor aut humor resplendens : quem primo sursum uidemus:& paulopost deorsum labi : maxime quod est in nimia altitudine super terra.Quum ipsum primitus uidemus.Et quia fulgur est corpus : non potest in instanti descendere. Quoniam autem tempus exquirit ad descendendum uisus habet spacium uidēdi ipsum.& quod prius uideatur q̄ tangat ubi casurum sit patet:quum sepissime uisum fuerit per fenestram uel hostium templi ingredi:& postmodum tangit quod tangere debet:Et hic quoq̄ manifestatur:ꝙ non sit corpus durum tanquam lapis ut aliqui aiunt.Non enim potest per murum transire.Et sic semper ab aliquo aperto lo co ingreditur uel per uitreriam fixuras aut alia corporea que de facili rumpuntur. Hac uero no stra tempestate apud nuncium prope mediolanum : in quadam festiuitate existente: populo ad horas uespertinas:duo fulgura in ecclesiam ruerunt:que ab omnibus astantibus procul uenire uidebantur : & in uno loco tāgebant:& in alio recutiebant:donec dissoluta fuerunt. & non penetrabant parietes: neq̄ subtus terram ingrediebantur:ut uulgus testatur.Quod descendant & penetrent per septem sta turas siue dimensiones hominis subtus terram.Tandē in ea ecclesia quinq̄ uel sex obierunt: & quāplu res alii per aliquot dies male se habuerunt.alia quoq̄ huiuscemodi extant exempla. Tum uero omnes aspicientes cognoscebant quod tanquam uapor esset:& non ut lapis.Verūtamen ut iam dictum est per concussionem frigida corpora effringit:ueluti aer plerisq̄ arbores frequenter uerberando dirumpit.& fulgur non solū habet uim propter materiā suam:imo ēt ex spissa nube exagitatur:quemadmodum la pis ex bombarda irritus seu exiēs.Et sic fulgura exeuntia extra nubium spissitudinem extemplo totam

nim deperdunt:aut si nubes dissolui incipiunt.& propterea initio pluuiarum anteq̃ nubes humectent fulgura cadunt:quia dum per aliquod spacium pluit:nubes aliquanto rarescunt:& humectantur. Quo circa nequit fulgur accendi nec cum uehementia labi.

¶Ex quo loco uideatur materia fulgurum exire. Cap.xv.

¶Inquantum quod experiētia capi potest:materia fulgurum exit a putheis & speluncis.que sulphu ree sunt:ubi aer retentus ac putridus manet.& calido uel caninoso seu turbulento tempore:cum reuo lutione & uentorum uarietate:hic putheus reuoluitur:& cadentibus aliquibus guttis : aque fumositas euaporare incipit:& simul cum uentorum turbine ascendere. Quocirca quum ista materia sulphurea sit.facillime incenditur: Quũq; ille humor uel fumus putridus sit:a superiorib9 naturaliter abhorretur. Vnde uehementer ad inferiorem partem expellitur:& propter odium hanc putridam materiam ad ali quem fortissimum locum dirigunt:ut ibidem ocius dissoluatur:eo quod dum per aera uadunt aliquan tulo durare possunt.& ista uidetur esse causa:quod fulgura supra turres arbores & alia eminentia loca cōmuniter irruunt:Et quod ex iisdem cauernis ut iam diximus exeat satis constare uidetur in fumosita te odore & calore:quos secum ducit.& defectus quoq; similis est. Sunt enim quidam puthei supra quos dum aues euolant:fere in instanti precipitantur.& moriuntur. Similiter si nos ponimus aliquam auem aut quodcunq; aliud animal supra putheum:i quo posset fumo tangi:extemplo sine calcitratu aut mē brorum motione deperit.& parimodo fulgur animalia suffocat:quod non abiicit ea de loco ad locũ : ac si magno ictu ipsa percuteret:immo ea simpliciter suffocat:& in terram labasci finit. Et homines qui in hoc casu percussi sunt:& non moriuntur:dicunt se nullum ictum preter fumum.& concussionē sen sisse:licet quod plura corpora tangendo.ista concussio aliquam partem extra aliam expellit dum dura corpora sunt.

¶De quibusdam uariis coloribus in aere apparentibus siue de yri. Cap.xvi.

¶Videtur autem quod yris per reflexionem solaris radii causetur: quum de facili nequeant per ali quam spissam nubem penetrare.tamen nō totaliter impediuntur:nisi quod pars radiorũ nubem pene trat.& pars recutitur:& sic ex hac uarietate uarii quoq; in ea nube colores causantur : & adhuc quod tunc est tempus temperatũ aut calidũ:& propterea calor aqua & uapor:qui in nube sunt uarios splē dores simul cum radiis solaribus emittunt:& similiter expetunt quod plures nubes diuise sint: eo quod solares radii possint.ex una in aliam recutere aut reuerberare:& sic colores quos uidemus sunt solis re uerberatio simul cum uapore:ut in flamma ignis cōprobat̃:que fumus ardens est.cui dum aer iterponi tur nec dimittit undiq; equaliter ardere:uarios colores uisui nostro causat:pariter & tela siue sericũ:qđ sendale nũcupat̃:pp suã cōpositionē aut modũ texture q̃uis eiusdē coloris sit plures ostēdit hēre colo res tanquã p reuerberationē. ¶Circulus lune minus habet colores & minus accēsos q̃ sint yris colo res:& uidet̃ circulũ lune causari p uētorũ cōtrarietatē:q̃n eorũ q̃libet ex pte sua aduersus alios aliquas nubes deferret:& quod non fit impetuosus uentus:q̃a tũc oēs alii ab uno expellerent̃:& cũ hac uētorũ cōtrarietate nubes quoq; cōtrariant̃:quocirca lunares radii nequeunt de facili ptransire : licet aliquo mō trāseāt ut de sole prediximus. Sed nō tātā uarietatē causat:radii eni lunares nō sunt adeo fortes uel efficaces ut solares radii:& etiã q̃n yris generat̃ cōmuniter fit uespere aut mane : & tũc sol assumit nubes a latere.& sic nos totã nubē uidere possum9.q̃m a latere quoq; nr̃o manet. Quãdo autē i dimidio diei generat̃ albo:ex eo qđ sol & nubes p q̃s transit super nos sunt:& non uidemus uarietates colorum nisi tantum albedinem aut remin quoquomodo ad croceum colorem diuertentem.

¶Qualiter in principio & fine diei rubedinem in celo uideamus & non in qualibet alia hora. Cap.xvii.

¶In aurora seu principio diei rubedinem maximam uidemus:& in solis occasu:& quo ad ueritatem semper secundum uarias regiones est dies:est nox:est aurora:est occasus:est meridies:est sero:est mane Quoniam dum sol est in dimidio diei:respectu nostro est occasus respectu illorum:qui super orientali parte degunt. Verum in altero hemysperio & est aurora respectu habitantium in occidentali plagã su per parte alterius hemysperii:& tamen in dimidio nostri diei non perspicimus illã rubedinē:quã in au rora & uespere.ob hãc cām qđ radii solares nō ueniũt ad nos platera aut iuxta terrã ubi quãplures hu mores grossi sunt:in quibus radii solares reuerberant̃:& sic uarios colores generant.& añ ortũ solis & post occasum ēt radiorũ splēdorē cernim9 reuolutũ simul cũ humoribus elementorũ:& i illo mō appa ret rubedo tanquã flãma:eo quod radii non pñt ad nos deuenire.& tñ in nubibus uel humorib9 reuer berant̃:& hora meridiei non possunt similia apud nos accidere:& sic nō uidem9 illam rubedinem. Sed

illa hora alii quemadmodũ & nos in aurora aut occasu rubedinem ex radiis solaribus causatã uident.

De mineralium generatione & eorũ diuersitate secundũ uarias prouincias & situs. Cap. xviii.

De mineralibus uero nequaquam me multum in scribendo protraham: quoniam ut de aere & aq diximus intelligi potest: quod in terra uarie metallorum species generentur quo ad uarias prouincias quandoq ob caliditatem & quandoq frigiditatem siccitatem & humiditatem atq alias huiuscemodi qualitates. Et quemadmodum in uariis prouĩciis uarias experimur qualitates: ita & illis conuenire ui detur ꝙ plurima mineralia producant. Calide prouincie maiorem habent proprietatem generandi aurum: & in locis temperatioribus argentum: & alia metalla que cum natura argenti similitudinem sortiuntur. Ferrum expetit sublimem & frigidum locum. & ita per alia mineralia discurrendo. Et sicut unũ metallũ petit locum calidum: & aliud frigidum: similiter dicim9 quod unũ querit loca umbrosa & grossa: & alterum discooperta atq arida: hanc uero differentiam in arboribus manifestam cernimus. Vbi enim bona patria aut terra fertilis ad nutriẽdos taxos nature mali punici aduersatur. nec solũ propter situm & regionem terre: uerumetiam secundum uentorum frigiditatem & solis calorem: licet aliquãdo causa alicuius aprici uel discoopertionis uarias proprietates in terris uidemus.

Quomodo uenti diuersi approprientur uariis mineralium conditionibus. Cap. xix.

Venti siquidem uarias uidentur proprietates diuersis metallis conformes habere. Dicimus enim quod uentus septentrionalis est durus & solidus: & communiter restringit & congelat. Quocirca unicuiq duro minerali appropriatur utpote ferro & callibi. Et sic in septentrione multa sunt mineralia: in aprica tamen raro aut nunquam reperiuntur. Nam uentus subsolanus auster siue nothus sunt illic relaxati. & sic inter occidentem & meridiem quamplura auri mineralia inueniuntur eo: quod calide partes uel regiones sunt. & in quoquomodo ad similitudinem uenti occidentalis. Quidam aiunt quod ps septentrionalis sit tanquam mater seu origo ferri. & quod ideo acus que in naue defertur per calamitã ad cognoscendum septentrionem semper ad illam partem tendit. Sed hoc ita potest uentus causare. sicut & mineralia eo quod uentus aquilo fauet aut infert principium congelationi illorum metallorum Et habendo hanc qualitatem congelandi restringendi & attrahendi non uidetur inconueniens quod attrahat aut inclinet sibi illam acum. Tamen alii inquiunt quod polus articus habet uirtutem attrahẽdi ad se acum: aut quod origo calamite sit in septentrione: & quod illa ad se acum conuocat.

Quod ars que dicitur alchimia est falsa: quum nequeat aliquo artificio unam speciem in naturalem aliam mutare. Cap. xx.

Quoniam de mineralibus mentionem fecimus hic congruum esse uidetur aliquid de arte alchimistarum pertractare: uidelicet an uera uel falsa sit per uiam: qua ex multis inuestigatur. & primo tanquam manifesto argumento dicimus neminem extitisse: qui per accidens uiderit unam speciem in alteram naturalem transmutari. hic autem naturales species illas esse intelligimus: que sunt a natura ꝓducte ꝗuis de illo: quod prius fuerit diuersimode operemur. tunc quum de herbis & lapidibus tritis uitrum nobis resultat. Non tamen agere possumus quod lapis sit: nec quod easdem habeat conditiones quas possidet aliqua species naturaliter producta: & sic ex herbis non efficitur lignũ artificialiter: nec queuis alia naturalis species. Quia naturalem producendo oportet ut naturalis ordo occurrat: quoniam ad trãsferẽdũ unã spẽm ĩ alterã necesse ẽ: hoc ꝑ putrefactionẽ fieri: & qđ illã materiã ĩ locis cõpetẽtib9 ponamus secũdũ ꝙ natura exqrit. si eni hõ poneret semen suũ gñatiuũ ĩ aliquẽ pãnũ terrã aut aquã: nõ generaret ibi aliqs hõ. qm̃ necesse ẽ: qđ matrix mulieris ĩ huiusmõi ꝓductiõe interueniat. & ĩ hoc mõ manifestat alchimistarũ ignauia: quũ aurũ ĩ illis locis generet ꝗ sunt ab initio mũdi ad eã gñationẽ disposita: & deĩde hñt potẽtiã cõseruãdi & augmẽtãdi. Si mõ aurũ augmẽtari dici põt. Illic eni terra est simili metallo ꝓpria ob tẽperãtiã subtilitatẽ aut grossiciẽ aeris: ex solis calore aut terre humiditate uel siccitate. & hec uia ab alchimistis penit9 ignorat: sine ꝗ ĩpossibile ẽ spẽm auri ꝑ artificiũ fieri: eo qđ ad pueniẽdũ ĩ talẽ ꝺpationẽ necesse ẽ: qđ sciat ordo quo natura ĩ ꝓductionẽ auri utit: & qđ deĩde regulã quã ipsa hẽat assequant. Et tunc ẽt oportuisset quod naturam principaliter operari sinerent: licet homines ĩ aliqua profunditate aut cauernis terre materialia ponerent: ut materialia sunt naturaliter generata & deinceps alchimiste possent aliquantulo iuuare sicuti immittendo aquam calidam & frigidam uel aliquid aliud ad hoc quod locus ille calidus maneret aut frigidus. Et alchimiste in quouis ordine ecõuerso accipiũt. Nã cũ solo igne accidẽtali psumunt naturalẽ speciẽ reddere: & quo ad ueritatẽ ignis artificialis ñ ẽ generatiõib9 neq putrefactiõib9 appropriat9: sed poti9 ad eas desiccãdũ & destruẽdũ & ubi ñ ẽ putrefactio iuxta naturales cursus miniẽ ẽ uera gñatio. & etiã hoc uidet qa pauca ĩ igneo elemẽto generant atq morant: ꝗuis ignis appropriat9 sit ad purificãdũ materias: & diuidẽdũ ipsas atq exigẽ

dum quod uarios colores & proprietates ostendant:ut per medicinas & alia huiuscemodi.Sed nunquã uidemus in longo nec in paruo discursu quod ignis speciem generet ex generatis a natura: licet cum igne pleraq; ualida examinentur.hic autem disceptatio est de naturali specie uel ecõtra. Et aurum species naturalis est.& iccirco artificiose generari non potest.& sic semper differentia uersabitur in specie inter metallum artificiale & aurum naturale.sicuti inter unum hominem naturalem & alium depictum licet non dicamus tantam esse differentiam in ualore nisi in specie.Deniq; dicendum est quod alchimistae ut citius suos errores cognoscant:omnino experiantur ad faciendum quamlibet speciem naturalẽ Quod si facere possunt unam herbam arborem folium carnem aut ossa & sic de reliquis tunc censendũ erit eos posse aurũ ex aliis metallis conflare & non aliter.Qui tamen sub auri nomine diutissime retenti & capti sunt querendo colores pondera & alia his similia in conformitatem auri.Veruntamẽ ista non sunt precise de intrinseca ratione illius quod querunt: quoniam iam possumus tantum cum aliq bus herbis aquam decoquere:quod relulcet de colore & pondere uini.Sed propter hoc illa aqua non erit proprie uinum:nec sue nature.ideo alias intrinsecas proprietates nanciscetur:& nõ solum quãdo est tota aqua pura differt a uino:uerumetiam licet aliquod uinum reuolutum habeat erit a puro uino differens.& quicquid secum reuolutionem sortitur non est sue:sed potius aliene nature. Ita q; cõcesso aquam & uinum liquores esse & utrũq; potationi appropriatũ nunq̃ per artificium de aqua uinũ agere possumus.Et idem de auro alchimistato intelligetur Et quanquam inexperti circa hoc faciliter decipiantur magistri:siquidem experti extemplo istas falsitates cognoscunt : & q̃uis aliqui defraudentur : propter hoc non sequitur alchimiam bonam neq; uerã esse:licet quamplures fidem adhibeant dicentes:quod si possunt argentum uiuũ congelare:& fixare purũ ac uerũ argentũ fiet.De hoc tamen nemo experto nouit:& per consequens nullus idipsum affirmare potest:maxime quod argentum uiuum est diuerse speciei ab alio argento.

¶De quibusdam exemplis quibus alchimiste utuntur uolentes probare aurum & argentum posse accidentali arte fieri. Cap.xxi.

¶Alchimiste quoq; allegare solẽt:quod sicut igne & herbis solet uitrũ quod digna species est generari:ita & aurum ex uariis metallis.Sed in responsione dicitur : quod semper uitrum est diuersa species ab unaquaq; naturali.Et ulterius ostendit hoc euenire propter herbas & tritos lapides : non autem ex ligno seu quauis alia re simili:pariterq; ad conficiendũ aurũ opus est.q; de semine aut propria eius materia accipiamus.Quidam etiam dicunt ex humido & calido petrosilinũ adeo in paucis dieb9 augmẽtari q̃tũ natura in plurib9 agit.hic tñ semen petrosilini & non alterius capimus.tunc enim nõ exiret petrosilinũ:neq; ponim9 semen in igne nisi in terra humida:& tali modo si de semine aut metallo auri acciperemus:& in loco sue generationi oportuno apponeremus.ut cito generet aliqd adminiculari possum9 itidem quandoq; aliquas materias ponere quimus in locis calidis appropriatas ad generationem quarundam auium minimi ualoris:ut uermium uel aliquorũ reptiliũ.Sed ista quoq; licet nos in loco proprio ponamus natura generat:ut dum oua in stercore ponimus que calor fimi fouet:quibus pulli nascuntur iuxta speciem suã:& nõ cuiuslibet alteri9:& taliter de metallis atq; aliis spẽb9 ẽ itelligẽdũ.

Qualiter licet argentum uiuũ mater metallorum esset; alchimiste non possunt inde aurum neq; argentum conficere Cap.xxii.

¶Quidã tale argumẽtũ accipiũt dicẽtes argentũ uiuũ ẽ mater oium metallorũ.prio enim oia metalla sunt argentũ uiuũ:& deinde i alias pticulares spẽs trãseũt.Quod falsum ẽ.& cõtra oẽm expiẽtiã nã plura metalla reperiunt̃ i qb9 nulla argẽti uiui extat origo.nec fodiẽdo siue extrahendo alia metalla iuenim9:q̃d i eis sit argẽtũ uiuũ i trãsitu ad aliã spẽm.& sic experientia probat̃ nõ esse matrẽ seu originem metallorũ.Sed dato pro nunc q̃d mater uniuersalis sit:nondum aliquid fecimus . Quia si homo generare debet:opus est humanum semen existere & ad generationem suam in mulieris matrice poni:Quoniam nullum aliud uas sufficeret ad perficiendam hominis generationem:nec matrix mulieris si est ab aliis membris separata:Quod si mulier pareret filium trium uel quatuor mensium:filius ille euadere non potest.licet ubicunq; uoluerint eum apponant:quanto itaq; minus poterunt semen aut embrium a matrice separatum de principio ad finẽ perficere:& idem de argento uiuo: dicendum est : q̃d q̃uis mater auri sit si separat̃ a matrice nullo pacto in aurũ cõuerti põt.Sed q; argẽtũ uiuũ & aurum eiusdem nature sint falso dicitur. ¶Vlterius argentum uiuũ species completa est tanquam indiuiduata.Vnde necesse erit si ad aliam transire debet:quod prius in cõmuni massa elementorum corrũpat̃.que uero corruptio naturalis ẽ.& naturalẽ quoq; generationẽ expetit:& quãquã aliqs dicat q̃d sicut metalla per principia quatuor elementorum cõueniunt:ita & in fine conuenire possunt:pro quo dicimus quod elementorũ conuenientia in principio naturalis est:& quod finis etiam naturalis esse de

bet:presertim quod principia seu massa elementorum uniuersalia sunt. Que se ad diuersa sine particu
lari affectione extendunt. ¶Et species metallorum particulares uel indiuidue sunt: ex quo unam
in aliam transire repugnat:si prius per putrefactionem ad primam massam suam nõ redierit: & deinde
naturaliter generatur:quocirca non est inferendum necesse esse dari proportionatum ignem ut natu
ra exhibere solet.hec enim pars principalis est:qua alchimiste decipiuntur dicentes alchimiam ueram
esse:nos autem nescimus recte metallorum portiones applicare:nec temperatum calorem prebere. &
ista inuestigando maximam temporis iacturam faciunt suas conterendo diuitias:& eandem opinionẽ
astrologi habent. Dicunt enim astrologiam ueram esse:sed nos eam non recte scimus:& quo ad uerita
tem neq; alchimia neq; astrologia uere sunt uia qua eas inquirunt: q̃uis in astrologia plus uerisimile
anteq̃ ad iudicialia perueniatur:& sic interdum accidit res ita ut dixerunt euenire eo: quod de rebus
contingentibus loquuntur. Attamen alchimiste nunquam a casu nec extra casum de alchimia aliquid
ueri exprimunt. Tandem asserimus quod argentum uiuum fixatum & non fixatum alterius speciei sit
ab omnibus aliis metallis. Et licet inueniatur in quolibet minerali:non propter hoc sequitur quod sit
eiusdem speciei cum alio metallo:semper enim inuenimus terram ex qua aurum & argentum effodit:
nemo tamen de terra illa potest aurum neq; argentum facere. & idem de argento uiuo dicendum est:
quia q̃uis reperiatur in minerali in quo est aurum alie & alie species sunt.

¶Qualiter dato quod argentum uiuum se haberet tanquam sperma metallorum:
oporteret quod in ipso plures essent species:& quod oua nullam in generatione cum
auro similitudinem possident:nequidem tanq̃ sperma se habent. Cap. xxiii.

¶Concedamus quod argentum uiuum sit omnium metallorum origo tanq̃ sperma in omnibus ani
malibus:ueluti omnes alchimiste asserunt. Sed iuxta exemplum ab illis adductum necessario argentum
uiuum tanq̃ genus heret eo:quod sperma animalium genus est. Nam sicut homo equus & leo differũt
ita & eorum spermata different. Iccirco q̃uis iuxta uisum nostrum sperma hominis & sperma equi:idẽ
aut similia uideant in intrinsecis ꝓprietatibus disparia sunt:nec aliter de argento uiuo seu metallorũ
spermate sentiendum: Vnde oportet ad producendum aurũ q̃d argẽtũ uiuũ de specie ipsius auri appli
cetur. & ad plũbũ alia species argenti uiui de specie ipsius:& similiter ad quodcũq; aliud metallũ:& q̃d
in argento uiuo alie atq; alie species sint sensib9 probat:q̃re oportet q̃d alchimiste hoc primit9 cogno
scant:& deinceps terram appropriatam tanquam matrix ad quodcunq; metallũ calorem humiditatẽ
frigiditatem & siccitatem ipsis metallis appropriatam. Si enim matrix non est propria aut eiusdem spe
ciei cũ argento uiuo:illud q̃d ponit adulterinũ metallũ nasceret:sicuti mul9 ex equa & asino nascitur:
aut ex duab9 arborib9 in specie uariis insertũ orit. patet ex eo q insert9 ramuscul9 uni9 in trũco alte
ri9 postmodũ fructũ generat uariũ ab illo quem primit9 ista uel illa arbor generabat. licet maximam
similitudinem habeat cũ illo ramusculo:q̃m ibi nõ est propria generatio:quũ minime ibi fit corruptio
Et sic plantatio siue insitio non uocat generatio. Et similiter si argentum uiuum ponem9 in loco sibi
in specie ĩproprio:dato q sit de spermate auri ibi metallũ & non aurũ generaret. Nãq; equus & asina
simul generant animal:& non equum nequidem asinum: Tandem si alchimiste proprias cuiusq; me
talli species cognoscunt:& matricem sibi propriam calidum & humidũ & alia huiuscemodi ut dictũ ẽ
forsitan attingere possunt ad producendũ aurũ aut aliud metallũ. Demũ quod ad hoc cũ effectu atti
gamus ualde est dubitandũ:& per alteram uiam nullo pacto possumus naturalem speciem edificare si
ue producere: Nam sicut unũ animal ad aliud animal se habet:ita & metallum ad metallũ:quia unum
quodq; eorum est genus & ubicunq; genus ibidem & uarie species. Et hic dum alchimiste dicunt natu
ra semper intelligit ad generandum aurum inter metalla tanquam rem perfectam:merito respondere
possumus:q̃d inter animalia natura semper ad generandũ hominem tendit tanq̃ metrũ aliorũ animali
um:& q̃d accidit quod omnia animalia non sint homines:uerum hec uerba garrulabilia sunt: quoniã
a natura & non a casu uidem9 semper de homine hominem:& de equo equum generari. Quod si na
tura econuerso uellet & de ratione deberet:asserendũ esset:quod natura semper aut ꝑ maiori parte cõ
tra ueras regulas laborat:quod inhonestũ esset:& iccirco cõcedendũ est q̃d pp ornamẽtũ toti9 mũdi
aut miraculi:seu ex dei uoluntate de uariis rebus in specie seu natura mũdus ꝓduct9 est. & q̃a de uariis
speciebus natura siquidem ad uaria distincta & non ad unũ tantũ prouisura est:nequidem decens ui
deť q̃d dicamus equ9 leo & alia similia animalia sunt monstra in natura:q̃a in quacũq; spẽ mõstra q̃n
q; eiusdẽ speciei inueniunť:sed nõ dicim9 monstrũ respectiue ad alienam speciem:nisi dum tortuosum
atq; inhabile exit aliquod animal in ea spẽ:sub qua natũ est. Quoniam si equus monstrũ uocari debet
eo:q̃d homo nõ sit. similiter homo erit monstrũ quia nõ ãgelus & oĩa elementa celũ fieri deberẽt:& sic
oẽs res deuenire atq; transire deberent in unam rem perfectissimam. Sed natura aliter se habet: quum
de uariis constet:de communi uero natura intelligas. Natura enim pro deo assumpta ens primum uel
causa simplicissima simplex est:in quam nulla alia res trãsire potest. ¶Sed redeundo ad alchimiam si
ue transmutationem unius metalli in alterum diligenter aspiciendum est in exemplis:quod sepenume

ro suo experimento uidentur ne in eis decipiamur:sicut dum de ouis gallinarũ uel aliarũ auiũ in ster-
core aut similib9 locis ad generãdos pullos ponunt in quo exẽplo ut:qd queadmodũ sterc9 supplet lo
co galline ad producendos pullos:similiter dum argẽtum uiuum poneremus in aliquibus locis aliquali
ter accomodatis:quis non in matrice propria in qua aurum produci solet:quod sufficit ad generandũ
aurum de ipso assumptum per artificium.Sed contra hoc ad ostendendum quod generatio auri & ge-
neratio pullorum nimium differunt:hoc modo probari potest.Nũquam enim accidit quod gallina ge
neret pullos in matrice sua seu in corpore:nisi oua tantum.Quod si quandoq; pullos generaret intrin
sece siue in matrice nunquam eos ad extra generare posset.Nam tunc contra naturam esset eo quod
de natura auium est oua intrinsece generare:atq; extra mittere:& deinceps cum aliquo calore admini-
strare.ut in iisdem ouis extra missis pulli generentur:Aurum autem in cauernis seu matrice terre plerũ
q; generatur:ut sensibus patet.& quia semper eo quod aliter contra naturam ipsius auri eẽt:Ideoq; ar
gentum uiuum se habere potest tanquam sperma galli:si non tãq̃ oua:& sic eo modo quo sperma gal
li in matrice galline generatur.& fiunt oua:similiter oportet quod argentum in matrice terre genere
tur & fiat aurum.Et quod tanquam sperma se habeat ab alchimistis assertum est.Nanq; aliter cõtra na
turam esset:quo sepe uidemus aurum ita generatum esse.& natura non permittit in una sola specie ua
rios modos generationis.Iccirco stultum esset poni sperma galli in stercore ad generandum oua. Sed
postquam oua generata sunt:in corpore auis & solum aliquo calore extra ueniente indigent.hoc be-
neficium ad extra diuersimode assumi potest:Sed si intrinsecum esset utiq; in uno modo & non in plu
ribus. ⸿Deniq; si tota hec ars alchimistarum in actibus manuum consistit:& omnia opera manibus
edificata sensibus patent.qua de re dimissis omnibus argumentis alchimiste nõ ueniũt ad sensuum ex
perientiam:quotiescunq; uolumus:quum eorum facultas uere de sensualibus & non proprie de intelle
ctualibus agat:& quia non possunt:facultas eorum tanquam chymerica obiicienda:prelertim quod in
sensualibus si ipsam disputare uolumus:saltem exemplũ aliud tangibile ac simile adducere debem9.Et
nec alchimiste nec alii per accidens uiderunt aliquam naturalem speciem produci: licet quod naturam
iuuare possumus:& q; ipsa laboret:ueluti dum nos panem uinum fructus herbas & his similia in cibum
assumimus & natura partem ipsorum ciborũ in carnem conuertit.Nos autem nunquam de fructibus
aut aliquo alio cibo carnem per accidens faciemus. ⸿Si triticum seminare uolumus:& granum alte
rius speciei assumim9:nũq̃ triticũ nascet:neq; si ipsum i aqua aere & lapidibus poneremus:potest aliud
granum sibi simile produci.dicamus quod canis & lup9 spurium generẽt:dato quod canis & lupus ali
quantulo in specie differant:& quod eo modo de duob9 uariis metallis aurũ generari potest.At respõ
dendo inferimus quod lupus & canis iam sunt in perfecta specie:& occurendo simul in actu uenereo p
naturalem uiam natura alteram speciem edificat:Sed canis non transit in lupũ neq; lup9 in canem:&
si per accidens unũ in aliud conuertere uolumus.q̃uis multum ipsum tũdamus:& igni decoquamus nũ
q̃ de cane faciemus lupũ:neq; de lupo canem:plantamus ramusculũ unius arboris in altero. Verũ hec
est conglutinatio & non uere transmutatio in alteram speciem:quum neq; ramuscul9 neq; trũc9 dissol
uatur:& post dissolutionem in alteram speciem transeat.Attamen simul uniti fructum faciunt:& pari-
modo aurũ & argentum postquam in speciebus suis sunt:& insimul conclutinarentur manere & seruir
pñt.Sed minime propter hoc aurũ in argentũ transit neq; argentum in aurũ:nisi quod simul solidata
manent.Nam quemadmodũ nũquam natura uisa est operari:sicuti nos accidentaliter operamur. mi-
nime nos eo modo quo natura.Quoniam op9 nature intrinsecũ est:nostrũ uero extrĩsecũ.Et quod ita
sit experientia comprobat.Quũ nũquam natura ensem pannos cilicios seu auratos nequidem lanige
ros laboret:ut nos agim9:quanquam natura in his que corruptibilia componibilia & separabilia sunt
de quolibet quodlibet agat:Sed oportet unam speciem per intrinsecam corruptiõem dimittere:ut ad
aliam transiri possit.uerũtamen nos in operib9 nostris nequim9 per intrinsecam corruptiõem de una
specie aliam nouam ꝑducere:tametsi in artificialib9 de his q̃ grossa tãgibilia atq; uisibilia sunt:de quo
libet quodlibet agim9.Non tamen per corruptionem sed per alterũ atq; alterũ modũ edificandi. Gra
tia exẽpli de solis lignis domũ edificare possum9:pariterq; de solis paleis quandoq; de lapidib9 alias de
coctis laterib9.& qñq; de crudis:& de lignis seu lapidib9:q nũc in domo sunt postmodũ pontem edifi
care possum9:aut si igni apponim9 de lignis fiet cinis:& de lapidib9 calx.Verũ in his ultimis tanquam
ad iuuamen occurrim9:qa cinis nullo pacto a nobis fieri potest:nisi ab igne tãtũ.& sic ubicũq; ignis
potest ligna comburere fit cinis:sed nos non uidem9 qd in igne q̃uis multũ duret aurũ uel lignũ ge-
neref:ueluti in igneis antris uulcani uideri potest:& etiam si per durationem ignis aurũ generandũ
esset in fornacib9 uitreis generaret.Et si inferẽ qd ibi non ponũt argentũ uiuũ:respondemus qd dato
qd ponaẽ cito i fumũ dissoluiẽ:& ultra hoc aliud habem9 principali9 fũdamentũ:materia enim seu pri
mũ sperma omniũ generabiliũ & corruptibiliũ quatuor elementa sunt:& sic qui potest de argento ui
uo alteram naturalem speciem edificare:itidem & de quacũq; materia potest eo quod ibi oportet intrĩ
secam transmutationẽ interuenire:Quia si argentũ uiuũ debet in aurũ transire:necesse est prius tota-
liter corrũpi:& nouam speciem auream assũmi:& qa nos intrinsece elaborare nequimus minime argẽ
tũ uiuũ in aurũ seu in aliam naturalem speciem conuertere.Quod si i sono fundare uis:ut audiui a pa

tre meo & ab amico:quod quidam homo transiens aurũ de simplici argẽto uiuo fecisset:fabule qdem
sunt:& ab experientia alienissime. Quoniam naturaliter per putrefactionem & generationem de qua
cunqꝫ re composita alia res alterius speciei fieri potest. Sed per accidens seu artificium uere nunquã ali
qua naturalis.

¶Quatenus aurum ex nouo generari nequeat artificialiter:quia tanquam corpus
inuegetabile:& nullum metallum tanquam alterius sperma se habere potest eo quod
species iam confirmata. Cap.xxiiii.

¶Superius uidimus ꝗuis concedatur argentum uiuũ tanquam sperma metallorum esse: quod nullo
pacto per accidens ad speciem auream deduci potest:& ex alia uia scilicet ponendo ips..m in cauernis
terre:& a longe cum calido humido & similibus iuuando forsitan generari posset. Nunc uero probare
intendimus qualiter nec de argento uiuo nequidem alio metallo aurum uerum edificare seu producerẽ
ualeamus. Et primũ de argento uiuo dicemus quod nimium a spermate differt:quoniam unumquodqꝫ
sperma ab altero similia ad quod transire uult emanat. Idcirco si argentumuiuũ est sperma auri: neces
se erit ab ipso auro emanare. Nam prius est animal q̃ sperma animalis. licet ex spermate alia animalia
producantur. Sed primum animal in quacunqꝫ specie a deo uel natura absqꝫ spermate necesse est ꝓdu
ci:& deinceps ipsum animal generat sperma:quod est mediũ ad producendũ alia animalia:sperma au
tem quum nondum perfecte speciei sit in pauco momento si a lumbis masculi aut femine matrice sepa
ratur:protinus destruitur:ut in sensualibus & plantis comprobatur:& argentum uiuũ a quocunqꝫ alio
metallo & a cauernis terre separatum diu durare potest. Vnde probatur nõ esse sperma:sed speciem iã
per se confirmatam:& quecũqꝫ species si in aliã est transitura per naturam expostulat quod prius cor
rũpat atqꝫ dissoluat.& tunc tanquam communis materia ad hoc & ad illud nouam formam alteri9 spe
ciei assumit:& super hoc parmenides & melipsus philosophi dixerunt:de quolibet fieri quodlibet:hoc ẽ
speciem terre iam elementatam in elementatam quoqꝫ aque aeris atqꝫ ignis speciẽ transire:& sic quod
libet in quodlibet:sed sub hoc ordine eandem proprietatem habent lapides herbe ligna aut quodcũqꝫ
metallum:quam & argentũ uiuũ:nam ueluti per dissolutionem panis herbarum piscis aut carnis illius
animalis fit caro in alio animali:eodem modo pro cursu naturali oportet: quod unum metallum ad
transeũdũ in aliud omnino corrũpat:atqꝫ ab illa specie prius q̃ in alterã transire queat dissoluat:uerũ
per accidens nullatenus ab omnibus proprietatibus aliquam speciem expoliare possum9:& in alteram
naturalem tanquam ex nouo generare. ¶Preterea ultra hoc aliud accedit maximũ dubium:nam ne
qꝫ aurũ neqꝫ aliud metallũ inter uegetata corpora annumerat:& que uegetata non sunt ex nouo pro
duci nequeunt. Natura enim non potest lignũ siccum nisi uiride generare:nequidem habemus:quum
ab omni experientia effugiat:quod nũc natura generet lapides.& sicuti lapides seu marmora sunt eo
dem modo metalla. Quoniam autem propria uegetatione carent licet cõseruatiuam formã retineant:
non possunt nũc tanquam ex nouo generare:ꝗuis metalla seu saxa aliquando tenera seu producibilia
steterint:ueluti animalium ossa. Quia in pricipio aut circa natiuitatem nostram ossa producunt:eo qđ
in primis tanquam embri9 siue indistincta massa se habent:deinceps in modũ cartilaginis ascendunt:
& tandem in dura ossa deueniũt. Sed quũ animal in plenitudinem suam uenit:nullatenus aliqs cib9 ne
qꝫ alia res quam accipiamus in os transmutari potest. Ideo si os scindimus eiusqꝫ partem auferimus:nũ
quam amplius excrescere potest.& eo modo quo ossa in animali se habent eodem mineralia in corpo
re terre:& quia integra seu in plena etate terra facta est ossa eius scilicet metalla amplius ex nouo pro
duci nequeunt: Et de hoc extat experientia quod in eo loco:a quo nũc saxa extrahimus:nunquã alia
ex nouo producta inuenimus:nequidem ex aliquo metallo eiusdem loci. Vnde semel illud quod est ex
trahimus:taliter quod neqꝫ sic neqꝫ sic probari potest:quod unũ metallum in cuiusquam alterius natu
ram transire queat. Et si opponeretur quod metalla eo quod extensibilia restrictiua mollificatiua & du
rificatiua potius tanquam nerui q̃ ad ossium similitudinem sunt nominanda:etiam ut superius respon
detur:quod nerui semel abscissi aut ablati nunquam amplius recte consolidari queunt: multoqꝫ minus
aliud nouũ loco eius produci. ¶Rursus asserendo quod plũbũ ferrũ argentũ & similia sunt tanquã
embrius in uia deueniendi in aurum:hoc itidem contra rationem & experientiam:quoniam unũquod
qꝫ istorum metallorũ est species per se ultimata:& nũquam mineralia que nũc in plũbo ferro aut argẽ
to uidemus in aurũ denuo transmutata inuenimus. ¶Licet quidam causa fugiendi aut substentandi
suam opinionem dicant argentum esse aurũ porosum:& quod exclusis omnibus poris ad idẽ pondus
cum auro deuenit:& color omnino dari potest. Sed respondendo dicimus quod non sequitur auferant
ab argento omnes pori:igitur est equi ponderis cum auro. Aqua enim nullũ porum habet: quum ibi
aer sistere nolit:& si porus daretur ibi esset uacuum:quod utiqꝫ maximum inconueniẽs: Ideoqꝫ aqua ex
se tota est repleta:& tamen ꝗuis ponderosa non est tanti ponderis:quanti sit terra marmor ferrum aut
aurum:& eodem modo quia argentum est diuerse speciei ab auro concesso quod omnibus poris expo
liaretur:nũquam eiusdem ponderis esset:& quod eiusdem speciei non sit experientia comprobatur. si

enim aurum & argentum liquefacimus: aut aliqualiter in cibum assumimus multum quidem in intrinseca proprietate differunt. & hoc mō quod sit porosum uel non porosum parum interest: quia si de una specie hoc & illud in cibum assumptum eandem omnino operationem agerent. Vlterius secundum plures qui experti dicuntur aurum non putresit: & illud quod non putresit: non potest ī alteram speciem transire: neq; in ipsum alia: tamen nonnulli dicunt habere modū reducendi ipsum aurū ad purū argētum uiuū: Sed hoc penitus tanq̄ falsum negatur: quia q̄uis ipsum aurum ad similitudinem argenti uiui cum aliquibus compositionibus reducant: non propter hoc argētum uiuū est: & patet ex eo quod positum ad cementum ignis non dissoluitur: nequidem transit in fumum. quod si argentum uiuū esset illico in igne positum per se in fumum demigraret. ℂEt cōcesso quod aurum siue aliud metallum ad similitudinem argenti uiui reuerteretur: non ex hoc probatur quod aurum alias argentum uiuū fuerit: aut quod argentum uiuū sit tanquam sperma ipsius auri: Nulla enim res composita ī sue compaginis dissolutione ad id quod in principio erat reuertitur: sicuti sperma siue embrius: quod ī quibusq; animalibus patet: quia quando homo iam integer ad mortem deducitur: membra eius non reuertunť ad embrium seu sperma: nisi ad putrefactionem aliunde: nequidem gallina in sua dissolutione in ouū uel sperma galli transmutať: neq; ouū in gallinam quod est primū fundamentū. Quocirca undiq; palam inuenimus nequaquam a nobis aurum produci posse. ℂPreterea ut iā uidimus super oia dubitandū est: quod aurum ex nouo genereť: eo φ non proprie corpus uegetatum ueluti plante & animalia bruta. Metalla enim sub genere lapidū cadūt: idest inanimatorum. & ubi anima intellectiua sensitiua aut uegetatiua nō danť: nūq̄ ibi est uisa uera generatio: quanq̄ similia corpora dissoluantur. Sed nunq̄ ī alia similia regenerantur. lapis enim non generat lapidem: neq; metallum metallum. Sed arbor generat arborem: equus equum: & homo hoiem. & quicquid natura ingenerabile accidente potius ingenerabile: nam in iis que a natura sunt generabilia: aut indies generantur assumēdo aliquam similitudinem ipsi9 ordinis nature possumus similia animata generare: seu uiam eis prebere ut generētur: lapides uero aut metalla que pro nunc saltem ingenerabilia ubinam accipiemus regulam ad ipsa generanda: quoniam a natura non datur: & per accidens nullatenus ea naturalia que natura non potest nos possumus. nā q̄uis de lapidibus plura ac uaria faciamus: dum ipsos lapides triramus comburimus: aut cum uariis herbis uel metallis decoquimus: nunq̄ per aliquam uiam lapidem unius speciei possumus ad alteram naturalem speciem reducere. Sed tantum in artificiales species per hanc uiam lapides reducimus. uerum omnia tanquam calx aut uitrum se habent: quia de lapidibus fortibus guigeniis in communi uocabulo q circa fluuios manere solent: uitra conficiuntur: atq; plures petre fiunt: que preciose uel gēme uocari solent. Quumq; in uariis herbis decocte ita ut uitrū sit ad gemmarum similitudinem reducuntur: & etiam aliqua gemma de cristallo conficitur: hec autem oia falsificata sunt: atq; in modo sophistico uel alchimistato. & nunq̄ ut uere gemme. quandoq; de pluribus paruulis tritis perlis una magna gignitur. Sed hoc non est transmutatio de specie in speciem: quia dum de aliis rebus perlas agere uolunt: semper false exeunt. Et quū lapides qui pauci ualoris sunt agere nequimus: minime de uno metallo in aliud alterius speciei transmutare licet φ metalla propter eorum uiscositatem pluribus martellationibus atq; effusionibus resistunt: quod lapides non faciunt eo quod omnino frigidissimi & siccissimi: ubi uiscositas manere nolet. non tamen ex hoc sequitur quod metalla potius inter corpora generabilia dētur q̄ lapides: quum nunq̄ hoc uel illud sit inuentum in fieri si fortassis in principio mūdi non caperetur: idest ad trāsmutationē lapidum aut metallorū: uelut in plantis granis & sensualibus prospicimus: quia in prīcipio tanq̄ sperma uel tenerrima corpora: & deinde paulatim ipsa in duricie aptitudine & organizatiōe crescere uidemus: nam dato φ plante uere organizate non dicantur nimium porose sunt: in quibus poris uegetatiua tanq̄ in organis ingredi atq; operari posset: in lapidibus uero ac metallis causa restrictiōis & ex carentia porositatum caliditatum & humiditatum intellectiua sensitiua & uegetatiua nullo pacto infundi possunt: nec in eis operari. ℂAmplius uisis superioribus stricti9 de hac materia arguere possumus ita dicendo: lapides tum ex causa siccitatis tum ex carentia porositatum non putresiunt: & quicquid imputrefactibile natura ingenerabile: aurum est imputrefactibile ut per omnes sapientes & experientiam constat: igitur ingenerabile. Nam maior ratio que inueniť ad probandum quod aurum non putresiat est φ porositatibus caret: in quibus quidem porositatibus contrarietas ingredi posset: q̄a qcquid per putrefactionem corrumpiť: aliquo contrario corrumpiť. & id quod in se porositates non habet non prebet locum quod contraria in eo ingrediantur: & ideo corrumpi neq̄t: & quod aurū porositatibus careat per omnes alchimistas comprobatur: sub qua ratione dicunt esse pōderosius aliquo alio metallo ac lapidibus: Vnde dicendum est quod pre ceteris metallis atq; lapidibus aurum est ingenerabilius: lapides enim dato φ nō putresiant comburuntur. aurum uero neq; putresit: neq; comburitur. & a natura nulla datur generatio: quapropter non antecedit aliqua putrefactio: quanq̄ ibi res dissoluantur. Et hic uere adducere possumus christi auctoritatem tanq̄ de cognoscente totam naturam dum inquit: nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit: ipsum solū manet: que quidē mors nil aliud hic infert q̄ quod ipsius grani putrefactio: ut patet experientia: quia oportet φ pri9 corrumpatur: q̄ in herbam cannam aut spicam generetur. Et si opponitur φ aliqua sine putrefactione generantur: exem

plando in animalium spermate.quod in matrice positum absq alia putrefactiõe in embrio generatur: respondendo asserimus q sperma iam est per putrefactionem appuratum:quoniam a ciborum substãtia est assumpta:& cibi anteq in sperma transeant in stomaco animalis putrefiũt:per quam putrefactionem perfectum ab imperfecto separatur:ita q sperma iam fuit putrefactum:& appuratum:aurũ putrefieri non potest ergo minime potest generari. ¶Concedimus q in quocũq lapide ac metallo de lapidibus aliarum specierũ:& metallorũ stare possunt:& per ignem aut aliquam aliam decoctionem datur locus ad separãdum hoc ab illo:non autem ad transmutandum unam speciem in alteram naturalẽ:maxime ubi putrefactiones non dantur:ibi enim non sequũtur generationes.nequidem est proprie dicendum alchimistas posse ab auro animã extrahere:cõcesso quod de forma & materia compositũ sit:nã cã perfectionis eius asserendum est:quod habet multum de forma & parum de materia ac de ea imputrefactibili materia:& qcquid imputrefactibile hoc ab illo oio separare nolet:Alia uero metalla que aliqualiter porosa aut minus spissa prebent locum:ut inter ea contraria ingrediantur.Vñ hoc ab illo separari põt:seu tanquã forma a materia:& si non oino aliqualiter.

¶De alchimistarum malitia & deceptione. Cap.xxv.

¶Si de malitia & industria dixerimus quibus alchimiste utunt:ad suggerendum fraudes facile reperiemus eos esse in deceptionibus calidos ac uersutos.Ignaros tamen defraudant:aut poti9 illos q sunt in extrema cupiditate consequendi pauco labor diuitias uelut querentes pluribus dominari sub astrorum fauore.nam aliquid noui sentiendo:quod ditari possent dũmodo id uideant fere maximo gaudio transferuntur.& sic non satis respiciunt qualiter esse queat quod eis enarrãt.Vnde non tantum errant declinando ad quod de ratione declinandum non est:sed potius quia uidẽt omnes alchimistas pauperes esse:qui & se alios dita turos pollicentur. ¶De eorum uero fallaciis pauca dicem9:Dato eni uno plura inconuenientia contingere solent:eo precipue quia ad agendum solum sophysticum diuersis aqs & gummis utuntur:hec autem parum durant:& faciliter dignoscuntur:& per se manendo ista faciũt. Sed quando aliquibus suggerentes ad consequendas pecunias prodire intendũt:quãplures alias fraudes & deceptiones perpetrant.Quum aliquid faciant de illo:quod polliciti sunt:& ibi habent argentum & aurum limatum:& querunt modum ponendi pulueres ubi metella decoquunt:taliter quod nullus uideat id ab eis fieri:& sic interdum ponunt pulueres in baculo:quo sint metalla reuoluturi: & tum in carbonibus tum uero in uase:Ipsum enim cum diuersis sinubus aut distantiis separatis abscondunt. & sic per plura alia discurrendo:Attamen quidam sunt scientes quintam essentiam siue animam argẽti extrahere:que est tanquam perfectio aut forma argenti:Quumq illa perfectio que parua est extrahitur:tota alia magnitudo remanet ut cinis uel omnino res mortua:& sine quacunq uirtute:que tamen perfectio ualet ad animãdum tãtundem eris simul cum plumbo quantum erat illud argẽtum:quod primitus animabat.hic uero nullum est lucrum:sed potius inanis labor & sumpt9.Est autem precipu9 modus siue suggestio ;ad decipiendos alios:quia plerĩq id uidentes cito defraudantur.Et qui hoc sciuerit aiunt fuisse quendam arnaldum de uilla noua:non quod nouerit uerã alchimiam facere:uel aliquod metallũ in speciem auri transmutare.

¶De attributione qualitatum unicuiq elemento. Cap.xxvi.

¶Dictum est superius de elementorum locatione:ac de rebus que in quolibet elemento generãtur: At nũc quedã ponenda sunt de elementorum qualitatibus:& frigido & calido. Quo tamẽ facilius hãc materiam intelligamus:aliquas in principio diffinitiones assignabimus:in quibus potest quelibet propria qualitas cuiusq elementi facillime cognosci.Et he diffinitiones quo ad multorum iudicium erunt. Vnde iam diffiniendo dicemus. ¶Calidum est proprietas seu res calefaciens aperiens dilatans ac desiccans corpus.Frigidum est qualitas:que corpora restringit & gelidat.Humidũ ẽ qualitas seu res mollificans corpora:nec aperit:nisi quod implendo mollificat. ¶Siccum est qualitas uel ens que cum duricie & asperitate corpora arefacit. ¶Nunc uero facile ac palam dignosci poterit: quenam istarum qualitatum igni competat:& que aeri:& que terre:& que aque.Vnde sensibus patet.Qualitatem calefacientem aperientem ac multiplicantem corpora igneam proprietatem esse:& qualitatem restringentem & gelidantem corpora aereã eẽ proprietatem ex eo quod talia operatur. ¶Humidum autẽ aq conuenire uidetur:ipsa enim corpora replet & mollificat siccum terre:nam terra suapte natura arefacit dura atq rigida corpora reddit.At contra has diffinitiones plura opponi possunt:maxĩe ubi uolumus humiditatem aque & frigiditatem aeri appropriare.hoc enim multorum sentẽtie aduersatur:nõ quod semper sic inquiant:nisi interdum ut patebit.Quocirca etiã oportet quod ipsi has qualitates diffiniant:ut constet quatenus eas possint unicuiq elemento per propriam conuenientiam appropriare. Quia aliter semper si duas contrarietates retinent:primã que cõmunis & quicquid madidum aut inter se aqua repletum est:semper pro humido assumunt:& postmodum in qualitatum appropriatione uo-

lunt frigiditatem aque & humiditatem aeri attribuere:& pro eorum parte rationabiliter substētanda: decet quod ostendant quo pacto humidum intelligant:& quod non uideatur aque conuenire:sed so lum aeri.saltem per primam qualitatem. ¶Adducunt quandam aristotelicam diffinitionem dicentē: humidum esse illud quod est male terminans per se & bene per aliud.Et hanc humiditatis condictionē uolunt aeri appropriare:quod palam in se ecōuerso:Aqua enim semper hac illac fluctuat:atq; effugit: & semper ab alio terminari expectat:ut patet in uallibus uase:& ubicunq; aqua remanet.Nam si termi nare debet:oportet quod ab aliquo duro corpore per inferiorem partem& latera circūdetur:& per su periorem aer ad terminandum ipsam aquam occurrat:que taliter ab aliis rebus facile terminatur : per se autem male uel nunq̄.Sed alia elementa aliter se habent:quia non petunt necessario circūferentiam ab alio ut manere queant:ut in terra & aere patet:quoniam terra per se fixa est:& aer per se ascendit & descendit:atq; inter omnia elementa uix ab alio terminari potest:ut in uase:domo:spelunca:ac cete ris concauitatibus apparet:quod cōmuniter aer in uase permanens cum illo qui extrinsecus est. conti nuatur.& ad claudendum quin contineatur difficile erit:oportet enim per omnes circumferentias fir miter reserare:& aqua huiusmodi continuationem non appetit:quapropter iuxta aristotelicam diffini tionem humiditas est aque & non aeris proprietas:q̄uis ipse aristoteles obscure diffinierit:quum alibi uarie sentire uideatur:quandoq; attribuendo humidum aque:& quandoq; aeri. Verūtamen in cōmu ni sermone omnes alii philosophi quando de humido loquebantur.de aque proprietatibus enarrabant Aristoteles inquit quod calidum & humidum sunt ad generationes appropriata:& manifeste ubi ē hu midum aut mollificatum per aquam & calidum per solem plures generationes fiunt.Quod si non ē pa tria humida aut commixta aque:quāquam illic multum aeris uigeat:non generantur arbores nec alia animalia. ¶In alio loco aristoteles ponens exemplum an duo corpora dura contingi queant:dicit quod ponendo sub aqua duo corpora simul colligata:uidebimus inter unum corpus & aliud aque hu miditatem existere:& similiter ait quod animalia respirantia in humido suffocantur:& animalia siquidē respirantia non suffocantur in aere:Sed potius per ipsum uiuunt:& in aqua suffocant:Quocirca per philosophorum auctoritates & cōmunes ceterorum hominum sensus humiditas est aque & nō aeris p prietas:q̄uis aliqui nonnulla inconuenientia adducant:quemadmodum ulterius uidebimus. ¶Et de humido fortasse in sequenti libro aliquid explicabimus de complexionibus tractando.Humidum enim dupliciter accipiunt uidelicet intrinsecum & extrinsecum:seu radicale & corradicale. Nos autem dici mus quod accipiendo pro humido omnia humida:una dūtaxat origo assumitur:q̄uis postmodum ali quod humidum sit magis intrinsecum & purū & aliud extrinsecum & impurum siue cōpositum. Si enī aer uel terra humiditatem habent id utiq; ab aqua prouenit:& talis etiam uidetur quod sit aristotelica opinio:quoniam in methauris asserit:Aqua est subtilissima īter omnes res humidas:& si subtilissima ma nifestat eam eē omnium humidorum matrem aut originem & aer siquidem subtilior aqua. Vnde iuxta hanc auctoritatem non est humidus similiter q; sitis aduenit propter humidi carentiam:& semper siti mus ex aque uel nature eius penuria. ¶Et ulterius saporem in humido consistere:& humidi sapores manifestum habent ortum:uel quod a rebus liquidis emanant ab aqua uel aqueo elemento prouenien tibus.Sed tandem quidam sunt qui dum nequeunt in hac materia amplius effugere concedūt.quod hu miditas composita ab aqua procedit.Sed quod humiditas simplex sit ex aere.& contra hanc obiectio nem nos quoq; dicimus ignem in sua propria natura grauem & frigidum esse:terram uero leuem & ca lidam.Quod aliter est assumendum.Quia inquantum per effectus uidemus extrinsecus in quacūq; re intrinsecam naturam iudicamus:Et quum aqua hic semper humida sit inferendum est natura talem eē suam qualitatem.

¶De quibusdam experimentis demonstrantibus aerem esse frigidum ex sua intrinse ca natura:aquā uero humidā. Cap.xxii.

¶Dicimus quod quotiescunq; aer potest expedite decurrerē ualde frigidus experitē:licet enī magnus sit calor:si modo uno flabello uerberatē in se frigiditatem ostendit:Quoniam autem tam citissime refri gescit:uidet de eius intrinseca proprietate esse:pariterq; in umbra unius arboris:que paruum terminū continet comparatiue ad alia loca:ubi sol non splendet frigidum aerem experimur.Quia illic non est adeo insensus a radiis solis:nec ullam aliam proprietatem in aere uidemus adeo continuam ut est frigi ditas:quod nature repugnaret scilicet magis ostendere condictionem quam dicunt in eo esse secundā & appropriatam q̄ primam atq; propriam.& aqua econuerso agit eo quod ubiq; eam reperimus humi dam & nō semper frigidam.Nam calida tepida & quouis alio modo humida reperitur q; sit parum uel multum elementata & si calida est satis moratur ad frigiditates capiendas. ¶Quamplures alie diffe rentie assignari possunt penes cōmunem sensum de humido:ut quando maximam foueam ī terra effo dimus:quia quum primum aquam inuenire incipimus uel circa ibi terrestre humidum nuncupatur : & aer non innitiē ad ingrediendum in similia loca:quotidie enim uacat in adimplendis concauitatibus, & non locis que plena sunt. ¶Preterea partes infime in quibus aqua cōuersaē humide uocanē:& par

tes sublimes sit quibus aer nimis uiget semper frigide ac minus humide reputantur: Quod si humiditas esset ex propria aeris natura: quanto maior altitudo tanto maior humiditas in ea ostenderet. Quũ ibi sit aeree origini propinquior. Sed quia econuerso se habet constat humiditatem ex aqua esse & non ex aere: & sic quanto inferior inuenitur aer humidior atq; grauior efficitur: eo q a terra & aqua grossitudinem & humiditatem accipit. Et quicquid humidum uocatur ad inferiores partes decurrit: & frigidũ magis in altum tendit: & sic si in aliquam cameram ingredimur que per inferiorem partem ingressionẽ habeat: frigida & sicca redigitur: eo quod ipsa humiditas effugit ob ingressionem: que infima est. & si ingressio erit per superiorem partem: tota camera fiet humida & min9 frigida: aer uero tam faciliter per superiorem q̃ per inferiorem apertionem ingredi & exire potest. & tempus pluuiale humidum dicitur: uentosum autem frigidum. ¶ Preterea secundum omnem experientiam gelu a frigore causatur: & si aqua per se est frigidior q̃ aliquod aliud elementum: nullo pacto haberet unde congelare posset. Nam si ipsa per naturam frigida est nequit per se congelari: ut sol non potest tantum se calefacere: quod in aliam calidiorem speciem transeat: ex quo satis concipi potest aquam aliunde aliquam recipere maiorem congelandi frigiditatem: Ipsa enim per se liquida est & non congelata: & sic nequit per se in aliã frigidiorem speciem transire: neq; potest ratione inferri quod ab alio & non ab aere congeletur: quia manifesto non ab igne nec a terra: ergo ab aere: non enim sunt alia elementa: & a stellis non prouenit aliqua congelatio: eo quod interdum congelat super hemyspherio nostro per duos menses: & stella nõ tantum hic superius moratur. Et palam uidemus quod decurrente aliquo uento frigido ut septentrionali: qui congelat ueniente meridionali gelidatio cessat: eo quod non est adeo frigidus neq; rigidus sicut aquilo. Quocirca uidetur quod illa que per frigus congelantur: sunt ex aerea frigiditate congelata. ¶ Item alia congelantur que non possunt proprie per frigiditatem dici: sicuti lac per coagulũ. Sed ista potius comprehensa q̃ congelata dicunt: & in gelu siue grandinib9 congelatio fit per meram frigiditatem. ¶ Aristoteles tertio physicorum agendo quod corpus infinitum non datur: ex eo quod causa uariarum qualitatum alia corpora destrueret inquit. sunt enim qui hoc faciunt ifinitum. Sed nõ aerem aut aquam: ne ab infinito cetera corrumpantur: habet enim inter se cõtrarietatem: quippe quũ aer frigidus aqua humida & ignis calidus sit. Quorum si unum esset infinitum: cetera iam fuissent corrupta. & hic aperte asserit de primis qualitatibus loquendo: q̃d aer sit frigid9 & aqua humida. ¶ Preterea de frigiditate aeris plures alias habemus experiẽtias: ueluti dum aliquis annus est siccus: aut quod parum in hyeme & estate pluit: & quamuis frigus maximum in aliquo istorum temporũ non sit nec quidem intensus calor: licet quod in estate nimis sicca calor continuat. sed nunquam intensissim9: & quod semper aer etiam continuat saltem in matutinis tardis & in noctibus: & semper quod aer continuat ac uiget: frigiditatem ostendit. & in tempore sicco aut quando pluuie non sunt: non potest frigiditatẽ ab aqua assumere. & tamen cum experientia dum tempus siccus & sine nubib9 est: aer satis preualet presertim in noctibus. & sic dato quod per plures annos non plueret: non perirent animalia causa incẽsi caloris. sed penurie ciborum atq; pro siccitate generationes nimium minuerentur in siccis temporib9 ut experientia patet: nam in estatibus nimium siccis pauce herbe pauce pulices pauce musce & similia pauca nascuntur: & tamen ut generari queant calidum maximum petunt. sed non solum calidum: sed etiã humidũ: unde fit quod in temporibus quibus aer uiget si humidus esset generationes animalium quam plures fierent: non fiunt. & in temporibus pluuialibus fiunt: constat ipsam aquam humidam eẽ & aerẽ frigidum. ¶ In egypto ubi nunquam uel raro dicunt pluere: dato quod circa equinoctialem lineam Zodiacum aut tropicum cancri sit non pereunt homines ob calorem: eo quod aer ibi nõ impedit a nubibus: & sic satis preualet: presertim in nocte: licet quod inferri possit in egypto semper paulatim pluere: quamuis in die causa solis uideri non possit. sed in noctibus tantus ros cadit: quod pluuia uocari põt. cum dicant sepe tegulas in nocte gutas aque rorar uel pluere: & quãdo de tectis gutte cadũt: sane pluere dici potest. sed quod ita in egypto fiat. ego non uidi sed narratur. ¶ In estate nimium nebulosa & quod raro pluit: calor intolerabilis solet euenire: causa quod in similibus temporibus aer parum decurrit. sed quomodocunq; fit. si aer continuat cum aliqua uehementia: semper sufficiẽter frigus sentimus: unde dicendum est aerem de se potius frigidum quam humidum esse. cum semper quod a nubibus uel a sole non comprimit aut declinat frigiditatem ostendit. Et non fit dicendum eo q elementatus apud nos: talem ostendit qualitatem: quoniam unũquodq; alterum elementum circa nos elementatum est: tamen non ostendit eam frigiditatem cõtinuã: ut aer: immo alias continuas atq; diuersas qualitates ostẽdũt iuxta proprias naturas.

¶ Quod potius elementa per leuitatem & grauitatem contraria nũcupari debent: q̃ per caliditatem & frigiditatem. Cap. xxviii.

¶ Quidam philosophi inquiunt quod magnum esset inconueniens quando aeri frigiditatẽ assignaremus: quum frigidum & calidum inter se opposita sunt: quoniam uero ignis calidus est: si aer esset frigidus non posset insimul adherere aut propinque commorari. nam ob tantam eorum discrepantiam

unũ elementum istorũ cito aliud destrueret:& quod iccirco ponendum est mediũ temperatũ inter calidum & frigidũ:unde uolunt aquam igni esse contrariam.& quod inter ignem & aquam aer persistit: ne ista duo extrema destruãtur.Nos uero dicimus hoc argumentũ aut presuppositum aliquem habere colorem:nil tamen concludere.Et primitus ubi asserunt quod unũ elementum aliud destrueret: si modo propinqua essent duo contraria respondemus ꝙ omnia nature fundamenta rectum ordinem insequuntur:& propterea quodlibet uniuersale principium locum habet determinatum sibiipsi proprium & aliis alienum.Quocirca dato quod ignis calidus sit:& aer frigidus:non potest unus propriam alterius spheram appetere nec diu in ea morari.Quoniã autem tota sphera ignis non potest ad spheram aeris descendere:neq totum aereũ elementũ ad igneam spheram ascendere. patet quod naturas suas destruere queunt.Vlterius dicimus ignem non solum habere proprietatem per calidũ:uerũ etiam per leue rarum & alia huiuscemodi.Terra autem ultra siccitatem grauitatẽ & densitatem habet:quũ uero p proprios motus naturas elementorum cognoscamus:uidetur quod primũ accipienda sit grauitas in terra q̃ siccitas:& in igne prius caliditate leuitas:& quod illa quibus elementa mouentur principaliora sint:patet quoniam in hec nunquam cõmiscent eo quod ignis nunquam est grauis ad similitudinẽ terre in prima uel secunda qualitate.& terra nullibi est leuis:licet aliquando calida sit:in quo cum igne assimilatur.in grauitate uero nunquam in quibus duabus proprietatibus palam ostendunt ignis & terra penitus contrarios esse per quas aduersitates extremas obtinent collocationes per calidum frigidũ humidum & siccum nunquam cognosceremus diuersas esse spheras elementorum:nequidem motum ipsorum.& quum maior perfectio uniuscuiusq elementi consistat i motu & locatione: eo quod per ipsum locum & locationem obseruant semper rectum ordinem & elementum ab elemento distinguitur omnino est concedendum grauitatem & leuitatem esse principaliores contrarietates inter elementum & elementum quam frigidum & calidum siccum & humidum:qm̃ graue nunquam in leue trãsmutatur neq econuerso.sed frigidum & calidum transmutantur sepe:ita ꝙ potius terra per grauitatem est contraria igni:quam aliquod aliud elementum per frigiditatem. ¶ Amplius uidẽdum est.qualiter aqua sit igni contraria:aut uero si igni tantum:an cuilibet alteri elemento aduersetur:& merito penes experientiam procedere possumus:elementa enim bifariam precipue sunt diuisa.Nam ignis & aer subtiles atq extensi.terra uero & aqua graues & intense.& ideo contraria:quia licet aer sit igne temperatior: nullo pacto sub aqua nec in terra spissa manere uult.Si enim aer sub terra reseratur ne exire queat cito putrescit:quanquam in aliqua concauitate persistat eo:quod absq concauitate nullaten9 manerẽ potest. Iccirco quum aer concauitatem non habeat:aer cum uehementia inde effugit.Attamẽ ignis quum sit aere uiuacior ac minus temperatus aque immersus suffocatur.Non tamen itelligit quod aqua sit plus q̃ terra igni contraria.Quoniam terra etiam stricto modo igni apposita ipsum extinguit aut suffocat: Sed quia aqua magis q̃ terra penetrat:nec ullam habet concauitatem in qua remanere queat:aer citi9 q̃ terra res in quoquomodo uiuentes suffocat scilicet animalia respirantia:& ignem.hec enim necessario aerem expetunt ut uiuant:que quidem deficiente aere extemplo moriuntur.Quoniam uero ignis non potest sine aere ardere.nec aer uult in aquam ingredi:ignis citius suffocatur:& sub terra aliquãto magis conseruatur.Attamen si terra nullo aere in suis concauitatibus potiretur:& ignem tam uelociter q̃ aquã penetraret:ita cito aut parum discrepanter eum occideret:q̃ aqua. Vnde non est dicendum aquam ex frigiditate igni esse contrariam.immo ex assidua densitate. non enim in se aerem manere sinit.nam sicut aer & ignis inter se compatiuntur:& mutuo amore tenentur: ita pariter terra & aqua commorantur.ac se se appetunt & ab aere & igne dissentiunt.ignis enim ad destruendum omnia multum de elemento terrestri habentia auidissim9 est:non enim similem iniquitatem contra aquam & aerẽ ostendit uersus aerem presertim.

¶ Quatenus terra precise sit igni & non aque contraria. Cap.xxviiii.

¶ Viso in superiori capitulo qualiter intelligende sint elementorum qualitates:iam facile sciri potest quomodo terra precise sit igni contraria: quod patet per locationem & motus eorum ac plurimos effectus.ut dum aliquis terrestrium humor in igneam spheram ascendit:illic enim cum uelocitate incẽditur.& cum asperitate in terram deiicitur.nec ullam quietem & subsidium reperit:donec in terram redierit.& ibi etiam aer nimium uidetur terre aduersari.quia neq uult eam reparare nec sustinere. Et quum aqua aliquanto temperatior sit.aque enim pluuiales satis in aere manent nec sunt tanto impetu eiecte ut terra:licet appropinquent ad spheram igneam.Sed quoniam in similibus qualitatibus aduersantur.non est ita respiciendum ut in motibus:quemadmodum iam superius uisum est:eo quod nunquam ignis & terra sunt similes in motu:nec in grauitate & leuitate.Ideo inter elementa ignis & terra sunt extrema contraria:& non aqua & ignis.Aqua enim quandoq est calida:quocirca pro tunc non potest inferri quod sit igni contraria. Quandoquidem remotis causis etiam remouentur effectus: &

uidemus quod aqua tam calida q̄ frigida igni aduersatur. igitur non per calidum neq; frigidum aqua est igni contraria: nisi per humidum & intensiuum. Quamuis alii liquores qui a plantis extrahuntur calidi & sicci ueluti oleum igni inherendo: cito comburant & ardeant. paucam enim habent humiditatem: aqua uero ex quo semper suam humiditatem obseruat ab igne quoq; defenditur: liquores equidē a plantis abstracti nimium elementati sunt & proprietates corporū ex quibus orti sunt obseruant. & sic aliquantulo porosi remanent: quoniam per accidens liquefacti.

ℭQualiter unumquodq; elementum dū elementatum sit: potest compari omnes qualitates ut frigiditatem & caliditatem: in simplicitate uero unā tm̄ & de similib9. Cap. xxx.

ℭQuia de cōmuni opinione unumquodq; elementum plures hēt qualitates: tum proprias tum uero appropriatas: de his adhuc restat aliquid explanādū: quāuis multa superius dicta sint: in primis eni in propriis qualitatibus incipiemus: deinceps autem in proprietatibus nō contradicentib9 simul manere. Vnde in primis ignis calidus est: aer frigidus: aqua humida: terra sicca. nunc in duplicatione siccitas recte cum calido stare pōt: & ēt econuerso humidum cum frigido: frigidum cum humido siccum cū frigido: frigidum cum sicco humidum uero & frigidum absq; repugnantia nunquam cum calido stare possunt: nequidem calidum cum frigido & humido: ita q̄ in simplicitate elementorum nō possunt has proprietates simul dari: quoniā ibi elementa simplicia sunt: & ubicunq; contrarietas ibi aufugit simplicitas: quamobrem concedendum est: ubicunq; rem calidam uel frigidam inuenimus: aut calidam & humidam: ibi esse compositionem diuersarū rerū. qm̄ in nulla simplicitate has proprietates compatiunt. unde non uidetur dicendum esse q̄ aer in sphera sua humidus & calidus sit: humidus p naturā propriā calidus uero appropriate p conuersationem cum igne: quod stare nequit. ut facile uideri pōt: qm̄ si aer est calidus p conuersationem cum elemento igneo: pari modo ignis in sphera sua erit humidus per cōmunicationē aeris: hoc non potest esse: qm̄ humidum cum sicco nullatenus manere potest. ignis i sphera propria est calidus & siccus. igitur relinquendum q̄ humidus: & non est maior ratio q̄ aer p cōicationem assumat caliditatem ab igne: quam ignis humiditatem uel frigiditatem ab aere: nō datur humiditas nequidem frigiditas in igne in sphera sua manendo. igitur nec in aere caliditas: quocirca dicendum est quotiescunq; uel rem calidam & humidam reperimus: aut calidam & frigidam siccam & humidam: ibi compositionem diuersarū rerum esse. exempli gratia in estiuali tempore aque. uinum plāte fructus animalia lapides & similia: que super faciem terre sunt: ubi per illud tunc hec calida manent: & tamen plures res istarum a natura frigide sunt: tn̄ p cōmunicationem solis calide inueniuntur. in hiemali tempore siquidem totum econuerso inuenimus. unde fit quia que per calidum & humidum idest per uigorem solis & pluuie generate sunt in estate: in hieme per frigidum & siccum destruuntur: frigiditas extrema enim non ab igne nō ab aqua non a terra nisi ab aere tantum oritur: ut experientia lata patet. nam per pluuiam non est frigiditas maxia nisi p extremitatem aeris tantum: insuper nullum est causa destructionis sui ipsius simpliciter a natura loquendo: quoniam a contrario non autem a proprio corrumpimur: aqua per frigiditatem maximam congelatur atq; destruitur in maxima parte: quoniam in ea congelatione quoq; modo de specie in speciem transit: & nulla mutatio de specie in speciem dat quin aliqualiter destructio sit: relinquenda est opinio q̄ a seipsa gelidetur: nō potest gelidari nisi per extremum frigidum: & hoc solum causatur ab aere constat aerem frigidiorem esse aqua ulterius dum dicitur humidum manet cum calido: frigidum uero non: hoc secus se habet: licet aliter & aliter. gratia exempli aqua calefacta a sole uel ab aliquo artificiali igne calefacit: & humidificat. ubi tāgit: & similiter licet in altero piper & uinum frigidatum per aerem aut aliquo alio modo frigefacit nos in tangendo ipsum: tandem consequenter calefacit iuxta naturam propriam & sic calida aqua per prius calefacit iuxta caliditatem artificialiter assumptam: deinceps uero humidificat secundum naturam propriam. unde patet qualiter per aliquod spacium contrarie qualitates compatiuntur. nam siccum & humidum q̄ nimium aduersari uidentur: alterum alterum appetit: ut in terra comprobatur: quia dum desiccata est: nimium appetit aquam: etiam in aliquibus aliis compositionibus siccum & humidum compatiuntur. ut in ceroniis sepe comprobatur: quoniam multum de humiditate habēt: cū plures res liquide ī ipa ingrediantur: & tn̄ ceronia quamplura sicca sunt: dum appropriata ad attrahendum humores fiunt: quoniā si sicca non essent humores non conuocarent. licet q̄ hec similia de contrariis composita cito corrumpuntur tn̄ dum simul manent multa operari possunt ut calidum: & humidum in generandis herbis arboribus & diuersis animalibus: sed adueniente extremo frigore. omnia hec aut maxima pars destruunt: non autem per multitudiem pluuiarum: nisi per uigorem aeris. unde inter alia in duobus precipue pbari potest: qualiter aer multo magis contrarius est igni: quam aqua: in naturalibus existendo. ignis artificialis uero nimium ab aqua contrariatur: in naturalibus enim parum. ut experientia uideri potest. ignis seu calor eius: & aqua uel humiditas ipsius compatiuntur ad generandum & corrumpendum

uarias res:nam humidum & calidum simul corrumpunt ea q̄ iam generata sunt: & post corruptionem ex nouo alia generant.frigidum uero simul cum sicco nimium res perfectas iam generatas conseruāt: tñ pauca generant:& dicimus res perfectas conseruari:quoniam imperfectas destruit:ut aialiuscula ueluti muscas pulices herbas & similia:sed etiam si i discoperto loco capiunt animalia quamuis perfecta sint destruunt ipsa:& etiam arbores sepenumero dissiccant.alia experientia siquidem talis est:unde potissimum uideri potest:quonam pacto nimium aer aduersatur igni:quoniam ea que per ignem destructa sunt:combusta nuncupantur & combusta destructa:per frigiditatem aeris: non autem destructa p aquam combusta appellantur.Et sic quamuis tempus pluuiosum sit:herbe arbores & animalia compe tenter se habent.sed dum aer uiget & incipit ad congelandum rores in pruinis & pluuias in niues oia uegetata restringuntur:per oppositum quam in extremo calore faciunt:per extremas pluuias autem nunquam uegetata & sensata transeunt tanquam ad alterum extremum post magnos calores. Vlteri9 q̄ aer sit contrarius igni in his qualitatibus tanquam extremo probatur:quoniam i hieme parū pluit. unde non potest ab aqua ipsa frigiditas euenire:tñ in illo tempore extremum frigus est:eo q̄ aer in toto uigore suo remanet & in hoc tempore scilicet dum aer uiget non tantum de equiperantia in fortitudine cum igne experientiam capimus:immo de multo maiore naturaliter loquendo:quoniam artificialis ignis nimium comburat:quamuis sine aere nil comburere posset.aer uero ubicunq̄ reperitur multa absq̄ igne operari potest.unde non solus ignis tanquam per se comburit.nisi aere mediante. Ita q̄ non possumus in combustione ignis de fortitudine ipsi9 rectum agere iudiciū:cū absq̄ iuuamine aeris nil comburere queat.Insuper in habitationibus aspiciendo ubi calor maximum habet imperium:& pa rimodo ubi frigus multum orribilius est habitare in regionibus frigidissimis:quam in calidissimis. nam sub linea equinotiali & per totum zodiacum homines quamplures degunt absq̄ instrumento artificiali refrigidationis:ueluti ignis artificialis est ad calefaciendum. In regionibus frigidissimis autem si mo dum artificialis ignis non haberent:nullo pacto ibi gentes habitare potuissent.ut in regionibus non nimium frigidis comprobatur:ueluti in quarto climate europe: nam quamuis clima satis temperatum sit uix ibi uiuere possemus causa frigoris:si ignem artificialem non componeremus:in quo tēpore multo maiorem orribilitatem inuenimus causatam a frigore a natura loquendo quam in estiuali tempore horribilitatem a colore ortam.in hieme timemus ire ad lectum causa frigiditatis.& exire ab ipso etiam timore frigiditatis:in estate uero nec hoc nec illud tanquam horribile timemus:& tñ aqua nō uenit potius in camera in hieme quam inestate:nisi aer in hieme uenit uigorosior:& q̄ ex aqua talis horribilitas frigiditatis non ueniat experientia probatur:nam in tempore hiemali quando frigora maxima sunt ripis maris & fluuiorum inquantum possumus adheremus:ut a frigore euadamus:quod impossibile esset euadere per hanc uiam:si frigiditas maior siue ultima ab aqua ortum haberet.unde his uisis proculdubio concedendum est aerem esse frigidiorem aqua:quum ipse aer inter elementa prima origo frigiditatis sit.preterea in hoc loco recte aspiciendo que superius dicta sunt:facillime comprehendere quim9: quibus factionibus sortiuntur animalia que multum de elemento aereo capiunt:& quibus animalia nimium accipientia de elemento igneo:Et hic non est nobis cure:an hoc sanguineum & illud colericum nuncupari debeat:cum de rebus non autem de nominibus contendamus. unde tantum uidendum est quas factiones atq̄ proprietates possideant animalia accipientia multum de aere:& quas que nimium de igne capiunt.nam fortassis homines:quos ego colericos uoco:multum de sanguine habēt:eo q̄ ner uosi sunt:atq̄ latas possident arterias:in quib9 multum sanguinis ibi generatur:atq̄ decurrere potest: & sic uidemus homines ad siccitatem tendentes per nasum sepenumero maximam quantitatem sanguinis effundere:& tñ hii homines in omnibus aeri conformantur.& ad cōmunem obiectionem factam q̄ accipientes de igne:super omnes alios sicci esse debent respondendo dicimus:q̄ frigus restringit: calor enim dilatat:licet q̄ etiam dum humidum non inuenit comburat. frigus siquidem super calidum humidum & siccum restringit atq̄ dissicat:ut patet dum gelidat aquam:quoniam non solum ipsam gelidat uerum etiam nimium diminuit:in quibus effectibus probatur qualiter aer infrigidat & dissicat: ut in desiccatione seu combustione herbarum frondium & nonnullarum rerum apparet:sub qua natura aerea necesse est animalia multum continentia de elemento aereo ipso frigida & sicca esse: tñ fortissima:quoniam aer super omnia elementa fortissimus ut explicatum est:& unumquodq̄ animal ut forte sit oportet de ossibus magnis atq̄ neruis munitum esse:& per omnia membra equalitatem possidere hoc est parum fortius unum membrum quam alterum:eo q̄ aer ubiq̄ temperatus atq̄ cum equalitate maxima reperitur:non callidus proprie dictus sed astut9:sub qua astutia sepenumero callidus dicatur ueluti in motibus suis comprobatur:quoniam sursum deorsum & ad latera mouetur: ut omnes concauitates adimplere posset.ne uacuum in natura detur.& hic facile concipitur:quonam pacto non grauis non leuis sed imo temperat9:quoniam si leuis uel grauis ad unam partem tantum motuum haberet: non enim ad plura & cum uno solo motu naturale:nullatenus per naturam omnes concauitates sursum & deorsum & ad latera manentes adimplere posset.unde posita hac proprietate in aere idest adimplendi ubi alia elementa deficiunt:necesse erat aerem temperatū esse:ut motus ad omnes partes per propriam naturam haberet.sub qua proprietate dum nos de complexionibus descripsimus:diximus in

quacunq; compositione animalis:ubi nimium de elemento aereo ingreditur est accomodata composi tio:quoniam aer si in sufficienti quantitate est:non permittit discompassata esse membra. Ignis uero quamuis compassata membra componat(intelligas ubi ingreditur quantitas sufficienter ipsius ignis) non est ita forte compositum ueluti nimium de aere capiens:& potius relaxatum est.quoniã calor mul tum magis dilatat:quam frigus & quia calor mollificat:saltem semper ubi humidum inuenit: & mollifi catio competit magis carnibus quam ossibus & neruis:animalia multum de elemento igneo habentia carnosa sunt:gracilia ossa atq; neruos possident. tandem in carnibus quum ad uigintiquinq; annos attingunt:usq; ad trigintaquinq; si diligenter non caueant in carnibus tanquam flãma ignis dilatan tur:in ossibus uero non:licet in iuuentute omnia animalia multũ de elemento igneo continentia graci lia sint:sed cum tempore carnibus dilatantur:& in hoc quoq; similitudinem magnam cum igne habẽt ut in artificialibus ignibus apparet:quoniam in principio paruulissimi:in dimidio per flãmam dilatan tur:& circa finem nimium declinant.nunc uero super his que dicta sunt facile agnosci potest: que ani malia fortiuntur ab elemento igneo:& que ab aereo.hoc est per dominationem accipiendo magis de uno elemento istorum quam de aliquo alio de nominibus siquidem colerico & sanguineo non est mi hi cura:quamuis denominassent sanguineum hominem accipientem multum de igne: & colericum de aere:tñ hoc sub aliqua similitudine assumptum:quoniam qui rubei coloris sunt:potius cum igne con formari uidentur quam cum aere:cinereus color uero cum aere & hi qui cinereum uel palidum colorẽ habent:in omnibus aliis etiam cum aere conformantur:ut expositum est:& rubei coloris cum igne. Vl terius quia cum calore nimium in sanguine habundamus:cum frigido enim restringimus ipsum in simi libus considerando uidetur posse appellari sanguineus:qui nimium de materia ignea accipit:& coleri cus qui de materia aeris:quoniam de communi opinione collerici fortissimi sunt:presertim dum irascũ tur:& hoc ad similitudinem aeris est:quoniam super omnia elementa fortissimus dum alteratur: ut pa tet dum terra tremere seu tremorare agit:& in horribilitate hiemali:tandem q; hic uocetur sanguineus & ille colericus:aut econuerso parum interest dummodo semper in hoc fixi maneamus:uidelicet q; acci pientes multum de aere in compositione sua in punctu gñationis habent eam aptitudinem membro rum atq; alias proprietates:ueluti nos describimus de illis:quos collericos appellamus:& quos sangui neos de igne habere multo maiorem portionem quam de alio altero elemento : demum quamplores decepti sunt in combinandis qualitatibus elementorum asserendo:unumquodq; elementum duas qua litates habere:non magis non minus unam propriam alteram tanquam appropriatam:nos autem di cimus unum elementum tantum unam de his similibus habere qualitatem simpliciter assumptam: ut ignis caliditatem:aer frigiditatem:aqua humiditatem terra siccitatem:in mixtis uero omnes he qualita tes simul compatiuntur :ut in terra aqua & aere comprobari potest : quoniam iam terram uidemus siccam:iam humidam iam frigidam iam calidam.& sic unumquodq; corpus: quod nos conuersamur. grauitas & leuitas siquidem nunquam in quocunq; elemento inueniuntur:unde he proprietates idest: grauitas & leuitas prebent nobis maiorem cognitionem de diuersitate elementorum seu distinctione : quam caliditas frigiditas humiditas & siccitas.

¶Quod puluis bombarde cum igne tantam uiolentiam facit ob inimicitiam:& nõ quod incensus puluis in mille quantitates plus illo quod prius erat pertranseat. Cap.xxxi.

¶In libro sexto latius demonstrauimus unum elementum non posse in alterius simplicitatem con uerti.Sed quia plures philosophi tanquam experimentata quedam exempla ab aristotele in methauris posita accipiunt:etiam nos hic aliqua de iisdem rememorabimus.dicent enim ista exempla aristotelis demonstratiua esse ad probandum:quod unum elementum in aliud conuertatur:sicuti accipiendo qđ de uno pugillo terre:decem aque fiant.& de uno aque decem aeris:& de altero aeris decem ignis:atq; id patere uerum esse in igne & puluere in bombarda positis.aliud itidem experimentum est ponendo recentem aquam in amphora uitrea.uidemus enim in circumferentia amphore guttas aque. ¶De experientia ignis & pulueris in bombarda positis: spero me latius in decimo libro explicaturum : hic autem solum dicimus ex uno pugillo terre duplo magis de aqua fieri posse : & duplo magis de aere q̃ de aqua:& similiter de igne duplo magis q̃ de aere : Et hoc est quo ad ordinem in corporibus : ubi unum debet per ueram mensuram aliud continere.Et dum dicunt tantam fieri in bombarda uiolentiã quod pulueres igne accensi plurimum ascendunt:& forte millies magis illo quod prius:& iccirco tan tum impetum uersari:respondemus manifeste in speciem flamme ignis que composita est pulueres di uerti:& non in simplicem ignem.Nam puluis ille in fumum uel uaporem transit qui ardet : simul cum aere intus & circumcirca puluerem manente.hec uero flamma potest septies plus illo:quod puluis erat ascendere dum in speciem flamme conuerteretur.uerumtamen ista non est principalis ex tanta uiolen tia:nisi quod species que in pulueres ingrediuntur multum igni aduersantur : & sic presertim ubi in

loco stricto uersatur:maximus impetus causatur.Quapropter lapis bombarde sine moderamine exit: & cum magno rigore uadit.Sed si puluerem ex palia confectum aut aliis rebus mollibus compactum: in bombarda poneremus:q̄uis incenderetur parum excuteret lapidem:nec unquam bombardam fran geret:licet eam clauderent:ne lapis uel aer exire posset:Quocirca dicendum est tantum impetum trib bus potissimis causis prouenire:quarum prima est:quod a natura species pulueris igni aduersatur : sed potius quia desiccata de tota humiditate ipsi pulueres simpliciter restant igni oppositi:& absq; aliqua defensione qua se ab igne tueantur:Et hic secunda ipetuolitatis causa oritur:nam fere quum primum ignis puluerem tangit:ipsum totum incendit.& talis repentina mutatio de specie in speciem magnum impetum gignit.Illa uero flamma que ardet:uapor seu fumus fuerat:& sic eam citissime in fumum redi re prospicimus.Vnde non transit in igneum elementum : nisi quod in ardentem fumum diuertitur & idem aristoteles inquit:scilicet flammam esse ardentem atq; incensum fumum.Tertia ac fortior causa prauitatis in proiiciendo lapidem ac diruptionis bombardarum prouenit:q̄ aer a nullo alio elemento natura neq; accidente subiici uult:ut patet dum in cauernis terre includitur:& superficies ipsius terre clauduntur in exitu ipsam terram concutit:& si in aliquo uase aquiceo per omnes partes clauso aerem constringere uolumus.fere nil in seipso restringi uult:Dato q̄ ibi maximam uim poneremus. & sic dū aer clausus est in bombarda:parum q̄ puluis aut ignis dilatetur ipse aer causa fugiendi restrictionem cum magno rigore exit per os bombarde.uel si inuenit eam nimis clausam rumpit ipsam per omnia la tera & ad hunc impetum faciendum non oportet q̄ aer in maxima q̄titate crescat causa incensionis ī flāma:nam si in dimidietate augeť sufficit ad rumpendum plures bombardas:simul si exitum potius ex peditum non inuenit.

¶De exemplo posito de guttis aque super uitrea amphora apparentibus. Cap.xxxii.

¶Exemplum quod ponunt de guttis aque ad probandum unum elementum in aliud conuerti:tale est:uidelicet quod infundendo recentem aquam super uitrea amphora:uidemus guttas aque in eiusdē amphore circumferentia:& quod phyala non sinit aquam a se exire:eo quod solida est & dura . Vnde fit illi aque recenti propriam in esse uirtutem conuertendi in aquam illum aerem:qui est in uasis circū ferentia:& quod ille sint gutte:quas in ea circumferentia prospicimus.Sed contra hanc similitudinem nos aliam similem ponemus:dicendo elementata esse omnia elementa:cum quibus nos conuersamur. & iccirco aer qui circa nos manet assidue aliquam reuolutam aquam complectitur:& aqua recens que est in phyala attractiuam habet uirtutem ut magnetes.Et sic aqua que sparsa erat in aerem tanquam a fundamento in superficiem amphore deuenit:& non quod ex nouo generetur: hec exempla tamen colorata tantum sunt:sed ueritas aliter se habet.unde aliter dicendum est: uidelicet quod omnia hec corpora ut uitrum ligna & fictilia porosa sunt.& dum calescunt relaxantur:& pori aperiuntur ut ī nobismetipsis cernimus.Nam quum primum calescimus confestim aperiuntur:& in ouis idem ubi recentia sunt conspicitur:quoniam ipsa immittendo ad axandum in igne q̄uis crustam habeant adeo solidam : & difficilem penetratu cum liquoribus:quemadmodum & uitrum aliqua aqua ex illa que erat in ouo: per sudores & poros exit:& in eo tunc non potest dici:quod aer circundans ouum in aquam conuer tatur.Tota enim circumferentia iam calida est:quocirca esse non potest:quod ibi aqua in aerem con uertatur:& simili modo dicimus quod aqua recens habet uirtutem exeundi per uitrum in modo sudo ris:& quod uerum sit experientia probatur.Quoniam in estate quando corpora relaxata sunt:ille gut te dūtaxat super amphora demonstrantur:non autem in hyeme exeunt:neq; in estate si summo mane ponitur aqua in phyala maxime septentrionali uento decurrēte.Ipse enim poros amphore restringit: & sic non potest sudorem emittere:q̄uis aqua recens intus sit.Et in hyeme quoq; patet experto nostrā intentionem esse ueram:nam si aliquantulo unum cyatum uitreum calefacimus:& statim in eo recētem aquam ponimus:etiam quedam gutte foras per poros uasis exeunt:q̄uis pauce sint.Quoniam frigidi tas aeris cito claudit poros uasis.Attamen sufficit illa aqua exiens ad probandum ueram esse hanc ex perientiam.Quapropter multis exemplis probare possumus illas guttas que circa amphoram sunt nō esse aerem in aquam conuersum:licet ut in aliis locis patet in specie elementata:unum elementum ue luti aqua potest in se alia elementa conuertere.Sed ibi minime simplicia sunt: nisi tantum in specie cō posita.Verum in simplicitate non conuertuntur.Ista enim elementa in eo modo quo a nobis tractan tur uel sentiuntur equiuoce elementa denominantur:quia in uarias species extra origines suas trans mutata.

De Eodem.

¶Preterea humiditas corpora opaca transire potest:ut in omnibus corporibus apparet:& de ratione constat:ita esse debere.eo quod humiditas subtilis est:ueluti caliditas frigiditas & siccitas. quoniam si una istarum est qualitas & etiam alie sunt qualitates:& cum caliditas & frigiditas trãseunt festinatim uitrum:& alia composita corpora tangendo ipsa etiam humiditas potest similia corpora transire: & cum aliqua sufficiens quantitas est in superficie uitri apparent ibi gutte.Et arguendo quod si hoc esset potius transiret aqua quando est calidissima per poros extra uitrum: quam dum est frigida. eo quod magis aqua calida quam frigida penetrat in duobus modis respondetur:primo quod dum aqua calefacta est a natura sua prolongatur:& sic non potest ueras operationes secundum suam naturam operari:ut in ouis comprobatur:quoniam si recentia non sunt:non emittunt guttas extra testam: dum ipsa oua assamus. ¶Aliud fundamentũ siquidẽ tale ẽ:quia quamuis dũ aqua nimium calefacta est: extra superficiem ampule exeat calor ibi appositus in aqua continuatim dissoluit totam illam humiditatem exeuntem per poros: & sic non possunt comparere gutte aque in superficie ampule: eo quod a calore dissoluuntur:concesso qd humiditas exeat. ¶Rursus qd gutte ille ex nouo de aere circundante ampulam non generentur facile uideri potest:primo quia eiusdem speciei cum aqua in phiala manente est:ut in sapore frigiditate caliditate probatur:& si de aere nouiter generaretur manifestam ostẽderet differentiam ab aqua in ampula manente:Vlteri9 atq; fortius omnis generatio ubi transmutatio de specie ad speciem datur:in discursu temporis fit:non autem in instanti:quoniam per prius ibi est conctatio aliquorum diuersorum:deinceps alteratio postmodum corruptio unius:postremo uero generatio alterius:& inter generationem & corruptionem purificatio materie super corruptionem dat: unde quamuis generatio ĩ instanti fiat:postquam hec p̃cedẽtia per cursus suos transierunt in hiis cursibus temporalem moram faciunt:omnino satis longam:& gutte aque fere in instanti apparent. in circunferentia phiale:patet non esse aqua generata in eo tunc ab aere.

¶De quibusdam prodigiosa loquentibus:ut plinius qui potius fabulosa q̃ uera narrant. Cap.xxxiii.

¶Plerisq; scriptores & precipue hystoriographi quamplura prodigiosa ab elementis causata scripserunt:de quibus nullam hactenus mentionem fecimus:que quandoq; potius fabulosa q̃ uera esse uidentur.& quia philosophorum est de rebus probabilibus tractare:penes cõmunem naturam non decuit: de fabulosis & incertis tanquam de ueris scripsisse:ideo similia potius danda sunt hystoriographis aut poetis.Inter quos plinius pleraq; huiuscemodi prodigia narrat:ut dum quandam prouinciam esse ait: in qua homines nascuntur:non habentes ora:& eos dũtaxat odoribus per nares susceptis nutriri. Que tamen opinio naturaliter repugnat corporibus ex quatuor elementis uere animatis. Quod si plinius hoc uidisset:alii debuissent idipsum quoq; uidere.Qui ut posset ob lõginquas regiones plus dicta sua contegere:multa prodigiosa narrat de fontibus & animalibus atq; aliis huiusmodi. licet plerunq; aliqua admiranda monstra eueniant:hoc autem non est semper nec in una sola prouincia:nisi quod nũc in una parte & deinde in alia:& raro in omnibus contingit:quamobrem nulla est in hoc fides adhibenda tanquam ex generali regula.Et forte aliquis scriptor audiendo in tali patria natum esse hominem duo habentem capita tria uel quatuor brachia:& mulierem in utero decem uel quindecim peperisse:id pro uniuersali eiusdem patrie regula describunt & manifestum est quod mõstra interdum cum duobus capitibus nascuntur.& sic quoq; cum duabus corporum medietatibus:quedam unum oculum habẽtia & quedam quatuor:nonnulla in anteriori parte & alia in lateribus. quamplura etiam absq; debito & congruo ore ac fine naribus:aut quod non habent in proprio loco:hoc autem non cõmune. & ideo monstruosum. Verumtamen hoc non est precise nature repugnans. Vt dicẽdo homines posse solo odore nutriri ac diu perdurare:aut quod unus fons super se grauia corpora substineat & leuia submergi sinat:quod precise aquarum nature repugnat:quoniam leuia ad celum tendunt grauia uero ad centrũ: si modo non posuissemus in aqua aliquem lapidem rectum: qui magnas haberet cauernas aere plenas aut concauum ueluti cratherem cuius causa aliq̃tulo super aqua substentari potest:& lignum putridum aut nimia humiditate repletum festinatim submergitur:sed hoc a casu & tanq̃ artificiosum fit & similiter contra naturam hominum quod solo odore uiuant:tametsi uarie gentes uariis quoq; cibis uescantur quo ad necessitatem aut habundantiam & patrie fertilitatem. ¶Plinius itidem quasdam personas feminas esse ait:& deinceps in marium naturam conuerti:quod fabulose eum percepisse reor.nã forte aliqui in iuuentute muliebria opera faciebant.& in integra etate uirilia.Sed non quod naturaliter femina in marem conuerteretur.alii deinde uarias opiniones ab eo assumunt inferendo cõmunem naturam esse totalem causam omnium uarietatum & signorum:que uidemus: ¶Ait deinceps quendam fontem talem habeñ uirtutem:quod si in eo posita fuerit candela ardens illico extinguitur:& si ex

tincta incenditur:quod forte ab aliquo artificiose actum est:sicuti quando quisquam duas aues in muro depingit:quarum una appropinquantem candelam extinguit.& altera incendit.auis enim que incendit sulphurem habet:que uero extinguit salenitrum.Sed in tali operatione oportet quod candela ignem habeat:licet non ardeat quia aliter non incenderetur:& q̄plura alia similia uidemus ut candelā ex niue componendo:& quod liehinus qui intus est fit trementina consperfus:nam sine impedimento ardet.pariterq; si funale in ignem impetuose posuerimus:q̄uis ardeat extinguitur.& si temperate incē ditur.Nos similiter afflatu unam candelam non ardentem incendimus:& alteram ardentem extinguimus.Et in hoc modo ob aliquam temperantiam aut distemperantiam possunt hec eadem accidere in aliquo fonte seu artificiis:que in fontibus uel funalibus ponimus. ut dum aliquem pannum lineum in aqua uita madefacimus & in igne ponimus:qui potest ardendo aliquantulum manere & nihil comburi ex quo ab aqua uita sic obseruatur & ardet.aut q̄ manus cum ipsa aqua lauemus & postmodum apponimus candelam uidentur manus ardere:& tamen non comburuntur. ¶In rebus uero naturalibus omnino plura miraculose fiunt:q̄uis non ita ex consuetudine uideantur.Et de his in ignibus naturalibus siue sulphureis uaria perspicimus:quemadmodum apud uulcanum:& alia loca ut apud hetruriam circa florentiolam.Ibi enim quoddam os est:per quod exit ignis presertim dum uentus uiget:& aliquātulum aque:nec est dicendum quod in dies illic apponantur ligna:& tamen semper ardet nec deficit. & os seu lacus uel spelunca minime dilatatur. Vnde satis miraculosum uidetur: quum de proprietate ignis sit consumare res quas tangit & incendit. ¶In balneis porrettarum super montusculo a quo sulphurea aqua scaturit:sunt saxa quedam maxima in illo monte nata ac secum contigua. Que dum uentus uiget aut apponitur ibi aliquis torres uel candela saxa illa ardent:& tamen non comburuntur & licet calefiant in cinerem non rediguntur:que demum tanquam illesā remanere uidentur: & in hoc loco exemplare possumus ad probandum:quod non repugnat nature:quod corpora damnatorū post iudicium possint sine fine aut corruptione in penis remanere. Verumtamen cur saxa ardeant & non consumentur:aut lacus ignis sulphureus non dilatetur naturaliter aliqua ratio assignanda est:quemadmodum enim pannus udus in aqua uita positus in igne durante illa aqua non comburitur: ita quoq; solus sulphur positus in uenis saxi ardet:& non lapis.Quoniam autem natura semper producit mineralia utpote sulphurea:incessanter generatur & emanat tantum sulphuris q̄tum ignis comburit.Et sic ignis in lacubus sulphureis potest absq; aliqua eiusdem lacus dilatione durare:& saxa ardent: nec aliquid in eis comburitur eo quod non saxa sed sulphur in eisdem productus ardet.

¶Quo pacto intelligatur calcem incendi ab aqua & ignem extingui. Cap.xxxiiii.

¶Quidam sunt in similium prodigiorum defensionem:taliter dicentes:nos uidemus quod aqua incendit calcem & ignem occidit.Sed respondendo asserimus quod ambas partes suffocat:q̄uis diuersimode id fiat:quia calx est lapis combustus.Quoniam autem maxima fuit difficultas ignem potuisse in lapides ingredi:etiam arduum est totum ignis calorem posse extra calcē exire:& sic dum aqua superius ponitur:magna est uiolentia ad extrahendum ignem in calce existentem.& cum hac contrarietate maximus calor gignitur:tamen citissime extinguitur:presertim multum aque supra calcem ponendo. nā si pauca fuerit aqua calorem excita:& non extinguit:quemadmodum in stuphis & clybanis cernimus. Quod ponunt aliquas guttas aque intra ignem ut maiorem calorem emittat q̄uis hec omnia accidentalia sint:& propter concurrentiam oppositorum siue contrariorum corporum causata. oleum accendit ignem aut cito ardet & non accendit calcem:sed potius suffocat.hoc tamē accidit:quia oleum mā suete se habet.& iccirco nullum rumorem seu strepitum cum calce agit:& similiter igneos carbones extinguit.si in flamma non ardent.

¶Quod non pluit ranas nec alia similia animalia ut multi aiunt. Cap.xxxv.

¶Nonnulli inherentes fabulis:aut plane credentes citra rationem asserunt quod quandoq; uiderūt pluere ranas & muscas.De muscis siquidem concedendum est:quia dum pluit ex alto precipitantur per aera uolantes.Sed rane nunq̄ uisse sunt quod ex superiori uenerint tanquam pluuie:licet interdum maximus uentus seu turbo posset aliquam ranam extollere & sursum eleuare:atq; ab uno loco in aliū ipsam proiicere:quemadmodum de quibusdam aliis corporibus agit.Quod tamen raro uel nunquam ut experiri potest.Si enim ponitur unus pannus per quatuor aut quinq; cubitos a terra subleuatus nunquam ibi ranas pluet.At quedam patrie seu regiones sunt:ut ferraria & mantua apud quas nimia ranarum copia uiget.Dum uero alique gutte cadunt:terram euertunt & aperiunt.& rane que erant in puluere cooperte saltare incipiunt:& a guttis aque aliquam etiam uiuacitatem accipiunt.Nihilominus non generantur in aere aut superioribus partibus: nisi in terra. Quoniam animalium generationes

putrefactionem atq; organizationem expetunt:& in aere tantum est congelatio uel restrictio corpo
rum siue incensio:& non propria generatio aut organizatio dicta:licet asserant albertum magnũ po
suisse quod uiderit pluere unum uitulum:quod penes naturalia merita nullo modo esse potest eo quod
ad generationem uituli oportet uaccam & thaurum concurrere:& in nubibus non sunt talia animalia
q̃uis aliqui dicant in media aeris regione quoddã esse receptaculum:quod potest multa grauia suffer
re:& hoc manifeste aliter se habet.Ibi enim aer subtilissimus est:nec uult aliqua grauia & ponderosa to
lerare:Et ultra hoc dimidia aeris regio solum aeri competit:ideo in illo loco quecunq; aliena sunt ab
horret:quapropter dum aliqua per ipsum transeunt congelantur aut saltem abiiciuntur: & sic palam
sit falsam esse opinionem tenentium quod in media aeris regione animalia generentur & sustenten̄t:
atq; grauia tolerentur.Que enim in aere generantur non sunt organizata:sed solum frigefacta i quo
diu persistere queunt:uerum equidem is qui asserit ꝙ ranas pluit arguendo anteq̃ pluisset ranas supra
faciem terre non uidebamus:& post pluuiam ipsas uidemus:omnia alia inconuenientia adducere pos
sunt:nam quum paruulas guttas aque per aerem cadentes uidemus multo magis ranas uiderem9 quũ
maiores sint si desursum uenirent.

¶De aliquibus tanquam miraculosis extra cõmunem consuetudinem:que a natura in di
uersis locis fieri uidemus. Cap.xxxvi.

¶Superius nonnulla contra opinionem ponentium quedam prodigia dicta sunt eo quod aliquan
do naturalem ordinem in similibus aduersari uidentur:uerumtamen plura fiunt in uno & eodem gene
re inter se repugnantia:& causa talis est:quia dum hec uaria atq; naturalia contingunt: non omnino
in una sola specie cadunt:& cum postmodum nos tanquam de una sola specie consideramus:miramur
quod diuersa fiant. ¶Gratia exempli in fontibus atq; aliis scaturientibus aquis plures disparitates
inuenimus:unde inferendo hec aqua & illa aqua:& quia nimium differunt miramur. ¶Sed aduertẽ
dum est quod aque elementate tanquam genus se habent:ueluti arbores & animalia.licet non tantum
ad particularitatem deducte.unde fit quod sicut inter animalia aliqua leuia & aliqua grauia: quedam
spissa & quedam rara:atq; plante similiter sunt in eo modo:aut cum pauco discrimine:de genere aqua
rum assumendum est. unde non uidetur contra naturalem ordinem quod in uariis speciebus eiusdem
generis unum particulare sustentet grauia:& permittat leue submergi.cum alio particulare eiusdem
generis econuerso faciat.nam sicut de natura lignorum secundum uarias species: dato quod omnes
eiusdem generis unum appetat submergi in aqua positum:& alterum super ipsam aquam manere: pa
rimodo aqua potest conuocare ad profundum leuia ut ligna:& retinere superius grauia ut lapides: eo
quod in radice fontis seu aque illius est aliqua materia:quasi tanquam origo lignorum: & sic conuocat
ligna ad se tanquam ad originem.& lapides abhorret.eo quod de aliena natura tamen.si talis fons sit
quod hoc faciat nescio:& tamen non uidetur repugnare naturas uariarũ specierũ dato ꝙ sit. ¶Etiã
nos in aliis capitulis aliquid de lapidibus ardentibus:ubi sulphura sunt posuimus: quia ardent: & tãdẽ
non consumantur eo quod sulphur in uenis ipsorum saxorum manens ardet: nõ autem saxa. ¶In
britania per aliqua loca effodiunt terram:atq; in loco lignorum ipsa uruntur:Et uersus flandriam est
aliqua terra tanquam mineralis in figura carbonis:& etiam tanquam carbo ardet:& ignem agit uigo
rosum:& tamen non uult quod super ipsum sufflem9:nec quidem quod uentus magnus super ipsos car
bones eueniat.quoniam in eo tunc extinguitur aut saltem minime in flammam emittunt sed per seip
sos in modo quieto ardent. ¶Nec quidem de hoc mirandum est: cum etiam candele quibus utimur
in aere quieto tantum ardent:& si aer agitatus tangit ipsas: aut nos cum rigore super eas sufflamus
illico extinguũtur. ¶In italia circa brixiam dicebatur nouiter esse repertum quoddã minerale de pi
ce & quod bonum sit ueluti alia pix a pinis cõfecta tñ ab aliis de eadem patria hoc uerum esse negatur
Et similiter dicũt esse quendã lacum circa ualonã in grecia:qui emittit picem.In genere salis etiã uaria
inueniuntur de cõi siquidem proprietate salium seu salis est de aliqua aqua super terram extensã conge
lari:& tamen ultra hoc cõmune alie plures proprietates in genere salium inueniuntur sunt aliqui mõ
tes salis ueluti in aragonia:qui ñ efficiuntur per congelationem aquarum saltem ueluti in cõmuni fieri
solet:in germania alta circa spruchum ubi uaria atq; plura mineralia sunt:est quidam lacus in quo sub
ipsa aqua congelatur sal:atq; ibi congregatur:& deinceps assumunt ipsum & eo utuntur:sicut & alio.
Alibi in eadem patria fodiunt putea & postmodum extrahunt aquam dulcem:dimittunt eam per aliqd
spatium extra manere tantum quod ipsa salsa efficitur:& in salem conuertitur.Quod omnia hec con
tra cõmunem naturam productionis terre uidentur:& tamen inueniuntur eo quod sub quocunq; ge
nere secundum uarias species uarie proprietates dantur. ¶Verumtamen circa ignorantes gentes
de similib9 plura enarrantur:eo qd oĩa que audiunt credunt:quamuis in modo fabularũ iuentum sit.
nã sicut de spiritib9 hoib9 mortuis ueneficis de fantasmatib9 dicũt:ẽt de aliis mirãdis: In hispania qa
pauci lacus sunt:ẽ un9 q uocat̃ i lĩgua illa:pozo airon:de quo multa fabulosa enarrañt tñ falsã: dicũt
ſi ipsum aperiũt p ripã cũ aliq fouea multũ ꝓfundiori:qd aq de se coadunat̃ tãquã paries: & qd extra

consuetum limitem exire non uult: quod fabulosum est: etiam dicunt qd non sustinet ligna: & hoc uerū est postquam diu super ipsam aquam manent & plena aque sunt: licet quod aliqua aqua diutius & melius quam alia sublstentat ligna. ¶ Tandem circumcirca habitantes dicunt illum puteum oculū inferni esse: & quod nullum habet solum uel ultimatam profunditatē: & etiā in aliis patriis de aliis lacubus similia dicunt: tamen falsa. cum semper aqua super aliquam terram fundetur: quoniam nulla aqua ad cētrum terre attingere potest: sed cum insipientes non uident aut non tangunt solum siue terram sub aqua manentem: credunt nullum habere ultimatum fundum. ¶ Multa alia quoq; miranda hic illic inueniuntur: de partibus orientalibus portatur quoddam lignum: q̄ uocatur eualum est nigrum absq; porositatibus: uidetur de his lignis que per multum tēpus steterunt sub aqua: tñ dicunt q̄ hoc eualum nigrū & sine poris nascitur. submergitur in aqua ac si lapis esset. ¶ Aliam radicē ēt ducunt de hisdē regionibus orientalibus non memini ipsius nominis: tñ radix est cuiusdā herbe uel arboris uidetur tāq̄ linū: habet talem proprietatem: q̄ ponendo ipsam in igne reuertitur inter albam & rubeā: ueluti ferrum succensum: tñ nō comburitur. licet q̄ per discursum temporis manendo in igne minuitur: ueluti agit ferrum.

¶ Qualiter aqua maris quandoq; decurrit ad ripam & quandoq; ad aluum: quod crescere & minui solet dici: eo quod aqua de se mobilis est. Cap. xxxvii.

¶ Cum de cremento & diminutione maris agitur: uarie opiniones occurrere solent: decertando unū hoc fiat quod aqua maris semel in die crescat & decrescat: quādo decurrendo ad unam partem & quādo ad alteram: sed hic causa euitandi prolixitates omnibus aliis opinionibus dimissis nostram sub paucis ponemus. ¶ In primis ita dicendo: de quatuor elementis tria sunt mobilia: uidelicet ignis aer & aqua: & etiam terra circa superficiem in modo pullulationis: sine quo motu aut aliquo alio: impossibile esset generationes & corruptiones in terra fieri: sed ad alia tria elementa deueniamus: que palam mobilia de loco ad locum sunt. & quia natura eorum mobilis semper: quod si fixa per aliquod lōgum spatiū ipsa manerent destruerentur: aut aliquod maximum haberent detrimentum: ueluti in aere si in aliqua reclusa cauerna aut puteo manet experitur: quoniam deprauatur: ubi nullum animal saltem dignum generari potest. & in eo modo de aqua asserendum est: nam in puteis seu i cisternis ubi nullus ē cursus: per quem aqua decurrere possit. sic nec sic non generantur ibi pisces nec similia: sub quo exēplo simul cum natura mobili ipsius aque dicendum est necessarium esse quod aqua ubicunq; inueniatur aliquem motum ordinarium habeat: ut aqua illa a natura conseruetur. & ibi generationes piscium fieri possint: & quia aqua maris habeat metas: extra quas de cōmuni ordine. exire non potest: uidelicet per latera ripas & in longitudine seu circumcirca terram totam aquam non potest ipsa aqua decurrere: in longū nec quidem per terram transiendo super ripas a natura datus est ei motus ordinarius eo quod in tot horis decurrat uersus terram & per totidem ad dimidium aluum maris: & etiam adhuc aer adiuuat: nam subleuando ipsam aquam inter ipsam ingreditur: & hec est causa quod fluctus maris tonitrua faciunt: quod sine aere agere non possent: ut uideri potest gratia exempli: duplicamus unum digitum accipiēdo ipsum cum police: & ueniendo ex foris damus cum eo in aquam in quo tonitruum agimus: & etiam pile tanquam lachrime in modum bulitionis ab ipsa aqua exeunt: sed si manum sub aquam ponimus: & postmodum ibi cum digito percutimus: non causatur tonitruus: & multominus ille pile exeunt similiter si aqua in aquam de alto cadit: quia aerem secum deducit uel similibus agit sonitruum: atq; pilas: & sic quia in fluctibus maris sonitrua & similes pilas uidemus: sequitur aerem ibi esse reuolutum: & sic aqua decurrit hinc illinc per uaria loca. nam sine aere difficile esset: quod aqua decurrat: ut i uasis apparet ponendo aquam in ea: si per partem superiorem recte claudemus. & in inferiori aliquod agim9 paruum foramen: quamuis tota aqua super illam inferiorem partem ponderet: non potest extra uas exire. si modo non permittimus: quod in eo tunc aer per aliam partem in ipsum uas aditum habeat: & pariter de aqua maris asserendum est: quod aliquod assumat iuuamen aeris in motu decurrendi: quandoq; uersus ripas & quandoq; ad dimidium alui: nam secundum ueritatem aqua maris i hoc modo assumēdo non crescit & non decrescit: ut in cōmuni loquutione dicitur eo quod respectu nostro iudicamus: uidelicet dum aqua decurrit uersus terram ubi nos manemus: dicimus crescere. & dum ad dimidium maris decrescere. ¶ Nonnulli ut astrologi dicunt quod hic motus aquarum a motu lune causatur secūdum uarias horas diei. sed hoc stare non potest. cum motus aque non aspiciat quando luna est super emisphærium nostrum: aut quando super alterum. nec quidem est multiplicatio aque. sed decursus nūc huc nunc illuc pisces cancri poti9 cū motu lune cōformanť: quia ipsi crescūt: & decrescunt: aut multiplicantur & diminuunť ad motū lune aqua maris in egressu & regressu uero non.

PROLOGVS NONI

¶In libro de cognitione hominum plene alias de complexionibus tractauimus: Et quia postquam de hac cognitione scripsi uidi me ab antiquis in accipiendis complexionibus discrepare: nunc in hoc libro in quem aggredior rursus aliquid pertractabo: ut quo pacto complexiones exprimam latius eluceseat.& itidem quatenus a medicis assumantur:& ab eis dissentiam. Et hic primum quasdam particulas de elementorum qualitatibus subnectam: deinceps de complexione: ulterius uero de corpore temperato.& tandem utrum complexiones inter se mutari queant: postremo autem de subiecto in medicina:& sub qua consideratione ipsa medicina sit scientia:& sub qua uero non: tum & aliquid de egritudinum principiis.

¶Quod uolentes de cōplexionibus tractare in elemētis fundamētū capimꝰ: Cap.I.

¶Dum de complexionibus agere uolumus: omnes in elementis fundamentum capimus tanquam in principio de quo corpora nostra originantur. Sed deinceps in assignandis qualitatibus elementorum & animalium plerūq; differimus. Quocirca haud parum ab antiquis medicis discrepare uideor: ipsi enim cōmuniter pro principalibus qualitatibus assumunt calidum frigidum humidum & siccum. Et in his precipue fundamentum iaciunt. Ego autem alias qualitates accipio: scilicet leuitatem temperantiam molliciem & grauitatem: nec imme[r]ito. nam per easdem condictiones elementa uariis locationibꝰ potiunt. atq; uaria in suis motibus sunt.& quia per eiusmodi qualitates ꝓprie cognoscimꝰ unūquodq; elementum ab aliis diuisum: licite possumus ab eisdem qualitatibus exordiri. Et per hanc uiam facillime iudicabimus corpora ab his elementis composita: scilicet unumquodq; animal motum habere ad conformitatem illius elementi: de quo maiorem partem sue materie accipit.& ultra quod elementa uaria loca expetunt: uarias quoq; factiones in animalibus adducunt. Aqua enim super alia factione q̄ ignis mēbra in aīa'i situat.& quia unū elementū est temperatū & aliud distemperatū aliud uelox & aliud tardū similes etiam in animalibus condictiones assignant. Auicenna uolens de complexionibus tractare ait: quod terra duram complexionem informat aptam natam ad retinendum quicquid accipit: in quo recte se habet q̄uis nil palam assignet: per quod aliqua noticia resultaret in dignoscendis animalibus sed deueniendo ad elementum aque minime suam proprietatem declarat: solum enim molliciem & nō tarditatem considerat. Nam dicit aquam esse aptam ad recipiendum in se quamcunq; impressionem: q̄uis eam paululū retineat. Nos uero dicimus quod recipere dupliciter capitur: accipere simpliciter tanquā patiens: quod nullū actū habeat in mō alliciendi:& alius modus recipiendi est: quando recipiens aliqd pro se aliunde assumit: ut manus agit cibum uel aliud capiens: quia q̄uis accipiat etiam agendo recipit. Vnde asserimus aquam aptam natam esse ad recipiendum tanquam patiens quicquid in ea apponere uolent. Sed dum aqua per se ad aliquid capiendum moueri debet nimium est pigra. Quocirca omnes flegmatici lenti & tardi sunt in scientiis atq; aliis corporeis operibus. Et super hoc fundamēto medici uoluerunt unum corpus temperatum edificare inferendo qđ nimium ꝑꝑ terrā retineat:& cito ꝑꝑ aquā concipiat.& hac uia uolunt corpus tēperatū ymaginari: qđ longe aliter se habet immo econuerso ut postmodū uidebimus. Melancolia enī rigida retinet: que & aspera est in accipiendo & enarrando atq; accomodando in oportunis locis id qđ scit. Et flegmatici licet ad patiendum apti sint: non propterea ad laborandum neq; acquirendum accomodati. Proinde nos non acquirimus scientias per hec mēbra grossa: sed principalius per spiritus: quāquā de corporeis dispositionibus loquamur.& spiritus principaliter sunt de aere & igne:& non de aqua & terra. Iccirco qui subtilis & acuti ingenii eē debet in sciēdo: oportet quod sit ex aere & igne & non ex aqua & terra complexionatus. Super quo quidem intentu faciliter possumus unumquodq; animal cognoscere: si enim ab igne sortitum est aut maiorem partē sue quantitatis accipit: leue ac uelox erit:& factiones eius in altum tendent. Quiq; ex aereo elemento complexionatus est erit temperatus:& membra habebit compassata: idest ad plura accomodata & paulo fortiora in uno membro q̄ in alio. Et qui ex aqua suam accipit materiam seu complexionem mollis resultat:& tarditatem expetit:& mēbra dilatata nanciscitur. Qui uero terrestris complexionis est durꝰ atq; grauis exit:& membra reunita atq; nodosa possidet. Et habita tali cognitione faciliter de calido humido & sicco intelligere possumus. nā inter aque molliciē & aeris tēperantiā nulla ē disputatio: sicuti inter humiditatē & frigiditatē istorum duorum elementorum.& iccirco nos a locationibus elementorum incipimꝰ uolentes de hoīum cognitione tractare ac de aliis ꝑticularibus animalibus in quacūq; specie: qm̄ inter speciem & speciem non omnino uarietates pro complexionibus capimꝰ: nisi ꝓ diuersis spēbus. Attamē una aīaliū spēs ē magis sanguinea ut hō:& alia melancolica ut ursus qđ secundum factiones seu habitudinem membrorum facile est cognitu inter hoc & illud simul cum grauitate & leuitate ꝑ frigiditatem uero humiditatem siccitatem & caliditatem multo difficilius est ad cognoscendum. nam ultra quod non ita sensibus patet caliditas frigiditas siccitas & humiditas in diebus mutantur: aut

magnas per accidens faciunt diuersitates:qua de causa non est fundandum in frigido & calido : dum fixam cognitionem animalium habere cupimus.

¶Quatenus complexio cõmuniter capiatur:& quomodo particulariter & quid me dici pro complexione intelligant. Cap.ii.

¶Ad complexiones deueniendo decens est intelligamus:quid pro complexione in cõmuni capiatur: & qualiter deinde in particulari dissentiamus particulares complexiones assignando:aut quid in homine complexio uocari queat.Et in principio uniuersaliori modo dicimus cõplexionem ab omnib9 assumi pro proprietate siue qualitate in animali:Quoniam autem ex uariis elementis constamus:per consequens uarias habemus qualitates:& qa uarias qualitates similiter & cõplexiones:Cõplexio eni qualitas est siue proprietas:nihilominus cõplexio recte assumpta cũctis corporeis qualitatib9 dominatur. Sed et dicẽdo est de tali qualitate:intelligi põt:qd de tali cõplexiõe cõstet:ut asserendo qd sit terrestris qualitatis ac si melancolicę complexionis diceretur.At uero ad pticularia deueniẽdo diuersa plerũq; sentimus.Medici eni cõplexiões accipiũt ꝑ calido frigido hũido & sicco:quãuis in uno corpore quatuor cõplexiões assignent.nisi qd ubi sanguis pdominat sanguineus dr:si colera coleric9:& dũ plus flegmatis est flegmaticus:si uero melancolia supabundans melancolicũ uocãt:hic aũt medici uolũt:qd cõplexio sit resultatio ex quatuor pdictis qualitatib9.qa ex quo siccũ hũidũ frigidũ & calidũ simul sunt unũ tertiũ tẽperatũ ab eis resultat:aut uero mediũ inter hec oĩa quatuor extrema.Non calidũ ut ignis:nec frigidũ ut aer:neq; hũidũ ut aqua:nequidẽ frigidũ ut terra.& hãc resultationẽ dicũt esse cõplexionem quã tertiũ ens seu qualitatẽ appellãt. ¶Nos ãt dicimus qd ista moderatio quã medici assignãt inter qualitates:ẽt est dãda in qbusq; rebus cõpositis.Quoniã miscẽdo aquã & uinũ simul nõ est illud cõpositũ adeo hũidũ frigidũ & relaxatiuũ:quẽadmodũ & aq pura nec adeo calidũ aut fumosum ut uinum merũ:Sed hic nõ ẽ ꝑpria resultatio pter aquã & uinũ simul tẽperatũ:licet q; si accipit plus de uino ẽt pp dñium calide uel sanguinee cõplexiõis nominaref.Quod si plus aque sortit hũide tm aut flegmatice.Ego uero aliud fundamẽtũ cõsidero pri9 q̃ calidũ frigidũ siccũ atq; humidũ ueniãt. ¶Auicenna cõplexionẽ diffiniẽs ait:qd sit quedã res intermixta corporib9 q̃ undiq; tãgit:& talis diffinitio nõ proprie nec clare haberi uidet:Quoniã oẽ corpus pticulare cõpositũ & mixtũ ex qtuor elementis undiq; cõtangit.Ibi eni nõ est aqua ex uno latere:& ignis ex alio:nisi q; oẽs partes elemẽtorũ simul cõmixte. Et ex hoc non uocatur illud compositum complexio.

¶Qualiter a me ĩtelligat cõplexio:& ĩ quoquomodo a medicorũ sentẽtia differã. Cap.iii.

¶Vidim9 superi9 quomodo omnes complexiones uniuersaliter accipiantur:& ulterius quatenus a medicis particulariter.Nũc reliquum est ut nostram intentionem explicemus:quocirca breuiter dicimus:qd ꝑ fundamẽto cõplexionũ semper respicimus:illud primum compositum quod in generatione hominis ex quatuor elementis est congregatum.Et quia hoc compositum est gradatum ut quinq; gradus ex igne:quatuor ex aere:tres cum dimidio ex aqua:& tres de terra.hoc utiq; compositum sanguineum dicitur.quod si per gradus descendere uolumus sanguineum eẽ dicimus:& post flegma colera & deinde melancolia ipsum assequitur.si uero habet quinq; gradus de igne quatuor cum dimidio de aere proprie sanguineus colericus appellat.& idem de reliquis complexionibus.Quoniam ad compositionem corporis uno elemento precedente nomen totius compositi sibi uẽdicat. ¶Et quia iste partes elementorum que ad compositionem corporis animalis occurrunt gradatim ibi situantur. illa que maior erit in principio:donec illud compositum durauerit:semper erit maior eo quod eisdem quantitatibus totum corpus est proportionatum:& quia non potest omnino illam organizationem per mensuratos gradus elementorum deperdere:nequidem potest animalis cõplexio mutari uiuente animali aut usq; in ultimam dissolutionem:ut postmodum uidebimus.super hoc fundamento si est sanguineus seu multũ habens de igne leuem & calidum ipsum consideramus.Quod si plus de aere temperatum ac frigidum uocamus.Qui uero nimium de flegmate in sua prima compositione mollis & humidus. si autẽ multum de terra siccus grauis & rigidus.Attamen quia quandoq; sumus calidiores:& quandoq; frigidiores & tum humidi tum sicci non uerã cõplexionem per has qualitates accipimus.Sed per fundamẽtum ex quo emanant.Et qa hoc fundamentũ est p rectã proportionẽ in suo principio gradatũ: suam obseruat gradationem:donec corpus illud durauerit.Idcirco nos complexionem accipimus ꝑ illo gradu uel proportione positiua materiali : que in corpore omnes alios gradus superat atq; administrat. & ista complexio seu maior proportio in ossibus carnibus uenis arteriis & cute ĩtelligitur.humores eni quum indies ueniant & redeant:nec totaliter in corpus hominis resoluantur. non semper insequunt cõplexionẽ illius:in quam sunt ingressi eo:qd nõdum depurati:& sic multũ habent de accidente seu superfluitatibus:& parum de substantia:ideo dicere possum9 qd substantia quã ĩ pricipio nr̃e cõpositionis accipim9:ex unoquoq; elemento nr̃a est complexio:& ob hanc cãm nõ põt una in aliam transmu

tari:donec corpus dissoluatur. ¶Et assumendo circa sententiam medicorum potest in qualibet hora complexio mutari. Iam enim calescimus:& extemplo post caliditatem frigescimus. nec est uera complexio per resultationem uel qualitatum unionem preter complexionem secundum quid:uel i quoquo modo. Nam si calidum frigidum humidum & siccum formant complexionem leuem temperatam mollem & grauem aliam complexionem gignent:& similiter uelocitas mediocritas tarditas & asperitas siue duricies alteram generabunt. Quamobrem in unoquoq; animali dande essent adminus tres complexiones uarie & principales. Et ad euitandū hoc inconueniens decentius uidetur pro cōplexione capi originē uel fundamentū:sub quo oēs he qualitates iacēt & gubernantur.

¶De complexionum pluralitate. Cap. iiii.

¶Post quatuor principales complexiones plures alias assignamus:considerādo corpora diuersimode esse gradata:Quia quandoq; maiorem de igne proportionem acquirunt:& quandoq; de alio elemento:& interdum colera sanguinem sequitur. & alias flegma seu melācoliam. Ideo sicut prius homo sanguineus colericus nominabatur:in alia gradatione dicendū est sanguineus flegmaticus uel melancolicus:& sic circulariter discurrendo per omnes complexiones ad uaria composita deuenim9. & quia uaria sunt:uaria quoq; complexionum nomina expetunt. In libro de cognitione hominum quatraginta & unam complexionem diuersam scripsimus:quatuor simplices:& nouem sub quacunq; complexione ut dicendo. ¶Sanguis & colera. ¶Sanguis colera & melācolia. ¶Sanguis colera & flegma. ¶Iterum & alie tres complexiones. ¶Sanguis & melācolia siue sanguineus melancolicus. ¶Sanguineus melancolicus colericus. ¶Sanguineus melancolicus flegmaticus. ¶Sanguineus flegmaticus colericus. ¶Rursus & alie tres complexiones. ¶Sanguineus flegmaticus. ¶Sanguineus flegmaticus colericus. ¶Sanguineus flegmaticus melancolicus. ¶Et he nouem cōplexiōes sunt:& una simplex idest sanguis:quem in principio ponimus tāquam simplicem:eo quod multum ibi est de igneo elemento. & de aliis uero parum:que denarium numerum faciunt. & itidem de aliis tribus complexionibus intelligendum est. Vt dicendo colericus sanguineus:colericus sanguineus melancolicus. & sic discurrendo. Et unam tantum complexionem scripsimus equaliter gradatam ex quatuor elemētis. Que utiq; pexima complexio est ut alibi demonstratur. Tamen deterior fit maiorem quantitatem de flegmate & melancolia accipiendo:& aliquantulo melius. si primo est sanguis aut colera & tunc tales complexiones sunt cognitu difficiles. eo quod uidentur sanguinee:uidentur colerice:uidentur flegmatice:& uidentur melancolice:& nullum eorum est. Quando autem colera & sanguis precedūt:licet nimiū de flegmate & melancolia habeant:tolerabiles sunt. ¶Medici uero inter qualitatem & qualitatē unā resultationem assignant:quam etiam complexionem appellant. & ubi quatuor composita faciūt ut cōpositum igneum uel sanguineum compositum colericum similiter flegmaticum compositum & compositum melancolicum:inter hec omnia sexdecim resultationes assignāt. Ego tamen non eadem uia processi:nam ita accipiendo plures essent resultationes inter complexionem & complexionem: plura enim composita subdidi:pariterq; quum plures compositiones sint alie siquidem meliores & alie deteriores:propter elementorum naturam eo quod ignis & aer digniores sunt q̄ aqua & terra:& tunc dispares sumus propter accidentia:que tempore nostre generationis intersunt per distemperantiam elementorum siue patrum uel locorum:in quibus manent quando ad generandum uacant.

¶Quomodo plura membra in quoquomodo diuersas complexiōes in uno solo animali nanciscantur. Cap. v.

¶Iam in superioribus capitulis aperuimus quatenus in corporibus animalium complexiones assumamus. Dicimus etiam quod complexio per totum corp9 maneat. Sed quia unumquodq; animal saltē perfectum de pluribus membris constat:etiam uidendum est: Vtrum omnia membra unam & eandem complexionem habeant an plures. Quocirca experientie inherendum est:sicuti agimus dum iter duo animalia uolumus differentiam cognoscere:quoniam autem membris uarie insunt factiones affectiones & officia:concedendum est quod uarias habent complexiones:Attamen intelligendum erit:quod qui est ex igne proportionatus:si erit calidus in uno membro:erit etiam in ceteris aliis calidus respectiue ad aliud corpus:quod fit ex aqua & aere sortitum. Et hoc per omnia membra intelligitur. si enim in facie calidus:itidem in cerebro aut in epate. tamen membra in se disparia sunt in complexione. Sed non tantum per complexionem quantum per speciem:Nam q̄uis iecur & cor unam & eandem complexionem haberent:quum eis uaria sit organizatio per uariam speciē dispariter suas qualitates ostēdūt: quia de uno ferro possumus martellū atq; ensem strueř. Et ensis ob suā factionē ad scindēdū erit appropriatus:& martellus ad tūdendū. Vnde q̄uis ex una & eadem massa sint per factiones aut uarias species suos effectus diuersimode ostēdunt. Et similiter inferre possumus de mēbris nřis:licet unū plus de igne

& aliud plus de aere:& unum plus de aqua & alterum plus de terra accipiat. Quocirca recte dicemus
quod quum corda calida sint:ab igneo elemento pleráq; partem uel quantitatem assumunt.& splē atq;
cerebrum multum de aqua:q̄uis epar & splen uideantur fere equalem proportiōem habere de aqua &
terra.Et cerebrū de aere & aqua.Rhenes igneo elemento inherent.Caro ex aqua est proportionata.
Ossa multum de terra capiunt Vene nerui & cutis ab aereo elemento proueniunt.Sed non quod cutis
tota sit ex aere:nec quod ossa sint omnino ex terra:quoniam elementata.& ideo differentia uersatur in
ter cutem colerici & cutem melancolici.Colerica enim solida & temperata.Melancolica uero inequalis
& aspera:sanguinea lenis tenera & subtilis.flegmatica autem mollis & relaxata:pariterq; de ossibus &
aliis membris assumendum est.Vnde patet quod ossa colericorū plus de aereo elemēto sortiunt:& ossa
melancolicorū plus de terra.ossa uero sanguineorum de igne.& flegmaticorum de aqua.

¶Quonam pacto cōplexio possit denominari substantia:sed non anima. Cap.vi.

¶Quia aliquando contingit disputare utrum cōplexio sit qualitas uel substātia ipsamet anima ani-
malium:aut aliud ob anima distinctum in hoc loco quedam uerba ponēda sunt:licet quod pauca erūt
eo quod iam in aliis capitulis:quid complexio sit:de mente nostra satis explicatum est: ¶Quod com
plexio qualitas non sit secundum intentionem nostram facile uideri potest:quoniam nō per frigidum
non per calidum:non per humidum:nec siccum:non per leue:non per graue:non per album non per
nigrum nisi tantum per intrinsecam essentialem naturam:nam idem est dicere melancolicum & mul-
tum continentem de terra:in qua materia terre siccitas duricies & similes proprietates subiectantur:in
flegmatico humiditas mollities & sic de reliquis:& tamen non dicimus per terram simpliciter melanco
liam:nisi per naturam ipsius intrinsecam terre melancoliā capimus:& quia intrinseca proprietas:aut
natura sine qua terra non fuisset terra:concedere decet:talem cōplexionem substātialē esse:quia essen-
tialis ipsius terre. ¶Verūtū concesso quod complexio sit substantia non ex hoc decet inferre: quod
sit anima quoniam complexio per substantiam assumpta in animalibus tam in lapidibus in mineralib9
in arboribus uiridis atq; siccis:ueluti in animalibus inuenitur.& ita in cadaueribus9:sicut in corporibus
uiuentibus:& anima tantum in animalibus uiuentibus:reperitur.& quod cōplexionem cognoscamus
in quacūq; cōposita re de similibus:ut hic assignati sunt experientia patet:assequendo uiam quā alias
nos agendo:de cognitione hominum ascripsimus:cognoscemus facillime complexiones:aīas uero nō
cognoscimus:licet quod per habitudinem siue dispositionē organorum satis cōprehendimus quantū
ibi anima operari potest:& quomodo differenter in hoc animali ab illo:quāuis ambo de una & eadem
specie sint:eo quod non operatur anima in animalibus posita per seipsam solam:sed anima & corpus
simul operantur:& tamen perfectius aut īperfectius penes cōplexiones corporum:sed cōplexio eadem
est ī hoc corpore:postquā ab aīa separat ueluti & prius erat:unū palā pbat complexionem aīam nō esse.

¶Quod non omnes homines sumus sanguinei:q̄uis pre ceteris animalibus plus de
sanguine participemus. Cap.vii.

¶Medici tenere uidentur:quod cūctis hominibus sit maior pportio de sanguine q̄ de q̄cūq; alia cō
plexiōe:& p fundamēto quorūdā antiquorū auctoritates capiūt dicētes:hoīem plus hēre de sanguine
q̄ aliqđ aliud aīal.Sed necesse est ītelligat plus respectiue ad pprietatē nr̄am seu corporeā quātitatem:
equ9 enī aut bos plus q̄ hō de sanguine hēt:At uero circa corporis nr̄i pportionē:hō sanguine9 plus
de sanguie q̄ equus sanguine9 suscipit:& similiter hō coleric9 flegmatic9 aut melācolicus in pportiōe
sua magis accipit de sanguie q̄ equus colericus flegmaticus aut melācolicus.Attū ex hoc nō sequit qđ
oīs hō poti9 sanguine9 sit q̄ flegmatic9:qa sicut oīa q̄tuor elemēta ad nr̄am queādmodū ad alioꝝ aīa
liū cōpositionē occurrūt:ita & in generatiōe nr̄a sicut ēt ī aliis interdum plus de uno elemēto & aliqn̄
plus de alio īgredit:qđ expto cōstat in opibus & factiōibus nr̄is:q̄uis p cibos & potus multū de sangui
ne hēre uideamur:tn̄ sanguis elemētatus ē atq; aliis humorib9 īuolut9:& sic dū p nares cruor emanat:
aut aliqđ uulnus fit pp cōfusionē:turbid9 ē tanq̄ aq̄ turbida:que secū multa affert terrestria.& similiter
qn̄ nos sanguinē uidem9 adeo turbidū:ualde reuolut9 est cū aliis humorib9.licet naturaliter ut iā dixi
mus respectiue ad alia aīalia multū sanguinis hēamus:sed forsitā aliq̄ aīalia sunt:q̄ haud secus q̄ hō san
guine secūdarēt:si mō uinū biberēt atq; aliis cibarent qb9 nos cibamur.Canis enī paulo minus de san
guine hēre uī q̄ hō:q̄uis p nares ipsum n̄ effundat:sicuti nos agim9:uerū fortasse ista est potius condi
ctio spēi q̄ sanguinis habūdātia. ¶Itē uidem9 qđ in una puīcia hoīes sunt magis sanguinei q̄ ī alia:
nō tn̄ ibi ītelligit oēs eē sanguineos:nisi qđ in una pūa plures sanguinei sunt q̄ in alia.assumptis enim
duobus melācolicis dicet qđ unus sit magis sanguineus & alius uero min9.Ambo enī aliquātū de san
guine possidēt:& n̄ equaliter:quapp q plus sanguinis hēt sanguineus nūcupat.Sed melācolicus nō re
cte uocat sanguineus:maxīe qđ secundū medicos cōplexio mutat.Et si sanguinea complexio in melan
colicam diuertit:tunc melancolica principalior erit q̄ sanguinea.Nam si sanguinea complexio in me-

lancolicam mutatur:patet quod in illo tunc homo debet melancolicus & non sanguineus nominari. Et si omnino qui multum habet de sanguineo humore nominandus esset sanguineus: omnes hebrii essent sanguinei. Quum in humore sanguinis habūdent:& illo tunc sint calidi. & similiter omnes i esta te essemus sanguinei eo:quod sanguine exuberamus:& in hyeme melancolici uel alterius complexiōis: quod ueritati impugnat. Nam licet in uno tempore magis q̄ in alio habundemus sanguineo humore causa temporum & ciborum:non propter hoc mutamus aut expellimus nostros proportionatos gradus:qui in primo puncto generationis ordinem in membris acceperūt:ut iam superius uidimus. Quā quam aliqui medici inquiant nos non posse in uno gradu haberē citra quatuor gradus frigiditatis:tūc enim corpus destrueretur. & quod propterea omnes plus sanguinis habemus q̄ alterius elemēti. hic autem nullam uidentur probationem adducere. Quum manifeste sensibus pateat omnes res diutius in locis frigidis q̄ calidis persistere. & non modo animalia rationalia & sensibilia. Verumetiam plante atq; omnes cibi grana & indumenta. Et quo ad rationem presumendum est in locis calidis nasci animalia calida:& in frigidis frigida. Quocirca tenendum est:quod sicut in uno corpore potest eē magis de calido & frigido:ita & in alio potest i oppositum se habere:presertim quod circa naturalia merita ad obseruandum aliquid competit idipsum in loco sibi proprio applicare:uidelicet calidum i calido:& frigidum in frigido. Quia uidemus quod si homines de calida patria in frigidam ueniunt ad habitandum male se habent:& multo peius qui in frigida oriuntur & postmodum in calida degere uolunt. Vnde ēt uidetur frigidum non esse adeo nature aduersarium:ut quidam aiunt. ℂEt hic quoq; aliud dubium subdunt:quod uidetur absurdum:dicendo quod homines paruuli multum concipiunt frigiditatem:& quod iccirco nequeunt satis membra sua dilatare:& dicunt mulieres esse hominibus minores:eo quod frigidiores:qui tamen ista inquiunt frigiditatem uolunt aqueo elemento tribuere. & manifeste quodcū q; animal flegmaticū est magnum:& relaxatum respectiue ad alia animalia:& quod quicquid magnū & relaxatum est multum de aqueo elemento capiat effectibus comprobatur. ut in aliis locis apparet.

ℂPreterea animalia paruula cōmuniter inter cetera animalia sunt uelocia:quod nullo pacto aqueo elemento competit:igitur falsa est opinio tenentium corpora parua esse frigida:idest ab aqueo elemento complexionem assumentia:quoniam elementum aqueum extensibile:& ob hanc causam nos dicim9 homines paruulos ut plurimum esse sanguineos:seu maiorem quantitatem ab igneo elemēto q̄ a quouis alio accipere. Et super hac materia solent medici plures differentias assignare. sicut de humido radicali & corradicali. naturali & connaturali. Radicali:ut primum humidū:quod in corpus euenit:& corradicali quod secundum collocatur. Sed si complexiones imitantur:sicut a medicis fertur: hoc humidū radicale non potest diu durare. ℂQuod si tale humidum:ut alii dicunt:est proportio quattuor elementorum:sequitur omnia elementa esse humida:quod econuerso est intelligendum. Nam humidū ab uno elemento tantum prouenit:non autem a pluribus. Tandem concedendum est:nos inter alios humores quendam habere humorem perfectum siue radicalem:in quo uitales spiritus nutriuntur capiūt: & iste humor elementatus est:licet de humido multum nanciscatur. Sed qualis iste humor sit postmodum uidebitur.

ℂQua de causa non omnes homines sunt quibusq; mulierib9 calidiores:& quod uoces grosse non significant caliditatem. Cap. viii.

ℂSuper hoc presupposito:quod mulieres sint frigidiores complexiōis q̄ homines: quidam inquiūt: quod quilibet homo est calidioris complexionis q̄ mulieres:& uolunt calorem propter ualitudinis effectum inferre. Sed assumpto hoc exemplo:etiam est in oppositum talia ponentium. Quamplures enim mulieres sunt aliquibus hominibus ualidiores:quis cōmuniter homines fortiores sint: Et ista fortitudo non prouenit ex parte complexiōis:nisi ex sola compositione. Quia sicut homo & mulier in specie nō differunt:nisi in sexu masculino & feminino:ita nec in complexione:nisi in compositione differimus. Quoniam masculinus sexus fortiori textura fungitur:& fortior textura semper ualidius corp9 enutrit. Sed non sequitur hic est fortis:ergo calide complexionis:Quippe q; ex omnibus complexionibus alii homines fortes & alii debiles inueniuntur. Et sic tenendum est:ut patet in complexione:plures homines esse conformes cum aliquibus mulieribus:& cum aliquibus hominibus dissimiles. In quo & hanc uiā sequentes nimiū errare solēt dicētes:sanguineorū & colericorū uoces grossiores eē:q̄ melācolicorū & flegmaticorꝝ iferēdo:q; quū ueloci9 loquaƭ pp uehemētiā:tātofortI9:sicut i tonitruis bōbardarꝝ cōprobaƭ:in hoīb9 uero falsissimū est:q eni grossi & male organizati sunt:sp pigre loquunƭ:& uoces grossissimas emittūt:& de hoc rō in ꝓmptu daƭ. qa sicut aq & terra sunt elemēta magis grossa q̄ aer & ignis:similiter & corpora grossiora atq; asperiora cōponūt:& aīal qd grossum & asperū est:sp horribiles uoces generat. & hoc nō tm̄ in uariis hoībus:imo & in uno solo ꝓbaƭ:qliter corpora occupata seu que grosse organizatiōis sunt:grossas uoces emittāt. Dū eni in humido manemus:aut aliquo humorē incaternati sumus:cā illius occupatōis:donec durauerit:grossiores & asperiores uoces hēmus:q̄ dū expediti sum9. Vñ tenendum est:qd hoies multum de igne & aere assumentes:uoces habent subtiles:& accipientes de

aqua & terra grossas elidunt. ℂIn hoc loco siquidem contra arguentes animaduertendum est: quoniam causa tutandi opinionem ab antiquis traditam: omnia que in animalibus uigorosa aut horribilia uidentur elemento igneo attribuere uolūt asserendo: ignis seu calor est uelox i motu: horribilis in operando: & dilatat ea que tangit. Nos autem respondendo in primis de horribilitate conuersationis concedimus. tamen contra combustibilia solummodo: uidelicet uersum res nimiū de elemento terrestri possidentes. de dilatione enim negamus. quoniam ignis de natura sua humiditates omnes destruit: & deinceps restringit membra seu res ubi humiditas prius erat. Vnde fit: quia plures congelationes per uigorem caloris fiunt: ut sal arenas uel lapides in lumbis: seu betica animalium: licet quod omnia humida: que p extremum frigus congelata sunt: a calore dilatantur. tandem si calor durat desiccat illud humidum: tanto quod durum redditur. omnes medicine ad relaxandum corpora nostra ueluti ad rumpēdū arenas frigidissime sunt: multam de aqueo elemento habētia ut cassia malua lampacium lactuca & similes. ℂVlterius circa robur causa caloris attributum animalibus respondetur: quod pisces frigidissimi sunt ueloces & sani tamen insuper inter eos quidam fortissimi ut balena: nihilominus non calida: nequidem in elemento aereo habitans: ut ibi humiditatem assumat: ut plures non memores de piscib9 asserunt: animalia esse posita in aere ad habitandum: eo quod humiditas ē appropriata uite animaliū. unde sequitur aerem humidum esse. sed quia in piscibus circa habitationem & uigorositatem aliter uidemus: non ualent similia presupposita.

ℂQuo pacto necesse sit nos esse graues: q̄uis plus de igne & aere: q̄ de aqua & terra habeamus. Cap. viii.

ℂDum dicimus: quod aliquod corpus habet magis de igne & aere: q̄ de aqua & terra: quisq3 fortasse motus corporum considerando dicet hoc nullatenus manere posse asserēdo: ignis & aer sunt leuia elementa: terra & aqua grauia: unde si quisq̄ de leuibus maiorem q̄ de grauibus elementis proportionē assumeret: leuis esset: & natura ascenderet & non descenderet. at uero eandem obiectionem dissoluēdo dicimus: aerem temperatum esse: nec ire magis sursum q̄ deorsum: Et ob hanc causam in eadem mensura ponderat uter plenus uento: q̄ sine uento. Quocirca restat dūtaxat leuem esse ignem: qui sursum motum dirigit: & duo elementa deorsum uenientia: utpote terra & aqua grauia. Vlterius sicut in calore est fortior ignis q̄ terra in siccitate aut frigiditate: ita & terra est fortior in motu q̄ ignis: & hoc experto probatur: eo quod minus resistunt omnia corpora composita contra ignis calorem: q̄ terre siccitatem Et in motu si ignem in loco infimo applicabimus: & lapidem uel terram in altitudine ignis non ascendit adeo uelociter sicuti lapis descendit. & sic probatur quomodo corpora nostra nequeant sursum progredi: q̄uis plus de igne & aere possideant: q̄ de aqua & terra. ℂPreterea quod species animate in se graues sint: quia ibi non se habent precise sicut elementa: nisi ut uarie species: & sic plura que nō sunt animata: ut pene: capilli: & alia huiusmodi leuia sunt: tametsi corporee species resultent. Et sic patet: quatenus in hanc humanā speciem transmutate: necesse sit nos omnino graues esse licet de aere & igne multum complectamur.

ℂDe causis prolongationis & abbreuiationis uite. Cap. ix.

ℂIn hoc libro tractando de complexionibus & uariis prouinciis siue habitationibus: & tum de calido & frigido: tum aūt de humido & sicco quisq3 de facili potest causas cognoscere: quibus unus magis uiuat & alter minus: & quidam magis suam iuuentutem obseruent: & quidam citius senescāt. in quo recte dici potest: Quicquid est causa longitudinis uite etiam est causa obseruande adolescentie: & quicquid est causa abbreuiatiōis uite est iuuētutis diruptio: ℂDe causis longitudinis & abbreuiationis uite: uel de maiori duratione & minori duratione in libro de cognitione hominum: de complexionibus tractando: prolixius aliquanto inscripsi. Vnde naturaliter loquendo colericos posuimus diuturniores in uita: scilicet multum de aere accipientes: secundos posuimus melancolicos: & tertios sanguineos & flegmaticos. Nam in longitudine uite sanguinei & flegmatici parum differunt: quecunq3 enim uelocissima sunt iuxta species suas parum durant: & similiter res molles diu durare nequeunt: quum non habeant uigorem resistendi aduersitatibus: & quicquid durum est: cōmuniter nimium durat: ut in lapidibus: lateribus: lignis: atq3 aliis similibus prospicimus. ℂEt temperatum super omnia quibusq3 putrefactionibus resistit: quapropter animal multum habens de aere & terra plus omnibus compositionibus durat: quod manifesta experientia comprobatur. Quoniam oēs senes hoīes: equi: muli: & alia animalia multum habent de colera & melancolia: & sic ad siccitatem: temperantiam: & duriciem. q̄uis alii dicāt: quod calidum & humidum sit causa longitudinis uite: quod precise econuerso est sentiēdū: ceu patet: ponendo panem: uinum carnem: uestes: & ligna: in locis calidis & humidis: quod cito putrescunt & in frigidis & siccis admodum conseruantur. Attamen hic humiditas siue aqua est potissima causa putrefac

tionis inter alia elementa:ideo ubi multum aque uiget:animalia non attingūt in diuturnā uitam: q̄uis cito & cum mēbrorū abundantia nutriantur. Aqua enim cōmuniter terram pinguefacit:& fertilē reddit. Sed quamprimum id quod per aque abundantiam nutritur:postremo dirumpitur.& icicirco homines habitantes super septentrionali plaga:q̄uis corporibus fertiles sint:breui dies suos finiūt: quoniam patria eorum humida & frigida:ut germāia: hūgaria:& aliqua pars gallie.& licet multum aeris illic uigeat:ob aque multitudinem:non possunt diu animalia substētari:sed minus ubi est calidum & humidū: ideo ponenda est patria:que temperata sit:si modo quis diu uiuere uolet:tamē quod sit circa pedes mōtium:& quod multomagis ad frigiditatem & siccitatem q̄ ad humiditatem & caliditatem tendat: quod autem multum de sicco & frigido assumendum sit ad diu durandum in lapidib9 & metallis comprobatur:que ualde resistunt & putrefactiones fugiunt causa siccitatis & frigiditatis. Inter mares & feminas adhuc differentia uersatur:ex eo quod mares fortiores & magis uniti in suis compositiōibus. Quapropter maiorem locum resistendi aduersitatibus obtinent. ¶ Femine uero molles seu rare sunt in compositionibus suis:ideo non possunt tantum resistere ut masculi. Si enim duos pannos eiusdem lane assumimus:ille quē fortius filauerint & texuerit:durabilior erit:q̄ si lente filatur & texitur. ¶ Inter species & species maxima inest differentia:nāq; ex eis quedam est magis appurata in compositiōe sua:alia uero minus:& quicquid magis appuratum est:magis durat:quemadmodum in duobus ensibus uidemus. quia q̄uis eiusdem ferri sint:illud quod magis appuratur diutius persistit. ¶ Per accidentia siquidem plura occurrunt ad abbreuiandum & prolongandum uitam animalium:quoniam animalia que nimiū laborant:cito sua membra defrustrant:& hoc non tantum in animalibus intellectualibus & sensualib9 accidit:Verū etiā i quibusq; aliis corporibus generabilibus & corruptibilib9. Si enī assidue unū ensem uel lapidem fatigamus:q̄uis durus sit cito diminuitur. Et si unam possessionem quottidie cultiuam9 aut uolumus quod fructus annuatī reddat:etiā a fortitudine sua festinatī declinat. Si uestē aliquā quottidie deportamus:paruo tēpore lacerabitur. hec tamen omnia interdū motū uel reuolutionem expetunt ad durandum cū perfectione. Nā si ensem dimittimus longo tempore in uagina aut arca persistere rubigine deperditur:& similiter si uestes diu in arcis manserunt absq; motu deperduntur:nec aliter de animalibus dicimus. Si enī equus per longā quietē manet in stabulo cito deperditur:eo quod exercitiū expostulat:licet tēperatū. Et sic homines qui diu durare debent:oportet quod tēperate uiuant sobrii in comedendo & bibendo. ¶ Multitudo enī ciborū confesti corpora destruit:tēperate ī coitu: Quoniā superabundantia coitus ualde debilitat oēs mēbrorū medullas. petimus tēperantiā in dormiēdo & uigilando:temperātiā quoq; de frigido:calido:humido:& sicco. Quia extrēa oīa mēbrorū corruptionē ingerūt:& fastidiū & infirmitates circa oēs constat quod sint potissima dierū abbreuiatio. In laborib9 mēbrorū moderati esse debemus:sed quottidie parūper mēbra exercenda sunt.

¶ De causis iuuentutis & senectutis. Cap. x.

¶ De iuuentute & senectute idē intelligendū est:quod de longitudine & breuitate uite dicim9. Quecunq; enī sunt causa diminutionis mēbrorū:sunt etiā senectutis:& quicquid uitā prolongat:iuuentuti fauet. Senectus enī nil aliud est q̄ naturalis depuratio inter pfectū & īpfectū aīalis. nā hō ad ultimā senectutē deueniēs:se habet tāquā ferrugo siue calcinatio:ex qua effugit oīs uirtus p tpis discursum:uelut p distillationē artificialiter extrahimus uirtutes ab herbis:aut aliis rebus:& illa ps grossa que restat in uase est tāquā uetusta & inualida:& idē de aīalibus dicimus:qa sicut in principio paulati accipimus uirtutes siue substantiā ab elementis & planetis:eodē modo dū in culmine nr̄o degim9:usq; in finē passim deperdimus. Et siquis interrogauerit cur potius hylares simus aut placidi penes natiuitatē q̄ circa mortē per senectutē: quū in utroq; statu istorū simus circa elementa uel principia nostra:r̄ndemus:qd iuuentus habet conformitatē cū generatione:& senectus cum corruptione: Et generatio dignior ac placidior est q̄ corruptio:quoniam generatio deducit res minoris perfectionis ad maiorem perfectiōem: & corruptio econuerso se habet. Denuo potissima causa senectutis est compositio & transmutatio materie de specie in speciem:quia aliqua materia manens in specie extra originem suam per temporis discursum querit in suum fundamentum redire:& quia natura non uult repentinas mutationes iuxta uerum ordinem suum paulatim dat animalib9 cremētum:& ab eis quoq; quicquid passim dederit aufert: quumq; additio siue crementum placidior sit q̄ diminutio uel decrementum:in adolescentia nostra potius gaudemus aut contentamur de corporibus nostris:q̄ dum in senectute degim9. Quoniam in iuuētute crementū acqrimus:& in senectute deperdimus. ¶ Cause naturales q̄ aīalia cito ad senectutē applicāt:sunt sicut loca hūida:aer grossus:& cōplexionū uarietas qa secūdū complexionē nostrā dēmus māsionē accipe:ī eiusdē cōformitate:uidelicet:calidū ī calido:& frigidū ī frigido:ad cōformitatē nature:licet p accidēs hūida extremitas cū siccitate cure. Verūt̄n si hūidū diu ē duraturū:oportet qd ī hūido loce:& siccū ī sicco degat. ¶ Redeūdo t̄n ad senectutē & iuuētutē:s: uolum9 ī uita hoium pueritiā:iuuētutē:uirilitatē:& senectutē excogitar:hic quāplures differētias ponere possumus iter cōplexiones & complexiones:ut experientia demonstratur. ¶ Nam flegmaticus multum in pueritia & adole

scentia durat:& tamen parum in iuuentute:& parum etiam in senectute. Quoniam flegmaticus communiter crescit usq; in uigesimum quintum annum:& dum homo crescit:nondū est extra totam adolescentiam. ¶Sanguineus uero cito omnibus suis uiribus potitur & magnitudine saltem ī altitudine: Demum iuuentutem suam nimium in apparentia tantum sublentat. Sunt enim aliquātulo carnosi ac multum lenes:& qui rugatus non est se ic iuuenem ostentat. ¶Sed sanguineus ad quadraginta ānos perueniens cito ob causam promptitudinis sue complexiōis ad senectutem declinat: Et flegmaticus itidem:propter molliciem ad senectutem deuenit:& hi in etate uirili parum durant:& sic aut iuuenes aut senes uidentur. Et colerici & melancolici aliter se habent quia crescunt usq; in uigesimum secundum annum:aut paulo magis uel minus:& uires usq; in uigesimum quintum assumunt:q̄uis melancolicus citius q̄ colericus perficiatur:& parum durant in adolescentia & iuuentute maxime colerici:qui propter rugas ostendunt maiorem habere etatem:q̄ habent. Verum in etate uirili & senectute diu durant:& similiter melancolici licet non tantum:presertim si non sequitur eos colera post melancoliam. ¶Per accidentia plura occurrunt ad deducendum homines citius in senectutem:ut abundantia potus:& membrorum ac mentis defatigationes & potius defatigationes mentis q̄ corporis:precipue quum fatigationes tedium siue odium ingerant:Et sic qui diu durare uoluerit rumores fugiat:& alia que odiosa & extrema sunt abiiciat.

¶Quo pacto calor uitalis in animalibus se habeat. Cap.x.

¶Quum superius declarauerim:quatenus complexiones intelligantur:dixi per me complexionē capi pro prima parte materiali siue corporea:quam elementa in animalium corporibus ad suam generationem influunt. Hic autem declarabo:quatenus non intelligatur pro calido uitali:neq; humido radicali:complexio enim secundum hanc uiam pro fundamento:aut intrinseca cuiusq; rei proprietate capitur:& calor in quo uita consistit:& humidum radicale:tanquam accidentia aut conditiones in subiecto aduenientes se habent. de quibus uero aliquid dicemus:ad demonstrandum nos nō eodem modo quo de complexionibus accipere. Nam omnis calor:& omne humidum est complexionatum:ideo non sunt proprie complexio. Quoniam complexio quo ad hāc uiam dicitur illa proprietas:per quam unaquecq; res est talis in suo primo esse naturali. Et quum prius sint corpora:q̄ in eis calor uitalis & humidū radicale adueniat:patet:quod iam corpora erant complexionata. precipue quum non differamus īter nos tantum per calidum:humidum:& frigidum. Quoniam per ipsamet corpora que uaria principia rēspiciunt:secundum uaria elementa sunt. ¶Calor in quo uita animalium consistit pluriformiter accipitur:scilicet alius naturalis:& alius accidentaliter acquisitus. ¶Primum calorem dicimus esse illum: quem elementa & corpora celestia aut saltem patres in animalibus ponūt:principio generationis: At tamen iste calor non proprie dici potest uitalis:nisi solum elementalis super quo incipiunt uitales spiritus nutriri:qui etiam sunt de materia siue natura calidi. & hi quoniam uiuaces & calidi sunt:totū corpus calefaciunt atq; uiuificant:& q̄uis isti spirit9 ab igneo & aereo elemento maiorem portionem accipiant q̄ aliunde:ipsi quidem in humido radicali nutriuntur:in quo sedes obtineat ueluti arbores ī terra humiditatem habentes. iccirco declinante aut egrotante hoc humido radicali:etiam uitales spiritus alterari incipiunt atq; diminuere motum suū:per quem calor toti persone causabatur. Et quia spiritus deficiunt sicut & alia membra per infirmitates & senectutem: oportet in tali cāu artificiose adminiculari:& quum debiles sint assiduo sunt cibandi:non tamen in nimia quantitate:sed diuisa proportione in plures partes: quemadmodum in senibus & infirmis prospicimus. quia dum declinant aut debiles sunt: paulatim ac pluries cibari debent. Et quid humidum radicale sit:in subsequentibus patebit.

Quo pacto animalium uita cum lucerna ardenti similitudinem habeat:& q̄d in aliis animal & ignis tanquā aīatū ab inanimato differunt. Cap.xi.

¶De humido radicali tractando multa siquidem dicenda occurrere solent:cū quod ibi uitā corporaliū spirituū consistere dicimus. Vñ nōnulli uitā nostrā tāq̄ ignē in lucerna esse aiūt ita exponendo:in lucerna oleū uel aliā pinguedinē & lichinū ponimus:& tūc ibi nullo aduerso casu cōtingente incēsus ignis nequaquā extinguit:donec pinguedo & lichinus durant:& taliter uitā aīaliū dicūt ī radicali humido fundari:de eo se cibādo ueluti de oleo ignis. & p tot ānos continuato hoc cibādi ordine: totū illud radicale humidū cōsumit. tñ in etate quā senilē uocamus:uita extinguit:quū deficiat cib9 spirituū quo nutriri solebāt. ¶Et hec comparatio satis similis est cum animalium uita:q̄uis in aliquibus differat. Ignis enim non solum uno cibo nutritur & substentatur:sed plurib9. utpote de lignis herbis:ac foliis:& in quibusdam prouinciis terram comburunt:ut in brytania:& in mineralibus: de sulphureis lapidibus etiam ignis nutritur & ardet. Similiter in dies ac de momento ad momentum possumus igni nouū cibū prebere:& sic ut comparatio recta sit oportet:q̄d uita nostra de uariis humidis antiq̄s in ipsis membris ac de nouiter generatis cibetur:non autem ab humido solo alicuius elementi in principio.

formationis corporis ibi posito. ¶Vlterius si semper supra ignem ligna poneremus:continuo dura ret:aut si in lucerna ardenti oleum & lichinum unde non possumus inferi:quod per discursum tempo ris absq; alia aduersa occurrentia:ignis in lucerna causa senectutis extigueretur:& hoc i antris patet: ut in uulcano & similibus.quia quum ibi semper occurrat humor sulphureus:natura generatus:incess santer in eo loco durat ignis:licet quandoq; uehementius & quandoq; submissius ardeat. Animalia ue ro q̄uis omnes cibos assumant:per diuturnitatem senescunt:& demum soluunt:q̄uis ibidem aliud for tuito non occurrat. ¶Preterea ignis non mouetur per se de loco ad locum:nisi per continuum cibū siue combustionē discurrendo:nequidem uelle & nolle habet. Et animalia sensualia saltem de loco ad locum habent gressiuum motum:& non per continuum cibum discurrendo:nisi per uoluntatem & uī intrinsecam.& sic probatur:qualiter nos extra naturalem calorem:qui ad similitudinē ignis est:animā uiuētē atq; uolentem cum aliqua libertate habemus.

¶Quomodo masculus & femina primam scintillam de qua generationes fiunt gene rent:& quis cibus ibi p̄parandus:& quod statim occurrat. Cap.xii.

¶Viso superius quo pacto in aliquibus uita nostra cum lucerna ardenti conformetur:& in aliis dis ferat. Deinceps de generatione nostra:de humido radicali:aut uerius pinguedine:ac de senectute ali quid dicendum.& primitus de principio generationis tractabimus:de corporibus intelligendo:in qui bus cum generatione ignis maximam habemus conformitatem:& tale ponemus exemplum:dum enim nouum ignem generare uolumus:calibem fortem seu temperatum & silicem quoq; lapidem durissimū allumimus:& per utriusq; contagionem calor qui erat in lapide & calibe submissus & abscōditus in sci tilla seu specie ardenti generatur.Sed ut duret ille fomes:oportet quod ibi statim aliquis cibus prepa ratissimus occurrat.in quo ignis apprehendat & cibetur:& similiter occurrentibus patribus ad genera tionem filiorum.mascul9 loco calibis:& femina loco silicis ponuntur:& in contactu siue eorum frequē tia alter in alterum calor:qui in utriq; erat incenditur:sed oportet quod ibi cibus sit appropinquatus & preparatus ad suscipiendum illum fomitem ex frequentia masculi & femine generatum. Si enim ma teria menstralis & sperma hominis non bene preparantur:q̄uis masculus & femina per contagionem de suo calore generent flāmam:non potest in cibo apprehendere:nec sine cibo durare:ut in generatio ne ignis apparet.quia si esca non est optime preparata:nunquā in ea fomes exiens a calibe & silice ap prehendere uel cibari poterit. Et hec est causa quod aliqui homines ac mulieres sunt ad generandum fi lios aptiores:& alii uero minus:eo quod semina eorum seu materie in quibus apphenderē debet: in uno potius q̄ in alio sunt disposite:& sic castrati homines generare nequeunt:eo quod debiles atq; distem perati.ferrum enim distemperatum ac molle:q̄uis lapidem tangat:nō potest ignem seu sufficientem fo mitem ad apprehendendum in esca generare:oportet igitur:quod calibs temperatus ac fortis sit:& si militer homo integer seu non castratus:& quod recte temperatus ad generandum fomitem:& ipse fo mes ad apprehendendum in menstruo mulieris simul cum semine hominis ualidus sit:& per hanc uiam forte accōmodatius q̄ per aliam potest teneri:quod unus filius a duobus patribus generari nequeat.nā dato quod sperma istius cum spermate illius coniūgi possint:dum unus pauco spacio post aliū ad mu lierem occurreret:eo ꝙ spermata liquida sunt:causa incensionis spermatis non pōt una sola generatio a duobus masculis prouenire. Qui enim prius incendit illam escam seu menstruū mulieris tantūmodo est pater. Attamen quum plures sunt casuscule in matricibus femine:non repugnat quod unus mascu lus incendat menstruum in una casuscula:seu filium generet & alter in alia.unde quilibet filius ab uno solo patre:& non a pluribus generari potest.

¶Cur monstrū natū pōt a duobus patribus generari:queādmodū & ab uno.& qua tenus monstra generent & in qua uniōe uel diuisiōe aiarū gubernent. Cap.xiii.

¶In sup̄iori capitulo q̄dā tacta sunt:ut uideamus:an unus filius a duobus p̄rībus generari posset: & tñ in utraq; p̄te instari pōt:nūc uero in eadē materia ꝓsequēdo:de monstruis natis aliq̄d agem9. Et hic forsitā clarius discernerē possemus:qua de cā unus sol9 filius saltē mōstrū a duob9 masculis genera ri queat. Nā oē monstrū in una tm̄ casuscula matricis concipit̄:ac generat̄:nō autē i plurib9: neq̄dem a natura stare pōt:ꝙ in uno solo coitu generet̄:aut si in uno solo:nō in una sola continuatiōe semētis generatiue:nisi ꝑ aliq̄d interuallū seu scissurā que ab aliqua motione masculi uel femine in eo actu ge nerādi fit. Itaq; incensa p̄ria p̄te sementis que in casusculā ingredit̄:& alia que postmodū uenit ēt incē sa:tñ non pōt recte ab intrinseco & extrinseco ꝑ oēs p̄tes cū p̄ria semente incensa misceri:& sic conti guat & non continuat ꝓprie assumptū. Vñ monstrū generat̄.& ꝙ una ps sementis fit maior altera:ti ā fit in maiorē embriū:aut ꝙ assumit oīa mēbra cōpetentia hoī:& alia minor pars spermatis trāsit in ali qua mēbra:sed non sufficit ꝓ oībus que hoī attinent. Iō aiunt q̄nq; esse uisum monstrū h̄ns oīa mēbra duplicata.& inguinibus sursum:& tñ corpora illa contigua:nō autē oīo separata. Quoniā in una sola

casuscula nō possunt duo fetus distincti gñari:neq; i duab9 casusculis un9 tm̃ fetus. uerũ hic disputari
solet positis i hoc loco duob9 capitib9:duob9 brachiis:duob9 toracib9:duplici corde:duplici cerebro:
utrũ ibi dent̃ due aĩe an una tm̃.Ad qđ sane rñdēdũ ẽ:duas aĩas rõnales esse:nihilomin9 unã solã po
tētiã uegetatiuã:ac fortasse unã solã sensitiuã:quũ eni uegetatiua & sensitiua de substantia corpea seu
diuisibili & cõiũgibili sint:nil repugnat:ꝙ una sola istaꝵ aĩarũ possit i toto uno monstro supplere:quũ
ꝑ aliqs ptes saltẽ cõtiguũ sit:& q̃uis ꝑ alias tãq̃ cõtiguũ uel aliq̃liter diuisum:ꝑ ptes q̃s cõtinuat una so
la aĩa ꝓ toto supplere põt:ut i gñe arborũ ac serpẽtũ patet.nã un9 ram9 ab arbore scissus per aliquos
dies uiuit:aut põt i terra plãtat9 ꝑ se arbor fieri.ex quo patet:aĩam uegetatiuã absq; destructiõe eius
diuidi posse:& uaria corpa aĩare.quũ uero i sepatis:multomagis i cõtiguis:& aliq̃liter cõtinuis.Sensiti
ua aĩa ẽt i serpẽtibus ꝑ frusta scissis:ꝑ aliqs horas uiuit:eo ꝙ serpẽtes principaliter tanq̃ cõtigui & non
cõtinui se habẽt:& tñ nõ est dicẽdũ:ꝙ i quocũq; serpẽte plures aĩe sensitiue sint:nisi una dũtaxat. Sub
quo exẽplo asserere possum9:qđ una uegetatiua & una sensitiua tm̃ i mõstris natis supplere põt:ñ autẽ
una itellectiua:eo ꝙ idiuisibilis & inunibilis:& aĩa itellectiua i solo corde & cerebro ifundi põt: q̃q̃ ibi ty
bie & brachia ñ dent̃.& sic positis duob9 capitib9 i mõstro distinctis:possunt esse due aĩe rõnales: una
potẽtia uegetatiua:atq; una sensitiua & nõ plures.Et dato ꝙ plures sup diaphanis:qa disticta corpora
possunt in tybiis cõicari ac recte cõtinuari:ut i arborib9 isertis cõprobat̃.ram9 eni isertus ꝑ radices ar
boris:i q̃ manet nutrit̃:atq; cõseruat̃.Et quũ ex terra usq; ad ipsum ramũ ascẽdit ifluẽtia uegetationis:
oportet etiã qđ aliq̃ uirt9 ipsius rami descẽdat usq; ad terrã seu radices.Nihilominus i se sup insertura
sp obseruat aliquã ꝓpriã formã:ut patet.qa agit fructũ diuersum ab aliis ramis i ipsa arbor̃ ex origine
natis:& tñ si radices sciderent̃:ita ram9 isertus quẽadmodũ & alii desiccarent̃.Et hoc mõ i aĩali mõstro
ps minor spermatis aut ꝙ posteri9 i casuscula matricis igredit̃:se hẽt tanq̃ i altera pte isertus: ueluti ra
mus i aliena arbore:ita ꝙ post isertionẽ:põt extẽdi aliq̃ sensualitas uel uegetatio ipsi9 ꝑ tybias alteri9
p:is:usq; ad plãtã pedis atq; digitos.Verũtñ tybie aut mẽbra q̃ idiuisa sunt:i ꝓria cõprehẽsione assum
pserũt materiã ab una istarũ ptiũ spermatis. ¶Et hic quoq; aduertẽdũ ẽ:ꝙ pr̃es & mr̃es idispositi si
ue isirmi poti9 ꝓpinq sunt ad gñandũ filios mõstrosos q̃ pr̃es dispositi & sani: & i dieb9 canicularibus
deteri9 quã i aliis tpib9 fit.tñ dũ fet9 uaria corpa uel duplicata mẽbra nõ designãt:dicẽdũ ẽ:i uno so
lo cõtinuo coitu tãq̃ i uno ictu gñatos eẽ.& si mẽbra uaria designãt nõ i uno solo cõtinuo coitu:sed i
plurib9 uel i uno discõtinuato.i quo ipsi semẽ scindit̃ ꝑ quã scissionẽ deide nõ põt ꝑ oẽs ptes recte cõ
misceri cũ eo:qđ pri9 i matrice igressum erat.nã i nulla opatiõe sensib9 cõprobata i uno solo ictu con
tinuato plura diuisa causare põt:& qđ i ea diuisione ꝓducant̃.uñ cõsiteri oportet ꝙ sicut unũ mõstrũ
ab uno solo masculo gñari põt.ẽt põt a duob9.Et si i duab9 occurrẽtiis masculi & semie unũ filiũ gñar̃
possunt:hoc ẽ qđ semen uni9 occurrẽtie cũ semine alteri9 recte copulet̃:ẽt semẽ duorũ masculorum si
mul cõmisceri põt:atq; i uno filio gñari.In brutis aĩalib9 uidem9:qđ dũ ueniũt ad tẽp9 quo femina pe
tit coitum:semper aut saltem pro maiori parte non semel tãtum sed plures ad ipsam masculus accedit.
in quibus unionibus forsitan totum illud semen generationis simul unitur:aut fortassis hoc fit ad cau
telã:eo qđ si in una unione nõ icẽdit̃:ipsum sperma in alia incendat̃.sup operatione istorũ monstrorũ
plura itidẽ p̃supponi solent:queadmodũ a calculatoribus fit:ueluti dicendo:ponamus qđ unus istorũ
hoiũm dormiat:& alius uigilet:si in eo tunc ambularent uel fixi manerent:aut quomodo alter alterum
portaret cui presupposito respondendum est:in primis ꝙ ea que non contingunt uel a natura fieri nõ
solent:nequaq̃ sunt presupponenda & si presupponuntur non concedenda . Quia presupponere ea
que non sunt mos calculatorum:sophistarũ:seu cauillatorum est.Quocirca huiuscemodi presupposita
in principio tanquam inania expellenda.uerumtamen ad dormitionem & uigiliam alicuius mõstri rñ
dendo dicendũ est:ꝙ cã alicuius cõtinuationis & contiguitatis per totũ nõ põt una ps dormire & alia
uigilare:dato ꝙ ibi due anime rationales distincte sint:nisi dormire in quoqũo sicut faciunt illi qui in
somnis surgũt:induunt̃:equitant:& ãbulant.nihilominus ibi aliq̃ sensus uigilãt:licet alii dormiãt: ut in
quarto libro uisum est:q̃uis non recte uigilare dicatur.& hoc modo potuisset dormire una pars mõstri
& alia uigilare:dummõ fuisset penitus diuisum sup inguinibus:hoc est:ꝙ ibi fuissent duo corpora distin
cta.sup duabus tybiis:qñquidẽ de rõne quattuor hẽre deberẽt.Sed hoc mõ corpora distincta nunquã
uisa sunt:nec natura stare queunt:& ita sp sunt contigua:uel ꝑ totũ colligata.Et concesso:quod ita di
stincte nascerent̃:nullatenus possunt super duobus pedibus ãbulare:quũ nõ cõcedat̃ locus:ꝙ ãbo cor
pora seu toraces ueniant ꝑ lineã rectã sup crurib9:preter unũ toracẽ uenire põt.Quapropter si aliud
corpus alligatũ aut tanq̃ insertũ nõ haberet aliquẽ baculũ in manib9 sup quo firmari posset : penitus
caderent.Sed siquis baculum habet:premere potest tergus suum cum tergo alterius : Ideoq; directum
maneret:& non aliter.Quamobrem concedendum est:quod non posset dormire & ab alio portari.quo
niam cadendo expergisceretur:& sic iret uerrendo per terram: & qui fuisset minus principalis in illo
monstro aut tanq̃ insertus:si alter dormiret:non posset ipsum deferre.Vnde necessario sequitur:si mon
stra debent ambulare: ꝙ per totũ tergus contiguentur:atq; aliqualiter continuent:ut in superficiebus:
& pelle:atq; aliqua carne.

¶De esca seu radicali cibo spirituum:& qualiter senect9 causetur:aut animalia ad mortē necessario p discursum tpis deueniāt:quū in eis adeps radicalis gñari nequeat. Cap.xiiii.

¶Postquam uero constat quod per contagiū masculi & femine calor eorū & semen dispositū ad generationem animalis simul occurrere debent:de hac materia tractando intelligendū est: q̄lis sit hic cibus siue esca:in qua fomes per calorem masculi & femine generatus apprehendere debet. qm̄ non in quacunq; esca nisi tm̄ in appropriata ad suscipiēdū & cibādū ipsum fomitem: & in matrice mulieris minime dicēdū erit rem siccā esse:uelut esca in qua ignis scyntilla apprehendit:quū ī matrice mulieris oīa liquida sint:& liquida omnino humida.uñ tenere oportet:quod materia calida & unctuosa sit apta ad cibandum fomitem generatum:ut adeps siue oleum ad cibandū ignē.sp enim unctuosa sunt ignis amicabilia:pariterq; ad aialiū generationē necesse est:q̄d unctuose ē ce tanquā primū seu radicale fundamentū occurrant:ut experientia probat.uidemus enim quotiescunq; aialia ad longā senectutē aut p cōtinuā infirmitatē uel penuriā declinant ad deperdēdū oēm pinguedinē deuenire:quūq; omnino pinguedīe carent:naturali itidē calore carēt.& tūc ad ultimationē uite naturali cursū deueniūt.Et sic ostēdit:q̄liter piguedo ī aialib9 hūidū radicale sit:ī quo uitales & corporei spirit9 pascunt.uñ deficiēte piguedie calor nālis seu robur uiuēdi deficit: Dicim9 eī robur:qm̄ pisces ī uirtute piguedis uiuūt:& tm̄ calidi nō manēt.uñ deficiēte tota pīguedine simul tota aīalis uita deficit:q̄uis magna pignedo nō semp ualidiorē uitā seu uitales spiritus reddat.uerum oportet q; semp ibi aliqua materia unctuosa atq; calida ab ītrīseco sit:ī qua uitales spirit9 cōtinuo cibari possint.Et non intelligit q̄d ista radicalis pinguedo tota in principio gñationis in ipsa gñatione īteruenīat:sed q̄d indies gñari atq; multiplicari pōt: sicuti alia que ī hoīe crescūt & decrescūt:ut caro.Et sic qñq; ualidiores uitales spirit9 hēm9 & quando q; inualidiores:causa q̄d aliquando melius cibant:& aliqñ peius.Eorum uero cib9 materia calida atq; unctuosa est:Et quia potest esca spiritum in dies generare animalia:sine cibis transire nequeunt: eo q̄d pars ipsorū ciborū in pinguedinē conuertitur:ut spiritus alere possint.hic autē inferre possumus si semper humidū radicale seu pinguedo in membris aialiū generari pōt: cur spiritus deficiunt: & animalia sp uitā obseruare nequeunt:quēadmodū de igne in antro uulcani uidemus:qa quū ibi assiduo radicalis cibus generetur:idest sulphureus humor:sine termino saltē apud nos ignis ille uiuit: Et similiter si cibus radicalis in corpe aialiū assiduo generat:uidet q̄d p nullam tēporis longitudinem mori debent aialia:eo quod per uitales spiritus corporaliter uiuimus:& ii quoq; per radicalem cibum.uñ cibo non deficiente uitales spiritus non deficiunt:& durātibus spiritibus semper aīal uiuit.Ad quod dubiū rñdendo dicimus:q̄d aialia apud naturā quodammō accidētalia siue artificialia sunt:ueluti domus aut aliud edificium apud nos:Et quelibet res artificialis uel a sua prima origine prolongata incessanter primam petit originem:Et quia intrinsece ad primā petit reuersionem:necesse est quod intrinsece de illo statu seu specie in qua manet discontentet.Et ubi discontentatio ibidem in quoquomodo uiolentum: & id q̄d uiolentum non pōt iuxta naturalia merita semper durare.Vñ oportet continuo cursū: licet paulatim a specie illa in qua uiolenter manet declinare:ut ad primā originē post uarios discursus reuerti queat. Et hec declinatio:uia ad senectutem uocat.& qñ ad ultimā declinationem res in ea specie deueniunt: senes ipsas uocamus:intelligendo:q̄d nimis extra primam suā originem manserunt:Et quod iam tēp9 reuertendi appropinquat.Quare obseruatis a natura his regulis:q̄uis ea que in uariis speciebus prolongata posita sunt:ad suum primū fundamentū reuerti nolint.natura ipsa intrinsece laborando constringit oēs species prolongatas ad primā originē reuerti:post perfectos cursus illa specie ordinatos. artificia nostra manualia per aliquod dies noua tanquam iuuenilia uocamus:& robuste sic habent: sed labentibus annis ad debilitudinem declinant:que & senia esse dicimus:in qua quidem etate per omnes partes rumpi atq; dilabi inchoant.Et in eo tunc non sunt amplius ad habitationem nostram neq; ad obseruandum in eis bona:que ibi ponimus:quum uentus:aqua:latrones:atq; alia a duersa facillime in has domos seu edificia ingredi possunt:& non aliter de animalibus senibus intelligendum est: quoniā eorum membra desiccata sunt atq; declinata:Et tunc omnes aduersitates possunt in corpus animalis ingredi:& membra seu organa in animalibus:tanquam edificium sunt ad obseruandum adipem radicalem:atq; uitales spiritus:ac ueluti domus ad obseruandum suos habitatores.Ideo quū membra sint delapsa atq; sterilia:& ex nouo non possumus indies ipsa renouare:aut tanquam noua in multiplicatione generare:intrinsecus manentia habitare nequeunt:eo quod iam mansio sua a recta proportione declinauit.Nam sicut matrix mulieris oportet quod in recta ualitudine sit: ad hoc quod ibi fomitis generatio per frequentiam & calorem masculi & femine fiat:atq; in unctuosa materia apprehendat: similiter oportet:quod ad generandum adipem in corporibus animalium ipsa organa ualida sint.nāq; aliter adeps generari nequit:q̄uis plures cibos ad extra uenientes assumamus.Quod si aliquantulo generatur:id utiq; parum erit:usq; dum deueniatur ad id in quo nihil generari potest. Et quia membra senium deprauata atq; inhabilia facta sunt:non potest in eis pinguedo generari:& ubi non pinguedo:minime calor:nequidem uitales spiritus:& sic oportet per naturalem cursum ad mortem deueniri: Quod itidem in lucerna artificiali comparere potest.Nam dato quod lucernam ferream faciamus post

plures dies non potest in ea oleum manere: & quia non oleum:minime ignis. Quoniam per omnes partes ipsius lucerne oleum exire potest:& uentus atq; alia aduersa ingredi. Alia potius nature ꝓpinq sunt durabiliora:ut ignis in uulcano:& lux in radiis solarib9 atq; calore. hec autem ultima omnino naturalia sunt. uerũtñ in speciebus que aliquantulo deuiate a primo fundamento essendi per naturã diu durare nequeunt:eo quod tanquam artificialia se habent:ut diximus. Licet quod illa que in dies generari possunt. traditis sibi necessariis diu etiam durare possunt:ut in igne uidemus. qm̃ si in ipso cibos continuo apponimus:uidelicet ligna semper uiuit aut durat. Attamen necesse est etiam:quod ibi loca habilia sint:& quod cibos aliqualiter unctuosos siue humidum radicale ponamus. Si enim omnino desiccatos:ignis cito extinguitur:dato quod ignis nollet ad uiuendum humidissimos cibos:utpote aquam:ne quidem totaliter desiccatos ut in cinere atq; lapidibus cernimus. Quia per se ardere nolunt:nec in eis ignis durare reliquis in eo cibis deficientibus:q̃uis ligna sicca & borbardarum puluis citius q̃ humida ardeant. Sed his similia non omnino desiccata:sed ad ueram unctuositatem deducta. Et quod ibi aliqua humiditas sit:patet:ex eo quod flamma incenditur:& fumus exit. Et ubi non est uapor ad humiditatem tendens:nequaquam ibi flamma nec fumus. Quia flamma:uapor : siue fumus ardens est : & parimodo oportet:quod ut animalium corpora uiuant:aliquid de unctuoso sit non humidum tantum: ut uinum aqua aut huiuscemodi liquores:immo & pingue:humidum. In iis autem omnibus solum de uita corporea intelligas:seu de uitalibus spiritibus in animalium corporibus:super quibus uero spiritib9 sensualis anima est ad administrandum apposita:super sensitiua autem rationalis anima infunditur: ac dominatur:ut agendo de anima latius probauimus. Et quoniam adeps seu materia unctuosa fuit prima esca ĩ qua scyntilla generationis apprehendit:& cibatur:& talis esca est principium uiuẽdi siue durãdi: oportet quod semper de simili materia seu adipe in membris sit:eo quod animalia uiuere queant. Sed quia ad senium deducta membra inhabilia sunt:ut aliquid ibi bonum generetur:necessario animalia moriũtur. Et in hoc loco facile probari potest:quod qui gaudio aut tedio pereunt:non ex eo quod spiritus ĩ instanti ad cor occurrentes consumant ibi omne radicale humidum. In iis enim qui hoc modo mortui sunt:absurdum est dicere:quod omnis pinguedo defecerit. Tandem qui hoc aiunt:forsitan quid humidum radicale sit ignorant. ❡Primus uero qui posuit uitam nostram in calido & humido consistere: de pinguedine seu materia unctuosa intellexit. Sed hoc tale calidum:& humidum non dicit tanquam qualitates:nequidem uere humores:sed tanquam species a quattuor humorib9 generata:seu perfectio ab ipsis humoribus abstracta. Nam substantia quam a cibis assumi dicimus:& cum membris nostris conuerti:est ipsa pinguedo:aut de eius proprietate. Sed pinguedo uel perfectio quam substantiam dicim9 in nobis remanens a cibis quos assumimus de quattuor elementis constat:nihilominus species calida & humida. Attamen non ita humida ut oculis uidetur. Quoniam uisus iudicat humiditatem ubicunq; liquefactam uidet. Multa uero liquefacere possumus:que parum de humiditate continent. & sic animaliũ pinguedo:q̃uis liq̃da sit:eã q̃d per oĩa organa decurrere queat:in se non est humida tanquam aqua : aut uinũ:ut in unctionibus quas cum pinguedine agimus:patet:quũ tñ calefiant & mollificent:sed parum humectant:& hec species est sedes spirituum atq; amica omnium ardentium. nam humidum ꝓprie dictũ:potius ardẽtia atq; uiuẽtia suffocat:q̃ uitã ꝓbeat. Ita q̃d humidũ radicale in quo uita nr̃a cõsistit: nõ a solo elemẽto aqueo ñ a solo aereo:imo ab oĩbus q̃ttuor elemẽtis gñatũ:tãquã res necessaria oĩno cõtinua in aĩalibus:ut uiuere queant. Et hic aduertendũ est:q̃d nõ qui potius aut citius pinguescere potest:longiorẽ uitã cõsequit̃:sed qui pinguedinẽ fortiorẽ ac tẽperatiorẽ habet:ad membrorũ conformitatẽ. Exempli gratia. Melancolicus que adiscere debet tardius adiscit:q̃ aliquis alius alteri9 cõplexionis. Nihilominus post collectionem nimium ea que assumpsit conseruat. Et ita colerici & melãcolici q̃a fortissima membra habent:ualde obseruare possunt suum humidum radicale. Sanguinei uero & flegmatici minus:quia sunt membris debiliores.

Qualiter cibus adipis appropriat9 sit ad ꝓlõgãdã uitã hoĩs:ꝓ̃sertim ĩ senibus. Cap. xv.

❡Viso superius de generatione:de esca cõuenienti ac necessaria ad aĩaliũ gñationẽ:hac uia obseruata de cibis exterius assumptis ad ꝓlõgãdã aĩaliũ uitam forsitan melius q̃ per aliã agnoscer̃ possum9. ❡Dimittamus hic de infirmitatib9: q̃a sepe plura que aduerse membrorum ualitudinis sunt: infirmitates expellunt:tñ he medicine in cibis continuate nullatenus sunt ad ꝓlongandũ uitã: ĩmo poti9 ad dilaniandũ. At nõnulli aliquos extraneos cibos ad eũdem usum cõmendare solent:quos tñ multi faciũt: ueluti aurũ potabile & similia. Verũtñ forte hos cibos cõmẽdãt:ex eo q̃d obtẽtu difficiles: cuius causa nõ adeo põt hoc asserẽtiũ ignorãtia experiri:sed expiat̃ aut nõ expiat̃:q̃d oẽs cibi corrosiui & desiccatiui cõtra lõgitudinẽ uite sunt:q̃uis ad delẽdos prauos humores q̃nq; boni. Sed ad conseruandos uitales spirit9 oportet q̃d sepe unctuosas escas ad cõformitatẽ primi principii assumamus:& hoc uariis experimẽtis ꝓbat̃:primũ q̃d oẽs ualde senes aut q̃ lõgã ĩfirmitatẽ passi sunt:fere oĩ pinguedine carent. & dũ totaliter moriũtur ulteri9 ĩ simili statu nullũ aĩal põt filiũ gñare:nec ad gñandũ habiles filios : neq dẽ plures:si aĩalia nimiũ pinguia sunt. q̃a tũc nimiũ hñt calorẽ:& gñatio tẽperatũ mediũ & nõ extre-

mū petit:Et simili mō ī cibis nrīs pīguedo īgredi debet:sed nō nimia:licet qđ quāto magis ad senectu tem appropinquamus:tanto maiorem adipis quantitatem assumere debemus:eo quod causa similitu dinis facilius & assumpta maior pars de pinguedine in cibum:potest in pinguedinem nostram intrinse cam potius q̄ de quocunq; alio cibo conuerti. Vnde senes in principio prandendi aliquantulū de bro dio pingui ac multum cocto assumere debent. Hoc enim cuncta membra calefacit & pinguedinem p ducit. Attamē in iuuenibus quum hoc brodium calidum sit:sepe renibus nocet: Verum in omnibus ca lefacit & calorem apponit. Membra enim dum debilia sunt:ungere se de pinguedine hyrci arietis cer ui ac uituli simul cum alio:quod potius unctuosum sit:uel de sue plerunq; prodest aut oleo amigdo larum & de similibus:Quod in stomaco quisq; experiri potest. Quia dum debilis iuenitur:nulla res tā topere confortat:nec iuuamen sibi prestat ad digerēdum:q̄ quod sepe cū aliquo adipe ungatur. Quin īmo & brachia confortat & remedium adhibet. ne doleāt:dum quicq̄ proiicimus. Omnes alii nerui dū calidi manent de tali unctione beneficium assumūt:& forte antiqui qui in lege ueteri pinguedinem co mendabant:cognouerunt appropriatum cibum esse ad prolongandam uitam.

¶ Quonā modo non uidetur:generationes in instanti fieri:si fortassis generatio per ī fusionem animarum in membris non caperetur. Cap. xvi.

¶ De cōmuni sententia philosophorum teneri uidetur:generationes & corruptiones in instanti fie ri:sed quonam pacto ita se habere probare queāt:perdifficile uidetur : quum manifeste omnes genera tiones:que aliquas per primum petunt corruptiones:in materia extēsa atq; molle sunt : & pari modo ipsum generatū quātum molle est. nam si quātum molle non esset:nequidem corrūpi potuisset: nec in hoc loco ad primam deuenimus originem materie. Vnde habetur:q͂ prima materia nō corrūpitur:nō generatur:quo ad illam primam originē. nos uero nūc de transitione de specie in speciem loquimur : & inquantum materia per putrefactionem dimittit unam speciem:& alteram acquirit:Iam ibi non cō siderat̄ sub ratione prime materie:nisi secunde:in quo gradu:uidelicet secundo:materia assumpta cor rumpitur:& generatur:non omittēdo suam primam originem materie:sed speciem:sub qua translatō ne de hoc ad illud materia corrumpitur:& generatur:& non potest corrūpi:si modo extensa atq; mol lis non sit:& omne extensum molle:in operatione sua exposcit tempus: omnes res generabiles & cor ruptibiles cadunt sub extensione mollis ergo tempus ad operandum petunt:& tempus tarditatem seu distantiam continuam in operando significat:ad differentiam de euo & eterno. ¶ Quoniam eternū simpliciter absq; prius & posterius operatur:res euiternalis uero cū aliqua morula quāuis parua:rādē in operatione earum quoddam prius & quoddā posterius datur. ¶ Eternum siquidem quicqd agit absq; prius & posterius est:sed tempus semper cū tarditate:tum maiori:tum minori:& oēs corruptiōes & generationes de quibus nunc agimus:sub tempore cadunt. qm̄ sub motu de hoc ad illud:& oēs mo tus proprie dicti de hoc ad illud sub tempore cadunt:& ubicūq; operatio temporalis:ibi aliqua moru la. Vnde cōis sententia confirmatur:sicut dicendo:omne quod mouetur habet partem in loco a quo : & partem in loco ad quem:oēs res que corrumpuntur & generātur:mouentur de specie in speciem: er go partem extra partem habent:ut in solo concedere corruptionem probatur. quoniam ubi pars ex tra partem non est:Nullatenus corruptio ingredi potest. ¶ Et inferendo q͂ corruptio & generatio sunt aliud a rebus que generantur & corrumpuntur:respondetur:nec hoc ualere ad probādum gene rationes & corruptiones in instanti fieri. quoniam res ipse que corporee sunt generantur & corrumpū tur:& generatio & corruptio non sunt deus:ut in instanti absq; prius & posterius operari queant. quo circa necesse est aliquam moram in generationibus & corruptionibus cōcedere. quoniam ibi est pene tratio simul cum transmutatione de specie in speciem alicuius rei extense:ut in penetrationibus exten sibilibus atq; mollibus semper aliqua intersit tarditas operandi. ¶ Vlterius omnes res que putresiunt & generātur:ut embrio:animalium grana:& fructus arborum uidemus paulatim & successiue putresie ri:& postmodum generari. ¶ Licet q͂ inter ultimum putrefactum esse:& aliquod inceptum generari nulla morula datur. quoniam ibi ordo de incipit & desinit obseruatur. Verūtamen tantū quātum pau latim per putrefactionem declinat:ab specie in qua prius erat adheret alteri:que generatura est. Verū tamen prius putresit totaliter:quam taliter generetur in ea specie:in qua materia transitura est : tāquā in ultimo suo fine. ¶ Et fortassis opponeretur dicendo:ego considero uariam speciem in quocunq; gradu:in quo materia inuenitur declinando per corruptionem:aut ascendendo per generationem : & inter gradum & gradum continue procedendo nōn datur medium:sub quo ordine generatiōes & corruptiones fiunt in instāti. qm̄ absq; medio tarditatis transeunt de hoc gradu ad alterū sibi propin quum. ¶ Sed neq; hoc stare recte potest. qm̄ in oībus aliis operationibus ita res se habent:q͂ īter pri mum gradum operandi & secundum:nullum ibi datur medium:& in instanti incipimus:in instanti fini mus. Non totum opus quod uolumus ī uno solo instanti perfecimus : sed unaquęq; particula per se in uno solo nūc:seu instāti facta:& sic cōsiderādo eo tūc:in quo ad operandū incipimus in īstanti est. qm̄ nō prius ad illū primum gradū attingeramus:nec posterius imo in uno solo nūc:& pariter quum

ad ultimum finem attingimus:gradus ultimus ille per ſe conſideratus in uno ſolo inſtanti perficitur:tñ in uirtute multorum aliorũ precedentiũ graduum continuatim procedentium:& ita gñationes & corruptiones fiunt:qr ſub hoc ordine in inſtanti incipiunt in inſtanti finiũt:capiendo per plures gradus: non autem in uno ſolo incipiunt & perficiuntur:imo ſub aliqua tarditate per plures gradus transeundo continuatim fiunt:tandem ſi ponentes gñationes & corruptiones in inſtanti fieri aliter capiunt intentiones ſuas declarent.Nam nõ ualet dicere:contingit ꝙ corruptiones & gñationes ſucceſſiue fiant. quoniam id quod neceſſarium eſt:per naturam propriũ adductũ non põt dici ꝙ cõtingat:ſi modo nõ aſſumeremus gñationes & corruptiones abſolutas:non hoc non illud:hoc uero imaginarium tñ: ſed hic de rebus actualiter gñabilibus & corruptibilibus agimus:nequidem ualet proponendo:in generationibus & corruptionibus accidentium interſit morula:in ſubſtantialibus uero non. qm̃ oĩs ſubſtãtia preter ſubſtantiam dei:habet aliquid de potentialitate:& ubicunꝗ potentialitas:ibi ſic uel ſic aliquod prius & poſterius operãdi:& quum hec regula ad corporea & incorporea preter deum qui actus pur9 eſt extendaſ:potiſſimum de rebus corporeis eſt aſſerendum ſucceſſiue operari:non autem uno ſolo inſtanti id quod uolunt incipere & perficere.Et inferendo:ut in ſimilibus inferri ſolet:multipliciter iſtãs capitur aliud magis ſtrictum & aliud minus:reſpondetur:ꝙ ſi tu accipis inſtans tuum per ſpatiũ dierũ aut horarũ:concedimus ꝙ gñationes & corruptiones in inſtanti fiunt:non autẽ in inſtanti proprie dicto:ut de cõi ordine aſſumitur.& ſi aliquis antiquus ſcripſit:gñationes & corruptiones fieri: hoc ſub bono ſenſu exponendum eſt:nõ autẽ ſub ſtricto.qm̃ nullã oſtenſionem ad hoc probandum adducere poſſumus:niſi fortaſſis logicalia argumenta:que nil ad ueritatem uel falſitatem in re ipſa faciunt. licet ꝙ capiendo gñationem ꝑ infuſionem aĩe rõnalis in embrione:& fortaſſis etiã ꝑ infuſionem ſenſitiue: & declinationem que in embrione erat in inſtanti hoc fit:qm̃ inter ultimã formã que erat in embrione:ꝑ quam illud compoſitum appellatur embrio & infuſio aĩe ſenſitiue ꝑ quam hoc animal & illud :ſicut equus:uel capra:uocatur:nullum eſt interuallum tarditatis:preſertim hoc eſt aſſerendum in infuſione anime intellectiue.qm̃ quum partẽ extenſam extra partem non habeat in inſtanti in ipſo toto corpore hoĩs:in quo infundenda erat infunditur:& ẽt ſenſitiua aĩa qr ſimilitudinem cum radiis ſolaribus habere uidetur:aut fere in inſtanti ut rectius loquamur põt infundi:ſed infuſio animarũ in corpora ñ eſt gñatio:niſi unio duarũ rerũ poſt putrefactionem & gñationem:res autem generabiles & corruptibiles:nullam cum radiis ſolaribus ſimilitudinem habent.qm̃ radii ſolares nunquam corrumpuntur:nequidem ſcindi uel diuidi poſſunt:neꝗ decet inferre:oẽm ſubſtantiam eſſe abſꝗ extenſione:qm̃ oẽ corpus eſt in loco:ut de cõmuni ſententia habeſ:atꝗ oẽ corpus eſt aptum natum recipiendi motum:& aliquod corpus eſt ſubſtantia:quicquid mouetur aſſeritur habere partem extra partem:ergo aliqua ſubſtantia eſt extenſa ſaltem corpus ſubſtantie.

¶De corpore temperato:& qđ aliter aſſumendũ eſt:q̃ plures antiq imaginati ſunt. Cap.xvii.

¶Tractando de hominum complexione inter alia corpora unum ceteris perfectius deſcripſimus: ſanguine & colera ferme equaliter gradatum:nullum uero corpus hominis naturaliter loquendo ita perfectum eſſe poteſt:ut ſanguineum colericum:uel colericum ſanguineum:fere equaliter de ſanguine & colera gradatũ.& de flegmate & melancolia parum.Sed alii antiqui:& qui eos ſectantur: aliter corpus temperatum aſſumunt.nullum tamen fundamentum habent ad ſe intelligendum:nec ad probandum uel demonſtrandum intentionem ſuam. Nam de ratione prius aſſignare debent: quomodo hoc corpus proportionatum ſit:& de quo elemento maiorem quantitatem habeat:& de quo minus:& quas factiones poſſideat:& qua condictione operetur.Non enim ſatis eſt uniuerſales propoſitiones inferre:ut dicendo bonum agit bonum:magnum itidem magnum:& temperatum temperatum: & ſimile generat ſibi ſimile:quoniam ad dignoſcẽdos effectus:quos iſtud corpus producit per ſua principia & diſtincte:non eſt iſta ſufficiens regula.Quia forte aliquis homo melancolicus uel flegmaticus poteſt per aliquod tempus agere aliqua opera temperata & laude digna:uerumtamen corpus illud neꝗ tũc neꝗ alias poteſt temperatum nuncupari licet bonum uocari poſſit:eo quod bonum agit.Sed hoc bonũ potius morale q̃ naturale.Nos uero hic de naturali temperato querim9:q̃uis malum morale faciat: aut in peccatis degat:licet quod ibi erit homo diſtemperatus moraliter:tamen inquantum ad rem illã ſpectat ipſam ordine ualitudinario proſpero ac ſuaui agit.Vnde tale corp9 hominis temperatum erit: quia intelligitur quod ad plura peragenda habile ſit:Nihilominus intelligendum eſt corpus temperatum iuxta ſpeciem noſtram.Nam quum generati ſimus:etiam ad corruptibilitatem tendimus: & dũ uiuimus:quandoꝗ melius & quandoꝗ peius nos habemus.& hoc reſpiciendo nullum corpus erit pfecte temperatum:q̃uis aliqui dicant corpus temperatum eſſe illud:quod longo tempore ſemper proſpere & in continua ſanitate uiuit.Nos uero querimus de illo quod poteſt eſſe:& non de illo quod preſumim9 eſſe:& ubi querendo ſimilia aſſerunt:quod ſaltem per unum punctum poteſt eſſe corpus temperatũ.manifeſte oſtendunt ſe non naturaliter ſed accidentaliter & fortuito loqui.Quoniam corpus temperatũ uere intelligitur illud quod in proſperitate recte operatur:& multum in iuuentute:in etate uirili: & ſe

nectute aduersitatibus resistit:uel aptum natum ad resistendum non tamen est intelligendum: q̄d hoc corpus temperatum in quibusq; rebus omnia alia corpora superet. Quoniã sedendo:dormiendo:eden do:& potando distemperata corpora temperata excedunt. & similiter melãcolicus maiorem & profun diorem memoriam habet:q̄ quisq; alter qui sit in pluribus rebus temperatus:& maiorem quoq; uim in manibus continet ad restringendum uel pugno aliquem percutiendum:q̄ qui temperatus: & similiter melancolicus si cum sequitur colera diutius uiuit:q̄ sanguineus colericus:licet minus temperat9 sit. Sed ex hoc temperato non minor laus attribuitur:quum melius & in maioribus q̄ quod distemperatus ope retur:& semper atq; ubiq; decentiori modo. Et hic de deo & creaturis exemplum adducere possumus. Deus enim non potest quecunq; nos agimus:ut operari malum:aut filios per actus uenereos occurrẽ do generare nihilominus in cunctis rebus bonis magis ac perfectius q̄ nos operatur:& idem de corpo re temperato intelligetur:quod pleraq; agit & suauiter atq; in laudabilibus:quod eẽ non potest: si hic durissimum & ibi mollissimum:ut nonnulli dixerunt.

¶Quod difficile sit dari corpus gradatum ex quattuor elementis equaliter. Cap.xviii.

¶Super hac materia uarii uaria senserunt:causa uidendi an corpus temperatum sit equaliter ab o[m]ibus quattuor elementis proporcionatum?an uero ab uno magis:& ab altero minus?unde tenentes:q̄d a quattuor elementis sit equaliter gradatum:difficilius eorum intentionem probare poterunt. Difficile enim est dari corpus:quod ab omnibus quattuor elementis eque suam materiam accipiat. Quoniam ad generandum:decet quod unum elementum sit tanquam agens & aliud tanquam patiens. Quapp uidetur:quod si omnes equali modo occurrerent:non possent corpus generare. Quia unumquodq; ele mentum uellet posse aduersus aliud:quum amabilius sit agere q̄ pati: Et dato quod esset unum corpus gradatum equaliter ab omnib9 quattuor elementis:difficillimum esset quod omnes elementorum par tes essent he perfecte. Raro enim aut fere nunquam accidit:quod omnia quattuor elementa in uno & eodem puncto in sua ultima perfectione maneant. Nam si unum elementum uiget ac perfecte se habet semper in illo tempore aliud declinat aut patitur:q̄uis propter mutuũ amorem:quem elementa inter se habent & concordiam ad generandũ indiuiduum unumquodq; elementum actiue & passiue occurrat. actiue:inquantum agit in aliud:& cum eo conuersatur. passiue:quia ab alio cõmunicatur & mutuam informationem recipit. Tamen difficile est aut forte impossibile:quod omnia elementa possint occurre re ad componendum unum corpus equaliter:& in perfectione de duabus complexionibus potest faci lius inueniri aliquod corpus eque complexionatum:sicut in habendo multum sanguinis & colere: & parum de aliis:aut econuerso:quod sit maxima quantitas flegmatis & melancolie:pauca uero colere & sanguinis. Quũ enim iam in superiori uiderimus ignem & aerem elementa inter se amica esse:& cõpa ti:ac mutuo amore teneri:& insuper in altera parte:aquam & terram connexas manere: & sese dilige re: & ista inferiora elementa superiora odio habere:& superiora pariformiter erga inferiora uersari:dif ficile est dari corpus ex quattuor elementis equaliter gradatum:& facile est dari corpus ubi duo elemẽ ta sint equalia:aut cum pauca differentia:& quod inferiora sint alia duo elementa. Sed oportet quod sanguis & colera in huiusmodi equalitate simul uadant:in altera uero parte melancolia & flegma: Et i hoc modo non solum compositiones in uno corpore possunt se equaliter habere:uerumetiam duo ho mines possunt esse admodum similes:ut de quibusdam geminis apparet.

¶Quod quum elementa non sint equaliter digna:non oportet quod equaliter oc currant ad gradandum corpora. Cap.xix.

¶Intelleximus difficile esse dari corpus de quattuor elementis equaliter gradatum:sed nunc conce damus:quod sit equale aut ferme equale:& uideamus utrum possit corpus temperatum sub ista grada tione manere? Nam ego saltem de cognitione hominum inscribendo assignaui corpus de quattuor cõ plexionibus equale inter cetera corpora distemperatum. Detur enim quod acturi simus unam imaginẽ aut figuram:in quam debeant quattuor metalla igredi:utpote aurum:argentum:plumbũ: & electrũ. petimus nunc nonne melior erit imago multum auri & argenti habens:& parum plumbi & electri: q̄ si de omnibus quattuor metallis equalem proportionem sortiretur? Vnde manifeste respondendum ẽ: quod si de auro magna est quantitas:& magna etiam de argento:perfectior & durabilior imago re sultabit q̄ si de omnibus quattuor equalem haberent proportionem:licet hic nõnulli decepti sint ima ginantes:quod temperatum pro equali mensura siue equalibus quantitatibus intelligatur. & nos pro prium temperatum dicimus:dum recto ordine ac de bonis materiis accipitur. & hoc modo intelligetur de quattuor elementis ad corporis compositionem occurrentibus. Nam manifeste ignis & aer perfec tiores sunt:q̄ aqua & terra:ideo necessario:quanto plus de dignioribus elementis accipimus & q̄to mi

nus de infimis: perfectiora fiunt corpora nostra. ¶Quoniam non intelligatur quod omnino laudabilis administratio sit: in qua plures administratores occurrunt equaliter ad operandum: sed potius optima administratio sub uno principali aut paucis manet. Tamen decet quod hic imperator bonus sit: quia aliter ipse & subditi male se haberent: & in blasphemia: detestatione: atq; discordia: inter se uiuerēt & morerentur.

Quod corpus temperatum debet sentire cōmodum & incōmodum: & quod non potest esse omnino aptum ad omnia opera. Cap.xx.

¶Vidimus quod non potest esse corpus temperatum: accipiēdo equales proportiones de quattuor elementis. Nunc uero sciendum est an possit esse corpus temperatum: aptum natum ad quoscunq; tolerandos labores: & quod ab eis tedio non afficiatur. Quidam enim dicunt: quod corpus temperatū debet in omnibus rebus preualere aduersus durum: molle: frigidum: calidum: famem: sitim: & alia huiuscemodi. Nos autem respondemus: naturam noluisse talem ordinem in rebus inferioribꝰ ponere: eo quod contra maximum durum: maximum molle ad declinandam duriciem prebuit: & contra molle: durum posuit: & frigidum ad expellendum calidum: calidum uero ad resistendum frigido: & ad ipsum quoq; destruendum: & sic de reliquis. nec rem protinus temperatam natura dedit: ad tolerandum & resistendum omnibus extremitatibus: nihilominus res temperate ante omnia laudande sunt. ¶Non tamen decet imaginari: quod si corpus temperatum est non irritatur fame: siti: frigido: & calido. siue aliis laboribus. nam quanto aliquod animal temperatius est: plus sentit cōmodum & incōmodum. attamen per temperantiam multa elaborare potest: licet aduersa sentiat.

¶Quod dandum sit corpus hominis temperatū: iuxta speciem nostram. Cap.xxi.

¶Quidam dum non perspiciunt aliquod corpus humanum: siue aliorum animalium: quod absolute laboret absq; defatigatione: & cunctis infirmitatibus resistat: semper in optima prosperitate uiuendo: aiunt: non esse dandum corpus temperatum: nisi in quoquomodo temperatum: inquantum respectiue ad alia corpora: nos uero econuerso sentimus: taliter procedendo: species nostra in eo quod species ē perfecta: & species de pluribus particularibus constat. Vnde si species est bona: oportet: pticulares bonas esse: nec solum respectiue una ab alia: nisi in re. ideo concedendum est: illud corpus hoīs: qđ ad pfectionem attingit: uel circa meliorem: quam species humana dare pōt: pfectū siue temperatū esse: quis uolare nequeat: nec in uno saltu p mille cubitos altitudinis ascendere: nequidē in hoc mundo sine fine uitam degere: ac semp in iuuentute & sine egritudine. hoc enim nō ē humane speciei cōdictio. Quapp petendo corpus temperatum humanū: non est extra speciē querendum: nisi iuxta spēm nostrā: Et si habet id qđ ipsa prebere pōt uel circa: erit omnino temperatum: licet christus & mater eius omnes perfectiones habuerint: que ex specie nostra exhiberi possent. & ultra ordinem speciei pleraq; alia digniora super naturali gratia sint consequuti: nos tamen hic de naturalibus meritis loquimur. Quocirca illum temperatum esse dicimus: qui ad perfectionem speciei nostre appropinquat. Quoniam uero omnes ex quattuor diuersis elementis constamus: diuersas quoq; condictiones complectimur: & quia compositi necessario dissolubiles. quūq; i diuersā specie manemꝰ: ab elemētis senescimꝰ: ut quūq; cōpositi fuerimꝰ.

¶De gradibus corporis temperati. Cap.xxii.

¶Iam in superioribus capitulis diximus: quod si corpus temperatum esse debet: oportet multū aeris & ignis nanciscatur: & parum aque aut melancolie. Tamen hoc plus & minus non assignauimus p gradus: & quot sint gradus ignoro. Verum materialiter loquendo uel indistincte: ac si nos deberemꝰ unū compositum ordinare: utpote medicinam: uel aliquid aliud: & quattuor mensuras seu gradus de uno materiali accipimus: & quattuor cū dimidio de alio: & sic de reliquis in recta proportione tali modo dicere possumus de corpore temperato: quod accipit quinq; gradus de aere: quattuor & tres quartas de igne: tres de aqua: & tordē aut paulo magis uel minus de terra: hoc autē exemplifice dicimus: & de ueritate asserimus: qđ quāto plus daī de aere & igne: & minus de aqua & terra: tanto qđ iuxta spēm stare posset: corpus illud dignius erit. ¶Hic uero plura alia occurrunt: quoniam si sanguis est prima cōplexio in hoīe: tunc ipse aptior erit ad aliq̄ peragenda: q̄ si alia complexio precederet: ut ad leuitatem: hylaritatē: & ad res delicatas & graciles pertractandas. ¶Quod si colera est prior: homo maiorem habet inuentionem: & constantior ac ualidior est in cunctis rebus: que nimium laboris & sagacitatis exerunt. ¶Si uero in rigidis tractare debemus: si melancolia precesserit: nobis confert & tum ad manendum sedentes: tum ad patiendum sine repentino motu ualet flegma principale positum.

¶De corpore distemperato. Cap.xxiii.

De corpore distemperato parum scribemus: quam aliter q̃ de temperato sit intelligendum: ubi sicut in temperato ponebamus multum de sanguine & colera: & parum de flegmate & melancolia econuerso in distemperato intelligetur: scilicet: quod multum habeat de flegmate & melancolia: & parū de colera & sanguine: aut quod de quattuor complexionibus sit equaliter gradatum. Ibi enim sine recta administratione se habet: quia quum nulla complexio potiatur imperio: neq; ulla sit inferior: assidue inter se pugnare uolunt. Iccirco homines qui taliter complexionati sunt: paruā aut nullam omnino aptitudinem habent ad operandum cum intellectu & membris. de patria siquidem ubi fortissimos & temperatos homines inueniuntur: pauca hic dicemus. quoniam de intentione nostra atq; experientia: oporteret circa pedem montium esse, non calida non nimis frigida quin potius ad frigiditatem quam ad caliditatem tendens: non nimis humida: non nimis sicca: nisi in mediocritate consistēs circa oīa & in iisdē locis cōmuniter quamplures fontes sunt: nec maximi fontes: hoc enim est supra montium altitudines: i quibus aliqua distemperantia intercidit propter frigoris extremitatē. At uero homines multo ualidiores sunt in patria frigidissima: quam calidissima. Vlterius animaduertendum est: quia dum corpus temperatum dicimus: non tm̄ per simplex sanum intelligimus: nisi per optimum in habilitate & sanitate: robore uirium: ad operandum ualidissime super alia corpora hominum. nam simplex sanum uocat unumquodq;: quod nullam de presenti continet infirmitatem: neque imbecilitatem membrorum a natura: sed optimum non tantum exposcit simplicitatem sanitatis: sed insuper dispositionem ualidissimā. nam hic capiendum est: ueluti & in aliis rebus: gratia exempli: omnis res est simpliciter bona ad nō esse comparata & tamen inter res: alie meliores & alie deteriores: quousq; ad optimam omnino deuenimus: ut causam primam. & sic quodcunq; corpus quod nullam habet infirmitatem: quáuis debile sit siue pauci uigoris: simplex sanum uocatur ad infirmum comparatum. sed non optimum nisi dum proprietates ualidissimas simul cum simplici sanitate continet. Verumtamen corpus qd̄ simpliciter sanum uocari posset: oporteret conturbatum non esse. nam si conturbatum: dato quod infirmitatem proprie dictā nō habeat non optime sanum: nam corpora cōturbata a natiuitate seu generatione prompta: ad infirmādum sunt. Et concesso quod non infirmentur de infirmitatibus quas medici curare solent: conturbatio in qua corpora illa semper manent: eo quod inualida dispositio: aliqualiter infirmitas uocari posset. licet quod potius indispositio quam infirmitas deberet dici. nam ueluti sepenumero uocamus aliquod corpus dispositum dum rectam habitudinem membrorum habet. Quamuis pro eo tūc infirmū sit: eo quod ibi non aspicimus sanitatem: nequidem infirmitatem: nisi tantum habitudinem membrorum. pari modo aliud corpus denominamus indispositū: seu inhabile: eo quod membra ipsius inhabilia sunt: posito quod in nullo morbo pro eo tunc laboret. sub quo ordine potius similia corpora deberent appellari inhabilia: quam neutra: uidelicet non sana: neq; infirma. Quoniam sepe contingit aliquibus hominibus qui conturbata mēbra habent: de raro infirmari: sed dum infirmantur: perdifficile curantur: & non uiuunt per longum tempus.

Quod in nulla complexione: maxime quando posset dici simplex: homo prōptus: temperatus: & ualidus esse potest. Cap. xxiiii.

Quidam dicere solent: quod homo sanguineus est promptus: tēperatus: & ualidus: seu in laboribus persistens: qd̄ non uidet esse: uidelicet in una cōplexione has oēs ꝓprietates manere: maxime qa uocant ipsum sanguineū: tanquā in simplici cōplexione positū: nec cuiquā elemento cōpetit quod sit tēperatū: prōptū: & cōstans. Nā quū cito sit in principio: cito etiā finē peragit: ut in igne cernimus: eo qd̄ uelociter moueri incipit: & cū uehemētia oparī: & suum cursum festinatim cōplere. aerē uero paulo submissum siue tardū in principio experimur: & postremo cū magna cōstantia ac semp tēperate operari: & aquam cunctis tēporibus mollē: terrā autē sensibiliter durā. & tales complexiones unicuiq; elemēto correspondent. Sed accipiendo hominē de duabus cōplexionibus fere equalibus: ut de sanguine & colera: potest esse promptus: tēperatus: & constans in laboribus: secūdū qd̄ ꝑfectiorib9 hoib9 cōpetit.

Quod dum dicimus: quēquam ex magna leticia uel tristitia mori: non causatur propter spirituum multitudinem cordi occurrentium: nisi propter retentionem anhelitus: super stabili fantasia illius: quod audierint. Cap. xxv.

Superius de altero corpore tēperato & altero distēperato tractauimus: ubi satis ꝓbauim9: neutrū absolute dari. Sed dū quādā qstionē aspicimus: idest qd̄ plures hoīes ob nimiā leticiā: & alii ob tristiciā repentine perierint: hoc cōcesso sequeret: qd̄ corpora hoīum alia temperatissima & alia distēperatissima denī: ex eo qd̄ talis repentina mors: si mō naturalis ē: ut quidā dicūt: necessario orit ex maxima tēperātia uel distēperātia corpis. si a tēperātia: dicem9 qd̄ corp9 illud adeo subtiliter organizatū ē: qd̄ oēs spirit9 ferme ī istāti possunt cordi occurrer: & p magnā spirituū multitudinē uitā ī corde suffocāt: & sic hō morit. Quod si ex maxima distemperantia prouenit: dicemus: qd̄ spiritus nequeunt debito tēpore

occurrere ad subueniendum in locis necessariis:& cor in aduersis laborat causa maxime letitie aut me stitie:taliter quod priusq̃ spiritus ad cor perueniant:uita eius extinguitur. Sed quenam istarum partiũ rationabilior sit:pro nunc dimitto:ut in aliorum opiniones deueniamus. Vnde dicunt:quod dum maximum delectabile uel tristabile audimus:omnes spiritus occurrunt aut confugiunt ad cor. Et hic alii inquiunt:quod ipsum tantopere restringunt:quod euaporare nusquam potest:& sic uitam eius suffocari. Et alii asserunt:quod dum tanta magnitudo spirituum cordi occurrit & spiritus alimentum petunt: fere in instanti totum illum naturalem calorem siue radicale humidum:quod in corde erat consumũt: taliter ꝙ spiritus facile dirumpuntur. ¶ Contra primam positionem dicimus:quod quicquid corrumpitur a contrario & non a simili corrumpitur. Nam si ignem igni addimus nũq̃ extinguim9:nec aqua aquam desiccat. Quocirca quum spiritus uitales sint aut uitam exhibentes:quanto maior eorum quantitas cordi occurrit:tanto potius cor uiuit. ¶ Et si infers:quod ipsum restringunt:hoc utiq; in tristitia uel gaudio stare potest:non tamen in utrisq;. Letitia enim & mestitia sunt omnino contraria: & manifeste:ut experientia patet:tristitia restringit & letitia dilatat. Vnde si unus potest repentine ob maximam tristitiam mori:alius poterit ob maximam letitiam resuscitari:dum penitus mortuus non esset. qa non est maior ratio hoc q̃ illud. Dicimus autem:quod gaudium nunq̃ restringit sed dilatat:atq; in sua uitate uniuersum hominem statuit:q̃uis aliqualiter alteretur. hoc tamen in modo dilatationis & nõ restrictionis erit. Quo fit:quod per multitudinem spirituum cordi occurrentium suffocari nequit:immo potius in uita multiplicatur. ¶ Ad secundam opinionem:in qua dicitur:quod spiritus cordi occurrẽtes quum plures sint:repentine omnem calorem naturalem siue humidum radicale consumunt:nos in primis respondemus:quod natura non recipit adeo repentinas mutationes. Nam spirit9 quum corporei sint:tempus siue tarditatem expostulant:ad deueniendum ad cor:a pedibus:manib9:& capite. Quoniam uero per organa decurrunt:& organa sunt humoribus repleta de necessitate ibi spirit9 multum detardant:Et postquam ad cor attingunt:tria potissime contra hanc opinionem sequuntur. ¶ Primum quod per aliquod spacium initio causa maxime incensionis spirituum simul cum calorẽ naturali ille homo potissime uiueret:& nos uidemus quod propter illam tristiciam uel mesticiam in instanti declinat:igitur non habet ortum a maxima incensione siue flamma. ¶ Secundum quod priusquam totus calor manens in corde consumeretur:multum temporis preteriret. ¶ Tertium quod non sunt ita famelici uitales spiritus:quod in instanti totum calorem cordis consumant:& quod in instanti cibum nõ assumendo extinguantur. spiritus enim non se habent proprie tanquam flamma ardens:nisi tanquam res generata & particularizata uitam exhibens. Quod patet:per istos qui dicunt:quod cordi tanquam loco necessario occurrunt. Et si se haberent tanquam flamma nulla quidem de hoc eis cura inesset:q̃uis tanq̃ calor seu flamma in quoquomodo se haberẽ uideatur. quapropter aliquo humido ad consumẽdum indigẽt:spiritus uero potius particularizati sunt:& per calidum humidum siccum & frigidum nutriuntur:ut apparet. Quoniam sepissime tum calidum & humidum:& tum frigidum & siccum exquirimus:eo quod de his omnibus constamus. & spiritus super iisdem omnibus humoribus potius particularizati & sic indigenti cibo particulari:tanq̃ substantia siue perfectione a cibis quos ad extra assumim9 generato:& hic cibus spirituum ut superius exposuimus nil aliud est:q̃ pinguedo:& nulla pinguedo potest adeo festinatim consumi:ueluti per solum tedium uel gaudium mortuos esse dicunt. Quocirca qui posuit:ꝙ per ultimam consumationem humidi radicalis subitanee mortes euenire queunt:quid humidũ radicale sit penitus ignorabant. nam ponentes similia etiam per a uel b decurrunt:non autẽ assignant hoc est hoc. Itaq;:quomodocunq; sit oportet satis prolixam moram dari:anteq̃ spirituũ multitudo cordi occurrentium uitam eius extinguere posset:maxime ut uisum est:quod in principio poneret maiorẽ uiuacitatem uite:& declinantes per magnum contentum aut incontentum in instãti uel quasi:sine medio declinant. Vnde propalatur:Qualiter non posset esse causa mortis repentine alicuius occurrentie spirituum ad cor. ¶ Preterea natura nihil ordinauit frustra:aut sine regula. Quapropter si multitudo spirituum manens per omnia membra occurrit ad subueniendum necessitatibus : similiter & omnis calor uitalis siue humidum in eodem instanti ad eundem locũ peruenit. Quia non est maior ratio hoc q̃ illud:& occurrere hoc ad occidendum & non occurrere aliud ad preparandum:fuisset inordinatio: & difficultas nature:quod pessime se haberet. ¶ Et probatur:si in aliquo homine manente in prosperitate etatis & sanitatis membrorum:per aliquod uerbum siue nouum extrinsecus auditum spiritus suffocant aut totam uitam eius extinguunt:sequitur:quod aliquis naturaliter absq; discursu temporis humorum multitudine aut deprauatione occiditur. & habemus:quod naturaliter nullus generat neq; occidit semetipsum. ¶ Quod si forte responderes:quod pleriq; se propriis manibus interemerunt:hoc minime est ad rẽ:qm̃ uolũtario & ñ p intrinsecũ ordinẽ ipsorum mẽbrorũ. Quocirca cõtumeliosum ẽ cõtra naturã ponerẽ:qđ spirit9 nr̃i itrĩseci nos iterimere q̃ant. Sed dato p possibili tũc cõsitẽdũ eẽt:distẽperatissima corpora dari. Vñ piter tẽperatissima sunt cõcedẽda:& si distẽperata p se occiduntũ:tẽperata qbusq; ifirmitatibus:senectutibus:& aduersitatib9 resistẽt. & qa talis pfectio nõ patet i aliquo hoie: minime sunt ponenda corpa adeo distẽperata:quod p se intrinsece occidant in ualitudine manentia:

ut uisum est. Multitudo enim & deprauatio humorum i dies multiplicatorum: sepenumero homines fer
me in instanti precipitant: & occidunt. ¶ Verumtamen humores illi in longum discursum cōgrega
ti sunt. & sic non est similitudo ad casum per letitiam aut mesticiam: que in instāti contingit. ¶ Quā
obrem alia est inquirenda causa super casu morientium per letitiam aut tristitiam: que facile iueniri po
test: quum sensibus pateat. Nam plerūq; in pueris uidemus: ꝙ dum plorant & uocem super aliqua fan
tasia in longum protrahunt: in anhelitu quodammodo deficiunt. & sic a matribus super collo percu
tiuntur: ut anhelitum rescindant. Et similiter dum repentinum bonū magnum aut aduersum audimus
sepe super illa cogitatione stabiliti cunctis membris delapsis anhelitum tamdiu retinemus: quod prius
q̄ ab illa subleuatione & imaginatione desistamus: possumus totaliter anhelitum deprauare: seu uitales
spiritus suffocare: ueluti dum uehementer currimus: quod accidit eo magis si indispositi sum9: quod in
fine cursus uix anhelitum resicere possumus. & quamplures homines: equi: & alia animalia i hoc modo
moriuntur: eo quod per tantam moram anhelitū retinuerunt: quod deinde ipsum restaurare nequeūt
nec aliter contingit illis: qui per mestitiam aut letitiam moriuntur: & patet: quia dum aliquem in simili
casu perspicimus: si festinatim cum pugnis: aqua: & aliis huiusmodi occurrimus: anhelitus resciditur: &
sic uiuit. Quod si multitudo spirituum esset supra cor percussiones nostre ad extra nihil agerēt: eo ma
gis quod manifeste patet: quod uiuit ubi semel illa retentio anhelitus rescinditur. & in hoc modo: uide
licet assumendo fundamentum a uoluntate: possumus simul causam moriendi per letitiam & tristitiam
equiparare. Nam per uoluntatem possumus tamdiu retinere anhelitum: quod suffocemur. Non autem
per intrinsecam naturam suffocari possumus: dummodo egritudine non angimur: que accidens est: li
cet dum aliquis nimium comedit: presertim si pinguis est & ponit se ad dormiendum super tergo: sepe
contingit suffocari causa nimie pinguedinis & ciborū: dormitionis: & mansionis super tergo. ¶ Am
plius in alteratione seu subleuatione per magnum gaudium & tristitiam omnes conuenimus: & in debi
litudine sequenti nimium differimus. Vnde constat: quod subleuatio sit intrinseca naturalis: & debilitas
ab accidente super determinatione nostra uoluntario causata. Si enim eiusmodi debilitas naturaliter
eueniret: omnes dum hylares uel tristes essemus: ipsam sentiremus. ¶ Demum in hoc capitulo aliquid
de morte p magnam letitiam uel tristitiam dictum est: uerūtamen tanquam ad extra omnia. potissima
cā enim alia est: ut sub paucis intelligi potest: ut in capitulo subsequēti patebit: simul cum aliis plurib9.
hic uero tm̄ dicimus: quod expiratio & respiratio animalibus terrestribus impensa est: ut aere ingredië
te & egrediente per guttur subleuent pulmonem: ne super cor sedeat: & ipsum suffocet. quo fit quia si
quis nimium hanelitum retinet: prebet locum pulmoni: ut faciliter super cor sedeat: qđ amplius ibi aer
ingredi non posset ad subleuandum ipsum: & sic cor suffocatur: & hec est penitus causa moriēdi p ma
gnam letitiam: seu tristitiam. nam cor quia similitudinem saltem aliqualiter in uiuendo cum lucerna ar
dens habet: oportet semper circa ipsum aliquam concauitatem esse plenam aeris: & quia aer & concaui
tas deficiunt: dum pulmo p deficientiam respirationis cor haberet: festinatim spiritus uitales in corde
manentes suffocantur.

¶ Cur aspiratio & respiratio animalium terrestrium uideatur a natura sanitas esse ad
subleuandum pulmonem. ne sup cor sedeat: & ipsum suffocet. nō autem ad refrigidā
dum cor ipsum & de similibus uarietatibus aialiū. Cap. xxvi.

¶ Iam in altero uolumine agendo de complexione hominū scripsimus: qualiter unaqueq; res ut diu
duraꝛ possit cū aliis similibus collocāda sit: nō autē cū aduersis. nā non uideꝛ a natura stare posse res a
cōtrariis destrui: & ab eisdē recte cōseruari: licet qn̄que cā cōtingētiū cōtraria a cōtrariis curenꝛ: idest
p cōtraria īfirmitates deleanꝛ. quāuis medicina assumpta ad delēdas īfirmitates ēt sit dissimilis mēbris no
stris: sed postquā īfirmitates destruit corpora p similia conualescunt & cōseruanꝛ. nā aqua ut diu duraꝛ
possit simul cū altera aqua ponēda est: terra in terra: aer in aeꝛ: ignis in igne: sicca in sicco: calida in ca
lido: humida in humido: frigida in frigido. nā si calidū in frigido poniꝛ: aut humidū i sicco: uel siccum
in humido: cito deleanꝛ. ¶ Verūtm̄ in hoc loco aīaduertēdū est qđ similia suum simile multiplicant: &
causa multiplicationis alicuius humoris seu caliditatis: sepenumero aīalia īfirmanꝛ: qua de causa: si hō a
natura calidus aut sanguineus est: uidelicet in cōpositione sua: multū de elemēto igneo accipiens post
modū si nimiū cibis calidis uescitur: multiplicat tantū in calorē: qđ facillime in aliqua infirmate calida
cadet. & tm̄ oportet ut melius iuxta cōplexionem suam conseruetur in regionibus calidis habitare: & a
cibis tendētibus ad calidū cibari: sed nō tm̄ qđ p multiplicationē caloris īfirmeꝛ. ¶ Et ueluti de calido
exēplamus: de qcūq; alia cōplexione capiendū est: intelligas dū de sanis corporib9 agim9. nā infirma
corpora ut curari qant: sepissime medecinas atq; cibos cōtrarios cōplexiōibus eorū petūt: eo qđ īfirmi
tates destruantur. ¶ Et ēt si corpora a natiuitate inhabilia sunt per dissimilia melius quam p similia
conseruantur. & qđ hoc uerum sit ratione atque experientia patet: licet circa aliquos quomō hoc fiat
obscurum uideatur: & tandem nulla alia causa hic est: nisi quod corpora a natiuitate inhabilia tāquam

infirma sunt:& de ratione atq; intento nature temperata esse deberent.sed occurrente aliquo fortuito
casu:tanquam monstrum fiunt:uidelicet:contra intentũ nature cũ ipsa de generatione corporis tẽpe
rari intendebat.& q̃a a natura oĩa per principiũ suũ ad tẽperationem tendũt:si postmodũ p aliqd̃ ad
uersum contingens corpora intemperata exeunt:non propter hoc tẽperata abhorrent: cũ oẽs a na-
tura bonum cupimus:& temperata bona sunt.unde oportet a natura sumendo corpora temperata &
etiam intemperata a temperatis potius quam ab intemperatis conseruari:& tamen temperata erũt si
milia temperatis corporibus: & dissimilia intẽperatis.nam contigit intemperata corpora animalia da-
ri:& tẽperata iuxta intentũ nature ad conseruationem animalium danť. ¶Per hanc uiã uero de cõ
seruatione cordis per aerem facta facile intelligi potest.cõcesso quod aer frigidus sit:cor uero calidũ:
non quod per intentũ simplicem nature cor a frigido conseruetur:sed occurrẽte necessitate:uidelicet:
quod calor totaliter non incendat cor:natura prouidet cum aliquo frigido ad euitandũ extremitatem
caloris:non quod aer infrigidet ipsum cor:quoniam si infrigidaret occideret id:sed calore occurrente
ad cor temperat:ut totaliter cor non incendat.sed cor in se semper per calidum conseruatur:licet qd̃
aer ibi sit necessarius:tanquam medicina ad destruendum uel temperandum superfluum calorem:ad ip
sum cor occurrentem:nequidem aer elementatus:frigidus intemperatus est.imo semper super tempe
rantiam tendens:ut in aliis locis pluribus probamus.nam super omnia elementa aer temperatus est:&
sic causa temperationis:ut cor uiuere posset.semper aerem exposcit:ueluti candela ad ardendũ:eo ma-
gis quod priusquã aer ad cor animalium attingat:per guttur & pulmonem descendendo ab extrema
frigiditate:si ipsam habet remittitur.unde simile cum corde fit:aut saltem semper necessarius est ad ex
pellendum contraria:ut cor a calore non incendatur:nequidem ab humido suffocetur:& sic posito qd̃
aer penitus similis cordi non sit:causa necessitatis p aduersa aut extrema occurrẽtia ad ipsum cor opor
tet continue circa ipsum cor & presertim ad subleuandum pulmonẽ:quod non suffocet ipsum cor.aer
continuus ad subleuandum pulmonem necessarius est:nam quamuis aliqua quãtitas aeris fuisset in pe
ctore:aut inter pulmonem & cor:non sufficeret ad subleuandum pulmonem ipsum:qd̃ cor non suffo-
cet.unde oportet aerem continue ad extra euenire:ad eleuãdum pulmonem.nam ueluti lucerna arde
re nollet si aliquod concauum plenum aere non habet:i eo modo cor aliquod concauũ plenũ aere in
ter se & pulmonẽ petit:ut uiuere possit.unde cor p aerem conseruať.ut a pulmõe tãquã a corpore opa
co:non suffocetur.& hic modus cõseruationis nõ dicif ꝓprie ad ĩtra:sed ad extra:ad expellẽdas cõtra
rietates:ut corda nõ destruãt.nã in cõi cõsuetudine loquendi sepenumero per custodiã ad extra factã
conseruari dicimus:ueluti dũ cib9 aut uestes in capsa uel in camera ponim9 & ad extra capsam ipsam
claudimus:ut nullus uestes ipsas aut cibos accipere queat.& sic dicimus:obserua domũ:obserua uineã:
obserua hoc:obserua illud:ut ab aduersariis eueniẽtib9 nõ destruať.& tãdẽ similis cõseruatio ad extra
nõ autẽ ad intra fit:uñ oportet res ipsas q̃s cõseruamus aliam uirtutem similẽ ab intrĩseco hẽre:seu cõ
tinue expostulari:p quã cõseruanť:& pari mõ cor ab aere tanquã a custode ad extra manente conser
uať & ad ĩtra p calorẽ conseruať:ut patet:quoniã dũ uiuit semp calidũ manet:sed indiget aere tanquã
cõseruatoř ad destruendas extremitates contra ipsum cor eueniẽtes. ¶Et in hoc loco:merito excogi
tař possumus:de aĩalibus manentibus in matricib9 matrũ:quonã pacto ad euitãdam suffocationẽ cor
dis se habeant.nã unũ de duobus necesse est:uidelicet:qd̃ pulmo subleueť extra cor p aliquã ꝓuidentiã
naturę:aut quod aliq̃s aer ingrediať p os aut p alteram p̃tem ad subleuandum pulmonem ipsum:& dici
mus per alteram partem.quoniam per aliquem locum laterum potuissent aperire animal:& in ea aper
tione ponere aliquam canam:per quam canam expiraret & respiraret animal:ad subleuandum pulmo
nem ut cor nõ suffocet. ¶Et quod aer ingrediens & regrediens assiduo sit potius necessarius ad suble
uandum pulmonem ut non sedeat super cor & suffocet ipsum:quam ad infrigidandum:patet.nam im
possibile a natura est:quod ita festinatim cor per calorem maximum naturalem destruatur:aut amittat
uitam:ueluti uitam uidimus amittere:dum animal expirare & respirare nequit:& hic tangibile exem-
plum in lucernis:candelis & aliis ignibus capere possemus.nam multo citius per aliquod corpus opa-
cum imediate superpositum circũcirca ipsi igni extinguitur:quam per aliquam consumationem alicu
ius caloris.nam si accipimus torridem igneum:& apponimus ipsum sub cinere.quãuis cinis calidus ma
neat:torris cito suffocatur:eo qd̃ ibi non est aer tãquã in loco concauo:& in eodẽ mõ cor sine conti-
nua aspiratione & respiratione aeris festinati suffocať:eo qd̃ pulmo sup ipsum imediate sedet:non aũt
extinguitur causa consumationis maximi caloris.& sic patet:qualiter cor tanquam p conseruatorẽ ad
extra a continuo aere ingrediente & regrediente conseruať.* ¶Et qd̃ ita sit in piscibus probari po
test:quoniam ex eo quod pulmonẽ non habent:nõ indigent aspiratione & respiratione aeris ad suble
uãdũ ipsum pulmonẽ:ut cor:uel sedẽ aĩe nõ suffocet.& uerũtñ oportet ubi pulmo esse deberet aliquã
dať concauitatem:in qua aer sit ad temperandũ ipsam sedẽ anime:ut ardere uel uiuere possit. ¶Sed
quia cor piscium est situatum circa guttur:ubi concauitates deuenientes a capite sunt:ibi semp aliquis
aer stare potest aut forsitã cor confortať ab aere manente in ualone ad figuram uesice factum tẽdens
iuxta tergum per totam concauitatem thoracis piscis:que uesica plena aere est:nil de aqua continẽs q̃
natatoria merito uocari potest:eo qd̃ p ipsam pisces super aquã qũo uolũt retineñť. ¶Quo ualone i

aliquibus piscibus.ut in lutio:est totum consequens:in aliis uariis uero tanquam diuisum seu contiguū
in duobus uallonibus. ¶Et quia cor ipsorum piscium sedet in capite ipsius uallonis pleni aeris:po-
test dici ab aere manente in uallone illo fortificari. ¶Licet quod cor piscium nō indiget refrigiatio
ne per aerem facta:cum cor & alie partes ipsorum piscium interiores & exteriores frigide manent: in
quo exemplo non uidetur omnis uita animalium i humido & calido fundari:quoniam uita piscium po
tius in humido & frigido fundari uidetur:licet quod in cōpositione ipsorum piscium calor ignis simul
cum qualitatibus aliorum elementorum ingreditur.unde aliquis calor nimium remissus manet in cor-
de piscis:nam cum in generatione piscium natura prouidet de tali uallono ad recipiendum & conser-
uandum aerem intus:non repugnat aliquem calorem ignis esse in corde aut in aliqua alia cauerna pi
scis.nam aeri etiam nimium repugnat ad egrediendum & manendum sub aqua:& tamen pisces gene
rantur sub aqua:& continuo manent.& nihilominus indies uesica hec crescit:& semper plena aere re-
peritur:unde oportet indies quoque aliquem aerem assumere:licet per aspirationem & respirationem
non fit.nam de ratione circa ea que nos colligere possumus:si aspirarent & respirarent:ueluti anima-
lia terrestria suffocarentur in aqua:sed quid dicemus:quod rane & nonnulli serpentes non suffocant:
& tamen aspirant & respirant:saltem cum extra aquam sunt:& etiam lucius:si ripa est plana:sepe in no
ctibus exit ad pratum:unde uidetur aliquam habere aspirationem & respirationem. ¶Et quod aspi
rationem & respirationem habeant experiētia cōprobatur:nam si claudimus aures & os piscium:quod
nullatenus ipsum os & aures aperire possint:quod teneamus ipsos sub aqua aut extra suffocantur.licet
quod multo magis durant:quam terrestria animalia faciant.& tamen tumescunt ueluti alia animalia:
que per collum suspenduntur.uerūtamen pisces non suffocantur:dum per collum ipsos restringimus:
eo quod cor habent iuxta capita sub auribus.unde aures & os piscium sunt claudenda ut suffocētur:&
etiam aliqui pisces multomagis quam alii durant contra talem suffocationem:qui maiora habent ca-
pita potius sustentantur.eo quod in cauernis ipsius capitis nimium de aere continetur:tencha denomi
nata in idiomate italo multum resistit:lutius uero parum. ¶Insuper si homo tenet in hoc modo ten
cham per decimam partem unius hore:& postmodum dimittit ipsam:paulatim incipit aperire os & au
res tantum:quod perfecte reuiuit. ¶Sed ponendo ipsum piscem sub aqua:dum dimittimus ipsum:ma
gnam agit uiolentiam:eo quod non potest aerem assumere:& sic cito suffocatur:& quamuis aliquantu
lum unum super aquam maneat:non potest amplius se rehabere:sed permittēdo caput eius extra aquā
quando dimittimus os & aures ipsius in libertate perfecte reuiuit.Vnde patet:qualiter pisces aspirant
& respirant : concesso quod per longum tempus omnino sub aqua manere possunt:unde non uide-
tur omnino repugnare:quod pisces sub aqua aliquam assumant respirationem:nō eo modo:quod ani
malia terrestria nisi per aures aut alteriusmodi:eo magis quod sub aqua comedunt: & in comedendo
non suffocantur:unde dicendum est:aquam se habere in proportione ingrediendo & regrediendo in
piscibus:ueluti aer in nobis.quia quamuis in dimidio ipsius aeris manemus:non ingreditur in nobis tā
tum quod suffocet nos:sed aqua suffocat:& pisces uero in dimidio aeris cito moriuntur & in aqua cō-
seruantur.unde ita aqua se habet ad conseruandum pisces:ueluti aer ad conseruandum animalia ter-
restria:sed rane fere de hoc & illo equaliter accipiunt. ¶Etiam dicere possumus:qđ aqua ingrediens
per os piscium exit per aures:& non uadit per gutur ad interiores partes:& in hoc modo possunt pi-
sces comedere absque ingressione alicuius aque in uentre.nam nos & alia animalia terrestria simul co-
medimus:bibimus:& assumimus aerem:per aspirationem & respirationem:& tamen cib9 & potus nun
quam uadunt per gutur ad pulmonem:cor:& iecur:nisi per gulam ad stomachum.unde aer a natura
organū distinctū habet ingrediēdi & regrediēdi ad pulmonē:& nullū ponit ipedimētum cibis & pari
ter aqua cum piscibus habere se debet.unde dato qđ p aures simul cū aqua aliquā aspirationē & respi
rationē aeris assumāt:he aspirationes & respirationes non transeunt capita:& sic non possunt adimple
re uētrē piscis aq̄:sed nos cū a dimidio toracis aspiratōib9 & respirationib9 idigem9: cū respiram9 oēs
ptes iteriores iplem9 aqua:si sub aq ipsa manem9:si fortassis aliqđ nō portam9 istrumentū i capite ple
nū aer̄ ad aspirādū & respirādū i eo:ut unū eneū:uel aliqđ aliud uas positū sup caput:& qđ ueniat usq
ad humeros si recte sub aq̄ igredimur qđ nil os uasis suplus neque ad latera reuoluat̄:possum9 maner̄
sub aqua p oras & dies aspirādo & respirādo in aere illo:sed hoc artificiale ē. ¶Et hic de naturalib9
dicēdū est:p quā naturalē uiā hoies sub aq̄ positi festināter suffocant̄:nisi quātū p unū anhelitū durare
pōt. ¶Et in illo tūc aliquā uocē fere i modū mugit9 emitter̄ possum9:sed parū durabit:cū respirare
nequim9.nā si respiratiōe nō idigerem9:in aq̄ nō suffocaremur.Q̄m̄ p aspirationē seu extra missionē
aeris nullā assumim9 aquā in uētre:nisi p respirationē tm̄. ¶De uocib9 pisciū sub aq̄ manentium:ne
scio an aliq̄ habeat̄ experiētia:extra aquā uero aliq pisces uociferāt:ut piscis uocatus chilla puul9: de q
b9 i ungaria plures sunt:& cū extra aquā educunt̄:aliq̄s uoces emittūt:pferti dū sal sup eos apponūt:
& uoces n̄ mitterent siue chillatiōes:si aerē itus in pectore non haberent. ¶De auditu piscium enim
distinctius quam de aspiratiōe & respiratione cognoscere possumus:cū manifeste audiant.nam cōtin-
git in aliqbus piscinis manu factis:ubi mittūt pisces:ut hoies in uidēdo ipsos delectent̄:qđ cognoscūt
uoces illorū q usi sunt dare cibū piscibus:& cū uocāt pisces:occurrūt ad locū deputatū comedendi:&
si alius uociferat n̄ ita ueniūt:ubi nō tm̄ pbat̄ pisces audire:sed etiam qđ aliquā faciūt distīctionē inter

uoces & uoces.nam de auditione:ſi ſurdi non ſunt:quamuis ſub aqua maneant nil eſt:quia etiam nos
audimus manendo ſub aqua:tamen non diſtincte:eo quod aqua in modo pulſationis repreſentat ſoni
tum ipreſſum aqua ipſa per aliquem ſonum. ¶Vnde patet:qualiter etiam aqua ſine aere repreſentet
ſonitum auditui noſtro.Quoniam dum ſub aqua manemus:non ingreditur aer ad portandum ſonitũ
in ipſo ipreſſum:niſi quod aer iprimit in aquam:& aqua repreſentat ſonitum auditui. ¶Denique ea
que uidemus aut cum aliquo alio ſenſu ſentimus in ſimilibus iudicamus:ſed cum intrinſecas quiditates
rerum nõ ſentimus:parum de ipſis cognoſcere poſſumus.tantum ſcimus quod deus dum ſpecies crea
uerit tales naturas diuerſas impendit eis:& ſic dum diligenter aduerteremus:ſuper uarietatibus ſpecie
rum:ubique quoddam miraculoſum inueniremus hac ſpecie ad illam cõparata:ut de aliquibus animali
bus exemplari poſſemus:gratia exempli:in cõmuni aſſumendo animalia habentia cornua a natura cõ
ſeruant ipſa:uidelicet:de iuuentute ad ſenectutem.ceruus ſiquidem nimium in hoc ab aliis animalibus
differt:& multa de cornibus ſuis fere miraculoſa ſunt aſpicienda:primo quod in uno ſolo ãno tantum
creſcant:ſecundum de mutatione ipſorum cornuum:in quocunq; ãno.Tertium & fortius:quod non ĩ
ueniatur ubi cornua proiciãt dum ipſa mutant:licet quod aliquod cornu:quandoque in montibus in
uentum eſt:de quo nonnulli dicunt eſſe de his cornibus mutatis per eum naturalem ordinem:& alii aſ
ſerunt eſſe de aliquo ceruo qui mortuus fuit. ¶Verũtamen de cõmuni opinione non inueniunt cor
nua ceruorum a natura in quocũque anno proiecta. ¶De proprietate animalium eſt:cum aliquem
ignem:ferrum:aut lignum ardens tangunt.cõburi.& tamen auis abeſtrus accipit per os ferrum ardẽs:
mandat ipſum ad ſtomachum & illico per poſteriorem partem extra corpus eicit ipſum:& tamen nil
abeſtrus cõburitur:nequidem oſtendit aliquam mentionem de hoc feciſſe:quod miraculum iuxta natu
ram cõmunem animalium uidetur. ¶Secundum uniuerſalẽ ordinem:omnia animalia terreſtria qua
drupeda:que de genere reptilium uel ſerpentum non ſunt:aſſumunt uitã in matricibus matrũ. ¶Et
tandem urſus poſt natiuitatem per lambitionem matris dicunt:uitam & diſtinctionem membrorũ aſſu
mere:& ulterius per tres uel quatuor menſes anni manet in aliqua ſpelunca abſq; aſſumptione alicuiꝰ
cibi ab extra euenientis:niſi quod de ſeipſo cibatur manus proprias ſuggendo quod fortiſſimum uide
tur in eo tempore ſuper omnia alia tempora pinguiſſimus eſt.& tantũmodo cibatur ſuggẽdo palmas
pedum ſuorum:uel manuum:que proprietates ualde diuerſe a proprietatibus aliorum animaliũ ſunt.
¶Aliud quoddam animal marmota uocatum:dicunt per ſex menſes continue dormire:& totidem
uigilare:quod ad plura alia animalia comparatum miraculoſum uidetur. ¶Veſpertiliones etiam p
totum hiemem manent in aliqua cauerna terre:aut ſub cortice alicuius arboris:ubi nil comedunt.quo
niam non mouentur:ſi forſitan in modo ſuggendi non aſſumunt aliquem ſuccum ab arbore uel cauer
na in quibus manent. ¶In quibus exemplis & ſimilibus terreſtrium animalium:multa de hanelatione
piſcium dicere poſſemus.nam cum urſus manet per tres uel quattor menſes abſq; cibo ab extra eueniẽ
te:cum ſola ſuſtentatione de ſucco qui erat intus ĩ ipſo:in ſimili modo piſces poſſunt manere ſub aqua
per aliquos menſes abſq; aſpiratione & reſpiratione aeris ab extra euenientis:& cõſeruari ab aere ma
nente in uallono ſiue natatoria ſituata in uentre ipſius piſcis:& tamen cum hoc non repugnat quocũ
q; die:quod piſcis exeat caput extra aquam:& aſſumat aerem.nam urſus per totum tempus quod ma
net in ſpelunca:alios comediſſet plures cibos ſi haberet. ¶Nequidem de aſſumptione uite urſi poſt
quam a matrice matris exit eſt omnino a natura mirandum:cum etiam aues:ſerpentes:& piſces anima
lia ſunt:& poſtquam a uentribus matris exeunt:generantur:& uitam aſſumũt:& cum pullus generatur
in ouo:& aſſumit uitã per calorem matris:aut aliquem alium calorem accomodatum:nulla ſequitur cõ
tradictio urſum per lambitionem matris diſtinctionem membrorum etiam uitam aſſumere. ¶Et uelu
ti urſus cibatur per longum tempus paulatim ſuggẽdo manus ſuas:a ſimili poſſumus inferre:quod cor
nua ceruorum continuatim molliſicantur:cum ad tale tempus appropinquant:& paulatim per ea or
gana:quibus cornua nata ſunt in nutrimento ipſius cerui reuertuntur:aut qđ in una die cornua mol
liſicantur:cadunt:& ab ipſo ceruo comeduntur. ¶Amplius de communi opiniõe:uita animalium in
calido & humido fundatur.unde a nonnullis uita noſtra tanquam lucerna ardens comparatur:& quia
ſicut oleum uel alia pinguedo per ignem cõſumitur in eo modo humidum radicale noſtrum per calo
rem conſumitur:& tunc a natura morimur. ¶Et tamen piſces animalia ſunt:habent cor:& uiuunt:
& nihilominus nullus calor tanquam lucerna ardens ibi eſt: ¶Nequidem aliquis calor continue in
greditur & regreditur per guttur piſcis ad calefaciendum cor ipſius:ut frigiditate non pereat.& cum
ita frigida manent corda piſcium:quantum calida terreſtrium animalium:aſſerendum eſt:ſi cor anima
lium terreſtrium indiget aere ad refrigerandum ipſum ut per calorem nõ deſtruatur:parimodo cor pi
ſcium indigeret continuo calore ingrediente & regrediente:ut per frigiditatem cor ipſum non pereat
ſed cum hoc non datur in piſcibus:nec eſt dicendum:quod aer in animalibus terreſtribus ingrediatur
ad refrigerandum cor:ſed ad ſubleuandum pulmonem:ut ſuper cor non ſedeat & ſuffocet ipſum. nam
cor ad uiuendum aliquam uult ſemper concauitatem:unde animalia habentia pulmonẽ cõtinua aſpi
ratione & reſpiratione aeris indigent:ad ſubleuandum ipſum.

¶ Quomodo medici complexionem in humoribus accipiant:& ego in membrorum fundamento.unde quo ad ipsos complexiones mutari possunt :que a me immutabiles recensentur. Cap.xxvii.

¶ Iam in precedentibus capitulis uisum est:quatenus complexiones precise capiamus: in uniuersali scilicet.Quoniam in qbusq; particularibus complexionem pro sua prima substantia assumimus:aut uero pro illa proprietate quam ab elementis & patribus in pũcto sue generationis sortit:& deinceps plures complexiones assignauimus secundum uarias gradationes aut modos se habẽdi in diuersis corporibus. ¶ Et ulterius in uno solo animali iuxta uaria membra in quoquomodo uarias cõplexiones assignauimus:ut dicendo:cor & epar non esse omnino eiusdem complexionis.De humoribus autem nullam particularem mentionem fecimus:nec ad nos spectat:ex quo talis materia medicorum ẽ:& ob hãc causam in ipsis principaliter uidentur complexiones firmari:quandoquidem circa humores laborant: quia ibi plerunq; infirmitates occurrunt:& medici infirmitatibus obstant:ut uita nostra cõseruetur:& ad expellandas egritudines:oportet:quod earum sedes euacuent:que cõmuniter humores sunt.& quia humores nondum partes perfecte in homine.neq; se habent ut membra.Nos non assignamus complexionem in eis:licet quod complexionem habent:quum ex quattuor elementis constent. Quoniam autem cito dissoluuntur aut de specie in speciem transeunt:quum in passu transeundi sunt:facile suam cõplexionem deperdunt:ueluti membra nostra tunc quum dissoluuntur.Et quia de puncto in punctum unus humor per alium transit:ut dicendo:quod prius grossus siue terrestris:deinde humid9:& postmodum colericus & prosequendo fit sanguineus:& denuo aliqua pars in ossa:membra:carnes:neruos : & alia consimilia uertitur:altera uero pars extra corpus uadit. ¶ Quamobrem de humoribus loquẽdo palam conceditur complexiones mutari:ut medici inquiunt:eo q͂ non solum ipsi humores in paruo tempore mutantur:imo etiam unusquisq; homo uarios humores indies complectitur.At uero uniuersaliter in adolescentia:etate uirili:& senectute:sanguineus sanguineum humorẽ generat.Colericus colericum.flegmaticus flegmaticum.& melancolicus melancolicum.licet in iuuentute omnes potius producamus sanguineum:q͂ quemuis alium humorem:eo quod uiuaciores sumus.Sed tam ĩ senectute q͂ in iuuentute inter animal sanguineum & melancolicum extat differentia:Et q͂uis in humoribus quãdoq; conformemur:ut iam dictum est:& unus in alium mutetur:complexio secundum nos nunquam mutatur:Quoniam proportio uel substantia elementorum in corpore iacet:tanquam fundamentum in primo puncto generationis.Quamobrem dicendum est:quod iuxta sententiam medicorum complexiões nostre indies mutantur.Nam complexiones accipiunt pro humoribus calidum:humidum:frigidum:& siccum.Ego uero pro fundamento proprio siue intrinseco corporis.& iccirco uia medicorum nõ possumus complexiones hodie per crastinum dignoscerẽ:neq; per alium diem:& oportet quod semper nouam experientiam habeãt.Et uia qua ego proposui:complexio quam hodie uides erit toto tempore uite hominis.homo enim quum perfectum indiuiduum sit usq; ad ultimam corruptionem non trãsit de specie in speciem.Et humor quum non sit perfecte indiuiduum:cito ex uno in alium transfertur:tamen inquantum uarie infirmitates occurrunt necesse est qđ semper uarios humores seu causas respiciamus. Quãquã oporteat intẽtũ hẽri ad principalem complexionẽ:eo qđ in ipsa uel eius similitudine potius q͂ in alia hõ ĩfirmat.& ultra hoc q͂uis unus sanguineus & alter flegmaticus similes ĩfirmitates hẽant tñ opus est eos diuersimode curari:& sic medici q hoc ignorãt de necessitate in curatiõibus errãt:nec humores recte cognosci pñt:si mõ istud fundamentum nõ habuerimus,nã põt melancolicus rubedinem hẽre:& maiorẽ claritatẽ q͂ natura habiturus sit ostẽdere:que tñ ĩfirmitas erit.qa ꝑprius color melãcolici est inter rubeum nigrum & uiride.Quando aũt aliũ habet colorẽ.alteratio est in eo.& idem de oĩbus aliis cõplexionibus dicim9.Sanguineus enĩ de se rubeus est:& in albedinẽ tẽdẽs. ¶ Colericus pallid9 uel einere9. ¶ Flegmaticus albus & ad rubedinẽ declinans.In quorũ uero colorib9 dignoscẽdis qñ sani & qñ infirmi sint:cõpetit fundamẽtalẽ naturã uniuscuiusq; ab aliis distĩctã cognoscerẽ. ¶ Et ad noscendũ pulsus & alia similia:hoc quoq; principiũ est obseruãdũ:qa sanguineus natura calidus ẽ: & pulsum uelocẽ ac minutũ habet.Colericus frigid9 pulsum habet tẽperatũ & submissum:qđ admodũ intrinsecus uidetur: ¶ Flegmaticus sp humidus pulsum mollem magnũ & tardũ possidet:Melancolicus siccus siue durus in tactu:& pulsus eius fortiter ac distemperate intubat.

De conformitate complexionum in elementis. Cap.xxviii.

¶ Quoniã ĩ libro de cognitõe hoium plene explicatũ fuit de qũcq; cõplexiõe & ei9 origĩe.hic icongruũ eẽ uĩ idẽ reiterare.Verũtamen sub paucis dicim9:saluberrimum fore in secundo q͂libet complexionem cum elemento ex quo emanat conformari:quamuis in hac appropriatione uarii uaria sentiamus.Nam medici attribuere uoluerunt coleram igneo elemento & aereo sanguinem. Ego autem ecõuerso sentio:sed sit quicquid sit:quod illi quos colericos appello:totaliter sunt aeri conformes.Sanguinei uero cum igne conformanẽ.Et de hoc potissimũ argumentũ nobis resultat:quia quotiescũq; calor uiget:sanguis habundat.quod si aer ualid9 ẽ colera crescit:Sed ñ colerã dico:ut a quibusdam capitur

& frigida sepe prosunt:uerumtamen semper contra calida & sicca aduersantur:& sic qui malum arenarum patiuntur:ab excalefactionibus & sudoribus cauere debent.Nam per excalefactiones arene generantur:& per sudores fiunt postremo duriores. ¶Inter cibos nonnulli sunt qui calide egritudini nocent:alii sicce alii humide.& quidam frigide.sunt & cibi qui cum omnibus uidentur recte se habere:& alii nonnulli contra omnes infirmitates i oppositum caseus:caules:carnes:salite:uinum purum:& alia: que fortia atq; mordacia sunt:semper mala in corpore manentia irritant.Risceum & alia plura calida que confortatiua sunt:ut species:renibus calidis nocent.pira quoq;:auellane:nuces:& alii fructus duri damnant:Et herbe que calide & uentose sunt similiter fugiende:ut blete:quia calide & uentose.Amara uero seu brusca quia cōmuniter restrictiua aut saltem calida caliditatem & arenas in renibus cōgelāt. Coitus in effectu:& etiam in consideratione ad curandum istam infirmitatem nimium fugiendus est. Dormire super renibus pessimum inuenitur propter renum calefactionem: ¶De exercitiis:ut de saltando & cum furore aut longo passu currendo:uelociter equitando in equo:qui īmoderato passu incedit:ac de proiiciendo uecte ferreo:eo quod per inferiorem partem fit nimium contrariatur.alia exercitia plura sunt:que minus renes fatigant. ¶Ad curandum hoc malum non sunt calciādi pedes de calidis calciamentis:ueluti de soleis:quia ultra quod talones in ipsis soleis repercutiunt:etiam renes & cerebrum percutiunt:atq; renes calefaciunt.& sic in principio curationis:oportet qd soleas dimittamus: & similiter dum dolemus pedes refrigidandi sunt:q̄uis nonnulli alii dolores expetant quod pedes calidi maneant.Sed talis dolor est de frigiditate proueniens:nihilominus decet:quod pedes tunc simul cū humectatione calefiant:& hoc oportet semper ad delendos omnes dolores:eo quod dilatādi : calidum uero sine humido non dilatat membra. ¶Quedam restrictiue & consolidatiue medicine sunt : sicut perforata que calidis renibus nocent:& sic q̄uis aliqualiter renes aperti sint a similibus medicinis cauere debemus:& fere omnes ad confortandum augmētandum & restringendum gingiuas:ut dentes fixi maneant istiusmodi sunt.Quamobrem dum homo discarnatos dentes habet : uel quod quatiuntur si etiam calidos renes habet perdifficile est dentes & renes curari.Nam de illo quod in gingiuis ponim9: ut corallum:semper aliquid per guttur excolatur atq; omnia interiora restringit.Vnde renes in aduersa ualitudine augmentantur. Thus mastix & nonnulle suffumigationes que ad congelandum reuma sepe assumuntur:etiam contra renes laborant:supra renes non est ducenda fodera saltem pellis:ne ex calefcamus precipue cum sudore.Accedendo ad ignem renes calefiunt:restringitur urina atq; omnes purgationes. ¶Ad fugiendum uero purgatiōes ore assumendas nimio moderamine utēdum est: & sepe frigide q; aperitiue unctiones renibus apponende. ¶Veluti recipiendo olei uiolati olei nenufarini an̄ ℥.i:olei amigdalarum dulciū & camomille an̄ ℥.ß:mutillaginis dragaganti ℥.i:emulsionis quattuor seminum cōmunium frigidorum malorum ℥.ß:olei scorpiōum ℥.ß:aceti parum misceatur & cum cera quantum sufficit fiat unguētum in bona forma:extrahatur emulsio cum aqua feniculi & endiuie. Et de hoc unguento ungendo renes & subt9 genitalia ualde prodest:eo quod frigidum & dilatatiuum est:tamen ad recte & in quantitate operandum:oportet aliqua folia frigida atq; humida super unguēto renibus apponere:utpote lampatii folia:& etiam si hec non inueniuntur folia caulium uel cucurbitarum aut aliorū que frigida sint:& plura folia simul ne cito desiccentur.unguentū gallenū & unguētum sandalinum frigida sunt:non tamen aperitiua & sic refrigidāt & restringūt cutem:unde causa restrictionis intrinsece calor sentitur. ¶In principio ad profugandos dolores dum ueniunt semp apponende sunt suffumigationes:attamen inter alia herba uitriola siue paritaria optia est:in hoc modo: q̄d tegula seu later in igne suffocet̄:& postea cū uino albo madefiat:& q̄d uitriola ēt in latere illo suffocetur & deinde in uno pāno tāq̄ā i sacculo mittat̄:Et q̄d ex suffurcatura usq; ad stomachū assumat:& ēt aliud simile ponēdū est renibus:& hoc ualde dilatat uenas & arenas atq; uentositates dirūpit.Deinceps faciliter medicine p os assumpte & in seruitialibus iuuare pn̄t.Oēs medicine cōtra arenas appropriate:q̄ p os assumunt̄ ēt appropriate sunt p hoc malo ad seruitialiū decoctionē:& de nulla alia re i hoc casū decoctiones faciēde sunt.oēs pillule aut uniuersaliter q̄a calide calefaciūt & aduersant̄ renib9 cauēde sunt.Dū modū hēm9 potius cū seruitialib9:q̄ cū medicinis ore assumptis de hoc malo renū curādi sum9:q̄ eni p guttur īgrediunt̄ ad stomachū uadūt:& nimiā frigiditatē cerebro imittunt:& sic stomach9 & cerebrū destruunt̄.Sed seruitialia nec stomacho nec cerebro obsunt:q̄uis renes refrigidēt ac dilatēt. ¶Seruitialia parū tepida non calida neq; frigida contra arenas assumenda sunt:quia in hoc modo potius dilatant:q̄uis non tam cito operentur:& in eis parum uel nihil de calido ponendum est: si non essent aliqua mollificatiua ueluti gramē quod mollificat:& adducit somnum.qua de re quicquid somnum affert contra dolores prodest:ut papauer:eo quod mollificans.

¶De aliq̄bus remediis contra malū arenarum:ac de uia ad alia similia querenda. Cap.xl.

¶Ad curandū renes p pprias medicinas de herbis mollificatiuis & frigidis assumēdū ē:de q̄b9 multa appropriata iueniunt̄ sicuti malua:radix maluauisci:& granuseuli seu semē lāpacii:& capita cardonū syluestriū:q̄ ferme sunt aut uident̄ eiusdē spēi cū cardonib9 q̄b9 pāni excardant̄.q̄n̄ ipos curāt ēt semen lini atq; cānapi & parū de regalitia est mittendū.Tamē de cardonibus magis q̄ de oibus aliis aut

ex se solis sufficit:& postmodum de radice maluauisci sufficiens quantitas ponenda:de aliis uero parū. de quibus omnibus puluis faciendus est:aut uero de aliquibus seperatim:& postmodum quod cum uino albo uel cum aqua bibatur. Quippe quod omnes arene dissoluuntur & renes refrigidantur. assumptus hic puluis cum aqua renes mollificat atq; refrigidat:tamen stomacho nocet:sed cum uino parum.

℄Radix herbe serpentarie appropriata est ad rumpēdum arenas simul cum his herbis:uerum quia mordax non est penitus cōmendanda. Ad continuandum ne arene seu lapides generentur optima ē malua:cum parum maluauisci secum:aut uero sola cocta in aqua cum carne galline aut aliqua re que sana sit:ut cum carne arietis uel uituli:& quod minuatur aqua duobus tertiis aut magis: & postea illud brodium bibatur:similiter cum oleo aut butyro fieri potest:& etiam comedendo de illa malua satis cōfert. Sed caput & stomachum aggrauat Et hoc brodium assumendum est saltem bis in ebdomoda:quousq; salubrior homo inueniatur:& etiam cum hoc brodio bonum erit de peponum semine apponere.

℄Ad faciendum aquam simpliciter coctam:assumendum est de capitibus cardonum:de radice maluauisci:de animis peponum:de malua parumper:de regalitia & aliquantulo de semine lini: & quod totum simul coquatur in tantum quod de tribus partibus in unam aut minus redigatur: & ī decoctione ponendum est parum de zuccaro:aut postmodum dum hanc aquam bibere uolumus assumi debet per tres aut quattuor dies in mane uno cyatho singulis diebus. non tamen continuanda ē eo quod caput & stomachum destruit. Vnde est melius per seruitiale quam per os ipsam aquam assumere. ℄Vrina contra arenas appropriatissima est:attamen nimium obest stomacho & capiti:sed oīb9 calidis adiuuat utpote renibus & iecori:& sic in his operationibus urina nobis frigidissima ostenditur:Et si accidit qđ ipsa assumatur saltem una hora tegendum est caput:& stomachus ut calidi maneant. ℄Seruitialium decoctiones de omnibus his aut similibus faciende sunt:& quod multum aque in decoctione minuatur ut fortior sit. In seruitialibus alia multa poni possunt ueluti herba paritaria:quoniam ad hoc optima: lactuca:folia raphanorum:folia cucurbitarum:aut fructus de abruscis:& etiam hec herba bona est ad faciēdū puluerē simul cū aliis. De ciceribꝰ rubeis & rapis & paulo graminee & qđ ibi quoq; urina postmodum ponatur:tamen de malua de cardonibus radice maluauisci magis quam de alio & de hac decoctione magnū seruitiale faciendum ēst:ut refrigidandi ac dilatandi locum habeat:& fere nullam defatigationem in membris ponit. oportet quod in hoc seruitiali sit dimidia uncia cassie: dimidia zuccari rubei:& dimidia olei uiolati. Nihilominus ipsa aqua per seipsam ualet ad curandum renes:q̄uis aliud ñ poneretur. Sed cassia & similia ponuntur ut potius corpus purgetur. ℄De his seruitialibus assumi potest singulo mense ter uel quater:intelligas de diebus uno post alium sequentibus: quousq; homo preualere uideatur. Prima seruitialia parumper tepida esse debent:ut potius materiam mollificent: & tandem mollificatis arenis atq; uentositatibus calidiora sunt ponenda:dumq; hoc modo curatur nulli membro aduersamur:& iecur atq; pulmonem curamus taliter quod melius est hoc modo q̄ medicinis ore assumptis calidum iecur curari. Tamen de pulueribus ut superius diximus semper debet secum infirmus portare:citius enī atq; facilius q̄ seruitialia puluis assumi potest. hi uero pulueres quos iam diximus de capitibus cardonum principaliter & aliquantulo etiam de radice maluauisci & papauere atq; regalicia simul cum parum de zuccaro contra omnes uentosos dolores in intestinis appropriatissimi sunt: ut contra malum colicum & de costa:eo quod in his omnibus intestini indurati ac reuoluti sunt: & uētositatibus pleni:Et iste puluis de se lenitiuus est:& uentositati cōtrarius. Quāobrē etiā cōtra fluxū corporis nimiū ualet. Semp̱ enim hec infirmitas cū uētositate annectit̄: & dū uiget aut aliquantulo durat tota persona calescit:& puluis iste membra refrigidat:& uentositatem eiicit:taliter quod si sobrii manemus hoc modo cito a fluxu liberamur.

℄De remedio contra adustionem & fluxum urine. Cap. xli.

℄Sepe dum hō in arenarū aduersitate laborat in fluxu & excoriatione urine cū adustione cadit:& ista egritudo q̄uis cū herbis suplus descriptis refrigidet̄:nō cessat saltē fluxus totaliter aut nō cito. unū optet:qđ alia querant̄ que aliq̄ntulo sint frigida & cōtra morditionē. attñ parū purgatiua atq; dilatatiua:eo qđ uenas cū aliqua refrigidatione & repletione lenificāt. fluxus enī urine sp̄ est cū morditione & calore circa genitalia. Quapropter ista morditio continuo ibi oēs humores qui p mēbra sunt cōuocat: taliter quod ipsa membra desiccat:& in assidua anxietate ponit. hoc malum de fluxu urine cōmuniter arenas in renibus existētes destruit:eo qđ oēs humores q prius ad renes occurrebāt postremo ad collū uessice descendūt. ℄In primis ad curandum hoc malū:oportet qđ parum fatigemus:presertim eque stres ad hoc quod membra non dilatentur & calescant. communiter aqua est melior uino attamen de quocunq; potu parum est assumendū. Vinū albū in hac egritudine elaborando fugiendū est omnino: precipue dum parum maturum bruscum & mordax. Quandoquidem tale uinum pre cunctis cibis in urina calorem ac morditionem ingerit. Vinum rubeum contra hoc malum melius est: attamen non dulce esse debet. Nam dulce uinum uenas replet:& renes calefacit:sed dulce peius est ad renum calorē: q̄ ad uessice excoriationem: eo quod renes dilatationes expetunt: quod non agit uessice excoria-

tio. ¶De medicinis contra hanc escoriationem & fluxum appropriatis: ego unam tantum a casu inueni: quum recordatus sim dum iuuenis eram de operatione siquidem quam syluestres more seu rubi faciunt: adeo de ipsis comedens sum ab hac egritudine liberatus. Verum multo utilius est quod uinum mororum faciamus: & postea singulo mane quantitatem dimidii cyathi bibamus: nihil enim obest corpori: & omnes morditiões & fluxus urine inde ad paucos dies sanat: q̄uis oporteat: quod quisq; sobri9 maneat: & contraria non assumat: nequidem multum cibi & potus. Attamen dum curamur uinum rubeum & aquam bibere possumus: sed suaue uinum non asperum neq; dulce. in seruitiali quoq; hoc uinum mororum optimum est: per liberationem caloris & fluxus urine.

¶Qualiter in curatione arenarum ut superius dictum est: ad plura alia diuersa curāda exemplum capere possumus: & q᷑ lapides seu arene sunt delende in renibus uel collo uesice: non autem integre eiciende. Cap.xliii.

¶In arenarum curatione: si recta sit: capere possumus fundamentum ad plures alias infirmitates curandas: uidelicet: ut ex contrariis destruantur contraria: frigidum a calido: & calidum a frigido. Taliter autem capiendo tanquam de simplicibus egritudinibus dicimus: ceu dum homo propter extremam defatigationem uel calorem utpote estiuo tempore nimium calescit cum simplici frigido: ut frigida aqua uel uento aut si in recenti loco poneretur: cito aduersus illum calorem tantum curaretur. Similiter dū ualde gelidati sumus: quemadmodum plerunq; hyemali tempore contingere solet: solo igne potest curari. Sed si aliquod membrum iam calore adustum uel gelidatum esset: aut nerui ex frigiditate recollecti: in simili casu oportet alia q̄ simplicia frigida & simplicia calida occurrere: sicuti quod contra gelidatum ac recollectum membrum exhibeantur loca calida: alique unctiones calide confortatiue & extēsiue. & contra iam adustum calidum frigidum extensiuum atq; confortatiuum. Et assumpto exemplo I his exterioribus membris: facile possumus de interioribus egritudinibus intelligere: dummodo diligenter absconditę infirmitatis signa aspiciamus: ueluti in congelatis arenis seu lapidibus aut in collo uesice exemplare possumus: in qua uero curatione plures decepti sunt uolentes cum solis calidis medicinis uias dilatare: quod ipsi lapides integri simul cum urina exire queant & hoc quandoq; trāsit aut stare potest si paruuli lapides sunt. Sed si aliquanto magni talis cura nihil prodest: nequidem ualet ad destruendum fundamētum super quo arene generant: sed solum dilatat ut dū paruuli sunt exire queant. Quocirca alia est ineunda uia ut per uera contraria arene: que iam congelate sunt destruantur: & ipsarum fundamenta penitus deleantur ne amplius fiant: & si fiunt quod pauce sint propter quod faciles erunt curatu. Et in primis: ut superius tactum est: ad principium seu causam generationis lapidū occurrendum est: quo ibi noscamus que medicine recte contrarie sint ita assumendo: omnes arene in lumbis uel collo uesice sunt a calido & restrictiuo congelate: & pro maiori parte a confortatiuo fine substantioso: quemadmodum in uulgari dici solet: ut in riseis: caseo: & similibus calidis atq; magni nutrimenti recte contraria sunt frigida mollificatiua segregatiua ac pauce substantie: idest pauce confortationis. & sic omnia contra arenas optima stomachum refrigidant relaxant & debilitant. hinc iter alios cibos qui in usu habentur rape optime sunt: non folia sed radices: raphani tamen econuerso q̄uis raparum folia calida non sint: sed nō ex hoc adeo frigida & insipida ut radices: & ideo prouerbio fertur simplex ut rapa. hec autem teneritas aut simplicitas optima est ad destructionem arenarum: licet quod rape ualde coquende sunt cum pauco olei uel carnis: & non frequentande. Quoniam stomachum & caput destruunt: lectuce etiam cum oleo aut butyro cocte sunt bone precipue simul cum malua & parū de maluauisco: & brodium melius q̄ ipse herbe: licet omnia hec stomachum debilitent. zuccarum cum modica aqua continuatum optimum est: quoniam dilatat lenificat & refrigidat renes. Et iste cibus contra hoc malum tutus. Tum ante omnia unum aduertendum est: quod ubi arene congelantur: ibi deliquescant: eo quod minutissime: tanquam omnino trite sicut farine exeant. nāq; aliter contra rationem fit: ista enim lapidum destructio tam magnis q̄ paruis officit. Et sicut de arenarū curatione dicimus: de q̄cūq; alia infirmitate intelligendum est: quod recte contraria sunt querenda. Si erit aliquis humor putrefactus in stomacho frigidus: & per plures dies generatus: est adeo congregatus ac per omnes superficies munitus: medicine simpliciter calide non possunt in eum ingredi: licet aliquid de superficie per desiccationem consumant: non tamen a radice ipsum destruere possunt. Ideo opus est: quod calide tenere & segregatiue sint: eo quod per contrarium in eam duriciam ingrediantur: licet quod si contingit illam materiam seu humorem uiscosam esse: q̄uis mollificetur & dilatetur nollet omnino a similibus medicinis exire. Vnde oportet quod in primis cum calidis mollificatiuis & aperitiuis mollificetur: dummodo non dentur dulcia. Quoniam fere semper similia uiscosis fauent. Tandem in fine contra uiscosa calida & acuta ponenda sunt que scissibilis proprietatis sint: & contra similes uiscosas materias in matu-

tino tantum:& non in alia hora diei cõmendandus est uomitus:precipue in uiscosis materiis hoc est sa lubrius medicamen.Sed non sepe fieri debet:& post uomitum temperati cibi sunt assumendi: eo magis si talis humor ad guttur ascendit:non quod uomit9 cum maxima epotatione causetur:utpote cũ oleo aqua aceto & similibus:que nonnulli dare solent.Nam hec nil de putrefactis & munitis attrahũt: & sic tãtummodo danda est aliqua medicina parua ceu paululum succi uerbene.quoniam appetitui fastidio sa:& super isto ad maiorem cautelam aliqua alia epotatio gustui fastidiosissima non tantum propter amarorem:quantum ob mollicienr:quis contra uiscosa amarissime medicine esse debeant:eo quod po tius scindunt:& tamen purgatiue quia si congregatiue seu confortatiue nil boni agunt aut parum id erit.Et hic modus uomendi optimus est:aduersus qualscũq infirmitates ab aliquo frigido humore cau satas:ut in refrigidationibus:que a stomacho & capite eueniunt plane comprobari potest.nam calorẽ maximum in stomacho causant ac sepe febrem ingerunt .Et si in hora matutina stomachus fortiter manib9 fricatur:usquequo euomi possit aliqua spuma uel humor pre ceteris medicinis cõtra reuma ua let:& tamen ille colere cõmuniter denominate frigide exeunt.Nihilominus in stomacho posite causa confusionis totam personam calefaciunt:& potationem incessanter haud secus q̃ febricitantes expostu lant:non quod ipse humor calidus sit:Sed frigidum ex conformitate poscit:& membra omnia ab ipso prauo humore defatigata sitiunt:unde febricitantes plus ceteris sitiunt.fundamenta enim febrem cau santia propter conformitatem frigidum potum exquirunt:ut multiplicetur.Membra etiam defatigata ualde calescunt:ideo refrigidationes postulant.Sed hic ut melius curari possim9:nõ est infirmitatis ne quidem defatigatorum membrorum appetitui suggerendum:immo econuerso exhibendum: & sic aq contra febres non cum rebus frigidis & congregatiuis:sed cum calidis & laxatiuis est decoquẽda . Nã aqua ordei que sepe febricitantibus dari solet potius ad confortandum febrem : q̃ ad delendum ualet. Et tamen hic dici potest:si calida apponenda sunt ad curationem febris:cur potius aqua q̃ uinum da tur?respondetur:aquam dari propter fumositatis dilatationem atq destructionem : & quia uinum cõ gregat & adducit fumositates pro maiori parte febricitantibus prohibetur.Interdum sola aqua egrum ab ipsa febre liberare potest:semel bibendo quantum uoluerit.Sed talis febris non est a putrefacto hu more causata preterq̃ ab aliqua excessiua excalefactione:& simplex excalefactio a simplici refrigidatio ne curari potest:sed dum semel infirmus biberit ad summũ & non curatur aut magnum assumit iuua men:non est amplius ea uia protendendum.Quippe quod malum suum non a simplici excalefactio ne:sed a putrefacto humore iam irradicato seu fortificato emanat.Alia igitur appropriata assumenda sunt q̃ simplex calidum uel frigidum.Contra reuma siue infrigidationem plura calida & mollificatiua ualere solent:que contra febres non ualẽt:ut ficus que calide sunt & uiscose.Raphani quoq syluestres quia calidi ualent atq hic iuuare possunt:ex eo quod parum est putrefactus humor ille:& ficus causa ui scositatis ipsum attrahunt & per caliditatem destruunt : non tamen possunt contra putrefactum iam congregatum humorem.Brodium aut ius bene coctum & pingue,semper ualet contra frigidas infirmi tates:quoniam calefacit & dilatat:sed contra arenas pessimum:quia renes nimium calefacit:& similiter ficus que omnia sepe stomachum dilatant atq indisponunt:presertim ficus.zuccarum mollificat & leni ficat:omnes uero frigidos humores confortat:& ideo contra febres & reuma minus qđ poterit est assu mendum.Poma autem cruda uel cocta adhuc deteriora sunt:Et aqua cocta cum graminea omnes in firmitates calefacit:mollificat siue maturat.uerumtamen causa relaxationis ipsius graminee stomacho nocet.Et ueluti de his infirmitatibus exemplauimus:de reliquis intelligendum est:licet quod hec cõtin genter mea sunt.Sed eadem uia qua alias extrinsecus uires exercebam:de intrinsecis quoq certamini bus aliquid a casu intersero.

¶De uariis modis stulticiarum secundum uarias complexiones:& de aliqua regu la ad ipsas curandas. Cap.xliiii.

¶Tractando de cognitione hominum:uaria de nostris proprietatibus:tum intrinsecis:& tum extrin secis descripsimus:attamen semper fundamentum complexionis aspiciendo:super quo nunc etiam suc cincte aliquid dicemus:ubi intelligere possumus:qualiter secundum uarias complexiones : uarie nobis intrinsece affectiones occurrunt:& ad uarie operandum inuicem iuxta complexiones apti sumus. Tum inter alia de corporum inhabilitate explicando aut qualiter potius de una q̃ de alia complexione mõ struosi homines nascantur inscripsimus : quod si insulsi huius complexionis & insulsi illius : iste & ille in stulticia nimium diuersificantur : ut si sanguineus idest de igneo elemento admodum capiens stul tus nascitur : in se hylaris est aut plerunq cum pauca firmitate ridet : quin potius ad hoc uel ad il lud inconstanter declinat. ¶Flegmaticus tanquam insulsus seu bubus uulgariter dictus:piger pau co rigore aut dicendi subtilitate uel acumine . Melancolici seu de terra assumentes praui sunt pauca

loquunt:conuersatu terribiles:ac maximo horrore uociferant.Colerici uero aut de aereo elemento proportionati inuentiuo modo se habent:multa ac uaria dicunt:sed dum hi a natiuitate stulti fiunt:de colericis q colerici dici possint rari inueniunt:preterq̃ de melancolicis colericis:quattuor equalibus cōplexionibus sortitis:ꝙ multi stulti sunt tanquam insensati & dementes.Stulti qui a casu stulti fiunt: absq̧ aliqua infirmitate cibo uel potu nociuo:pro maiori parte sunt colerici:melancolici:aut melancolici colerici:eo quod causa colere plurimos discursus faciunt:& per melancoliam ipsos retinent.Quapropter nequeunt tot imagines uel caracteres mente complecti:ut acquirunt & obseruant:& sic dum i aliquā maximam fantasiam ingrediuntur:obliterant:siue memoriam dilaniant.Et hi qui a casu quomodocūq̧ sit ad stulticiam declinant:tanquam a casuali infirmitate euadere possunt:si cito eis subuenitur: non tamen si sero aut in longum cura expectatur.Quamobrem quisq̧ aliter a complexione sua curandus ē: ut in colericis tantum exemplabimus ita dicendo:inuentio seu discursus propter subtilitatem ac siccitatem euenit:& quia fumositates in stomacho posite etiam in cerebro generant fumositates:super quibus plures imaginationes occurrunt : primitus contra similem stulticiam ex maxima inuentione uel imaginatione causate:stomachus aliquibus medicinis est mollificandus:non tamen attenuandus:nisi ꝙ calidus & mollis maneat:non plenus:non uacuus:sed temperatus:& potius ad plenitudinem q̃ ad uacuitatem tendens:super capite aliqua apponenda sunt:que humores reprimant:ne illuc ascendāt: aut si ascendunt cito euaporentur.Nihilominus medicine extrinsecus & intrinsecus posite:atq̧ omnes cibi super calido molli & confortatiuo esse debent:eo ꝙ somnum adducant & non nimium membra debilitent.Qui enim natura inuentiuus est:dormiens:uigilans:sanus & infirmus:plurimas edificat imaginationes.Et quoniam hoc totaliter euitari non potest:saltem oportet ꝙ aliqualiter tota persona mollificetur:& confortetur:eo quod imaginationes minus ascendant:& potius temperate aut tenere fiāt.sicuti in bombardis:balistis:ensibus:aliisq̧ huiuscemodi fortissimis fieri solet.quia q̄uis conueniret baliste arcum fortissimum esse:citra fortitudinem attendendum est:quod mediocris sit ascensus in telari uel paratu:& ꝙ taliter calibs temperetur:quod in ea ultima extremitate causa asperitatis non dirumpatur. & sic de diruptione timentes aliquantulo paratum ab ascensione declinamus.pariterq̧ de stulticia : imaginationum uigore generata intelligetur.Nāq̧ in primis precauendum est: fortitudini cum cibis optime substentationis:& tamen mollibus ne imaginationes tam ascendere sinant:& si ascendūt quod nō dirumpantur:eo ꝙ iam mollificate:& ideo non danda est pura aqua in potu.Quoniam subtilis & sic fantasiam attenuat ac debilem dimittit.quapropter de facili dirumpitur:non uinum paruulū:quia pauce substantie:non mordax:quia uarietates causat:non fumosum:quia plures fumos ad cerebrum adducit.Sed uinum plenum ac dulce esse debet:& quanto suauius poterit eo ꝙ imaginationes confortentur & mollificentur:sed cum aliquantulo aque hoc rectius fieri potest.De pane parum est assumendum: eo ꝙ nimis desiccat & attenuat.Carnes optime substantie esse debent:sed ad molliciem tendentes. Vnde forsitan caro porcina pre ceteris bona:eo quod magni nutrimenti & ingenium ebetat.lac quoq̧ bonū est ad confortandum & ingrossandum imaginationes.& sic alia huiuscemodi contra similem stulticiā querenda sunt:& quod infirmus ille solus non dimittatur nec aliq̄diu super aliqua cogitatione persistere.Sed quod hinc illinc ad agibilia dimoueatur:& in hac egritudine quemadmodum & in aliis diuturna est habenda in uigilantia:& per aliquod spacium dierum aliqua purgatio aduersus illas fumositates assumenda.proprietas enim egritudinum est dum per aliquod tempus euenire solent:quod sint in posterum eradicatu difficiles.

¶Qualiter ad omnes aduersas ualitudines curandas sobrietas ualere soleat: dum moderata sit. Cap.lxiiii.

¶Contra quascunq̧ infirmitates pre ceteris obseruanda est regula:maxime dū radicate sunt : eo ꝙ uias tanq̄ proprias accidentaliter faciunt:quibus semper humores ad consueta loca decurrunt:ex quo necesse est ut que infirmitatem causant penitus effugiamus:& hoc modo sine purgationibus transire possumus:& tamen si purgari accidit de raro fiat:& regula seu dieta multominus periculosa:q̃ assidue purgationes. At dum aliquo tempore infirmi fuerimus:non possumus festinatim ipsas infirmitates eradicare.Vnde necesse est quod de mense ad mensem aut per aliquod competens tempus purgemur : cū ea medicina que alias nos sanauit.Nam priusq̃ magnum dolorem sentiamus:aliquantulo indispositi sumus.Et tunc qui aliquam discretionem habet:ad sobrietatem & ad aliquam leuem medicinam assumēdam occurrere debet.Tunc enim quum omnes res in principio parue sint:faciliter nos liberare possumus:sed dum ad grabatum siue discoopertum dolorem deuenimus:tūc sumus curatu difficiles. Vn̄ plures medicine diete atq̧ remedia applicanda sunt:& tamen cum difficultate iuuar possunt: eo quod infirmitates eo tunc fortissime:& sic infirmus sepenumero tanquam desperatus de medicinarum bonitate uaria noua querit: ex q̄bus alia prospera & alia aduersa euenire solent.Quinimo cōmuniter contraria a cōtrariis expellunt : & tamen quandoq̧ accidit:ꝙ ex similibus similia curantur:exempli gratia:est humor

frigidus:humidus:ac uiſcoſus ĩ ſtomacho:& cauſa putrefactionis maximũ calorẽ generat:eſt iã reunitꝰ
& fortificatas hẽt quaſcũq; eius ſupficies:ut cõtra medicinas defendi poſſit:ſeu qđ medicine in dimidiũ
ipſius humoris ingredi nequeant:taliter qđ q̃uis medicinas aſſumamus:ſemp ille oppoſitus humor for
tificatus in ſtomacho remanet:& poſtmodũ bibi poteſt ſemel de aqua:& tunc ille humor pp cõformita
tẽ ſuas ſupficies dilatat:& multũ in ſe de illa aqua aſſumit:Et hoc modo ſi accidit qđ infirmus uomeat:
aut p inferiorẽ ptẽ purgeẗ:dilatatur humor ille ſeu reuolutus cũ illa aqua frigida & humida : pp cõfor
mitatẽ extra ſtomachũ exit:aut ſaltẽ dum mollificatus & dilatatus:medicine melius in dimidium ipſius
humoris ingredi poſſunt:pariterq; in aliis infirmitatibus accidere poteſt. Verumtamen fugiende ſunt
huiuſmodi experientie:quia de raro bone & ſepe periculoſe.

¶De proprietate peſtis ac ueneni:& de uniuerſali regula ad curãdũ ipſas. Cap.xxxxv.

¶De peſtilentie uero natura q̃plura ſcribere poſſumus:parũ tamen de ſufficienti remedio.hec utiq;
infirmitas potius flagellũ ſupra hoies poſitũ:q̃ naturalis egritudo uideẗ.Nõ enim ab itrinſeco gñatur
cauſa maiorũ humorũ aut aliarũ inualidarũ diſpoſitionũ:uerũ deforis tanquã ſagitta uel uenenũ ci
bo aſſumptũ ferit hoies.Quocirca tam ſanos & diſpoſitos q̃ infirmos & debiles comprehendit: & uere
naturales infirmitates ab intrinſeco in nobiſipſis generanẗ.licet qđ dũ ſobrii manemus & a prauis hu
moribus exempti minus de peſtilentia extat periculũ:attamen ſub hoc expectare periculoſum eſt . Et
ad ſimilia flagella unũquodq; aial ſubiiciẗ:& morbus qui ſpeciei equorũ contrariaẗ:non eſt contra bo
ues:neq; morbus boum eſt contra pecudes:& ſic de omnibus intelligendũ eſt.uerũ inter particulares
unius ſpeciei:de uno ad aliud particulare per contagionẽ tranſit.De natura uideẗ:qđ peſtilentia frigi
da ſit:uidemus enim quod ortũ habet a retenta & putrefacta aqua:ſiue a cadaueribus:& quod tempus
calidũ & nubiloſum poſtremo euenit.Vnde cauſa nebule & occupati caloris hec putrefacta in tantam
deprauationem ſuperabundant:qđ ueneno ſa fiunt:& ſic in modo uaporis: per os ſeu narices hominũ
ad ipſos uenenandũ ingrediunẗ:qa unuſquiſq; uapor putridus ſemp naribus & ore ſentiẗ: ut in guttu
re ſepius comprobatur.Et quia propter calorẽ & humiditatẽ iſte humor ſeu morbus deprauaẗ frigidꝰ
eſt.a natura enim ſtare non põt:qđ unus calor aliũ calorẽ putrefaciat:nec quod unũ humidum aliud
humidum:niſi quod contraria contrariis deprauantur:quapropter dum eſtas clara ſicca & calida eſt:
peſtis parum uel nihil poteſt.Sed dum nebuloſa eſtas & hyems calida fuerit:de facili iſte morbus euenit:
eo qđ aer nimium declinatus atq; ingroſſatus:taliter quod faciliter de craſſis morbis maculatur . Sed
calor maximus atq; clarus ipſum aerem deſiccat:& morbum ab eo expellit.Similiter aer dũ uiget : uelu
ti appropinquãte hyeme p ſe purgaẗ:ex eo ꝙ magnam habet uim atq; curſum . Cõmuniter peſtem di
cimꝰ ex corrupto aere:uerũtñ prima origo ab aliis rebus putrefactis originaẗ:ſed tãdẽ ĩfecto aere uni
uerſalis eſt morbus atq; deterior.Plerunq; ẽt ĩ irregulatis hoibus ſeu q multã miſeriã diu paſſi ſunt:peſti
lentia p principiũ generaẗ:qui enim multas miſerias patiunẗ:ſepe tanquã deprauata habent omnia in
teriora:& de pluribus ſimilibus peſtilentie generantur.Et ſimiliter in illis qui delectationibus ue nereis
deditl ſunt:quũ prius excaleſiant:& deinde refrigeſiant peſtis facile generaẗ. De curatione huius mor
bi nil penitus noui:unũ tñ aſſerendũ eſt:qđ calidiſſima & ſicca contra hoc malum querenda ſunt:ut na
turali curſu patet:quia ex ualde calido & ſicco peſtilentie deſtruunẗ:& ſic ad ſimilitudinem calidiſſime
& ſicce medicine aſſumende ſunt:ſed quod purgatiue ſint:per uomitũ uel ſeceſſum:cauſa qđ ipſum ue
nenum in corpore congelatũ expellaẗ:& oportet:qđ cito ſit.De natura enim ueneni eſt feſtinatim oĩa
mẽbra cõprehendere:& poſtquã oĩno uenenata perdifficile eſt cum medicinis ſanari:licet aliqñ adiuuẽt
q̃uis ſero ueniant.Sed multo melius & crebrius in principio.hic etiam proſunt que ueneno ſunt cõtra
ria:attamen oportet qđ purgatiue ſint.Succus uerbene & eboli aut herbe caprine ſimul cum triaca: &
mitridato appropriaẗ:& oportet qđ non ſemel:ſed pluries bibatur per quantitatem unius cyathi ſingu
la uice.Ebolum ſuper latere ſuffocatum aut in patera frictũ:ſuper ſtomacho cordi & iuncturis poſitum
ſepe hunc morbum diuertit atq; diſſoluit.Quod ſi alia calidiora & ſicciora apponuntur: dũmodo ſe-
gregatiua potius ſunt contra peſtilentiam.Sudores contra omnia frigida & humida cõprobanẗ: & ſic
contra peſtes in principio ualde proſunt:ſed aliquis ſuccus aſſumendus:q ſit ad ſudãdũ appropriatus:
ſicuti ſuccus celidonie.Et optimum eſt ſanguinem extrahere:eo quod uenenum ſup omnia ſanguinẽ
inficit.Demum nota peſtilentie natura de ratione medici qui ſapientes ſunt:per ſua contraria ipſam
deſtruere poſſunt.Quãuis aliquando cum multis cõtrariis aliquid uenenoſum ſeu ſimilis morbus cõpo
ni debet:cã qđ cõtraria nequeũt tã feſtinati penetrare oĩa loca:ĩ qbꝰ egritudĩes ſunt: & cũ eis miſceri
cõtraria eni cõtrariis reſiſteẗ uolũt:& ſic dũ aliqd cũ medicinis cõpõimꝰ:ſcẗ eiuſdẽ nature cũ morbo il
la ps pp cõformitatẽ facilliẽ hẽt additũ ad ſe reuoluẽdũ cũ ĩfirmitate:& tũc alia cõtraria ĩ dimidio infir
mitatis poſita ipm morbũ expellũt:& ſic ĩ triaca & aliis electuariis cõtra uenenũ qdã ẽt uenenoſa igre
diunẗ:eo qđ ſine mora ad cor uadãt:ubi uenenũ acriter decertat.Et qñ hec uenenoſa ĩ medicinis ñ ap
ponerenẗ.difficile eẽt ad inueniẽdũ medicinas appropriatas ad occurrẽdũ uelociter ad cor.Et hic quoq;
faciliime oſtenditur:qualiter uenenum frigidum ſit.Nam principaliter in corde animalium uita conſi

sit: Et uita nra potius in calore q̃ in alia complexione fundatur. Vnde oportet: qđ ad destruẽdũ ipsam uitam: totaliter contrarium occurrat. Et quia frigidum & humidum est calori contrarium: patet quali ter uenenum frigidissimũ atq̨ humidũ sit: eo quod cito ad cor extinguendum occurrit. Si enim siccum aut calidum: nõ posset tam cito cordi aduersari. Quod similiter patet in uino dirupto abstracta calidi tate & in acetum conuersa: quia cito cum mordicione maxima contra cor pugnat: & alia itidem frigi da & acria cor animalium comprimunt. Vnde asserẽdum est: quod animalia uenenosa frigidissima sunt: & comprobatur: quoniam de raro animalia uenenosa diu uiuunt: ex eo quod frigiditas eorum uitã cõ stringit: serpentem dicimus esse calidum: tamen hic calidum pro astuto assumimus: Et sic quotiescunq̨ serpentes tangimus frigidissimos ipsos inuenimus: q̃uis eo tempore maximus calor sit. similiter buso fri gidissimus experitur: & sic lapides qui bufones in capitibus habent frigidissimi sunt: & ob hanc causam dicunt eos esse appropriatos contra malum arenarum: portando ipsos ubi carnem tangant. Tamen stultum est portare: quum melancolici sint & graues: & sic membra nostra indisponunt: & de utilitate in hac infirmitate dubitandum: & hec similia animalia de cõmuni ordine in estate seu ubi calor uiget uiuere solent. Verumtamen in tempore aut locis frigidissimis: cito in eis omnis calor extĩguitur: & mo riuntur: eo quod parum habent. ¶ Ad obseruationem uero ne pestis tam facile homines inficiat: mul ta assumuntur: & cõmuniter omnia calida: ueluti zulphur: granuscula hedere: ginebri: rute: nuces: ficus: succus uerbene & caprine: atq̨ granuscula eboli: & similia. similiter alia congregatiua sepe iuuare solẽt quis frigida sint: sicut acetum: bolum arminium sublematum & huiuscemodi alia que cor constringunt aut reuniunt. & tunc tanquam reunitum melius contra uenenum seu pestilentiam ualere potest: eo qđ sepe unus calor resistit: quod alius non ingrediatur: quemadmodum estiuo tempore uidemus: qđ q̃uis uinum calidum sit aut calorem adducat: dũ moderate bibimus contra solis calores nobis fauet: & idem contra frigus agit. Arsenicum est hominibus uenenosum: quod experitur contra pestis uenenum uale re: non quod bibatur: sed quod tantum in uno panno inuoluatur: Et quod super corde in sinistro late re ducatur. In quo siquidem multa dicenda essent: Tamen nos pauca ponemus. & primum uidetur: qđ cum de natura arsenici sit ad cor festinatim ire: si ponitur supra ipsum cor in latere ad se cor retrahit: ipsumq̨ restringit: non quod faueat cordi: nisi quod ipsum reunit & etiam causa abstractionis desiccat humores in corde manentes. Et ulterius quum unaqueq̨ res cum altera sibi simili uniri uelit: humor pu trefactus & in uenenum contra homines conuersus: arsenicum amat: eo quod uenenum. Quapropter finis ipsius pestis potius tendit: ut cum arsenico super corde posito: q̃ cum corde uniatur. Et hoc mõ cor hominis minus infestatur: sed ista q̃ restrictiua & frigida sunt: nil post ueneni uulnerationes ꝓsunt.

¶ Quod uinum rubeum sit potius appropriatum quam album ad infirmitates cali das: eo q̨ rubeum frigidius. Cap. xxxxvi.

¶ Diximus superius linitiua & frigida contra malũ arenarũ querenda esse: ĩ hoc capitulo prosequẽ do an uinum rubeum uel album in tali aduersitate laborando bibendum sit: tamen id quod frigidius capiẽdum linificatiuum uult eẽ: atq̨ rubeum secundum uisum meum: & id qđ per experientiã apprehẽ di põt tamẽ uult esse pauci coloris. nam dum nimium oneratum causa spissitudinis repler nimis uenas & nocet. Sed quomodocunq̨ sit uinum rubeum ẽ multomagis humidum frigidum & molificatiuũ quã album: licet qđ de cõmuni opinione medicorũ ecõuerso hẽatur: asserendo uinum album esse frigidum & rubeũ calidũ. nescio ubi fundari possint: quamuis dicant per fundamentum suum: quod causa cõfor mitatis uinum rubeum cito cõuertit in sanguinẽ: & quod sanguis est calidus: quod de opinione ipsorũ alibi scripta stare nequit: cum dicant sanguinem euenire ab aere: & quod aer sit humidus: & de frigido patet: quod frigidus sit: ut a nobis in aliquibus locis probatur. unde non est ualidum argumentũ ad ꝓ bãdũ: qđ uinũ rubeũ sit calidũ: eo qđ cito in sanguinẽ conuertitur. Sed ne tempus absq̨ proposito cõ teramus: ad experientiã ueniam9. quoniam uinũ est talis cõdictionis: qđ si de aliqua re hẽmus experiẽ tiam: de ipso maximã: & de illo qđ semper sensibus patet: ignorantiã maximã de nobisipsis denotam9 arguere p abscõdita. nã arguere qđ ignis ñ sit calid9: & ferrũ durũ: stultũ ẽ: eo qđ expientia patet: ignẽ cõburere: & ferrũ eẽ durũ: siue difficilis cõsumatiõis cã duriciei. ¶ Et in simili mõ sub experiẽtia ma nẽdũ est: ut sine argumẽtatiõe cognoscat qle ipsorũ uinorũ calidi9 sit. Et in primis dicem9 p expientiã uinũ albũ eẽ magis fumosum: sub q̃ ꝓprietate ascẽdit ad caput & ẽt poti9 desicatiuũ: apertiuũ: & mor dificatiuũ qđ oẽs hec ꝓprietates cõformant cũ igne: ẽt in colorẽ cõformat: pserti cũ flãma: & uinũ deno minatũ rubeũ ad nigredinẽ tẽdit nõ autẽ ad colorẽ ignis. Vlterius assumat uinũ albũ uel rubeum: & fiat decoctio p lãbitationẽ: reuertit uinũ illud albissimum: qđ aqua uite denominari solet: est alba & tñ multomagis cõformis cũ igne: quã uinũ rubeũ: & patet: qa de facili itendit & tñ maiorẽ hẽt conformi tatẽ cũ uino albo quã cum rubeo. ¶ Licet quod in curatiõe cõtra harenas nõnulli medici inexperti prebeant uinum album: credendo quod dilatando meatus exeant foras harene ipse: sed exire possunt tantum: quando paruule sunt: & sic de consimilibus medicinis plures homines de hoc malo mortui sunt. quoniam oportet rumpere lapides; ut tanquam farina deueniant; non autem dilatare; quod

integri exeant:& unum rubeum:quia humidũ mollificatiuũ multũ confert ad rumpẽdũ lapides:aut fal tẽ non generat ipsos.& sic medici experti in hac curatione uinum rubeum pauci coloris comẽdant.Et unusquisq; infirmus si sanus mente est:& aduertere uult facile atq; breuiter cognoscit:quod uinũ albũ destruit ipsum:& harene congelantur per calidum & siccum:congelantur etiam per uinum album : & per rubeum dirumpuntur:aut ad minus non generantur.satis constat uinum albũ esse magis calidum & siccum:quam rubeum.nam omnes res appropriate ad hanc curationem:oportet quod multũ de fri gido & humido habeant:simul cum linificatione.Forsitan a nõnullis allegaretur:quod dum aliqs no strũ laborat fluxu corporis:quod datur ei uinum rubeum:ad restringendum ipsum fluxum. ad qd sub paucis respõdetur:quod uinum rubeũ non restringit fluxum:sed occidit calorem & linificat uentosita tes:seu intestina:inquibus manent:ut superius uidimus:quod super omnia est agendum contra malum fluxus:uidelicet:quod intestina linificentur:cum aliquo humido & frigido:simul cum mortificare calo rẽ:& ob hanc causam puluis quem superius designauimus est tutissimus:atq; optimus contra malũ flu xus:quia illico leuat uẽtositatem:& calorem:& linificat intestina.uinum rubeum uel iuuat stomachum causa linificationis:quando stomachus ipse est alteratus:non per debilitatem:nisi per aliquem dolorem mordacem.uinum album uero nimium incendit atq; dilatat habentes fluxum:quod est signum calidita tis ipsius uini:& contra brusorem urine pessimum est.rubeum uero uinum bonum: & ad leuandum bru sorẽ urine oportet qd sint medicine frigide:linitiue:& grosse:siue parũ dcurrentes:ut ẽ uinũ moronũ.

PROLOGVS DECIMI.

¶In hoc decimo de astrologia non utiq; ut quicquam a nobis accessionis & additionis persoluẽdũ sit:nec eadem uia qua & alia prosequendum:palam ferre conabimur:neminem posse multa de illis que astrologi in astrologia posuerint scientiam adipisci.Quod tamen ut plurimum fere indeterminate tra ctabitur:scilicet:quo ad affirmandum quid in ea potissimum ac certum esse comprobetur. reor autem demonstrari posse:quod in plerisq; partibus nullatenus sit admittendum:quod ab eisdẽ astrologis pre supponitur:precipue dum ad iudicialem partem deuenitur.Et primo de quantitate dicemus : quam in elementis esse aiunt:& quenam sit distantia ex nobis usq; ad celos:ulterius de celorũ & stellarum ma gnitudine:& denuo qualiter difficile sit probari posse:plures esse celos:& quod manifeste falsum sit pla netas ab occidente in orientem uergi:in alia uero particula de spheris inscribem9:deinceps aliquid de planetarum & orbium theorica.postremo autem de potentia & administratione:quas arrogãter astro logi presumunt planetis & syderibus tribui:Et ibidẽ uidebimus:qualiter planete simul cum elemẽtis ad corporum custodiam & preseruationem uacent:& tandem de futuris iudiciis perscrutabimur:quã uero partem ut falsam & erroneam reprobabimus.

Quatenus astrologi ad cognoscendam terre magnitudinem:& quantum a celo su peretur quodam instrumento utantur quod astrolabium dicitur simul cum polo artico. Cap.I.

¶Astrologi circa probationem magnitudinis terre:& distantie usq; ad celum:principio astrolabiũ & polũ articũ accipiũt p medio.uñ psupponũt:qd recto tramite ãbulãdo p septies cẽtũ grad9 habi tationis nr̃e erga polũ articũ:inuenimus ipsum polũ uno gradu altiorẽ illo q ĩ principio erat:& similiter diuiso celo ĩter centũ & sexaginta grad9.quẽadmodũ & terra celũ erit ducẽtis qnqginta duab9 milli bus uicibus magis q̃ terra:abstrahẽdo tercetũ & sexaginta grad9 ab hoc numero:q sunt illi quos terra fert.Sed hic quedã dubia occurrunt.Primo siqs septingẽtos grad9 ĩ planicie numerauerit eundo dire cte ad polum articum:& si aliqua sit patria totaliter plana per eiusmodi rectitudinem:& quis sit :quis nam cognoscere potest:quod nihil ascendat neq; descendat.Nam stare supra sublimem montem aut iuxta pedes eius:aliqua a nobis differentia reperitur per astrolabiũ aspiciẽdo :cõcedit qd ĩ mari possu m9 ire p planũ atq; rectũ p septigẽtos grad9 seu nonaginta miliaria uersus polũ articũ uel ãtarticum

ultra hoc probandum erat polum articum non esse magis neqꝫ minus q̃ isti septingenti gradus : quod
nempe est difficillimum. Si enim per astrolabium alicuius turris sumitatem aspicimus:& uidemus quan
tũ ad unius cubiti magnitudinem possumus ad turrim per decem aut quindecim passus appropinquare
& continuo per idem foramen astrolabii uidere illam quantitatẽ unius cubiti supra turrim: aut eius ptẽ
& qd astrolabiũ semp eodẽ modo maneat. Vnde oñditur illam quantitatem quam in terra peragram9
esse maiorem cubito sursum posito. Et taliter de polo artico: cum species centũ stadiis intelligere possu
mus. Nam q̃uis polus sit paruus: possumus in magna distantia per terram proficisci:& ipsum per eũdẽ
astrolabii gradum seu foramen uidere. quocirca per hoc exemplum de astrolabio non possumus absqꝫ
aliqua dubitatione scire magnitudinem terre celi: poli artici neqꝫ aliorum elementorum: cõcesso quod
hec uia astrolabii uerior sit: quam alia aliqua quã habere possumus. Et sic ipsam super omnes alias demõ
strationes in hoc libro insequemur. Et iterum diuidendo ducentum & quinquaginta duo milia stadiorũ
circumcirca terram erunt triginta milia & mille & quingenta miliaria aut triginta duo milia : & milia
ria diuisa per leucas faciunt numerum decem milium sexcentũ & septuaginta septẽ leucarũ. Deinceps
uidendũ est: quantũ terra erit in dyametro: siue ad transeundũ per dimidiũ ipsius. Itaqꝫ accipiẽdo fun
damentum: qd oẽ corpus rotundũ contineat circũcirca triplo magis q̃ sit ei9 diameter: ac septenariã
partẽ: magis dicendũ est: qd diameter terre siue transitus per dimidiũ contineat decẽ milia miliarium
uiginti duo:& undecimã partẽ unius miliarii: qd erit dimidietas diametri quinqꝫ milia & undecim mi-
liaria:& quinqꝫ cum dimidia parte unius miliarii: que sunt mille septingente & quinquaginta leuce . &
assumatur nunc idem superius ascendendo per aliud elementum mensurando: quod tot contineat leu
cas a superficie terre: illic etiam aliud corpus eque grossitudinis terre transimus:& similiter super secun
do dare tertium:& post tertiũ quartũ equalẽ in grossitudine omnia ista corpora que quattuor elemen
ta sunt: ex centro terre usqꝫ ad celum quindecim milia miliarium octuaginta & octo continebunt:& ali
q̃to magis. Q̃m hic de centro dimidiũ diametrũ de quolibet elemento numeramus: quia ad unã tantũ
celi partẽ tendimus. Tamen hic pleriqꝫ dicent: elementa non esse adeo equalia ĩ grossitudine. Sed nos
uidemus: quod oĩa corpora naturalia & recte composita: que seriatim per circulos uadunt: ut in cepe:
orbes superiores in grossitudine equales cum inferioribus sunt. At licet corpus inferius tm̃ in grossitu
dine sua contineat: sicut & superius: illud corpus quod superius manet in sua magnitudine triplo ma-
gis q̃ corp9 ĩferi9 cõtinebit. Q̃m ĩtelligẽdũ ẽ: qd corp9 ĩferi9 erit de trib9 tertiis unũ: cõsiderãdo ipsum
cũ suo sup̃iori. qd si ipsum attrahim9 foras: corpus sup̃ius restat ĩ duob9 tertiis & nõ tribus. Quoniã se
cũdũ corpus cõtinet duas partes:& primũ tm̃mõ unã. Quapp ascẽdẽdo p corpora equalia ĩ grossitu-
dine: primũ corpus unũ gradũ cõtinebit:& secũdũ uero tres: tertiũ quinqꝫ. quartũ septẽ : & sic discurrẽ
do: semp eni corpus sup̃ius duas tertias sup̃ suo ĩferiori possidet. Sed hoc mõ de terra ad celũ trãscẽdo:
nullũ elementũ cõtinet magis ĩ diametro siue grossitudine q̃ terra: nisi qd ĩ circũferentia sunt maiora
elemẽta sup̃iora q̃ ĩferiora. Vñ ĩferri põt: qd de sexdecim ptib9 oĩum elemẽtorũ terra est una:& alia ele
mẽta sunt quindecĩ. Ignis eni p septẽ gradib9:& aer p quinqꝫ ponit̃: q tãdẽ duodecĩ resultant:& aqua
pro tribus gradibus assignat̃: q ĩ q̃ntũdecimũ attingũt: terra uero p uno:& cõputatis elemẽtis oĩa cõ
tinent sexdecĩ gradus. Quãobrẽ ignis in hac diuisione septẽ terras dabit: aer quinqꝫ: aqua tres. & ideo
sexdecim terre eiusdẽ magnitudinis cuius ẽ ista: uniuersam hãc cõcauitatẽ usqꝫ ad celũ ĩpleret. Deniqꝫ
dũ nos assignamus tres aque quãtitates: intra ipsam ponim9 terrã:& ẽt ĩ quinqꝫ aeris quãtitatibus: &
ĩ septẽ gradib9 ignis semp terra ĩgredit̃. Et ideo assumpto quolibet elemẽto p se : terra erit una quãti-
tas: aq̃ due: aer q̃ttuor:& ignis sex: que tredecim quãtitates equales sunt pro adimplenda concauitate.

Quod ridiculum ac turpe a multis existimatur sentiendo: quod tam parua sit distan- tia ex terra usqꝫ in celum. Cap.ii.

¶Qui astrologos loqui audiuerunt: aut tenent quod ex uno pugillo terre decem aque fiãt:& de al
tero aque decẽ aeris:& altero aeris decẽ ignis: sine proposito eis uidet̃: audiendo ꝙ solũ per quindecĩ
milia miliarium. & paulo magis: quemadmodum uisum est: sint ex superficie terre usqꝫ in celum. Et per
uiam de pugillis aqua tantundem continebit: quantum & decem terre:& aer tantum etiam quãtum &
centum terrarum orbes. Ignis uero mille distantias terre complectetur:& hoc modo diuisa tota conca
uitate sub celo manente: in mille & centum atqꝫ undecim partes mille istarum partium erunt ignis: cen
tum aeris: decem aque:& una terre. Sed quod in hoc modo de facto sit nondum probatum ẽ . Quoniã
perdifficile esse uidetur: quod unum corpus per solam rarefactionem continere possit millies magis: q̃
sit illud quod continet: quãuis auctoritas aristotelis taliter sonare uideatur. Verumtamen diuersimode
intelligi potest in magnitudine molis : scilicet: aut in uirtute : & quod sit similis disproportio : non
potuit hoc aristoteles scire: eo quod nulla experientia potest talia ostendere : & ipse secundum na-
turam : & non per diuinam gratiam loquebatur . ¶Ad probandum quod de uno pugillo ter-
re decem aque uel centum aeris & mille ignis non exeant: aliqua est adducenda experientia : qua ita
esse comprobare possimus ; & experientia erit per raritatem uel leuitatem . ¶De leuitate non

possumus similitudinē uel comparationem adducere inter duo elementa superiora & alia duo inferiora. ignis enim & aer ambo leues sunt:licet alter eorum magis & alter minus:aut aer temperatus. ¶Aqua uero & terra graues sunt:ideo non datur hic comparatio de leuitate inter elementa superiora & inferiora. Vnde de raritate tantum explicabitur:& primo quod manifeste aqua non est decies rarior terra neq; leuior. Nam si unum uas plenum terra acceperimus:& alterum equale quod sit plenū aqua: nō ponderabit uas terre decies magis quā uas aque: presertim si terra sicca aut desiccata fuerit. quia quādo est plena aque per se ponderat:& adhuc per aquam. quoniam aqua similiter turbida:quū terram in se habeat multo magis quā si clara fuerit ponderabit. Sed aquam purificatā assumendo ita ut a fontibus scaturit:& terram quoq; puram siue desiccatam:ipsa quidem terra potest triplo magis quā aqua ponderare : dūmodo non sint metalla & lapides. Illa enim per generationē uarie species sunt a terra & nimium restricta & elementata. ¶Hec aūt differentia non tantū est forte ob causam rarefactionis:ut per naturā magis grauem & minus grauē:quod satis manifestat. Nam si aquā coercere uolumus:ut in breuē terminū deueniat minus quā terra possumus eam restringere:quāuis mittendo aliquod corpus durū & graue:aqua cedit ut corpus graue submergatur. Sed si aquā undiq; cōstringimus:scilicet per inferiores & superiores partes: fere nihil constringi potest. ¶Dum autē corpus rigidū immittimus:aqua cedit: & alium locum acquirit: terra uero madida aut sicca multū cōstringi potest. ¶De ponderatione inter aquā & aerem:nō possumus dare iudiciū. Nam quū aer tēperatus & leuis sit:nullam in se grauitatē habet: ut patet i utribus aere plenis:quoniā tanti ponderant si aere pleni sunt:quanti & sine aere. Si uero aerem in aliquo instrumēto cōpellere uolumus:sicuti i aquiceo seu roris datore & claudimus ne aer exire queat:parū restringi potest: & postmodū si uas siue aquiceus nō rumpitur nemo unquā sufficiet:ut aliquod spissum corpus per illum aerem trāsear:& in aqua & terra:licet nimiū restringant plerūq; potest intus aliquid ingredi ut aqua in strictam terrā & terra in aquā. ¶Et ignis quū aere leuior sit : minorē quā quod aer cum aqua & terra comparationē habet. Sed inter ignē & aerem aliquā experientiā inquirere possumus:nullibi tamen inuenire possumus. ubi ignis nonigeties sit maior uel leuior aere:licet aliquāto leuior:atq; rarior:quāuis hoc quoq; parum sit. Non enī uidet ad duo uel ad tria attingere:qd tandem parua est quātitas respectiue ad nonigēta. neq; ignis uidet millies rarior terra. quia si aliquā rem ponimus que tota in uno instāti incendatur:nullo pacto flāma illa extendit uigeties magis : quā erat illud corpus terrestre aut spissum:licet qādum puluis ualde igni aduersat:ut puluis bombardarū per plura loca spargit:eo quod saltat uel effugit. quoniā de ualde contrariis compositus est. Sed dum agimus puluerē aut aliam rem simplicē:quāuis illico incendatur:cōtinere potest septies uel octies magis quā puluis prius erat:& ēt pars maior illius cōtinētie est humor manens in puluere ardens simul cum aere. ¶Et sic quando aliqui adducunt cōparationē de igne bombardarū:ut iam in octauo libro diximus:respondendū est:quod non accidit tam magna uiolētia inter ignē & puluerē per magnā ignis extēsionē sup illo:qd puluis erat: quā p inimicitiā que est inter puluerē bombardarū & ignē. Insuper & principalius aer q ibi inclusus est cedere nolens:ille pcipue bombardā dirumpit:aut acriter lapidem expellit:quum enim aer aliqualiter restrictus sit:ut in aquiceo exēplauimus:nullatenus uult cedere. Vnde oportet:quod cuncta inherentia cum maxima uiolentia patiantur. & hinc prouenit : quod aer in cauernis terre inclusus maximam partem ipsius terre contremiscere facit: & quod ista sit potissima cā impetus bombardarū patet:Ponatur enī lapis puulus in bōbarda maxima:& non claudat os uel foramen:taliter qd aer facillime exire ualeat:tūc lapis cum pauca ui exibit. unde pbatur a restrictione aeris impetū bombardarū oriri. quoniā dū irascitur cū impetu oīa uult delere. ¶Sed ad propositū redeundo:illa flāma quā nos uidemus non est tota de igne:imo potius aut in maiori parte de uapore & aere:ideo tantū se extēdere pōt:quod in candelis & aliis rebus ardentibus constat: nā parū magis est flāma quam lichinus ardens:& exeunte ab eis aliquo humore aer continuo cū ipso humore elementat:& secum ardet. qa aliter nullo mō humor ardere posset: sine aere assiduo adueniēte. ¶Deniq; ad pbandū quod elementa supiora tot gradus inferiora in magnitudine superent:alia uia est iocunda: quā in solo exēplo bombardarū. qm̄ hoc tm̄ accidentale ac uiolentū est cā artificii. Quapropter decet:q; alia queramus exēpla:tū naturalia & tum artificialia:& in primis de naturalib9 situationib9 sensibus nr̄is patentibus dicemus:ueluti de mēbris seu tertiis aīalium. qm̄ inferiora nō sunt breuiora q̄ supiora:ut ossa tybiarū. qa ita longa aut pauco discrimine ab ossibus coxarū:& postea quāto superius potius minuta tertia sunt:ut i tergo seu spina apparet:& coste minute sunt. In arborib9 possum9 denoīare tertiū de nodo ad nodū:& semp cū pauco discrimine sunt supiora ab iferiorib9 tertiis:& si cōtingit:q; tertia altiora longiora sint:de raro aut nūquā cōtingit:qd sint grossiora: ut in arundinibus & spicis pbari pōt. quia licet supiora tertia aliquātulo lōgiora:nunq̄ secūdū tertiū superat primū p dimidietatē:& in grossitudine primū aut inferi9 maius:unde in diametro nil minus cōtinet:q̄ aliqd aliud tertiū de supiorib9. ¶In artificialibus nostris similiter inuenimus quoniā architectores qui boni sunt p gradus cōponunt edificia sua, idest de tertio ad tertiū aliquā faciūt diuisionē & tamē ita longa faciunt iferiora:ueluti supiora & grossiora semp. Vnde nō apparet aliquo sensū:quo pacto pōt esse uerū:q; de uno pugillo terre decē aque fiant: aut q; aqua decies maior terra sit:& sic de aliis elemētis ascēdēdo. & quo ad ueritatē ea que p aliquos effect9 ad extra aut p essentialē usum nō patēt:apud nos iprobabilia sunt:de tāta magnitudine uni9 elemētī sup alio nunq̄ patet circa sensus nr̄os:& tū elemēta corpea sunt:cōstat nō eē admittēdā talē opinionē.

¶De numero leucarũ capiendo de centro usq; ad summũ decimi celi:& in circũferẽtia ipsius secũdũ fantasiam:ꝙ de uno pugillo terre decem aque fiant. Cap.iii.

¶Cum agendo de magnitudine elemẽtoꝝ atq; celoꝝ:de maioritate atq; minoritate ipsoꝝ ĩ tpib9 nr̃is: oẽs uident acqescere in fundamẽto ꝑ Aristotelẽ aut fortassis ab aliis antiqorib9 tradito.cõdecens uidet: ꝙ nos quoq; hic aliqd dicamus:qđ fundamẽtũ tale est:uidelicet:de uno pugillo terre fiunt decem aque: ut supius uisum est:& sic ꝑ oĩa elemẽta & celos multiplicãdo semꝑ decẽ quãtitates in supiori corpore sup ꝓpinquũ suũ ĩferius. ¶Verũtñ in hac assumptione seu uia:nulla inuenit ꝓbatio : nulla ratio:ꝙ ita sit aut qualiter de uno pugillo terre decem aque:quã quinq; uel centum: aut centum mile fiant.quocirca ĩ eo modo quo Aristoteles dicit:ꝙ sit multiplicatio in decẽ:alius dicet: ꝙ sunt mile miliũ cadẽ est ratio cũ nõ ostẽdat magis ꝓbatio de hoc quã de illo:ita ꝙ Aristoteles hic tñ psupponit taliter se habere:ut ĩ aliis plurib9 locis sepe agere solet:qđ nõ decet philosophũ:& quũ hoc fundamẽtũ improbatũ remaneat:atq; cõtra experiẽtiã:ꝙ ita sit:necesse est:q sup ipsum edificare uolunt:pluries errare.aut saltẽ intentionẽ suã improbatã dimittere.qm̃ sup psuppositũ elaborant. ¶Sed psupponam9 etiã nos pro nũc sic se habere:sicut Aristoteles ĩquit:& ꝑ hanc uiã dinumerem9.unde multũ maiorẽ ĩueniem9 numerũ:quã astrologi ponunt:si fortassis ad dinumerandã tantã distantiã ualemus:tandẽ aliquod assignabim9 principiũ:ꝑ qđ hoĩes qui calculatores sunt:possunt usq; ad decimũ celũ ascendere:dato ꝙ semꝑ erit difficile ad inueniendũ terminos : ꝑ quos totũ ipsum numerũ intelligamus. ¶Et sic ut quũ minori labore tot dinumerare possimus:hic duo agenda sunt:primũ ꝙ miliaria longa seu leucas assignemus:secundũ erit:ꝙ accipiem9 terminos uulgares:ueluti hunc terminũ millionẽ:qui idem est ꝙ milies mile. ¶Millũ siqdem tale erit: ꝙ unũ solũ:quinq; milliaria italica cõtineat:ut leuce germanice atq; ungarice faciunt:& tũc paruus numerus cõprehẽdet magnã distantiã. ¶In primis siquidem iuxta hanc assumptionẽ datur una sola quãtitas terre:decẽ equales quãtitates aque:centũ aeris:& mille ignis.unde si terra multiplicat in unitatibus: aqua multiplicat in decenis:aer ĩ centenis:ignis uero ĩ milib9 seu ĩ decẽ centenariis. ¶Ita ꝙ posito: ut de cõi sentẽtia habet:ꝙ terra cõtinet in toto diametro decem milia miliaria:aut quũ pauca differentia:ꝙ erit dimidiũ diametrũ qnq; milia miliaria:que faciunt mile leucas:quarũ unaqueq; ipsaꝝ cõtinet quinq; miliaria italica:mile leuce siquidẽ de hac magitudine:uidelicet:de quinq; mile passibus:unaqueq; cũ una sola tibia de numeratis:aut de decẽ mile passibus cũ duab9 tibiis dinumeratis:que dr̃ia alibi a nobis atq; ab aliis declarat.sed ꝓcedẽdo dicimus:ꝙ si terra multiplicat:ut in dimidio diametro usq; ad mille leucas: ignis multiplicat usq; ad unũ milionẽ:uidelicet: usq; ad millies mille:ita ꝙ erunt: de centro terre usq; ad supficiẽ mile leuce de ipsa terra decẽ milia miliaria ad trãseundũ spherã aque: centũ mile in grossitudine aeris:idest:in dimidio diametro:& unũ milionẽ leucaꝝ ĩ diametro ignis: ita ꝙ erit de cẽtro terre usq; ad celũ lune aut supficiẽ altiorẽ ignis:unũ milionũ & centũ & undecim mile leuce. ¶Nunc uero ascẽdẽdo ꝑ uarios celos usq; ad decimũ:hoc ordine elemẽtoꝝ:quẽ iam disposuimus obseruato: maxim9 inueniretur numer9:taliter dicẽdo:de uno pugillo ignis fiunt decem de celo lune:aut celũ lune continet decies magis quã elementũ igneũ:elemẽtũ igneũ cõtinet in dimidio diametro unum milionẽ leucaꝝ:iuxta hãc multiplicationẽ:celũ lune cõtinet decẽ miliones:celũ mercurii cẽtũ miliones: celũ ueneris mile miliones: celum solis millies mile miliones:celum martis cẽtum mile miliones:celum iouis decẽ cẽtum mile miliones: celum saturni cẽtum centum mile miliones:celum octauum mile centũ mile miliones:celum nonum decẽ mile centum mile miliones:decimum celum cẽtum cẽtum mille miliones:hoc est:cẽtum mile uices centum mile miliones:q̃ leuce ad miliaria italoꝝ reducte : sunt quingenti mile miliones milionum.unde si ita est: maximus est mundus.qm̃ totum hoc in dimidio diametro itelligit.uidelicet: de cẽtro terre usq; ad superficiẽ celi empirei:seu decimi:ita ꝙ totum diametrum erit duplex:& in circumferẽtia tres quãtitates & una septima pars magis:taliter ꝙ circumferentia totius mundi:sub hac dinumeratione est septẽ uices magis: quã numerus de dimidio diametro iam assignato. ¶Taliter ꝙ celum empireũ circũcirca per supiorem supficiem cõtinet septẽ centos cẽtum mile milionũ leucarũ:de hiis magnis leucis quas assignauim9:de miliaribus italis eni quinquies septẽ septem centies mile miliones. ¶Secundũ dinumerationẽ nr̃am uero: multo minor est mundus:qđ magis consonat:iuxta experientiã capiendo:ut in locis suis apparet.

¶Qualiter secũdũ clymata:q̃ astrologi describunt:& ea que post umbrã solis & lune prospicimus: parua inesse uidet distantia inter nos & celum cõparatiue ad id:quod alibi ponũt: & quid sentiẽdũ est secundum eos:qui ad minas aureas ire solent. Cap.iiii.

¶Circa diuisionẽ clymatũ secundũ astrologoꝝ descriptionẽ celũ nobis est ꝓpinquũ:respectiue ad illud qđ alibi inquunt:hi eni de tropico cãcro usq; ad partẽ ultimo habitatã septẽtrionalẽ septẽ clymata describunt:& uolunt:qđ roma:Genua:& auigno sint iter climata:quartũ seu qntũ clyma:ualentia:granata:& hyspala:in q̃rto clymate:circa finẽ.& secũdũ hanc numerationẽ sunt in primo clymate q̃tercentũ & quadraginta miliaria: in secũdo q̃tercentũ: in tertio tercentũ & quinquaginta:in q̃rto tercentũ:in qnto ducentũ & qnquaginta qnq;:que oĩa quingentas & octuaginta duas leucas efficiunt cõputatis ꝓ qualibet leuca tribus miliaribus ex quo dicere possumus:qđ ex terra usq; ad celum sunt mile & quatercentũ & una

leuca:quo ad umbras solis capiendo:ut postmodū patebit. Si enim ex habitatione nostra usq ad lineam tropici cancri seu ad ciuitatē hen nomine:supra quam dicūt uenire solem per ianith quādo est in tropico cancro:nō sunt nisi mile septingenta & quarragintaquinq miliaria:edificando unā turrim sub tropico cancro q̄ cōtineret mile & ducētas leucas usq in celū ubi sol est attingeret. quoniā illa turris usq ad finē quarti clymatis ageret umbrā:secūdū quod rōnabiliter uidet:quādo sol est in sua ultima ascensione. Sed qđ adeo iuxta europā sol ascēdat aliter se hēt. ¶ Verūtñ hispani:q ad mias aureas hac tēpestate uadūt: dicunt se transire tropicū cancrū:& lineam equinoctialē:eo quod in principio asserūt inueniri homines parū nigros:& postea multo maioris nigredinis:& ulterius attingunt ubi ad nigredinē declinare incipiunt:atq albos seu rubeos inueniunt:unde oportet cōcedere:multū ultra tropicum capricorniū seu totū zodiacum trāsire:& ab hyspania usq ad minam aureā mile leucis distat:& ubi nigriores homines mile ducentis:licet quod usq ad serram leonā:ubi maxima dicūt esse tonitrua septingente uel octingente leuce tantum sunt:& inde secundū aliquos uenit sol per ianith:qñ est in tropico cancro: seu in maiori appropinquatione uersus nos:& omnes affirmant quod dum sunt in iis minis uel circa: uident polum articum prope terrā:ita q uenit eis per orizontē. Sed non oēs affirmant se uidisse alterū polum:idest antarticum. At hunc se uidisse aiunt:qui minas transierunt. Sed qūocūq sit: hoc est de necessitate:q si aliquod obstaculum montium uel uaporum non impedit dum essemus in dimidio terre:seu in linea q̄ equinoctialis nūcupat:ambos polos uideremus: tanquā in finibus orizontis nostri. ¶ Et quod ita sit:in ortu & occasu solis equinoctiali tēpore probatur. qm per duodecim horas ipsum uidemus super terrā in orizonte nr̄o: & totidem super alio i orizonte manet: & in oriendo ad hemysphēriū nr̄um ipsum uidemus iuxta terrā: aut per planum aspiciendo super ipsam:& in eo modo qui habitat super linea equinoctiali utrunq polum uidere potest. Si eni unus sol esset i ortu & alter i occasu ab habitatiōe nr̄a ipsos ambos uideremus:ueluti solē & lunā in plenilunio cernimus. Sed nō possumus polum antarticū uidere: eo quod articus est nimiū subleuatus supra nos:& oportet quod alius polus per rectam lineā cōtrari9 maneat. ¶ Assumpto aūt hoc:quod a pluribꝰ uisū aliter cōprobat:uidelicet q ex minis aureis polum articum uideant i fine orizontis eorū:palam cōstat:ibi esse dimidiā terram seu lineam equinoctialē:quod sufficit ad habendam ueram noticiā:qtū distet clyma qrtū a linea equinoctiali. Quod est paulo plus mille leucis: licet a pricipio minarū sint mille leuce:ibi uidēt satis clarū polū articū:ubi uero parū aut cū labore ipm discernūt plusq mille leuce sunt:& hoc intelligit de principio qrti clymatis: uidelicet de bethica aut fine hyspanie. nā dato qđ granata seu bethica dicat cē i eodē clymate cū romaniola & auignone minie stare pot. qm hyspania multo plus q̄ italia ad meridiē uergit:& māifestat q̄a multo ꝓpinqus iueniunt hoīes nigri:ab hyspania ad aphrycam quā ab italia discedendo. ¶ Et sic de finitimis hyspanie uersus aphrycam usq ad ultimā terrā discooptam septētrionalē per orizontē nr̄m, distat ad minus per duo milia miliariū:& usq ad lineā equinoctialē quatuor milia. Ita quod ex plaga septētriōali ad lineā equinoctialem sex milia miliarium sunt:& hoc recte cōsonare uidet:cum hystoriographis:quum dicant:terrā discooperrā lōgiorem esse ex septētrione ad austrum:q̄ ex oriente ad occidentem. proinde ex ultima parte hyspanie usq ad partem orientalem dicunt esse undecim milia miliarium:& capta hac uia per umbras iudicādo:aliquātulo minus quatuor milibus leucarū erit ex terra usq ad celum solis. Sed in hoc modo sequeret:quod nullum elementum in dyametro esset grossius terra:nec forte tantum. qñqdem hoc modo terra decem milia sexcentum & septuaginta septem leucarū in circumferentia cōtinet. idest de cōmuni cōputatione icctrco i hoc loco ꝓsequendo aliquod medium capiemus:simul cum umbris a sole causatis:de distantia ex terra usq ad celum aliqđ ponemus:licet quanto melius possumus si non oīno ueluti se habet. Sed qūocūq sit:describem9 multo maiorem distantiam quam iuxta clymatum descriptionem dari queat.

¶ Exemplum de umbra solis:ad demōstrandum distantiam inter nos & celum. Cap. v.

¶ Pro assumenda debita regula de radiis solaribus & umbris quas faciunt:oporteret:quod sciremus precise:quāta sit distantia ex habitatione & domicilio nostro usq ad lineam tropici cancri. Tunc eni possemus fundamentū satis fixum habere:sed ignorādo hoc: nō possumus uerā certitudinē consequi. Attamē ꝓsupponamus:quod sit uerū illud quod hispani dicunt:qui steterūt in partibus equinoctialibus:qui plures homines sunt. unde fides eis adhibenda est & dicamus q de hyspania usq inueniunt solem cadentem per zenit:sunt mile leuce:& de quinto clymate mile & quingente leuce:uel parum minus:in ultima enim solis appropinquatione ad qntū clyma:ut papie uniuersa corporis altitudo ad punctum meridici prebet medietatē umbre: de illo quod est corporis altitudo. Veluti homo:q sex pedum de altitudine de umbra tres atq paulo minus reddit. Quocirca centū pedes de altitudine dabunt quinquaginta. & aliqd minus: sed pro nunc quinquaginta dicamus de umbra:& sic p tales medietates discurrēdo. unde si turrim struimus: que sit unius leuce de altitudine:umbrā p dimidiā leucam faciet. & si deiceps aliā turrim edificam9 recto tramite ad meridiem:dimidia leuca distantē:qđ ipsa turris duas leucas de altitudine cōtineat:ueniet umbra secūde turris: quo & prime uenerat. & similiter de dimidia ad dimidiam leucam posita turri semper duplicata in altum:ut de prima & secunda dicimus:quousq ad lineam tropici cancri deueniamus. Vnde hoc modo erunt in mile & quingentis leucis tria milia & septincente & quiquaginta turres. & qđ ultima

tria milia & septingentas & quinquaginta leucas cõtineat: umbra eius ad quintũ clyma attingere debet. Quod si umbra ad quintũ clyma attingit: sequit necessario qđ turris sursum ad corpus solis attingat. & hoc modo erunt tria milia & septincente & quinquaginta leuce ex nobis: usq ad celũ: aut paulo magis: ut post uidebimus. ¶ Sed aliud quoq dubium occurrit: quia de duobus corporibus equalibus si unum ponitur in primo clymate: & aliud in quarto uel quinto: non facient equalem umbram: immo ualde differentem. Nã quãto magis ad meridiem appropinquat: minorem umbrã reddit. Sed pro euitãda eiusmodi oppositione dicemus: qđ semper turres debent ad radios solares ad nos uenientes attingere: & si turres per mensurã tendunt: semper ad radios solares ad nos uenientes attigunt: qm̃ solares radii nõ ascendũt nequidem in unã partem potiusquã in aliã descendunt: nisi quod semper directe uadunt. Tamen quum solis corpus maximũ sit: & totũ illuminosum aliquos radios emittit altius: quã nr̃a habitatio sit: pariterq & inferiores alios. Nos uero hic de radiis ad nos uenientibus loquimur: & quia ipsi rectitudinem habent: etiam edificia ordinata: ut p̃dictum est: umbrã causarent usq ad habitationẽ nr̃am: quãquã opus esset: ut turris posita per ianith sub sole ad ipsum attingat. Nam si aliquãto iferius restaret: quamuis parum sit paruulã seu nullã umbrã causaret: ut facillime perspici põt: circa candelam: obicem: siue obstaculũ applicando. quia uno digito q iferius remaneat a flãma: paucam umbrã causat: & per illum digitũ q corpus opacum ascendat maximã umbrã causat. ¶ Et per hanc uiam iam positam: possumus regulã assumere ad mensurandũ oẽs edificiorũ altitudines aut alia similia: q̃ directe in altum tendant mensurando prius: quantum de umbra spiret in illa hora: unum corpus habens sex pedes de altitudine uel alio numero: & per eandem regulã mensurare possumus turris umbraculũ. qm̃ ipsa quoq cum umbra sua conformabit: ut corpus paruum cum illa quã causat. ¶ Passus uero ad mensurãdum turrim debent a dimidio turris fundamento exordiri. Deniq si de hac habitatiõe usq ad tropicum cãcrum nõ sunt nisi qngente leuce: parua distãtia est ex terra usq ad celum. ¶ Tandẽ secundũ qđ per magnitudinem terre experiri possumus: de ipsius centro usq ad celum ad minus quattuor milia leucarũ sunt: de superficie autem minus.

¶ De uariis auctoritatibus super rotunditate terre. Cap. vi.

¶ Astrologi respicientes polum articum per astrolabium: quemadmodũ superius uisum est: dicunt terrã circumcirca cõtinere ducentum qnquaginta duo milia stadiorũ. Aristoteles autem inquit: quod mathematici in rotunditate terre quatraginta milia stadiorũ esse ponunt. Sed hic textus forsalle incorreptus est. Auerroys enim inde asserit de terre magnitudine mentionem faciens: quod mathematici tenent esse per gyrum terre uiginti quattuor milia miliarium: quod adhuc parum: & de qtraginta milibus stadiorũ nullo pacto stare põt: qñquidem a littore maris occidentalis usq ad insulas: que nuper a fernando hyspaniarũ rege reperte sunt: tanta est longitudo: quãta & hec sunt stadia. Et ab hyspania usq ad orientalem plagã super orizonte nr̃o maxĩa est distantia. Vnde astrologi circa hoc maiorem uident habere rationem tam etsi a terra usq ĩ celum maximam distantiã assignare uelint: & inter se uaria sentiunt. Verumtñ secundũ illud: quod per solis umbras & rectam elementorũ ordinationem cõcipi põt: uidet: quod ex superficie terre usq in celum possunt esse quattuor uel quinq milia leucarum ad magis. ¶ Secundum cosmographiam tholomei uero dicendum esset: parum distare hispaniam a zodiaco idest a tropico cancro. qm̃ in designatione ĩ cosmographia ipsius tholomei: ĩsulas fortunatas intus in zodiaco: uidelicet: iter tropicum cancrum & eqnoctialem lineã depinxit. insule fortunate eni q̃ de canaria denoiant: & alie cõuicine regiones parum ab hispania distant: per trecentas leucas parum magis uel minus. sed q subtus zodiacum hee insule nõ cadant lata experientia ꝓbatur. qm̃ non magis habitatores insularum fortunatarũ habent cognitionem de radiis solaribus per zenit cadentibus: ubi hoc fiet: quam habitatores hispanie: qui extra hyspaniam ipsam non exiuerunt. & omnes qui iuerunt ad partes meridionales: asserunt inuenisse multo longius solem per zenit extra insulas fortunatas: quã est de hispania ad insulas ipsas aut tñ saltem. ¶ Preterea in hoc loco aspiciendo ea que de coloribus habitatorum in partibus indies dicunt: satis agnoscere possumus. an nimium uel parum unaqueq patria de qua narratur a linea equinoctiali distet. nam qui potius ad lineam equinoctialem proximatur: tanto magis niger est: & qui prolongatur ad albedinem uel rubedinem potius tendat. sub quo ordine calicut & caranganor quas ciuitates dicunt alteram ab altera per nonaginta miliaria distare uidentur: iuxta colorem quem ab hominibus ibi habitantibus enarratur: satis prolongatas a linea equinoctiali esse: & non uersus austrum uel noctualem plagam: imo ad septemtrionalem quum in cosmographia narrante de partibus illis dicatur: ciuitatem caranganoris esse situatã inter tropicum cancrum & equinoctialem lineam. unde uidetur lusitani priusquã ad calicut deueniant transire multomagis super plagam noctualem de illo: q est calicut: taliter q circũdando totam terram per hemisphaerium nostrum ambulando per ripam maris oceani: reuertuntur uersus orientẽ ad partes persie: tamẽ non transeunt extra zodiacum ad partem nostram septemtrionalem. unde dicunt: homines ibi esse ad nigredinem tendentes: sed parum. super noctualem plagam uero tum rubeos: tum albos homines dicunt inueniri: hoc est: extra tropicum capricorniũ uersus austrum. ¶ Colonus enim enarrando quãdam suam tertiam nauigationem super regiones illas actam: inquit transisse per nonaginta gradus ultra eqnoctialem lineam: que est quarta pars superficiei terre: taliter q si ita est: & per uiam rectam

ad polum antarticum nauigauit:attinxit ad se ponendum sub polo antartico perpendicularē lineā:ubi iam palam in altero hemisphėrio erat:quod nos inferius denominamus. ¶ Tandem de calicut lusitani asserunt:parum a linea equinoctiali distare:ut per triginta leucas:quod manere non uidetur posse:iuxta colorem:quem homines illi habere dicuntur.nam qui solum per triginta leucas distanter ab equinoctiali linea degunt:oportet nigerrimos esse adhuc habitatores sub toto zodiaco satis nigros.

¶ De aliquibus mensuris terre secundum gradus ab Astrologis positos: & per id quod ab hyspanis:qui uersus tropicum antarticum iuerunt colligi potest. Cap.vii.

¶ De proprietatibus autem ciborum & habitatorum inter alterum hemisphėriū & nřum parua dřia esse debet. Vnde ueluti ad partem nostram sepētrionalem homines albi & fortes nutriūtur:pariter in altero hemisphėrio erit:& similiter de partibus noctualibus intelligendum est.siquidem in meridie aut sub linea eqnoctiali homines nigri atq; debiles ob uehementiā caloris sunt. ¶ Et hoc ita erit in insulis sub linea equinoctiali:uelut in terra firma:ut experientia probat̄.Nam sub sepētrionali plaga insulani oēs fortes sunt:ut in scocia:anglia:& in calamone:quod regnum sibi insula calamones dicunt esse maximum:& qđ ibi homines fortissimi atq; magne stature sunt christiani aliqualiter: sed de pontifice romano nil curant: Latina lingua loquuntur:saltem eorum sacerdotes.Quapropter romanos in patria illa extitisse uidetur: debet iacere in dimidio uel circa inter hemisphėriū nřm:& alterū: qđ nos iferius denominamus. ¶ Sub linea equinoctiali uel zona torrida homines debiles sunt:& quāto propinquiores ipsi linee:tanto nigriores sunt. ¶ Circa uarietatem stellarum aut signorū: que albericus uesputius uidisse dicit:aliqua dubia occurrere uidentur.quoniam ad cognoscendas uarietates alicuius stelle in uno solo loco:per plures dies atq; annos manere oportet.nam uarietas nostra ipsarum uarietates stellarū a nobis cognosci non permittit.Et lusitani in hoc itinere continue ambulabant: aut per paucos dies in uno loco demorabantur. Albericus tamen de pluribus lucidissimis stellis atq; de cursibus earum:que in hemisphėrio nostro nō uidentur plenam inquit habuisse cognitionē.Vnde patriam illam mundum nouum appellat: tanquā alius mundus nuper factus fuisset: tamen in cognitione nostri hic habitantium potest nouus dici. ¶ Viso iam succincte de ꝓprietatibus uariarū regionū:per quas hispani nauigando nouiter decurrerūt.Nunc uero ad distantiam:quam ab ultimis hispanie confinibus ad equinoctialem lineam dicunt esse: deueniendum est:cum neq; principalis intētio nostra sit:ut rectius de altitudine solis siue de distantia inter celum & terram intelligamus: secundū quod in quoddam libello albericus ponit.De hispania austrum uersus aliquantulū super occidentalem plagam tendentes per nonaginta gradus decurrerunt.Qui gradus penes cōmunem cosmographorū existimationē:quartam partem totius circulationis terre cōtinent: quod sunt octo milia miliariū uel circa.Que miliaria duo milia & septingentas leucas: aut paulo plus uel minus reddūt.& de iis gradibus quos decurrerunt secundū astrologos:seu id quod per astrolabiū apparet: de hispania ad equinoctialem lineā quatraginta sunt:eo quod in latitudine decursus solis siue a tropico capricorni ad tropicum cancri quatraginta & septem gradus sunt.Vnde dimidia pars uiginti:& tres cū dimidio redit: & de confinibus hispanie ad tropicū cancri decem & septem gradus:aut saltē quindecim dicunt esse:ita quod ab hispania ad lineam equinoctialē triginta & octo gradus uel quatraginta erunt: & de eodem confine ad polum articum qnquaginta uel qnquaginta & duo gradus remanent.Nam sub linea equinoctiali positi ambos polos articum uidelicet & antarticum per orizontem habemus:& sic per tot gradus per quos ad quēcūq; polum ambulatur:ipse polus tantum eleuatur ab orizonte: orizontem intelligas assumptū secundū iustam lineā equinoctialē.nam in ea mensura qua uersus polum āmbulamus: super illam partē orizontē dilatamus: & ipsum p partē manentē post tergus nřum recolligimus.taliter quod si per decem gradus extra lineam eqnoctialē aquilonem uersus ambulemus:polum articum super orizontē per alios decē subleuamus:& eo tūc octuaginta gradus distantie usq; ad polum articū restant: & si per octoginta ambulamus:decem remanēt distantie:& octoginta subleuationis: quia quāto magis ambulamus: maior est eleuatio poli:& distātia minor usq; ad ipsum.nam subleuatio poli sup orizontem cum ambulatione:quā nos de linea equinoctiali uersus polum agimus semp equalis est. ¶ Nunc uero de ambulatione portugalēsium facilius uideri pōt:cū per nonaginta gradus āmbulauisse dicāt .Dicamus triginta & octo uel quatraginta de confinibus hispanie ad equinoctialem lineam: & quinquaginta uel quinquaginta duo de linea ipsa uersus tropicum capricornii:& ultra tendentes ad polum antarticum.& cum a linea seu dimidio zodiaci usq; ad capricornium sint uiginti & tres gradus cum dimidio: lusitani per uiginti & sex cum dimidio extra ipsum tropicum capricorni uersus antarticū transiuisse uidentur:& quīquaginta extra lineam eqnoctialē.Vnde sequit̄ habuisse ipsum polum per qnquaginta gradus subleuatū:& tamen per quatraginta ab ipso polo distabāt:Cum a linea eqnoctiali ad utrūq; polum nonaginta sunt gradus:quod est quarta pars totius mūdi:cum unūquodq; hemisphėriū dimidiā ptē totius mūdi continet:uidelicet centū & octuaginta gradus.Et tñ dicendū est:si p nonaginta gradus decurrerūt: qđ ipsum polū subleuarūt p qnquaginta gradus:& distabāt p qtragīta:& hoc mō p decem gradus ad polū antarticū magis se appropinquauerūt de illo quo a polo artico decesserūt:& sic lusitani polo antartico

fere tantum propinqui erant: quantum Parisius aut principium flandrie polo artico. ℭ Vlterius quarta pars totius terre.i. nonaginta gradus octo milia miliarium; aut paulo plus uel minus sunt: que duo milia & septingentas leucas reddunt: Vnde fit: qđ lusitani p mile & qngētas leucas extra lineā equinoctialē transiuerunt: ita quod de hispania ad lineam equinoctialem mile & ducente leuce restant: & totum zodiacum mile quattringentas & decem dicunt continere: hoc est in latitudine a tropico cancri ad tropicum capricorni: quod quatraginta & septem gradus sunt: ut per astrolabium apparet. cum maior eleuatio solis in hispania super orizontem noctualē septuaginta & septem gradus sit: hoc est manēdo in tropico cancri: & minor.i. quādo est in tropico capricorni triginta: & a tropico cācri in hispania quattuordecim uel quindecim gradus debent esse. nam secūdū aliquos a tropico capricorni ad cancrū non sunt nisi quatraginta quinq;: uel quatraginta sex gradus. Vnde a tropico ad tropicū quatriginta quinq; & triginta de eleuatione super hemisphærium septuaginta quinq; sunt. & ponendo quindecim de tropico cancri ad hispaniā nonaginta erunt: quod dimidiū hemispherii est: & quingentas fere leucas reddunt ab hispania ad tropicum cancri: & ita esse apparet ob hominū nigredinē: q p quingentas leucas distātes ab hispania reperiunt: uidelicet in guinea: ubi tanta est nigredo: quod ibi solem haberi aliquādo per zanith probā: aut ppinquissimū. ℭ Sed locus ubi hoīes nigerrimi iueniunt: per mile leucas extra hispaniā est: & dū terminū illū tendendo ad noctualē partē transeunt aliquantulū hoīes ad nigredinē declināt: ueluti de linea equinoctiali ambulando ad partē septētrionalē faciūt. ℭ Et si lusitani per decē & septem gradus antarticū polum attinxisse dicunt: sup ipsos polus ita eleuatus fuit: sicut sol sup habitātes ī quarto clima te: dū ad tropicum cancrū ascendit: & eo tunc uidelicet: dū tantū ppinqui ad polum antarticū erant p multos gradus eis īfimus seu absconditus erat polus articus.

ℭ Qualiter intelligēdum sit: castellanos omnino in hemisphærium antipodū ingressos fuisse: dum uersus occidentem nauigabant. Cap. viii.

ℭ Dū dicim9 hyspanos ad alterū hemispheriū traiecisse: n̄ itelligit p noctualē plagā: siue polū antarticū u rsum: nisi sup occidentalē rippam. qm̄ hispania in finib9 totius terre in hemyspherio nr̄o situata est uersum occidētē: & a plaga australi nimiū distat: quāobrē nimiū plongaret iter: dū sup noctualē rippam uellent mare trāsfretare: quū eadē distātia sit de capite bona sperāza ab hyspanis denominato ad alterā rippā: idest: ad habitationē antipodū: quātū de rippa hyspanie ad rippā alteri9 hemyspherii nauigādo recto tramite sup occidētē. & qa nullus de lusitanis neq; colonus uel aliquis ali9: ī his tpibus decurrit tm̄ p mare extra caput bona sperāza ad polū antarticū se dirigēdo: ueluti castellani fecerūt discedendo de rippa hyspanie uersum occasum potius est tenēdū: euntes sup occidētē ad patriā antipodū iuisse: quā hi qui uersus polū antarticū. ℭ Et qđ castellani ad habitationē antipodū transfretauissent: p oēs astrologos: oēs mathematicos de magnitudine terre loquētes approbat. qm̄ trigita & duo milia miliaria circūcirca terrā tm̄modo designāt in terra discoperta: in hemyspherio nr̄o uidelicet: de rippa hyspania iuxta mare oceanū: usq; ad alterā rippā orientalē: oēs asserunt esse undecim uel duodecim mile miliaria: de naturali ratione in terra discoperta alterius hemyspherii totidē miliaria sunt: q̄ p oes uiginti duo mile miliaria faciunt. ℭ Restat modo qđ mare p ptē orientalē & occidētalē decem mile miliariū cōtineat: ut ad numerū trigita duorū mile miliaria deueniat: ut totā terrā & mare simul circūdem9. ℭ Vnde hoc assumpto dicendū est: mare de rippa hyspanie usq; ad rippam antipodū qnq; mile miliaria tantū cōtinere. quocirca in dimidietate: idest per duo mile & qngenta miliaria distans ab hyspania est finis hemyspherii nr̄i. quo fit: qa trāseūdo p mare ultra duo mile & quingenta miliaria in hemisphærium antipodum ingredit. ℭ Sed dicamus mare cōtinere ī latitudine tm̄: ut terra discoperta: qđ erunt undecim mile miliaria: quod manere non pōt de opinione agentiū de circulatione terre. sed cōcedam9 qtraginta mile miliaria terrā circūcirca cōtinere: & qđ mare in quocūq; latere in latitudine habet undecim mile miliaria: qđ erit dimidietas qnq; mile & qngenta. castellani trāsgressi sunt p mare p septē uel octo mile miliaria: qn̄ ultra insulas ab eis prius repertas trāsgressi sunt: pculdubio cōstat ī alterū hemyspheriū p plura miliaria: quocūq; assumat: ingressos fuisse. ēt insule primitus repte ab eisdē castellanis: in altero hemyspherio sunt. ℭ Per plagā noctualē uero nul'us ī his tēporib9 saltē de nr̄is ad alterū hemyspheriū traiecit. nā ad traiiciendū oporteret ultra polum antarticū ire. qm̄ ipse per ianith sup dimidiū amborū hemispheriorū radios suos emittit: nō trāsiuerūt polū antarticū: restat nō ingressos fuisse p plagā illā in patriā antipodū. ℭ Licet multo maiores diuersitates agnosci possunt: eundo uersum polū antarticū uel articū: quā sup occidentē. qm̄ decurrendo ad occidētē p eandē uiā: quā castellani fecerūt. parū a zodiaco plōgant: imo circa lineā tropici cācri decurrūt semp circūcirca: ueluti sol ambulant. & hec est cā: qa illi q ulteri9 iuerūt: asserūt iuenisse p lōgū tēpus solē p zenit in hora meridici: eo qđ ēt ipsi castellani fere ad motū solis circūcirca terrā ibant. ℭ Lusitani siqdē ī trāsuerso zodiaci nauigāt: & sic ī spacio octo dierū trāseūt totā eā distātiā: ubi sol emittit radios suos ppendiculariter: & īsup qa p trāsuersum zodiaci decurrūt cito possunt iuēire hoīes albos: atq; dispositos: ueluti ī europa uel cū pua differētia. iterdū dies lōgissimos: iterdū uero noctes inueniūt: frigiditates aliqn̄ extremas. ℭ Ambulātes ī lōgū siqdē: ut zodiacus uadit: semp iueniūt nigras gē

tes:ueluti sunt i hemisphério nr̃o itus i zodiaco uel ibi circa:dies & noctes uero cũ puo discrimine. ¶ In hoc loco aũt aduertẽdũ est:qa castellani dicũt:p sex uel septem mẽses radios solares inuenisse: per zenith eundo & redeũdo.lusitani eni p octo dierũ spaciũ tm̃:eo qd in diuerso mõ nauigãt:ut dictũ est.tñ ad accipiendã mensuram magnitudinis solis ; lusitani tantum sunt assequendi:quoniam castellani circumcirca ad motum solis decurrebant.

¶ De distantia:quam aliqui astrologi scripserunt inter nos & celum lune: & deinceps usq; ad alios celos ascendendo. Cap.ix.

¶ Astrologi assignant a centro terre usq; ad spheram lune centum nonaginta milia & triginta septem miliaria:& multiplicãdo supra centũ nonaginta milia & triginta septem: ad transeundũ de celo lune ad celũ mercurii ascẽdendo cõtinet ducenta octo milia quingẽta & quatraginta quinq; miliaria. ¶ Celũ ueneris quingenta & quatraginta duo milia & septingenta & quiquaginta miliaria. ¶ Solis autẽ tres miliones & sexaginta milia miliariũ & quatraginta. ¶ Martis tres miliones & nonigenta & sexaginta quinq; milia miliariũ. ¶ Iouis uero uiginti octo miliones atq; octingenta & quatraginta septẽ milia. ¶ Saturni in concauo quatraginta & sex miliones & octingẽta & decem atq; sex milia & ducentũ quinquaginta.In conuexo autẽ sexaginta quinq; miliones tercentũ qnquaginta septẽ milia.& qnquies cẽtũ. Conuexũ uero octaui celi:siue circũferẽtia supior:centũ triginta miliones septingẽta & qndecim milia. ¶ Alii tñ dicunt de centro terre usq; ad sumitatẽ octaui celi in dyametro esse sexaginta qnq; miliones & tercẽtum qnquaginta septẽ & quingẽta miliaria:hoc est i dimidio dyametri totius machine.Vnde assum pto toto dyametro & postmodũ multiplicãdo tres quãtitates & septimã partẽ quas reddit circũferẽtia super diametro celũ octauũ continebit in conuexo:quattuor centũ & qnquaginta miliones. ¶ Hii auctores seu astrologi uero.In principio opinionẽ Aristotelicã uidelicet de uno pugillo terre decẽ aque fieri capiunt:In fine aũt nõ secũdũ opinionẽ Aristotelicã:nõ penes rationẽ imo ad libitum cõcludunt:asserẽdo tot miliones miliariũ de centro terre usq; ad summitatẽ octaui celi sunt:tñ rationẽ nullã ibi adducũt.

¶ Qualiter astrologi dicant:quasdam stellas esse multo maiores quã sit terra:quod pluribus experientiis in oppositum uidetur. Cap.x.

¶ Astrologi aiunt:qd quelibet stella celi stellati maior sit quã tota terra:& quãplures alie septies centum atq; octies magis quam terra : quod uidetur omnibus rationibus & experientiis oppugnare.Nam clare uidemus super hoc terre spacio magnũ cẽ stellarũ numerũ:quia quãuis sol sup orizonte nostro maneat: licet maior aliis stellis sit:possumus septẽtrionẽ meridiem & occasum respicere : & tamen nõ uidere solem ipso ad orientalẽ plagã manente.Quoniã ad uidendum:oportet oculos ad mansionẽ in qua pro illo tũc est dirigere:& si sol maior extitisset quã tota terra:uideremus eum quotiescũq; celum uel superius aspiceremus:dum in nostro hemysphério moratur.Si enim adeo maior est totã terram super nostrũ orizontem cooperiret:per ipsum trãseundo i quo nos habitamus.& siquis inferret: quod sol multum in dilatatione deperdit:psupponendo:quod conuexus seu curuus sit:Respõdemus:quod nulla potest esse in celo curuitas:que per hoc dũtaxat tantam quãtitatẽ in extensione ad cooperiendũ terram deperdat:pcipue quod sol plenus ac rotundus est:& non concauus:siue conuexus.ideo si magis quã terra fuisset:totã ipsam tegeret supra orizontẽ nostrum trãseũdo. ¶ Et astrologi concedũt : quod supra dimidiũ terre transeat:& non apparet ipsam totã cooperire.deceret quod astrologi de hoc causam redderẽt:si modo maior terra sit. ¶ Si autẽ inferunt:quod sol tantũ deperdit quo ad iudicium oculorũ nostrorũ causa longitudinis: hoc nil ad ꝓpositũ de cooperitione uel non cooperitione totius terre.Nam si tanto magis:ut inquiunt: ꝑcul uel circa manens cooperire debet totam ipsam terrã super hemysphério:unde transit.Quoniam in arcu seu cõuexitate duas tertias tantũ deperdere potest:intelligas dum integer arcus esset sed quia dimidiũ dimidietate quoq; magis quam rectum esse potest.Nam celum super uno hemysphério semicirculus est:& non integer.& sic sol dimidiã partẽ totius cõuexitatis tantũmodo potest in cõuexitate deperdere: & dicũt:qd sit maior tota terra ad minus centies septuagesies sexies. Vnde deberet tegere ac retegere totũ hemysphériũ nr̃um per ipsum trãseundo.Et ẽt aspiciẽdo hoc experimẽtũ positũ: unusquisq; itellectus hoium negauit de tãta corporis solaris magnitudine.ex quo nõ apparet solẽ esse ita magnũ: ut aiunt.ꝑsertim qd polus articus apud nos nimie magnitudinis esse uidet:& dicũt manere p multo maiorẽ distantiam a nobis quã sol.Et circa iudiciũ astrolabii:ut iam uisum est:nullo pacto magis esse põt:quã p septies centũ terre stadia.Ipse eni nil penitus deperdit licet erga eum ꝑtendamus. ¶ Et astrologi inquit : qd nequimus p unũ gradũ astrolabii polũ articũ uidere:nisi dũ p septingenta stadia ambulam9:qd si fuisset multo maior q̃ hec stadia:cõtinuo a nobis uideri posset:p plures grad9 astrolabii.Vnde patet:tm̃ cẽ polũ articũ:quãtũ qd minima pars terre:& nõ ut tota.Si aũt sol minor est quã sit polus articus: ueluti ab aliis perspicit:ẽt paruus erit respectiue ad terrã.Sed quo ad ueritatẽ multo maior esse debet quã queuis alia stella extra lunã:quod non uidet esse inter ambo hec luminaria differẽs:ut subsequẽdo explicabit.Nõ tñ

ex hoc sequitur: solem esse centies ac sexagecies sexies magis quã terra: ut describunt. Tunc enim semper esset dies per totam terre circumferentiam. Quoniam si aliquod funale circa corpus opacum ponimus: & funale ardens est maius opaco corpore: ipm corp9 undiq; illuminat: & maius itelligas pro solo illo lichino ardente: & magnitudinem non pro flamma sed lichino. Et quãuis lumen paruum sit: saltem corporis dimidietatem semper illuminat: licet magnum sit: & sol itidem terre dimidietatem & non ultra. Vnde uidetur quod non sit ita magnus ut ipsa: aut ad minus non magis. Tunc enim non undiq; terram illuminaret: & sic non haberemus noctem: licet haberemus parua esset. ¶Neq; iuxta corpora lucida tenet semper perspectiuam: quemadmodum in corporibus opacis. nam si nocturno tempore mittimus unam candelam a longe: apparet quodammodo esse multo maiorem quam sit: & postquam candela quam nos ponimus: que artificialiter luminosa est: tantam uim continet ut uideatur maior illo quod est: multo quidem magis sol & luna eandem proprietatem habere possunt: quum naturaliter corpora luminosa sint: licet quod non est tenendum: uidelicet: quod maiores appareant quam sunt.

¶Quod penes eclypsim constat: quod neq; luna neq; sol sint adeo magni ut terra. Cap. xl.

¶Nõnullis ad probandum: quod sol sit maior quam luna: & luna minor quam terra: exemplũ de eclypsibus adducunt inferendo: quod luna propter suam paruitatem non potest omnino agere: quod sol totaliter eclypsetur: nisi tantum aliqua pars. Non enim potest totũ solem cooperire: & quod luna tota eclypsetur per oppositionem terre. Vnde diiudicandum est: terram esse luna maiorem: eo quod ipsam totam impedire potest. Sed quo ad ueritatem non uidetur iis experientiis concludi intentionem nostram: quia luna in eclypsi: ut postmodum uidebimus: non subiacet soli omnino: nisi a latere ponitur: & sic non potest totam lucem solis impedire. Nam sol & luna in magnitudine equales sunt: ut in sequentibus capitulis demonstrabitur. ¶Et per eeclypsim lune etiam probatur: solem & lunam esse minores q̃ sit terra: & ibi nulla est demonstratio: quod sol sit maior quam luna. quoniam eadem est ratio: si oculi maximi debent corpus paruulum respicere extra aliquod obstaculũ: ac si corpus magnum deberet uideri etiam ultra obstaculum: ab oculis paruulis. Quapropter si sol esset ita magnus super terra: ut inquiunt: per circũferentiam cito suos radios in alteram partem terre uniret: & sine impedimento lunam illuminaret. Quocirca comprobatur: lunam & solem nõ equa magnitudine cum terra compensari. ¶Et hic nõnulli uolunt: quod radii solares non habuerunt sufficientem distantiam altera usq; ad celum lune ad se uniendũ. Nos uero semper affirmamus: quod data in corpore solari ita maiori quantitate quam sit in terra: radii solis in multo minori termino uniretur: quã sit ex terra ad celum lune: ut patet: in aliquam distantiam respiciendo. & in dimidietate ponimus aliquod corpus strictius: quã sit nostrorũ oculorum distantia. ¶Et ubi dicunt: quod radii solares per celum lune transeuntes simul uniuntur: ut palam sit ex eo: quod nulla alia stella aut planeta preter lunam eclypsat. Respondendum est: nullam esse experientiã: que nobis ostendat: quod aliqua stella extra lunam a sole claritatem accipiat: & patet: nã licet propinque uel remote ab ipso sole maneant. dummodo non sint super uno solo hemisphério stelle semper habent eadem equalem claritatem: quod a luna non fit: & quum a sole claritatem non accipiunt; consequenter nec per eius absentiam omnino eclypsari possunt.

¶De experimentis per ortum solis: quas astrologi obseruant in demõstrando solis magnitudinẽ: & quod multo maior quam terra sit.

¶Macrobius ad ꝓbandũ quod sol maior sit quã terra: quasdã opiniones egyptiorũ assumit: & inter alias ꝓcipue unã tanquã experimentatã & infallibilẽ posuit: in qua ita ꝓcedit. Sol postquã incipit cum sua prima parte oriri apud orizontẽ nostrũ: quousq; exit pars ultima ipsius solis una nona hore numeratur: hoc est diuisa hora ꝑ nouẽ partes sol moratur ĩ ortu suo: ex quo oculis nostris apparere incipit: donec totũ corpus sup hemyspherio nr̃o uidere ualeamus. & hoc uult ꝑ longũ discursum indicare asserẽdo: posse a nobis idipsum eqnoctiali tempore probari: eo q̃d dies & noctes tũc equales sunt: & agit dimidiũ circulũ, per quẽ apparere põt: & q̃d umbra uoluit ꝑ unã partẽ none hore. Vñ uiginti q̃ttuor hore reddũt ducentũ & sexdecim ptes: in qb9 sol totũ orbẽ suũ aut terrã circuit. Quoniã uero sol adeo magnus est: sicut & una istarũ ptiũ: quẽadmodũ ĩ ortu suo apparet: ut iam diximus: uidet̃ q̃d ducentũ & sexdecim magnitudines sicut sol tm̃ essent quãtũ suũ celũ. ¶Et hoc celũ solare est multo maius q̃ terra: & ideo uidet̃ quod etiam sol maior sit quam terra. ¶Hic autem macrobius pleraq; dimisit declaranda & probanda: quia inquantũ experiri possumus: non est tantũ interualli inter ortum prime partis solis et ultime: ut ipsemet macrobius ait: uelut patebit. Et hoc facilius experiri potest: quotiescũq; solẽ diluculo ad hemysphériũ nostrũ exire ꝑspicim9: si mõ persp ci põt: & tunc habere debemus unũ horlogiũ arene: q̃d sit in nouẽ partes diuisum: & ubi solem cernere incipimus: extemplo dimittendum est: quod una pars ex nouem illius arene cadat: & proculdubio multo prius uidebimus totũ corpus solis q̃ nona pars horlogii expleatur: nã per dimidiam partem sol citius oritur. ¶Preterea inferunt: solem esse unã partem de ducentis & sexdecim

sui orbis:quod stare non potest:licet concedamus:quod ducente & sexdecim solis magnitudines sufficiāt ad circundandum totū suum celum:tanquam inserta corona sicuti agathes aut uniones inseruntur. Sed propter hoc non sequitur:quod tales soles totum celum comprehendant. Nam per unam lineam tantū strictam uadunt. Dico autem strictam respectiue ad totam aliam magnitudinem celi:que restat ad meridiem & septentrionem:in quo corpus solis non attingit:& quando terram cum celo comparare uoluimus de toto celo presupponimus:& non de una sola circulari linea. & sic non ualet exemplum positum ab egyptiis:ad probandū quanto maior sit sol quam terra:quoniam orbis solis multo maior erit q̄ ipse sol.


¶ Quod sol & luna equalis magnitudinis sint:& de modo capiendi mensuras ab ipsis. Cap. xiii.

¶ Quoniam superius aliorum exempla posuimus:pro ostendenda solis magnitudine:& quod maior q̄ terra sit:in hoc capitulo etiam scribemus:quid de hoc inueniamus:& prius de ortu solis & lune dicemus & ubi astrologi asserunt:quod sol per nonam partem hore in ortu suo demoratur:scilicet ex quo incipit prima pars apparere donec ultima exeat:nona pars hore transit:& nos pluries experto comperimus:sicut & omnes uidere possūt:quod fere sol ī ortu suo sit duplo uel circa uelocior q̄ astrologi scripserūt:q̄d deuenit ad decimam septimam partem hore & septem pūcta uel circa. ¶ Sed dimittamus septē pūcta:& dicamus quod sit decima septima pars hore:quod profecto circa decimamoctauam adhibetur ut uideri potest:accipiendo horlogium de arena in decimam septimam partem diuisum:qa in illo spatio quo illa pars arene cadit:totum corpus solis oritur:& etiam dinumerando uel dicēdo aliquam orationē mētaliter cognosci potest:& hoc modo innotescit aspiciendo:quando sol uidetur:quod sit ortus per longitudinem unius lancee uel duarum respiciendo ipsum:quum incumbit super aliquo edificio & uenit corā nobis:seu in cōspectu oculorum nostrorum:nihilominus oportet:q̄ caput nusquā moueamus ab eo pūcto quo prima pars oriri incipit:quousq̄ ultima ad uisum nostrum oriatur:licet quod nō opus ē semper ipsum aspicere:nisi de momento ad momentum. Iam enim ibi humores:quos in crepusculo habet dimisit:quod si ipsum in primo ortu respicimus:aut quando apparet esse iuxta terram:ex causa humorū qui opponuntur uidetur:quod sol maximus sit:& nimium in suo motu persistat:non tamen ita ut astrologi inquiunt. Denique ipsum respiciendo ubi iam humoribus denudari uidetur:aut quod humores uisui nostro non obstent:diuisa hora in centum & sexaginta puncta:sol per nouem istorum punctorum uel paulo magis aut minus in ortu suo demoratur. Quocirca uiginti quattuor hore centum & sexaginta qualibet diuisa in centum & sexaginta puncta faciunt tria milia octingenta & quatraginta puncta:& intra istum numerum nonus reperitur quatricentesies et trigesies sexies:& aliqua itidem puncta magis & in centum & sexaginta inuenitur decem & septem nouies & septem pūncta:Quapropter sol erit una pars sui orbis de quatricentis & triginta sex. Verūtamen intelligitur q̄ ad curculandum celum solis tanquam corona sufficiunt quatercentum & triginta sex corpora:& quod unumquodque sit adeo magnum ut sol. ¶ Et hoc modo mensuram solis accipiendo ipsum cum luna equalem reperimus:quāuis aliquantulo magis luna morari uideatur:ex eo quod non est ita uelox ad transeundum ex oriente in occidentem. Hec uero differentia parua est:ideo diiudicare possumus:quod sol & luna equales sint in magnitudine. ¶ Et ista mensura accipienda est:quando sol in equinoctio nostro manet:quod uidetur fere coram nobis oriri:& tunc a nobis plene uideri potest:uel quocūque tempore. Semper enim plenus est:& sic nulla intercidit deceptio inter unum tempus & aliud:& luna mensuranda est in prima nocte:dum omnem suam plenitudinem nanciscitur:& talis mēsura facile capi potest cum horlogio arene aut aliquo numero:sicuti patet noster:sub aspicientia oculorum.

¶ Qualiter probetur:quod terra multo maior sit q̄ sol. Cap. xiiii.

¶ Secundum mensuras:quas de elementis superius assignauimus:dicemus:terram esse multo maiorem sole:quoniam iuxta corporum proportionem reperimus:unumquodque habere tres quantitates in sua circulatione:& aliquid magis q̄ in diametro. ¶ Si uero in superficie illius corporis alia tria corpora ponimus:quod quodlibet eorum equalis magnitudinis sit cum primo:uenient ad se inuicem tangendum circūcirca illud primum:quod inferius manet:& si ista corpora superius manentia rotunda sunt:& quelibet eorum superficies attinget ad centrum illius corporis inferius manētis:unū tertiū est intus in illo īferiori:& duo tertia superius manent:que partes illorum superstantium corporum super primo erunt. Iccirco si super terra ista tres terras tanquam insertas poneremus:possunt se contingere uel quasi tangere & circundare totam hanc terram:ut patet:in exemplo hic posito per circularem figuram. Et quia in superficie terre possumus tres quantitates eius depingere in altiori superficie aque:sex terre quantitates depingerētur:super aere uero nouem:& in igneo elemento duodecim. quia elementum aque tribus quantitatibus elementum terre excellit:tamen in seipsam terram continendo. Quoniam ablata terra:aqua non erit nisi due quantitates. Et sicut de aqua super terra diximus:ita & de aliis elementis intelligendum erit:& sic

aer in tribus aquam superabit:& ignis quoq; aerem in tribus intus ipsum continendo. Vnde super terra tres terre inserte erunt:& super aqua sex:eo q; tribus superat:& super aere nouem & duodecim ascendẽdo super igneum elementum. Quamobrem inter ipsum & celum lune:stare possunt duodecim quantitates terre dimidietas in celo lune:& alia dimidietas in elemento igneo.ex quo uidetur quod duodecim uel tredecim terre quantitates possunt totum celum lune circundare:& undiq; adimplere : quemadmodum ab elemento igneo fit.& per hanc uiam terra erit maior luna aut sole quatricenties & uigeties quater:& ultra hoc alias de maximo numero.quia quatrigente & triginta sex lune quantitates:non implent suum celum undiq;:nisi per unam solam lineam tanquam coronam:& duodecim terre quantitates totum celum lune per omnes partes adimplerent.tamen si mensura siue gradatio quã in elementis imaginamur uera est:q; de sole & luna non sit dubitatio:quod sint in maximo numero minus q̃ orbes sui:& etiam pluribus experientiis patet : quod non sint tante magditudinis ut terra. ¶Deniq; secundum hanc uiam assumẽdo:sphera ignea erit sexta pars totius huius concauitatis lune:& alia tria elementa septimam impendunt:terra scilicet unam aqua duas:& aer quattuor.



¶De Eodem.

¶Preterea cum auctoritate hispanorum euntium ad idias uel ad noctuales partes approbare possumus solem non esse ita magnum ueluti terra:quoniam omnes qui pluries ad partes illas fuerunt:affirmant:q; per spatium octo dierum cum mediocri nauigatione transeunt omnes radios solares:uenientes per pendicularem lineam siue zenith.corpus solare enim non potest esse maius illo quod radii ipsius comprehendunt cadentes per pendicularem. ¶Nunc uero ad dinumerandum spatium nauigationis:deueniẽdũ est.aduertendum tñ per prius:q; in patria illa idest in zona equinoctioli aut sub zodiaco:non nauigatur ita uelociter ut in partibus septẽtrionalibus fit.quoniam circa equinoctiolem lineam paucum uiget aer:& tñ naute asserunt:q; per octo dies cum mediocri nauigatione trãseunt omnes radios solares p zenith euenientes:& cum mediocri nauigatione siquidem: presertim in partibus illis non potest ambulare p horam ultra duas leucas:que sunt sex miliaria & si magis parum erit. Vnde possunt esse quinquaginta leuce per diem:& quatuorcente in octo diebus:& hec erit magnitudo corporis solaris.sed dicamus q; in conuexitate ipsius solaris corporis:ut uisum est:deperdet unum tertium in longitudine unum tertium de quatuorcentis continet centum triginta & tres leucas:que sunt per omnes quingente triginta & tres leuce. multiplicãdo nunc diametrũ seu longitudinẽ hãc i circũferẽtia:p tres quãtitates & unã septimã ptẽ erit magnitudo solis in circũferentia p mille & sexcentas leucas:parũ magis aut minus:manendo sup hãc nauigationẽ.ita q; sex magnitudines solis aut sex cũ dimidio:erunt ferme tantum quantum tota terra:quũ terra cõprehendat circũcirca decem mille leucas:& duo milia miliaria. ¶Et dicendo:q; in hac nauigatione sol potest in eo tempore ascendere aut descendere per zodiacum de tropico cancro ad capricornium aut econuerso:in quo aliqua erit deceptio in numerando:respondetur q; in octo diebus parũ ascẽdit aut descendit sol. ¶Iuxta experientiam enim assumptam in ortu solis : uidetur q; sol sit multo minor terra de illo quod hic ponimus. ¶Et illa experientia de ortu solis potius tenenda . quoniam hec dinumeratio:quamuis colorata non est recta:ut facile uideri potest:in quacunq; magna rotunditate:q̃ potest ibi plura corpora rotunda minora apponere:& mensurando postmodum omnia hec corpora minora unumquodq; per se continent nimium magis in circũferentia:quum illa unica rotunditas magna per se assumpta circũcirca:ueluti in uno cophino uel uase pleno pomorum comprobatur:quoniam omnia illa poma particulatim circundata multo magis distantiam continent quam cophinus in circumferentia : in quo poma manent . Et ita de corpore solari dicendum est : quod transeundo diametrum eius per octo dies:aut locum ubi radios suos emittit:est per plures quantitates minor terra: ut centũ uel ducentum. ¶Et hic quoq; de magnitudine poli artici & aliis stellis facile uideri potest:& quod nullatenus cum pluribus atq; pluribus ita magne ut terra sint : ut ratione patet ; & experientia a pluribus hyspanis uisa:transeuntibus sub radiis solaribus per zenit cadentibus. ¶Quoniã nullatenus sol maior potest esse in diametro de illo quod iam posuimus:neq; dẽ ita magnus.qm̃ nauigando tanquam circum-

circa terrã uadũt:in qua nauigatione mensura diametri solis prolongat.nã ad assumendũ ipsam ĩ recto modo oporteret per aerẽ decurrere in toto illo spatio nil ascendendo nil descendẽdo:ueluti sagitta a balista proiecta:uadit in principio per aliquos passus.unde fit aliter esse capiendam mensuram solis ueluti dicẽdo nauigãdo mediocriter possumus transire de polo artico ad antarticũ per mare:decurrendo ĩ spatio septẽ uel octo mensium:quod erunt ferme triginta ebdomade.traiicitur in octo diebus p totã illã distantiam:ubi radii solares cadũt:per zanith.sequitur terram esse trigeties maiorẽ sole. ¶ Preterea hic aliud manifestum de grossitudine celi:in quo sol manet agnosci potest.concesso tamen iuxta sententiam multorum tanquam nodum in tabula se habere.Huiusmodi capiendo omnis nodus ĩ tabula uel ĩ ligno de naturali ordine attingit saltem ad dimidiũ seu ad medulam ipsius ligni : in quo manet.Sol manet in celo tãquam nodus in ligno:igitur attingit ad dimidiam partem uel medulam ipsius celi. ¶ Nunc sic: sol secundum opinionem sapientium:& id quod uisui apparet corpus rotundum est: potest continere in diametro:ut uidimus quando magis quingentas leucas & per diametrum quoq;:quia corpus rotundum attingit ad dimidium celi : in quo manet.sequitur celum solis de naturali ratione non posse continere: nisi quingentas leucas usq; ad dimidium:alias quingentas uero in altera dimidietate.unde celi non sunt ita grossi ueluti ab astrologis enarratur.

¶ Cur planete uideantur oculis nostris qñq; remotiores a terra:& qñq; ꝓpinquiores. Cap.xv.

¶ Asseritur:quod planete aliquando sint terre propinqui:& aliquando semoti:quod multi probare conantur allegantes uisui patere:tum maiores:& tum minores esse: & qđ in se planete semper equales sint. Sed manentes magis propinque ad terram maiores uidentur:& quando procul econuerso. At nos aliã eiusmodi apparentie causam esse dicimus:hoc est propter temporum uarietatem.Nam ĩ eo quod temp9 turbidum aut clarum:stelle tunc uisui nostro maiores aut minores apparent:quod hac conditione probatur:quia in diluculo quando sol orit & luna in principio noctis exit:multo maiores uidentur q̃ postea per medium transeundo super habitatione nostra.Et quia uisui nostro maiores demonstãntur in ortu:& tunc remotiores a nobis sunt:manifestatur:quod stelle quo ad seipsas tam in una pte q̃ in alia uisui eque magne apparent:nisi quod per aerem grossum uel uapores quandoq; magne uidentur:& per tẽpus clarum siue aerem magis parue assimilantur.quando autem aer est marinus uel solanus:& tempus caninosum uidetur solem & lunam magnos eẽ.qđ si uentus aquilo decurrit:maxime dum aliquam raram nubẽ deducit:sol & luna uidentur in eminentissimo loco manere. ¶ Et hic astrologi consueuerunt figurare duas lineas:que uadãt ex centro terre usq; ad quẽlibet planetarum & ad corpora que remotiora manẽt linee in fine strictiores eunt.& ad propinquiora latiores.Ignoro tamen a qua similitudine he linee proueniant.oculi enĩ nostri non sunt adeo distantes inter se:ut ab istis figurantur linee super centro terre:nec tantum manent radiis oculorum ad se uniendum:si modo uniri debent:quantum a terra usq; ad celũ lune distat:neq; respiciunt pro magis stricto corpora longiora:q̃ propinquiora immo potius econuerso. ¶ Quod si per unum foramen astrolabii corpus planete respecturi sumus:nõ iudicamus emittere duas lineas oculares:nisi unã tantũ:si p foramẽ respicimus.Quoniã ante foramẽ amborũ oculorum uisiones unite sunt:aut quod uniri nequeunt:& si aliquod obstaculum oculis nostris obiicitur:& quod in magnitudine ipsos superet:nunquam possunt uisuales lineas unire . Si uero obstaculum est minus q̃ oculi linee uisuales cito uniuntur:& si est equale ad oculos:idest in distantia de oculo ad oculum:semper radii uisuales uadunt in equalem distantiam ultra illud corpus:nec ullo pacto uniri queunt.

¶ Qualiter ad ꝓbãdũ plures esse celos:accipiat fundamẽtũ uariorũ motuũ:quos ĩ stellis uidemus: quosdã scilicet tardos & quosdã leues.Nos uero oẽs ĩ uelocitate equales esse dicimus. Cap.xvi.

¶ Maius argumentum quod astrologi adducunt ad probandum plures esse celos est:inferẽdo:qđ dispares planetarũ motus in uelocitate uideamus.Nos uero dicimus:quod motus solis & lune equales sunt in uelocitate:sine aliqua interposita differentia.Nam quẽadmodum luna est uelocior ad ascendendum et descendendum per signa magis q̃ sol in eodem gradu:sol est uelocior q̃ luna ad transeundũ ab oriente in occidẽtẽ:quod omnibus respicientibus patebit:q̃uis luna ascendat aut descendat tredecim gradibus per signa quolibet die:totidem sol in longum peragit quolibet die ab oriẽte in occidentem:magis q̃ luna:& ĩ una circulatiõe uiginti quatuor hore ĩgrediunt:& luna quoq; p uiginti quatuor horas uadit magis q̃ sol p signa ĩ quolibet mẽse.& sic ĩ anno cõpleto sol pficit undecim circulos magis q̃ luna:& ipsa uadit p signa undecies magis q̃ sol:q quũ ĩ anno ꝓpriũ motũ cõplet semel p signa:luna pgit ĩ anno p duodecim reuolutiões ab oriẽte ĩ occidẽtẽ:& sic equalẽ uelocitatẽ deueniũt. Nam sicut dicũt qđ luna cõplet unã circulationẽ ĩ uiginti quatuor horis:debet ĩtelligi circa uiginti qnq; horas:q̃ sunt p duos gradus minus:qa tredecim gradus quos retrocedere dicũt deficiũt:ad cõplẽdũ circulum orientis usq; ad occidẽtẽ non quod retrocedat:sed ad latus pergit:alias ad meridiem:& alias ad septẽtrionem. ¶ Et quod sol citius ac uelocius q̃ luna ab oriente in occidẽtẽ ptranseat:aperte cõstat.Exẽpli gratia:hodie erit cõiũctio

inter solem & lunam:& cras sol preire inchoabit lunam precedendo:taliter quod quindecim dierum spacio sol adeo elongatur per uelocitatē suā:quod dimidiā celi reuolutionē siue de oriēte ad occidētē adipiscitur:& tūc fit oppositio.& p alios qndecim dies sol uadit retro lunam:quousq; ad ipsam attingat:& tunc iterum coniunctionē causant:& denuo sol anterius transit:quia sicut per signa in die tredecim gradus luna discurrit : sol uadit uno gradu p signa uel p propriū motū:& duodecim gradus peragit citius q̄ luna ab ortu in occasum:uel p ꝓpriū motū ut dicit:ideo i leuitate adequant:licet aliq oino uelint:qd luna tam cito q̄ sol ab ortu in occasum transeat:aut per motū quem ipsi raptum appellant. Attamen cōtra hoc manifestam experientiam habemus.Nam luna in triginta diebus non circuit nisi uiginti nouem gyros circūcirca terram:& sol triginta seu paulo magis aut minus. ¶Preterea hodie etiam sol & luna in uno puncto oriunt:& cras sol orietur uno gradu differenter : luna uero tredecim gradus habebit de differentia:& nō oritur anteq̄ sol:nisi per duodecim gradus post:ex quo manifestatur:lunam esse tardiorem sole ad transeundum ex oriente in occidētem:& hoc per horlogium ꝓbatur:uerbi gratia:ista nocte luna exit in primo lucis termino:quando horlogium uiginti quattuor horas pulsat:& cras per tredecim gradus tardior ueniet:ꝙ sunt duo gradus minus q̄ hora:quum hora quindecim gradus contineat:& sol ascendendo agit unum gradum de differentia ex ortu hodierno ad crastinum : & similiter dum descendit:sed ascendendo exit prius hodie q̄ quod heri:& descendendo econuerso : quod circa clyma nostrum intelligitur.

¶De argumento quod ab eclypsi assumitur:causa inferendi:quod sol & luna sint in diuersis celis: & quomodo detur oppositio:quāuis in uno solo maneant. Cap.xvii.

¶Solet accipi hoc argumentum uidelicet:quod nō esset eclypsis si unum dūtaxat celum daretur:eo qd ibi luna non posset soli opponi:& nos dicimus:quod non sequitur dicendo:ꝙ si sunt in uno celo opponi non possent.Nos enim quāuis in una sola terra simus alter alteri opponimus:& taliter sol & luna possunt eclypsim siue umbram causare:licet i uno celo sint.Sed ad hoc faciundū oportet : quod planete sint dissoluti:& non fixi in celo.Nam si fixi sunt:aut tanquam nodus in tabula se habēt:si in uno celo manēt eclypsim causare nequeunt:tamen uidetur quod si sol meret in celo altiori q̄ sit celum lune:rotundā umbram agere deberet quando eclypsatur:aut per directum sub luna:quod in re obiicitur.Semper enim in eclypsibus a latere umbram causat:& non per directum sub luna . Quoniā umbrā reddit:tū ad orientē: tū ad occidētē: & qn̄q; ad partē australem & alias ad septētriōalem. ¶Preterea dicimus:quod in oppositione non potest:nisi parua lune quantitas conspici:quāuis ipsam in pelui aque plena respiciamus : co quod sol non potest eam aliunde q̄ a latere prospicere . Et quum debet plenam sibi claritatem prebere: opus est quod plene possit ipsam totam respicere:quod si in duobus celis manerent quando est eclypsis: saltem lunam claram per omnem suam rotunditatem uideremus.Ipsam enim equaliter sol per circuferētias illuminaret.Sed qa eā dūtaxat a latere illuminat:uidetur quod in uno solo celo maneant : ubi uero in oppositione sunt siue in sole existente apud occidentem:& luna apud orientem dum totam lunā a spicere potest:ipsam quoq; totam illuminat.Quando uero in propinquo sunt:quum nequeat:nisi a latere illuminare:cornua in luna causat:& sic cornua ueniunt per directum econuerso:ex illa parte in qua sol manet.qd si sol i altero supiori celo existeret nō ꝓduceret illa cornua i luna. ¶Preterea nec ualeret p ponendo:non esse sufficientem distantiam de terra ad lunam:ut solares radii cōiungi possent:antequā ad lunam attingant:postquam terram transeunt.Quoniā si sol in tot quantitatibus maior terra est:ut a pluribus enarratur:non possunt radii eius quando magis per decem miliaria transire:antequam reuniantur:& luna semper per miliaria quamplurima a terra distat & si fortassis inferre uellemus:lunam minime eclypsare:causa:ꝙ terra inter solem & ipsam apponitur:tunc aut contra hanc obiectionē aliam accipiemus uiam:ut ad probandum intentionem nostram ualeamus tali modo prosequendo:omne luminosum corpus per quiquies uel sexies maius corpore opaco : quod ante ponitur coniungit radios suos per breuissimum spatium extra corpus ipsum appositum . sol de sententia omnium astrologorum non tātum quinquies uel sexies:sed septuageties sexies maior terra est:sub quo ordine nunquam terra potuisset umbram per unum miliare uersus celum causare.nam ueluti radii paruuli luminis uel occularis se habent ad corpora opaca minora ipsis:ita radii magni ad opacum corpus magnum:dummodo radii ipsi maiores corpore opaco sint.Et aduertas:quia ueluti in eclypsi lune probatur : terram maiorem esse quā lunam & solem:ita in eclypsi solis comprobatur:qualiter sol non sit maior luna.nam si maior esset:priusq̄ radii solares uenirent ad terram:unirentur simul per omnes partes:postquam transirent extra lunā presertim dum sol esset maior super lunam:ut ab astrologis dicitur.

¶Quonam pacto argumentum capiatur:lunam a sole claritatem assumere:& quid causa sit:quod luna noua cornuosa & cōuexa a nobis uideatur : & cur ipsam possumus uidere in matutino:ea die qua renouatur:& non in nocte post renouationem. Cap.xviii.

¶ In eclypsi lune uero simul cũ renouatiõe ipsius lune argumentũ capimus: lunã a sole lucẽ assumere: &
nõ aliusmodi. & adhuc pricipalius circa renouationẽ seu cõiunctionẽ: quã i eclypsi. qm̃ de eclypsi ipse po
tuissemus aliquas alias adducere causas: saltẽ cũ aliquo colore ad ꝓbãdũ: cur eclypsis lune fiat: sed de clari
tate circa cõiunctionẽ: nullã aliã possumus adducere cãm: unde lux ueniat: nisi a sole. qm̃ nõ tm̃ uidemus
assumere claritatẽ solũ p illã ptẽ quã aspicit solẽ: imo etiã dirigit cornua ad ptem cõtrariã: qua sol i eo tũc
manet. ¶ Sed ultra hoc qđ sensibus apparet petendum est. unde hoc euenit quod in principio & fine.
Luna appareat nobis in modo arcus: hoc est conuexa & nõ ueluti dimidiũ rotundũ trãseũdo: claritas illu
minãs ipsam lunã equaliter de cornu ad cornu. ¶ Et ad hoc facilius cognoscẽdũ qliter fiat aliqđ instrm̃
rotũdũ capiẽdũ est: ponẽdo ipm̃ sup partẽ occidẽtalẽ uel oriẽtalẽ: ꝙ ueniat super eã altitudinẽ ad uisũ m
nr̃m: ueluti manet luna iuxta orizõtẽ nr̃m: qñ ipsam uidemus nouã: aut i opposita parte ultimatã senen-
nã i eo tunc: qa sol est iuxta lunã ipsam: & lunã iter nos & solẽ nõ possumus uidere: nisi parũ de claritate
solis illuminãs lunã. qm̃ ipse tm̃ illuminat semper dimidietatẽ lune: manẽdo iuxta ipsam: & luna i eo tunc
iter nos & solẽ: nõ possumus uidere illam partẽ illuminatã i luna: & dũ uidemus tãtũmodo i dimidia par
te ipsius lune est: per illã ptẽ ubi radii solares eueniũt: & hoc quonã pacto fiat apparet manifestũ: accipiẽ
do corp9 rotũdũ & ꝙ ponamus ipm̃ super partem orientalem aut occidentalem ueluti lunã cornua ha
bentẽ uidemus: & retro hoc corp9 rotundũ ponaẽ aliqua cãdela ardens: tm̃ possumus uidere de luce quã
dã partiunculã tanq̃ filum super dimidietatem corporis rotundi per partem iferiorem: tñ id corp9 rotũ
dum debet manere alti9 quã nos sumus: & isuper magis uidemus de claritatate super partem septẽtriona
lem: eo ꝙ corp9 manet ad meridionalẽ plagã ueluti luna agit. unde lõgius fit cornu superi9 tendens quã
iferi9. per partem superiorem uero nõ possumus ipsam uidere: idest ad partem celi. hec experientia autẽ
optime ostendiẽ i aliquo corpore rotundo cõcauo: ueluti est ouum: aliqs lanx & ꝙ ponam9 aperturã uer
sus nos. unde clare apparet qliter i uno solo filo claritates uidemus super illud corp9 rotundem. qm̃ ad ui
dendã tm̃ superficiem ualere possumus: i mõ cõnexo circũdãdo. & ut facilius hoc quõ sit apphendaẽ: assu
maẽ corp9 rotundum depigendo ipm̃ p dimidietatem album. & per alterã dimidietatem nigrum seu de
aliis duobus diuersis coloribus ponendo corpus ipm̃ ut dictum est: si album manet ad ptem orizõtis: tm̃
uidemus de ipsa quãdã partiunculã i mõ cornuosam: super dimidium corporis: & hoc põt ubicunq; faci
liter ueꝝ eẽ iueniri. ¶ Ita i luna cõtingit: qñ uadit iuxta solem: & ipsa manet iter nos & solem ipm̃. nã si
luna i p̃sentia solis appareret occulis nr̃is: qñ ambo sunt super hemispherium nr̃m: multũ a quocunq; ori
zonte nr̃o eleuatã uideremus lunã: q̃uis ꝓpinquissime trãsiret: uideremus eã saltem unum quartum ipsius
ueluti si unũ pomũ p dimidietatẽ scideremus: & postmodũ illud dimidiũ iteꝝ p trãsuersum scinderemus.
nõ aũt i lõgũ: simili modo ueluti eqpars pomi unũ quartũ de luna uideremus. nõ eni i modo cornuoso:
sed dũ iuxta orizõtẽ nostrũ sol & luna manẽt ambo sup unũ & eũdẽ orizõtẽ nõ possumus uidere: de cla
ritate solis: nisi paulisper i circũferẽtia dimidietatis lune: & i pte supiore itegrã dimidiã rotũditatẽ uide-
mus: p ptẽ iferiorẽ uero non totã. ¶ Amplius oportet qñ sol & luna ꝓpinq sunt: ut aliqđ de luna ipsa
uideamus: ꝙ sol sub altero hemispherio maneat: luna uero sup nr̃m: nã si ambo sup nr̃m: nullatenus lunã
uideremus: cã maxima reuerberatiõe solis iuxta ipsam lunã. ¶ Tamẽ hic uideẽ eẽ quãdã aliã difficulta
tẽ: hoc ẽ ad cognoscẽdũ qua de cã lunã uidemus circa aurorã: ea die q renouaẽ: & nõ apparet in nocte
qñ renouata est: nec i alia secũda die eueniẽte. ¶ Cui dubio rñdeẽ: ꝙ ea die qñ luna agit: p̃sertim si tar
de uel i ea nocte eueniente renouatura est: accendit circa aurorã p cõpetẽs spaciũ sup emispheriũ prius
quã sol oriaẽ: & sic facile luna ea die uideri potest: si debet renouari: siquidem in matutino per unam ho
ram aut duas diei illa die non uidemus lunam ipsam in aurora: nequidem in alio termino: ¶ Postquã
renouata est: non potest uideri per illam diem: nec in secunda. Quoniam in ambobus diebus sol et luna
oriuntur & occidunt fere simul: atq; p hemispheriũ nr̃um tota die transeunt: & luna nullaten9 uideri põt
a nobis: dũ iuxta solẽ manet: & ambo sup hemispheriũ nr̃um sunt. ¶ Et sic tertia die post renouationẽ
lune: qr̃ sol ingrediẽ p dimidiã horã aut unã parũ magis aut minus in alterũ hemispheriũ: quã lunã: i eo
tunc lunã ipsam uidere possimus: uidem9 ipam altiorẽ sup orizontẽ nr̃um aut iferiorẽ secundũ horam: in
q tertia die p̃terita renouata fuit. sub quo ordine nõ repugnat: ꝙ qñq; in aliqbus locis expeditis: ꝙ luna
apparet secũda die renouatiõis: sed ea luna nõ fuisset uisa i aurora i die renouatiõis. ¶ Deinceps uero
cũ sol & luna ꝓlongaẽ: quanto maiore ꝓlongatione: tãto magis de ipsa uidemus: quousq; cernimus di
midiã partẽ: hoc est ptẽ uersus nos manentẽ. quoniã non uidemus tergum seu partem ad celum tenden-
tem: nisi faciem nos aspicientẽ. ¶ Quoniã tantũ ualemus ad uidendũ in his partibus: ubi radii solares
de pleno attingunt per illuminationem aut resplendorem nullam claritatem in ipsa luna discerneri põ
test: quod non fit in his inferioribus: ꝙ ueniat claritas a sole uel ab aliis luminosis corporporibus. gra-
tia exempli: posito aliquo corpore opaco ante radios solares: obstat ipsis: ut non tangant per quoddam
spatium ubi umbram dicimus: tandem uidemus tale spatium umbrosum: atq; corpus opacum per latus
illud: luna uero ubi radii solares non tangunt: discerni ab occulis nostris nequit. ¶ Amplius de ma-
culis: que in luna uidentur uideri succincte aliquid dicendum est. In primis qr̃ luna corpus solidũ est: atq;
tanquam speculum ad recipiendum formam claritatis: & deinceps ea que recipit etiam ipsa per ra-
diationes representat aliis inferioribus corporibus: ueluti specula manu facta nostra: cõcipiũt figuratio
nes nostras: & deinceps nobis ipsis & aliis representãt eas: ita luna in recipiẽdo radios solares & ipsis post

modum transmittendo:aliquã ibi fit percussio iter radios solares uenientes & reuerberãtes de luna:i quã reuerberatione aliquę fiunt nudę:ueluti i aliquibus pannis atq; plumis auium fieri solet. ¶Aut põt dici:q radiationes ab ipsa luna exeuntes:tanquã flama in igne se habẽt :que flama nõ ita uniformis rubea exit:ueluti prime sunt.nã flama semper aliquas maculas habet:ueluti in luna apparere solent.& q a similibus effectibus macule lune oriantur : etiam in iride comprobari potest.qm̃ eo q radii solares in aliqua spissa nube reuerberant plures causant colores. ¶Preterea in hoc loco potissime unum annotandum est:uidelicet:an radii solares postquã tangunt lunã reuerberãdo eueniant ad nos:uel quod uirtutẽ apponant in ipsa luna emittendi illuminosos radios.tandẽ sub paucis dicendũ uidet esse.quod uirtutẽ potius apponant:quã quod radii solares per reuerberationẽ ad nos eueniãt.qm̃ si ipsimet radii oĩno calidi euenirent:pſertim si ab elemento igneo caliditatẽ capiunt:ut a quibusdã asserit: radii euenĩetes a luna experiunt frigidi:sequit ab ipsamet luna emanare : nõ autem a sole.qm̃ tunc qũocũq; euenirent:calidi essent.

¶De auctoritatibus quibus uidetur unum tantum esse celum:ac de aliis que de pluribus inferunt. Cap.xix.

¶Quod secundum naturam uideatur unum esse celũ:alibi pertractauimus.De auctoritatibus uero uni cuiq; parti aliquã allegare possumus:& pro parte nr̃a forte magis distincte:Dicit eñi i genesi. ¶Creauit deus celũ & terrã & nõ dicit celos neq; terras:& postmodũ:fiãt duo luminaria magna in firmamento celi:nec de celis fit mentio. ¶Alie tamẽ auctoritates dicunt:duos uel tres esse celos.sed he auctoritates possunt pro igneis & aeriis elementis:ac pro sphera aque assumi.Ait enim scriptura:quod sit aqua super celum:& non est intelligendum quod supra celum planetarũ sit:tãdem q unũ celũ uel plures sint parum itererit.Quocirca i modo disceptãdi utrũq; ꝓponimus posse cõgruere.Verum etenim aliqua hic occurrunt difficillima ꝓbatu:q unusq̃q; planeta heat unum celũ per se:& fixus i ipso tanq̃ nodus i tabula maneat.qm̃ unũquodq; celum iferius est cõtiguum per totã superficiẽ superioris:itelligas per partẽ iferiorẽ ipsius superstãtis celi.unde fit q nullum celum extra locum suũ trãsire põt:aut aliqd de situatiõe sua per unã partẽ deperdere:& per aliã aliqd ad extra acqrere.ex quo oportet:q celũ solis i motu suo absq; deperditiõe loci q̃nq; declinet ad septẽtrionẽ.& q̃nq; ad meridiẽ:tanq̃ ad latera.Nunc hoc posito:ad aliqd exẽplũ tãgibile deueniamus:& fiat circulus cõcauus de aliquo ligno uel ferro:& ponat i dimidio q̃dã pila uel ouum.faciamus signũ i circulo tanq̃ sol i ipso circulo:q ueniat per zanith supra dimidiũ oui: declinet postmodũ circulus ad partẽ australem seu quã nos meridionalem dicimus nõne eo tũc i eadem mensura per partem superiorem:ubi fecimus signum ad meridiem declinat etiã per partem iferiorem oui:ad septẽtrionem tendit.Voluat nunc circulus per illã rectitudinem:qa quãto magis i die uel i hemisphęrio nr̃o:idest super ouo pendet ad tropicũ capricornum:tanto subtus ouo ad septẽtrionem declinat.Quãobrem hoc assumpto sequeret:q i hyeme erãt dies magni i p̃te septẽtrionali:saltem p̃ alterũ hemisphęriũ & paruuli i parte poli antartici.Sed hic aliud dubium accedit:qm̃ si sol i hyeme nimium ad partem septẽtrionalem per alterũ hemisphęrium appropinquaret:de necessitate ipm̃ i hyeme uideremus oriri & occidere:multo magis ad partẽ septẽtrionalẽ q̃ estiuo tp̃e.& qa palã ecõuerso experimur tenendum est q i estate potius ad partem septẽtrionalẽ per hemisphęrium nostrum atq; per aliud appropinquet q̃ i hyeme:& i hyeme ad polum antarticum per utrũq; hemisphęriũ:quod oppositũ sequeret si sol in aliquo fixo celo maneret.Nequidem ualet inferre : q sol semp̃ p̃ unã & eãdẽ lineã trãsit:sed tũ remotius a terra p̃ hemisphęriũ nostrũ:& tũ ꝓpinquius pariterq; p̃ alterũ.Sed hic uisus & umbre oĩo decipi nequeũt.qm̃ altitudo uel ifimitas nõ põt causare:qd i hyeme i ortu solis umbre nostre aliqualiter ad p̃tẽ septẽtrionalẽ dirigant:& i estate ad meridionalẽ:& etiã uisus taliter iudicat.Quocirca tenẽdum est:q in effectu estiuo tp̃e sol magis ad p̃tẽ septẽtrionalẽ & hyeme ad australẽ oriat. ¶Amplius secũdũ extimationẽ astrologorũ de clymate quarto usq; ad tropicũ cãcrũ decẽ & septẽ gradus sunt:& iter tropicũ cãcrũ & capricornum quadraginta & sex uel septẽ gradus:que est latitudo zodiaci.Et hic nõ ẽ assumẽdũ i circũferẽtia zodiaci: nisi i latitudine.Quãobrẽ p̃ astrologos ꝓbat:q̃liter sol nõ semp̃ uadit eadẽ linea:licet eã querẽdi saluare dñas iter dies & noctes:plura querãt:q̃ absq; fundamẽto manẽt:ut agẽdo de epicıculis & orbib9 patebit.

¶Quomodo oẽs planete in uno celo esse queant:& quod unus alteri non obstet. Cap.xx.

¶Quidã aiũt:qd planete obuiarẽt seu detinerent:si nõ esset nisi unũ celũ:qd stare posse uidet:qm̃ unus tenderet i occidentẽ & alius i orientẽ.Sed qa oẽs una uniuersali uia tẽdunt:scilicet:ab oriẽte i occidentẽ: difficile est:quod obuiarent:nec qd detinerent.qm̃ unusq̃q; planeta ꝓpriã uiã naturalem habet:qua suũ motum perficiat.Quod si plures essent celi:difficile uideret quod equales motus i uelocitate ita ut agunt perficiant.Nulla enim in uelocitate est differentia:preterq̃ in uarietate decurrẽdi p̃ signa. Nã sicut unus citius per signa discurrit:alius ecõuerso se habet:qa uelocius transit ab ortu in occasum:

¶Quod astrologi presupponunt omnes celos extra primum mobile ꝓpriũ habere motũ ab occidẽte in orientẽ:& esse contra cursum suum deductos. Cap.xxi.

¶Astrologi absq; alia pbatiõe:tanq̃ p fundamẽto accipiũt:qd solũ celũ supius aut nominatũ primum mobile uadat pprio motu ex oriẽte i occidẽtẽ:& qd oẽs alios uioleter secũ deducit:& qd alii pprio motu ab occidẽte i oriẽtẽ redeãt.Hoc aũt nulla hactenus ab astrologis pbatiõe inotuit.& admirãdum ẽ:quo pacto astrologi i principio imaginari potuerũt:qd unũ corp9 cõtinuũ rigidũ atq; in uno loco fixũ:põt ire ante & retro eodẽ istãti:tametsi quoddã exẽplũ haud parũ simplex assignare cõsueuerint.qd posita musca i rota q̃ circũcirca uadat põt ex posteriori ambulare:& ex rota ad anteriorẽ ptẽ eodẽ tpe deduci:& qd etiã nauis põt hoiem anterius portare:& homo p nauẽ ambulãdo reuerti.sed ut uideat qd hoc exẽplũ nullius sit efficacie:faciãt qd nauicula nõ sit maior hoie:neq; rota maior musca:& uidebũt qd homo & musca nõ possunt ire ante & retro i uno & eodẽ istãti:& celũ semp ẽ fixũ i uno loco:& itidẽ unũ est cũ alio cõnexũ:seu qd iferius oẽm supioris cõcauitatẽ iplet.Quocirca unũ celũ nõ põt alterũ deferre de loco ad locũ:nec aliquod corpus fixum põt per se eodẽ momẽto anterius & posterius proficisci.

¶Quomodo celi pergant per partem:quam nos inferiorẽ dicimus ad oriẽtem:& per istam superiorem ad occidentem. Cap.xxii.

¶Quãdo astrologi iquiũt:qd orbes planetarũ uadãt ex occidẽte i oriẽtẽ p ppriũ motũ suũ:rñderi põt uerũ eẽ:sed hoc ad oriẽtẽ itelligit p pte terre:quã nos ifimã uocamus.Nã p illã supiorẽ semp uadunt ad occidẽtẽ:licet aliquãtulo declinẽt:nũ ad meridiẽ:& tũ ad septẽtrionẽ.Nihilominu9 unã uiã peragẽdo semper ad occidẽtẽ.Sed qd uadãt ante:& retro i eodẽ istãti:ualde mirãdũ est:unde talis imaginatio pueniat. Quãdoqdẽ i hoc passu tã philosophi q̃ astrologi palã sunt decepti:& qd deterius tãto tẽpore i caligine permãserunt:Maxie quod instra rotarũ q̃ astrologi hñt:ostẽdunt nullum orbẽ siue rotã uel corp9 hñs fixum axẽ:posse rotãdo ire ante & retro i uno solo istãti.& unus orbis celi alium tãgẽdo nõ pñt locum dimittere:& per cõsequẽs nec duos motus cõtrarios agere:quis planeta:queãdmodum & sol:a celo dissolutus ad unã ptẽ deferri põt:& corp9 solis ad aliã se mouere.Nõ eni totũ orbẽ iplet:& ideo ab alio deportari põt:& p semetipsum aliũ motũ ager.sed celũ nõ hẽt talẽ locũ:qa totũ aliud celũ iplet p iferiorẽ supficiẽ.

¶Quod tãgilibi & necessaria experiẽtia falso cõstet:unum celum eodem tempore ire ad orientem & occidentem. Cap.xxiii.

¶Qui uero mãifeste scire uoluerit:qliter celũ seu sphera neqat uno & eodẽ tpe ãteri9 & posteri9 ire:unã planã spherã assumat de illis:qs astrologi p exẽplo faciũt:q̃ i se q̃tuor aut qnq; orbes cõtinẽt.& fixã spherã i uno axe põnãt taliter:qd nequaq̃ de loco ad locũ uadat:& tẽptẽt ad mouẽdũ aliquã illarũ rotarũ:seu orbes q itus sunt ad oppositas ptes i uno istãti:& iueniẽt qliter nullo pacto eẽ posset. Verũtamen una ad oriẽtẽ & alia ad occidẽtẽ a natura ire possunt:sed nõ qd una sola ambos istos motus simul faciat. Nam quũ nõ depdit locũ:necessario oportet.qd solũ pgat se circũuoluẽdo uel rotãdo:& se simul ac semel circũuoluere:eẽt tanq̃ eẽ & nõ eẽ i uno & eodẽ istãti.ego uero p nũc unã rotã i hoc libro p exẽplari itersero:duos uel tres orbes habẽtẽ:nec ullus illorũ ante & retro moueri põt simul ac semel uno & eodẽ momẽto.Sed hoc melius i instrũs uideret:ubi un9 orbis ẽ sup alio:uti coopertoria:ideo non potest superius aut inferius ire preterq̃ in uolutione:& non potest uolui nisi ad unam partem in uno tempore solum:eo qd locum determinatum habet cum axe firmo aut inuolubili.



¶Quod mirãdũ sit astrologos nõ duxisse aliquã similitudinẽ ad pbãdũ:qd celũ superius oẽs alios celos ab oriẽte i occidẽtẽ ducat:& quod alii eo tpe ecõuerso uoluãtur. Cap.xxiiii.

¶Viso supius:qũo unũ celũ nõ põt ante nec retro i uno tpe rotare:hic quoq; de astrologis mirãdũ eẽ dicimus:qd saltẽ aliquẽ colorẽ nõ adduxerint:ad pbandũ quod stare queat.qa tantũ inferunt: qd celum altius:seu primũ mobile naturaliter ex oriẽte i occidẽtẽ uadat:& reliqua i oppositũ. Sed qd primũ rapit alios:quos ad motũ suũ deducit:taliter quod in una die naturali facit eos circũuolui per unũ gyrũ circũcirca terrã:licet tãto minorem reuolutionẽ de integra faciãt:quanto & ipsi celi inferiores proprio motu ad orientẽ reuertunt.hic autẽ petimus cur nullam rationẽ assignent:qtenus celũ superius alios ad occidẽ

tē trāsierat:utrū uiolētū an uolūtariū aut quo pacto sit? ¶Et dico:quod per solū uelle esse nō potest: celi enim sunt corpora absq; itellectu.& si dicunt:quod ui ipsos ducit:minime admittitur:eo quod de natura corporum est:quum unum aliud mouere debeat:ut ipsum contingat.& quia celi solidi sunt:non habent locum se incatenandi aut accipiendi:quod ui se ducere queant.& quāuis primum duceret secūdum non posset inferiores alios conducere:eo quod ipsos non tangit:si non mitteret aliquod instrumentum seu corpus durum:quod omnes caperet per dimidium ipsorum transeundo. Sed tunc celi erunt relegatī adeo:ꝙ nequeunt uarios motus mouere:nisi quod omnes simul cum primo ibunt absq; aliqua differētia. Si autem presupponimus:quod sint intelligentie in illis orbibus:quos uoluntario mouent:causa imitandi primam intelligentiam:hoc stare non potest.Superior enim intelligētia uult ab ortu ad occasum ire: & inferiores intelligentie ab occidende in orientem redire:& tunc non ibunt iuxta uoluntatem:neq; ad imitationem prime intelligentie nisi econuerso. ¶Quod si dicis:primam intelligentiam per se omnes celos ad occidentem mouere:& postmodum aliam intelligentiam econuerso:tunc dicēdum est:quod prima intelligentia omnes celos moueat:& si deinceps alie intelligentie aliquid mouent:est contra uoluntatem siue ordinem primi. ¶Quūq; Auerroys & Aristoteles ita uarios motus concesserint : nullo qdē pacto substentare queunt:quod intelligentie celos moueant:& inferiores ad imitationem superioris.tūc enim assidua esset discrepantia inter superiores & inferiores intelligentias:ideo non ad beneficium intelligentiarum fungerentur officio mouendi celos:nisi a continuo supplicio:& talia ponēdo maxime ignominie adiicitur circa philosophos.Quapropter non est annuendum:quod angeli celos moueāt. At quū tot de moto & remoto scripserint:nec cognouerunt:quod unum celum poterat anterius & posterius rotare in uno instanti:credendum est:quod in rebus obscuris & perplexis sepissime aberrauerint . Hoc enī facile dignosci potest:& qui ī minimis nō ualet minime in difficilimis. ¶Item uniuscuiusq; corporis rigidum & concauum:si habet centrum per se in se tantum:& non in alio substentatur.& ideo unūquodq; celum habent:centrum per se non potest inferius deuenire nec superius ascendere.& sic non potest unū in alio firmari:nec alterium uiolenter ducere alterum:nec per se quicquam potest duos motus eodem tēpore contrarios agere:licet quod dum uadit ab ortu in occasum:interdum septētrioni inheret:& quandoq; austro:non tñ austro & septētrioni in eodē pūcto sed aliqñ i unū lat9 & aliqñ i aliud declinare pōt: pro uno hemispherio intelligas:ut rote currus solent. Id autem non est retrogredi nisi precedendo anterius aliquanto ad latus declinare:nec recte ad latus:nisi ad mediam partem inter ante & latus.& aduertas ꝙ dum per unum hemispherium ad austrum declinat per alterum septētrioni adheret.

¶De quibusdam spheris cum pluribus rotis:& contra ponderibus.que astrologi agere solent:presupponendo quod ad similitudinem celi sint:& qualiter false experiantur. Cap.xxv.

¶Solent aliquas spheras cum maximo numero rotarum funium atq; ponderum edificare dicēdo:quod ita celi se habeant. Quedam ego istorum artificia uidi:quibus plerīq; maximam fidem adhibebāt : & quo ad ueritatem inuentio in se aliquam subtilitatem habet:sed nō quod celestium spherarum similitudinem contineant.Nam quelibet illarum rotarum separata est per se:scilicet:quia una non continet alias:nequidem ab ipsis continetur:nisi ꝙ aliqua manet in uno latere:& alia in alio:nec sine nimia diuersitate. Non tamen a celorum proprietatibus:& solum due aut tres istarum rotarum mouentur:& artifices q eas ostēdunt:dicūt nostram esse difficultatem:quod nequimus motum ultimarum rotarum determinare . Sed qđ rote bene moueantur:allegando:quod saturnus per triginta annos in sua propria reuolutione persistit: & quod motus saturni adeo spaciosus sit:quod non possumus eius motum uidere. ¶Nos aūt dicimus quod unaqueq; stellarum per uigintiquattuor horas uel paulo magis aut minus unam reuolutionē agit circūcirca terram:quāuis una citius q̄ alia per signa discurrat.Sed in uelocitate omnes equalem cursum faciunt:& rotam saturneam quam in his instrumentis ostendunt:non uidemus quicquam in una die moueri nec in multis:Quapropter non sub ratione factum:omnes enim rote deberēt cum una uelocitate incedere:& una alteram continere:quāquam earum alique ascenderent & descenderent:& alie per directū tenderent:quoniam similiter uidemus in celo operari.

¶Quonam pacto non inueniatur aliquod celum ita uelox:quod posset dici esse metrum aliorum celorum in circulatione:per quam uelocitatem inferiores celi in motibus suis retrocedere dicantur & quod unumquodq; celum habet semper iustum motum. Cap.xxvi.

¶Animaduertendum autem est:quia in spheris manu factis multa puerilia edificata sunt:per que sensus in aspicientium hominum sepenumero decipiuntur:ueluti dum una rota uadit ad unam partem:& tangendo alteram rotam agit uolui ipsam ad aliā partē:unde potissimum hic cauendum:non in duabus rotis:non in pluribus uarios motus aspiciamus:qm̄ facile stare possunt : imo in una sola rota aspiciendum est:an p motū proprium uel alienū non deperdēdo locū nisi in eodē axe semp fixo manendo : posset ad opposita loca girari in eodē instanti:quod impossibile est de naturali potentia loquēdo. ¶Licet astrologi querendo opinionē suam saluare:asserunt celos iferiores non uolui sup eundē pollum:quē primū mo

bile mouet: sed alios habent proprios polos super quos ꝓprio motu mouentur: uidelicet:de occidente ad orientem:& super polum primi mobilis ad motum raptum: uoluentur de oriente ad occidentem.nos autem non curamus de polo proprio uel alieno: nisi omnibus simul assumptis aut separatim asserimus: id quod non deperdit locum:non potest in uno & eodem instanti ad opposita loca decurrere. ¶ Et si quis opponeret:nullum celum habere motum proprium de occasu ad ortum: nisi quia dicitur proprius motus inquãtum unum celum non transiit ita uelociter ueluti & aliud:& illud minus decurrere uocatur motus proprius. ¶ Hoc presuppositum enim stare nequit: quoniam tardius mouere non dicit motus oppositos.& per antiquos & modernos de motibus celorũ loquentes habetur: motus proprios celorum inferiorum preter primũ mobile esse de occidente ad oriẽtem:ueluti in sole & luna exemplari solent:asserendo solem in quocũq; die unum gradum ad motum proprium de occidente ad orientem reuerti:luna autem tredecim gradus parum magis uel minus. ¶ Verumtamen aduertendum est: quia inquantum unus planeta citius altero circũcirca terram transit:qui tardius decurrit:largo modo potest dici retrocedere:quãuis improprie.quoniã nullum planetam de occasu ad orientem decurrere aspicimus:licet per latitudinem zodiaci:tum ad polum articum:tum ad antarticũ: unusquisq; planeta decurrat:& qui citius per hanc latitudinem: tardius in transiendo circumcirca terram est. ¶ Attamen quomodocũq; sit:in uelocitate motus omnes planete:omnes stelle:penitus equales sunt: ut iam ostensum est. Itaq; tantum in decurrendo per latitudinem zodiazi principium assumunt disparitatis:ad trãseundum circulariter in circumferentia elementorum. ¶ Vnde planeta qui tardius per signa seu latitudinem zodiaci transit:uelotior in motu circulari est. ¶ In hoc loco autem diligenter aspiciendum sit:quonam pacto aut sub quo metro annus assumatur:dum de motibus propriis planetarũ seu stellarum negociamus.quoniam non annos lunares:non solares:non saturnales: non de celo stellato: ut per ea que ab astrologis posita sunt probari potest.& hic in dictis antiquorum tam philosophorum quam astrologorũ manebimus:& in primis ita dicemus:antiqui tantummodo octo fatebantur esse celos:suppremum eorum uero celum stellatũ asserebant esse:quod celum per motum proprium de oriente ad occidentem uoluebatur:ducendo tamẽ omnes alios celos motu rapto secum. ¶ Hoc posito & concesso ab antiquis petimus:quod celum istorum est:sub quo annus ãnumerari debet: ut cognoscamus:an unusquisq; planeta in quocũq; die: idest in uiginti quatuor horis: unum integrum girum circumcirca elementa transeat:an si deficit uel ulterius transit:& per quãtum spatium uel gradus:hoc magis aut minus est? ¶ Non est annus lunaris: sub quo talis motus uelocius aut tradius ãnumeratur:non annus ueneris:non mercurii:non solis:non martis:nõ iouis:non saturni:non annus a motu stellarũ fixarum seu celi octaui. ¶ Vt probatur: sic procedendo: unusquisq; planeta uniformiter semper circũcirca elementa transit:atq; per latitudinẽ zodiaci decurrit: non enim hodie magis & cras minus.unde gradus per quos retrocedere planeta dicit: respectiue ad aliquod aliud uelocius celum seu stellam capiendi sunt:non autem respectu illius planete:qui retrocedere dicitur. ¶ Vt facile probari potest: tale ponendo exemplum: assumatur luna absq; respectu ad aliquem alium planetam: hodie deficit per tredecim gradus ad complendam unam girationem circumcirca elementa:cras per alios tredecim gradus deficit:& sic in singulis aliis diebus minuit.hoc concesso nonne in fine triginta dierum luna ipsa fixa manebit?uel sine aliquo motu.& ita unaqueq; altera stella aut celũ minuendo singulis diebus ad motum suum reuerteretur:ubi amplius nullum haberet motum.hoc nõ datur:igitur concedere oportet:unũquodq; celum seu planeta habere determinatum tempus ei proprium: in quo spatio unum adimplet perfectum girum circũcirca terram: extra quem ordinem nunq̃ trãsit crescendo uel diminuendo.& q̃ dicimus minuere:sequitur q; ad aliud celũ uelotius respectiue assumimus. ¶ Non est celum lune tale super omnes uelocissimum:quoniam retrocedit:idest.aliud celum uelotius inuenitur. ¶ Non celum solis:quum dicatur in uno anno solari:uidelicet:in trecentis sexaginta & quinq; diebus:& tot horis per spatium unius giri retrocedere: seu in reuolutione circumcirca terram differre. ¶ Non celum stellatum siue octauum:quoniam habetur in centum annis per unum retrocedere gradũ uel ad integrum motum deficere:non potest deficere:quo ad se solum accipiendo.quoniam in tot determinatis horis semper absq; aliquo errore unum adimplet girum:& dicitur retrocedere per unum gradũ in centum annis.igitur aliud datur celum uelocius:sub quo anni ãnumerantur:tanquam metrum aliorum celorum.non inuenitur aliquod celũ uelocius octauo.igitur relinquenda est talis opinio:uidelicet.q; celum octauũ retrocedat:aut q; in tot horis determinatis continue reuolutiones suas nõ cõpleat. ¶ Eo magis q; de opinione antiquorum & modernorum:celum uelocius in transeundo circũcirca elemẽta de oriente ad occidentem:motum proprium habet:ad quem motum omnes alios celos secum adducit. Vnde nullatenus retrocedere potest:a nullo alio mouetur:& dato q; moueretur:ad unam partem tm̃ girari põt:ĩ uno & eodẽ tp̃e ueluti ꝓbatũ est. ¶ Si fortassis nõ assumeret retrocedere:eo q; alii septẽ celi ĩferiores ipm̃ octauũ a uelocitate sua retinẽt:ĩserẽdo celũ octauũ adimplet unã reuolutionẽ circũcirca terrã de oriẽte ad occidentẽ decurrẽdo ĩ tãtis determinatis horis:& est oneratũ aliis celis:quũ habeatur ipsos portare de oriente ad occidentem:asserendum est:si deoneratus maneret:trãsiuisset citius:hec profecto puerilia sunt. ¶ Et tamen ab Aristotele concessa:atq; tanquam uera in libris suis de philosophia posita: ubi legem & alia multa bona negabat:quãuis nimium atq; nimium necessaria atq; probabilia sunt: quã

queant:& omne corpus illuminosum equale i magnitudine:& etiam aliqd minus cu altero oppaco ipm de facili illuminat:usq ad dimidietate:& ita sol si pot uidere luna postqua trasiut terra dimittedo ipsam i dimidio cu radiis:multo facilius pot illuminare tota terra circucirca:saltē usq ad dimidietatē:qd debet esse in egipto uel circucirca nuqua uidemus solē:qn luna eclypsat:cōstat manifeste falsam esse hac positionē astrologo:q aliquādo luna eclypset in dimidia parte ipsius:& nō in circuferētia cā oppositionis terre:licet q similis eclypsatio potuisset euenire cā alicuius nubis:sed talis nō uocaret eclypsatio:& sic patet qualiter argumētationes astrologo nullius ualoris sunt ad probandu q planete iam pinquiores & iam remotiores a terra sunt eo magis:qa nullatenus possumus ire contra experiētiā assumptā ab ortu solis:qm in hieme uidemus ipsum nimium ad partem australem oriri:in estiuali tempore enim ad septentrionalem:& hoc nō tm per uisum patet:sed per umbras:que mentiri nequeunt. ¶In hoc loco quoq experientia quam astrologi dicunt:sibiipsis adducere sane per partem nostram agit:uidelicet dum proponunt sensibus patere solem & lunam quandoq poti9 remote a terra:& quandoq propinquiores transire:que propositio etiam a nobis pro nunc conceditur:ut contra opinionem ipsam ponentium procedere ualeam9:sed quando solem ad tropicum cancrum euenire dicimus:uidetur occulis iuxta nos manere:& etiam in calefactione pariter apparet:qm nimium nos calefacit:& omnis ignis quando potius propinquius tanto maiorem calorem in nos adducit:in hieme uero dum sol i tropico capricornio est iuxta uisum ualde prolongatus a nobis apparet.& insup paru nos calefacit:licet q tunc uidetur iuxta terram manere:eo q tunc circa finē orizontis nostri trāsit per partē noctualē:& semp q sol aut aliqua alia stella est ppe finē orizōtis nostri:uidet circa terrā manere:ut i mane & tarde exēplu p solē ipm capimus.sed nō q sol i eo tūc potius ppinquus ad terrā sit quā du in puncto meridiano nro est:qm etiam summo mane & tarde sol est in puncto meridiano aliis gētibus.Vnde tm est capiendu:q sol quādoq magis ppinquus ad nos uidet manere:& quandoq remotius in tēpore estiuali uidet propinquius:igitur in eo tunc trāsit magis circa terram quam in hieme:& etiā hec est opinio aliquo astrologo forsitā inexperto:q opinio cōtra cōmune assumptu astrologo est:qui dicāt dies i estiuali tpe esse magnos:eo q sol ascēdit nimiu i altitudinē sup hemispheriu nostru:i qua altitudine nimiu plongat uiā:unde necesse ē multu dimorari ad ipsam pficiedā:tādē hoc cōtra uisum est:eo q in illo tūc multo magis ppinquus uidet sol ad nos manere quā i hieme:& si fuisset ita aptus ut astrologi dicūt nimium remotius maneret:quam in hieme:& quando sol aut luna nimium alti seu a terra remoti manere uident:tantūmodo est dum sup lineam equinoctialem transire dicimus.nam dum sol est in capricornio aut in cancero non uidetur altus comparatiue ad mensem septēbris & martii aut circa tempus equinoctiale.

¶De Eodem

¶Preterea ut facilius penes sensus comprehendatur qualiter nulla inuenit ratio ad sustētādu q planete quandoq ppinqui ad elementa transeant:quādoq uero longinq:quandam hic ponemus figurā tamē in primis unum ab astrologis cōcessum i aliis locis adducemus:hoc ē qa ipsi asserūt sup eqnoctialē lineā semp eqnoctiu eē:idest pares dies & noctes:aut si differūt q paru sit:& si ueru esset solē i uno tpe nimiu sup hemispheriu nrm remanere:& alio tpe sup aliu p quā tarditatē iam in uno hemispherio & iam i altero dies lōgissimi sint:similiter sup lineā eqnoctialē hoc fieret:& i quacūq alia puincia nō fit:igit nō trāsit.sol iam remotissimus a terra iam uero ppinquissimus:ut i figura sequēti patebit. ¶Vt a sensib9 cognoscat:quonā modo equaliter semp ab elemētis distēt i primis auctoritatē astrologo assumemus:atq naturalē rōnē.uidelicet q unuquodq celu sup aliquē polu fixu uoluet.unde hoc posito ubinā poli celoru situent uidēdu est:& p nūc tm de polo lune agemus eo q ipsa ppinquior ad elementa manere dicit. ¶Sub qua cōsideratiōe astrologi polu lune cōsueuerūt super spherā ignis situare:taliter q du luna trāsit sup partē:ubi hēt polu cōstitutu remotissima ab elemēto igneo decurrit per partē illā:ubi polus ē:per alterā partē uero seu alter hemispherium corpus lunare ipm igneā spherā tangit. ¶Nunc uero super ea q posita atq tanq uera ab astrologis cōfirmata sunt:asserēdu est de duob9 unum asseq:& hoc atq illud cōtra opinionē astrologo pcedit. ¶Primum exēplum quod seqt tale ē:q si polus semper fixus i uno & eodē loco manet:uidelicet q circucirca elemēta ad motu ipsius lune nō uoluit:semper seu i oibus tēporibus super unum & idē hemispheriu trāsit remotissima ab elemētis:per alter siqdē ppinquissima.ut i figura patebit:si polus aūt circucirca spherā igneā ad motum ipsius lune mutat:semper equaliter a terra distabit luna:ita q nullatenus opinio hec astrologo de altitudine & isimitate planeta stare potest. ¶Aduertēdum tm est:qa i hac figura duos circulos ponemus:unus eo polum fixum asseqt:alter uero polum sequētē lunā circucirca terrā.i linea autē habēte polum fixum:quatuor lunas tm ponemus:i altera uero duodecim:ut melius diuisio iter eas lineas cognoscat. ¶Verutn luna manēs super polu fixum deseruit utriq linee:qm ibi ambe linee cōiūgunt taliter q linea minor assumendo i se hāc lunā super polum fixum situatā:qtuor cōtinet lunas:sine ipsa uero tres:linea eni maior equaliter per omnem circuferētiam a centro terre distans:cum hac luna super polum fixum habet duodecim:& sine illa undecim tādem hoc magis aut minus exemplis ponuntur.ut facilius que dicimus intelligantur.



Posito exēplo in quo facile uideri pōt:qualiter planete aut semper per oēs circūferentias equaliter distant a terra:aut ꝙ semper per unā solā partē trāseunt remotissime a terra:per alterā uero ꝓpinquissime: reliquum est modo ut sub paucis ostendatur:quonam pacto sine debita aspicientia positum est in tēpore estiuali nostro trāsire solē remotissimū a terra per istū hemispherium:& ī nocte ꝓpinquissimum per alterum.qm̄ ut superius iam uidimus motus solis nō capitur secundum hemispheria : nisi penes equinoctialē lineam:unde fit quia omnes habitatores circūcirca terram extra lineam equinoctialē ad partē septētrionis habent dies & noctes equales:idest cum eadē differentia antipodes:ut nos habemus in eodē tempore habitantes ultra equinoctialem lineam siquidem ad plagam noctualem per totam circūferentiam terre etiam conformes sunt. Vnde differentia nostra secundum equinoctialem lineam causatur:non autem secundum hemispheria:quo fit:quia si dum sol est in tropico cancro : esset iuxta terram per hemispherium nostrum:per alterum quoq; iuxta esset:sub quo ordine in sexdecim horis circundaret totam terram:manente argumento astrologorum dicentium solem nimium manere super nos in estate:eo quod causa altitudinis longissimam uiam acturus est:tandem hi non considerauerunt de differentia:quam secundum equinoctialem lineam habemus: & tamen alibi concedunt esse sub quocūq; polo per sex menses diem cōtinue & totidem noctem in quocūq; anno:quod nullatenus esse posset si sol equaliter non distaret a terra per totum circūcirca capiendo de linea equinoctiali ad polum illum ubi est dies.

¶Quomodo itineremus per planum eūdo per circuitum terre:& qualiter polus articus sem per superius & nunquam inferius a nobis uideatur. Cap.xxxi.

¶In pricipio siqdē animaduertēdū est:qd nūquā aliquā ptē celi sub nos uidere possumus:nisi supra uel ad minus equaliter:& huiusmodi fundamentū capiā:quo pacto ubiq; locoꝝ supficies terre superius in celū respiciat & nūquā iferius. Vnde necesse est talē similitudinē effugere:scilicet qd nos descēdamus eūtes ex linea eqnoctiali ad polū articū uel antarticū. Nos enī nō descēdimus:sed semp imus p planū:donec p terrā ambulamus:quo ad suā rotūditatē:& eūdo aut respiciēdo celū ascēdimus:qd stat exēplo. Accipiat unū pomū unius sedis:& ponat sup dimidio pomo unū signū.& imagineris te circūcirca pomū ambulare. Semper enī i sublimi signū ee uidebit:& quod i eūdo ad ipm ascēdere debeamus:nisi signū sub pomo i pte terre posuerimus. Sed excludēda est imaginatio:qd aliqua pars superficiei terre iferior sit:ubiq; enī superficies eius superius est:eo quod celū tāq̄ suū superius respicit:& cētrū tanq̄ inferius. Ideo ad polū articū uel ad aliā stellā ambulādo eadē mēsura qua pergimus:uidetur quod stella super capita nr̄a ascendat q̄si i celo fixa sit. Nā quēadmodū nos ascēdimus eundo ad polū articū:ita & antipodes ad eū ueniētes. Si ergo orizontē uolumus ad partē antipodū deprimere:illi ad nostrā ipm deprimēt:oēs enī i altū ascēdimus perinde ac si unus ueniret ab oriēte:& alius ab occidente ad unum signum:quod in sublimi super habitatione nostra maneret.

¶Quo pacto totam terram circūmeare possimus:& quod de facto aliqui ex nostratibus i patria antipodum steterint. Cap.xxxii.

¶Iam superius uidimus quatenus circūdādo uniuersam terrā & mare per planū ambulamus:nisi inquātum aliq mōtes per accidētia sunt:& ideo nō possumus cognoscere an in alteꝝ hemispheriū igrediamur: quod nos iferius uocamus:semper enī supra terrā imus atq; ifra celū:& ꝙ transeamus ad antipodes:quos nos gētes sub pedibus nr̄is existētes nūcupamus:nullū dubiū est saltē ſm oēs q de magnitudie terre scripserunt i cuius circulatione maria quoq; itelliguntur. Mare enī super una parte terre fundatur:tn̄ circūcirca:ut uidebimus. Nā tota terra & aqua elemētate sunt considerāde tanq̄ unus globus siue rotunditas. Et super una parte quam nos superiorem appellamus unam habet discoopertam coronam : que terra siue habitatio nostra est:& alia discooperta:talis corona est:in qua antipodes habitare possunt:& per dimidium istaꝝ habitationum mare oceanum circumcirca uadit. Quoniā sicut tota hec terra nostra ad oceanum undiq; pertingit:ita & terra iferior per totum ad idē mare attingit. Nos tn̄ ad unā partē ripe maris:& antipodes ad aliā. Ripa uero antipodum per idē directum siue lineā & iferior q̄ nr̄a est : quādoqdē i hemispherio quod nos superius nuncupamus per dimidium maris oceani diuiditur. Quapropter si mare habet de latitudine decē milia miliarium:qn̄ erimus ad qnq; milia i trāsfretādo ipm per directum:illic erit punctum:ubi i nostrū hemispherium attingit:& ideo trāseundo illud punctū i antipodum regionē igredimur:& hac uia patebit isulas nouiter sub ferdinādi hispaniaꝝ regis iussu repertas ee antipodū p̄rias quoniā tota maris ac terre circulatio est aliquātulo maior q̄ triginta milia : & tot miliaria. qm̄ per duas partes est denumerādum mare:ueluti terra i duobus hemispheriis & terra discooperta ex oriente ad occidentem secundum aliquos cosmographos continet undecim milia miliarium:& circa alios octo milia qngenta & octuaginta miliaria:& in illa distantia quam hispani per mare oceanum transierunt:fere tantūdem. Iccirco inter terram hanc nostram discoopertam & illud mare ab hispanis transfretatum constat dimidiam esse terre circulationem. ¶Et siqs transmigraret per oriētalem partem quēadmodum & hispani iam per occidentalem iuerunt:restaret ad ambulandum per octo milia miliarium:aut decem uel undecim milia:quod est quarta pars in longitudine circulationis terre:& dicimus in longitudine:ex eo quod mare est duplo magis q̄ tota terra inferior & superior discooperta. Nam mare continuum est circūcirca & terra discooperta in hoc & alio hemispherio discontinua propter mare:ideo de sex partibus huius globi quatuor sunt aque:due uero terre. Aqua enim uadit tanq̄ zona cirūcirca : & terra se habet ut macula uel corona:que ad totam ripam maris attingit:& alia terra inferior ad alteram ripam per patriam antipodum attingit. Et si circūcirca terrā se uniret.tunc ipsa esset per quatuor quantitates:& aqua per duas. Ibi enim aqua diuisa esset. Sed ad traiiciendum totum mare per transuersum non est magis q̄ longitudo terre nec forsitan tantam:quoniam hec paritas non est alicuius necessitatis.nam ueluti terra est longior de sēptētrione ad austrum quam de oriente ad occidentem mare: oceanū per unam partem latius ēē potest quam per aliam . Et sic asserendum est de insulis que ab hispanis reperte sunt & precipue de ultimis quas censebant esse terram firmam:licet insule sint ut postmodum repertum est:quando terram firmam inuenerūt:tandē igrediēdo in ipsam sub pedib9 hispanorū regrediunt. Quocirca tenēdū est qd si gētes cōuersabiles essent:posset qsqū p totā illā antipodū regionē ambulare p occidētalē ptē ingrediēdo & p oriētalē exeundo. ¶Et sic forte aliqs ex apostolis xpi aut discipulis ei9 fuit ad p̄dicādū legē christianā antipodib9:ueluti nūc hyspani faciebāt in insulis:uel patria antipodum & insulis de qbus hic mentionē

facimus.& etiam quod de semine ade possit uniuersa terra repleri:uidetur paradisum terrestrem fuisse p pe hemispherium:in quo diuiditur pars:quam nos superiorem appellamus ad antipodum hemispheriu: & in hoc modo uidetur quod insula debet esse ubi paradisus terrestris situatus est:aut forte in aliqua terra firma:que per totum oceanum transit ad uniendum se cum terra inferiori tamē in dimidio totius terre eo quod inde animalia possunt totam terram replere. ¶Quidam dicunt quatuor maria oceana & quatuor terras diuisas esse & quod non possumus ex una in aliam transire:quod falsum est ut experiētia illorum hyspanorum qui mare transierunt & per dinumerationem totius circulationis terre innotescit.

Quonam pacto ī paradiso terrestri manendo a natura homines immortales esse potuissent.in qua situatiōe paradisus terrestris erat:& in qua patria nilus habet ortum. Cap.xxxiii.

¶De paradiso terrestri agendo uarie occurrunt opiniones:ueluti ī qua patria sit.an in terra uel in aere situatus:quonam modo temperatus:& ad lōgitudinem uite hominum appropriat9. Nonnulli tenere uidentur paradisum terrestrem esse in tāta altitudine:ꝙ propinque ad celum lune attingit:sub qua opinione dicendum est paradisum ipsum non in terra nisi in aere situatum esse:qm̄ terra naturaliter capiendo rotūda est:qua de causa dato ꝙ aliqua pars eius montuosa atqꝫ altissima ad alias partes respectiue non tñ iuxtā celū lune attingere pōt:neqꝫ ad dimidiā spherā aeris. ¶Licet qr cā delectatiōis uisiue potentie:cū qua potētia nimiū delectamur dū bona uidemus:tenēdū ē paradisum terrestrē ī aliqua pte terre altissima ad alias partes terre cōparata esse:ut de eo loco plura delectabilia hoīes uiderēt:ut sup dimidiū terre altitudo esse debet. ¶Attingere ad celū lune sigdē itelligēdū est:ꝙ totū illud spatiū ubi paradisus situatus est:oēs sphere elementorum usqꝫ ad celū lune manēt semp tēperatissime:uidelicet ꝙ nō generāt grādines nō pruinā nō niuē neqꝫ pluuias iordinatas:nō recipiūt extremū calorē nō frigidū:& in hoc modo sane pōt dici paradisus terrestris ad celū lune attingit:& ꝙ talis detur tēperies ī regione illa:satis aspicientibus patet:qm̄ si ī sphera aquea aerea & ignea extremitates:tū p calidū:tū p frigidū generarent:etiā ī terra ibi īferius manēti interdū tēpora distēperata euenirēt:est tēperatus locus ille:igitur usqꝫ ad celū lune sua attingit tēperies. ¶Quod in terra paradisus terrestris sit:de uirtute uocabuli patet:quū terrestris uocet. ¶Et īsup quatuor flumina maxima enarrat sacra scriptura : ab ipso paradiso scaturiri:atqꝫ arbores ibi plātatas eē:ī aere aūt nō plantant arbores:non oriunt flumina. ¶Vlterius cōcesso ī paradiso terrestri talē eē tēperātiā:ꝙ de terra ad celū cōtinuatim attingit:nil de longitudine uite hoīum ambigēdū ē:tū cā tēperantie loci:tū uero ciboꝝ.nā ultra arborē uite q̄ sup oēs arbores p gratiā dei fructū cōseruatiuū cōtra oēm corruptionē ꝓducebat:alie plante etiam fructus ꝓducebant saluberrimos. ¶Verūtamē ī hoc loco aīaduertēdū est:ne ī errores irreligiosoꝝ cadamus ꝓponēdo:hoc pōt stare a natura:& illud nō a natura:oīa de cōtrariis cōposita necesse ē qn̄qꝫ corrūpi.hō ē de cōtrariis cōposit9:igit̄ qn̄qꝫ corrūpet : posito ꝙ diu uiuat.nos aūt q̄ p gratiā dei religiosi sumus:deū ipm cognoscimus de creatiōe mūdi certificati sum9 : & dū oportet ipsam ꝓbamus:ut ī plurib9 locis istius uoluminis patet: sup his & similibus cōsiderādo cōpellimur ad confitēdū oēs res proprietates seu naturas intrinsecas:quas habent a deo omnipotenti assumpsisse:deus enim nil senescit:nil a potestate & sapiētia declinat:sub qua imutabili permanentia potest creaturas tanquam ad extra manentes impendere:ut ipse uult.Quāobrē ueluti de mente irreligiosorum angeli seu intelligentie incorruptibiles sunt : celi atqꝫ stelle quoqꝫ incorruptibiles:eo ꝙ deus talem tribuit eis proprietatem qr sibi placuit : pari modo cuicūqꝫ elemento soli aut omnibus simul tribuere potest:quoniā non repugnat magis deo conseruare homines & elementa absqꝫ corruptione quam celum:omnia dependentia dei sumus:& unicuiqꝫ magistro attinet de operibus suis disponere ut libet:deus est mgister totius mundi:ergo de toto ipso mundo:& de qualibet parte ad libitum disponere potest. ¶Vnde non decet religiosos disputare an homines in paradiso terrestri habitantes a natura mori deberent:uel non mori:quoniam si deus ipsos imortales uolebat:talem eis dederat naturam:licet per medium fructus uite:non quod in ipso fructu perdurabilitas uiuendi maneret:nisi in dei ordinatione:quia uolebat nos dum non peccaremus imortales esse:tñ in signo incorruptionis iubebar de ipso cibo uite manducare. ¶Tandem ad semper uiuendum de uero ordine dicendum est:ꝙ continue in quadam prospera etate remaneremus:ueluti nunc in etate triginta annorum sumus:& nil a prosperitate declinaremus:quoniam declinando non uidetur uerisimile semper uiuere:qr de finitis gradibus cōstamus:& declinando quocūqꝫ die per aliquem gradum aut partem eius post plures circulationes temporis moriēdum esset:sed negatur:ꝙ ibi daretur aliqua declinatio:dum deus talem uoluisset hominibus impendere naturam.ut in angelis in celis & elementis comprobatur:qr nil senescunt nil a prosperitate sua indies declinant:& tñ angeli celi & elementa res finite sunt.Vnde non ualent argumenta quorūdā asserētiū ꝙ paradisus terrestris eo ꝙ locus finit9:nō pōt hoīes absqꝫ corruptōe semp obseruare:qm̄ talis gratia cōseruatiōis nō a paradiso terrestri ortū hēre pōt:nisi adeo oīpotēti:q̄ talē dabat ꝓprietatē hoīb9 in statu inocētie manētib9.¶Preterea secūdū legē aliquā possumus ad ꝓpositū adducere ꝓbationē ueluti de oīb9 hoīb9 post resurrectionē:qr imortales facti erūt ī quo statu imortalē hēbūt naturā:qm̄ a natura operari aut eē nil aliud ꝑ nūc intelligimus:nisi per id qd semp in uno & eodē modo se hēt:eo ꝙ ita uide

mus:& qr celũ ab antiquo semp ĩ uno & eodẽ modo absq̃ nouis corruptionibus & cõgregationib⁹ asse
rimus:ipm p naturã incorruptibile eẽ:& qa hoies idies generare & corrũpi uidemus:dicimus eẽ de natu
ra corruptibili:licet tam hec natura quam illa a deo tradita sit:non aliqua necessitate compulsus imo li-
bera uoluntate tñ:& quicquid libera uoluntate operaẽ:potest mutare illud quod nunc est.hic alibi:aliud
uero hic. ¶ Iterum ad naturam imortalem hominum post resurrectionem reuertendum:ibi non tan-
tum de saluis potest dici incorruptibiles esse:imo etiam de condẽnatis:ita q̃ non est arguendum imorta
litatem in eo tunc euenire per solam glorificationem:nisi quia deus ita ordinat:quia mali glorificati non
erunt:tamen absq̃ corruptione conseruabuntur:& non est arguendum q̃ in loco ameno erunt : ut per
aerem & alia bona ibi occurrentia conseruentur:quoniã dãnati in loco pessimo mansuri sunt. ¶ Etiã
de tribus pueris exemplari possumus:quum habeatur in fornace ignis ambulauisse:& nil ab igne ipso cõ
burri : & qa ignis in quocũq̃ paruo instanti de omni posse operatur:& pueri in eo quod homines iuxta
naturam quam nunc habemus combustibiles erant:per nullum gradum comburebantur:per plures ho
ras in igne ipso manentes confiteri oportet:per nullum discursum temporis potuissent cõburri ea gra-
tia dei in eis permanente:quam pro eo tunc habuerũt:sub quo exemplo dicendum est:q̃ si homines per
mille annos in paradiso terrestri absq̃ aliqua declinatione ualitudinis graduũ possunt uiuere semper ea
ordinatione dei:in eis permanente. ¶ De insula autem in qua dicunt homines semper in hac uita ui-
uere:similia fabule sunt:q̃m etiam asserunt q̃ homines ibi senescunt.& omnis senectus declinationem a
iuuentute dicit:ubi declinatio indies facta:ibi datur ultima dissolutio.siue seperatio illius rei:forsitan ta-
men in insula illa homines diu uiuunt:& sani per totum tempus:sub qua sanitate & longitudine uiuendi
dicitur immortales homines in patria illa esse respectiue ad breuitatem uite aliorum hominum alibi uiuẽ
tium. ¶ Tandem si hoc uerum est q̃ in aliqua regione homines ultra modum sup alias natiões uiuũt
de duobus unum sequiẽ:uidelicet aut q̃ ipsi de rarissimo filios generant:uel q̃ sunt tot homines q̃ uix si-
bi ipsis alter alteri prebet locum:ut moueri posset causa spissitudinis multorũ hominũ:ut aspiciendo in re
gionibus nostris facile cõprehendi potest:quoniã si per mille uel duo milia annoꝝ generarenẽ homines
ut nunc fiunt:& nullus obiret:maxima fuisset spissitudo hominum quanto magis si post creationem mun
di omnes homines per mille annos uiuerent:& omnes:filios procrearẽt:ueluti in etate nostra fit. ¶ Ul-
terius excutiendum est in qua regione terre hec insula:ubi homines tamdiu uiuunt:situata sit:non uide
tur debere esse in patria extrema frigida:non extrema calida:non nimium humida:non sicca nisi tempe-
rata:& ad hoc oportet q̃ montuosa aliqualiter sit:non de altissimis montibus:sed de collinis:non oĩno
sub linea equinoctiali:qr ibi maximus calor:nõ circa polum articum non antarcticũ:q̃m ibi per aliquod
longũ spaciũ anni frigora maxima uigent:non in loco infimo:qr infima nimium paludosa seu humida
si non paludosa sicca & calida:in mõtibus sublimibus frigus extra modũ preualet:& etiam loca illa semp
ad sterilitatem tendũt : quãobrem post uarios discursus concedere oportet q̃ habitatio ubi hoies nimiũ
uiuere possunt a natura loquendo deberet esse circa tropicũ cancrũ aut tropicũ capricorniũ intus in zo
diaco:uel parũ distans : ueluti insule fortunate situate sunt : qr non sub zodiaco parũ tamen distant &
tẽperate ualde sunt:& de istis uideẽ intellexisse antiquos agẽdo de isulis:ubi hoies imortales sunt. Uerũta
men ĩ isulis fortunatis nõ uiuũt magis hoies:quã ĩ hispania:sani tamẽ sũt:dispositi & mediocriter fortes.
qdã alii dicũt de quadã isula orcha desup angliã uel circa iberniã ĩ qua hoies diu uiuũt:tamẽ hoc eã ma-
xime frigiditatis stare nequit:atq̃ experiẽtia lata patet:nõ uiuere magis hoies de insulis illis quã in hispa
nia:gallia italia & in aliis regnis conuicinis agimus:inter nos qui in collinosis habitãt fortiores sunt atq̃
diutius uiuunt. ¶ Unde his omnibus recollectis dum de situatiõe paradisi terrestri agnoscere uolumus
easdem proprietates ferme in situatione ipsius paradisi attribuimus:in primis circa zodiacum : quia ibi
est dimidiũ terre seu mundi a quocũq̃ polo eque distans:ubi recta erat dispositio ad se extẽdẽdũ hoies p
totã uniuersam terrã equaliter si extẽsuri erant. ¶ Preterea per sacrã scripturã etiã uidetur paradisum
terrestrem esse circa zodiacum aut dimidium terre . Quoniam sacra scriptura ipsa de quatuor maximis
fluuiis orientibus ex paradiso enarrat. ¶ Super quem ortum multa ãnotare potest:primum q̃ paradi
sus non erat patria paruula imo maxima:ut patet.quoniam a natura loquẽdo quatuor flumina maxima
in regione minima oriri nequeunt. ¶ Itidem ubi aque plures excaturiuntur:necesse est patriam altissi
mam esse:quod de ratione sub zodiaco talis causa dimidietatis terre.quoniam locus ille equaliter a polo
artico & antartico distat omne corpus rotundum autẽ circa dimidietatẽ grossius est:& ubi maior grossi
tudo:ẽt põt dici maior altitudo:altitudo magna siqdẽ apta est : ut aque plures ibi emanent. ¶ Et qd
patria sub zodiaco talis sit : per omnes hispanos tam castellanos quam lusitanos : qui sub zodiacum
transiuerunt patet : qui una asserunt maxima flumina per iter suum transire : de qua magnitudine mi-
racula dicunt saltem ad flumina nostra comparando:quamuis tanays & nilus inter flumina nostra ãnu
merentur : licet q̃ de nilo magna ennarrantur. ¶ Tandem sit quomodocunq̃ quia nilus ipse sub zo-
diaco aut saltem circa lineam tropici cancri ortum habet:ut per nauigationẽ lusitanoꝝ reuertentiũ uer
sus mare rubrum comprobaẽ : simul cum aspiciendo mappã mundi.q̃m secundum mappã mundi ipsum
ambulando per egiptum uersum orientem mare rubrum restat.super septẽtrionalem plagam: ortus ni-
li uero ad meridionalem : lusitani nauigant circumcirca ripam maris occani : & transeunt ortum nili

uersus septētrionē:constat nilum ipsum oriri sub zodiaco uel circa :forsitan tamē lusitani habent ueram
noticiam:ubi nilus nascatur:quia quāuis per partem egipti sit longa distantia inhabitata atq; sterilis in
ter egiptum & natiuitatem nili:nil repugnat ꝙ per altera tria latera circa fontes nili sint habitatiões plu
res : & gentes ille habere noticiam de ortu ipso. ❧De causa undationis siue crementi aquarum nili in
estiuali tempore:per hispanos iam satis dilucidatum est:eo ꝙ secūdum uarias patrias in diuersis tempori
bus hiemē & estatem inueniunt:omnes asserunt in aliquibus regionibus ultra modum pluere in quodā
tempore anni:non autem in omnibus temporibus:nequidem quando in una patria in altera enarrādo
de ciuitate caranganor:seu de patria calicut inquiunt in mense madii Iunii Iulii aut ibi circa esse hiemē
in regione illa tempestates pluuiarum & uentorum maximas : taliter ꝙ nauigare pro illo tunc neque
unt:de niue tamen nil dicūt:nisi de pluuia & uento. ❧Et ueluti in his locis inuenitur de patria ubi ni
lus oritur dicendum est:ꝙ per aliquod tempus anni nimium ibi pluuie atq; uenti maximi sunt:& ita pau
co tempore decurrente crementum aquarū descendit in egiptum:ꝙ nix aut non nix in mōtibus illis sitt
non repugnat tamen de ratione nix durare non potest:posito ꝙ optima patria sit:quoniam ibi nimium
uiget sol in aliquo tempore anni:& nunquam nimium prolongatur:licet ꝙ causa altitudinis montium
quando sol est in tropico capricornio potest ningere:quāuis alie patrie calide inter montes illos & septē
trionalē plagā dent:ut in aliis nōnullis locis exēplarꝫ possum9:ueluti ī bethica:& mōtibus granate qa be
thica ē calida ī mōte quodā:granate uero ꝑ totū annū ꝑmanet nix:& tñ mons ille ē circa mare:& ad me
ridiē tēdēs respectiue ad bethicā:nihilominus qr̄ mons ille ē altissimus:bethica īfima & sicca ē calida:mons
seu serra neuata granate frigidissima:& ita de regiōe ubi nilus hēt ortū & de egipto dicere possum9.cū
egiptus est infima patria & sicca:Vnde quāuis ad partem septētrionalem adherens potest esse multo ma
gis calida:quam regio ubi nilus orit̃.qm̄ de necessitate in patria altissima habet ortū : aut saltem multo
magis alta quam egiptus:eo ꝙ nilus ad egiptū decurrit.

❧Quo pacto tota terra tendat ad centrū suū:& qd̄ illud solū sit sibi pars inferior. Cap.xxxiiii.

❧Satis superius explicatum est quomodo ire possimus ad partem terre:quam nos inferiorē appellamus
tametsi difficile uideatur pauca scientibus.Ratio enim manifeste ostendit terrā rotundam esse a natura:
quāquā per accidentia aliquas habeat planicies montes & ualles causa habitationis animalium:& discur
sus aquarum.Sed terra in fundamento suo & figura uniuersali rotūda est.Ideo iuxta plures habitatores
plura habemus hemispheria:quemadmodum & plures orizontes.Attamen cōmuniter accipimus dimidi
um hemispherium pro tota ista parte terre discooperta atq; oceani dimidio:& alia dimidia pars inferior
aliud in hemispherio est.Sed etiam illi qui sunt in oriente & occidente:hemispheriū suum habent per di
midiam terram:& pedes eorum contrarii sunt.Qui enim apud orientem manent contra occidētem pe
des habent:& occidentales econuerso ueluti patet in quocūq; corpore rotundo : nam si una formica in
uno latere ambulat:& alia in alio:habent pedes una aduersus aliam:& in corpore spherico non decet in
quantum ipsum respicere aliquam eius superficiem inferius.Omnes enim ad centrum uel dimidium cor
poris tendunt.Tamen ista corpora que nos tractamus:petunt uniuersale centrum terre.ideo tota terra
aut corpora grauia similem habent condictionem.Vnde non licet nominari habitantes sub pedibus no
stris:quoniam omnes homines & nos & antipodes super terra habitamus:& propterea nō unus sup alio:
licet quod si aliquis habitaret in centro:ille esset infra omnes : eo quod solum centrum terre sub pedibus
nostris manet.& transeundo per dimidietatem terre siue ultra centrum ad aliā partem:inciperemus ascē
dere:ideo talis ascensio non erit sub pedibus nostris.& sic angeli maligni & anime:que male uixerunt in
hac uita:erunt sub pedibus omnium habitantium circūcirca terram.Quemadmodum enim terra per ꝓ
priam naturam effugit celum:equaliter per omnes partes similiter & dānati fugiunt bonorum domicilia
& mansiones:a natura enim cuncta propriam habent mansionem:& tota terra pugnat:ut ad suum cen
trum peruenire queat.hec enim est conformitas sua qua quidem proprietate solum cētrum suum est sibi
inferius.Tamen quamplures homines iuxta sensus eorum imaginantes arbitrantur:quod terra potest ex
sua natura cadere & ire supra aliam partem:quam nos inferiorem dicimus. Nunc autem petimus si celū
cum elementis caderet:quo iret.quoniam extra celum nullum est corpus neq; locus : nec ire potest ; nec
est tempus uacuum neq; plenum.Idcirco non potest celum extra locum suum exire:quia celū per omnia
latera & partes est superior pars mundi & terra inferior.

❧De Eodem

❧Quoddam etiā satis accomodatū exemplū hic adducere possumus:ut dicēdo assumat̃ aliqd̄ pomū uel
pila in altū:& duo hoīes q̄tuor manib9 cōcurrāt.Vnus ꝑ latera pomi ipsas astrīgēdo quātū pōt utrisq;
pomū coercēs.& alius unā supra pomū apponat:& alterā īfra quas ī pomo quātū pōt eq̄liter ꝑmat.Vnde
data hac restrictione quatuor manuū per omnes partes semꝑ pomū in eodē loco fixū manebit.he uero

quatuor manus in pressura pomi tanquam superficies totius terre cum centro suo se habet: Nā q: omnis terra in superficie posita aut ubicūq sit: inquantum potest conatur: ut in centrum suum deueniat. Vnde posito q̄d non daretur aliud corpus inferius neq superius: necessario patet quod terra per eius restrictionem ut ad centrum omnes partes deueniāt: semper esset imobilis. ¶ Et idem de celo hic exemplare possumus. Si enim quattuor ab uno pomo equaliter per omnia latera attrahunt pedes & manus firmando i ipso pomo: ut tergus quantum possunt effugiāt: sicut dum homo pede & lumbis balistam armat. Lumbi enim quantum possunt pedem fugiunt: pari modo celum undiq terram fugit: ac si pedes & manus supra ipsam posuisset: & cum ultimo posse tergus fugisset. Et taliter celum manere oportet in equali distantia a terra: eo quod tota mundi machina unita est. Vnde posita in dimidio terra ac fixa ob eius superficies ad centrum deuenire conantes: necesse est quod omnes alie sphere elementorum atq celestia corpora proprium locum obseruent: eo quod ordinem in eis positum disgregare uel transgredi nequeāt. ¶ Et ad hoc concipiendū seu quod in toto terrarū orbe circa eius superficiē neq superius neq inferius daf. Assumatur talis consideratio de absoluta natura absq aliqua distinctiōe uel respectu aut uacuū imaginemur ubi nec est medium nec extremum nec sub nec supra. ¶ Deinceps ponat in eo uacuo imaginario aliquod corpus: petimus nunc qualiter magis ad unam partem q̄ ad aliam hoc corpus ire debet. Si natura propria sua est in eo loco producta: ubi nunc est taliter quod nullo pacto respōderi potest: q̄d magis ad unā ptē q̄ ad aliā tale corpus declinet: p̄terq̄ ad eius dimidiū tanq̄ ad centrū uel ꝓpriā originē. ¶ Vlterius scif eo q sensibus cōstat terrā a nullo latere cū celo firmari uel coniungi. ¶ Sphera aque aeris & ignis p oēs ptes circūcirca terrā uadūt: ut ab oīb9 cōcedif. ¶ Nunc sic: fiat ignis: siue artificialis focus ita uulgariter nūcupat9 i hemispherio q̄d nos antipodū habitatiōnē denominamus: utrū ille ignis seu flāma uersus terrā aut spherā suā uadat. nō ē dicēdū q̄d ad terrā: eo q̄d unūq̄dq elemētū motū habet ab origie sua: dū extra iuenif. Igif necessario ignis ad spherā suā uadit. Mot9 ignis ē sursum: seq̄f q̄d ēr de pte terre quā nos iferiorē uocam9: ad celū eūdo op9 sit ascēdere. nā sicut i habitatiōe nr̄a grauia ad cētrū terre uadunt: & ad celū leuia. idē fit p oēs terre circulationes. Si uero ignis & lapis in altero hemisphterio ambo ad terrā uenirent aut ꝓprio motu ad celū mouerenf: tūc sequeref quod grauia & leuia eundem motum simpliciter habuissent: quod est natura impossibile. ¶ Et si lapis cadens ad celū mouef: & ignis uenit ad centrum terre in altero hemysphterio: res cōtrarios habent motus: q̄ i hemysphterio nostro. Vnde hoc cōcesso sequeretur ab igne suam igneam spheram appeti: & ex terra terreā: atq econtrario in altero hemysphterio. quod natura nullaten9 stare potest. Ita quod sup ratiōe quiescendū est posse nos p totam terre superficiē circūcirca habitare semp sup ipsa ac sub celo manendo.

¶ De aliquibus orbibus quos astrologi in celo solis esse dicunt: ac de uariis motibus & suo ꝓprio centrico. Cap. xxxv.

¶ Quum astrologi agendo de orbibus concentricis epycicilis celorū minorē rationē quā i superiorib9 uisis ostendant adhuc aliquid subnectam licet quod parum erit. Astrologi siquidem in celo solis tres orbes ponunt: aut quod dicunt duos esse orbes & unā spherā: quos tamē orbes in una parte latos figurant & in altera strictos. & q̄d isti moueanf ad motū noni siue octaui celi secundū uarias opiniones: & hic motus est in ducentis annis per unum gradum ex occidente in orientē: & in sole unum proprium centrum ponūt: quod centricū appellant: & aliud ꝓpriū cū centro terre: & p hanc centrorum diuersitatem dicūt solem terre iam ꝓpinquū: & iam remotum: & pleraq alia consimilia afferunt. ¶ Sed nūc petimus quo pacto astrologi ꝓbent: quod sol tres orbes contineat: quum in uno illorum ipsum situatum esse inquiāt & quod alii non faciunt totaliter illum motum: qui fit a sphera: ubi sol manet. & quia in aliis orbibus non est aliquis planeta aut signum determinatum. Vnde uidere aut cognoscere ualeamus istos orbes: quē admodum aiunt: quod sint cum aliqua ratione. Quoniam nec ex necessitate dei nec alicuius creature: ex quo manifeste contra rationem enituntur uolentes illa: que frustra sunt assignare. Et dicendo quod hi orbes in una parte sunt grossiores: & in alia subtiliores: quomodo hoc probare possunt. quia licet isti orbes circulares supra nos sint: nil extra illorum superficies: que erga nos respiciunt uidere possumus. Et postmodum dicendo quod iam sol sit longinquus & iam propinquus terre nulla ibi adducitur probatio nulla similitudo: & quod talis ꝓpinquatio & ꝓlongatio solis a terra nō detur: iam supius diffuse ꝓbatum est.

¶ Qualiter uideatur stare non posse: quod quilibet orbis aut celum habeat proprium cētrū per se ultra cōmune omnium. Cap. xxxvi.

¶ Nō solū uidef nō eē cōueniēs: q̄d aliqua sphera seu orbis suū cētrū hēat extra cōmune cētrū ipsi9 terre: tūc eni motus eius nō esset equalis: imo & a natura repugnat: & patet q̄a tota terra equaliter secūdum naturalē ordinē ptē mūdi iferiorē appetit: & aqua suā spherā equalē adoptat: & aer itidē equalē. & ignis quoq igneam equalē. Et hac cōdictiōe dicēdū ē de celo q̄d equaliter superiorē locū exposcit: & si i una pte sphera est grossa: & i alia subtilis nō appetit equaliter altitudinem: neq fugit infimum. & hoc cōtra

naturā est:pcipue qd celū nō habet diuersas materiaꝝ cōpositiōes. Et sicut est simplex:undiqꝫ ē equale:&
equaliter altitudinē petit:& terrā effugit:quis terra & aqua ex cā cōpositiōis generatiōis & corruptiōis i
aliqbus ptib9 sint grossiores in aliis uero subtiliores:& recte se habet. Sed nō idē de celo itelligit:quū sim
plex sit. ¶ Vlterius ad ꝓbādū hoc cētricū i sole supius tactū difficile mediū resultat. ¶ Et taliter insta
tur:aut cōcētricū solis ē sup hac terre dimidietate:i qua nos manemus:aut uero sup alia:quā iferiorē nū-
cupamus.seu qd cōcētricū uadit circūcirca terrā sequēdo orbes solis:ad primū si cētricū est fixū sup hac
pte terre quotiēscūqꝫ sol trāsit sup hac pte i estate uel hyeme:erit remotius a terra:q̄ dum p aliā ptē trāsit
apud nos iferiorē nūcupatā & si cētricū est ad ptē antipodū dum sol trāsit p ptē nostrā & iuxta terrā:ibi
erit aliud centricū solis:sicuti est apud nos in estate. Sed hoc modo semp sol pariformiter se hēbit:uideli-
cet remotus a terra sup hemispherio:i quo habet cētricū:& ꝓpinquus ad terrā i alio hemispherio. ¶ Si
uero cētricū corp9 solare circūcirca terrā:seqꝉ ꝙ semp sol a terra equaliter distabit:ut iam supius agēdo
de luna & quocūqꝫ planete explicatum fuit.

¶ De epyciculis:& q̄ difficile sit ad probandum omnino quod sint. Cap.xxxvii.

¶ Est aūt difficillimū posse aliquā de epyciculis rōnē elici. Nō eni sensib9 demōstrari possunt:& uelle age
re sciissuras ipsi celo nullatenus rōni inheret. Maxime qa motus ipse nō est circularis p gyrū terre:nisi sub
& supra. Et hoc modo pars epyciculi sursum ascēdit:& pars deorsum descēdit itelligēdo supiorē ptē ꝓ ce
lo & iferiorē ꝓ terra. Vbi nō uideꝉ qd sit talis epyciculus & motus:q eēt celo cōtrarius. Hūc uero motum
quo ad libitū disponere possunt. licet cū difficultate:quū nō sit p gyrū circū terrā. ¶ Et ultra hoc aliud
dubiū remanet:qd si epyciculus est i alio foramine intra celū & postea i supficie epyciculi planetā ponūt
eque ac si rotunda pila seu nodus extra epyciculū. ¶ Peto tñ quomodo nūc p gyrū itra celū ire queat:
quin aliquod uacuū causet:quū epyciculus minime equalis sit. Dico aūt ꝓpter nodū scilicet planetā:quo
circa necessario planeta maiorē locū sibi uēdicaret q̄ alie ptes epyciculi. Et quū ex una pte in aliā mouet:
maneret aliquod uacuū p locū:unde trāsiuisset:& p philosophos & merā rōnē de forma celi demōstratur
qd rotūda esse debet sine aliquib9 angulis ad euitādū uacuū:& ibi nō est aer quo uacuū adimpleat:neqꝫ
celū est dilatabile & restrictibile ad dādū locū & ad iplendū id qd deficit. quēadmodū elemēta faciūt:qa
aliis corporib9 cedunt:& locū iplēt ubi idigētiā cognoscūt. ¶ Tādē epyciculi imaginati ab astrologis
sunt. ut substētare queāt ut planete:tā ꝓping iā remoti a terra trāseāt. tñ ex hoc nulla lōgitudo uel breui
tas dierū dareꝉ qm̄ epyciculus: qd hēat planetā ad ptē supiorē uel iferiorē semp i una & eadē mēsura trā
siit simul cum orbe suo circūcirca terram:quo circa sine proposito epyciculi positi sunt.

¶ De aliquibus inconuenientibus maximis que sequerentur dum epycicula & concentrica di uersa darentur. Cap.xxxviii.

¶ De cētricis & epyciculis multa sunt dicēda:i hoc aūt capitulo pauca dicemus tametsi de maximis incō
ueniētib9 aliqd explicabiꝉ. Et primo ponamus unūquodqꝫ celū aliquod particulare cētricū hēre ultra il-
lud uniuersale totius mūdi correspōdēs ad centrū terre:hoc cōcesso asserendū est quodcūqꝫ celū p se tā-
quā mūdū diuersum ad totā hāc machinā se hēre. Quādoqdē p se aliquod fixū psupponit ꝓpriū:& cete
ris alienū:i quo uoluaꝉ:& posita tali diuisiōe supius & iferius atqꝫ i medio idest i operādo nullū celū est ꝓ
prie colligatū cū aliis partibus huius mūdi. ita qd ut recte totus mūdus se hēat:oportet ꝙ unā solā super
ficiem semper fixam habeat:non autem uarias:& pariter unum centrum & non plura. ¶ Sed de epyci-
culis dicamus in quibus multo maius atqꝫ clarius inconueniens assignatur. ¶ Ponamus nunc ꝙ epy
ciculus uoluatur ut ab astrologis asseritur:manet intus:in celo quecūqꝫ mouentur de auctoritate sapien-
tium necesse est quod circa aliquod fixū moueanꝉ:ad qd tanquā ad cētrum aspiciāt. Epyciculus p astrolo
gos moueꝉ nō circūcirca terrā quo ad motū suū nisi i ipso celo. Vnde seqꝉ i seipso aliquod fixū centrum
hēre:super quo moueaꝉ:quū nullatenus ad cētrū terre aspiciat:neqdē sup ipso moueat:& ubi ꝓpriū cen
trum ibi propriū mediū:& ꝓprius finis datur. Et ubi oīa hec simul oio mūdus p se denominādā. Epycicu
li sunt huiusmodi:& p astrologos ponunꝉ. igiꝉ secūdū astrologos plures mūdi danꝉ. & si opponeres dato
qd mundus sit. aut tāquā mūdus se hēat:i hoc magno mūdo cōclusus est:nos iterū asserimus:qd cōclusus
aut nō cōclusus p te plures mūdi danꝉ. & qa plures simul nō repugnat:qd etiā plures diuisim dētur:idest
alii mūdi extra ultimā istius supficiē:quod est cōtra sapiētiū sentētiā & rōnē:ut in libro septimo uisū est
epiciculus ueluti ipm describis est cū hoc mūdo cōtiguus. Sed supficies & alia necessaria in se cōtinet: ut
mūdus denominari queat:& qd peius ac fortius hētur:motū habet oino alienū a toto hoc mūdo:in quo
pcise dicit tanquam mundus per se. Nam dato quod in superficie cum hoc mundo contiguum sit:simili-
ter essent plures mundi extra istum positi. Ita quod ridiculum est de his epiciculis plures orbes & plura cē
tra poni. Quum sub nullo sensu nulla ratione cadant:& plurima in natura adducāt scādala. Verūtamē
qui in primis similia adinuentauit:quāuis ceca sint aliquam subtilitatem ostendit:presertim ad decipien-
dum eos qui paucam habent naturalium rerum cognitionem.

in tali distantia una ab alia: quod in quibusdam dici potest unam habere figuram libre: & aliam piscis: & sic de reliquis. Verumtamen in hac expositione minime acquiescunt. & sic omnes figuratiue assumunt: dicentes: leo a fortitudine caloris tali nomine denominatur: quia eo tempore quo dicimus solem esse in leone maximus calor apud nos uiget: & quia leo est fortissimũ animal: sub hac figura asseritur solem esse in leone: dum multum caloris inde sentimus. Et capricornum ad similitudinem imbecillitatis seu frigiditatis. ¶ Sed neq; istud fundamentũ ualet & assumamus sic eo tempore quo sol extra lineam equinoctialem uersus polum articum decurrit presertim manendo in tropico cancro est maximus calor circumcirca terram uergentem ad septemtrionem. Vnde fit quod si propter maximum calorem signum in quo sol eo tunc manet: leonem uocamus ad similitudinem fortitudinis. habitantes ultra equinoctialem lineam in circumferentia terre super noctualem plagam denominabunt ipsum capram. uel capricornum ad similitudinem debilitudinis: Quoniam apud eos paruum calorem reddit. Vnde capricornius apud nos denominat9 erit eis leo. ¶ Et aduertas circa motum solis ne decipiaris. ut uulgares gentes faciunt: credentes quod magnitudo dierũ & fortitudo caloris sequantur secundũ uaria hemysphoria. non enim ita se habet: qm̃ dimidiũ hemysphoriũ nostrũ in recipiendo claritatem solis per breue aut longum tempus cum altero dimidio hemysphorio conuenit: hoc est de linea equinoctiali ad polum articum circũcirca terrã semp habemus equales dies atq; noctes. omnes habitatores super amba hemysphoria: nõ intelligas equales dies & noctes tanquã in tẽpore eqnoctiali: nisi quod in oĩbus tẽporibus illud qđ p nos in hemysphorio nr̃o circa dies & noctes: pari modo apud antipodes ad partem septẽtrionalẽ habitantes: & eandẽ rationẽ de habitãtibus extra lineã eqnoctialẽ circũcirca terram uersus polum antarticũ intelligas: ita quod dum sol est in capricornio in india aut regionibus illis sunt dies longissimi. ueluti apud nos in mense maii & iunii. ¶ Et hoc uiso dicendũ est dierum ac noctiũ disparitates euenire ex eo qđ in estate nr̃a sol transit ultra dimidiũ terre ad partẽ septẽtrionalẽ adeo: qđ eo tunc paucam possumus habere umbrã idest noctem: si enĩ manemus post aliquẽ montẽ ad partẽ septẽtrionalẽ citius sol a nobis se abscõdit: quã si in eodẽ monte ad partẽ meridionalẽ manemus. & terra tanquã mons siue obstaculũ cõtra solẽ se habet. per quã oppositionẽ nox causat: ubi sol suos radios mandare nequit ꝑpter ipsius terre oppositionẽ: & quia in estate manet uerius nos extra lineam meridionalẽ ad septẽtrionalẽ plagam: necesse est quod ipsum solem uideamus p longũ tẽpus: & in hyeme p paucũ: quũ sol transit ultra montẽ idest lineã eqnoctialẽ: & sic citro altitudo dimidietatis terre se opponit inter nos & solẽ: & fit nox: in nostra uero estate qa sol extra eqnoctialẽ lineã ad septẽtrionalẽ partẽ trãsit in aphrica per hemysphoriũ nostrũ & alterũ in eo tunc parũ uideri potest.

¶ Qualiter intelligendũ sit quod sub quocunq; polo est una dies que continet sex menses: & nox totidem & de uariis similibus. Cap. xxviii.

¶ Quia de ordine astrologoꝝ atq; alioꝝ antiquoꝝ & modernoꝝ sapiẽtũ qui de mẽsuris machine mũdi scripserũt mũdus ĩ trecẽtis & sexagita gradibus diuidit: ita qđ dimidia pars seu de polo ad polũ p unũ hemisphoriũ erit p cẽtũ & octuaginta gradus: & totidẽ orizons nr̃: ubicũq; iuenimur p quodlibet nostrũ latus nõaginta gradus celi aspicimus: taliter qđ semp dimidiã partẽ celi uidemus ĩ orizonte nr̃o: ubicũq; reperimur. & sic sub eqnoctiali linea seu dimidia terre positi ambos polos p orizontẽ habemus: & pariter atq; p eandẽ mẽsurã q sub aliquo polo p orizontẽ lineã eqnoctialẽ habebit p qđlibet hemysphoriũ: Hoc assumpto facile atq; demõstratiue uideri põt qua de re sub quocũq; polo erit p sex menses dies: & per tot alios nox: & sic in toto anno nr̃o ibi una sola dies & una sola nox erũt: ut patet. nã sol dum sup̃ lineã eqnoctialẽ euenit p orizontẽ respectu habitãtiũ sub quocũq; polo: Dicamus qđ dimidietas est mẽsis septẽbris: tũc sol lineã eqnoctialẽ dimittere incipit: & ad tropicũ capricorni decurrere: deuiat eni extra ipsam eqnoctialẽ lineã p uiginti tres uel uiginti tres gradus cũ dimidio: & oportet qđ per tres menses demoret eundo ad ipsum capricorniũ: & totidẽ ad eqnoctialẽ lineã redeũdo. ¶ Reuertamur nũc: ubi diximus qđ sol dũ est ĩ linea eqnoctiali: se habet p modũ orizontis habitãtib9 sub quocũq; polo: A dimidio septẽbris usq; ad dimidiũ martii: extra eqnoctialẽ lineã ad ptẽ capricornii manet: Palã cõstat qđ habitãtes sub polo artico: eũ p hos sex menses uidere nõ possunt eo: qđ extra ipsoꝝ orizontẽ manet circũcirca terrã & extra orizontẽ nihil uidere possum9: & pariter in dimidio martii: qñ sol eqnoctialẽ lineã transire incipit deueniẽdo ad tropicũ cãcri: habitãtib9 sub polo artico diescere ĩcipit: & habitatorib9 sub polo antartico noctescere: cũ cuiusq; poli eadẽ sit ratio: itaq; sub quocũq; polo una dies sex menses: & totidem una nox cõtinebũt: & sic semp eqnoctiũ. i. equalis dies cũ nocte erit ĩ quocũq; polo eo quod una sola dies & una sola nox p totũ annũ: tñ ueluti nos manẽtes in clymate quarto uel qnto habem9 duodecĩ horas diei & totidẽ noctis: habitatores sub polis habẽt sex mẽses in una die & totidẽ in sua nocte. ¶ Amplius in oĩb9 patriis: ubi minus quã uiginti tres gradus: ab habitatiõe sua ad polũ articũ aut antarticũ habẽt: maximã inter dies & noctes disparitatẽ habebũt: Gratia exẽpli dicamus qđ habitantes in uruegha a polo artico per uiginti & duos gradus tm̃modo distãtes sunt: Dũ p unũ gradũ sol a capricornio ꝑlõgat: p aliũ gradum ab orizonte habitantiũ: in uruegha abscondit: & est unus gradus antequã ad ipsum capricornium

quia planete fixiores seu immutabiliores sunt his infimis corporibus: suas quoq; pprietates diutius obtinebunt. Vnde non est dicendum quod uariis condictionibus uacillent pro qualibet minuta: quibus astrologi ad quãplures excusationes accedunt: asserẽdo quod paruus error perpetratus in terris erit: postremo in celis maximus. cõtra qd nos idẽ esse dicimus hic sicut & in celo. Nam oẽs stelle suos radios in terram emittunt. Et tanto tẽpore super una parte terre persistũt quanto & sup alia celi regione: qa q̃uis celũ maiorem distantiam contineat q̃ terra: radii sui secum cõmunicant ac si terra celo equalis esset. Quoniam radii ad ipsam tan q̃ ad punctũ siue centrũ correspondent. ¶Et qñ dicunt astrologiam ueram esse: tñ quod nos non percipimus neq; scimus eam recte. De hoc utiq; nemo poterit asserere non esse uerã. Sed quod non ita sit psupponimus: nec per eandem uiam quam astrologi tenent. Non enim satis est scire: qd res sint: nisi sciuerimus quales sint: aut quid ualeant. Non enim ignoramus nostra hac tẽpestate quãplura apud mediolanum arma fieri. Sed non ex hoc sequit̃ ciues illos pre ceteris nationibus bellicosos esse: nec qd sint cũctis regnis militie bello pdominaturi. & q̃uis sciamus rome papã psidere: nõ ex hoc itelligit̃ qd q eã icolũt sancti sint: & similiter licet sciamus qd planete sint atq; ipsos uideamus: pp hoc planete nequaquã denũciãt quo tpe iste priceps ifirmãdus sit. & alii ad bellũ ituri. ¶Qd si oio insistere uolũt opa nr̃a a planetis causari: nos etiã inferimus quedã esse in terris mineralia: ex quibus oẽs affectiones nostras capimus super ipsa ambulando & non ex planetis: quũ longinqui sint. Denũ q; a minerali in terra iacẽte oẽs affectiones oriant̃ nostras pbationes dimittimus quo astrologorũ ratio eueniat. ¶Et ubi aiunt quod habetur cognitio de mille & tot stellis: & quod incõprehensibilis stellarum numerus restat: de qbus nulla datur cognitio: & ideo quod plerũq; aberrent. ¶Respondendo dicimus minime hanc excusationem fore eis admittendam: licet quod si stelle potestatem haberẽt (ut aiunt) etiã necessario errarent: quũ tantam stellarum inumerabilem quantitatẽ ignorent. Sed hanc uiam eis concedendo uiderẽtur aliquod fundamentum habere: attamen nequaquam ista est uia: quoniam anima nostra dignior est quocũq; planeta: eo quod incorporea: & planete corporei: queãdmodum & alibi tractando de anima probatur. Iccirco decet in primis q; astrologi probent qualiter planete sint digniores q̃ rationales anime: aut quod deus omnipotens iusserit animas planetis obedire: & quia hoc probare nequeunt absq; rõne laborant.

¶Quod ab astrologis presupponi solet nos uerũ dicimus secũdum naturam: sed deus potest ad libitum disponere ac de aliis scandalis uolentes nature attribuere que ei non competunt ut de diluuio maris apertione & christi proprietatibus. Cap. I.

¶Sepissime autem astrologi quandam pre manibus excusationem ferunt differentes: nos id quod natura disponit aut uelle demonstrat inscribimus. Deus autem natura prepotens est: & quo ad libitum potest qcq id crescere uult aut diminuere super naturalibus atq; accidentalibus cursib9. Que tñ excusatio nullã habet efficaciam. Nam de eo quod naturalibus meritis compertit raro deus se imittit neq; ipedit mutãdo naturalem regulam cum super naturali miraculo: & plerũq; astrologorum institutio fallit. Quamobrem non miraculose nisi quod eorum facultas falsa est & uana. ¶Deus uero licet omnia possit nequaquam cõmunem ordinem imutare uolet quem si iterdum mutauerit rarissime & miraculose factum esse dicimus & sic uiso aliquo naturales regulas excedẽte miraculosum esse fatemur. ¶Et hac uia manifeste possumus redarguere illos qui temerario dicunt diluuium ui planetarum fuisse causatum: & similiter de apertione maris rubri ad transitum populi israelis: & quod Christus per planetarum cõstellationes facturus erat qcquid fecit. Et eadem morte qua obiit moriturus. ¶Et simili modo de aliis miraculis inquiunt: que minime substentari queunt penes naturalia merita: quia licet presumant quod per planetarum coniunctionẽ in uariis signis sit causatum diluuium: ad probãdum hoc per naturam oportet alia similia uel parum uaria inferre. Quoniam planete seu elementa agere solent ut pluat per octo uel decem dies: quãdo magis continue & in aliqua parua puincia. Sed in diluuio habemus qd pluit p quadraginta dies & quadraginta noctes per uniuersum terrarum orbem: & non solum aqua ex celo descẽdebat uerum omnes queq; caracteres terre aperti fuerunt: & aque emanabãt. Sed quia non causatur aliud simile diluuium nec ferme consimile: tenẽdum est q; miraculose: & si de uniuersali diluuio non conceditur: non potest teneri quod mundus sit eternus: nequidem antiquior q̃ sacra scriptura enarrat. quoniam si eternus uel antiquior: plures scripture & plura edificia antiquissima de necessitate inuenirentur: licet q; neq; ualet allegare diluuiũ ad delendas antiquitates ut alibi a nobis probatur. ¶Circa maris apertiones uidetur etiam difficilius aut natura repugnans: eo quod nullo unquam tempore aliud simile principium medium aut finem uidimus: quapropter hoc non possumus planetarũ ordini attribuere. nisi dũtaxat uoluntarie potentie aut absolute uel sine aliquo impedimento. Etiam petrus de abbano uidetur posuisse: q; in altero hemispherio quod nos inferius appellamus sit quedam species lapidum talis uirtutis: quod quandoq; solem eclypsare faciunt: & quod huiusmodi fuit eclypsis solis in passione Christi. Tandem asserendum est q; qui similes errores fabulose adducit: ad omnia mala oblatus est. Vnde non hi insulsi: sed principes q ipsos comburi nõ iubent omnino culpandi sunt.

¶De sceleribus astrologorum contra leges. Cap.lii.

¶De uita morte & resurrectione christi aliquid contra astrologos exponemus: dicunt eni͂ quod ꝓpter unam minutam quam errāt ī alicuius natiuitate: nequeūt recte de operibus illius hominis iudicare. & de natiuitate christi nullam certitudinem habemus ex hebreis aut discipulis: nisi qd tali nocte in uigesimo quinto decembris. Vnde penes eorundem astrologorum professionē non habendo determinatū punctum: non possunt rectum iudicium agere. ¶Preterea in illa nocte quāplures nati fuerunt: nec quisquam eorum preter christum mortuos resuscitauit: nec per manus hebreorum tormentatus seu crucifixus: neq; post mortem tertia die resurrexit: neq; alias est uisum quod planete talem hominem producerent: ex quo possumus fundamentum capere: quod planete tali potestate potiantur. Vnde palam & sine aliquo dubio astrologi heretici & contra omnem ueritatem tendunt. ¶De christianis uero iudeis & mauris ualde admirandum est: qd inter se legum detestatores tolerent. Nam secundum legem scripture diluuium miraculose super omnibus operibus nature factum fuit: & mare rubrum etiam miraculose apertum: ut populo israeli transitus exhiberetur. Et in hoc hebrei mauri & christiani cōformes. ¶Christiani uero ꝓ fundamēto tenemus Christū esse deū & hoiem. Vnde astrologi ꝑfesse & fundamentaliter aduersus legem nostram profitentur: & sic ad eos ignominiose compellendos nullis indigemus testibus. Et inter alios qui mala in astrologia indiderit: Petrus de abbano pessimum sibi nomen comparauit: quum nō solum ista ponat uidelicet de diluuio uita & morte christi ac pluribus aliis huiuscemodi. Verumetiam temerario dicere uoluit quandam planetarū & signorum coniunctionem esse: quod si ī illo puncto homo a prima causa aliquid implorauerit: necessario impenditur. & uult de seipso exemplū īferre dicens quod tali tempore maximam scientie disciplinam petierit: quam consequut⁹ fuerit. Nos uero de petitione nō dubitamus: Sed quod eam frustra sibi conciliauerit non ignoramus: eo quod scire suum erat quoddam inter medicos cōmune: quanquam & ipse magicis artib⁹ iuigilasset: quod sue incredulitatis argumento includitur. ¶Inter alia de physonomia hominum scripsit: & saltem ibi palam fit nihil sciuisse. quum q; hic penitus errauerit in locis subtilioribus: tenendum est quod raro uel nunquam bene dixerit. qui tandem malignitate ductus ait quod Christus stellarum influētia erat moriturus ea morte qua obiit. ¶Petrus uero de abbano & alii astrologi nullo modo sciuerunt predicere qualē mortem fuissent passuri: neq; tempus nequidem determinatum locum: & dicunt Christum non potuisse euadere eodem instanti quo mortuus est: quod si experiri uolunt falsam esse eorum doctrinam: dicant alicui de morte eorum & quando morituri: quoniam ille tempus & locum moriendi inmutabit. ¶Nonnulla etiam ludibria ipsum petrum egisse ferunt: que tamen inter uulgares sunt: ceu ubi dicunt quod una nocte quendam putheum ex domo alterius ad suam trāstulit: & id magicis artibus factum fuisse. & quāuis ista apud sapientes non sint pro illis qui parum sciunt: super hac fabula aliquid declarabimus. ¶Putheus non se habet ut lapis uel lignum: quod possit de loco ad locum transferri. Nam putheus est quedam subter terra concauitas: ī quā aque per uenas terre effluentes decurrunt: Vnde putheus fit. Quocirca eum transmutare non potuit: eo quod aliunde in ipsum frequenter aqua per terrestres uenas euenit: ideo si uolumus quod illa aqua ī aliū locum decurrat: necessario opus est: quod alium putheum faciamus: ad quem ipsa dirigatur: & quod primum putheum claudamus: aut ultimus profundior fit. & hanc fabulam comentando seu subornando q̄dam dicunt: quod petrus de abbano domi sue putheum struxit circa alium primum effodiens: & omnib⁹ antea preparatis nocte iussit alium putheum terra adimpleri. Tamē ut fides sibi adhiberetur: quemadmodum & alchimiste faciunt: dixit quod per magicas artes demonibus mandauit: ut ex domo alterius ī suā transferrent: quod nullatenus esse potest: si modo deus nouam spiritibus potestatem nō dedisset ad effodiendum in uno putheo & ad imittendum terram in alio.

¶Quod astrologi aliqua ratione dicunt: quod calendarium ecclesie moderandum esset: & quod hoc stare queat. Cap.liii.

¶Astrologi quoq; ecclesie computationes in calendario positas detestantur: in quo aliquam uident habere rationem: non tantam uero ut aiunt. Et ut uideatur utrunq; aliquo modo stare posse: aliqd de hac materia dicemus. ¶Enimuero astrologi inferunt: quod nos christiani dicimus haberi annos solares: & annus solaris complectitur tercentum sexagintaquinq; dies & circa sex horas: sed quedam minuta sunt minus q̄ sex hore: adeo quod in quatuor annis ille hore que supersunt in tercentum & sexagintaquinq; diebus faciunt unum diem: tamen non integrum. Quoniam aliqua minuta minus habent: & sunt illa q̄ quilibet annus sortit̄ minus q̄ sex hore. Et christiani cōiter tres annos hēmus: quorū q̄sq; tercētū sexagitaquinq; dies cōplectit̄: & ī quarto anno ex cā accipiēdi illas horas: quas sol magis cōtinet q̄ annus noster: annumeramus annū habētē tercētū sexagīta sex dies. Nos uero unū itegrū accipimus: & sol nō attingit ad ꝑficiēdū diē ī q̄tuor annis cū illis horis: quas trāsit. ac ꝓterit sup q̄nq; diebus. Et sic bisextū agimus ex cā ptingendi ad solē: nā si secus fieret retro maneremus: & etiā tantum accipimus in ista die bisextili: quod

per aliqua minuta solis cursum superamus.& ab hoc transitu dicunt quod post natiuitatem christi completo cursu solis in ãno:quicquid nunc est pteriuimus:uidelicet ex sancta lucia usq3 ad natalicia domini. Videtur enim christum eo puncto natum fuisse: quo sol proprie ĩ tropico hiemali siue in capricornio:In quo tamen bene constat astrologos se habere:quia instantibus terminis ueniet tempus:quo christi natiuitatem estiuo tempore celebrabimus:& natalicia sancti ioannis in hyemali:eo quod christi natiuitas circa ordinem nostrum:hyemem transibit.& in posterũ ad aliam estatẽ se conferet ; & secundum scripturas christus hyeme natus est. ¶Quinimmo astrologi dicere uidentur quod lune etiam cõnumeratio errauerit:Nãq3 ubi dicitur prima dies lune:asserunt esse quinq3 uel sex:& taliter ꝓcedendo eclypsim die ueneris sancto euenire posse:quod apud christianos maximũ scandalũ esset: ideo quum facile possit his oibus precaueri ecclesia ꝓuidere debet:nec alio opus est:nisi qđ natiuitas domini ad solis cursum transferatur: erit enim ubi nunc festum beate lucie celebratur ; & qđ ibi annus scilicet ianuarius mensis primordietur. & deinde festiuitates alie ordinatim sequantur & postremo ordinare:quod in centum triginta qnq3 ãnis paulo magis aut minus:in uno anno bisextili non fiat bisextus:hoc est quod sicut mẽsis februarii quarto anno erat habiturus uiginti nouem dies.cõstet ex uiginti octo tantũ.quia in eo quod uidetur in centum triginta quinq3 ãnis & paulo magis annus noster preterit ultra solis cursum una die. ¶Primũ autẽ qui hos errores inuenisset:dicũt fuisse ioannẽ de monte regio:q magnus erat astrologus & elaborauit:quod summus pontifex in hoc mediũ daret:qui tñ eodem tempore obiit. ¶Sed etiam ne uideatur quod christiani in intollerabilẽ errorem inciderint:aliquid in defensionẽ dicemus:hoc est quod annus noster in se rectus sit. ¶Ecclesia enim non ordinauit tanquã pro precepto:nos omnino secundũ solarem annum perrecturos:nisi quod aliquatenus inhereamus.& sic anni nostri semper infallibiliter constant ex trecẽtis sexaginta quinq3 uel sex diebus:quia iam scimus:quod per tres annos supra tercentum & sexaginta dies quinq3 annumeramus:& in quarto anno sex dies:& taliter christianorũ anni ĩtelliguntur. ¶Perse semper in suo anno cõputant tercentum sexaginta quinq3 dies:qui minus quam nos solarem annum insequuntur. ¶Arabes de duodecim lunis annum numerant. ¶Hebrei quandoq3 de duodecim & qñq3 de tredecim lunis:quia dies colligunt:ut nos in bisexto agimus.Tandem christiani pre ceteris solari ãno appropinquamus. ¶In numeris dierum & annorũ:quidam etiam uolunt ordinationem & constitutionem ecclesie redarguere asserẽtes:quod tunc quum dies dominica esse debebat fit dies ueneris:pariterq3 dẽ aliis rebus intelligitur:& quo ad ueritatem hic nullus error in re esse potest:nisi quod annumerãdo in circulatione dies super dies:uidetur quod numerus disparitatem adducat:& quo ad ueritatem nunquam habemus de presenti nisi unam diem:& particulatim numerãdo nullum errorem reperiemus: neq3 si connumeramus usq3 ad quinq3 uel septem:& denuo in unam redimus:aut si agimus numerum de tercentum & sexaginta quinq3 diebus:aut de quocũq3 uoluerimus:assidue inueniemus:ꝙ super illo loco in quo incipimus ad finiendũ redimus.Tamen quum septem dies accipimus:ac si essent in re de presenti & eos circũ circa annumeramus.& sic si in prima numeratione dies dominica uenit in signo octauo: in secunda trãsibit uno signo magis : & hoc in duabus primis ebdomadis capitur.Vnde si in isto anno erit unũ festum in die dominica:aliud in die lune erit: nisi quãdo fiet bisextus.Quoniam tunc per duos dies trãsit:& per hanc numerationẽ non est intelligendũ:quod dispar tempus sit:nec quod unum in aliud transeat:sicuti ex hyeme in estatem: nisi quod in equali tempore per modum numerandi ebdomodam super ebdomodam uidetur quod signa moueamus : Attamen illa signa non sunt positiua realiter omnia simul.Iccirco non possumus ponere festum:nisi in suo proprio die.

¶Qua de causa non potest euenire eclipsis solis in die passionis christi. Cap.iiii.

¶Astrologi enim in tempore nostro etiam reprehendere solent calendarium: asserendo quod ueniet tẽpus iuxta ordinem ipsius calendarii:in quo erit coniunctio lune cum sole in die passionis christi:& si coniunctio potest sol eclipsari:quod maximus in christiana lege erit error:cum per miraculum euidentissimũ habeamus de eclipsatione solis seu turbatiõe lucis per totum orbem in die plenilunii facta . unde ecclesia obseruat talem ordinem : quod passio domini in cõiunctione lune cum sole non celebretur nisi in plenilunio:uel circa. ¶Nunquã tamen ante pleniluniũ:sed aliquãtulũ post:licet quod potest fieri in plenilunio:si modo ecclesia uult:uidelicet quod si in die martis ageret lunam nouam:& nos in illa die etiam ageremus carnispriuium,sed quia non apparet luna in die coniunctionis in quo renouatur ecclesia noluit ingredi in quadragessima:quousq3 ipsam lunam uideremus nouam:& de raro solet apparere usq3 ad tres dies post renouationẽ: licet quod duos dies post coniunctionẽ uideri potest:& in lege ueteri etiã hoc obseruabatur. ¶Sed ad propositum deueniamus:ut ea que ab astrologis dicuntur:intelligant.assumunt tale fundamentũ:dicendo passio christi fuit in quintadecima lune:nũc quod habemus mille quingẽtos. & nouem annos post natiuitatẽ redemptoris:& mile quatrocentos octoginta & septem post passionẽ celebratur passio:ad uiginti & unum diem lune:dicunt nunc astrologi post passionem domini nostri trãsiuimus per sex dies extra quintamdecimã per totidem annos:& unum quartũ magis:ut fuerũt post passionem christi celebraret passio in die cõiunctionis:quod error maximus contra legem erit.quocirca calen-

darius est corrigendus ut scandala non eueniant. ¶Verũtamen similibus dubitationibus facile respõdere possumus:& quod fundamentũ contra ordinationẽ ecclesie non habeant: manifeste unusquisq; uidere potest.nam secundũ ordinationẽ ecclesie non põt pascha resurrectionis ultra uiginti quatuor dies aprilis trãsire:& duo dies de luna sunt minus in die passionis:eo quod passio in die ueneris:& resurrectio in die dominica:taliter quod erunt uiginti & duo dies de luna in die passionis:quãdo magis & nõ potest potius eclipsari sol ad uiginti & duos dies lune:quam in quintadecima. unde nullus potest assequi error in calendario:dubitando de eclipsi in die passionis. ¶Et ut pateat ita se habere: ueluti dicimus: ordo ecclesie in hoc loco est aspiciendus:qui ordo talis est.si mensis februarius habet lunam in eo mense renouatam:sub ipsa ingredimur in quadragessima:si februarius non habet lunam: quandoq; capimus primã lunam martii:que potest renouari prima die martii i aliqua hora ipsius diei aut in die cum dimidio:& altera luna fecit in ultimo ianuarii:in illo ãno in mense ianuarii renouatur bis luna: & similiter in martio. ¶Et in simili anno possũmus agere carnisprivium in principio februarii sub illa ultima luna ianuarii. quoniã de ratione ecclesie triginta & duob9 diebus potest esse unum pascha altius altero:& sic in altiori quadragessima ingredimur ad octo dies martii & in iferiori ad quattuor uel quinq; februarii:si erit bisextus in illo anno: ad quattuor dies:& si non est bisextus ad quinq;: & tunc erit pascha ad uiginti & duos dies martii:& tũc erit inferius quantũ esse potest.& hic quãdoq; disputare cõtingit:an debeamus ingredi in qdragessima sub luna renouata in fine ianuarii:aut sub luna principii martii:sed quod hoc uel illud fiat:nil contra ordinationẽ ecclesie.quoniã triginta & duos dies de differentia in assumendo carnisprivium capere possũmus:in qua distãtia de necessitate aliqua erit luna noua:aut quãdo magis de octo diebus renouata:& quãdo pascha altius:uidelicet ad uiginti quattuor aprilis celebramus:festa corporis christi & sancti Ioãnis simul eueniunt: ¶Nunc uero ad probandũ: quod extra octo dies de luna noua aut quãdo magis nouem transire nequimus in agẽdo carnisprivium:ita ꝓcedendũ est.dicamus quod in isto anno in die martis luna renouatur:in secundo anno eueniente renouatur in die lune:tertio anno in die dominica:quarto anno in die sabbati: quinto in die ueneris: sexto in die iouis:septimo in die mercurii: octauo uero iterum in die martis.unde si uolumus assumere carnisprivũ in illa die renouationis lune: non erunt nisi uiginti & duo dies lune:& si uolumus uidere lunam renouatã factam in die preterito tunc habebimus unam diem de luna ultra quintãdecimã: & sub hoc ordine non solet uocari luna de illo die in quo agit:sed de secundo.& tamen sic uel sic assumptũ extra octo dies de luna renouata nullatenus trãsire quimus. ¶Sed quia quomodocũq; capiatur: oportet quod luna renouetur in una de septem diebus.unde si prolongatur ad unam diem martis ad aliam appropinquat:& quomodo transit illum retrocedendo: in illa die martis propinqua agimus carnisprivium. unde nõ possunt nisi septem uel octo dies de differentia extra quintamdecimã esse.cõputatores dicunt quod ueniunt de centũ ad centum annos dies corporis christi & sancti Ioãnis simul:& uidetur quod celebrate sunt simul festa corporis christi & sancti Ioãnis iam quinquaginta & sex annis preteritis. ¶Preterea contingit similis uariatio lune: eo quod nos cõputamus ãnos:menses:& dies secundũ cursum solis:non autem ad cursum lune:& quia ad libitũ in aliquo mense numeramus maiorẽ numerũ dierum: in altero uero minorem:& pariter in aliquo mẽse magis dies de luna:& in altero minus:& quãdoq; agimus bisextum secundũ cursum solis: ut ãnos ordinatos assumamus in similibus cõputationibus capimus aliquos dies:horas: uel minuta ultra cursum lune.nam omnis luna habet uiginti nouem dies cum dimidio aut parum magis:ita quod in quocũq; ãno sunt duodecim lune cum dimidia atq; aliquid magis:& tamen sequẽdo cursum:cõputantur tot lune ueluti mẽses & non magis. ¶Sed in hoc nullus error:ut iam uisum est:quoad eclipsim cõtingi potest.quoniã nullatenus in die passionis euenire queat:in breue neq; in lõgum tempus.quoniã semper de die martis ad diẽ martis reuerti possũmus:aut de marte ad diem lune:sed quãdo erit luna in die lune renouata: in die martis proximo fit carnisprivũ.unde non nouem dies:sed tantum octo extra pleniluniũ transire possumus. ¶Et animaduertendũ est:quod omnia hec sub ratione facta sunt:ut tria pcipue in lege gratie obseruentur. ¶Primũ eo quod semper pascha cum iudeis non celebremus:secũdo quod in tali die ueluti christus resuscitatus est:semper pascha fiat:uidelicet in die dominica:tertio quod passio in die ueneris celebretur: in quo die christus mortuus est.& insuper quod inter passionem & resurrectionẽ una dies trãseat: ubi de cõmuni cõsuetudine tertia dies dicitur. ¶Et si quintamdecimã semper assequeremur: nullatenus has conditiones obseruare potuissemus.non primam:quia iudei semper ingrediunt in pascha in plenilunio una die ante aut una die post:licet quod de ꝓcepto legis ueteris habeat:debere fieri pascha:ad quartãdecimã post equoctium mensis martii:sed secũdũ alterũ ritum iudeorũ dicunt:nõ posse ingredi in hoc pascha in die lune:in die mercurii:neq; in die ueneris:eo quod debent habere tot dies de hoc pascha ad pascha septẽbris:quod de oliua seu tentoria denominant:ad similitudinẽ temporis:quando in deserto habitabant:& illud pascha uidet non posse fieri in die sabbati:& si celebrarent pascha martii in die lune:mercurii:aut ueneris:potuisset euenire pascha septẽbris in die sabbati:quod apud ipsos non cõceditur.tamẽ semper obseruant pleniluniũ ingrediendo in pascha una die post aut ante.unde fit quia quãdo nos igredimur in pascha resurrectionis:iudei exeunt de suo:presertim si incipiũt pascha per unam diem post qntamdecimã:saltem sunt in pascha in iouis die sancto aut in ueneris sancto: uidelicet quando passionem

Christi celebramus. ¶Secūda causa per quam quintamdecimā non obseruamus in assumēdo pascha: est quia non potest semper euenire quintadecima lune in die ueneris: nisi quādo in una die & quando in alia per septem dies discurrendo: & nos de ratione in die ueneris tenemur rememorari passionē christi: quod fieri nequiret: si semper quintādecimā lune assequeremur: & multo honestius est extra quintādecimā lune transire: quam diem ueneris mutare ad celebrādū passionem christi: & resurrectionē: a tertia die que est dies dominica. ¶Et hoc saltem est semper obseruandū: uidelicet celebrationem passionis in die ueneris: & resurrectionē in die dominica: de capiendo pascha in eo tempore quo iudei aut non in eo tēpore parum uidet esse dūmodo semper die ueneris ad rememorādā passionem: & die dominica ad resurrectionem celebrandā obseruemus. nā de facto sepenumero pascha istud celebramus: quādo iudei faciūt suū: & etiam de pcepto ueteris legis ita fieri deberet semper aut cū parua uariatione. qm pascha agnorū. seu azimorū etiam christianis attinet: ad rememorationē populi israelitici quando a seruitute egiptiorū iudei liberati sunt: & sic christus celebrabat hoc pascha: & per os eius non uenit ad soluendū legem: nisi ad implendam: uel pficiendam. ita qđ nos assequendo preceptū legis scripture: pascha celebramus: quod nunc de resurrectione nūcupamus. & qa de pcepto habetur debere celebrari ad quartamdecimam: post eqnoctiū in principio anni: uidet rationabiliter: qđ hoc deberem9 assequi inquantū potuissemus: obseruatis tamen diebus ueneris & dominica: ut dictū est. nam ueluti aliquādo hoc euenit: uidelicet: qđ pascha celebramus in plenilunio post eqnoctiū martii semper ita fieri potest: & tamen non haberemus pascha. simul cū iudeis: saltem in principio aut in fine ipsius paschatis. licet quia ipsi dicūt septem dies de paschate. habere aliquos dies potius obseruatos & aliquos minus: sed cū ipsi possunt ingredi in pascha in die dominico: die martis iouis: & in sabbato: & nos tantū semper die dominica: non possumus semper cū iudeis cōuenire in diebus paschandi. ¶Et dato quod fugiamus paschandi in eo tempore qđ iudei: nō possumus tantū sub regula quam nunc habemus: qđ quādoq; in tempore paschandi cū eis non cōueniamus: ut experientia patet: eo magis: qđ dū luna per unā diem aut per duos retrocedit: nos etiam ueniemus ad paschandū in quintadecima luna aut una die post. & in eo tempore quando iudei paschant: etiam nos pascharemus: cōtingendo iuxta eqnoctiū paschari. & si fortassis non incipiemus in uno & eodem die: eo quod de ordine nō ita semper fit: parū intererit in assumendo pascha: & tamen semper quomodocūq; parū de differētia sufficit. qm etiam in quacūq; ebdomada diem festū nos & iudei celebramus: & tamē differenter ipsum assumimus: & non sunt plures dies inter festū nostrū & festū iudeorū nisi continuatim se habent: & tamen differenter sunt: & ita de pascha capere potuissemus: quāuis oēs in primo plenilunio post eqnoctiū martii in dominica ipsum celebraremus: cū nos semper in die dominico paschamus: iudei uero in die dominico & in pluribus aliis diebus: & qđ etiam iudei in illo anno assumerent pascha: qa illico in annis euenientibus differemus: nullus uideret assequi error. ¶Licet quod hec regula obseruata de quadraginta & sex diebus quadragesimalib9 ante pascha non potuissem9 semp sub luna noua in quadragesima ingredi: sed de luna aut non luna noua ad ingrediendū in quadragesima: ego nullam inuenio necessariam causam sub aliquo pcepto legis ueteris: nequidem christi: nisi tm eo qđ assumendo carnispriuiū in luna noua: & transit tota illa luna & alia dimidia: uenimus ad paschandū in plenilunio: sed posito qđ alia non sit necessitas: semper sub computo aspiciendo eqnoctiūmartii: quod secūdū cōputationē mensiū ad decem uel undecim martii: & quod sub plenilunio propinquo eueniente semper pascha resurrectionis celebraremus: hoc est in die dominico post plenilunium. unde etiam sub hoc ordine potuissemus transire per septem uel octo dies extra quintamdecimā ad paschandū: & nunquā magis: iudei enī quia in uno de quattuor diebus possunt ingredi in pascha maiorem habent locū ppinquandi ad pleniluniū. ad paschandū continuatim: quam christiani: eo qđ nos in die dominica in pascha ingredi tenemur: & tamen quomodocūq; sit: aspiciendo diem dominicā: facto plenilunio post eqnoctiū martii: & cōputādo facile est absq; aliquo errore semper per quadraginta & sex dies ante igredi in quadragesima: quāuis luna noua non sit. & sic omnia secundū legem ueterem posita: atq; nouam obseruaremus: si fortassis non diceretur: quod canonem habemus iubētem sub luna noua in quadragesima ingredi. ¶Et agendo: ut agimus: nōnulli homines contra ordinem nostrū murmurare solent: quāuis nil in re sit: quoniā nūquā transimus ad paschandū extra uiginti & quattuor dies aprilis: neq; retrocedimus extra uiginti & duos martii qui dies sunt inter altius & inferius paschatū triginta & duos dies: & in hoc tempore semper inuenimus lunam nouam ad ingrediendū in quadragesima: & pleniluniū ad celebrandū passionem. ¶Iudei uero cum non faciant quadragesimā ante pascha nō indigent tot numerationibus: sed quomodocūq; sit numerationes nostre assumendo: quadragesimā atq; pascha faciles sunt. ¶Licet quia aspiciendo quod aliquando per plures dies post martiale eqnoctiū ad paschandū trāsimus: nōnulli dicunt ineōueniens esse ueluti dum ad paschādū ad uiginti tres uel uiginti quattuor dies aprilis accedimus: quia in similibus ānis euenit pleniluniū martii ad dimidiū ipsius martii uel circa. quoniā incipit in luna noua: illa in prima die uel secunda martii: & tunc incipimus quadragesimā ad septem uel octo martii: ita quod postmodū transimus ad paschandū per triginta & quinq; uel triginta & sex dies extra pleniluniū martii: quod uidetur magna distātia cōparata ad preceptū legis ueteris: cum iubeat nos sub primo plenilunio post eqnoctiū martii paschare. idest: ad quartamdecimā illius lune. unde uidetur quod fuisset rectius in similibus annis.

ingredi i quadragesima sub luna facta in fine ianuarii: tanto quod ageremus carnisprivium ad quinque uel sex februarii: sub qua assumptione ueniremus ad paschandū sub plenilunio martii post eqnoctiū: quod erit ad uiginti unū uel uiginti duo illius mensis: & totidem erūt de luna: appropinquaremus magis ad eqnoctiū: & ppter hoc non deuiamus magis ad quintādecimā lune: quam si decurrimus ad paschandū ad uigintitres uel ad uigintiquattuor aprilis: uerumtamen hoc & illud sine errore fieri potest: uidelicet paschare ita per tempus quod si ad uiginti duos martii pascha aut ita tarde: quod ueniat ad uiginti quattuor aprilis. Nam uidetur quod dum papa uictorius aut concilium ordinauit pascha nostrum cum differentia ad pascha iudeorum: non curauit principalius de obseruando tempore equinoctiali immo quod differentes a iudeis nos ostendamus: quod in die ueneris celebretur passio Christi: & dominica resurrectio: quod semper in plenilunio passio rememoretur: & quod nunquam pascha fiat ante uigintiduos martii neque post uigintiquattuor aprilis: quod semper recte stare potest: ut superius uisum est: licet qd honestius uideret in cōmuni fantasia ppinquare: potius ad eqnoctiū: cum sine errore fieri potest.

¶ Et hic animaduertendū est: quia non semper quod ad octo dies martii carnisprivium assumim9 & pascha resurrectionis celebrat ad uigintiquattuor aprilis: ueniūt simul dies corporis christi & dies sancti Ioānis: nisi tantūmodo in annis qbus non currit bisextus: eo qd in anno bisextili manet in eodē die littera festorū: in quo anno pterito manebat in aliis uero retrocedit. unde fit: qd si i hoc āno cadit festū sancti Ioānis die ueneris: & in āno futuro paschamus: ad uigintiqttuor aprilis: & non est bisextus: uenient festū sancti Ioānis & corporis christi in uno & eodem die. quoniā festū sancti Ioānis transibit de die ueneris ad diem iouis: sed dū esset ānus bisextilis remaneret festū sancti Ioānis in die ueneris: sicut anno pterito erat: & sic dū ad uigintitres aprilis paschamus: & est annus bisextilis: per duos dies ante celebrat festū corporis christi quam festū sancti Ioānis. Et si non est bisextus: per unā diem tm̄ dūmodo pascharemus ad uiginti tres aprilis. & si ad uiginti quattuor sine bisexto: celebrant simul festa corporis christi & sancti Ioānis.

¶ De Eodem

¶ Preterea animaduertendū est: ne incōsiderate in hoc loco trāseamus aspiciendo tm̄ dies lune: quos habemus: dum quadragesimā incipimus. qm̄ principalius de plenilunio in die qua passionē christi celebrabramus: Dicendū est. nam dūmodo in die plenilunii uel circa: uidelicet: parum ante aut post passio celebratur: de noua luna uel non noua in principio quadragesime parum esse curandū. ¶ Nam quamuis in hoc tempore lunam de sex diebus in nocte carnisprivii habeamus: nō ex hoc sequitur: qd in die passionis christi sex dies post pleniluniū transeamus. qm̄ experientia in numeratione patet econuerso. ¶ Nā hodie est pleniluniū & cras passio christi celebratur: & forsitā in anno in quo christus mortuus est: ita plenilunīū se habuit: uerūtamen intelligendū sit: qd die iouis post meridiem fuit oppositio lune seu plenitudo: & de ratione non debet fieri pascha azima ante pleniluniū: & dū oppositio fit post meridiem: pōt anumerare: de die sequenti aut saltem nō potest absque scrupulo assumi pascha illa die sūmo mane. & qa iudei non possunt in die ueneris incipere pascha azima: si oppositio lune ueniret die iouis post meridiem: non debent celebrare pascha usque ad diem sabbati: & ita potuit esse eo anno in quo christus p nobis passus ē.

¶ In anno millesimo qnquagētesimo nono fuit pleniluniū die iouis ad qnque aprilis: ad undecimā horā: iuxta morē italorū quē i horologiis hn̄t: qd fuit p horā uel parū magis diei: uñ uideri pōt qliter forsitā nil extra pleniluniū trāsimus ad rememorādū passionē xp̄i: extra illud qd erat i anno: quo ipse passus ē. Et si trāsiuim9 parū eē pōt: sub quo ordīe p plura atque pluria miliaria ānorū demoraret tēp9 ad ueniēdū passio christi in die cōiunctionis lune: dato quod per longum discursum euenire potest. tamen quod nō posset iam superius explicatū est. quoniā assumendo lunam nouam dum ipsa renouaret in die lune: uel martis: semper accipiemus pleniluniū: non autem cōiunctionē ad rememorādam passionem. ¶ Vlterius quia nōnulli expostulari queunt. quonam pacto intelligendū sit: dum dicimus: qd dum christus crucifixus fuit de hora tertia usque ad nonam: per totum uniuersum tenebre facte fuerunt: idest quod sol obscuratus sit nullam emittens super terram claritatē. quia non est hora tertia in omnibus prouinciis in uno & eodem puncto: quomodo intelligendum sit de tertia hora? quoniā quādo est meridies in iherusalem in hyspania est hora tertia: & octo milia miliaria distans ab hispania super occidentalē plagam est principium noctis loquendo de tempore equinoctiali: ueluti fuit quando christus crucifixus est: & cum in eo puncto: quod in uno loco noctescit & in alio diescit: & quando hic meridies. alibi aurora: uidetur solem non esse obscuratū de hora tertia ad nonā per totum uniuersum. uerūtamē hāc auctoritatē facillime in duobus modis saluare quimus. primo quia potest capi uniuersum per totum illum spatiū: qd sol illa die decurrit de hora tertia ad nonam. nam in aliis locis nox erat. qua de causa obscuratus debet dici super hiis puinciis: quia presentialiter manebat. & ita potest assumi totum uniuersum per quattuor milia miliaria: que sol decurrit in tribus horis quattuor milia miliaria itelligas circūcirca in terra numerata: quoniam in celo multo magis corresponderet distantia: tamen nos hic de obscuritate super terram loquimur. ¶ Et secundū omnes sapientes tam antiquos quam modernos pluribus experientiis expertos: terra cōtinet circūcirca triginta & duo mile miliaria: & sol transit super totā ipsam circulationē in uiginti quattuor horis: ita quod super-

quodcūq; hemisphériū in tempore eqnoctiali manet per duodecim horas:& currit sexdecim milia milia-ria. ¶ Vlterius de ortu solis usq; ad tertiā: sunt tres hore: & de tertia ad meridiem totidem:in quacūq; hora transit sol:mile & trecentū triginta tria miliaria & unum quartum:taliter quod in tribus horis agit quattuor milia miliaria. ¶ Orizon nostrū sexdecim milia miliaria de hispania ad iherusalem.saltem de dimidio hispanie sunt quattuor milia miliaria:quo fit quia quando in iherusalem est hora tertia in hispa-nia est aurora in eqnoctiali tempore.ita quod quia in ea hora quando christus fuit positus in cruce idest in tertia:in hispania erat aurora:sed qa obscuritas solis per tres alias horas durauit per totū istud hemis-pheriū quem superiorē nos dicimus:a dimidio maris oceani ad aliud dimidiū mare oceani:& unā octauā partem magis per quā sol in tribus horis decurrit fuit uisa ea obscuritas totius terre solis. ¶ Alius mo-dus saluandi auctoritatē hanc talis est:quia tantum quantū una circulatio solis durat per totum circūcir ca terram anumeratur eadem dies:exempli gratia: nūc diescit in hierusalē:& est per tres horas ante diem in hispania:& de iherusalem est dies dominica:in hispania nondum: tamen in eamet unica circulatione solis erit dies dominica in hispania & per totum circūcirca terram: & in hoc modo potuit stare in ea die qua christus crucifixus est:quia ubicūq; sol decurrebat:per tres horas erat obscuratus:hoc est : quia nullā lucem emittebat per spatiū quattuor mile miliarium super terrā:ubi ipse ꝓpinquus erat:& eo spatio erat ubicūq; de hora tertia ad nonam capiendo tertiam:& nonam secundum patriam illam : super quam sol in eo tunc propinq; transibat.

¶ Quod planeta non cogit neq; necessitat nos in operibus nostris & quo pacto dici possit : quod nos inclinet. Cap.liiii.

¶ Quo facilius astrologorū facultas dignoscatur:decet per sua principia intelligere: quidnam illud sit: quod planete dant hominibus & si cum illa positione nos necessitent aut inclinēt.si enim necessitant:nō possumus aliquo pacto aliud agere : preter id quod a planetis intenditur & desideratur.Sed nullo pacto esse potest:quod talia faciant.nam manifeste multa quo ad libitum agimus:ut omnibus interioribus atq; exterioribus sensibus constat:intellectui uoluntati & memorie:& nullam aliam uiam ad uere discernendū habemus:nisi per sensum & intellectū.& quoniā hec omnia contra perfidiam astrologorū iudicant:ꝓcul dubio tanquā falsa est obiiciēda eorū opinio.preterea astrologi nolunt:quod a stellis omnino cogamur uel necessitemur:si enim dicerent:quod ab eis necessitemur opus esset confiteri eos nihil scire de facultate illa.Quoniam dicere nesciunt tali die necessario hoc accidet in tali & tali loco determinato : sed dicunt quod celi minanē & quod fortasse statim continget.Verū quod deus potest ita ut uult dimittere hoc oc-currere:uel non occurrere.Vnde astrologi concedunt:quod non eueniunt res ex planetarū necessitate. Quapropter dicendū est:quod stelle secūdū ipsos dūtaxat inclinant.De qua tamen inclinatione qualis sit indagamus.Si enim dicis : quod stelle bello quēquā inclinant:alium sacerdotio:& alium ad emendum & uendendū:& quosdam ad agriculturā:quosdam autem ad ducendū uxorem:& nōnullos ad obseruan-dam castitatē:& alios ad gubernandū uel ad regale sceptrum & coronam:& sic de reliquis.Nunc uero ui dendum est:quenam talis inclinatio sit.quia cōmuniter homo ex patre milite natus etiā filius miles sit:qd si mercator pr̄:mercator filius:& si rex pr̄:rex filius:pſertim ex priorib9natu dūmodo uiuat:& alii q̄uis filii regis remoti a regnando nascunē.Vnde hic non ualet planetarū dispositio: eo quod multoties sub uno & eodem planeta natus est filius regis:& filius rustici:quorū tamē unus est rex:& alter agricola. ¶ Item uidemus plures reges ad administrandū officio quo funguntur inhabiles: & si natura hoc agit frustra la-borat ponendo homines in locis ad eos nō pertinentibus:quū uero natura ordinata sit non tam frustra innititur:quod nos in officiis nobis impropriis collocet. ¶ Et si per aliam uiam accipis inclinationē: ut per uelle:nos dicimus quod omnes homines optarent esse diuites:imperatores:sapientes:& habere de-coras mulieres:& cōdecentem familiā:emere & uendere pro cōsequēdo lucro:& sic de reliquis.tamen nō omnes ad similia uota pertingimus : licet inclinati ad omnia magna acqrenda simus . Sed ut uideamus: quid planete nobis inferre queant : intelligamus quales ipsi sint.Quocirca per prius asserimus planetas corporeos esse:& nō intellectuales creaturas:ut tractando de anima patuit : neq; planete sunt dii neqdē per se.Ideo accipiēdo terminū cōmunē asserimus:quod omne simile generet sibi simile:& nullus planeta habet uxorem aut filios nec militiam exercet:neq; unus planeta est rex:& alius agricola:nec unus sapiēs & alter rudis:neq; alius sacerdos & alius irreligiosus : unde patet:ꝙ planete nequeunt nobis illas affectio nes impendere quibus careant:secundū naturā loquendo.Quapropter deueniendū est:ad id quod pla-nete exhibere possunt:& primo accipiemus exemplum de elementis dicendo:quod corpora que multum de terrestri elemento accipiūt:sunt melancolica grossa & grauia:que uero ab aqua eueniunt flegmatica & mollia:& que ab aere temperata: Que autem ab igneo elemento resultant ueloctora sunt quēadmodū in aliis locis diffusius explanamus.Et in similibus ꝓprietatibus planetas imitari possumus:Nam stelle etiā sicut & elementa corpora sunt:& ideo inquantum corpus aliquid inclinare possunt.quemadmodū & illa que magnā habent proportionem ab igneo elemento ad continuū & leuem motum inclinantur.Et fleg matici ad sedendū uel iacendum aut ad pigriter mouendū. ¶ Amplius non solum planete & elementa

nobis inclinationem exhibent:uerū etiam unus cibus nos ad unum:& alius ad aliud incli nat ut calidus ad luxuriam:& impletiuus & relaxatiuus ad somnū:& q̄nq; cibi nobis sanitatem & ualitudinē causant:& plerūq; mortem. ¶Si uidemus pulchram mulierem ad cupidinem inclinamur:& diuitie ad latrocinia irritant:atq; idem de pluribus rebus dicere possumus:quibus ad diuersimode operandū inclinamur. Tandē astrologi nolentes recte intrinsecas rerum naturas conspicere:ubiq; de facili & grauiter decidunt.

¶De quibusdam astrologorum iudiciis. Cap. lv.

¶Vidimus superius quid nobis planete inferre ualeant:unde facile diiudicari potest: qualia sint astrologorum iudicia. Dum enim de alicuius natiuitate iudicium facere intēdunt:absq; alia probatione uel fundamento se habent:inuestigando ubi sol erat in natiuitate illius hominis:& per cursum solis omnes alios planetas reperiunt, quia iam regulas habent:quibus sciunt: quod si sol tali anno mense & gradu erit in ariete: Luna aut uenus erit in thauro seu quouis alio determinato signo: & reperto ubi sol erat in natiuitate nostra:& similiter de aliis planetis:& per quot gradus unus ab alio distabat: an propriis uel impropriis domibus manebat:& si unus planeta erat in fauorem uel oppositum alterius: & qualis regnabat in hora uel puncto quo nati sumus: In his uero omnibus nil penitus probatur: nec quicq̄ rationis aut ueritatis ostenditur. Quid nostra tamē intererit saturnum in capricorno esse uel in leone: si ab ipso nullo pacto fundamentales nostras operandi rationes assumimus: nisi quo ad corporis temperantiam: sicuti de frigido & calido. Quāobrem astrologorū iudicia inania sunt:& absq; fundamento. Quod si quisq̄ respondebit: quod in aliquibus pronosticantur: dicimus quod & alii de quibus nullum eiusmodi iudiciū resultat habent ista aut alia similia que astrologi de iudicia facientibus inquiunt. ¶Et etiam inter iudicia natiuitatū & puncta: que postmodū assumunt ad inchoandum opera sua est cōtradictio. In iudicio enim natiuitatis astrologi presumunt uaticinari quecūq; habiturus sit ille de quo pronosticant: & postmodū per puncta querunt oportunam operandi tēperiem:& asserunt: quod si nō incipiunt in tali puncto determinato: non possunt suum consequi desideriū. ¶Qui aūt de facili cognoscere uoluerit astrologorū iudicia siue regulas uanas esse: legat in almanach:& cognoscet non uti aiunt res ipsas succedere:& ibi allegare nequeunt nos numero defraudari: eo quod per ipsos astrologos manifesto calculatū est. ¶Et si allegant quod quādoq; uerum dicunt nequaquā hoc eos excusare potest: quū omnis homo quādoq; uerum dicat: unde ex prouerbio fertur pueri & stulti ueritates dicunt:& non intelligas q̄ ipsi plus ceteris hoībus sciant: nisi q̄ absq; aduertentia loquūtur:& sic inter multa uana aliqua de iis que cōtingere solent a casu interponunt. Ideo pueri & stulti non uocantur sapientes. Quoniā a casu & fine respectu loquuntur: nō autem de infallibili scientia:& astrologi siquidem eodem modo laborant.

¶Qualiter Ioannes mirandola recte allegauerit: de astrologia tractando. Cap. lvi.

¶Si modo conspicere uoluerimus: qui primitus fuerint astrologie auctores:& quo pacto de ea diuersimode senserint: plene comperimus a Ioanne mirandola inscriptū: contra quem aliqui arguunt dicentes: Mirandola presupponit: Aristoteles non dixit astrologiam esse ueram: igitur non tenenda:& astrologi redarguendo respondent: quod quāuis Aristoteles non dixerit astrologiam ueram esse: non sequitur q̄d non sit certa: quia pleraq; alia fuerunt: que ab Aristotele non sunt exposita:& tamen uera esse constant. ¶Et hic nos contra hanc astrologorū sententiā aliquid inferemus: ut ostendatur dicta ipsius Ioānis ueridica esse. Hic enim de auctoritatibus dūtaxat loquebat̄.& quum non inuenerit Aristotelem aliquid de astrologia scripsisse: nec aliquid de scientiis preter hoc ab eo pretermissum: cognita eius scribendi cupiditate merito diiudicabat Aristoteli non placuisse astrologie facultatē: Tandem ipse mirandola in allegādis auctoritatibus modernos astrologos excelluit: ubi demonstrauit: quod pleriq; sapientum qui hactenus fuerunt: sentiebant non esse ueram iudicialem astrologiam: taliter quod per scripturas mirandole multa in fauorē nostrū assumemus.& deinde ad rationes deueniemus: in quibus astrologi pauca ui potiuntur: maxime quia non potest dici: quod Aristoteles contra astrologiam non inscripserit. Quoniā in ethica asserit opera nostra esse ꝓpria uolūtate producta:& q̄a libere sequitur quod secundum ipsum nō cogimur a stellis. ¶Alibi etiam inquit: quod corpora celestia non recipiunt peregrinas impressiones: & astrologi habent: quod planete ab uno signo frigidū accipiāt:& ab alio calidū:& diuersas affectiōes. Quocirca manifeste patet: Aristotelem precise contra astrologiā tenuisse. Sed propter hoc nō dicimus esse ueram aut falsam:& ob hanc cām eam ratione dignoscere debemus:& quatenus sese hēat itelligere. ¶Nōnulli astrologoꝝ in suis iudiciis p̄sumunt a ueteri & noua lege auctoritates assumere. ¶A ueteri in creatione solis & lune: ubi deus dicit: quod sunt signa dierum & annorum. Et a noua: ubi Christus de iudicio loquebatur inquiens: sol obscurabitur & luna non dabit lumē suū. Que uero auctoritates nequaquam sunt ad propositum de astrologia: quum aperte uerba genesis de sole & luna ac tēporꝫ distinctione proferant:& non de animis & cōsuetudinibus hominum. ¶Et in euāgelio de supernaturali miraculo loquitur: aut quod eclypsis erit extra naturales terminos, ut in passione Christi: seu quod de huius seculi

principibus:qui rectas uias amiserint explicetur. Si enim de naturalibus eclypsibus diceret:aut de aliis similibus signis:non magis in uno tēpore quā in alio signa illa apparerent. Idcirco de miraculosis signis: & extra propriū stellarū cursum Christus dicebat. Itaq; iste auctoritates non sunt in astrologorū commendationē:nisi potius econuerso. ¶ Et dum dicitur corpora celestia non assumunt peregrinas impressiones:In his uerbis tota iudicialis astrologia abnegatur : quum omnes astrologi de iudicialibus inquiant: quod quisq; planeta uarias assumit impressiones:aliquādo ab alio planeta & aliquādo a signis: que tamē omnia aliena & extrinsecus sunt. ¶ Demū etiam astrologi plures auctoritates in suū fauorē adducunt: non ꝙ inueniant plures auctores:qui astrologiā cōmendarent : sed plures qui quandoq; de celo & stellis locuti sunt:ueluti dum moyses inquit:in principio creauit deus celum & terram:& Aristoteles librū de celo & mundo fecit:Et similiter oēs alii auctores aut maior pars:tum de celo:tum de sole:tum de luna:& sic de reliquis in operibus suis dicūt. omnes naute:omnes pastores:oēs agricole: similiter faciunt. Sed ex hoc minime inter astrologos denumerandi sunt. Nam ueluti nō denominanē medici oēs hoīes:omnes uetule: omnia bruta aīalia:licet quandoq; seipsos aut alios medicent. Sed medicus tantū uocatur:qui habet artē pro fundamento medendi:& ipsam exercet:& taliter astrologus uocatur qui de celis & proprietatib9 eorum pro fundamento tractat. licet ꝙ ea que naturalia sunt in ipsis celis: aut naturalia appellari solent:tā philosophis quā astrologis attinent. Sed iudicialia per futuras significationes astrologoꝝ tantū sunt:& de similibus nulla astrologia apud moysen:aut aliquē alium sanctum patrē uel prophetā inuenitur:neq; dem apud mercuriū trismegistū:platonē:aut Aristotelem.

¶ Quonam pacto nullus probus philosophus iudicalem astrologiā potuit approbare: eo qđ futura & contingens:in quibus proprietatibus scientia stare non potest ; & que leges in numero scientiarum cadunt:& que non. Cap. lvii.

¶ Dum auctoritates antiquorū de astrologia agentium querimus : animaduertendū est: quod in primis ipsam astrologiam : in naturalem & accidentalem diuidamus. quoniam naturalis astrologia astrologis & philosophis cōmunis est:artificialis siquidem seu accidentalis astrologis tantū. Sed ipsi inaduertētes quid dicant:uel potius causa alicuius malitie:quod in cōsuetudine ad protectionē suā omnes philosophos qui de celo aut stellis aliquid locuti sunt:adducunt:denominādo ipsos astrologos. sed disputatio comitis ioānis mirandule non consistit in naturali astrologia:nisi in artificiali : que iudicialis uocatur. Vtrū uera uel falsa sit:nam de uera naturāli:in qua sciētia fundari potest:omnes probi philosophi locuti sunt: eo quod celi & stelle maxime partes nature sunt:sed de iudiciali astrologia nulla potest haberi scientia:cum de futuro dicat atq; cōtingenter:& per Aristotelem & alios philosophos:qui probi extiterūt:de futuris cōtingentibus non habetur determinata ueritas. & quod astrologia iudicialis de futuris dicat:per oēs astrologos sequentes ipsam patet. quoniā futura accidentia denūciant:& quod contingentia sint etiam ab ipsis conceditur. quia asserunt non euenire necessaria:ea que predicant:sed quod celum disponit uel inclinat: & tamen quod nos per rationē possumus multa ab ipsis celis designata mediare seu operari: quod aliter eueniant:unde quandam auctoritatē ptolomei adducere solent dicentem. ¶ Vir sapiens dominabitur astris:& ea que necessaria sunt dominari seu regulari: aliter quam eueniūt non possunt. & quia iudicialis astrologia secundū astrologos a nobis regulatur: non est necessaria:& id quod nō necessariū nullatenus in numero scientiarum ponitur:unde ꝓculdubio patet:qualiter dicendo Aristoteles de futuris contingētibus non est determinata ueritas : quod astrologiam iudicialē reprobabat simul cum aliis cōtingētibus futuris. quocirca per omnes sapientes atq; ratione probatur. qualiter astrologia iudicialis non sit sciētia: cum de futuro dicat : eo quod ad futurum tendit & accidentalis est:ut patuit:& tamē astrologi uolunt cū perfidia inferre scientiam esse:quāuis nullum adducant fundamentū. ¶ Vlterius cum Aristoteles dicit: corpora inferiora a superioribus elationibus gubernari: non intelligit iudicialiter assumptū siue contingenter:nisi tanquā necessariū:inquantū stelle atq; celi ualent:ueluti dicendo:sol & homo generāt hominem:& hic non ponit solem tantū : sed simul cum homine. quibus uerbis equalem hominē cum sole agit: unde non attribuit omnes gubernationes stellis:sed aliquam partem:nequidem est dicendum : quod soli sol & homo generent hominē. quoniā sine materia elementorū & influentia stellarum:nullatenus hominem generare possunt. sed quia potius actiue sol & homo ad generationē hominis concurrunt quam aliqua alia stella aut materia elementoꝝ:dicit sol & homo generāt hominem idest potius instrumētaliter seu actiue ad hanc generationē occurrunt:quam aliqua alia res : & tamen quoad ueritatē plura alia fundamenta occurrunt simul cum sole & homine in generatione hac: & similiter de omnibus aliis administrationibus a celis euenientibus super hec inferiora capiendū est. quoniā semper circa nos hic in terris superioribus & īferioribus simul operamur:nō autē totum per supiora & non totū per inferiora. ¶ Denuo ad principium reuertendo:oportet:quod astrologi unum de duobus assumant:uidelicet:quod astrologia iudicialis sit necessaria uel contingens:cum utrūq; simul stare nequeat. Non necessaria ut per ipsos astrologos probatur dicendo:quod stelle non necessitāt sed inclinant:cōtra quam inclinationē ipsi met aliqua media ponere dicunt. ¶ Si est contingens:ridicula opinio astrologoꝝ:cū in falaciis consistat: eo quod

non necessario sed cōtingenter:& sic uilipendenda atq; ridenda est talis opinio. ❡Scientia siquidē de ueris necessariis & de impossibili aliter se habentibus penes cōmunem opinionem philosophorū datur. ❡Et in hoc loco facile cōprehendere possumus:utrum facultas iuristarum scientia sit? Et in primis iuxta diffinitionē quam ipsi tradunt asserendum est scientiam esse:cum dicant:ius est dare unicuiq; quod suum est:& talis diffinitio iusta ē necessaria:& impossibilis aliter se habere:atq; penes aliquos philosophos eterna:quoniam naturalis & ubiq; bona. Vnde si hec est uera diffinitio : facultates iuristarū scientie denominande. ❡Sed cum potius experientia quam uerba ad libitum credenda sit:dubitatur atq; penitus negatur:quod hec sit diffinitio facultatum iuristarū:quoniam ipsi non unam facultatem sed plures atq; plures contrarias assequūtur. nam ordinationes istius imperatoris: & si non in totū saltem semper in aliqua ordinatione alterius apponitur:& ordinationes istius populi contra leges aliorum populorū.& quia iuriste circa uarias ordinationes imperatorum atq; populorum ambulant:& ista illi opponitur: impossibile est:quod unā tantum habeant diffinitionem. Nam hec diffinitio:uidelicet : dare unicuiq; quod suum est: contra honestum a iuristis occupata sit:cum sit diffinitio iusticie. nam diffiniendo iustitiam ita dicimus. iustitia est dare unicuiq; quod suum est:sed hoc opus omnibus hominibus attinet:unde non est facultas iuristarum tantū. nam facultas eorū in ordinationib9 accidentalibus imperatorū consistit:& sic est differens ab aliis facultatibus. nam si solam iustitiam assequerent eadem esset facultas iuristarū theologorū philosophorū & aliorum omnium.& rectius theologi iuriste uocarentur:quam quos nos in cōsuetudine iuristas appellamus:cum potius theologi quid iustitia sit explicent : quam iuriste.& super ordinationes seu opera regum atq; imperatorū iudicant:ostendendo hoc esse bonum & hoc malum. sed iuriste tantum aut principaliter constitutionibus principum agunt:& talia iura uocantur:& cum hec palam casualia sint: nullatenus in eis scientia fundari potest. quoniam casualia & ad libitum posita:licet quod quādoq; bona necessaria non sunt:eo quod aliter & aliter possunt se habere:& quod se habeant omnibus hominibus ubi iuriste sunt patet. quoniam ipsi in sententiis suis multa dant huic: que erant alterius:& ipsi iuriste ultra cōmune bonum in beneficio ꝓximorum agitato expilando istum & illum:ualde diuites indies fiunt. sed forsitan dum dicunt ius est dare unicuiq; quod suum est:ficte loquūtur :imaginando ea que sunt:pro eo tūc quod sunt necessaria esse alia:& sic dare unicuiq; quod suum est:quāuis de ratione semper non detur : ea que possidemus saltem pro eo tunc possessionis aliqualiter nostre sunt:licet de ratione alterius esse deberent:& sic iuriste possunt proponere:& proponunt de facto uolo occupare hoc : quia post occupationē meum erit:& in hoc modo dabo unicuiq; quod suum est:sed talis datio per iuristas iudicata sepe atq; sepissime falsa. quoniā non secundum iustitiam nisi penes constitutiones casuales populorū uel principum: & sic absurdum est inferre:quod ius uel facultas iuristarū scientia sit:cum sciētia in naturalibus atq; in necessariis bonis detur:non autē in uariis casualibus ad libitum positis. ❡Nunc uero de aliis legibus per hunc ordinem iam positum facillime cognoscere possumus:an sub facultate scientiarꝫ cadant omnes:uel aliqua ipsarum? ❡Lex uniuersaliter assumendo: idest per diuinam legem in numero scientiarū cadit. quoniā hec est uera:deus est primū esse:deus est prima causa:de qua omnia alia dependent:& semper atq; ubiq; a natura:dependentia dantibus dependere obedire atq; seruire tenent omnes res mundi:a deo dependemus:hec est uera atq; necessaria:obligatos nos esse ipsi deo seruire atq; eum assequi:& hec est lex:quia de bonis de necessariisq; scientia. ❡Sed deueniendo ad particulares leges istam & illam : aliqua sciētia est:& aliqua non. ❡Lex maumetica siquidem scientia esse non potest : cum iubeat manētibus sub ipsa armis seipsos tutari:alias gentes offendere:& plura ad delectationē mēbroꝝ cum uilipendio anime indagari:ueluti luxuria & similia:& de naturali ratione cum omnes homines de eadem specie simus:ois homo proximus noster est.& etiam naturalem sequēdo rationē:ea que per nosipsos uolumus:in eodem gradu per ꝓximū uolenda sunt.& anima quanto dignior corpore:sup corpus ipsum assequenda seu subuenienda:de precepto legis maumetane non sit:sequitur ipsam legem inter scientias minime esse annumerādā. ❡Lex iudaica pfectior quam maumetana:& tamen quia locum prebet ad amandū amicos & bene agere eis:& odio habere inimicos:atq; cōtra eos mala adducere:talis lex non scientia: quoniā imperfecta:cum multa contra naturalē rationē habeat in blasfemia nostre speciei:& quod perfecta nō sit patet:cū adhuc perfectorē legis exposcant: & id quod imperfectū sciētia esse nequit. ❡Christiana lex tota ad beneficiū animarū & ad equale bonū proximi cū nostro tendit:unde Christus admonet nos : ut non sicut antiqui agebant faciamus aut ueluti ab antiquo scriptū est:uidelicet:quod amicos amarent & inimicos odirent: sed non sic nisi bonū pro bono & bonū pro malo faciamus:& nūquā malum. Quocirca de precepto ad amandū amicos & inimicos:& bene agere eis tenemur:& insuper quod animam nostrā pro amicis ponamus: scilicet uitam corporis pro salute animarū amicorū:asserēdo:quod nullam dilectionē erga ꝓximū ostēdere possumus:quam uitas corporū nostrorū pro uitis animarū amicorū ponere: & cum ultimate tota lex Christi per uerba ipsius in amore dei & proximi fundatur:proculdubio restat scientiam esse:cum a natura & bona cōsuetudine hoc totum optimū sit. nam deum amare & ei seruire necessario bonū:& cum omnibus hominibus tanquam cum nobisipsis hos habere:& semper eis bonū & nunquā malum impendere:a natura quoq; & ratione bonū.& inferendo:quod etiā similia mandata ab antiquo seu in lege nature erant:hoc nihil impugnat:quin lex Christi scientia sit. quoniam perfecta & necessaria semper bona

atq̃ multũ perfectior quam lex nature. nam in ipsa lege nature non inuenit: quod semper bonũ pro bono & bonũ quoq̃ pro malo reddere debeamus: nec iubet ponere uitam corporeã pro salute animarũ ꝓximorũ: & hec est magna dilectio atq̃ maxima uirtus: cũ hic palam ostendat totam uitam corpoream ꝑ pendere: respectiue ad uitam animarũ: & tamen de naturali bono fieri debet: eo quod in effectu ostendamus animas multo magis digniores esse quam corpora. & cum lex christiana tantũ in similibus ꝑfectionibus fundat: ipsa tantũ scientia & nulla alia. ¶ Et cõsequenter tantũmodo per ipsam semper in oĩbus accidentibus recte iudicare possumus. nam ubi scientia fundari non potest: nequidem assidue rectũ iudiciũ. Vnde inter omnes leges seu constitutiones: lex Christi est diffinienda in eo modo: quo iustitia. dicẽdo: Lex est dare unicuiq̃ quod suũ est. Nam lex Christi hoc iubet: & semp & absq̃ aliqua cautella. ¶ In hoc loco equidem dũ de differentia facultatis iuristarũ. & iusticie discernimus: per eandem uiam differentiam inter amorem & beniuolentiã faciliter cognosceremus. unde in primis dicendum est: omnis iustitia fit de iure: sed non omne ius est iustitia: & pariter omnis beniuolentia est amor: sed non omnis amor beniuolentia. ¶ Quoniam amor qui ad destructionẽ nostram uel proximi tendit malus est; & quãuis sepe numero atq̃ sepissime qdã appetitus denominatus amor corpora nostra simul cũ animabus destruit: & parimodo perdit eos quos amare presumimus: & sub beniuolentia nullatenus perditionẽ intrinsecã causare possumus saltẽ animarũ. ¶ Et quia in aliquibus amoribus anime deperdunt. proculdubio constat similes amores beniuolentiã non esse. unde fit: quod non semper ea que appetimus tanquã bona iudicanda: nisi prius cognoscamus qd in ipso qd q̃rimus operari uolumus: si bona aũt talis cupiditas siue amor beniuolentia est: atq̃ comẽdabilis: sed dum ad destructionẽ nostram & proximi cupiditas nostra tendit: nil de beniuolentia in se concludit: nisi falsum nomen tantũ. ¶ Nam fingere amare aliquam pulchram mulierem alienam: ut ad ipsam per actũ uenereũ accedere possimus: consideratio praua est. nam nõ amamus ipsam sed delectationẽ inhonestã cupimus: & qa cupiditas nostra praua: nosipsos & etiam mulieres si erroribus nostris assentiunt simul deperdimus. Nam omnis amor cum beniuolentia conuertibilis: in primis inhonestum corporis nostri & salutem anime fundari debet: & similiter ad bonum anime & corporis illius quem amamus tendere deberet: & tunc uerus amor est: aliter uero prauus appetitus sub falso nomine amor nuncupatus: & qd falsus sit patet: cum multa pessima hactenus causata sint: & indies causent sub hoc nomine amor. ueluti sub nomine iustitia circa iuristas. Nam iuriste dicunt facultas nostra iustitia est: & omnes secundũ iustitiã ambulare debemus. & in eo modo amantes in cõmuni noĩe denominati dicũt: amorẽ ubiq̃ optimã rem eẽ. & qd de rõne q amat amari deberet: Ego te amo cur me nõ amas? Et tandẽ ea que si uolunt ad destructionẽ ꝓpriã & illoꝝ quos amare dicunt tẽdunt. & sic nõ amor cũ beniuolẽtia cõuertibilis: sed praua cupiditas est. ¶ Amplius uiso q̃liter facultas iuristaꝝ scientia non sit: parimodo asserendum est: nullum iuristam doctorem esse. qm̃ doctor a doctrina: & oĩs doctrina ꝓprie dicta sciẽtia est: facultas iuristarũ non est scientia: ergo neq̃ doctrina: & sine doctrina nullus doctor esse potest. quamobrem falsum nomen apponunt seipsos appellãdo doctores: qui in facultate doctrinam non assequunt. iuriste sunt huiusmodi: igitur doctores uere dici nequeunt.

¶ Quod a motu solis & lune simul cum elementis uidetur: quod tota uera astrologia dependeat. Cap. viiii.

¶ Et quoniam in aliis capitulis diximus non esse omnes planetas hominibus notos: hic sciendũ est: quo pacto circa nostrorũ corporũ necessaria sufficit nobis: de cursu solis lune & elementorũ cognitionẽ habere: & necessaria animarũ nostrarũ precepta spiritualia sunt: de q̃bus in aliis locis tractauimus. Sed hic de illis que ad corpora spectant dicimus: quod prima diuisio tẽporũ: ut de dierũ magnitudine & noctiũ paruitudie p decursum solis causat: & similiter de disparitate iter ipos mẽses. Nã sicut sol ẽ habitatiõi nr̃e ꝓpiquus remotus siue mediocriter manẽs: eodẽ mõ hẽmus calidũ: frigidũ: hũidũ: siccũ: uentos: nymbos: ibres: pluuias: ariditatem: inopiã: egestatẽ: fertilitatẽ: hyemẽ: uer: estatẽ. & autũnũ. & per cursum lune q̃nq̃ res meliores & q̃nq̃ peiores: sicuti dũ seminare & plantare uolum9: & aliqua alia: ut arbores secare: siue amputare: & per cursum elemẽtoꝝ res per spẽs suas an perfecte uel iperfecte sint percipimus. Nã secũdũ q aliquod corpus compositum maiorem quantitatem de uno elemento q̃ de alio sortitur: ipsum cognoscim9 perfectius aut deterius: & in rebus istis omnia necessaria hominibus reducuntur. Et hic non cognoscim9 nec querim9 saturnũ: iouem: neq̃ martem: preter solem: lunam: & elementa: q̃uis uenerem & mercurium cogoscamus: eo quod pulcherrime stelle sunt. At uero de cõmodo uel incõmodo nisi inquantum aliquid illuminant paucam siue modicã cognitionem habemus: nec de ipsis aliquid percipere possumus: tempore sanitatis & conualescentie atq̃ ifirmitatis: & sic null9 medet secundum cursus mercurii ueneris aut martis: nisi ad cursum solis & lune tantũ. Et hanc astrologiã pleriq̃ tenent: quãquã minime astrologi nũcupent. ¶ Non est autẽ hic p̃sumẽdum: qd oĩno elementa a sole & luna depẽdeant: eo qd per se manifeste ꝓprios cursus habent: qd nõ solum in motibus patet. qm̃ unum elementum semper uult ascẽdere: & aliud sem̃p descẽdere: uerꝫ & i aliis quoq̃ opibus: & hoc cõtingere solet: dum tẽpus est extreme siccum: & postea aliud uenit extreme humidum. ideo si in hyeme nõ ningit; pluit: & alia huiuscemodi cõmuniter

in estate:tunc quum siccum tēpus esse debebat uarie pluuie eueniūt:quod utiq; ab elemētis causat:eo qđ sua officia exercere uolunt:atq; in eisdē supplere. ¶ Et similiter palā fit:quod beneficia & diuersitates inter planetas & elemēta cōmunia sunt:qa queadmodum sol calefacit elemēta:itidē & elemēta plerūq; solares radios ipediunt. Terra eni lune eclypsim causat:& noctē inducit:eo quod terra nō dimittit radios solis p ipsam transire ad illuminādum oēs partes sub celo manētes:& nubes sepissime solares radios ipediunt:atq; aliorū planetarū splēdores. ¶ Vlterius planete inter se quādoq; etiā obsistunt:ut i eclypsi solis:& similiter i claritate quā luna ab ipo sole accipit:& hic manifestat:planetas quoq; aut radios suos peregrinas impressiones accipere:sicuti elemēta:& sic patet:quod planete nō habēt absolutā potētiā super aliqbus corporibus:ex quo sequtur:quod multo minus habebūt eā super hominib9:q de animis rōnalibus & corporibus cōstāt. ¶ Itē nulla est experiētia neq; demōstratio:quod aliquāto nō possimus sine planetarum influētia uitā degere. Nā sepenumero sol & luna absentes sunt:sine qbus in illo tēpore satis pspere & cum maxima iucunditate uiuere possumus. At uero in aliquo tēporis spacio neqmus uitam degere ac perdurare:si modo hec tellus nobis penitus deficeret:eo quod nō est nobis locus apud quē incolere possimus:neq; dē uiuendi facultas:si cōtinuo aere careremus ad expirandū & respirandū: cum quo totū corpus reficiat. Nec uiuere possumus deficiente nobis aque humiditate:& ignis calore:ergo nō omnino a planetis gubernamur. Quod si egrotamus:& enitimur ad deueniēdū i pristinā sanitatē:quottidie secūdum propinquitatē solis respicimus:aut secundū longitudinē:augmentationē: uel diminutionē lune & ciborū pprietates ab elementis puenientes ac de aliis planetis paruā utilitatē uel iacturā cognoscimus. Nam penes quācūq; complexionem & etatem in qua manemus: & tempora anni iuxta motus solis nostras curationes expetimus.

¶ Quod nō uidemus iter dies talē differētiā:qualis ab astrologis assignari psumit. Cap.lix.

¶ Astrologi uolunt magnā differentiā inter planetarū pprietates assignare: que ut melius cognoscat: diuidūt gubernationes ipsorū planetarū per horas & dies. ¶ Diem dominicū planete solis attribuūt. ¶ Diem lune saturno. ¶ Diem martis marti. ¶ Diē mercurii mercurio. ¶ Diē iouis ioui. ¶ Diē ueneris ueneri. ¶ Lune uero diem sabbati. ¶ Proinde dies quocūq; anni tēpore in duodecim partes diuidūt & noctes i alias duodecim. ¶ Et in die lune primam diei ptē saturno appropriāt. Ioui secūdā. & sic discurrēdo secundum ordinē quē planete in suis spheris attribuūt:p gyrū cōnumerādo quousq; ad duodecim pueniatur:donec ille duodecim hore in qbus diē distinxerunt adimpleantur. & diem lune i noctē: dicunt accipere primā partē noctis mercurii:& inde alios planetas psequi:queadmodū fecerunt i illa die:& in sequēti die siue martis:primā horā planete marti uendicant. Dies enim secundū ipsos nomē assumit ab illo planeta:qui in prima hora diei regnat seu gubernare incipit. Sed ad hoc probandū:quod de ueritate sic se habeat:perdifficile ac nimis laboriosum erit astrologis. quia non patet:digniores homines nasci:i die mercurii q̄ lune:neq; magis decoros & graciles die ueneris:q̄ die martis:nec magis ad pugnā capescēdā idoneos die martis:q̄ quibusq; aliis diebus:nec uidemus illos q nati sunt prima hora diei a nascentibus in alia hora p illo tantū differre:presertim quod natiuitas facillime differri pōt:ex una hora i aliā propter artificialē causam bone aut male obstetricis. Vna enim citius q̄ alia in partu adiuuat:& itidē secundum quod mulier que sit paritura defatigata macra aut pinguis fuerit. ¶ Et natura quoq; una difficiliorem partum habet q̄ alia. Quocirca filiorum natiuitates ex una hora in aliā differunt:que quum per accidens eueniant:nullo pacto agere possunt:ut uis naturalis in planetis transferatur. Vnde faciliter colligi potest:quod per uaria puncta nascēdi non assumimus uarias naturas seu proprietates:licet quod in generatione quando materia filii in matrice matris congregari debet:est aliqua differentia de una hora ad alteram causa dispositionem matricis:& secundum quod tunc elementa sunt calida:frigida:humida:aut sicca:similiter dant materiam dispositam aut indispositam ad generandum. Sed hoc intelligitur in eo quod temperata uel distemperata. Nam in qualibet hora diei & noctis homines cuiuslibet complexionis generantur:ut in meridie:quando est feruor solis:tam flegmaticus q̄ sanguineus generatur:& in dimidia nocte uel circa auroram etiam aliqui sanguinei & aliqui flegmatici. ¶ Attamen illud corpus cōmuniter exibit magis desiccatum:quod meridie uel sero generatur:q̄ quod dimidia nocte uel aurora. Quando ex causa propinquitatis solis & longitudinis ac distātie:& presentie siue absentie:quacūq; hora diei euenerint plurima infortunia & calamitates intercidunt: eo quod in matutino seu aurora ppter absentiam solis humida sunt elementa:siue materia generationis:& aer tunc cōmuniter uiget:& in meridie calidius ac siccius tempus aduenit. Hora autem uespertina uel sero uentus icipit ad refrigerandū oia ista corpora:& nocte quum sol absens sit rorare incipit. quapropter noctes humide sunt & frigide:& circa auroram:quum plures uapores congelentur animalium corpora debiliora fiunt:presertim appropinquante sole ad ortum. Tunc enim humores nocte cōgelati dirumpunt:& nos nimium relaxamur. Vnde disparitas est inter generationem factam ex una hora in aliam: propter motus ipsius solis: & non ex eo quod diuersi planete et constellationes in diuersis horis gubernent seu predominentur:neq; tales differentie per natiuitatē adueniunt:nisi per generationē:& generatio ut tactum est:per natiuitatē cognosci

non potest:eo quod tum natura:& tum accidente:partus mulierum atq; aliarum feminarum abbreuiari aut prolongari queunt.

¶Qualiter astrologi per natiuitatem dicant se scire punctum generationis:& quod ab experientia aliter probatur. Cap.ix.

¶De astrologorum consuetudine uisum est:semper dum possunt ad experientias protrahi:& hoc i quacūq; facultate maxima est suspicio.Nā qui rectam habet doctrinā:semp ad mōstrationē deuenire conat. & quoniā hoc astrologi inquantū possunt fugiunt:ualde ambigendū est de eorū doctrina. Dicūt manere eodem modo lunam:qñ homo nascitur:ut erat qñ generatus fuit:& qa i nullo alio aiali hoc approbari potest:nisi econuerso. Astrologi inquiunt:quod in hominibus tantum hoc contingit:nos tñ asserimus in modo generationis & natiuitatis similes cū aliis pluribus animalibus esse. Natiuitas enim nostra atq; generatio corporea & non incorporea est:& sic p nouē mēses paulo magis uel min9 in matricib9 matrū ducimur etiā uacce & nōnulla alia animalia p nouem menses filios suos ducunt:& uidem9 quod nō propter hoc fetus eorū hos lune terminos obseruant.Nam sepe i cremento lune uacce & plura alia animalia concipiunt:& tamen i decremento pariunt.Sed quia de mulieribus nō tam facile scire possum9:eo quod in abscondito dant operam ad generandos filios:& continuo cum maritis manent.taliter quod cōmuniter ignoramus:qua hora concipiant.astrologi hanc partē capiunt:q̃uis improbatam tametsi probari possit.Sed ad similitudinē aliorū animaliū tenendū est:nō esse de ordine natiuitatis omnino cum generatione conformari:hoc est expectare quod luna i eo gradu sit i pūcto natiuitatis:sicut erat i generatione. quemadmodū etiam patet i omnibus aliis naturalibus operationibus:quia q̃uis i plenilunio nascamur: non propter hoc sequitur: quod in plenilunio moriamur.& sic de reliquis intelligendū. ¶Eo magis: quod plures nascunt i uno & eodem puncto aut fere:& multū sunt uarii i complexionib9:operationib9: seu uita & morte.quod si dicis aliquā distātiam itersuisse inter istū & illū:duplici modo respondet:primo quod unus planeta manet per duas horas i uno signo quolibet die:& i uno signo secūdū regulas astrologorū unā & eandē operationē agere debet. ¶In secūda solutione dicimus:planetas esse corporeos & nullū corpus sine tēporis discursu operari pōt:& sic inter natiuitatē istius & illius:ut de Esau & Iacob dicitur nulla potest causa planetarum uarietas inueniri:que manifesta differentia assignari queat. Vnde patet similia ab astrologis posita garrulationes esse.

¶Super eodem.

¶Concedamus atq; affirmemus:qd p natiuitatē hominū de puncto generationis astrologi uerum scire possunt.Sed hoc fundamēto assumpto cām demonstratiuā postulamus:qualiter astrologi de tēpore determinato seu pūcto generationis sciant:& tñ ignorāt de puncto hora die atq; anno mortis:eo p̄sertim: qd p̄sumūt casualia p accidētia aduētitia scire futura:& si stellarū ꝓprietatibus hec scitur:naturalis ordo est:& quilibet naturalis ordo per prius ac principalius in intrinsecis operibus inchoat:& deinceps ad exteriora siue accidentalia deuenit:& tamen in modo abscondito:ut taliter probat. Nos quū primum hominem uidemus:agnoscimus ipsum esse rōnalē:Sed ad cognoscendū quod bene uel male ad extra operetur:est utiq; difficilius:& postremo in modo sciendi : & sic astrologi si illa que posteriora & difficiliora sunt atq; accidentalia in hominibus de futuris cognoscunt:multo magis & facilius naturalia fundamenta cognoscere possunt:quum ueriores regulas habeant.Si enim planete in natiuitate istius hominis destinant quod per iusticiam suspensus sit:oportet quod prius destinent & assignēt causas quibus sit suspēdendus:aut saltem determinatum tempus seu punctum:quo ipse homo sit suspendendus.Et quoniam penitus ab astrologis ista ignorātur:reliqua per eos posita iudicialia siquidem uana. Tamen de mortis determinato tempore & loco se nescire fatentur : eo quod experientia contra ipsos facile comprobari potest.Quoniam si absconditum esset:aut quod ad ueram sensuum probationem deuenire non possumus: latas fabulas astrologi describerent : si scirent omnia puncta morti uniuscuiusq; hominis determinata. ¶Denique si monstratiue per natiuitatem pūctum generatiōis determinatum atq; horam mortis cognoscere sciunt:multa alia de his credenda sunt.Sed dubitamus:quod de hoc monstratiuam rationem adducant inferre. Vna die quidam astrologus dixit tali militi : ne hodie in armorum conflictum ingrediaris: Nam de uita tua maximum erit periculum:hoc nō ualet:quippe quod hec cōmunia sunt:& quelibet mater filio dicit ne ad bellum eas:quia haud parum de uita tua uereor:& uidetur quod aliquam luctus i me representationem sentiam : & tamen sepe filii ad bellum uadunt & redeunt : & alias matres dicunt filiis quod uadant:qui tandem uadunt & moriuntur.& idem astrologi faciunt:ut experientia probatur:in eis quibus consulere solent. Victoriam enim cunctis diebus dum uiuimus expectare:& de iminentibus periculis minari:res utiq; cōmunis est. Et sic dicendo caue hodie:& caue cras:in nostris naturalibus regulis uiuendi & moriendi stare potest : & ad hunc casum moriendi ad illum atq; alium natura subiicimur. Nam ueluti plura apta sunt ad uitam nostram: multiplicandam & conseruandam:similiter plura alia ad delendum ipsam uitam. ¶Tandem pro soluendis his omnibus:oportet quod astrologi religiosi fiant:& di-

cant deus uoluit nobis per natiuitatem hominis punctum generationis & non mortis determinatum reuelare: quandoquidem huiuscemodi disparitatem natura probare non possumus.

¶ Quonam pacto experiendi sunt astrologi: giromantia: & his similes: ostendendo eis natiuitates atq; manus hominum: de quibus nullam habeant cognitionem qui sint: nequidem in iudicio natiuitatum ipsorum hominum uideant. Cap. lxi.

¶ Quum de iudiciis ad futurū tendentib9: an uera uel falsa sint cū astrologis disputamus: tanquam pro fine aliqd in ipsis experiendū est. In quo qdem penitus approbādi sunt: si recte ac semper inde exierint: sin autē minus eiiciendi. Vtpote quod simul plures natiuitates puerorū seu hominū cuiuscūq; etatis astrologis pbeamus: iter quos sint filii plurimorū rusticorū: mercatorū: artificū: & dominorū: & si astrologi ui tam seu consuetudinem cuiusq; istorū agnoscere scient: tanto q ignorent cuius filii sint: tunc in pluribus aliis credendi. Pariterq; dū aliqs per principem ad mortem condēnat: ei9 natiuitas inter alias ostendat: de quorū uarietate nil astrologus sciat: neq; cognoscat per astrorū constellationes iudicando. Si enim hic semper ueridice uaticinat: facultas sua merito scientia est appellanda. oportet aūt qd sola natiuitate cognoscat absq; qd uideat uel audiat: qs fili9 regis: & qs rustici: qs secularis: qs sacerdos: & qs in hoc officio & qs in illo degat: qs hylaris: quem ipsi dicūt iouianū. qs tacit9: quem solent saturninū uocare: & sic de qbusq; aliis differentiis. qd si in similib9 pronosticant: ab experientia ueri sunt: & aliter falsi. quandoq dem per aliā uiam qua nūc astrologi iudiciū faciūt: multo difficilius est cognitu: an p iudiciū iuxta astrorum proprietates hoc agant: an uero ad coniecturam de eo qd uident uel audiūt: Semper enim de filiis regū aut maximorū principū iudicia agere solent. Quocirca eorū officia sciūt: & ut plurimū ipsos psentialiter cognoscunt & uident: an hylares uel tristes sint. Multa quoq; de eorū uita cognoscunt: per quam plurima ad coniecturam dicere possunt. ¶ Et similiter gyromātici: pyromātici: & his similes experiēdi sunt: tametsi de preteritis: an iste rusticus & ille domin9 sit. fortasse a maligno spiritu aliquā respōsionem habere possint: qd tū dato quod sit: de raro ac dubiosum erit. Si enim simul rex & rusticus cuiquam gyromantico manus suas ostendēt: & rex est uili tegmine indut9: rustic9 uero deaurato: Rex itidem natura i dispositi9: ut accidere solet: & rustic9 habilis: gyromantic9 siquidem & astrolog9 in eiusmodi manuū respicientia nimiū uariarent ab illo quod dixissent distincte cognoscendo: q iste rex & ille rusticus.

¶ Quod non generātur omnes homines sub ioue: nec in mense octauo saturnus gubernat & presidet omnibus hominibus: in uentribus matrum existentibus. Cap. lxii.

¶ De generatione & natalitiis hominū & mansione i uētrib9 matrū tractādo: iter quāplura alia: astrologi dicūt: qd oēs sub planeta iouis cōcepti sumus: & qd octauo mēse saturnus gubernat: & q eo mēse nascunt uiuere nequeūt: ex hoc qd saturnus planeta melācolicus & frigidus. Nos aūt dicimus: qd in qbusq; horis & pūctis aliq hoies generant: & aliq moriunt & similiter in oibus pūctis sunt alique creature in uentribus matrū octo mēsiū spatio concepte: qd si sic esset ut astrologi aiunt: oporteret qd in oibus tēporibus horis & punctis atq; ubiq; Iupiter & Saturnus gubernarent. ¶ Et in hoc modo oēs planete semp eodē tpe regnarēt: qd ab astrologis alibi reprobat. ¶ Et ubi dicūt qd filii abortiui i mēse octauo nascunt: ex eo qd saturnus administrat ac psidet i illo mēse: hoc nō uidet de necessitate uerū: qa i quolibet mense mulieres male pariūt. Attamē de differētia magis & minus iter mēsem & mēsem aliqd explicabimus. Enī uero oēs sciētie: oēs disciplinæ: & oēs artes atq; doctrine i principio cito delent: & etiā circa senectutē nostram ad pristinam consuetudinem redeūt: & sic dicimus: quod omnia corpora generata & animata in quoquomodo iuxta principium sue generationis qualibet parua diuersitate deuastantur: & idem circa finem: exempli gratia: quod postquam seminatum fuerit aliquod granum: occurrente aliqua aduersitate usq; ad decem uel uiginti dies: ut multa aquarum inundatio aut siccitas: de facili semen destruitur: Et similiter per alios uiginti dies uel circa tempus perfectionis grani. Nam si ueniet glacies: uentus marinus: & caninosus: granum illud destruitur. In aliis uero temporibus semen fortius manet: quia ex quo radices iniserit per quindecim uel uiginti dies: postmodum cunctis aduersitatibus resistit. Et similiter postquam granum tritici curatum fuerit nec aliter de animalibus sensualibus & intellectualibus dicetur. Nam post cōceptionem mulieris uel alterius femine in primo mense de facili aboriuntur: & idem dum circa perfectionem sunt. Quoniam incipiunt se reuoluere ex causa nascendi: & in illo motu quelibet minima aduersitas multum detrimenti inferre potest: & dum animal quietum est: & non mouetur in uentre per reuolutiones facilius nasci potest in pace & tranquillitate. ¶ Nec de septem mensibus tenendum est: quod semper uiuant: nisi aliquando & rarissime. Verumtamen ex eo quod non sunt in tanta reuolutione septimo mense quanta sint octauo: uidetur quod facilius uiuere queant. Sed quod in tali mense nascantur & uiuant: ut decet: non est regula omnino approbanda: quod si in aliquibus uera est in quampluribus aliter se habet: & octauo propter maiorem reuolutionem consequenter maius imminet eorum uite periculum: cito enim decidunt.

¶ Quomodo uideat̃ pũctũ prosperũ ad eũdũ & redeũdũ: quando tranq̃llũ & placidũ tẽpus pspi citur. Nam raro ex fragili principio bonus finis expectatur. Cap. lxiii.

¶ Iam in pluribꝰ locis diximus: quod quãdoq; temperãtiã & quãdoq; distẽperãtiã a planetis recipimus: & non quo ad rõnales animas: ubi sequeret̃: quod secũdũ planetas & elementa erit bonũ & prosperũ pũ ctũ corporibꝰ nr̃is discedẽdi & manẽdi: dum tẽpus placidũ trãquillũ uel accomodatũ fuerit: penes opus qd peracturi sumus: & interim qd ambulandi oportunitatẽ habeamus. Si enim multũ itinerare debemus tempus tẽperatum & trãquillum poscimus. Nã plerũq; nobis obest maximus calor frigidũ humidũ & sic cum. Quod si pluit aut uẽti efflant: minus malũ est qd a tergo: q̃ si a cõspectu pluuie ueniãt. In quo tamẽ de elemẽtis potius: q̃ de planetis nos idigere conijcimus. qa nummos uolumus: q̃ de materia elementoꝝ sunt: & cibos quoq; & potus: atq; suauem & salubrem aerem exquirimus: & quod aque non abundent. Si enim maximum flumen inuenimus: nequaquam a nobis planetarum influentia pertransiri potest. Quocirca alio opus est: quo quicquam exigatur. ¶ Et si inferimus: quod non possunt periclitari illi qui ĩ puncto astrologorum discesserint: experientia oppositum indicat. Sepissime enim qui tales regulas ob seruant male dies suos finiunt. Nec est temerario presumendum: quod alia archana ad iter nostrum accõ modata in astrologia cõtineant̃. Nam si est bonum punctum ad discedẽdum: possumus oĩno discedere: & nos palã uidemus: astrologos dicere tali die bonum erit mare traijcere: & tñ eadẽ die plerũq; ĩ ipso mari fluctuatio extat: & uenti cõtrarij atq; naufragia iminent: ex quo manifestatur fallax esse astrologoꝝ pun ctum: qa saltẽ ĩ trãsiteratiõe astrologoꝝ iperitia demonstratur. Nã quum p terrã pficisci debẽt: semp ali quã excusationẽ afferunt dicẽtes: persequamur: qa licet de p̃senti uideatur quod res aduerse imineant: po stremo multa ac preclara bona emanabunt. ¶ Sed ubi principium erroneum est: siue cõtra naturalem & diuinam rationem: finis non potest esse bonus. facienda est enim omnino de erroribus nostris peniten tia: secundum corpus aut animas: & interdum ambe partes patiuntur.

¶ Quonam pacto astrologi tanquam alieni seu inimici legis reputandi sint: quum precepta dei negligant. Cap. lxiiii.

¶ Circa iudicia & puncta astrologorum: due principales partes sunt cõsiderãde: prima iquãtum corpo ri attinet: & hic parum nostra interest: an bene uel male dicant. sed in altera parte que animabus attinet redarguendi sunt astrologi: eo quod aperte contra diuinas leges tendunt: licet in plerisq; eos ecclesia reprehendat. Sed non penitus abijcere uidetur: non quod ecclesia iudiciales partes foueat: nisi qoud ad huc non precepit apte excludendos esse astrologos: tanquam hereticos: forte aũt dum in concilijs de hac materia tractauerunt: astrologia iudicialis non erat adeo incorrepta ut nunc est. Nam si sic fuisset: eã to taliter prohibuissent: & qd pfessores astrologie in principio seu in aliquo modo uolẽtes ueritatẽ defrauda re aliqua bona uerba adducãt: ut a nigromantis fit. uellem ppemodum ab eis itelligere: qualiter christia ni appellari possunt: iudei: siue mauri: quum nõ adhibeãt fidẽ pceptis dei: neq; ipsa tanquã bona & ueri dica reputent. Deus enim mãdauit obseruãdum esse unum diẽ in ebdomoda: quẽ nos dominicum diẽ ap pellamus. Iudei diem sabbati: & mauri diem ueneris colunt. Attamen quelibet istarum legum iubet unum diem omnino in ebdomoda obseruandum. ¶ Et astrologi uolentes aliquod maximum opus agere: pri mitus per aliquot dies eligunt pũctum diebus dominicis: seu quouis alio maximo festo ab ecclesia edicto. Et astrologi secundum regulas suas tam in similibus diebus q̃ in alijs iubent: ut longum iter atq; alia ma gna opera pertractentur: in quo manifeste precepta dei negligunt: eo quod uim planetarum uolunt su perne ordinatiõi preponere: & iuxta sententias religiosorum & irreligiosorum omnia a prima causa de pendent: cui obedire tenemur: & medio aliquorum operum inseruire. quumq; habeamus: quod deus ius sit diem festum ab hominibus colendum: decet: ut ei quo ad rationem obediamus. Et quoniam deum sum me bonum esse tenemus: non potuit malum preceptum statuere: nec nobis contrarium iussum inhibere. Vnde manifestatur: quod non dedit planetis potentiam dirigendi uias nostras prosperas in diebus qui bus ipse deus mandauit sub pena peccati mortalis: ut acquiescamus. Et ubi mortale peccatum: erit utiq; ĩ possibile: quod bonum sit operationis initium. ¶ Vlterius precepit: ut ipsum solum adoremus: & inte gram fidem de operibus & premijs nostris adhibeamus. Astrologi autẽ ab iisdem omnibus preceptis ual de remoti: que enim in manu dei & libertate nostra sunt: uolunt planetarum potentijs attribuere: & libe rum arbitrium nostrum denegare. ¶ Et non solum astrologia iudicialis per seipsam pessima est: uerum etiam longe deterior efficitur: quum sit fundamentum aliarum artium: que dyabolice uidentur: & ab ec clesia prohibite: ueluti Gyromantia: Chyromantia: & pyromantia: uaticinia: puncta: & alia huiuscemo di: quum p nullum habeant principium: quo tutari possent: ad astrologiam confugiunt. asserentes: quod stelle proprietatem habent disponendi ac demonstrandi nunc de presenti id quod futurum est. Et ad era dicandos similes errores merito debemus suis fundamentis insistere. ¶ Et iuxta auctoritates sacre scriptu re astrologia est penitus effugienda. Ait enim Hieremias: a signis celi non timeatis que gentes timent. Et ĩ alia pte admonẽs dicit: debet se homo custodire: ut nõ adoret solẽ: lunã: & stellas: quas deus creauit ĩ

ministeriũ & utilitatẽ oĩum nationũ:neq̃ ẽt ĩ principio:ubi stelle create sunt:aliqua fit mẽtio de hac iudiciali astrologia.Sed potius apte dicit:creauit deus duo magna luminaria:unũ scilicet: quod illuminaret diem & aliud noctis caligines ac tenebras:& sint signa iter tempora dies & annos:pariterq̃ de stellis ait: quod lucem & splendorem efferant in celo:& terram illuminent:lucem a tenebris diuidendo:& ista uidetur uera astrologia.

¶Quod astrologi in nulla utili facultate pre ceteris ualent. Cap.lxv.

¶Superius plura inscripsim9 cõtra astrologorũ facultatẽ:eo p̃sertim:quod nesciũt fundan:ẽtũ ostẽdere: ne tñ multũ nos egisse uideaẽ:dicimus facillimũ eẽ:quod deuincanẽ q̃ minime turanẽ.Et q̃a astrologi nullã ĩ sua facultate rõnẽ allegãt:irritus labor est naturali aut rõnali uia eis cõtradicere. Videdũ est aũt:utrũ aliquã hẽant ueritatẽ:q̃uis ipsam ꝓbare nesciãt:ut q̃dã solẽt:q facultates suas rõnabiliter ꝓbare nesciũt: licet ĩ re optime sint.Accidit enim:quod similes hoĩes aliquas ĩfirmitates ad pristinam sanitatẽ redigũt:q uix possunt ab eruditis & sapiẽtibus curari.Quapropter tãgibile effectu ostẽdũt:suas medicinas admodũ esse tenẽdas atq̃ laudãdas:& ideo penes experientiã uidẽdũ est an inueniamus ubi astrologi oẽs alios ꝑcellãt:hoc tñ in re utilitatis ĩtelligitur.q̃a cõmuniter q̃sq̃ artista ualet ĩ aliquo loco necessitatis pre q̃bus q̃ aliis:ut q bon9 eq̃tator ẽ & militarẽ astã exercere nouit:põt alios q̃ parũ eq̃tare sciũt extra sellã ꝑicere quiq̃ modũ saltãdi hẽt iterdũ aliq̃ foueã ꝑtransit:q̃ saluaẽ:& bõus medicus sepius semetipm̃ & alios a maximis egritudinib9 curat.Et q similia nesciũt cito ꝑiclitanẽ.Et q emẽdi & uẽdẽdi artẽ hẽt:alios quoq̃ ꝑcellit:q de lucrãdis pecuniis ignorãt.Quoniã uero astrologi ĩ oĩbus facultatibus p̃sumũt:uidẽdũ est:an ipsi in aliquo oẽs alios superent.Nã si uera est eorũ facultas semper meliorẽ partẽ capiũt.Sed q̃a oppositum patet experiẽtia:incerta est talis facultas.Quoniã ꝓculdubio plures sunt ex christianis:mauris:& hebreis mercatores:q melius aut cũ maiori lucro q̃ astrologi sciunt merces emẽdo & uẽdẽdo pertractare.quũq̃ astrologi dent puncta ducibus & principibus ad milites ordinatim dirigendos:& bello decertãdum: si in similibus cõcurrere uolũt:plures hoĩes iuenĩet:q eos arma capescere sinent pariter & loca quo ad libitum:& tandẽ libẽtissime cum ipsis astrologis certabunt.ii quoq̃ insolenter ac temerario presumunt dari p̃ũctum prosperũ ad ducendas uxores.Nõ tñ quẽquã uidimus habẽtẽ meliorẽ seu pulcheriorẽ uxorem atq̃ ualidiores filios:nec q̃d in maiori sanitate & diuturnitate q̃ alii uiuat. ¶Presumunt hẽre horas ꝓsperas ad loquẽdũ cũ principibus:& ipos itidẽ uidemus tã illepidos q̃ & alios:taliterq̃ discurrere possum9 p̃ plura alia:& nunquã inueniemus ubi astrologi ĩ rebus utilibus de q̃b9 ipsi p̃sumũt:alios excellãt. Et sic manifestatur facultatẽ eorum non esse:ut ipsi predicant:eo quod in omnibus rebus quãplures alii sciunt adeo oportunum tempus accipere ad operandum & perficiendum res suas:quẽadmodum astrologi:presertim si regulas in astrologia scriptas obseruare uoluerint. Qui tamen melius faciunt: eo quod tempore egestatis & penurie nullam de punctis stellarum curam habent.Et si quisquam dominus uoluerit eis diuitias exhibere in quocũq̃ puncto libenter accipiunt:& illud habent tãquam prosperũ dũ bene se habet:q̃uis extrinsecus uelint plerasq̃ suggestiones & falsas fictiones inicere:sepe quoddã exẽplũ adducũt asserẽdo fuisse quẽdã astrologũ q in hyeme cognouit annone penuriã:estiuo tp̃e futurã & tantã copiam emit uili precio:quod postmodũ dũ in penuria uenũdedit diues factus est. sed similia plures mercatores faciunt q nullã de astrologia noticiã habẽt. ¶Et quo manifestius:id quod astrologia inferre solet demonstret:aliquod experimẽtũ insinuabimus. ¶Vt de Ludouico mediolani Duce:q hac nostra tẽpestate pre ceteris principibus fortasse stetit astrologie deditus:& paiã uidemus semper sibi ꝓspera succedere: nisi dũ uolebat astrologiã emulari:q & ĩ militia licet quottidie astrologiã fuerit assecutus:& quamplures astrologos apud se habuerit:nullus eorũ aliquã suarũ aduersitatũ p̃dicere sciuit:& uxorẽ p̃ pũctũ astrologie duxit:q̃ ꝑtu extremũ diẽ cõpleuit:q̃uis ad eã dux p̃ pũctũ astrologie accesserit in cõceptionẽ filii:cui9 partu obiit. Demũ paulopost bello fractus ad germaniã effugiẽs se cõtulit:q denuo a populo accersit9 cum nouis astrologis rediit:& nil extra pũcta astrologie operã nauabat:q & eorũ cõsulto quãpluribus diebus certamẽ aduersus gallos cõfligẽdũ detardauit:& ea die qua captus fuit ipossibile erat circa astrologorũ iudicia superari.Qui nõ modo ducem:sed seipsos defraudarũt & ipsi astrologi eodem die simul cum Duce:francorum preda fuerunt:demum dux in manibus inimicorum mortuus est.& de issdem exemplis nullum adduci potest in astrologorum fauorem.

¶Quatenus a nobis sit temporis oportunitas expetenda ad inchoandũ & perficiendũ principale opus:& non puncta ad iter ineundum. Cap.lxvi.

¶Astrologi ad excusandum seipsos aliqua naturalia adducunt:ut dicendo si uolumus seminare triticũ aut arbores plantare utilitatẽ cognoscimus lune dispositionem obseruando: penes augmentum & decrementum suum:& idem de aliis operibus intelligendum est:quãuis non adeo manifeste uideantur: sed ad hãc obiectionẽ respõdẽdo dicimus:q̃d iam ĩ plurib9 locis ꝓbamus:planetas nobis ꝓspera & aduersa afferre:quo ad corpora & res naturales:nõ aũt in illis:que ad animas spectant:& sic dicimus: quod plan-

tare:seminare:aut filios generare sunt naturalia:& solũ accidẽtalia edificare domos & discedere ad ptractandũ negocia:& alia huiuscemodi. Et iter naturale & artificiale magna ẽ disparitas. Tãdẽ i naturalibus & artificialibus psperũ tẽpus idagãdũ est:p illud pũctũ i quo principale opus fieri debet. qa nihil ad rem discedere ex domo nostra ad seminãdũ uel plãtãdũ in bona dispositiõe lune:si qñ ad possessionẽ attingimus est cõiunctio:& uolumus tũc seminare & plãtare aut filios generare:nihil ualebit discessus noster: si operãdo inoportunũ tẽpus accipimus. & si i cõiunctiõe aut eclypsi discedimus:& postmodũ i bõa dispositione solis lune & elemẽtorꝝ operamur:ibi nõ respicit ad primũ motũ:dũ uenire icipimus: nisi ad pũctũ peragẽdi principale opus. Nã si seminare debemus:& terra est nimiũ sicca & arida seu aquis exuberans: aut uero generare filiũ:& pater & mater sunt ifirmi:pũctum planetarꝝ ad eiusmodi opus parum proderit. Et si ab uno loco in alium discedimus ad pertractandas res cum proceribus & principibus:quod i bona ualitudine & iucunditate degant:si quando itineramus ad principem attingimus:& loqui uolumus:ipse est infirmus aut iracundia motus:quod ueniat per naturam uel per accidens:parum prodest nobis discessus noster:eo tempore quo princeps erat gratuitus. nec ualet quod inueniamus ipsum hylarem:si sibi placita negocia non deferimus:aut talia quod merito sit cõcessurus. Et ultra hoc quod nuncius sciat honeste ac recte quecũqȝ enarranda sunt explicare:& accuratius de suis negociis intendat:nec quod molestus sit:sed placidus principibus atqȝ aliis circa eos manentibus. Si ista media aut alia non querimus similia:punctum astrologorum parum auxiliabitur. Si uero regulam obseruamus que cõmuniter naturalis dicitur:scilicet:operari quando materialia iuxta sensus sunt disposita:plerũqȝ ac semper bonum esse cõperimus. ℂEt cum astrologi cõmuniter aut sepius punctum accipiunt in diebus uentosis:nymbosis:& nebulosis:difficile est secundum naturam:quod in his diebus clarum opus fiat. Si enim elementa indisposita sunt:etiam animalia tanquam elementorum partes indisposita erunt. & decet: quod si homo geniturus est claros ac prestantes filios:ipse quoqȝ clarus inueniat. quod stare non potest:nec est de uniuersali regula:& institutione:dummodo tempus placidum & tranquillum non fuerit. ℂEt si astrologia intrinsece esset uera:seu clam uel palam sensibus:iam ex tanto tempore quo eam plures homines frequẽtant: uirtus eius esset omnib9 manifesta. Sed quum de decem partibus semper astrologi in octo uel nouem errent:nõ sunt habendi tanq̃ ueridici:eo quod eorum facultas non est scientia. Quum in maiori parte aberrent:& uera scientia est de illo: quod nõ potest aliter se habere: Et similiter in aliis rebus dicimus: scientiam ubi plerũqȝ uerum cõperimus:& utilitatem haurire possumus. ℂDe iudiciali uero astrologia neqȝ bonum neqȝ uerum nec aliquid utilitatis colligi potest. Tamen ipsi astrologi p̃sumunt malum in bonum trãsuertere:queãdmodũ & alchimiste faciunt:q p̃sumunt unam speciem in alteram transferre: plũbum:es:aut argentũ uiuũ:in aurum conuertendo:& semper in penuria degunt:& sunt causa deperditionis sequacium. Astrologi etiam quecũqȝ facturi sunt:aiunt prospere futura. Dicunt enim quod felicia puncta accipiant: ad incipiendum & finiendum quicquid uoluerint:& postmodum mãifeste per experientiam uidemus: qd astrologi & sequaces plerũqȝ in suis operibus errant:quanquã seipsos excusare soleant dicentes: quod si non fuisset propter pũctum deterius contigisset:& hoc dũtaxat stare potest:si ipsi ceteris sunt deteriores: eo quod in re omnes homines ita bene faciunt:sicut & astrologi. quãuis non eant per punctum astrologie: & de malitia & peruersitate huius facultatis inter alia unũ precipuum exemplum habemus: hoc est qd unusquisqȝ astrologus inquantum astrologia utitur:est odio omnibus aut fere omnibus. Et illa facultas que suos sequaces odiosos reddit malum de se instar insigniet.

ℂDe qbusdã negantibus oẽs rõnes & experiẽtias sensuales atqȝ intellectuales. Cap. lxvii.

ℂDemum ubicũqȝ querimus:manifeste inueniemus:quatenus iudicialis astrologia esse nequeat cũ qbusdã efficacib9 rõnib9. qm̃ falsa atqȝ erronea est:nec qcquã i se ueritatis cõplectit. quocirca astrologi haud secus q̃ qdã alii libertatẽ nostrã abnegãt asserẽtes:qd qcũqȝ cõtingunt necessario cõtingunt:ex eo qd ita erãt futura. Et si qspiã hac illac quo ad libitũ pedẽ siue manũ diuertit: pterui rñdẽt:qd ita necesse erat. Et astrologi qñqȝ dicunt eadẽ a stellis necessitatẽ causari:& qd oẽs motus nostri sunt prius a planetis & celis destinati. Nos uero iferimus nõ oĩa necessario puenire. Multa eni ex nr̃a uolũtate emanãt:& qcqd libera & mera uoluntate factum prius q̃ fiat i ptãte nr̃a est:qd faciamus uel dimittamus:& qd ultro opemur palã cõprobat. ℂIllud eni qd patet oĩbus itellectibus & sensibus nulla alia pbatiõe idiget:quũ ista uerior sit:& magis necessaria. qm̃ absqȝ dubio nos itelligimus:qd plerũqȝ ex nobisipsis & a nemine ipulsi mouemur:qd nõ solũ itellectui patet:uerũetiã oẽs sensus intrinseci & extrinseci cognoscunt. nos ultro operari & nõ aliunde. qa planete nõ sunt nobis adeo intrinseci:ut nos nobisipsis sumus: ideo nequeunt tã citius nos cõmouere:qn aliquã cõtrarietatẽ & tẽporis morã ad oẽs nostras cõsideratiões sentiamus. Sed qa cũ tãta uelocitate hinc illinc reuoluimur:& uidet nobis:quod per nosipsos moueamur:igitur libera uoluntate & nõ stellarꝝ cõstrictione:eo quod stelle oĩno corpora sunt:unde oportet quod i aliqua mora operẽtur. Et hic nõ dicimus partem nostram pbabilẽ esse:sed mõstratiuam & necessariam. Quoniam in oppositum nulla demonstratio neqȝ ratio & experientia adduci potest. & quia est adeo nuda nullibi audienda: nec cuiquam rationali neqȝ irrationali animali attribuenda.

¶ Quonam pacto astrologi & alchimiste in pluribus conformes sint: & quod ambitiosis tantum: aut inualidis ad per seipsos magna operanda placere solent. Cap.lxviii.

expirauerunt. Quamobrẽ quũ sacerdotes nñ non seculares sed alterius mũdi se esse fateant:ex eo quod
hunc dimiserint:quidnam aliud q̃ animarum mortem expectare possunt. Quoniam qdem ad alioꝝ exẽ
pla sufficere poterit miraculũ in anania & saphyra uxore sua factum. Sed de animarum periculo haud pa

rum ab eis metuendum est: quum deo sint mentiti. & quia sponte ad apostolicum habitum sunt oblati: & tamen mentiunt morti sunt obnoxii: queadmodum in anania & saphyra petrus aperuit dicens. Nonne manens tibi manebat: & uenundatu in tua erat potestate. quare posuisti in corde tuo hanc rem: non es mentitus hoibus: sed deo. Non itaq per uenditionem: aut quod iam ad strictam legem non deuenissent. Sed quia mentiti mortui sunt: Quocirca sacerdotes nostri qui ultro & non coacti ad apostolica semitam deueniunt: & falsum nomen in operibus uendicant: pexime tendunt. & de eis pcipue timendu est: ❡ Et non ex eo quod beneficia seu elemosinas ab alio relictas administrent: sed quia ipsa tanqua seculares possident: & in uoce tantu cuncta se dimisisse aiut. ❡ Apostoli enim queadmodum in suis actibus apparet multa pro pauperibus & aliis piis temporalia bona ad distribuendas elemosinas assumebant. Sed nihil de hodierno in crastinum tanquam eis proprium remanebat. & in illo tunc ad christianam legem deueniētes omnia bona in cōmuni usu disponebant: ut nonnulli fratres ab eis fieri ferunt: qui tamen inter semet ipsos tantum id faciunt. si forte faciunt: sed non parum a cōmuni aliorum societate semoti: quando autē sacerdotes pro aliorum pauperum beneficio elemosinas usurparent: apud deum & hoies est comendabile: eo q in apostolorū similitudinē. Itaq nequaquam dicendū est primum qui temporalia bona ecclesie dederit fuisse constantinū imperatorē: quum hoc apostolorū tempore factum fuerit. Et sic non licet opponere non esse rectam donationē constantinum transtulisse imperium in ecclesie administrationem. Ipse enim sicut & alii elemosinas Christi sequacibus tradidit: ut pauperibus & aliis piis rectius ab eis distribuerentur. ❡ Quicq sub hac intentione beneficia non assumit: tanquam uanus & non Christi discipulus reputandus est. ❡ Postremo autem ecclesiastici quemadmodum & seculares principes in sua origine fecerunt. Nam in prima electione pro ministris inter sodales & consocios per aliquot dies reges statuebantur. Attamen alii in posterum uenerunt qui se dominos fecerunt: & qui prius socii fuerant in seruitutem sunt redacti. Et non aliter primi sacerdotes seu qui pro Christo hunc mundum deseruerunt primitus elemosinas pauperibus distribuendas assumebant: que quidem prima assumendi origo fuit. Sed excreta deinde malicia aut potius elata ambitione pro uiribus ad accipiendum quicquid possunt inuigilant: nec aliquid circa primam institutionem exhibent. Sed de perditione similia agentium nil prorsus ambigendum est. si modo in ultimis dierum suorum magnam penitentiam non agerent.

❡ Qualiter sacerdotes de lege diuina tantum decimas habere possunt non autem possessionum uectigalia. Cap. vii.

❡ Dicamus quod sacerdotes sub hoc uel illo titulo diuitias possideāt. attamen de eorū presumptione in diuitiis huius mundi fundata admodum mirandum. Non enim iuxta diuinā legem naturalē neq moralē stare potest. De lege diuina sacerdotes tantūmodo decimas habent: Sed nō possessiones nec alias ingressiones: quod patet in diuisione terre promissionis. Nam quū duodecim essent tribus israel: ne sacerdotes laborarent: sed ad cultum diuinū attenti essent in undecim partes totam terram promissionis diuiserūt: Ideoq tribus iuda tanquam ad sacerdotium electa nullam habuit partem: uerum omnes alie tribus tenebantur ad prebendum sibi decimā partem oīum fructuum quos recolligebant: & quia sacerdotes nostri nil de patrimonio suo dimittere uolunt: non constat quod decimas habere possint. & de beneficiis aut aliis ingressionibus apud ueterem legem nullum habent edictum: multo quidem minus in nouo testamēto. Quum precise in euangeliis inueniatur negligenda esse hec mundana siue corruptibilia ad ultā beatam consequendam: que tamen a sacerdotibus pre ceteris accumulantur. ❡ Nusquam uero in rebus corruptibilibus mentes nostre fundande sunt: Quoniam de duabus naturis altera corporea & altera incorporea constamus: & incorporea seu spiritualis dignior de naturali iure ad spiritualem nostram naturam potiusquam ad corpoream semper attenti esse debemus. & si omnes sub hoc naturali precepto nati sumus: multo quidem magis sacerdotes qui de lege diuina & hominum constitutione ad adorandum deum pro se & omnibus aliis templo sunt oblati: quicq honestus orator humilis siquidem & non superbus esse debet: Quumq huius mundi diuitie super corporeis delectationibus uarias adducant sensuum atq membrorum eleuationes: talia impedimenta nullatenus sacerdotibus conueniunt. Quum impossibile sit: quod de corruptibilibus & incorruptibilibus simul rectam curam habeamus. Sed sacerdotes nostri de iisdem preceptis obliti: aut ipsa negligunt. Si non superiores saltem equales facti sunt cum ceteris hominibus in delectationibus eleuatione & acquisitione bonorum huius mundi: quod de ratione nullatenus stare potest: eo quod superbi & in temporalibus immersi potius sunt ad irritandum iram: quam ad applacandum. Iccirco sacerdotes qui in corruptibilibus uacant non placatores: sed irritatores uocandi. ❡ De communi autem cōsuetudine hominum ad bene beateq uiuedum ordinata ingressiōes: seu beneficiorū uectigalia sacerdotibus duntaxat comēdant. ut cū rōne hec bona pauperib9 distribuant: Nō autē qd meretricibus aliis corporūq ornamentis distribuant. Et quū hec prima cōstitutio sit de ratione q bñficia adinuētati sunt: & igressionē dederūt adimere debēt: si ministri aliud q̄ tenent exegerint. ❡ Nunc autē ad principiū reuertamur: i quo asseruimus stupēdū eē de ecclesiasticorū elatiōe: & quo potius ppalet

aliquid adhuc de eorum fantasia dicemus taliter discurrendo. A natura nos scimus quod res incorporee non comedunt: non bibunt: non calescunt nec frigescunt: neq; indumentis indigent. Vnde non costrin gimur ad ponendum bona corporalia tanquam spiritualia in manibus sacerdotū. Sed cōcedamus ut de iure decet: quod unusquisq; homo natura tenetur ad subueniendū cuilibet homini tanquam ꝓximo dum potest: eo quod idem alii secum faciant: & eiusmodi subuentiones de uoluntate anime & membroꝝ sudo re faciende. & tūc elemosine uisitationes & alia pia pro toto homine ualent: eo q̄d ratione atq; animi uo luntate facte. Sed quod sacerdotes pro temploꝝ uectigalibus animas excōmunicare possint: easq; occide re: de naturali lege constare nō potest. Corporea enim & ad beneficiū animarū cōmunia sunt: indies di stribuenda nō autē accumulanda: & in particulari obseruāda: eo quod a natura similia beneficia nō inue niuntur: & ex hominū cōstitutione ad subuentionē pauperū sunt cōgregata. Iccirco si sacerdotes nō ad ministrant: & distribuūt elemosinas sibi commissas ut debent: nescio sub quo iure possunt alios similiū bo norū debitores excōmunicare. Beneficia enim ad sustentandū pauperes: & nō ad ditandum sacerdotes adinuenta sunt. ❡ Et si ecclesiastici respōdent: ut sepe respōdere solent: nostra est hec cura: quid ad uos si bene aut male administramus. Contra hanc respōsionē asserimus: q̄d prima intentio illorū qui elemosi nas faciunt: est quod pauperib9 dentur. & boni sint distributores. Dignius est enim quod quis bonus quā quod sacerdos: & semp id quod dignius anteponēdū: Quapropter de bonitate hois in primis cognoscē dum: & deinceps de sacerdotali ordine: & similib9 aliquod occurrit scandalū. Rursus ad principiū occur rendū est. Vnde si hic sacerdos recte & integre nō distribuit bona sibi cōmissa iuxta intentionē cōditoris templi: ex eadem cura dirimendus est. ❡ Quoniā uero inter se sacerdotes fauent: suasq; consuetudines multiplicāt: & seculares principes talia nō recolunt: ecclesiastici haud parum elati: qui tum armata manu ut milites: tum excōmunicationib9 contra spiritus seu animas inuadunt. & quāquā ex auctoritate christi habeamus: quecūq; absolueris super terrā erit solutus & in celis: & quecūq; ligaueris super terrā erit liga tus & in celis. hic forsitan minime de ecclesie uectigalib9 intellexit: eo quod nulla uectigalia i ecclesia cō mendauit. ❡ Et super his oibus rome aut ubilibet manentes ꝓsumunt amore aut ui beneficia apud gal liam siue angliam aut quecūq; locū ab eis remotū elicere. ubi nullam siquidem tēporalē habent potesta tē. & anima nostra incorporea nō oino sensibus oium hoium patet unde scimus aliquos esse sacerdotes: qui probare nesciunt rationalis aie dignitates atq; incorruptibilitatē. & in hoc totum fundamentū iacet ad faciendas elemosinas atq; alia pia. Quāobrem si sacerdotes hac doctrina & modo probandi carent: immerito uia excōmunicationis aliisq; similibus possunt uectigalia seu elemosinas ad bonum animarum oblatas expetere. ❡ Et ulterius uectigalia ecclesie potius ad subueniēdū paupibus quā ad celebrandū missas & aliud diuinū officiū adinuenta sunt: queādmodū in actibus apostoloꝝ comprobatur. & sic apo stoli dyaconos seu distributores istorū bonoꝝ cōstituerunt: & tales distributores de prima ac uera consti tutione serui pauperū sunt: quod si nō est seruus ut a Christo habetur: ecclesiastici sunt ceteris hominib9 meliores: siue maiores aut minores. Quapropter in euāgelio habetur. qui maior est uestrum fiat minister uester: & de iis summus pontifex titulum assumit: in quo seruus seruorū dei uocat̄. Vnde uidetur q̄d eccle siastici non solum pauperibus inseruire debent. imo & qui boni sint examinare: atq; iisdē ante alios admi nistrare uel subuenire. Sed his omnibus uiis despectis ex sola tumiditate dicēdo ecclesiastici sumus: & con tra animas hominum ire possumus. Volumus ut liber omnes huius mundi pompas atq; delectationes pos sidere: quoniam super temporalibus & spiritualibus constituti sumus: quisnam aduersus nos quum in per sona dei in terris gubernemus. Denicq; de gubernatione in nomine Christi nil dubitamus: dummodo eius euangelia sequantur. Verum quia ex precepto sacerdotes pro seipsis atq; aliis sunt: ut in principio huius capituli posuimus: & quamplures ex eis tumidos ac prauos uidemus: negandum est quod id quod ad eos spectat assequantur. & quamuis nomen habeamus: Si in operibus deficimus nequaquam officiales sumus: inquantum quod non operamur. & econuerso agimus. Quamobrem si ecclesiastici uolunt ut si bi omnes obediant: primitus in bono doctorandi uel comprobādi sunt. & deinceps quod christi semitas sequantur. Nam de ratione aspicere debent: quod si quemadmodū ipse fecit exigerent nulla prorsus aut fere nulla uectigalia sacerdotes possiderent. hoc est sua officia non administando. Tandem si ut ceperunt prosequuntur: inde ad paucos annos in manibus secularium principum erunt omnes beneficioꝝ proui siones: & hoc ut ymaginor ex eo quod plurima mala in ecclesiasticis uident:

❡ Quamobrem antequam ministri ecclesie in dignitatibus eligantur sapientes ac boni cognoscē di sunt: ne plura scandala eueniant. Cap. viii.

❡ Quum de Christi paupertate & apostolorum eius atq; huius mundi uilipendio consideramus: contra diuitias quas nunc in sacerdotibus uidemus: uaria nobis dicenda occurrunt: Verūtā potestatē p Christū apostolis editam anteponim9. Sed dū aliqua ꝓspicimus que nullam in scriptis euangelioꝝ similitudinē habent: semper in mentibus nostris aliqua occurrunt dubia: quāuis postremo ipsa excludamus aut expla nemus: prius uaria īter nosipsos disputamus. Vnde quādoq; honeste uidet̄: ut petamus utrum sacerdotes ab alio occupatas possessiones atq; alias ecclesie ingressiones merito petere possunt: quum de iure diuino

minime inueniat̃ i lege ueteri multoq̃ minus in noua: quod ecclesia census possideat: nisi tantū decimas ad sustentandū sacerdotes: que tamen non sunt ingressiones de subditorū possessionibus: nisi duntaxat de quotidiano sudore in templi ac diuini cultus administrationem. ¶De hominū uero administratiōe proculdubio ostenditur: quod recte potest sacerdotibus attinere: queadmodum etiam per sacerdotes legis ueteris cōprobatur. Sed quod hi tanquam subditi maneant: & sacerdotibus tanquā secularib9 principibus tributum impendant: nō uidetur cum lege mosaica aut saltem christiana cōgruere: quum sacerdotes sint ad sequendum Christū cum cruce de ordine euangelii statuti: ut uisum est: & miramur quod tam aliena ex Christi regulis circa ecclesie diuitias inuenim9: & sepe petimus an recte stare queat. ¶Similiter de prelatorum electionib9 quandoq̃ miramur. eo quod sepe apud plurimos homines tanquam manifeste peruersi noti sunt: & tamen habita huius rei cognitione pro quibusdā istius mūdi affectionib9 ipsos eligunt. Vnde postulari solet an his similes omnino ministri dei sint: quoniā de quacunq̃ pexima electione: presertim dum nota est dubitatur an de uoluntate dei fiat. Circa quod petitur: an deus ipsam approbet: Si enim respondemus quod non: magna erit inter christianos confusio: & si dicimus quod ita approbat: inferri potest quod deus mala tanquā bona approbat: de quo ualde ambigēdum est: quum deus summe bonus sit. & si dicimus q̃ neq̃ probat neq̃ reprobat electiones: quas homines in nomine dei faciunt: tunc opponendum esset: quod nullam curam deus de his inferioribus haberet. ¶Et ob hāc causam ut plura scandala euitent̃: aut pro maiori cautela semper electiones prelatorum ac sacerdotum de iustis hominibus fieri debēt. ¶In lege scripture de saul legitur: quod tanto tempore per deum regnauerit: quāto iustus extitit: qui p̄cepta dei trāsgrediendo nō fuit amplius rex per deum: sed tanquā deiectus a gratia creatoris sui maligno spiritu quotidie uexabatur: & forsitan sacerdotes aut pontifices seu alii principes q̃ recte religiosi non sunt: ueluti saul non per deum sed in tyrannide regnant: & de iuda quoq̃ exemplum capere possumus: intelligitur quod postquā peccauit non erat dignus: ut in nomine Christi administraret. ¶In cōmuni philosophia tenetur: quod malus rex improprie hoc nomen possidet: & sic nō rex sed tyrannus. ¶Preterea in lege habemus: quod si puer moreretur eo tūc quo baptizatus fuerit ad uitam beatam ascenderet. Sed ponamus exemplum: quod ipse puer filius alicuius infidelis sit: & quod christiani ipsum baptizent: tamen cum intentione dimittendi ipsum circa infidelem p̄rem. Vnde nō dicimus quod sit impossibile: sed admodū difficile: quod ipse puer legem Christi sequatur. nec ab ea premium assumat. & sub hac cōsideratione quam baptizator habet: & ob patrum incredulitatē sub quonā creditu ille puer saluari potest. & tali modo qui cognoscunt se peximos ministros eligere uidentur inualidam electionē facere. Item omnes legem diuinam cum operibus nostris aliqualiter exēplamus: & uidemus dum aliqs princeps destinat loco eius alium ministrū: quod uisis deinde omnibus administrationibus solum recte se habentes approbat: & malas destruit. Vnde probat minime de uoluntate sua factas esse neq̃ si magister domus alicuius principis seruos iniquos ponit in seruitutē domini sui: quāuis auctoritatē habeat ponendi: quos uult. Dominus enim de similibus noticiam habens: iratus de electione ipsos eiicit. & de ciusmodi exēplo circa ministros: quos i nomine dei electos esse dicimus: haud parū est timendū. ¶Et si infertur: credendū est. Respōdem9 q̃d mala electio nequaquā est de genere crediti: Nostrū enim creditū nil aliud est quā Christum: & opera eius credere. ac sequi quoniam per sequelam ei similes fieri possumus: & nō aliter: Idcirco uocare similes Christi: aut eius uicem gerentes: si male uiuimus uana est huiusmodi fantasia. cum locum tenens similitudinē significet. & sic qui non habet cum domino suo similitudinem: minime locum tenens eius uere esse potest. quia contra uoluntatem ipsius domini ambulat. ¶Demum si causa pietatis ne iusti pro peccatorib9 patiantur: deus uult quod gentes cōmunes: aut que sub gubernatione mali ministri degunt: de suis prerogatiuis gaudeāt: ac si bonus esset ille minister: nil utiq̃ de ministro & electorib9 eius ambigendum est: quod similib9 prerogatiuis a deo per bonos ministros impensis careant. Nāq̃ erroneum esset tenere: quod si summus pontifex in uariis operibus dies suos transit per auctoritatē: quam de Christo particularē habet: saluus fiat. Quiq̃ ipsum eligerint super cognitione quod improprius erat ad obtinendū locum Christi: de omni peccato pontificis fiunt participes: & de prerogatiua per eum pontificem ipsis promissa dubitare debent. ¶Vlterius admodum mirandū est: unde fundamentū inueniatur ut similitudinem assumamus ad dignitates ecclesie distribuendas hominibus: qui nō sunt eruditi aut bene circa plures experti: quum de iure in omnibus facultatibus priusquā quispiam ad dignitatem in ea facultate statutam accedat: oportet quod doctus sit: seu notus ad ipsam administrandam uel exponendam sufficiens. ut in magistratibus circa litteratos patet. Quia in primis doctrinam illius qui dignitatem petit ab aliis doctoribus speculatur: & deinceps si sufficiens inuenitur dignitatem prebent. Sed non aliter: & etiam mechanici quāuis cōmunes uel eorum ars minus disputata: sepenumero in ciuitatibus saltem inter se uidere uolunt: an quicūq̃ in artibus illis magistri uocantur: merito tali nomine uocentur. & in dignitatibus ecclesie que altiores sunt: eo quod īmediatius ad seruiendum deo his temporibus nulla prorsus aut pauca diligentia inuenitur ad explicandū sufficientiam sacerdotū: qui in ecclesia dignitates expostulant: utpote archidiaconatū & diaconatū episcopatū & archiepiscopatū cardinalatū & summū pontificatū. q̃ qdē oēs maxime dignitates sunt: ꝓpter quod maximā expetit doctrinā ac bonitatem in hominibus: qui sunt ipsas dignitates administraturi. & quia in hoc non adhibetur diligentia: ꝓculdubio errorē magnum

cōmittimus. Nam ueluti pastores aut qui nunquā litteras uiderūt: absurdum esset in doctores scripturarū confirmari: & fabricam alicuius magni edificii ab homine qui nunquā alias edificare uiderit comēdari. pariterq; si carentes doctrina & bonitate in ecclesie dignitatibus constituunt tanquā rustici ac rudes in litteris se habent. Et si forte opponeretur: quod apostoli aliiq; plures Christi discipuli nullas litteras didicerunt: & quod electi sunt ad administrādū ecclesie dei: respondetur qd priusquā eligeret Christus eos bonos esse cognouit. ut patet dum claues regni celoꝶ ad ligandū atq; soluēdum petro: & aliis apostolis cōmendauit. Vt dicendo & uos quem me esse dicitis: Vnde petrus tu es filius dei uiui: qui in hunc mundū uenisti. & marta in resurrectione lazari idem etiā ait. & nota discipulorum bonitate: Christus prebebat eis dignitates atq; scientiam ad ipsas administrādum. Sed nunc ex quo plures corā populo puerse uiuunt: & omni doctrina carent. sub qua ratione in ecclesie dignitates ascēdere possunt testor deum qd nunquā de meipso psumere potui: qd ad administrādū tales ecclesie dignitates ualerem: sub qua qdē intentione minime ipsas cupio: tñ q eas qrunt psumendum est eos esse me multo digniores. Sed forsitan nōnulli eorum causa: quod nō aduertunt: quid petant in similibus petitionibus atq; anxietatibus decipiuntur. quicunq; enim male operatur: aut iuxta euāgelia nō ambulat. indignus iudicandus est ad obtinēdas ecclesie dignitates. ¶ Et si infertur ut iuriste inquiunt: psumendū esse unumquēq; hoiem esse bonum: circa sacrā scripturā aliter exponere possumus. Quum habeatur omnis homo mendax: & maledictus homo qui cōfidit in homine. & in diluuio. Non permanebit spiritus meus in eo: qa caro est: scilicet inconstans. & in his atq; similibus auctoritatibus probatur: quod non presumendum est quemlibet hominē esse bonum: eo magis quod quoscunq; male operari uidemus: saltem pro eo tunc mali sunt existimandi.

¶ Qualiter summi pontifices & omnes alii ecclesie ministri post electionē inter bonos atq; aptos ad administrandum ultimate per sortes administratum uenire debent. Cap. viii.

¶ Quum iam uisum sit quonā modo in oibus officiis idoneos uiros ponimus: presertim ubi aliquod magnum ex corporibus intercidit: & si de necessariis corporum tantam curam adhibemus: quisnam ambigere potest: non esse utendum maiori solertia ad animarū salutem: Quum anime sint multo digniores corporibus. Et quia sepenumero ipsas negligere uidemur: magnā in nobisipsis dementiā denotamus: ita quod si in omnibus aliis officiis uir sapiens circa artem illam eligendus est: in summū pontificatum: sapiētissimus quidem atq; optimus eo quod inter homines ipse solus uocatur summus. Et summus esse non potest: si modo optimus & sapientissimus non est. Quocirca in electione summorū pontificum magna est adhibenda cura. Que enim magna sunt: ut recte fiant: maximā expetunt diligentiam. & tamen facile est magna operari assumpta recta uia. nihil enim arduum operari possumus: preterq̃ dum bonum agimus: & bonum operari non possumus: dum extra cōuenientiā speciei nostre tendimus. & id quod ad nos pertinet satis operari possumus: quippe qd tū naturales & tum artificiales regulas ad bona nobis cōpetentia operanda habemus. ¶ Ordinem uero de summorū pontificum electione a maioribus nostris ante oculos tenemus: per quem quidem ambulaturi sumus: si uiros optimos in summos pontifices eligere uolum9 & omnia hec sub paucis scripta sunt: ac facillime fieri possunt. In euangelio tantum circa electionē pontificum. Vbi christus uisa bonitate ac fide petri ei ecclesiam comendauit: & similiter experta aliorū discipulorū bonitate dedit eis potestatē baptizandi absoluendi atq; ligandi. Videtur autē quod petrus tanquā principalis seu summus pontifex īter alios remanserit. & si nō ita absolute ut nunc summi pontifices inter cardinales sunt aliqliter beatus petrus tāquā pricipalis minister ī ecclesia remāsit. Hec aūt electio aut principatus sup alios a christo facta: quūq; deus & homo sit oīa ītrinseca cordiū cognoscit: Ita qd ī electionib9 suis nil decipi potuit. Verū qdē ceteri alii hoies nosipsos atq; alios decipere possumus. ¶ Vnde fit quod de iure si pricipia nr̄a assequi uolumus ad apostolorū actus occurrēdū est: & ibi ī electiōe mathie ac barsabe cūcta necessaria ad electionē pōtificū descripta atq; distīcta reperiemus. Nēpe qd inquātū apostolis attinebat īter oēs alios discipulos: q simul cū undecim apostolis seqbant: mathiā & barsabā eligerūt: quū īter alios digni uisi essent. & tñ facta electiōe de hoibus ad apostolatū dignis īter ipsos iudicare noluerūt. Sed ī manu dei iudiciū dimiserūt. & sic undecim apostoli īter mathiā & barsabā sortiri sunt: ubi deus ī abscōdito operari potest: quiq; hoc pacto electus tanquā per secretū nature nouiter natus uidetur: eo quod oīa ī manu uel archanis dei apponimus. & ita ī hac electione nulla fraus interuenire potest: Sed plures in electionibus quas nunc cardinales faciunt: Quum enim homines sint: & non dii corda hominū omnino intrinsece scrutari nequeunt: & in scriptis seu chirographis: tot mala ueluti & quocūq; alio mō apponere possunt: Nā priusquā in cōclaue cardinales ingrediant: inter se alloqui possunt: & omnes simul cōuenire aut maior pars ad eligendū: qui eis placet ut sepe faciunt: & deinde ad conclaue deducti omnes qui prius in uerbis cōueniebant: in chyrographis quoq; cōuenīūt: si uero qui maiores habet diuitias ad emendum uota summus pontifex fit: & si nō semp saltē sepe: & quomodocūq; fiat in cunctis electionibus inter cardinales maxima extat dissentio. Et si iuxta electionem mathie & barsabe per apostolos ordinatā ambularēt: nulla esset suspitio nulla dissentio. & ultra hoc bonū: quāplura alia bona orirentur: quoniam in eo tunc nullus cardinalis esset cupidus in accumulādis diuitiis: ut uota emere posset. Sed tātum ad cōtēplationē.

uacaret:eo quod deus sortem super ipso euenire permisisset:Sed forsitan fuisset ei cordi in summũ pontificatũ deuenire:& hic nõ potius diuites quã pauperes ad summũ pontificatũ ascendere possunt:immo minus eo qđ minus ad seruiendũ deo uacare possent.& in cordibus electorũ pauca uel nulla fuisset deprauatio:eo quod dũtaxat ad eligendũ quattuor uel quinq; de senioribus atq; melioribus iter oẽs cardinales locũ haberent.At deinde in ultima electione per sortes acta nil cardinalibus attineret.Sed solus deus ipsa dirigeret:ut placeret.& donec ad hunc ordinẽ electio apostolice sedis nõ deuenit impossibile est:qđ recte fiat.hoc eni est principiũ:& nullũ opus a principio suo semotũ posset esse optimũ.& si qñq; cõtingit bonũ esse:nõ equidem de ordine.Sed fortuito bonum:& quicqđ fortuito & a casu id penitus indurabile. ❡Et quum iste sit primus ordo noster in eligendis pontificibus mirãdum est:qđ oẽs christiani principes simul nõ cõueniũt ad operandũ ut iuxta primã cõstitutionẽ fiat.nã sicut alias summorum pontificũ electio a cardinalibus per seculares ablata fuit quãdo iterũ eis reddiderũt.Saltẽ cum hac cõditione erat regrediendã:q; aliquos cardinales inter se elegissent:& postea super iisdem electis sortirent:qui ordo durabilis ac sine deceptione pro semper esset. ❡Fratres qui potius quã clerici de ordine sancti petri:uitam apostolorũ se obseruare aiunt:etiam in electione maiorũ suorum nimiũ aberrare solent:quia non per sortes sed per plures atq; scandalosas uoces eligunt:& si per sortes eligerent uti deberent posite in sufficientioribus fratribus:nulla ibi esset deceptio ac nulla cordium deprauatio:& sic oĩa optime deuenirent. ❡Nũc his temporibus inter fratres sancti francisci magna extitit dissentio:an oẽs ad obseruantiam reducerentur:uel quisq; ad libitum uiueret:uidelicet alii obseruãtes & alii cõuentuales.Nihilominus de uirtute uocabuli obseruãtia melior dicit quã cõuentualitas.Verũ equidẽ maior pars fratrũ cõuentualiũ:inter quos erat dissentio ad deteriorẽ partem declinauit:non tñ per sortes sed per uerba:q̃ uota denominãt:eorum principem generalem qui ad obseruantiã dirigebat deposuerũt:& alterũ in conuentualiũ opinione fixum elegerũt:huius uero maxima causa extitit ut cõuentualiũ intentiones adimplerẽtur.Rome enim omnes fratres ad capitulũ accersiti sunt:ubi oĩs quidẽ libertas omnis dissolutio dat:ut cuiq; placet:& sic plures cardinales aut q in hac differentia manus posuerunt:in cõuentualiũ fauorem adheserũt forsitan de meliori confidentes:Sed hoc uidelicet de meliori etiam capi potest respectu ipsorum prelatorũ.Nam si omnes fratres reformarent:quẽadmodũ erat de uoluntate seculariũ principũ.Cardinales itidem atq; omnes alii sacerdotes de ordine sancti petri in uigilia reformationis essent:quod tanquã ultimũ malũ fugiunt:& tamẽ qualiter fiat nescio:quoniã a natura bonum est amandum:& maius bonum potius amãdum:q̃ minus bonum:& bonum animarum multo melius quã bonum corporum.Ita quod reformatio ad uiuẽdum secundum bonum animarum honesta est.Nam concesso qđ ordo fratrũ cõuentualium bonus sit.eo quod latam studẽdi libertatẽ habeant:& in hoc curiosi sint:saluatio nostra non cõsistit in syllogisticis argumẽtationibus nisi circa sacram scripturã.que omnia per planam uiam ac sine sophisticis scripta:& fratres obseruantes multa qdem de huiuscemodi scripturis ac de Aristotele platone ceterisq; philosophis sciunt:& scire possunt.si modo uolunt:hoc autem non est de ꝓprio fine nr̃o.nisi tñ sacre scripture. ❡Demum qdã principalis istorum fratrum fuit dicẽs:malle se Aristotelẽ esse q̃ sanctum frãciscum:De quo cẽt ꝓfecto admodum timẽdum:si iterdum ad summã põtificalẽ sedẽ ascẽderet:q; christiana deuotio minueret. ❡Neqdẽ inferẽdũ est nõ posse tot fratres sancti frãcisci in sola obseruãtia uiuere:Nulla eni de tãto fratrũ & clericorũ numero extat utilitas:nẽpe qđ ad aĩarũ beneficiũ multo minor numerus suppleret:& circa corporum necessaria magna ẽ desolatio:qđ tot in sacerdotali ordine dent:eo qđ nil de attinẽtib9 corpori elaborant:immo semp de sudorib9 seculariũ cibant. ❡Iam ut summo põtifici & cardinalib9 p eosdẽ fratres fama ferebat in habitu sancti frãcisci ducentũ & triginta milia fratrũ:atq; decẽ milia monacarũ degunt:q oẽs de elemosinis uiuunt:aut saltẽ penes eorum habitũ uiuere deberẽt.Me latet an de fratribus sancti frãcisci tãta sit in sola europa necessitas.ad minus hoc unũ scimus tantam fratrũ multitudinẽ uilipendio esse apud populum:quinimo eorum quãplures ad infima officia ꝓtrahit:quũ oẽs solis elemosinis subueniri nequeãt:aut qđ nõ cõtentant:& ꝑcipue cõuentuales plenã habent libertatẽ q̃rendi illa:q̃ eis placuerint:ac si seculares hoĩes essent.& idẽ aut multo magis faciunt:q de ordine sancti petri sunt.Optimũ uidetur quod admittantur quicũq; ad religionẽ ueniunt siue ad ecclesiasticum uel sacerdotalem habitum.Tamẽ de eorũ uita prius diligenter discernendũ est:non inquãtũ de hac uel illa natione.Sed de bonitate tñ est aduertendũ:Nam in iis que deteriora sunt:quisq; diligẽter negociat:quũ quispiã de sua ꝓgenie summũ pontificẽ eligere uelit:quod utiq; inhonestũ est:quãdoquidẽ bona ecclesie Christi nomine oblata sunt:& Christus est cõmunis pater oium hominũ:q ipsum assequi uolunt.Sanctus petrus q primus pontifex maximus rome stetit per Christũ gubernãs in iudea seu patria ierosolima natus est:Ideo nõ est speculãdũ de cuius progenie:dum summus pontifex eligitur.Sed de electi bonitate.Et dũ de pecuniis possidendis:aut saltẽ de ociosa uita nõ cõsideraret:plures ad sacerdotalẽ habitum ueniunt:qui ipsum fugerẽt.Quocirca solũ qui ex deuotione conuocati in administrationẽ templi accederent.

❡Cur iuxta naturalem ordinem atq; ab hominibus ordinatum sacerdotes possessuri sint minores diuitias quam seculares:quum ad administrandum sacra electi sint & mulieres ac filios ut perfectiores sint habere non possunt. Cap.ix.

Ad planū uero iudiciū atq; inter nos amicabile deueniēdū est:ut lex christiana in suo uigore manere ualeat:& pauperibus subueniat.& in primis ecclesiastici ac seculares oēs equales nos ponam9:& deinceps cōmune atq; sanū iudiciū faciamus.qs nostrū dicior esse debet sacerdotes an seculares: eo q oēs hoies habeant ad quē se recolligāt diuites ad diuites & paupes ad paupes:ut absq; sine blasfemia manere possit:qd esse nequit si sacerdotes & seculares oēs inquātum possunt diuites in bonis huius mūdi fiunt.Vnde pauperes nullū caput habebunt in quo nō sine maxio rubore manere possunt:& lex nr̄a iubet hec tpalia nos deserere:& qd tanquā nudi ab his diuitiis deū sequamur.& cōcesso qd oia hec pcepta euāgelii itelligam9: oportet qd aliqd habeamus caput: seu principē quē sequamur: sub quo qdē ordine christus auctoritatē dedit hoibus:ut semp aliqs in loco suo maneret.& christus pauper erat.Sed nūc rōnabiliter ad cognoscēdū officia deueniamus:& primū de sacerdotibus dicemus taliter petendo.Si de ordine seu prima cōstitutione ad seruiēdū deo & ad administrādū tēplo simpliciter inter alios hoies positi sunt.& iter christianos tāquā i lege pfecta hitantes ad cōformitatē ipsius legis ac sui legislatoris phibitū est:qd sacerdotes uxores habere possint.& si nō uxores multo minus cōcubinas:quū peius sit cōcubinas siue alienas mulieres: quā pprias siue uxores hēre.& hoies q mulieres nō habēt minime filios habere possunt: & q nō mulieres neq; filios:ad quid agendum maximas huius mundi diuitias acquirere:quum minus conueniant magne diuitie quam mulieres & filii:quod si ecclesia ex causa perfectionis sacerdotib9 mulieres uetauit:quis nam dubitare posset potius non prohibuisse pompas ad ecclesie tumiditatem tendentes. & quod hoc uerum sit satis potest in lege scripture comprobari: quum in ea sacerdotes de ducendis uxoribus & generandis filiis licentiā habuerint:& non de accumulandis magnis diuitiis: qm̄ ad ipsas acquirēdas oporteret ueras diuini cultus curas dimittere: ¶Seculares autem de pcepto uxores assumere possunt ac filios generare:& ad cultiuandos agros atq; ad alenda armenta ire debent: ut seculariū ac sacerdotū uita sustentetur:& ubi cōtinui labores sunt:ut māducare & induere possimus:nosipsos mulieres atq; filios de naturali ordine ibi maiores diuitie esse debent.& sic patet qua de causa sacerdotes nostri tanquā capita illorū:qui ad spiritualia dediti sunt:pauperes esse debent:ne bonū anime sequētes de corporis inopia erubescant. ¶Deniq; sacerdotes ipsi: quid agant uideant.Seculares enim christiani iam pceptum agens de amore proximi adimpleuerūt:quū non tm̄ decimā uerum fortasse tertiam oium bonorū suorū iam pauperibus designauerūt.Cuncta enim beneficiorū uectigalia erant bona seculariū & ad pauperū subuentionem ecclesie tribuerunt: ut omnes pauperes scirent ad quem recurrerent pro assumēdis elemosinis:& quod sine defatigatione eas habere possunt.& si nunc clerici aut sacerdotes ipsas ingressiones in modo suo deuorāt:& quāplures paupes i miseria uiuūt:ac moriunt:non est seculariū culpa.Quum iam ipsi plerumq; partem bonorum suorum pro pauperibus assignauerint:& in manibus sacerdotū depositauerint. Nullus eni intendit bona sua ecclesie impendere:ut sacerdotes triumphent:sed ut paupibus subueniatur. ¶Et ultra hanc partitionem quam seculares egerunt:de his que sibi remanent communiter quolibet āno decimas soluunt:& quāpluribus aliis diebus elemosinas faciunt: taliter quod circa elemosinas ad subueniendum proximo inter christianos parum seculares accusare possumus:quū iam tot pro pauperibus exposuerint:& quottidie aliquas elemosinas faciant:& dicimus inter christianos:eo quod iudei & mauri nō assignauerūt templo tertiam neqdem decimam bonorū suorum partem. Quapropter continuas elemosinas agere debent:ac decimas soluere:ut pauperes inter ipsos manere possint.Sed penes christianos iam in ecclesia deputatas habent eorum elemosinas.Quod si sacerdotes iuxta institutionē ea bona diuidere nolunt de ratione omnes necessitati:quiq; ipsas elemosinas deputauerunt: simul cōtra sacerdotes in tali casu occurrere debent:ut que tenentur peragant.& in hoc ab his sacerdotibus latum exemplum capere possumus.Nam siquis in tempore mortis iubet ecclesie aliquam elemosinā preberi: sacerdotes festinatim ui aut uoluntate ab heredibus uolunt solui: & haud secus seculares heredes sunt sacerdotes cōpressuri.ut que testati sunt iuxta mentem testatoris faciant.

¶Quatenus diues in hoc mundo christus esse potuerit:& noluerit: eo quod diuitie impedimento sunt ad deum contēplandum. Cap.x.

¶Iam supius itelleximus qua de cā de natura & ordinatione dei atq; hoium sacerdotes sint minores diuitias quā seculares possessuri:Nunc uero de cā paupertatis christi agēdū est:ne absq; fundamēto rationes nr̄as apponere uideamur:& i primis tale dubiū afferim9dicēdo:aut qd Christus potuit eē diues & noluit: aut qd uoluit & nō potuit.Si uolēdo nō potuit:minime deus erat:qd absit a nobis talia iferri:quū i opib9 suis multo aliter oñdat.& si potuit maxias huius mūdi diuitias accumulare & noluit:asserēdū ē qd corruptibiles diuitie male sunt.Nā Christus quū de9 & hō uult ea q pfecta sunt:& nihil mali amare pōt.qd aūt diuitias accumulare noluerit:i opib9suis facillime cōprehēdit.ueluti dū de qnq; panib9 & trib9piscib9 tot hoium miliaria faciauit.qd magna quoq; cibo♃ q̄titas supfuit: & iuitatis ad nuptias de aqua uinū fecit: & hac uia ēt lapidibus iubere poterat:ut aurum fierent: & sic constat qualiter christus noluerit sibi huius mundi diuitias uendicare:immo eas penitus detestabatur: ut dicendo quid prodest homini:si uniuersum mundum lucretur:anime uero sue detrimentū patiatur.& alibi:facilius est camelū per foramen acus trāsire quā diuitem intrare in regnum celorum. ¶Tamen animaduertendum est qualiter diuitias huius

mūdi malas esse dicamus: quecūq; enim sunt: in eo qd sunt bona sunt: & possessiones equi armenta uestes aurū argentū: & quāplures cibi peccare non possunt. & quecūq; sunt & peccatū nō habent bona sunt: & sic ostenditur qualiter diuitie in se bone denomināde sint & nō male. ¶ Et tñ sepe male respectiue ad aliud melius ut per auctoritatem christi intelligi potest dicendo: qui non tollit crucem suā & sequit me: non potest meus esse discipulus. Et crux in hoc loco intelligitur de ipsius christi asperitate qua cum asse-qui debemus. ¶ Et ne ymagineris hec precepta aut uiam christi absq; naturali fundmento poni: quid autem incorruptibilia siue superiora: & quid corruptibilia sint discernendum erit: ne inconsulto ad eter-nalem penā pcipitemur. ¶ Incorruptibilia enim simplicia sunt: & uera gloria simplicissima. quum nil aliud sit quā deum oīpotentē uidere. & simplicissimū & cōpositum atq; corruptibile impossibile est simul manere. & etiam hec auctoritas est mercurii trismegisti. dicentis impossibile esse corruptibile & incorrupti-bile recte simul cōsiderari. Et christus ait: Nemo potest duobus dominis seruire deo scilicet & mamone: qd intelligitur deo & huius mundi diuitiis: non tamen intelligas quod debemus esse penitus quibusq; diuitiis denudari. Sed quod nō seruiamus eis eque: ac si domino seruiremus. Et qui curiosi seu anxii sunt in huius seculi diuitiis: hi quidē homines denominandi sunt possessiones seu diuitie & possessiōes domini: eo quod non diuitiis seruiunt: sed homines ipsis seruiunt. Diuitiis autem & deo simul seruire nullo quidem pacto possumus: quum impossibile sit. Vna enim uia ab altera est penitus alienissima. ¶ Et si opponeret quā-doq; seruiamus diuitiis & quandoq; deo: hoc utiq; stare non potest. quum solus deus tanquam dominus amandus sit. & amare atq; seruire in loco domini: que nobis sunt inferiora: maximus est error in natura & lege diuina: licet temporalia curanda sint: ad hoc quod uictum & uestitum habeamus: semper tamen tan quam inferiora aspicienda: Vt mentes ad superiora libere tanquam ad summū bonum dirigamus: quod esse non potest: dū pluriū diuitiarū huius mundi curam habemus: Namq; in multarū rerū consideratione multū temporis cōsumit. ¶ Et quū deus perfectissim9 & maximus omniū sit: a natura oportet in eo qd maior & melior maiorem temporis distantiam cōtemplemur: quā in qbusq; aliis: quiq; hoc non agit con tra naturales regulas ambulat. Et q diuites aut ad uaria corruptibilia oblati: impossibile est: qd amici dei sint. Amicitia enim presertim per seruitutem acquisita maximam expetit solertiam: quod si huius mundi diuitias quonā modo in seruitute dei solertiam nancisci possum9: sine qua assiduitate amici seu discipuli eius esse nequim9. Nonnulli antiq philosophi noto quātū esset impedimento diuitias huius mundi possi-dere ad considerādū altissima: dimissis omnib9 corruptibilib9 ad contemplandū diuina uacabant. ut dyo-genes: & mycas. Vnde quamplurib9 auctoritatib9 & natura comprobat: qualiter plures huius mundi di-uitie maximo impedimēto sint ad uitam beatam cōsequendam. ¶ Et christus tanquā uerus messias seu humanitatis redemptor in lege ueteri promissus ad duo precipue agenda humanam carnem assumpsit: primum ad delendum originale peccatum: simul cum aperiendo uiam ad gloriam. Alterū uero ad ostē-dendum nobis: que sana & que infirma pro uita beata consequenda. & quia huius mundi diuitie impedi mento sunt ad deum contēplandū: proculdubio tanquā infirma reputant. & sic pceptū habemus: qd di-uitiis non seruiamus: eo qd tunc deo seruire non possumus. Iccirco q in bonis tēporalib9 occupatus est: aperte uult ostēdere melius qd agat itelligere q̄ Christus itelligebat. Et in euāgelio habem9: Non est disci pulus maior magistro. quod si nos christiani aut discipuli Christi uere nūcupari uolumus: oportet quod uias eius & non oppositas assumamus.

¶ Qualiter decipiantur asserentes sacerdotes debere nubere: quū ea que Christus fecit qui perfe-ctus esse uult etiam agere debet. Cap. xi.

¶ Quum oēs christiani Christū asseq tenemur in oīb9 opib9 q̄ ipse fecit: quāuis distinctū pceptū p ipm Christū assignatū aliqñ nō ueniamus: dūmō Christus similes opationes in seipso egisset: nos cū pcepto uel sine pcepto si ei placere uolum9 oportet opationes eius asseq: & si nō penitus saltē iquātū possum9: & tñ itensius aut remissius quāto digniora aut ifimiora officia accipim9. uñ fit qd sacerdotes sup oēs hoīes alios i simplicitate cordis degere deberēt: cū dicāt fructū & arborē offerre deo: uidelicet qd oēs mūdanas curas deserūt: & tāq spūales fiunt: ut rectius christū asseq possint. & cū hoc sacerdotes pmittūt p pceptū christi cōpulsi sunt: qm oīa mūdana deseref ut christū facili9 asseq possint designāt de electis christi eē: cū christus dicat si uis pfect9 eē: uēde oīa q̄ hēs: trade paupib9: tolle crucē tuā: & seqre me. christus siqdē nō habuit uxorē: imo semp i uirginitate uixit: & cū sacerdotes dicāt crucē christi tollere: oportet ēt ipsos uir gines eē: si i pueritia ad ecclesiā oblati sunt: & i quacūq; etate: quo ueniāt semp casti atq; sine mundanis negotiis: & q mulierē & filios hēt: hoc facere nō pōt: cū oporteat assiduas curas de muliere de filiis atq; de necessariis p ipsis hēre. unde fit qd sepe a feruore amādi deū declinat: & de pcepto legis ueteris atq; noue: deus p primū: & sup oīa ē semp amādus: nō aliqñ sed cōtinue: & ad hoc opandū quāto potius a negotiis mūdanis liberati sum9: tāto melius deo seruire possum9. ¶ Sub quo ordie i lege scripture p ebdomadās aut tpe quo sacerdotes erāt ministraturi i tēplo nō hitabāt cū uxorib9: eo qd spurcitia uidebat. cū mulieri b9 cubare: & illico acceder ad tēplū: & qa xps pfector legis ē: oportebat ea q pfectiora sūt opari: & qa me li9 est: semp deo simplici corde fuire q̄ aliqñ i simplici corde: & aliqñ ingnato christus tradidit regulas in

ſeipſo:p quas cognoſceremus ſacerdotes nõ eſſe nubendos:eo qđ aſſidue ĩ tẽplo & extra tẽplũ: uniformiter ferueuti animo abſq; aliquo ĩpedimento deo ſeruire poſſint. ¶Et quod mulieres & filii impedimẽtũ maximũ ſint ad ſubleuãdas mentes noſtras:ſemper in deo cum mera libertate petatur omnes qui uxores habent aut mulieres que habent maritos:quoniam palam dicant ſi amant mulieres & filios:quod ſepe ipſos equaliter cum deo amant:aut forſitan magis:& ſi eos abhorrent incontenti de hoc mundo:& de alio uiuunt.& qui deum amare debet:ſuper oĩa oportet contentari:ponẽdo omne gaudium in amore dei cõſiſtere:& ad hoc ſacerdotes qui mulieres nõ aſſumũt apti ſunt:eo quod decimas & alias elemoſinas: qbus ſubſtẽtari poſſint habẽt abſq; alio labore.unde nil aliud eis deficit:niſi qđ in ſanctitate degant: & ad hoc potius habiles ſine uxoribus:quã cum uxoribus ſunt. ¶Et inſerendo quod minor incõueniens ſit uxorem ꝓpriam aſſumere:quã quod hodie ad unã alienam:& cras ad aliam occurrant. Reſpondetur qđ ſemper pſectiora ſunt aſſumenda:dũmodo factibilia ſint.uirginitas in ſacerdotibus eſt pſectior:quam matrimoniũ:eo quod deo perfectius ſeruire poſſunt.igitur concedere oportet uirginitatẽ eſſe aſſumendã:quoniã ſi uolumus in uirginitate uiuere poſſumus:& quia poſſumus: qui hoc ꝑmittit ipſum cõplere debet:& qui non uult:nõ ꝑmittat:neq; aſſumat officiũ adminiſtrandi in templo : nequidẽ ualet inferre quod qui uxorem ꝓpriam accipit ad nullam alienam poſtmodũ accedat : quoniã ita uxorati ſicut non uxorati ad mulieres atq; maritos alienos diuertere uidemus : ita quod dum perfectionem omnino querimus non eſt cõmittendum aliquod improprium:ut bona eueniant:aut non tantum mala:ſed ſemper de principio medio & fine perfectiora ſunt capienda : & quia perfectior uia ad ſequendum deum eſt ſine uxore.quã cum uxore manere:optime ab eccleſia ordinatũ fuit:quod quoniã multo perfectius eſt in ſacerdotibus inceſſanter deo ſemper feruenti animo ſeruire:quam filios generare: quoniã ſeruiendo deo ſimplici corde de ſaluatione noſtra certi ſumus.ſed quamuis plures filios generemus:non ex hoc ſumus certi de ſaluatione noſtra.nequidem ipſorum.& id quod certius dum bonum omnino potius aſſumendũ: ¶Et auctoritatem euangelicã habemus dicentẽ:multi ſunt uocati : pauci uero electi.unde non principalius de magno numero hoĩum curandũ eſt:niſi quod de electis nos faciamus : etiam de cõmuni ꝓuerbio habetur.unus homo ualet centũ mille:& centũ mille non ualent unum:ita quod de perfectione excogitandum eſt:non enim de multitudine filiorum:conceſſo tamen habere pceptum de multiplicando per generationem ſpeciem noſtram:& etiam in ſacra ſcriptura habetur maledictus homo qui non dereliquerit ſemen ſuũ benedictionis ſuper terrã:ſed nos reſpõdendo dicimus:quod ſemper neceſſariora in primis ſubueniẽda ſunt & quia nunc eſt numerus maximus filioꝝ in humana ſpecie:pauci uero q ſimplici corde deo aſſequuntur: de electis:quia de ipſis maiorem habemus neceſſitatem potius quam de filiis curandum. ¶Et dum dicitur maledictus qui nõ dereliquerit ſemen ſuũ benedictionis ſuper terram:de quocũq; bono opere intelligendum eſt:nam qui nullum bonũ opus in terra uiuendo operatur: maledictus eſt:& non eſt dicendum de omnibus qui filii nõ habuerunt maledictos eſſe. ¶Vlterius animaduertendum utiq; eſt:quod moralitas per quam uitam beatam ſpectamus in cognitione legis & ĩmortalitate anime cõſiſtit: quãobrẽ ſi de diuina lege creatione & ĩmortalitate anime rectã non habemus cognitionẽ: moralitas nr̃a ad ſimilitudinẽ uite brutoꝝ eſt:quãdoquidẽ etiam bruta aliquã politiam in operibus ſuis aſſequuntur.nã aues nidos ornatos atq; terſos edificant:quedam alia aĩalia cubilia & quedam ſpeluncas:quandoq; ſub terra iam in rupibus & iam in arboribus.& ſimilia faciunt. Vnde alia eſt conſideranda uia:per quam ſuper bruta animalia digni cognoſcamur. ¶Veluti ieiunãdo in nomine dei ſepe:quod appetitum cibandi habemus. & cibos de quibus appetitum adimplere poſſemus.caſtitas pariter obſeruanda eſt: ſepe quod ad mulieres accedere poſſumus ut deo placeamus: eo quod magis fugiendo coitum quam aſſequendo ipſum de deo omnipotenti recordari poſſimus:templa ſunt edificanda.atq; ad ipſa accedendum eſt: ut ibi deum contemplemur:atq; alia ſacrificia faciamus:que anime rationali delectabilia ſunt.nam cum rationalis anima uero incorporea & immortalis ſit:non poteſt recte in corruptibilibus atq; corporeis delectari:niſi in his tantum que a ſimplicitate & immortalitate tendunt:& ſobrietas in quacũq; re ſiue abſtinentia delectabilium corporum ad incorruptionem tendit:& deum orare:edificare manſionem perfectam:dum hic uiuimus pro animabus noſtris ĩ altera uita aut poſt ſeparationem a corporibus penitus de perpetuitate atq; de mera perfectione conſiderat.

¶Quo pacto dum de legis ampliatione atq; tutatione agimus iuxta ſemitas chriſti pergendũ ſit: & non in diuitiarum acquiſitione:eo quod nõ acquiritur gratia dei ex corruptibilibus ſed ex manſuetis & ſimplicibus corde. Cap.xii.

¶Dum cauſam diuitiarum eccleſiaſticarum petimus: pleriq; reſpõdere ſolent: quod ad tutandam & honorandam chriſti eccleſiam neceſſe fuit plures diuitias eccleſie applicari:partim in ingreſſionibus partim uero in habitibus inter alios admirabilibus ut in cardinalium indumentis perſpicimus. ¶Et hoc modo nonnulli per admirationem ad legem noſtram ueniunt : ſub qua manſueti manent.& alii quãplures cauſa timoris.Si uero eccleſia uectigalibus careret minime poſſet milites ſubſtinere:& hoc modo unuſqſq; contra bona eccleſie preualere poſſet.& tunc chriſtiana lex in uilipendium redigeretur.Sed cõtra hãc

creatus recte contraria sunt. Et similiter extrema: anxietas in humanis atq ipsarū diuitiarū uilipēdiū: qd si probare nequimus: qd ad imitationē christi pompis potiri non possumus: sub quonam colore ipsas querimus: ex quo iisdem nequaquam legem dei honoramus. & in tali mō dicemus: aut qd extreme diuitie tm̄ sunt bone: aut male: aut neq hoc neq illud: non bone qm̄ non ad imitationem christi: non neutre quia quecunq sunt: bona uel mala sunt. igitur elationes & pompe in ecclesiasticis male. Quum de iure diuino minime admittende. Nos christiani multa contra modos uiuendi iudeorū & maurorum ponimus: & qn̄q legē suā ad similitudinem operū suorū improperamus: & nō aduertimus qd ipsi forsitan contra nos inquiunt consuetudines nostras aspiciendo: non enim est intelligendum q omnes alienigene legem euangelicam nostram omnino sciant: neq legant: immo facilius ac generalius uitas nostras uidere possunt: & quandoq secundum ipsas aduersus nos iudicare asserentes potius esse tenēdū: nos legem nostram q̄ alienas & a nostra omnino contrarias imitari. Et tamen in hoc male iudicando decipiuntur: ueluti nos contra legem nostram operando: licet nos potius peccemus: quum causa sim9 quod alii in exemplo nostrorum operum aberrent. Ludimus dum sentimus: qd mauri tot mulieres assumant: quod substentare queunt. Et quamplures de sacerdotibus nostris quibus minus q̄ aliis christianis licet: non tantum quas substentare possunt. Sed & alias atq alias ab alio gubernatas querunt. Similiter tanquam pro infimo in lege habemus. Vnde hebrei & mauri a prophetis suis promissionem mulierum filiorum atq fertilitatis diuitiarum huius mundi contrahunt. Nos autem gaudere presumimus: quod legislator noster non in hoc mūdo sed in altero pollicitus est maximas se nobis diuitias prebiturū. Et tamen in operibus contrariam opinionem ostendimus: quum corruptibilia seu terrestria incessanter querimus: nihilominus lex nostra nullam ambiguitatem atq nullam obscuritatem in se habet. Ipsa enim totaliter uerbis & exemplis cōmunibus hominibus scripta atq exemplata est. Iccirco si eam assequi nolumus: uere non sua sed nostra est culpa: quum recte a nobis intelligatur: & natura atq consuetudine cōmendetur. At quia sensibus aliquantulo austera sepenumero obseruationem eius fugimus. redēptor noster per uniuersum terrarum orbem ad predicandum euangelicam legem nos ire iubet. Sed si nunc imus: quidnam potius euangelium an nostras consuetudines predicaturi sum9? Si euangelium quo pacto infideles uerba nostra credent: si tantopere deuiaremus ab illo quod tunc diceremus. nequidem opponendum est hic aliqualiter sufficere quod bona predicemus: q̄uis malum operemur. Nam si infideles petant: quomodo uos christiani in exhortationibus erga nos longe aliud dicitis: q̄ quod in operibus uestris operamini: quomodo probaris: quod nos ludere nolitis. Si que uobis odio sunt tanquam bona nobis persuadetis. Et si negamus nos non male operari peius erit: quia tunc tanquam publice mendaces iudicaremur: quum opera nostra tantum diuulgata sint a preceptis christi nimium distare. Quod si illa que agimus predicamus: solum profecto de pompis elatione & mundanarum diuitiarum sequela p̄dicaremus. Sed nequaquam in hoc omnes nationes antiquas atq modernas superare possum9. Quod si alias ualidiores inuenimus: sub quo colore legem nostram in pompis collocatam preceteris legibus approbare possumus. Nostri enim triumphi: seu in mundanis potestas: dum cum romanis antiquis cōpararentur parui essent: ideoq oportet quod legem christi sequamur: eo quod omnium perfectissima: & deinde eam predicemus: quoniam anteq̄ christus iussisset apostolis: ut per uniuersum orbem ad predicandum peragrarent: eos utiq bonos ac sanctos expertus est. Et in exemplo de illo quod facturi sumus: priusq̄ nobis beatam uitam promisisset: petiit si possumus bibere calicem: quem ipse bibitur9 erat. Et calix eius nil aliud q̄ eius uita: quam in hoc mundo egit. Et etiam iubet in primis trabem extra oculum nostrum eiciendam fore. q̄ festucam in oculo alterius redarguendam: licet nonnulli aliqua exempla in defensionem nostrorum malorum operum adducant. Sed similia plerunq sunt causa: quod deteriores nos faciamus. Legiste quandam auctoritatem tanquam approbatissimam habent dicentē: sicut lisciuium lauat: & non lauatur: ita & sacerdotes lauare alios possunt: q̄uis semetipsos nō lauent. Sed uerus huius auctoritatis sensus palam obiicit ipsam adducentibus: in cuius rei probatione dicimus: quod unumquodq exemplum seu eius natura in primis cognoscenda: & deinceps ad exemplatum deueniēdū. Lisciuium siquidem in primis aqua simplex erat: in quo gradu paucam habebat uim ad lauādum seu curandum maculata: & sic simul cum cinere decocta ac super igne posita: sicut prius debilis aqua erat curatur. & fit lisciuium aptum ad curandum siue eiciendum maculas in pānos positas. Vnde patet qd prius lisciuium lauatur q̄ lauet: & eodem modo de sacerdotibus seu christianis intelligendū: quod prius q̄ legem nostram predicemus: est a nobis obseruanda. & quia non obseruamus: proculdubio uerecundamur ad predicandum ipsam inter alienigenas: quia q̄uis aliquando presumamus: quod alii uitas nostras non cognoscunt: in cordibus nostris semper remorditionem sentimus. Et si intellectum habemus: saltem cognoscimus: quod tanquam audaces seu presumptuosi iudicamur: dum aliter q̄ in operibus nostris disponimus: aliis cum uerbis predicamus. Et siquis dicat: tu nostras consuetudines circa alienigenas detegis: respondetur minus malum esse quod nos peccata nostra confiteamur: q̄ qd alii de eis nos redarguant: quum facillime possint: causa quod opera nostra sunt omnibus hominibus diuulgata. non enim arguendum est: ut iuriste faciunt: necesse esse quod infideles cum testibus: processibus: obligationibus: & similibus aduersus nos probent: quoniam uox populi: uox dei. Vnde habetur e3 que omnes di-

eunt:aut quod sunt:aut esse uolunt. Et sic dum opera sensibus patent coram hominibus:nulla alia pro batione indigent. ¶ Demum si ad predicandum omnibus hominibus per totum orbem iam non ua lemus:quomodo ad legem nostram iuxta preceptum christi ipsos deduceremus:si per diuitias aut bellũ uolumus:alie etiam gentes diuites sunt:ac maxime multitudinis ad debellandum:presertim quod nesci mus an recte possumus per has uias infideles cum lege christiana unire. Quum in primis humili ac pau pertatis uia penes mandata christi non probamus. Nam per primum ecclesiastici nostri christi sequelã in paupertate neglexerunt:q̃ quod prouincie per apostolos ad christianam legem deducte aliam sectã assumpsissent:& sic necesse esset:quod nunc denuo nos quemadmodum apostoli christi fecerũt: ad am pliandum legem nostram inciperemus:tamen aduertendum est qualiter ipsi non tantum ĩ uirtute uer borum omnes gentes conuertebant:sed eum plurimis quoq; miraculis uerba ipsa de presenti confirma bant. Nos enim si aliam non accipimus uiam ad miracula facienda procul manemus.

¶ Qualiter non uidetur quod recte obseruemus ordinationem legis circa textum euangelii. Cap. xvi.

¶ Superius nonnullas christi auctoritates uidimus:& alie plures consimiles in euangeliis sunt: que paupertatem & non diuitias in christi sequacibus cõmendat. Verumtamen mirandum est qualiter da ta sit causa quod hac tempestate retrogadum ordinem comperimus:& non tantũ in ecclesiasticis, post quam in integra etate ad sacerdotium deueniunt:imo & in puericia a patribus ĩ clericali ordine obla ti sunt:sub intentu acquirendi mundanas diuitias:ut corporeas parentum egestates liberare possent: potiusq̃ animarum necessitates:& indies crescendo etiã in auaricia crescunt:seu multiplicant:& in hac filiorum electione de meliori non cogitant:nisi quod fortuito eligunt uel potius illum:qui minus in ap titudine ualere uidetur. Et quum hic sit principium deueniendi ad sacerdotium:q̃uis deinde error inter dum sequatur in prouidendo ecclesiis siue beneficiis de ydoneis ministris:nulli est mirum. Nam cõmuni ter parentes postquam filios ad sacerdotium destinant:raro uel nunquam eos castigant: ĩ qua quidem educatione potius ad tumidam elationem q̃ ad humilitatem attendere solemus. licet quamplures boni sint:attamen ordinem in quoquomodo reprehendimus:& illos pariter qui male & icorrepte uitam de gunt. nec immerito:ex quo multa ab ecclesiasticis mala profluunt:q̃uis multa bona inter homines eue nerint. lex enim maumetana ab ecclesiasticis fluxit:& itidem lugdonensis secta que adhuc iter aliquos durat:a quoddam mõacho seu heremita adinuenta fuit. hyspanie sectam que de amboro dicebatur: qui dam frater suggessit. apud boemiam frater quoq; fuit:qui hoc alleluya predicare cepit. Quod fortasse a lugdunensibus assumpsit:quum nil a lugdunense dissentiat. alie plures antiquiores secte fuerunt: de quibus non dicitur precise an ecclesiastici uel seculares fuerint inuentores:ut de sectis arianorum pelli ceorum georgianorum & aliorum consimilium:qui saltem omnes erant litteris erudit:in quo profecto melius eis fuisset:si litteras non didicissent:qui tamen sub colore bene agendi ueniebant. Nihilominus semper aliquam opinionem circa membrorum delectationes habent:que palam auctorum peruersita tem indicant:eo quod non secundum diuinam uoluntatem ambulant. ut per prophetas & christũ atq; alios sanctos uiros comprobatur. semper enim castitatem paupertatem & munda corda comendabant. quiq; alleluya ut boemi predicant:& in tenebris ad mulieres consanguinitate propinquas & longinqs absq; respectu accedunt:tum in templo:tum uero extra templum: non est utiq; huiuscemodi recta salua tionis uia:& q̃uis dicant causa charitatis hoc fieri:ex eo quod omnia cõmunia esse debent: fallaciam in uocabulo charitatis admittunt. Nõ enim ĩ peccatis charitas ponitur. nequidem alleluya:quum alleluya sit gaudium:& charitas auxilium in illis factum:qui aliquam habent necessitatem & peccata committe re:sordes ac spurcicies maxĩa est:& non alleluya. & per consequens nec pietas nisi corporum & anima rum destructio & pernicies. licet hisdem adhuc ordinem ĩ ecclesia romana positũ reprehendere audeãt asserendo omnia debere ad cõmunem usum deduci. Ista tamen opinio antiquitus adinuenta: & ab an tiquo etiam reprobata. Nam deus & natura nos dispares fecerunt. Iccirco uaria officia expostulamus q̃uis assidue sub preceptis christi degamus:nec semper eodem modo:quoniam uerba christi non unum solum sed plura commendant:& discipuli eius diuersimode uixerunt:quidam enim facta christi scripse runt:& quidam uero non. Sanctus Petrus romam se contulit:in qua multo tempore uixit:& predica uit:& tandem in cruce & patibulo mortuus. Sanctus Ioannes in insula samos uixit:& omnino nesci mus quid de eo factum sit. Et similiter alii discipuli christi uario modo uixerunt:qui & omnes deo inser uiebant:unus enim aptus natus est ad predicationem:alius ad contemplationem:& quidam ad manẽ dum in solitudine:alii uero inter populos. Et quia boemi ordinem sancti benedicti & frãcisci atq; alio rum similium reprehendunt:male actum comperimus. Quippe quod istorum uita conformis est cũ ui ta prophetarum & aliorum:qui de primitiua nostra ecclesia fuerunt. Et de manendo hic uel alibi: ac de habitu nigro uel albo nihil interest:dummodo deum cognoscamus:& sub regulis christi uiuamus. De niq; ad principium huius capituli reuertendo dicendum est q̧ sepenumero potissima causa: per quam patres filios suos ad sacerdotalem ordinem deducũt a diuitiis in ecclesia positis ortum habet:quocirca

si uectigalia in ecclesia deficerent:etiam damnate uoluntates ad offerendum pueros in ipsa cessarent. Sed quum multa temporalia bona ecclesie tradita sint:de necessitate naturaliter loquendo plures parentes debent filios ad possidendum bona ecclesie offerre.

¶Qualiter ultra preceptum plura exempla in sensualibus animalibus experta habemus:que ostendunt quod aliqua bona seu temporalia nostra particularia esse debent saltem ad generandos & alendos filios. Cap.xvii.

¶Dum super aliqua re ambigui manemus:aut quod uarie opiniones nobis occurrunt:primitus ad legem diuinam & naturalem ordinem occurrendum est:& ibi fundamentis assumptis facilius quid unusquisq; dicat intelligi potest:secundum legem diuinam uir & uxor in matrimonio tanquã una sola unio fiunt:& uterq; eorum debet pro altero omnia mundana deserere. Et si ordini nature adheremus:ibi plura inueniemus fundamenta ostendentia:quare unus homo unam tantum petit uxorem:& uxor unum tantum uirum. Et causa quod potius in aliis proprietatibus q̃ in nobisipsis cognoscere solemus: in sensualibus animalibus diligenter aspiciendum est. in quibus plura admiranda reperiremus:super obseruatione castitatis atq; particularis unionis inter mares & feminas:ut notos filios generare ac nutrire ualeant. licet quod secundum maiorem atq; minorem necessitatem hec particularis unio est naturaliter tributa. filii enim qui post natiuitatem per aliquod temp9 inhabiles sunt ad querendum escas a natura patres in particulari cognitos petunt:eo quod de ipsis filiis rectam curam habeant. Tamẽ equi boues cerui capre oues aliaq; similia:que in paucis diebus post natiuitatem simul cum educatione ab uberib9 matrum uarias herbas pascere possunt:similia animalia in tempore generationis non habent omnino distinctam curam ad particularem uni9 masculi & uni9 femine unionem. Sed alia que ĩhabiles filios ad pascendum herbas & ad cito ambulandum generant:particulariter tanquam uir & uxor in tempore generationis filiorum ab omnib9 aliis animalib9 separantur:ut lupi uulpes & similia:que de rapina uiuunt:eo quod inhabiles filii ad querendum necessaria nascuntur. Inter omne genus auium hec regula mirandum in modum obseruatur:nam tempore quo dant operam ad producendos filios: tantum hic mascul9 & hec femina ab omnib9 aliis de specie sua separantur:quod si possibile esset alios uidere nollent:ut de cyconiis gruibus inter alia animalia palam comprobatur. & sic de castitate cyconiarum uel fabula uel uerum sit magna narrantur:quod non tantum uir seu masculus immo & plures alie cyconie occurrunt ad puniendam feminam:dum suspicatur contra mariti fidelitatem cum alieno masculo concubuisse:& hic ordo potius aut uniuersalius est auib9 tradit9:eo quod maiorem habent necessitatem: causa quod oua pariunt:& quia oportet deinde ad fouendum super eis manere:decuit quod duo ĩ uno amore:coniuncti essent:eo quod dum unus eorum iret quesitum cibos:ali9 super oua maneret. & post pullorum natiuitatem q̃uis unusquisq; ex patribus particularem haberet curam querẽdi cibos ad filios suos educandos particulares nidos faciunt:& unumquodq; animal nidum suum tãquam rem propriã ab omnibus aliis diuisam possidere uult:& tamen post filiorum educationem:aut quod filii iam habiles sunt ad querendum escas:plures aues eiusdem speciei simul ad habitandum siue pascendũ congregantur:uerum eo tunc nullum committunt coitum:& in hoc tanquam cõmunia bona querunt. Sed circa primum fundamentum:quod est generatio & educatio in animalibus particulariter necessaria querũt & exponãt. ¶Alia animalia secura aut domestica nostra per accidens ab hominibus causatum nullam obseruant regulam in generãdis ac nutriendis filiis:ut canes galline anseres & his similia:eo quod nos quedam occidimus:quedam castramus:quandoq; plures masculos:& quandoq; plures feminas alimus. Vnde decuit hec animalia ex consuetudine condictionem tanquam naturalem appropriare. Tãdem sit quicquid sit:quod omnia animalia a natura amant filios suos:aut quod suos esse imaginantur. & de alienis paucam uel nullam curam habent. uidemus omnes aues q̃uis nõnulle sint ad prelium inhabiles:ad defensionem filiorum omnia ad magnanimum spectantia incunt:& hoc causa amoris est: sub quo eam doctrinam quam patres ad necessitatem uite sciunt:filios suos edocẽt. & cum alienis minime hoc faciunt. Visis his exemplis facile concipi potest:qualiter in filiorum generationibus atq; educationibus nos habituri simus:primum aspiciendo precepta de unione & obseruatione societatis inter masculum & feminam:deinceps in habilitate nature nostre circa natiuitatem & educationem contemplãda:quoniam super omnia alia animalia ad querẽdũ necessarias escas pro nobisipsis imbecilles sumus: quapropter penes nature imbecillitatem notos atq; particulares patres petimus. Nãq; aliter uniuersa species humana aut maior pars festinatim destrueretur:& q̃uis duraret omnes homines insipientes tanquam bruta & fortasse multo eis deteriores essem9. Nempe quod null9 de doctrina nostra rectam curã haberet. Iccirco quum ultra legem natura quoq; nos protin9 cõpellit ad particulares habitationes: in quibus filios generare & educare ualeamus:absurdum quidem est disputare quod omnia nobis cõmunia esse debent:quippe quod ab insulsis hominibus proculdubio compertum.

¶ Quonam pacto boemi praue errent asserentes summum pontificem non habere maiorē auctoritatem q̄ quisq; alius sacerdos. Cap.xviii.

¶ Boemi tenere uidentur quod unusquisq; sacerdos eandem habet potestatem soluendi & ligandi q̄ summus pontifex:& inter alias auctoritates:ubi christus mittit apostolos ad predicandum oībus gentibus & ad baptizandum:uolunt fundari. Ibi enim euangelium inquit datam esse potestatem omnibus apostolis soluendi & ligandi quodcunq; peccatum:ut prius soli petro dederat dicendo tu es petrus: & super hanc petram edificabo ecclesiam meam.hic autem diligenter aduertendum est:qualiter petro in primis tanquam apostolorum principi claues regni celorum dederat.q̄uis dici posset princeps: nō ꝓ hoc intelligendum est:quod alii apostoli erant ei seruituri.quum preceptum iam habuissent inquiens: qui maior erit inter uos sit minister uester.Et hinc summi pontifices hunc titulum assumpserunt: qui dicitur siue inscribitur seruus seruorum dei.Et quum per ordinem ab ipso christo assumptum summus pō tifex est maior & minister sequentium christianam religionem: necesse est concedatur quod tanquam minister maiorem habeat soluendi & ligandi potestatē:q̄ omnes alii sacerdotes.& qd ab eo sunt assumpturi auctoritatem soluendi & ligandi atq; aliorum : que in ecclesia administranda sunt . Et quia petrus ante passionem christi erat tanquam uniuersalis minister ad substinendam ecclesiam : & non inuenitur ubi talis auctoritas sit ab eo ablata:q̄uis in missione apostolorum ad predicandum per uniuersum orbem terrarum:christus dederit omnibus potestatem soluendi & ligandi.hoc iustum ac necessarium fuit:eo quod quisq; ab aliis diuisim predicaturus erat:& etiam quod christus in illo tunc cū apostolis conuersabatur:cui tanquam domino attinebat particularem & uniuersalem gratiā unicuiq; prebere.Sed in eius absentia aut post assumptionem ad celum tenendum est ꝙ petrus principalis minister fuerit ad conferendas nouas auctoritates omnibus soluendi & ligandi.Et quod auctoritas inter sacerdotes & prelatos omnino dispar sit facile per euangelia & actus apostolorum comprobari potest . Nā quum petrus dicat ecce nos reliquimus omnia:quid ergo erit nobis. christus respondens ait.uos qui reliquistis omnia & sequuti estis me:quum uenerit filius hominis in maiestate sua:sedebitis etiam & uos ad iudicandum super duodecim tribus israel.& non promittit hoc priuilegium omnibus sacerdotibus & discipulis eius nisi duodecim apostolis tantum . & postq̄ mortuus est uidentes apostoli in loco inde alium discipulum ad apostolatum deducere inter mathiam & barnabam sortiti sunt:nec ambos posuerunt nisi unum duntaxat.Vnde iuxta auctoritatem apostolorū in numero illo duodenario alique prerogatiue erant:que omnibus discipulis in cōmuni non dabantur.Quocirca probatur quod papa hēt maiorem auctoritatem in administrando quecūq; in ecclesia sunt:q̄ omnes alii sacerdotes.Deiceps uero cardinales.Verumtamen iuxta euangelia & actus apostolorum duodecim cardinales seu apostoli:& non plures erant.Sed unus ad administrandū aliis ꝑfect9:& sic oportet qd ſp summū pōtificē hēam9.

De eodem.

¶ Iam tot malis inter christianos perspectis ualde utiq; uerendum est de christianorum salute .:nam penes christum redemptorem nostrum regnum iter se diuisum cito desolabitur.Et religio nostra haud parum diuisa est:rectam uiam relinquendo.& uanas opiniones innouando:que omnia propter nominis & diuitiarum famam excreuerunt.Quocirca necessario paupertas in ecclesia est cōmendanda : eo maxime quod omnia suum principium natura expetunt:nec aliqua res omnino acquiescit & contentatur.donec ad principium suum redeat.Quumq; lex tam scripture q̄ gratie:& precipue lex gratie humilitatis & paupertatis principium habuerit:necessario ad paupertatem est reditura.si modo acqescere uoluerit.nāq; aliter quum extra naturam suam maneat acquiescere non potest.Et ubi accidentaliter se habet omnes sumus gelidi in eius deuotione.Quia quum lex euangelica aliter scripta sit:& sacerdotes longe aliter operari uidemus:cum difficultate nos ad ipsam obseruandam subiicere uolumus:quoniam manifeste asperum est uidere in superbiam elatos:& in mundanas diuitias illos:qui metrum humilitatis & paupertatis esse debebant.Iccirco quum sacerdotes circa principium suum errent:fere secūdum naturam impossibile est subsequentes recte ambulare.Et sic dum principes huius seculi uident pontifices deuenisse in tantam elationem & sollicitudinem atq; anxietatem diuitiarū huius mūdi:seculares quoq; absq; aliquo respectu omnia scelera & facinora perpetrant:pro consequendis corporeis honoribus & dignitatibus.Quapropter semetipsos cum omnibus subditis deperdunt : licet in diuitiis domini crescant:& in animabus declinent:in subditis uero utrūq; dilaniant.Vnde opus est quod domini temporales & spirituales aliam uiam accipiant:ut bonum producant:& malum abigant.Quia aliter omnes christiani propinq sumus ad temporalem & spiritualem destructionem.Quod si principes uolunt in suum proprium locum redire secundum illud principium:quod predecessores exhibuerunt.cito omnes in bonum reformaremur. ¶ Et in principio sacerdotes aut predicantes legem pauperes erant:sicut prophete & apostoli.& boni reges tanquam administratores ceu patres erga filios consanguineos & amicos . Nunc autem hac uia dignosci nequeunt.eo quod ipsi retrogradam uitam assumpserunt.Quoniā

si euangelia & actus apostolorum perlegimus:& denuo nobis aliquem cōmunem cardinalem ostēdēt: proculdubio difficillimum erit ut in apostolorum similitudinem referatur:quin potius a nobis denegetur.ut quādo aliquis homo nullam habet cum suo genitore similitudinem:aut uero cum illo qui patris nomine fungitur:quoniam ipsum uidendo si non assimilatur in effigie & operibus patris: adulterium in matre suspicamur:& quod ipse non sit illius patris filius:& similiter de secularib9 & ecclesiasticis pricipibus inferre possumus uisis antecessorum suorum scripturis atq; primordiis.

¶Quo pacto ecclesiasticorum consuetudo corrigi possit. Cap.xix.

¶Superius diximus qualiter patres parum studere soleant ad eligendos in ordinem sacerdotalē digniores filios:quod sine errore esse nequit.Quum enim diuina officia sint ceteris digniora pro eorū siquidem administratione preclari uirtute uiri eligendi sunt:& hic ueterum egyptiorum ordo est non immerito obseruandus:nāq; inter ipsos saltem apparet qui sacerdotes ex honestis philosophis eligebāt & ex sacerdotibus reges:qui quidem ordo laudabilis erat.& Iccirco nos laudabile & non detestabile assequi debemus.Et ad corrigendum ecclesiam aut ad faciendum aliquam in ea seriem necesse est quod ecclesiasticorum uectigalia minuantur.Si enim paucę essent ingressiones tantummodo ecclesiasticum habitum illi susciperent:qui sub deuotione & amore dei uiuere mallent.Sed hoc modo boni & peruersi sacris initiari uolunt:pro acquirendis diuitiis ecclesiasticum habitum assumentes:de quibus uero censibus nullum in ecclesia bonum elicitur:quoniam minima pars sacerdotum quos habemus sufficeret:& tunc eos in maiori ueneratione teneremus:nec est inferendum quod diuitie que in ecclesia sunt: ipsam aduersus infideles tutentur.Quia forte potius uocant eos:& alia scandala efficiunt. Nec competit qđ dicatur debere sacerdotes ob ecclesie cultum triumphare:& magnis cateruis concomitari:eo quod manifeste uidemus quod potius in animo nostro ueneramur secundum deum fratres obseruantinos humiliter uiuentes:q̄ episcopos cardinales aut alios prelatos siue sacerdotes:si tumide degunt.Itaq; ecclesie uectigalia parum conferunt in christiana religiōe ad bene esse animarum:q̄uis deceat qđ aliqua bona ecclesia possideat:ut sacerdotes & ministros suos substinere queat:sed non tantum quod necessaria superent.Nāq; ob maximam ubertatem & diuitiarum copiam plurima scandala sepissime emanant: nec sine maximo ecclesie dedecore.hic plures dum tot uident inter ecclesiasticos fieri:que non fierent:si ecclesia in diuitiis non habundaret:dicunt q̧ immerito constantinus imperator romanum imperiū sancto syluestro tradidit:eo quod ecclesia prohibet sacerdotes habere mulieres.& iubet ut caste & in paupertate uiuant.& postquam diuitias habuerunt ad emendum quicquid uolunt:nō modo unam sed plures mulieres apud se habent.Et ubi mulieres & filii semper de quampluribus aliis diuitiis mundanis cū maxima anxietate excogitatur.Attamen donatio constantini comendanda est.Ipse enim sub sana intentiōe id egit:ut superius uidimus.Quia omnia sub potestate & administratione dei ponenda sunt. Et christus deus & homo est.unde merito sub ipso omnia spiritualia & temporalia gubernantur.Ideo cōstantinus beati syluestri & aliorum predecessorū sanctitatem cognoscens: ecclesie romanū imperiū donauit si donauit ex eo quod omnes homines spiritualiter & sine scandalis degerent: & hic absurdū est imaginari suam intentionem fuisse qđ summus pontifex magna imponeret uectigalia:aut quascūq; alias defatigationes super subditis:nisi quod pie administraret:ut honeste & sub amore dei uiuerent:& morirentur.cuius tamen intentionem semper bonam fuisse comprobatur. ¶Penes ecclesie ordinationes melius & cum minori scandalo homines adminiculantur quam circa secularium consuetudines: Deniq; absurdum uideretur inferre quod constantinus aut aliquis alius homo tradidisset bona sua ecclesie sub intentione quod bona illa sub manibus sacerdotum administrarentur:ueluti sub principib9 secularibus:quoniam unusquisq; in seipso palam cognoscit:quod dum ecclesie tradit bona sua ut ibi in subuentione multorum illa oblatio fit absq; preiudicio alicuius:quod semper ī pace hec bona possideātur in dissensione uero nunquam:& non tantum inter christianos apparet:sed parimodo inter iudeos mauros & alias gentes:que elemosinas offerunt templo:nam in hoc christiani atq; mauri legem ueterē imitantur:quem ordinē primi principes qui ciuitates & castella sub iurisditiōe sacerdotum tradiderunt assecuti sunt:quoniam de diuino ordine super iudeos posito:non erant reges ad administrandum populum nisi sacerdotes tantum:& sic postquam regem petierunt:multa mala super iudeos ipsos deus oīpotens euenire permisit:eo quod sacerdotes potius aut immediatius in nomine dei gubernare uidebātur:quam seculares reges:& sic nil sacerdotes per administrationem templi & gubernationem populi assumebant preter decimas:quamuis portionem suam paternam idest partem terre promissionis dimittebant populo.Et sic christiani principes recordati de bonitate sacerdotum antequam reges inter iudeos essent:& de bonitate discipulorū christi tradebant administrationes spirituales & temporales ecclesie eo quod ibi melius omnes gentes gubernarentur:quam sub secularibus principibus: & tandem ī hoc tempore sacerdotes ita temporaliter super subditos administrant:ueluti temporales principes faciunt.Et quia multa uidemus:que a primitiua ecclesia deuiant aut saltem deuiare uidentur:merito oēs christiani principales congregati unanimiter seu mutuo amore deberent uidere:an quicquam sit īter

nos corrigendum. Quoniam quidem omne fundamentum nostrum in obseruatione legis christi consi stit: in quo si errauerimus ubiq; de nobis male actum erit. Ideo q̃uis nullus error inter christianos extitisset propter religionis cultum: quottidie inter christianos concilium fieri debet. Quia q̃uis nihil ibi corrigendem sit: fuisset de illo quod recte se habet continua obseruatio. Vlterius concilia ab ecclesia ordinata inuenimus: & aut quod ista ordinatio est bona aut mala. Si bona debemus ea ob bonitatem uti: si autem mala erit utiq; abiicienda. non mala: quia per concilium plures errores in ecclesia tumultuantes abiecti sunt: & id quod aliquando est bonum fundamentaliter semper erit tale: quum uero nunc plerique hominum ut mauritani contra legem christi diuertunt: & etiam inter nos assiduo falsi religiosi siue increduli insurgunt: congregatio christianorum per concilium sepe est facienda atq; laudanda. Nam si res nostre bene se habent confirmabimus eas: & tunc de re nostra certiores erimus. Et qui hoc agit quottidie commendatur. Et si aliqua inter nos inepta erunt religiosorum concilio mundabūtur: quumq; ecclesiasticis & secularibus uniuersale concilium sit: etiam regule in concilio sunt pro omnibus christianis honeste atq; optime: quod omnes congregati coram pontifice: sicut filii in conspectu patris alter alteri remittat iniurias: & unanimiter bella: que nunc inter eos uigent penitus expellant: quod si summꝰ pontifex uult cunctos christianos ad concilium accersiri: facile consequi poterit. Et quum bonum opus sit de ratione deberet: Quoniam uero omnes dum possumꝰ tenemur bonum & nō malum exemplum aliis prebere: summus pontifex tanq̃ caput omnium deberet nos ad concilium conuocare. Si enim ipse bonus est: optimū de sua bonitate exemplum tribuet: si uero malus quidnam ulterius recensendum: nisi ut quum omnes libenti animo ad penitentiam accedere teneamur: etiam ibidem peccata purgentur & expulsis erroribus extra religiosos ultro quisq; nostrum aduersus infideles proficisceretur: tum predicationibus tum & armis cohibendo. Et si inferimus quod concilia in consistorio pape simul cum cardinalibus conuertuntur: interdum hic suspicio contra ueritatem oritur: quia cardinales semper aut sepe pontificis uoluntati inherēt. Sed quando magnates ac plures alii seculares & ecclesiastici affuissent: quisq; facilius auderet ueritatem denunciare: Et ubi omnes publicam penitentiam fugimus: minus malum dicimus esse pati in hoc mundo q̃ in alio. Ibi enim omnes preteriti presentes & futuri simul erunt. Et hic pauci ex illis qui nunc uiuunt: iccirco undiq; inuenimus faciundum esse concilium pro christianorum utilitate & decore. ¶ Preterea de ordinatione ecclesie concilium uniuersale debet fieri de septēnio in septēnium: aut omnino quod non transeat extra decimum: ĩ quo cōcilio ordinationes preterite pontificum possunt augeri & minui secundum quod melius uidetur: & quod aliquis pontifex ponat sub pena excōmunicationis: quod nullus possit aliquid super consuetudinibus nunc in ecclesia habitis ordinare sub hac auctoritate euangelica dicente: ubi erunt duo in nomine meo congregati: ego ero in medio eorum. sed quod talis constitutio pontificis omnino tenenda sit: nullibi de precepto euangelico patet: cū oēs de doctrina christi ad continuum bonum operandum compellamur: & bona cōmēdare: mala uero delef inter multos & paucos opus sanctum est: & sic dum in nomine christi duo principes seu plures aut alii probi homines cōcilium exclamarent: non ex hoc lapidandi sunt: sed potius cōmendandi: eo quod sancte ordinationes ecclesie conseruentur. nam si aliquis pontifex in hoc tempore constituere uellet: quod non quotiescunq; peccamus: nec quidē semel in āno peccata nostra confiteremur: talis constitutio nullatenus obseruanda: eo quod contra euangelium: & id quod de ratione agendum etiam de eo sine obligatione loqui possumus: & sic quia concilium uniuersale christianorum optimum unusquisq; nostrum solus atq; cū aliis ad procurandum ipsum tenetur: quoniam ueluti semper quod peccamus ad confessionem recurrere debemus: aut saltem semel in anno: in eodem modo est obligatio quod de septēnio in septennium concilium uniuersale in ecclesia fiat: aut saltem quod ultra decenniū non transeat. & iam per multos annos quod non sit dicendum est: quod pontifices aut alii: quibus hoc attinet: se habent tanquam qui non semper quod peccant: nec per plures quadragesimas cōfiteri peccata sua uoluerunt. ¶ Concilium uniuersale siquidem nil aliud est quam capitulū generale clericoꝝ seu sequentium habitum petri: & ueluti alii religiosi uidelicet fratres ordinis beati augustini: sancti benedicti dominici & francisci per tot annos concilium seu capitulum generale inter se faciunt: extra capitula particulariora atq; continua: in eo modo manentes sub habitu petri ad capitulum suum generale seu concilium tenētur: & si inferre uellēt ut solent quod consistoria continua agunt: in loco concilii: hoc non uidetur ualere. cū ēt fratres plura concilia agant in loco capitulorum: & tamen quia in iis particularibus non potest unusquisque omnia que sibi uidentur in beneficium religionis allegare: capitulū generale agunt: in quo omnes fratres ad proponendas intentiones suas equales sunt. ¶ Et cum hoc inter fratres bonum sit: inter clericos sancti petri omnino optimum esset. cum ipsi in satis maiore numero sunt: & tanquam ministri aliarum religionum: atq; omnium christianorum se habent: & cum uniuersaliores & maiores super omnes ad agendum uniuersale capitulū seu conciliū tenentur: eo quod unumquodq; bonum quanto uniuersalius tanto melius: & quicquid melius omnino assidue agendum.

¶ Quod merito possumus aliqd contra gubernatores uia correptionis inferre: si mō incorrepte degunt. Cap. xx.

¶Si absolute respicimus positos esse principes ad iudicandum populum arduum esse uidetur: quod ipsos correcturi simus: sed etiam sub hac imaginatione duntaxat absolutam bonitatem principũ accipimus: quum enim iudex accersitur uel ad iudicandum positus est de uirtute uocabuli uidetur: qđ bonus omnino & non malus sit. Sed quia plerunq; aliter circa gubernatores reperimus similiter aliquod obstaculum in uitiis suis apponere debemus: presertim quod auctoritate & cõmuni experientia fertur: quod uirtus laudata crescit. & uitium reprehensum sepissime diminuitur: quis habeamus sacre scripturę auctoritatem iubentem: quod principibus non maledicamus. ¶Christus uero inquit: qui non intrat per hostium fur est & latro: Et quum dicat malos principes: non esse custodes. hos reprehendendo non aduersamur sacre scripture auctoritati: quia solum intelligitur aliquem esse principem: si modo bonus pastor. Quoniam christus quoq; testatur: bonus enim pastor animam suam ponit pro ouibus suis: quocirca si quenquam aliter se habentem perspicimus: non decet quod bonum pastorem cum nomine mus: immo potius tyrannum: & potissimam incorreptionis populorum causam nequidem ueritatem ꝑferre maledictio est imo benedictio potius: unde non sunt maledicendi principes nec alii homines oẽs: tamen dum aberramus corrigendi. Quum christus nobis edixerit inquiens: a fructibus eorum cognoscetis eos. tametsi in alio loco teneamus de sancto petro: quod non scandalizemus principes licet mali sint. Et quum dicatur scandalum de ratione ubiq; a nobis euitandum est: & precipue contra principes propter officii uenerationem. Sed principes corrigere uel consulere ut ad honestam uitam redeant nullum est scandalum: immo potius pium ac sanctum opus. Et ubi dicitur inhonestum esse aliorum uitas diiudicare de archanis intelligitur: attamen contra illos qui manifeste male operantur nullum facim9 iudicium: eo quod per seipsos de suis operibus iudicium & claram sententiã adducunt: & sic illud quod palam fit sensibus omnium hominum quãquam de ipso aliquid loquamur: non uidetur iudicium de uita aliena fieri: nisi quod aliquid enarramus de illo quod omnes sciunt tanq̃ diiudicatum: quis concedamus minime licere populum pro quolibet errore in principem insurgere: sed solum dum uident eum ĩ pluribus & maximis obstinatum: principis enim electio populo competit. Ideo si deinde bonus non ẽ populus tanquam opus manuum suarum debet principem siue electum suum corrigere: qui enim cum manifesto detrimento anime sue atq; aliorum hominum gubernat: de ratione ab illo officio abdicandus est: si seipsum corrigere noluerit: quoniam penes uerba christi clam & publice peccantes corrigere possumus: & quod sint nobis tanquam publicani & ab omni consortio separati: si in peccatis dediti & obstinati fuerint. In alio loco christ9 apertissime docet: quo pacto erga ministros nos habere debeam9 inquiẽs: attendite a falsis prophetis: qui ueniẽt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus uero eorum cognoscetis eos: quoniam non potest arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala bonos fructus facere. omnis enim arbor que non facit fructum bonum: abscindetur & in ignem mittetur: & hic de omni testatur absq; alicuius exceptione: maxime quod in hoc loco de ministris loquebatur: aut de se presumentibus esse. Sed alibi plures ecclesiastici uolentes suas consuetudines defendere auctoritates quoq; euangelii accipere consueuerunt: sicuti ubi christus ait. Super cathedram mosis sederunt principes & pharisei: quecunq; ergo dixerint uobis facite: secũdum uero opera eorum nolite facere. dicunt enim & non faciunt: alligant enim onera grauia & importabilia super humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. Tamen in hoc loco nullam defensionem allicere possunt publice male uiuentes: hic enim christus palam loquitur de hypocritis & non de publice male uiuentibus: quoniam dicit quod totum suum opus faciunt: ut uideantur ab hominibus: & dilatant phylateria & fimbrias suas. Quumq; hoc tempore quamplures uideam9 malum dicere & operari: uidetur quod non facturi sumus quecunq; ipsi dicunt: quia non loquuntur tanquam hypocrite aut absconditi de sacra scriptura predicantes: qui & extra cathedram quamplura alia mala perpetrant: tamen de illo quod in cathedra predicant aliqua bona elidere possumus. Christus in alio euangelio loquutus ẽ. Videte ne quis uos seducat: multi enim uenient in nomine meo dicentes: quia ego sum christus: & multos seducent: & si fieri potest etiam electos. Et postquam christus nos instruxit per effectus dignosci qs bonus uel quis malus sit: & precepit ut caueamus ab illis: qui ueniunt in nomine suo fraudulenter: & tamen intrinsecus sunt lupi rapaces: cauendum est de principibus & ministris male uiuentibus.

¶De potestate sacerdotum: & quo pacto eis subiiciamur. Cap. xxii.

¶Tenendum est semper intelligi debere maxime de sacerdotibus: quod in suis officiis integra soluẽdi & ligandi potestate funguntur: & itidem ad concedendas ecclesie prerogatiuas. Sed etiam uidetur quod iuxta precepta euangelii ambulare debent: quia quum nos absolui non possimus: si modo de peccatis nostris nõ cõfitemur & contristemur: neq; sacerdos absoluere potest in modo absoluendi christi regulas non obseruando. nãq; absurdum est tenere christum dedisse potestatem aut precepta: qđ alius faceret illud: quod ipse noluisset agere. Et ob hanc causam pontifices uacare debẽt: & cum maxima solertia attendere ad christi regulas peragendas: licet christiani nihil cogitemus quod deus auferat potestatem siue sceptrum pontifici ipso uiuente: ut de manu Saul sceptrum eripuit: nam quemadmodum ĩ

tertio libro tractauimus:lex nostra perfecta est:& cordibus nostris inscripta. Vnde deficere non potest: quia licet uideamus ecclesie ministros interdum aberrare:semper ipsis tanquam ueris ministris obtemperamus:quod si lex non esset cordibus nostris inscripta:impossibile recenserem:quod ita pontificibus & sacerdotibus nostris obediremus:Iccirco in signum fidei omnia bona seu mala nostra ponimus ad iudicandum per manus sacerdotum.& licet faciamus multa secularibus competentia in confessionib9 nostris:cuncta ad spiritualem doctrinam deducimus.res enim corporee spiritualibus subiiciuntur:& nō solum in deo qui spiritualis est exemplum assumimus:uerumetiam.in angelis & animabus rationalibus cognoscimus spiritualia debere super corporeis gubernare. Et id quod natura statutum est:haud immerito assequi debemus.attamen horribile uideretur:si angelus officia & opera nostris corporibus consimilia exequeretur:& sic et in eo quod dign9 est obedimus:& non quod credamus ipsum esse corporeū & incorporeum:nec aliter de ministris ecclesie inferimus:quia eis obedimus inquantum quod spiritualem habent administrationem. Sed cum hoc non debemus presumere esse spirituales & temporales:uti plures faciunt. Quia hoc simul non bene manere potest:eo quod non obedimus sacerdotibus in reb9 nostris corporeis inquantum ipsi mundanas dominationes possideant:nisi inquantum quod se spirituales ministros esse denotant. Quapropter non decet quod ipsi temerario presumant esse spirituales & temporales:nisi tantum spirituales:in quo omnia nostra subiiciūtur. Et siquis dicat:si omnia spiritualia & temporalia sub sacerdotibus sunt administranda:quonam modo de ipsis ī modo correptionis loqui possumus:respondetur queq̄ hominem natum esse ad bene operādum:& bona seu meritoria opera spiritualia sunt:& quoniam quisq̄ nostrum meritoria agere potest:tenendum est quod natura apti sumus ad alios corrigendum & consulendum.& ex precepto semper debemus proximo egeno auxiliari. Et qui incorrepte uiuit licet ex magnis uel paruis ecclesiasticis sit:proximi sui auxilio indiget. Vnde tenemur principibus auxiliari:si modo indigent:ex quo homines sunt:& peccare possunt : q̄uis causa aliquorum principum dicatur:quod principes non habent qui uerum eis dicat:quod si hoc uerum ē: inter alios ualde sunt egeni.attamen hoc non de omnibus nisi de incorreptis intelligendum est: Et natura q̄uis pexima opera faciamus malum nomen abhorremus:quocirca magnates qui se male uiuētes cognoscunt:nollent sua delicta audire nisi recte uiuentes.quia bonum audire expectant:libenti animo exaudiunt:quoniam de suis operibus laudem prestolantur. Et quia bonum nomen amant : & malum abhorrent.per se & simul cum aliis uolunt uitam eorum accuratissime perscrutari: de quo plurima extant exempla.principes enim de quibus laudabile nomen resultat:sepe aliorum scripturas uidebant. & quottidie a probis uiris consilium inquirebant.& quia aliter fecerunt nomen eorum in tenebris iacet.

¶ Quod pluribus auctoritatibus scripture & ratione patet quod solus deus absolutā habet potestatem:& non summus pontifex aut quisquam alius. Cap.xxiii.

¶ Super potestate pontificis maximi an absoluta esse queat an uero ordinaria tantum : multi multa enarrant. Verumtamen uarii aut fere omnes circa populum uel qui paucam ueritatem cognoscunt quamplurimos errores cōmittunt asserentes:quod summus pontifex absolutam potestatem habet ī terris loco dei in absoluendo & ligando aliisq̄ pluribus operibus. Qui tamen de uera fundamenti cognitione absoluta & respectiua carent.deus enim tantummodo absolutus est:& omnia dependentia respectiua sunt:summus pontifex est ab alio dependens.igitur quecunq̄ habet:ad aliud respiciunt: nā christus deus & homo est:alii uero pontifices eum sequentes homines tantum sunt:& non dii.& christus nō habet absolutam potestatem inquantum homo:nisi inq̄tum deus. Et quia deus non pōt agere : q̄d isti pontifices dii sint ex ente: nec sibi absolutam omnino nisi semper respectiuam potestatem impendere potest. Et quod pontificum potestas ordinaria & non absoluta sit:proculdubio patet in uerbis christi:dum petro absoluendi & ligandi potestatem tribuit. Nam prius petiit discipulos:quid dicunt homines de filio hominis:qui respondētes dixerunt:alii ioannem:alii helyam:alii uero unum ex prophetis. Et iterum christus:Vos autem quem me esse dicitis:cui petrus tu es christus filius dei uiui : qui in hunc mundum uenisti. Et tunc uisa fide petri & bonitate eius claues regni celorum comendauit & dixit: quēcunq̄ ligaueris super terram:erit ligatus & in celis:& quemcunq̄ solueris super terram : erit solutus & in celis. Sed iam omnes discipuli sciebant:quod unumquemq̄ oportebat crucem suam assumere : hoc est membrorum asperitatem & christum assequi:& hoc per ipsum habemus dicentem:exemplum meum dedi uobis:ut quod ego facio:itidem & uos faciatis. Et alibi:q maior erit inter uos:fiat minister uester. Et similiter siquis se non humiliauerit:& efficietur tanquam paruulus iste minimus:non intrabit in regnū celorum. Et plurima alia his similia in euangeliis habentur.unde arguendum est:aut quod euangelia sunt obseruanda:aut non obseruanda:si obseruanda: summus pontifex nullam habet absolutā potestatem:& probat.omnia dicta in euangelio sunt ordinaria seu respectiua:Iccirco sequentes euangeliū ordinariam potestatem necessario sunt obseruaturi: Et licet hec uerba scilicet: quecunq̄ ligaueris & absolueris absoluta uideant:ex uariis aliis prioribus dependent:& quia dependent absoluta esse nequeūt

nisi semper condictionalia. Nam si petrus respondisset: non credere christum fuisse filium dei: aut alia si milia in roborationem operum christi: nunquam soluendi & ligandi potestatem habuisset. unde patet qd respectiue ad alium talem habuit potestatem: & quicquid respectiuum in suo principio: nunquam i aliquo signo potest omnino esse absolutũ. Licet secundum quid absolutum dicamus illud quod possu mus absq; dubio quis ordinariũ: & tunc intelligitur qd obseruatis regulis habet potestatẽ ad tale op9 perficiendum: Exempli gratia architector habet ligna lateres calcem & alia huiuscemodi. & tunc dici mus continere potestatẽ fere absolutã ad edificandũ domos: tamen datis iis necessariis. Sed dum lignis & aliis similib9 architector careret: esset sibi difficile ad cõtinendũ absolutã potestatẽ edificandi domũ. Et pariter si summus pontifex a regulis euangelii deuiat potestate absoluendi & ligandi atq; aliorum similiũ caret: qd p omnes constitutiones ex deo ad creaturas cõprobatur. Initio mundi saltem quecũq; sub celo sunt aliqualiter sub hominis administratione constituit: & tamen duas arbores plantauit in pa radiso dilectionis: quarũ altera erat uite: & altera mortis. Et dic deus ait: in quacunq; die comederis de fructu uetito: morte morieris. Vnde patet regulatio potestatis hominis. In lege nature dum uoluit dele re omnes creaturas: que in terris erant. & cõseruare Noe cum uxore filiis & nuribus eis respectiuas & non absolutas regulas constituit: ut in struendo archam. ℂIn lege scripture moses promissionem habebat: de redimendo extra captiuitatem populo israelitico & in terram promissionis conducendo. Et tandem quia peccauit coram deo in attractione aque a lapide: ex quo deo non egit grauas: prohi bita fuit sibi deductio populi in terram promissionis. ℂDauit sepe habuit promissionem a deo: se re gnaturum & progeniem suam super israel in sempiterno aut longo tempore dum non peccarent. Etiam deus unxit Saul in regem: qui tamen quum primum peccauit: non regnabat amplius loco dei. ℂIn lege gratie christus inquit: qui crediderit: & baptizatus fuerit: saluus erit. Et licet hic absolute loqui uideatur: uidelicet quod per hec duo mandata salui fieri possumus: alibi loquendo in aliis operi bus dicit. Qui transgredietur unum ex istis minimis uidelicet mandatis: minimus uocabitur in regno celorum: & quecunq; in euangeliis scripta sunt precepta ipsius christi esse dicimus. Iccirco sanctus ia cobus ait: fides sine operibus mortua est. Quumq; omnia respectiua seu condictionalia inter precepta christi inueniamus. hoc est si sic agitis. sic & habebitis: opponere non possumus deum dirumpere pacta que pepigit nobis. Sed quod nos dirumpimus: seu a premii promissione diffugimus. & ideo merito chri stus ait: celum & terra transibunt: uerba autem mea nunquam preteribunt. Nos enim precepta trans gredimur: non autem ipse in pollicitis deficit: quibus uero omnibus perspectis facillime comprehenderẽ possumus summum pontificem nullam habere absolutam potestatem: & de omnibus promissionibus ab ipso actis eas omnino adimplere tenet. Nam si in loco christi positus est: & uerba christi semp uera & infallibilia: itidẽ & sua esse dñt. licet hic plures incircũspecti decepti sint asserendo: qd summ9 põtifex absolutã habet potestatem conseruandi aut delendi iureiurãda: & alia similia p ipsum acta: qd ẽ falsum.

ℂVnde dicatur primos reges euenisse: & quatenus electi fuerint. Cap. xxiiii.

ℂDe regibus aut principibus seculariũ i alio uolumine aliqd scripsim9: tñ ex cã uidẽdi uñ ortũ ha buerint: hic nõnulla subnectã. Quippe qd uarii hoĩes uario mõ sentiunt: quis circa electionẽ aut quo pacto primi reges electi sint oẽs hystoriographi cõueniãt: licet aliq dicant qd primi reges q dominiũ nacti sunt: apud egyptũ fuerũt. alii uero apud assyriam. frater uincentius historialis hoc testat dicens quandã fuisse disputationẽ. uidelicet an primi reges assyrii fuerint an egyptii. tñ q uidetur primos fuisse in assyria ob quasdã cõtrouersias: qs cum egyptiis habuerunt: & ii reges ante habraham fuerũt. Sed de regum electione nulla est dña. omnes enim cõformiter aiũt primos reges uolũtate populi fuisse electos p ministris seu curatoribus: & non qd planete elegissent reges: ita ut astrologi inquiunt: nisi libera ho minũ uoluntate. tandẽ probũ uirum eligebant. & ad cõmunem utilitatem hominum sollertem. In by blia nulla fit mẽtio: quisnã primus rex aut in qua pãia fuerit. Sed bene legitur: qd qñ habrahã & qdã alii sancti pães: ut ysaac & iacob a sua terra exibant in plerisq; locis reges inueniebant: & eorũ quisq; erga deũ erat incredulus: pp qd uidet nõ fuisse primos reges ex precepto & electione diuina. Quia illi reges aperte deum negabant. & ydola uenerabant. In libro quoq; paralypomenon redeũdo ad narrã dum succincte de generationibus secundum rectas lineas dicit plures fuisse reges in edon: priusq̃ fue rint super filios iherusalem: primum uero regem super populum israel saul fuisse apparet. Eusebius de temporibus asserit quod primus rex assyrie Ninus fuit & illo tempore habrahã inter hebreos. ℂThe odorus siculus uidetur uelle antiquiorem discursum: sed ipse ponit omne genus scripturarũ: & ideo ma ior fides adhibenda est eusebio. Vbiq; tamen ostenditur quod propter aliquas in eis perspectas speciali tates in ea dignitate reges statuebant: maxime ubi inueniebantur homines: qui aliquas artes pro ho minũ utilitate adinueniebãt. ut de uulcano dr: qui primus rex fuit in egypto ex eo qd ignẽ adinuenit: & alii tenent fuisse mercurium. quos demũ post mortẽ adorabant: & tanquã deos uenerabantur utilita tem operientes: & sic non inuenitur quod tyrannũ aut insolentẽ aliquem elegissent: ut esset in principẽ

uel ministrum:aut quod post mortem ipsum colerent.Hac uero etate nr̃a pauci principes sunt:q nouas artes i republica indagẽt.Nãq; eorũ adinuentiones potius in defatigationem q̃ in remediũ populorũ traduntur.Deniq; primus rex qui in mundo stetit aut tãquam rex se habuit Nembrot hedificator turris babilonis fuit.

¶Quomodo dicatur ab antiquis reges fuisse electos: & quod hac tempestate idem esset faciundum. Cap.xxv.

¶Iuxta illud quod de mercurio trismegisto scribitur ex philosopho sacerdos & ex sacerdote rex: & hoc hominum uoluntate exactum:ut optime respublica gubernaretur.Vnde non apparet fuisse ordinem:quod filii in regnum & dominiũ patrũ successuri essent.& heredes fierent:Sed quod pp merita & sufficientiam electi.Nec aliter nunc faciendum esset:nam licet probum ac sapientem uirum populus eligat ad regendum:si postmodum filius suus inhabilis est nullo quidem pacto in regnum succedere dẽt. Quia quum non hereditet paternam bonitatem & dispositionem: minime hereditare debet quod ad paternam dispositionem & bonitatem pertinet.Quoniam de ratione naturam imitari debemus inquãtum possumus.Et sic probatur in quolibet officio nos debere hominem cum artis proprietate attribuere.De iure enim quisq; debet suo fungi officio:atq; idem imitari.& non quod officium hominem imitetur:eo quod officium imperandi de se nimiam expetit sollertiam & equalitatem. Quapropter opus est quod qui imperare & dominari debet:sollers & iustus sit:ut facilius quid equitati competat administret. reges enim a regendo dicti sunt: & sic electio ex propriis meritis euenire debet:& non ex paterna hereditate:uidelicet ex mundanis diuitiis.Quoniam regere est officium:quod ad plures pertinet: & sic ñ debet uni soli inhiberi:qui uelit pro se tantum utilis esse.¶In ecclesiasticis electionibus quum magis diuine sint:adhuc semper obseruatur:quod post unius obitum alius alienus uel propinquus eligatur:ubi pro patre non hereditat filius.Et etiam qñ imperatores dant alicui suorũ seruorũ aliquod officiũ: nõ impendunt pro eis & successoribus:nisi quousq; imperatori placuerit.Quando uero patres & filii optime administrant:sepe reges premittunt quod filii idem officium:quod sub patre erat:exerceant.Quod tamen ultro ac merito factum & non uniuersali institutione:& eodem modo populi deberent erga filios principum agere:scilicet dum apti sunt ipsos confirmare:ubi patres mãserant:quod si inualidi de alio sufficiente prouidere debent.& decet ut eis proprias patris diuitias & nõ gubernationẽ dimittãt.

¶Quomodo deus primũ regẽ elegerit:& utrum elegit omnes reges: an ipsi omnes per deum regnent. Cap.xxvi.

¶Viso de cõmunibus regum electionibus:deinceps scitandum est super prima electione:quam deus de primis regibus egerit:quia pleriq; minime aduertentes censent:quod naturaliter super regna & pricipatus administrant:aut quod deus eos precise in reges elegerit.hic quoq; aliquid uidebimus: qua cõdictione deus reges elegerit.Quãobrem potissime regis saul electio inspicienda est:quum pri9 hebreis imperauerit:qui & rex fuit:& electio eius a deo facta.Attamen non mera uoluntate:ut patet:nisi extrema hebreorum perfidia:uidetur enim deum contra hanc electionem restitisse:& sic per samuelem prophetam plerunq; minabatur:si hominem in regem eligerent:& quod non debuerant propter alium regem ipsum deum dimittere.Sed quia hebrei omnino obstinati fuerunt ad expetendum regẽ:deus multa aduersus eos mala permisit:postquam saul electus fuit:quumq; iudei samuelem expostularent:ut deũ pro eis imploraret.tandem deus respondebat quod in iudeos mala obiecerit:ut eorum scelera dignoscerent:ex eo:quod alium regem petierunt.hebrei quoq; confitebantur dicentes:addidimus super nos malum:quoniam regem expostulauimus.

¶Qualiter intelligenda sit auctoritas salomonis dicentis:cor regis in manu dei est. Cap.xxvii.

¶Salomon in prouerbiis inquit:cor regis in manu dei est:& indurat ipsum ubi uult. Sed per indurationem debemus quandam inclinationem intelligere. Attamen ex hoc non sequitur quod liberum regis arbitrium auferatur:nisi quod deus regibus suffragatur:quos demum penes opera inclinat : hoc ãt sub libertate:qđ expientia innotescit in aliqbus principibus: dũ dominũ deũ suũ assequunt̃: qđ ipse eos illuminat aut inclinat ad bona & cõtinua opa.Quibus uero a recta uia delirantib9 de9 pmittit:qđ ex malo i pei9 labant̃:quẽadmodũ de saul legit̃:q iussum dei trãsgressus ẽ.& ñ legitime obseruauit:qđ nõ dissipauerit regẽ amalech:& oĩa bona sua.quocirca a deo derelict9 ẽ.Et de salomone quoq; tenet̃: qđ ad quãplurimas mulieres declinauerit:& alienos deos coluerit.& qđ ulterius nõ habuit cor sapiẽtie Et ubi deus cor pharaonis indurabat:ne hebreos abire sineret:ẽt patet cor illius regis quottidie in malum tendisse.Vnde deus suam maliciam conformabat:ut in deterius applicaret. Qđ si sanctus fuisset:

deus ipsum in bonum illuminasset. Et quidam uolentes regibus adulari: ex Salomonis auctoritate inferre uolunt: regem nil aliud agere: q̄ quod a deo sibi fuerit impositum: quod repugnat: ut in plerisq; hebreorum principibus expertum comperimus. Deus enim eis precipiebat unam uiam obseruari: & aduersam alteram sequebantur gradu siquidem retrogrado. & iccirco regnum ab eorum manibus dirimebat: plurima alia mala contra ipsos admittendo. Quod si reges protinus fecissent: ut deus uolebat: nullibi ab amore ipsius dei cecidissent. Et de Saul tenemus: quod quum preceptum dei obseruare noluit. spiritus domini dereliquit eum: qui postremo spiritu maligno uexabatur. Vnde experto ac manifeste constat principes eadem libertate fungi: qua & alii homines ad opus suum faciundum: aliter q̄ deus eis indiderit. Quoniam effectualiter precepta dei pretereunt: licet causam maioris necessitatis deus multa per reges bona ostendat: dummodo honeste uixerint. nāq; aliter non propter deum regnare uidetur: ut in Saul probatum fuit. Quia per duos annos duntaxat per deum regnauit: a quo tamen peccando regnum fuit ablatum: q̄uis Saul circa populum rex uocaretur: sed non quo ad deū. Et ubi dauid inquit non esse licitum tangi unctum dei: ibi in particulari de Saul loquebatur: & non de cunctis regibus: quoniam ipsemet contra plerosq; alios bellum inierat sub uoluntate ipsos occidendi. ¶ Et salomon in alio prouerbio ait: quum sederis: & comedes cum principe diligenter attende: que tibi sint apposita: & statuas gladium gutturi tuo: & si anima tua erit tibi in potestate: non desideres regis nuptias: neq; epulas suas neq; cibos cupias: in quibus est panis fraudulentus: Et deus in libro regum inquit: iudei regnauerunt non propter me neq; spiritum meum: quid ergo stultius dici potest: quā sub perfidia inferre q̄ corda regum seu imperatorum penitus in manu dei sint: & quod nil faciunt nisi que a deo cōmissa: quoniam sepe sep iusq; uisum est plures reges siue imperatores uaria cōmittere scandala: que non tantum feda ad operandum sed turpia ad narrandum: absit autem a nobis cogitare huiuscemodi opera a iussu dei ortum habere. Vnde predicatores uel alii qui adulatores sunt similia contra bonitatem dei afferentes de iure grauiter puniendi essent.

¶ Quomodo principes sue originis inperspicaces plurima onera subditis impendant. Cap. xxviii.

¶ Iam in superioribus capitulis aliquid inscripsimus ad ostendendum unde reges originem duxerint: deinceps de nonnullis institutionibus: que ab eis fiunt perscrutabimur. Vbi enim non respiciunt unde dependeant: & obligationem quoque quam habent plurima super subditos onera imponunt iuste uel iniuste per fas & nefas. tametsi in suis prouinciis precepta agere presumant: ac si leges sine errore essent. Que uero leges uoluntarie ac partiales sunt: nam reges & precipue illi: qui uoluptuose degunt: minorem quā accipiunt subditis utilitatem prebent: quod sine anime periculo esse nequit: quia si pro uno equo decem aureos exhibuerimus: de ratione equus ille decem ducatis ualere debet: ne ementes & uendentes decipiantur. ¶ Si autem inferimus princeps de iure habere potestatem accipiendi a pauperibus: & quod nihil ei s dare tenentur: difficile probabitur. De iure enim naturali qui plus habet: plus debet pauperibus elargiri: & non ab ipsis excerpere. Et in deo damus exemplum: qui maximus ac prepotens est: & plura bona nobis exhibet. Nos uero sibi parum uel nihil: quāuis propter illata beneficia uelit nos non esse tum sacrificiis oblationibus & holocaustis tum uero orationibus & ieiuniis immemores: que demum parum sunt respectiue ad illud: quod deus nobis prebet. Et principes huius mundi cōmuniter alio modo se habent: quum uelint ex omnibus inquantum possunt excerpere: & paucis de bonis suis impartiri. & si passim totum populum dilaniant ac defatigant: quocirca mirandum est de principibus rerum alienarum cupidis: & illius quod occupant auaris: cur coram populo ambulare audeant. Quippe quod natura uerecundamur: ac sepe ueeremur aliquos a nobis iniuriis lacessitos uidere: & tyranni principes quottidie cunctis in patria sua existentibus & transeuntibus iniuriantur.

¶ De quibusdam uariis principum institutionibus. Cap. xxix.

¶ De uariis uero principum institutionibus quāplura scribere possumus: sed quum omnibus hoc ipsum manifestum sit: pauca hic interseram: licet aliquam mentionem sic interrogatiue faciamus. Circa qualem deum aut ueram naturam principes inuenerunt quod quisquā aduena per regiones eorum transiens teneatur pro transitu persoluere: si modo extra uiam non erit: Et cur de pecuniis & equis suis aliquid exhibiturus sit. Quod si quis asserat principem iubere uias preparari: & a predonibus tutari: de hoc profecto haud parum a populo esset solutus: Et itidem aduene pro cibo & potu ultra cōmune precium ad preparationem uiarum satisfaciunt: Et quando hoc non facerent etiam habitatores patrie tenentur de iure aduenis suffragari. Quod si omnino a principibus de hoc labore solutio expetitur: de iure tenentur omnes uias preparare atque tutari. Et si quisquā in patria sua a predonibus inuasus fuerit: & malefactores non inueniuntur: principes de iure soluere dn̄t: quum sint de suis laboribus soluti. Sed plerūque ab ipsis predones immittuntur: quo uiatores depopulētur: & nō tutantur montes aduersus malefactores. quinimo sepenumero sunt solliciti ad auferēdas institutiones ab aliis factas: & paruam curam habent corrigendi illas: quas ipsi fecerūt: quāuis aliqñ inhoneste se hēant: dū cui aliquā institutionē suā diuulgāt: dn̄t quod quisque sit eam obseruaturus in rem optimam & approbatā: & solā

uoluntatem pro ratione aut fundamento obseruant. Solent inter unum regnum & aliud magnam differentiam assignare: & sic ab aliquo regno exeundo seu ingrediendo uidetur: quod mutatio sit sicuti ex uno mundo in alium: aut ex gente unius speciei in alteram: & natura non posuit tales differentias: quia unum elementum terre attribuit: & non plura: & omnes homines unius speciei & non plurium esse uoluit. Sed propter principum cupiditatem plures diuisiones assignauerunt super una sola terra: Et quilibet uult suam particulam obseruare ac si ipse ex nouo elementa creasset: Et in hoc modo sub ficta potestate in confinibus regni euntes ac redeuntes uiatores opprimunt. Quod si principes cum bonitate & amore dei respicerent: quatenus uiatores durare & perpeti nequeant: si in ceteris aliis confinibus similia mala reperirent: aliter se haberent q̄ se habent. hic enim ne q; dei neq; proximi amorem obseruant In plerisque regionibus solent aliena que deuiasse ferunt accipere: dū in suos terminos deuenerint: que tamen consuetudo dyabolica est & non humana. Quippe quod deus & natura nobis hanc terram liberam dederunt ad peragrandum: Et saltem naturalem distinctum habemus: & diuinum mandatum: ꝙ alter alteri sit opitulaturus. ¶ Aliam legem seu maximum errorem uidemus inter principes sancitum: quod si quispiam naufragio in terram deiectus est: dicunt eum omnia bona perdidisse: eo quod rates sua maris naufragio occubuerit: & quod princeps illius patrie de iure illorum bonorum sit heres. Ignoro tamen cur tanta uersutia & peruersitas siue inhumanitas oriri potuit: ut ubi maior est nobis necessitas hominum auxilio careamus. Nam saltem secundum legem diuinam naturalem rationem & moralem disciplinam nullatenus stare potest. Quamobrem nefanda principum anxietas propalatur in acquirendis mundanis diuitiis. Et si inferimus: quod quando turbines aut fluctus maris seu queuis naturalis aduersitas aliquem impellit: nos quoque aduersus ipsum occurrere debemus: aliter se habet. Quoniam sepe natura infirmamur: & de ratione mutua inter nos pietas uersari debet: alter alteri in nature aduersitatibus opitulando. & sic qui in naufragium irruit: omnes inquantum possunt auxiliari deberent: & non dirimere illud reliquum quod a fluctibus fuerit expulsum. iccirco similes leges pluribus sunt laboriose & periculose: pro illis qui eas fecerunt & sustinent. ¶ Quoniam pacto sub uero zelo dei manere potest: quod pontes ī fluuiis factos destruantur: ut batcas ibi ponant ad expoliandum euntes & redeuntes? & unde aqua per uadum transire potest tantum ibi effodere ꝙ amplius transire nequeant: quenam charitas & quis ordo circa principes ostenditur in extollendo monetas suas: q̄uis pauci ualoris sint: & alias declinando: licet sint meliores. omnia hec ad lucrum huius mundi tendunt: non autem ad rationem uel bonum anime. ¶ De legibus imperatorum uidetur nos debere in cunctis temporibus illud obseruare: quod cum diuina lege conformatur: & non ultra. quoniam imperatores: ut iam superius uisum fuit: interdum contra uoluntatem dei ambulant: quemadmodum & alii homines. Qui uero in operibus suis precepta dei preterierit: non est dignus: quod alii mandata eius obseruent. Quapropter leges que non inherent legi diuine nequaquam sunt tenende: & intelligitur: quod non decet tales leges obseruari quo ad anime periculum: q̄uis ad euadendum periculum corporis interdum teneri queant. Quoniam principes huius mundi sepe habent potestatem dandi corporibus supplicium: attamen nequeunt spiritualem penam comprimere: Et ob hanc causam dum aliquem hominem constringere uolumus: penes spiritualem constrictionem non interrogamus: neque comprimimus ipsum secundum imperatorias leges: nisi diuinis legibus mediantibus quā q̄ in modo iurandi aliqua inter iudeos christianos & mauros differentia uersetur. Quisque tamen in unum solum deum iurat ad iureiurandum coactus: Et nemo iurat in regem seu imperatorem neque in deum iouem: martem: aut alium similem deum: quum enim solus deus perfectus sit: in ipsum solum tenemur uere & infallibiliter iurare. ¶ Et hic a quibusdam nonnulla exempla adducuntur: ꝙ uidemus hominem ab aliis fugientem: qui cum occidere uolunt & postmodum qui fugientem persequuntur: & nos interrogant: an uidimus ipsum aut quo iuerit: & negamus dicentes: quod nescimus neque uidimus: Et hic quidam auctores tenent: quod in hac negatione saltem uenialiter peccamus. alii autem dicunt: quod non. In quo quidem plura sunt respicienda. primum quod si fugientem bonum esse cognoscimus: & ipsum necare uolunt: multa operari debemus: ut eius uita obseruetur. Si uero pessimum esse cognoscimus: est simpliciter derelinquēdus: ne causam ad peiora scandala demus. Sed dicamus: quod quis ille fuerit ignoramus: nisi quod in mortis aculeo cernimus: & petent nos dūmodo precise cum sacramēto nō interrogēt: p deum omnipotētem iurare uolētes. nō omnino quid sit propalare tenemur. Quia dare uerba iurando per homines per idolorum deos atque domesticos nequaquā sunt sacramēta: quum similes homines aut dii minime sint sacrati. Et ut sacramētum efficax sit: decet ut per deum uerum & sacratum petatur: exempli gratia: homo secularis accipit panē. gladiū: siue aliam rem ī mābus: & dicet aliis hoc est corpus meum: accipite & comedite. hec utiq; nō sunt euāgelica uerba: hic enim falsa sunt & ī euāgelio uera. Quoniam pāis uel gladius quem secularis aliis prebet nō est corpus illius hois: & ī sacerdote cum debitis cerimoniis & ī noīe christi uerba euāgelii uera sunt: pane assumpto & nō aliter de sacramēto de hominibus uel diis domesticis siue laribus facto itelligetur: & quādo sacramētum ipro priū nō ē tenēdū: multominus oēs simplices petitiōes obseruare dēmus. p̄sertim q̄d prius scimus sanctū opus eē absolute loquēdo: uitā alterius obseruare. & rē simpliciter negare nō ē penitus mēdaciū: precipue ubi nullam ī se falsitatem neq; iniquitatem effouet. Et dum homo solum respicit ad saluandum uitam alterius: absque anime obligatione simpliciter dicere potest ita esse uel non esse: dummodo non interrogetur in nomine dei

altissimi quascunq; cautelas excludendo:eo quod in tali sacramento nec pro aliena nec nostra uita pos sumus inuito uel ultro falsum iurare.Sed aliter bonum atq; pium est peruersos defraudare:maxime ip sos excusando ne in nefanda scelera irruant.Et hic neq; est peccatum ueniale neq; mortale : sed meri tum.Iudex enim uolens malefactores punire:plerunq; ipsos in modo captionis decipit. Verumtamen illa deceptio meritoria & non detestabilis est:nec in similibus locis iuramus nomen domini in uanũ. Quoniam in simplici modo dicimus ita esse uel non esse:& non iuramus per deum ; nequidem similia sunt uana opera:sed caritatis plena.

¶De quibusdam exemplis officiosis cum deceptoriis uerbis. Cap.xxx.

¶Super hac materia de uerbis officiosis:sepe solet exemplum de obstetricibus adduci: quod iubēte rege pharaone interimi omnes mares:qui ex iudeis nascebantur:obstetrices ne hebrei pueri interficerē tur:dicebant omnes nasci feminas:& neminem masculum.Et hic quidam dicũt eas peccasse:regis pha raonis edictum transgrediendo.Sed quo ad ueritatem aliter uidetur esse accipiendum . Nam ueluti iā superius diximus preceptum:quod non habet cum diuina lege conformitatem:non est prorsus obser uandum.precipue quum aduersus diuinam uoluntatem operetur: & pharaonis mandatum tale erat . Iubebat enim hebreusculos:qui ex populo dei erant interimi.Vnde obstetrices diuina reuelatione op time operabantur:quia cognoscebant quod neq; maledictio neq; benedictio pharaonis poterat eas ī penam aut gloriam animarum conducere:neq; pharaon cogebat obstetrices sub diuino sacramento immo suis propriis uerbis:& tali modo he mulieres bona animarum merebantur:non autem suppliciũ q̄uis eas rex punire potuisset:dum opera que faciebant sciuisset.Sed in hoc pharaon quemadmodum & in puerorum occisione peccauisset. ¶Iudith quando holofernem interemit:quidam dicunt:quod saltem uenialiter peccauerit:quia cum cum suis ornamentis & monilibus ad libidinem ꝓuocauit :quũ omnes debeamus proximum in bonum dirigere:& nō in malum irritare.Sed in hoc casu plura occur rebant:que iudith de omni peccato excusant.primum quod hebreorum precepta non erant adeo stri cta:ut nostra sunt.& iccirco concedebat diligendos esse amicos:& odio habendos inimicos.& ubi odiũ ibi fraus intercidere potest.Vlterius holofernes non peccabat in carnali concupiscentia:quia non ha bebat preceptum dei:quod prohiberet ne contra inimicos iret.quoniam ubi non est preceptum mini me peccatũ.Et iudith non se ornauit ad instigandũ holofernem ī luxuriam:nisi ut eũ deciperet:& mor ti traderet.dummodo populus israel saluaretur:quum uero non inuenerit uiam aliam expeditiorem ad obtinendam populi liberationem:sanctum opus egit hostem defraudando.Quod in scriptura satis de monstrat̄.habemus enim in holofernis occisione meruisse:& quia in ultimis sequitur:quod etiam in me diis occidendo meruerit:precipue quod uidetur in illa hora qua se ornauit:deum maximam in ea pul chritudinem infudisse:ex quo patet:quomodo in dei uoluntate ambulauerit:& ideo in illo passu pecca re non poterat.Quod si in illo opere iudith peccasset:religiosi non possent infidelibus siue malefacto ribus obsistere:ex causa deducendi ipsos in sanctam uitam:aut ad tutandum legem nostram: quod nē pe aliter se habet.Nam donec in militia sumus:ecclesie consensu absq; aliqua obligatione degimus. li cet infideles pro dilucidanda lege nostra decipiamus.& sic holofernes erat iudith atq; aliorum hebreo rum aduersarius.Quamobrem secundum legem omnia hebreis licebant:ut potuissent holofernem de fraudare dummodo alia peruersa intentione caruerint.& uoluntas iudith non fuit cōmota ad peccan dum in adulterio:nisi ad occidendum sua sagacitate inimicum.Quum uero dicimus : quod obstetrices egyptiace non peccabant obseruando pueros:neq; iudith in morte holofernis:nisi q̄d meruerint:simi liter nunc asserimus:quod si quisquam princeps imponit legem que non fuerit secundum deũ:nequaq̄ est a nobis obseruanda:immo potius si loci oportunitas inerit expellenda:licet in quoquomodo unum ostendamus:& aliud faciamus.& quod possimus:plura extant exempla:sicut quando angeli in similitu dinem iuuenum ad deuastandum sodomam uenerunt:quia propter eorum pulchritudinē cōmouebāt populum ad eadem peccata:quibus polluebant̄.Deus indurabat cor pharaonis:ut magis peccaret: ex eo quod malignus erat.hebrei quum ab egyto exire uoluerunt:per iussum dei altissimi egyptios decepe runt:uasa argentea & aurea & alia bona petentes.Christus aliquatenus dissimulans uenit in hunc mũ dum:& si aperte suam diuinitatem demonstrasset:ut potuit:cum siqdē oēs cognouissent:Et in passione exclamauit ad patrem per uerba a iudeis non percepta:& iccirco eum illudebant:& illudendo pecca bant.Christus uero non peccabat:quoniam bonum exequebatur:Sed hebrei non confiderantes:quid ad eos pertinuerit:affligendo ipsum & occidendo peccabant.

¶Quo pacto principes erga clientes esse debeant. Cap.xxxi.

¶Dimissis pro nunc legibus diuinis:quum pleriq; principes de suo creatore uera cognitione carue rũt:hic de legibus seu naturalibus cōsuetudinib9 loquemur.Et quisq; si nō ē penit9 demens natura co gnoscit oēs hoies iure esse diligēdos:qa eiusdē spēi sunt:Et de iure queadmodũ uolumus q̄d alii erga

nos se habeant:nos itidem erga alios:Et quod quisq; sit nobis proximus:christ9 nos manifestos reddit ponens comparationem inter sacerdotem leuitam & samaritanum:qui inuenerunt hominem uulneratum in latrones incidisse:Et qui samaritanus erat & curam de uulnerato habuit:q̃uis alterius legis eẽt: solus a christo fuit approbatus in proximum.& quia iste aliene legis erat:christus nos edocet omnibus benefaciendum esse legem nostram obseruantibus:& non obseruantibus.Quoniam uero regale initiũ prouenit ex causa dandi remedium & tranquillam uitam omnibus hominibus in cõmuni: merito nũc hoc tempore quemadmodum & in principio esse debebat:Et quum in principio aut primis electionibus non fuerint leges stabilite una die pro toto tempore uite hominum:aut pro plurib9 annis:nisi q̃d leges suas dilatabant & restringebant:secundum quod necessitates indies occurrebant inter populũ aut reges.in temporibus nostris talem ordinem obseruare decorum erit:licet ueteres iuriste asserant:de lege quando sit dignoscẽdum esse:& denuo secundum ipsam diiudicandum:& non iudicandum de lege:que iam instituta fuerit:que quidem opinio sine errore manere non potest. ¶Nam sapientium officium est:quo ad temporis indigentiam mutare consilium.Et quia quotidie uarie necessitates contingunt:rex promptus & uelox esse debet ad opitulandum omnibus aduersis occurrentibus: quod si unã particularem legem obseruare uult:difficile est:quod in quibusq; temporib9 sit erga omnes iusta.Quãdoquidem multa ac diuersa fortuito accidunt:& sic liberum principem manere decet. Quoniam de ratione rex est tanq̃ pater erga filios:aut uerus amicus erga amicos.Et bonus pater in cunctis necessitatibus opitulatur filiis:quanquam uelit quod amicabiliter & fideliter inseruiant:nec solum docet eos patri obedire:uerumetiam cogit ut inter se honeste uiuant:& itidem erga alios.Quod si filii perniciosi & scelesti esse uolunt:pater eos tum uerbis tum aliis flagellis castigat:& administrat : & si ociosi & temporis iacturam faciunt:a patre puniuntur:ac si q̃ plura scelera egerit:ut aliquem contumeliis afficiendo:aut proximum depredando.Et similiter dicimus:quod quum iustus princeps tanq̃ pater se habeat: in quacunq; necessitate clyentibus succurrit:quos & si recte non uixerint castigat.Quoniam dimittẽdo ociosos illos qui ita uolũt:est quodãmodo malum permittere.Nam quemadmodum omnes natura aliquos cibos & indumenta petimus:ad hanc uitam substentandam:honestius est : quod proprio sudore necessaria acquiramus:q̃ ab alio prestolari:quisq; enim uult res suas obseruare. ¶Vnde qui aliena expectat sepissime decipitur:& tunc necessitate coactus in alia deteriora incidit.attamen hic princeps suauiter & cum amore corrigere debet:& non cum rigore inuadere.Nam pater filios castigando rationem cur id faciat exponit:& institutiones eius ad filiorum utilitatem spectant:quas secum communicat.Nec aliter erga subditos imperator esse debet:immo & multomagis:filii enim patrem nõ eligunt: sed pater dat eis principium ut sint homines: Et in hoc loco populus erga reges se habet aliter q̃ patres . Quia a populo rex eligitur:& non a rege populus.Vnde princeps in eo quod princeps:a populo ducit originem:&propterea princeps nimium populo tenetur.Quoniam tanquam mercenarius eius est: & cõtinuo obligatus ad seruiendum:i illo quod electoribus competit.Et hic quoq; palam alii iuriste aberrãt dicentes:quod non competit populo de lege imperatoria cognoscere:eo quod subditis non attinet : sed quo ad ueritatem aliter est sentiendum.Quia sicut princeps a populo electus est:& ad eorum utilitatem approbatus:etiam lex que minus est q̃ princeps:ad populorum oportunitatem spectare debet . Quando autem talis non fuerit:de ratione ab ipsis est cognoscenda:quum pro ipsis facta sit:siue in remedium uite eorum:licet non sint a quibusq; hominibus imperatorum leges cognoscende:nisi tãtum ab illis qui sapienter & honeste simul cum principe degunt:si enim honestus est:de quocunq; communi bono gaudebit.Nunc autem multa econuerso uidemus:eo q̧ plures principes per se sine reipublice participatione gubernare uolunt:ac si alterius speciei a subditis essent:& de honestate ut uolunt leges ab ipsis statutas administrare:similiter populus debet principem corrigere:& administrare non aliter: q̃ si opus manuum suarum esset.hi uero principes ac proceres de quibusq; rebus apud domos suas manentibus:curam habent:ut de equis canibus & auib9 de rapinis:& erga homines:licet eos subditos appellent:plerunq; atrociter se habent:& cum similibus principum consuetudinibus impossibile est populos in pace & dilectione mutua inter se degere.Nãq; eorum metrum quod ẽ princeps inordinate se habet:& similiter metro existente bono illi omnes aut fere omnes assimilabuntur.

¶Quod possumus de imperatoriis legibus cognoscere:an bene uel male se habeant: & non de diuina. Cap.xxxii.

¶Inter diuinas & imperatorias leges:magna uersatur differentia:Quocirca non decet nos de una quaq; lege cognoscere:utrum honeste an inhoneste sint:quoniam in lege dei oportet summos pontifices christo adherere:quia per ipsum precise gubernãt:& ideo iuxta textum nequeunt unum uerbum aut addere aut minuere: tãetsi in quibusdã rebus ad bñ esse ecclesie possint ordinationes constituere:Et si ab ecclesia sunt approbate:maxime in concilio:proculdubio tenende.at uero arbitrando eas supra textũ diuie legis fundari:qm̃ aliter ñ teneremo9 ipsas ab euãgelico textu deuiãtes.tñ tenẽde sunt

ordinationes a summis pontificibus facte:quia papa loco christi presidet:sed imperatores non repre-
sentant deum:illi enim plures sunt:deus uero unus tantum:& etiam plures gentes citra anime uinculũ
sine imperatore uiuere queunt:ut a republica sit:sed non possunt absq summo pontifice recte uiuere.
Itaq moderni imperatores possunt leges ab antiquis imperatoribus sancitas transgredi:& nos itidem
suas:si modo honeste non fuerint. Reges enim a nostra uoluntate & aliorum hominum arbitrio:prin-
cipium assumpserunt:& omnes homines & cuncta alia a deo esse ducimus : quumq deus quotiescunq
uult nos remouet:gentes quoq idem agere deberent erga ministros ab eis positos:dum male uiuũt: &
hoc non per scandalum:nisi rectam & quietam rationem.

Qualiter imperatorie leges ultra alias statutas ptes:plurimas iniuriosas adducãt. Cap.xxxiii.

¶ Ciuiles aut imperatorie leges licet multa habeant ad salutem hominum ordinata:alias quoq in
correptas partes complectuntur:tum aduersus impotentes:tum contra cõmunem hominum utilitatẽ
quod exemplo constat.ut quando quispiam a patria exit:cui secundum ciuilem legem sibi statutum est
tempus in quo reuerti possit ad bona parentum expetenda:Et si non uenit in illo tempore suam here
ditatem deperdat:quod graue uidetur esse contra illos:qui impotentes sunt. Quia fortasse non potue
runt in illum terminum redire:& quo ad ueritatem illud quod est nostrum:nunc si aliud non occurre
rit preter temporis discursum:semper erit tale:dum in hoc mundo uiuimus:sed aduertendum est:q dũ
liberi sumus semper aut de tempore ad tempus ea que nostra sunt petere debemus:ne a memoria dela
bentur:sub qua obliuione plura litigia excrescere solent. Verumtamen dum scripture autentice & te-
stes probi inueniuntur:tarde uel cito in bonis nostris sumus reintegrandi:licet ostẽsa aliqua excusatõe:
dum ad petendum bona nostra tardamus & idem per legem scripture patet. Quoniam deus in lege ue
teri duntaxat per quinquaginta annos indulgebat:ut aliena possiderentur:& in quinquagesimo anno
seu quod dicamus anno iubilei omnia ad suum pristinum possessorem redirent:licet ab aliis empta fue
rint. Vnde fit:quod saltem in uita non possumus id quod nostrum erat deperdere. De hoc autem termi
no posito in expetendis bonis nostris:multa mala contra cõmunem utilitatem proueniunt :ut dum re
ges uiolenter aut aliqua deceptione alienas patrias occupant:aut suis tyrannide dominantur : & de-
nuo per aliquot annos imperium possidentes:asserunt quod de iure suum sit:allegando iam equo ãno
rum termino possedisse:Et secundum rei ueritatem longe aliter est sentiendum. ¶ Nam quanto ma-
gis aliena possidemus:tanto uberius peccamus. Quoniam id grauius peccatum est:quod quottidie fre
quentatur & diutius illo quod semel aut raro fit. Et ob hanc causam qui alienum regnum bello deuin
cit & subiugat:uel non ingreditur ad gubernandum per ueram electionem:semper cum peccato impe
rabit:Et quanto diutius tanto grauius crimen efficitur. Quocirca in tali casu quilibet homo tantum
iuris uel rationis habet ad regnandum in illa patria:quantum & ille qui per plures iam elapsos annos
eam tyranniter compressit.precipue si bonus ac sufficiens erit is:qui uolet ad predominandum acce-
dere. Quoniam gubernationes non sunt res aliene:Sed proprie omnibus illis qui honeste & cum utili
tate populi ipsas peragunt. Regnare enim officium est:& per electionem habuit originem & de opti
mis & non pessimis hominibus electio facta fuit. Quapropter semper boni rationem habent ad impe
randum ubi tyranni president. Et hic plures decipiuntur dicentes:ego per plures annos hanc patriã
possedi:si alius irruet deus in armis pro me miraculum demonstrabit:Deus enim semper in armis ratio
ni inheret. Sed talis inter lenones cõmunis opinio est:Nam dum aliquam mulierem habent : licet eam
nondum strupatam seu uiciatam de domo patris rapuissent:si demum alius leno rem secum in postri-
bulo habuerit:primus tanq̃ possessor se cum eo ait decertaturũ:& quod deus in sui fauorem occurret:
quum potissimam habeat rationem:& non respicit quomodo ipse grauius peccauerit propter raptum
illius mulieris:& quod in ignominiam & dedecus per tot annos eam prostrauerit:& alter semel tãtum
ad ipsam accessit:ideo in simili loco de9 nulli eorum auxiliari debet:quum neuter rationem habeat:sed
forte illum qui diutius peccauerit puniri sinet. Tandem deus omnipotens sepenumero minabatur po-
pulo israelitico dicens:se ab eis erepturum hereditatem terre promissionis:& eos expulsurum : & quod
pro se alium populum eligeret : qui sic demum egit. Et hinc huius seculi principes exemplum assu-
mere possunt:ad recte gubernandum. nãq aliter secundum rationem & legem diuinam extra regi-
minis officium abdicandi.

¶ Quomodo quispiam conformandus sit cum dignitate quam assumit. Cap.xxxiiii.

¶ Siquis recte cognoscere uoluerit principes quales esse debeant:officiorum nomina respiciat.nam
proprio uocabulo dignitas nuncupatur:que iccirco preclarum uirum & non iniquum exposcit . quip
pe quod unusquisq bonus natura bonum appetit:quoniam uero dignitates gubernandi bone sunt :
pariter de iure sunt ab omnibus concupiscende. Tamen absolutũ uelle non reddit nos perfectos:pterq̃
si in particulari bonũ optamus & malũ abiicimus. ¶ Iccirco q uult regiminis dignitatẽ cõseq decet

primitus:ut bonus euadat:& postmodum in dignitatem perueniat:Et tunc in digno homine dignitas condecebit. Quando uero unus est bonus & alius peruersus:nunq̄ simul optimum comertium causare possunt:& dignitates omnino bone sunt:q̄uis laboriose. Verum ubi nimium defatigamur : maximam quoq; utilitatem prestolari possumus:si quod merito a nobis faciundum erat egerimus. ❡Sed quū omnes fragiles simus:uereri haud parum debemus ad pertingendum in locum gubernandi:illic enim uaria prouidenda occurrunt.& quia plura occurrunt : gubernator tanquam initar manet in quo oēs circumastantes respiciunt:& sic nihil occulti fieri potest. Vnde si princeps improbus: sibi profecto lau dabilius atq; utilius extitisset:dies suos in alio inferiori loco peragere. ❡Quum uero de ascensu in quocunq; officio uniuersaliter sit uerendum:quidnam de summo pontificatu dicemus:eo quod ibi pō tifex personam christi representat:qui deus & homo. Quapropter admirandum est:quod aliquis sum mus pontifex quouis modo peccare audeat. Quoniam nunquam christus peccauit:Et q presertim mor taliter peccat:nescio quo pacto christum recte possit representare:nec itidē uocari presumere:maxime ubi notus fuerit. omnes enim scimus christum in hoc mundo perfecte uixisse:& quod sanctus sanctorū: & etiam scimus nos papam colere in eo:quod est christi uicarius in terris. Quod si eum icorrepte uiue re uidemus:a nobis non imerito lacessiri potest. Quemadmodum enim dignitas eius est pre ceteris hu ius mundi dignitatibus:ita & summus pontifex prestantior aliis in bonitate esse debet. In lege scriptu re inuenimus quod nemo in templum ire poterat ad administrandum:si iam dign9 & electus nō erat: & sic contingebat:quod uolens aliquis indigne ad administrandum proficisci:asperrime a deo punie batur.& nondum iudei perfectam legem colebant:nequidem perfecta administrandi sacramenta. ideo abhorrere debent christiani dum eis accidit considerare:quod ad christi sedem obtinendam attinge re uolunt:q̄uis multi desiderent & accuratissime procurent:ut summum pontificatum consequantur. In quo finaliter consulimus:quod uideant quod si in christum credunt:uti debent:manifeste inuenient quod maximum horrorem sint habituri:dum in seipsis tantam audaciam complectūtur. In litteris suis serui seruorum dei describuntur:Et quisq; fidelis seruus dei est. Vnde summus pontifex iter humiles hu millimus. Si autem quandoq; contingit:quod summi pontifices sint in re aliter q̄ i uoce:seu quod unū fingant:& aliud deinde agant nimium inhoneste uidetur. turpe enim esset uelle infimos seruos nuncu pari:& cum elatione operari. Et si quisquam hoc egerit:post cineres non parum leticie apud iferos erit. Nam spiritus maligni nimium gaudebunt uidentes simul cum eis cruciari illum: qui christum in terris representauerat. Et de iisdem pontificibus:si aliquis ad inferos descendet proprie de ipsis : non tamen de christo dici potest:alios saluos fecit & seipsum saluare non potuit. Quoniam de christo in cruce exi stente non uere eiusmodi uerba congruebant:eo quod si uoluisset facile poterat se a morte liberare.

❡Qua de causa eligendum sit potius esse sapientes siue bene uiuentes in hoc mun do:q̄ diuites. Q m̄ natura tanquā putridū quodcunq; malū abhorret. Cap. xxxv.

❡Dum dicimus homines qui recte uiuunt de incorruptibilibus negociantur : & praue uiuentes de corruptibilibus:plura in hoc ipso intelligimus. Non enim assumitur:quod sapientia nostra : quam hic adipiscimur post mortem deducatur:inquantum hic homines sumus. Quoniam post animarum & cor porum separationem:anime tantummodo & non corpora uiuunt. tum & malorum anime uiuunt:que uita uidetur esse male uiuendium confortatio:quum dicāt:si anima tua uiuit:post corporis exolutionē mea itidem uiuit. Et si ego non fero diuitias:quas in hac uita possideo:tu quoq; minime feres tecum li bros aut alia opera manuum tuarum. Si uero inquis:quod nomen bonorum semp durat:aut nūquam corrumpitur. etiam nomen pessimorum durare uidemus:ut in pluribus antiquis hystoriis comprobaē Sed in similibus:aut dum de hac differentia inter bene & male uiuentes agimus:non tam in superficie bus:sed multo profundius assumimus. Quandoquidem de incorruptibilibus:de deo de angelo de ani mabus rationalibus earumq; imortalitate:de celo:elementis:generibus:& speciebus:de mundo : eterni tate:principio:sempiterno fine tardissimo:& fine breui:ac de mortalitate & immortalitate:duratione & corruptione:atq; de differentiis inter hoc & illud negociamur:dum bene uiuimus. Verumtamen qui in membrorum uoluptatibus anxiosi:solum de cibis:indumentis:equis:& domibus:ac de pulchris mu lieribus & filiis:que cito transeunt elaborant. Vnde recte dicitur:quod diuites in hoc mundo de cor ruptibilidus negocientur. Et dicimus diuites:eo quod perdifficile habetur:quenquam in aliqua re di uitem esse:si diu & cum uehementia in ipsa non negociaē. Igiē ualet hoc:diues hui9 mūdi: ergo assidue circa corruptibilia laborat. Si forte ab alio diuitias nō hereditauit. Sed si eas substinere uult:in ipsis ela borare oportet. ex quo fit:q̄d labores diuitū simul cū corpibus corrūpuntur : eo q̄ hi labores nō sunt de gn̄e sciētiarū. quū n̄ sint de regulis eternis seu infallibilibus. qa aliter & aliter se hr̄e possunt. quocir ca uer asseriē:male uiuētes circa corruptibilia uersanē:& qui circa corruptibilia: pculdubio male uiuēs uocari pōt:cū q̄d ad cōformitatē subiecti opatiōis bōi uel mali denominamur. Et corruptibilia cōfusa

subiecta sunt:& sic in eis laborando non possumus tanquam uere laborantes cōmendare. Et qui cōmēdandus non est:tanquam malus recensetur. Preterea quicquid malum natura & arte:non solum uocatur corruptibile:sed in corrupto actu.exempli gratia:uidemus pomum deprauatum:tum & aliquod animalis membrum & arboris ramum:atq; cibum:uestem:aut similia.& illico dicimus: hoc est corroptum uel putridum:nihil amplius ualet:& tamen aliqualiter durat. Et uere huiuscemodi sunt male uiuentium nomina. Nam q̄uis durent putridi sunt:& sic omnibus audientibus exosi:quanquam hi pessimi uiuant: aut mortui sint:& similia nomina in detrimentum maximum ea habentium durant:ut uideri pōt. Quoniam quisq; diues uel pauper exangitur audiens alios sua opera denigrantes:siue mala enarrantes: & si posset euitaret:quod de operibus suis aliquid diceretur. Vnde sequitur:quod nomē malorum ad supplicia & cruciatus ipsorum positum sit:in uita & post mortem. Nam ueluti res putride q̄rum possunt ultimam eorum dissolutionem negociantur:eo q in aliquam sanam speciem transmutari possent : pari modo homines praue uiuentes cupiunt:quod eorum nomina iuxta acquisitas operationes dirumpantur:ne amplius propalari possint. Et bene uiuentes haud secus q̄ de sanis membris : de eorum nomine gaudent:nec unquam dirutum iri uellent:neq; ad aliam speciem transigi. Si uero malefactores aut diuites eligunt malle ipsos esse diuites q̄ sapientes:qui de incorruptibilibus agunt:cur de altera uita non cōsiderant. Quoniam post corporum & animarum separationem:nil aliud restat q̄ bonum meritoriū uel malū damnabile:quod hic uiuentes egimus:atq; nomē circa operationum proprietatem edificatū: quumq; malefactores in altera uita diuites esse nequeant:mala operatio hic acta:est tormentoꝝ causa. Nihil enim de meritorio habēt:& nomē eorum corruptum seu putridum est quibus frequenter intolerabilia mala suggerit:quum omne malum tanquam putridum natura abhorreat. Et boni penes eorum opera tormentari nequeunt:sed gaudere:quorum nomen semper delectabile. De quo exemplum hic uiuentium habemus: Nam plures pauperes in diuitiis huius mundi cum gaudio uiuunt:dum boni sunt. Nullus autem pessimus gaudere potest:si mō pauper:sed sp est odio sibi ipsi ac ceteris. Et sub tali similitudine ad hanc uitam transferri omnes homines iudicandi sunt. Nam qui bene uixerunt letabūtur: eo quod corruptibilibus diuitiis non indigent:& mali cruciantur:quia diuitias non habent:& cetera sunt eis aduersa.unde facile uideri potest:qualiter stultum sit inferre:etiam sapientes dimittunt opera eorū: dum moriuntur:quemadmodum & huius mundi diuites eo magis:qd libros aut alia optima opera semper dicimus:ista sunt opera talis hominis:ut christi:moysis:platonis:aristotelis:non autem dicimus:hec est possessio:ciuitas:uel regnum romuli:alexandri:iulii cesaris aut similium. Ideoq; palam constat sapiētes:& non diuites huius mundi esse eligendos:eo magis : quod sapientes in hoc mundo & in alio sunt male uiuētibus sapientiores:eo quod in gloria manentes incessanter multa atq; magna bona a deo reuelata assumunt:sed ad inferos retrusi nullum secretum:nullum bonū:nullū delectabile:nullum amabile:atq; nullum perfectum scire possunt:preterq̄ quod ad suos cruciatus mentem dirigent.

¶De uariis disputationibus inter nos. Cap.xxxvi.

¶Viso superius de ecclesiasticorum & secularium dignitatibus:& quomodo sepissime positi sint indigni homines ad administrandum in optimis dignitatibus:nunc uero dicemus:quatenus inter nos, plures opiniones insequamur:aut uarias fantasias indagemus:ueluti inter religiones & religiones atq; inter seculares & ecclesiasticos. Nam licet sub una & eadem lege maneamus omnes christiani ad unum finem tendentes:dum quisq; locum suum cōmendat plures inter nos disceptationes subnectimus. Vt ubi fratres in eorum laudem dicere solent:quod maius meritum sit agere bonū op9 cū uoto q̄ sine uoto:licet in alio libro lati9 exposuerim9:hic quoq; nonnulla subnectam.

¶An magis cum uoto q̄ sine uoto mereamur. Cap.xxxvii.

¶Vt clarius uideatur an potius in operibus nostris cum uoto:q̄ sine uoto mereamur:pleraq; ī principio tangenda sunt. Vt utrum lex iubeat nos in operibus nostris uouere:& postmodum an deus nos liberos siue necessitatos fecit in operando:& similiter:quis penes naturam maiorem laudem consequat̄ ille scilicet qui libere an qui inuito operatur? Et primum omnia legis precepta obseruanda esse dicim9: quemadmodum & omnes baptismum assumere tenemur:& in christum credere pariter:& alia ecclesie sacramenta que cōmunia sunt necessario accipere. alie autem ordinationes in ecclesia sunt ad bene esse:in qb9 nō cōstringimur potius ad unū q̄ ad aliud:ut de ordinatione matrimonii.quia q̄uis āliquid aut primū sacramētū sit ī lege ordiātū:n̄ oēs ad ipsum obligamur:neq; tenem9:qd pl9 mereant̄ hoīes qui uxores ducunt:q̄ q caste absq; illo ligamine degūt. Quinimmo min9:licet qd si q̄squā uir ducit uxorē:aut mulier uirum matrimonii pcepta obseruare tenent̄:que si non obseruant grauiter errant:& om

nfio habemus:quod uirgines magis q̃ nupte mereantur:si modo bona in equali quantitate fecerint. In lege scripture inuenimus deum precepisse:ut uotum obseruemus:Sed non legitur quod preceperit uoueri:quum in lege gratie non inueniatur christum dedisse preceptum:quod uotum faciamus manẽdi in cenobiis aut magis in uno loco q̃ in alio:nisi quod ecclesie sacramenta capiamus:& in ipsa uiuerẽ ac mori polliceamur.sicut quando baptismum & corpus domini postulamus:qa tunc ꝓmittim9 crederẽ in legem christi:& in ea semper nos esse permansuros.Deus omnes rationales angelos atq; homines liberos:& non coactos plasmauit:ut per semetipsos aliquid mereri possent:Et q̃uis nobis legem dederit in qua possimus:quid accipiendum & quid fugiendum sit dignoscere:semper animas nostras in manibus nostris statuit:scilicet:quod ad libitum faciamus. ❡Et qui uotum agit de religione: suam libertatem:quam deus dederat ultro deperdit:ac uendit.Et quum nequeat bonum aut malum per se agere:nisi iuxta sui prioris preceptum:uidetur quod non uiuat tanquam uerus rationalis:eo quod rationales liberi & non necessitati sunt:iccirco in omnibus argumentis cõmuniter contra hereticos liberum arbitrium allegatur:Et qui ipsum in potestate sui prioris dimisit:non põt hoc argumentum agere:Nã q̃uis liber fuerit ad faciendum uotum:non est liber postq̃ ipsum fecerit.Quoniam in altero homine sua deliberatio consistit.Et hic saltem aliquod periculum uidetur:quia prior omnino hõ est:& quãdoq; peccare potest:Et si in seipso errat:contra alios quoq; errare potest.Quapropter melius est in christo q̃ i homine confidere:& christus nos omnia dimittere iubet:& quod eum sequamur.quemadmodũ & apostoli:quos non tenemus uouisse:nisi quod flagranti animo christo paruerint.

❡Qualiter qui uouit aliquam de se iactantiam denunciet:& quod non debemus de futuris contingentibus quicquam presumere. Cap.xxxviii.

❡Qui uouit saltem aliquam de se elationem prefert uolens de futuris cum affirmatione iudicare. Quod ab hominibus minime percipi potest:& id quod nescimus affirmando aliquis error includitur: maxime quod experientiam habemus:paucos aut forte nullos tale uotũ obseruasse.& in aliis preceptis ubi oẽs tenemur & etiam in matrimonio plures sunt:qui mandata adimplent. Quoniam aliqui homines non dimittunt mulieres suas:ut ad alienas uadant:& plerique donec uiuunt legem christi habent:& in ea quoq; extremum diem peragunt:non uidetur temerarium polliceri id se esse facturos: quod plures obseruare uidemus.Sed contra uota aut aspera promissa quedam particularia exempla sunt.Vt q̃n petrus christo dixit.Et si omnes scandalizati fuerint in te:ego nunquam scandalizabor.ex quo uidetur quod christus uoluerit in quoquomodo eum affligere:ob iactantiam quam ostendebat uolens de futuris contingentibus:quod non suum erat cognoscere. ❡Christus nobis iubebat:ꝙ elemosinam faciẽdo nesciat sinistra:quid dextera agat.Multi quoq; fuerunt:qui causa humilitatis dignitates respuebãt:se indignos esse profitentes:nec posse tantum oneris exequi:ueluti moses:qui noluit assumere curam loquendi ad populum se indignum inquiens ad tale opus prosequendum.pariterq; de lege gratie habemus aliquos:qui nolebant esse sacerdotes:uti fuerunt sanctus franciscus:& sanctus benedictus: sequentes auctoritatem dicentem:qui se humiliat exaltabitur & qui se exaltat humiliabitur:Et de istis sanctis ñ habemus:quod minus meruerint q̃ alii sancti sacerdotes.Et similiter dicere possumus:quod si aliquis ñ ageret uotum causa humilitatis timendo non posse ab eo obseruari:in hac inclinatione aliqd boni mereref:potiusq̃ si temerario id fieret.

❡De quibusdam cõmunibus propositionibus:quas uouentes in defensionem adducere solent. Cap.xxxix.

❡Qui tenent:quod potius cum uoto q̃ sine uoto mereamur omnes tria uel quattuor cõmunia argumenta habent:in quibus nulla subtilitas:neq; probatio natura uel ratione constat.Nam talia eorũ argumenta sunt:ut dicendo:pro cõmuni argumento ubi pena ibi gloria.Nos uero petimus.Vnde hoc sequatur:quod uniuersaliter uerum sit:quod ubi pena ibi gloria:quum apud inferos intollerabilis pena sit:& tamen nulla gloria expectatur:& in celo siue in paradiso maxima & ineffabilis gloria:& tamẽ nulla pena. ❡Preterea plures eunt depredatum:& ad plurima scelera patranda:qui quidem ualde defatigantur:& multis penis subiiciuntur.Sed ibi nullam gloriam expectare queunt.horum igitur propositio:si modo eam commentari nolent:falso presupponitur.Tunc enim in aliud inconueniens incurrunt:in quod soliti sunt:quum de hac materia loquuntur. Nam questio est de bono in equali quantitate facto:cum uoto aut sine uoto.Et denuo dum disputare incipiunt:uolunt quod uouentes maius bonum faciant:tale exemplum adducentes.Duo homines offerunt dona domino suo de fructib9 suis: quorum unus dat arborem & fructus:alter uero fructus tantum.& quod de iure qui plus dat plus meretur:& eandem similitudinem esse inquiunt inter uouentes & non uouentes.quia ille qui uouit dat arbo

rem & fructus:& alter fructus tm̃.hec aũt non est recta cõparatio iuxta titulũ questiõis:eo quod si magis pouentes q̃ non vouentes deo oipotẽti offerunt:magis merentur. Attamen disputatio est:si omnes equaliter deo seruimus qs nostrum plus mereatur? Quocirca nulla est comparatio: eo quod incõgrue & absq; proposito. Tamen per aliam uiam contra facientes talem comparationem aliquid enucleabimus.quia licet assimilare uelint:non probant quod res ita se habeat. Nã si inter uni:quod uouentes omnino ac simpliciter in seruitutem dei transferuntur:manifeste aliter uidemus. Quoniã ultra quod quandoq; peccant in uariis rebus delinquentes:quẽadmodum & alii homines:comparatio que de muneribus fit nõ est ad rem. Omnes enim uouentes cõmuniter ac tenaciter uolunt aliena accipere:& sua obseruare. Quapropter non solũ retinent in se arbores:immo & male libenter fructus condonant. Attamen si inter religiosos uel seculares cũ uoto aut sine uoto debet deo seruir:oportet semetipsum deneget: & legẽ assequatur:ut christus iubet. Ipse eñi non precepit:quod in cenobia ingrederemur ad agendũ uotum:Sed quod ipsum sequamur. unde tenemus:tam mereri unũ heremitã q in montibus degit absq; uoto:q̃ si uoueret ad degendũ in cenobiis. Omnes enim sub christo uiuimus:cui parere debemus. Icirco q bonum agit:bonũ nancisceetur:cum particulari uoto aut sine uoto. Tamen uouentes uidẽtur bona mereri:quũ scandala mundi effugiant:si forte effugiunt. Nam circa mundana negocia parum inter erit inter ecclesiasticos & seculares:si modo ecclesiastici non superant:quatenus uisum est. Quando autem clam manerent:laudabile erit scandala euitare:& decorum inter rerum discrimina manere:nec in ipsa precipitari. Et non possumus omnes esse fratres:aut in cenobiis degere. & sic qui circa mũdana cõuersatur : & non errat ipsa pertingendo:manifestum sue bonitatis signum idicat:& tales homines dicere possumus totaliter deo esse deditos:& tandem qui plus deũ amat:maius bonũ consequitur.

¶Quod naturali ratione & consuetudine uidetur:magis sine sacramento aut particulari obligatione:q̃ sub iureiurando mereri. Cap.xi.

¶De naturalibus rationibus & experientiis:secundum nostram consuetudinem quamplura adducere possumus:ad probãdum propositum nostrum:quod magis liberi q̃ coacti mereamur: ut quãdo mercenarium habemus:quia pro mercede nobis seruire tenetur:& de omnibus bonis que agit iam solutus aut fere solutus est. Quod si mutuo damus alicui:& ipse iureiurando pollicetur se tali die bona nostra redditurũ:q̃uis reddat nihil ipsum cõmendamus. Si uero bonum filiũ ex bono patre uiderimus: nõ apparet aliquid noui:nec mirũ quod bonus sit. Et si dum in cenobiis degunt honeste uiuũt:nemo admiratur:nec dicit quod multum faciunt. Sed si contrariam partem accipimus:in totum econuerso subsequtur. si enim quisquam a nostra conuersatione remotus nostris necessitatib9 opitulatur:ipsum utiq; collaudare & remunerare solemus. Quod si filius cuiusquam scelesti uiri fuerit uirtuti deditus:eum magne uirtutis existimamus. Quoniam per se moueri uidetur:& laudabilius est ad bonum ultro:q̃ ab alio moueri:Et qui a bonis parentibus duxit originem:per ipsos ad uirtutem impellitur. & quod taliter omnes diiudicemus:manifestũ est. Qui uero aiunt nos iudicare debere aliter q̃ iudicamus:suum intentum probare debent. Nos enim secundum legem nature & consuetudinẽ:partẽ nostram approbamus.

¶Qua de re in exemplis naturalibus atq; moralibus circa naturam & diuinam legẽ manendum est:dum de meliori opere cũ uoto aut sine uoto facto disputat. Cap.xii.

¶Prosequendo autem de hac dissentione:uidelicet:de opere cum uoto uel sine uoto facto:aliquod exemplum aperiemus de quibus in hac dissentione adduci solent:ita dicendo. Iste miles promittit igredi hodie in castris inimicorum:& surripere uexillum ipsorum:alius miles ꝓmittit etiam ire in castra inimicorum:& agere quantum sit ei possibile deo iuuante:ut uexillum etiam inimicorum capere possit. ¶Nunc in hoc solo maneamus:quoniam tantum in hoc tota consistit difficultas:& dicemus sic. Nullus istorum militum scit de scientia certa:ea que futura sunt:& sub casu contingente positi permittere tanquam determinate seu sub scientia certa id quod nescimus non ualemus:nec quidem sub numero scientiarum cadit:errorq; a natura & lege est talia agere:ea que possumus iuuante deo stare potest ut agamus. quoniam imanu nostra est operari:quousq; ualemus:& tamen sine deo nil operari possumus. Vnde promittere ea que sub manu nostra non cadunt:& sine recordatiõe quod sub potestate dei semper operaturi sumus:malum est:& de malo pricipio impossibile est bonum finem quicq̃ sortiri:eo quod omnis bonus finis cum suo principio conuertitur. Nam bonum in bono & malum in malo conuertuntur:non autem econuerso. & quod promittendo ea que nullatenus scimus:neque sub scientia certitudinis cadit:error sit:patet:eo quod similia promittendo tanquam dii uideri uolumus. Quoniam ipse solus omnia cognoscit. ¶Et tamen propter malam consuetudinem hominum, sepe circa plures insipientes pronosticatores commendantur:eo quod inferunt futura contingentia cognoscere ; & quia

quandoque ueniunt:ut dicunt.causa quod de his que sepe fiunt loquuntur:gentes insipientes tanqu ã deos:aspiciunt uaticinatores de futuris contingentibus iudicantes.& quo ad ueritatem similes lapidã di sunt:eo quod multa que scire non possunt:dicunt se scire.nam scire sub scientia cadit:& de futuris cõ tingentibus apud nos priusquam fiant nulla datur scientia.Vnde satis probatur:qualiter qui promit tit ea que nescit:nec quidem sub potestate manuum ipsius cadunt:tam in fine operis:quam in pricipio uituperandus est.Quoniam pessimum pricipium etiam pessimum exposcit finem. ¶Nunc uero per ea que dicta sunt:facile de operibus cum uoto & sine uoto actis cognoscere possumus:& ĩ primis de uo to in se est discernendum.nam si in se bonum absq; alio:dato quod nil ulterius operetur:operãdo post ipsum uotum aut non operando bonumpetit finem.sed si uotum in se aliquam continet presumptio nem:uidelicet:quod in uouendo aliquid promittamus:quod sub scientia nostra non cadit:neque sit in manu nostra omnino uotum uituperandum est.& si uituperandum:non potest omnino optimum ex pectare finem. ¶Sed quod sit bonum aut non bonum ego nolo determinare.sed unum tãtum scio difficile esse:quod dum aliquis in seipso diligenter aspiceret:esset fere impossibile se reperire omnino ualidum ad obseruandum castitatem:obedientiam:& paupertatem:dum uiuit. & quod hoc uerum sit per omnes uouentes aspiciamus.nam qui castus sepenumero inobediens:aut saltem aliquãdo in inobe dientia cadit.& si castus & obediens:sepe fit diues:aut fieri uellet.Et si non unusquisque particulariter omnes simul diuitias atque ambitiones querunt:ut in omnibus ordinibus uidemus. & quia experientia cognoscimus:multos rumpere uota:error uidetur:ipsum uotum absolutum agere:unde satis esset: secũ dum uisum meum:quod in uoto promitteretur:inquantum potero:iuuante deo obseruabo : castitatẽ: obedientiam:& paupertatem.Et insuper promitto semper quod in aliqua illarum promissionum ca dam:ad punitionem per religionem ordinatam manere. ¶Et hoc sufficeret:quoniam si promittim9 operari bonum:inquantum possumus:simul cum gratia dei omnino compulsi sumus:ad semper bonũ operandum:& ad patiendum supplicium semper quod erramus.Et in hoc modo nullã ostendim9 pre sumptionem:de nobisipsis promittere:operari uero sub absoluto sacramento ea que nescimus:pericu losum est.Nam casus fortuiti sepe contingũt.unde satis malum est errare simpliciter:quamuis ipsum er rorem cum sacramento absoluto:uidelicet:qđ cum non committeremus:nõ duplicemus.Quocirca ad uertendum est:si uotum absolutum in se omnino bonum aut non bonum:quoniam qualis est bonitas eius:talis est finis:qui ab ipso uoto expectatur. ¶Verũtamen dum iuxta exemplum de militibus posi tum assumeremus:uotum absolute factum nullatenus commendaretur:& hic merito auctoritatem euã gelicam assumeremus dicentem:qui se humiliat exaltabitur & qui se exaltat humiliabitur.& qui absolu te de futuris contingentibus promittit:seipsum exaltare uult:& qui cum moderatione dicit faciam quã tum mihi erit possibile deo dante:humiliat se. ¶Et ita in passione habemus:quia petr9 tanquam de seipso presumendo dicit:& si omnes scandalizati fuerint in te:ego nunquam scãdalizabor:a christo re prehensus est.Moises quia presumpsit tanquã per seipsum aquam ex lapide extrahere:ut popul9 israeli ticus biberet:maximum cõmisit peccatum coram deo.Vnde uidere possumus:quonam pacto solus de us absolute per seipsum agit:& sic legitur:ipse dixit & facta sunt. ¶Christus in curatione paralitici: quia deus & homo:inquit remittuntur tibi peccata tua:& quia iudei mirabantur de his uerbis :demum dixit:tibi dico paralitice surge:tolle grabatum tuum & ambula:& ita factum ẽ.sed similia uerba atque opera deo tantum attinent:quia nullum habet superiorem:nullum equalem:nullum cõtrarium.sed ho mines:qui non per nosipsos sumus:immo a deo dependentes:oportet semper in operibus nostris cum aliquo temperato medio ipsum deum conuocare:& per partem nostram humiliter inquantum possu mus promittere bonum operari.& hoc faciunt omnes:qui per longum tempus bona operantur:quã uis uotum absolutum non agant.& quia uotum non est de precepto legis:quod fiat:nec quidem si fit: quod absolutum fit:causa humilitatis aut fugiendi presumptionem:possent uouentes ipsum uotum ali qualiter in uerbis suis moderari.Quoniam promissiones circa deum & creaturas moderate esse debẽt.

¶Licet quod uulgus aut insipientes.ut superius posuimus:homines promittentes futura scire:quam uis contingentia ipsos commendant: & quod hii homines insipientes sint : seu de parua sufficientia per ipsosmet probatur:cum tantam perfectionem in aliis hominibus ponant:potiusquam ĩ seipsis:quo niam cognoscunt nil de similibus futuris scire:& quia credunt quod alii homines hoc sciant:differen tiam tanquam inter deum & homines ibi designant. ¶Probi uiri quia cognitionem habent: quo usq; homines a natura attingere possumus:dum uident aliquem naturales metas nostras uelle transire: tanquam stultum eum reputant:& sic libenter in omnibus certaminibus siue uerborum: siue manuũ: cum ipso occurrunt.Sed insufficientes homines in uiribus corporum aut intellect9:de facili fabulas cre dunt:atq; prauos homines timent:& presertim dum delectabilia eis promittunt: libenter ea audiunt: cum nesciant per seipsos discernere:an uerum uel falsum audiãt:agibile uel inagibile:quo ad uires no stras.& sic non tantum aliquibus qui operam litteris dederunt:sed etiam seniculis mulierculis ignorã tibus:de uaticinationibus credunt.

¶Quonam modo philosophi moderni ad similitudinem hebreorum in perfidia ma
nent:& q̄ aristoteles deductus ad senectutem in modo honesto:de iis que in iuuentu
te scripserat seipsum retractauit. Cap.xiii.

¶Quum in hac tempestate perfidiam philosophorum nostrorum perspicimus:quidnam aliud con
tra ipsorum duritiem adducere quimus preter eos comparare cum hebreis:in n̄ris tp̄ib9 manētib9: q̄m
isti & illi dure ceruicis sunt:non in fortitudine:nisi quia in erroribus indurati.uerum tam de philoso
phis quam de iudeis ualde mirandum est:quum ipsi super oēs alios presumant:de facultatibus istis co
gnitionem habere.Iudei aiunt totam bibliā ad mentem continere:philosophi uero totā philosophiā.
Sed dū ad bonum ipsos deducere uolumus:perdifficile est.plures homines inueniuntur:qui nunquam
legerunt bibliā nequidem aliquam de ipsa sciunt narrare auctoritatem:tandem ad uiam ueritatis sunt
deducti:deum & proximum amant:omnia alia precepta honesta obseruant.Iudei tantum in narratio
nibus uerborū remanent:asserendo:scimus scimus:nihilominus nil bōi opantur:auctoritates quamplu
res de suo latore legis habent denuntiantes messiam perfectorem legis:& de aliis quamplurib9 prophe
tis:quos iudei assequi dicunt:que etiam messiā promittunt:atq; condictiones eius describunt p oēs has
descriptiones:Messias in lege scripture prophetizatus:christus redemptor n̄r qui iam uenit est : iudei
tamen semper bibliam legunt:& nil boni ab ipsa eliciunt:nisi argumenta:ut perfidia sua sub aliquo co
lore remanere queat. ¶Quidnam nunc de modernis philosophis excogitare possumus:nisi q̄d phi
losophiam antiquorum adiscunt:ut cum ipsa defendere possint ne ad rectas uias reuertantur. inquiūt
totam naturalem philosophiam scire enarrare:tandem de raro ad bonum animabus attinens applica
re uolunt:asserendo:naturalem philosophiam optimam facultatem esse:& semper optimo adherēdum
est.naturalis philosophia disponit mundum fuisse ab eterno:omnia que habent noua:eē talem nouita
tem acquirere per generationem & corruptionem per meram creationem:ut nos dicimus omnia no
ua simpliciter.igit̄ naturalis philosophia est tenenda:si petimus que philosophia:hoc uult:respondēt:
philosophia aristotelica : ueluti iudei legem mosis. allegant simul cum bonitate eius : & hii in perfidia
inueterati nolunt exaudire : qualiter moses postquam legem scripture dedit:aliam pfectiorem uentu
ram] denūnciauit : & ita aristoteles:postquam naturalem philosophiam sine aliquo exempto superio
ri scripsit:aliam multo digniorem denunciauit legem.unde ad maturam etatem deductus:de his que in
iuuentute scripserat:palam seipsum retractauit:ut beatus augustinus fecit:licet aperte nō dixisset se re
tractare:tamen in re contra ea que in iuuentute dixerat multa bona adduxit.& q̄r hoc omnibus aspi
cientibus patet:naturalis philosophia ab aristotele tradita:ut phisica:tanquam facultas indisticta aspi
cienda est:non omnino mala:imo incōpleta atq; inexplicata:ut per ipsum aristotelem testat̄:dū alexā
der conquerebatur:eo quod edidisset extra phisicam.unde respondens asserit:quod nullus ipsam intel
liget.& ultra obscuritatem:ea que cito foras mittimus:sepenumero impropria remanēt.denum ad ali
quam retractationem deueniendo:ut ibi exemplum capiamus:ad probandum qualiter aristoteles:tan
quam religiosus:non autem irreligiosus:habendus sit:in methaphisica in moralibus:querendus est . q̄a
quando hoc scripsit:in matura etate erat:licet quod in methaphisica ambigue ad religionem & irreli
gionem loq uidebatur. ¶Sexto methaphisice:si oīs substantia est mobilis:phisica est philosophia pri
ma:sed si aliqua substantia est imobilis:illa est prior:& scientia de illa ē prior:quam phisica. ¶In his
uerbis uero de aliqua substantia exēpta super phisicam esse dubitabat:& posito quod aliqua sit exēpta:
cum religiosis conformabatur. ¶Et in duodecimo:querendo optimum ordinem ministrandi.unum
tantum super omnia entia tanquam exēptum gubernatorem approbat. ¶In moralibus enim mul
to clarius intentionem suam posuit:ueluti dicēdo:philosophia docet hominem suum cognoscere crea
torem:in quibus uerbis:multa sub paucis comprehendit:in primis philosophiam commendat asserēdo
quod dum per ipsam recte discurrimus:creatorem omnium rerum cognoscimus:& dicendo creatorē:
ea que in naturali philosophia negauit:confitetur.quoniam de philosophia naturali agendo primū
motorem dicebat tantum:creatorem esse semper negabat.sed dicēdo philosophia docet hominem :suū
cognoscere creatorem:creationem & res creatas affirmat.ut religiosi tenemus.Vnde tanquam moses
in hoc iudicandus est:quia ueluti moses in primis quandam imperfectam legem tradidit iudeis: postre
mo uero aliam perfectiorem uenturam aperuit:ita aristoteles dum iuuenis erat : quandam legem idest
phisicam tradidit discipulis:in ultimis autem aliam perfectiorem legem idest religionem docuit ipsos:
uerumtamen pro maiori parte philosophi qui aristotelem assequi dicūt:primam doctrinam ab ipso tra
ditam amplexantur : & tanquam optimam comendant. ¶Vnde sane dicemus:philosophia docuit
aristotelem suum cognoscere creatorem:& philosophia docet modernos philosophos suum creatorem
abnegare:ut palam apud omnes innotescit.quoniam dum creatorem & res creatas abnegare uolunt:
ad philosophiam per aristotelem scriptam occurrunt:tamen ipse post scriptam ait. philosophia docet
hominem suum cognoscere creatorem:idest decurrendo per uarios & naturales cursus:facile inueni
mus qualiter nulla res mundi ualet ad essendum per seipsam.Vnde fit:necesse eē ad unum exēptum su

periorem deuenire:de quo totus mundus per simplicem creationem nouum esse habet.& hic est doctri na aristotelica;quamuis ex eo quod cautelis caret pauci philosophi denominati de sequella ipsius cu rant:quod sine ratione fit:quum ubicunq; clariora & ad optimum tendentia querenda sunt:non autem inexplicata & sub tramis scripta:quauis per prauam consuetudinem hominum in quacunq; facultate si milia turbulenta querantur.

¶Qualiter homines antiqui uocandi sint:ex causa:quod multo tempore uiuit: & nō ex eo:qd in hoc tpe uel in alio prius sint nati:& mortui. Cap.xliii.

¶Moderni nostri quum de aliqua scriptura aut opere uolunt auctoritates isinuare:antiquissimos au ctores querunt.Attamen si iuuenes obierunt:nescio quare antiq nominentur.Dum enim uiuimus ho mines sumus:& non post mortem.Quamobrem quum nunc possimus tanto tempore uiuere:quanto in aliis etatibus:similiter senes nostri uocandi sunt antiqui:quemadmodum & illi:qui aliis temporibus ob ierunt.Quoniam ille est nominandus antiquus:qui multum manet ex natiuitate sua usq; ad anime & corporis separationem.Quod si antiquum pro tempore seu machina mundi accipere uolumus : illud tempus & illa machina que nunc est:erat itidem in mundi principio.Quapropter nunc mundus ē uo candus senior uel antiquior:q̄ in principio:& similiter senes nostri magis senes:q̄ alii qui in altera eta te dies suos finierunt.Quia materia quam nos accipimus senior est:q̄ in principio mundi. Quod si ex diuturna experientia antiquos nuncupamus:senes nostri erunt antiquissimi:quum dies suos habeant: ut in alia etate habeant:& per se experientiam nanciscuntur:ac per alios : qui ante eos mortui sunt: qq; in prima etate uel circa primam uixerūt:paucam aut fere nullam ab aliis experientiam habebāt:& ob hanc causam tanquam pueri erant.Nos quoq; in modo abscondito uel inexplicato tanq̄ adolescē tes effiguramus ipsos:licet a nobis antiqui appellentur:Quod hoc modo apparet:quū enim de aliquo qui nimium fuerit ab etate nostra distans legimus:& inuenimus eum dixisse:deus deorum:causa causa rum:uel alia huiusmodi altissima:haud parum miramur:& de nostris:q̄uis illa & alia plura magis intrin seca explicent nil admiramur.Et hic agimus ita ut quando aliquis puer noster uerba aliqua subtilia p fert:quia principaliter non de uerborum subtilitate excogitamus:Sed de sola illius pueri etate . Atta men plures alii prouecte etatis meliora atq; altiora inquiunt:& similiter ī etate nostra uel circa.q mul tum uiuit antiquus est uocandus:& doctus si studuerit:& maior si maiorem poterit experiētiā adipisci: quā antiq:licet non miremur:quum multa apud nos pre manibus & in cōmuni usu sint.

¶Quod merito opponere possumus opinionibus irreligiosorum philosophorum. Cap.xliiii.

¶Quum in pluribus locis quo ad meam sententiam scribendo:quasdam particulas aliter q̄ ueteres philosophi posuerim:forte nonnulli:qui in iuuentute maiorem in litteris operam nauarunt:uolent me de temeritate redarguere:& maxime ubi aduersus Aristotelem attuli:cuius quidem precepto potius ue ritati tenemur:q̄ antiquis seu modernis philosophis.Quoniam autem is iter alios de philosophia agē tes in prerogatiua philosophus ab ipsius sequacibus appellatur:nos autem inter primos reputandum esse sentimus:presertim dum de philosophia media:idest non sublimi nō infima agitur. ¶In rebus au tem sublimibus & infimis siue tractabilibus alii aristotelem ingenio prestiterūt:& in rebus altissimis aut diuinis sancti & prophete & etiam aliqui philosophi:ut mercurius trismegistus:plato:& in rebus tracta bilibus:medici aristotele prestantiores:ut hypocrates:galienus:& auicenna:in moralibus socrates:& se neca:aristotelem precesserunt:q̄uis ipse multa bona dixit.Sed fere tota moralitas sua ad consuetudinē ciuium spectat:ut inter se circa mundana agibilia uiuere possint.Verum de huius mundi uel uite mise riis nil aut parum aristoteles agit:& quo ad ueritatem propria moralitas hominum principium mediū ac finem animarum:& corporum declarat:ne tantopere in curis ad medium attinentibus uersemur:q principii & finis nostri obliuiscamur.& moralitas aristotelis solum agit de medio:seu dum hic uiuim9: quum ipse ut de principiis suis probari potest:hominum felicitates ac miserias in hac uita duntaxat po suerit:& sic ad ipsam preparandam in moralibus scripsit.Et nos quo ad ueritatem non indigem9 alio: nisi scientia diuina & tractabili:iuxta hec corpora nostra.Quippe quod in diuina scientia salus anima rum consistit:& in scientia tractabili corporum salus aut humana uita conicitur. Quocirca de media philosophia:ut de forma & materia:de generatione & corruptione:de uniuersalibus & particularibus: parum nostra intererit.Quanquam in tali materia ociositatem & ignorantiam effugiam9:& plura sci re admodum cōmendatur.Verumtamen quia tales scientie in ornamentum & dec9 personarum sunt: & non de necessitate:ultro de eis quod uolumus accipere possumus.Sed longe aliter tenendum est ; in

theologorum & medicorum scientia. Si enim mandata aut ordinem diuinum non credimus: anime nostre in eternum peribunt. Quod si medicine fidem non adhibuerim9: membra nostra citissime dissoluetur: & sic manifestatur ratione & sensibus posse a nobis interdum aristotelicis sententiis opponi. Nam quum ipse in rebus diuinis: que optime sunt sepe discrepauerit: non est presumendum: qd etiam in aliis quandoq; a recta uia non deuiauerit: ex quo homo erat: & non sanctus: nec propheta: licet sapiens & astutus. ¶ Et ut minus admirentur illi: qui hoc audient: postremo de eiusdem aristotelis uita: aliquid subnectam penes id: quod a laertio dyogene & plutarcho infertur. Vnde palam fit: qd natura non erat magis q̄ homo cōmunis: q̄uis diligentissimus fuerit: & auidus atq; anxius: ad plurimas facultates uidendas & inscribendas.

¶ De quibusdam sententiis ab aristotele dictis: que stricto modo capiendo aliter teneri possunt. Cap. xlv.

¶ In tertiodecimo de animalibus citra quamcunq; exceptionem aristoteles ait: tantam uim nobis eē in pollice manus: quantam & in reliquis quattuor digitis: quod manifesta experiētia comprobatur. aliter esse sentiendum. Si enim aliquod pondus extollere uolumus cum aliis quattuor digitis multo magis q̄ cum solo pollice subleuamus: Quod si alterius brachium ambabus manibus accipimus: & inuito ipsum tenere uolumus: semper si euasurum est euadit per partē: in qua digiti pollices sunt: licet q; ad sustinendum aliquod pondus in altum ualent. Sed etiam in eo tunc oportet quod pectori nostro cubit9 inhereat. Pariterq; ad figendum aliquem clauum digitus pollex ualet: Attamen oportet illic alios digitos suffragari: quia duo alii digiti clauum inter se accipiunt. Vnde ex se pollex parum ualere potest: & alii absq; ipso nimium. ¶ Et similiter ad sustinendum pondus quattuor digiti magis ualent q̄ solus pollex: tamen quum non sit nimia differentia: potest decenter stare hec sententia. ¶ Et de necessariis proprietatibus agendo ait: impossibile esse: quod ignis sit frigid9: & nix nigra. De igne concedim9: Sed de niue negamus. Quoniam possumus ipsam nigro inficerē: & tñ nix remanebit. In alio loco dicit: qui fatigant citius sentiunt frigus: q̄ qui in quiete degunt: quod sensibus repugnat. Nam si aliqui proceres aut soliti in quiete manere dum frigus est extra domos exeunt: q̄uis plurimas uestes deportent: uidentur undiq; glaciari: rustici uero licet simplicibus ac laceris uestibus tecti uadant: tota die laborant: & defatigantur: & parum de aqua uento & niue conquerūtur. Quoniam ex nimio labore fortiores cōtra extremum frigidum & calidum rediguntur. Attamen defatigantes accipiendo pro illis qui egritudinibus uexantur potius q̄ in ualitudine aut in quiete manentes frigescunt. Sed hoc in quoquomodo pro cōmentatione seu excusatione stare potest. ¶ Sepenumero sibiipsi contradicere uidetur aut saltem sine cōmento hoc cum illo stare nequit: ut in pluribus locis patet: quod in quocunq; auctore male sonat. ¶ In moralibus siquidem plura bona adducit: & tamen quandoq; aliqua que iter se repugnare uidentur. Ait septimo polyticorum teste deo in bonis exterioribus non est felicitas: quia ipse felix ē: qui nullo bonorum exteriorum utitur. In quibus uerbis asserit omnia bona in intrinsecis opibus consistere: que operatio a diuitibus atq; pauperibus fieri posset. Nihilominus primo ethycorum iq̄uit impossibile est indigentem operari bona. Si in hoc loco indigentes intellexit: pro multa cupiente aut suā omnem felicitatem in his temporalibus ponente: recte quidem se habet: si indigentiam pro paupertate huius mundi: penitus male & contra auctoritatem asserentem in bonis exterioribus nullam esse felicitatem. ¶ Quinto ethicorū denarius ē omnium rerum melior & mēsura: quia est fideiussor nobis in omni necessitate: pro quauis re indigem9. Que uerba mercatorū seu ciuium poti9 q̄ philosophorum sunt: In politicis periculosum est pricipi subdito dare magnos honores: hic de doctrina subleuationum principis: sub quo plures maliuolentie oriri solent: & non de equalitate loquitur: que amicitiam & amorē parit. ¶ Quarto ethicorum uerecundia non conuenit omni etati: sed tantum iuuenili. Vnde iuuenes uerecundos laudamus: senem autem uerecundum nullus laudabit: quod utiq; de uirtute uerborū stare non potest. Quoniam senes qui non uerecundantur: sepe saltare choreare & ad mulieres declinare aliaq; huiuscemodi facerē. Quapp ipsos odio hēmus & si uerecūdarenē de cōmittēdis similibus ipsos commendaremus. Ita q; uerecundia in omnibus etatibus recte se habet. Verumtamen in aliis que bona sunt atq; omnibus agibilia: sepe pueri uerecundantur: & in bonum signum habetur: quod non in senibus. ¶ In quibusdam locis melancolicos philosophos esse testatur: & alibi quod sint duri pigri tristes amatores somni: & multum comedentes: in quo tamen repugnat: quod tales sint philosophi. Et quo ad ueritatem neq; melancolici sunt philosophi: neq; multum dormientes tristes & pigri: q̄uis satis comedant & bibant: sed semper sunt conuersabiles aut boni socii: secundum quod cōmuniter dicitur soci9: & duri ac fatigantes sunt. Quapropter qui pigri somnolenti comedentes & tristes sunt: dicimus fere equaliter eos ex quattuor complexionibus gradatos. Dum uero melancolia uel flegma precedit: deteriores fiunt. Et ubi ait: quod melancolici sunt philosophi: hoc pro colericis est itelligendum. qui macres

subtiles taciturni & circũspecte uadunt: Et quod philosophi seu scientiarũ inuentores colerici sint: uel aereo elemento conformes: per suas effigies demonstratur: que in medaliis sunt sculpte. Verumtamen pleriq; fuerunt ex melancolicis litterarum periti: sed aliunde scientias acquirebant: & nõ quod eas per semetipsos adinuenissent. Quoniam adinuentores subtilium sciẽtiarũ cõmuniter a colera siue ab aere maiorem quantitatem in sua compositione accipiebant. Nam contra rationem fuisset: ut iam in alio loco diximus: quod melancolici uel accipientes proportionem a terra pre ceteris in sublimem scientiam ascenderent: quum terra sit elementum infimum grossum & graue. ❡Plato secũdum effigiem suam in complexione colere perfectus erat: & postmodum de melãcolia & sanguine satis participabat: & de flegmate parum: & ideo in operibus intellectus atq; membrorum ualidus esse potuit. ❡De aristotelis effigie non tam precise cognoscere possum. Nondum enim eius medaliam uidi: tamen inquantum eum describunt multam platone inferior natura erat: ut mox in uita patebit. Quãdoquidem aliquod rectũ iudicium elicere possumus: considerando modum quem in scribendo obseruabat: pariterq; per aliquã suorum membrorum descriptionem: & ad hanc cognitionem non est eundum per physonomiam: quã ipse scripserat. Quoniam nulla ueritas inde concipi potest: neq; illa signa sunt uera: eo quod omnibus complexionibus accidunt: & in re homines qui uarias complexiones habent: in operib9 quoq; uariãt.

❡Petrus de habbano etiam de physonomia tractare uoluit: & plures idũxit auctores: qui super hac facultate scripserunt. Sed ipse simul cum aliis hoc in loco nihil ueritatis attigit: ut manifesta experientia comprobari potest: & auctores quos adducit fuerunt: ut physonomõ: aristoteles: rasis: & Zacharias: qui idem omnes sentiebant. ❡Quũq; aristoteles inquiat: q; nullatenus ignis frigidus esse potest: sub his uerbis multa de mente sua cognoscere possumus: utpote qualiter elementa in mixtis seu ultimatis speciebus se habeant: quomodo filius in patre & causatum in causa: q̃uis eiusdem materie sint: ut in exemplo uideri potest: secundum aristotelem de igne fit aer aqua a terra: & ita de quocunq; elemẽto species ab aliis elementis denominate fiunt: & tamen dum ignis in speciem aque transmutatur: ibi non est amplius ignis: eo q; nomen & diffinitionem amisit. Nomen quia non uocatur amplius ignis: & diffinitionem quum non diffiniatur per calidum tanq̃ per propriam passionem. & sic concesso: q; hec materia que nunc est in aqua: in lapide: in ferro: aut in arbore prius stetisset in igne uel foco: quẽ nos uulgariter dicimus in speciem lapidis translatus: non est amplius ignis. ita q; q̃uis lapis frigidus sit: non sequitur q; ignis quandoq; refrigidetur. Quoniam tanto q; spẽm suam obseruat ignis est: & non ampli9. Ita q; sperma in homine uel aptitudo generandi filium ibi non est filius: Sed aptitudo uel sperma: & ligna in arboribus aut lapides in campis non sunt domus: nisi materialia apta ad ingrediendum in edificia: Nam si filius est in patre priusq̃ generetur: asserendum est: q; ignis quandoq; calidus & quandoq; frigidus: eo q; dum per uarias species transit penitus refrigidatur. Attamen quo ad ueritatem in eo tũc nõ uocatur ignis. Et pariter elementa in mixtis non sunt formaliter elementa: sed lapis arbor corpus hominis equi & huiuscemodi.

❡De uita aristotelis & quid per illam met de ipso & habitudine eius comprehendere possumus. Cap. xlvi.

❡Quominus de iam predictis admirentur illi qui sunt penitus aristotelice doctrine dediti aliquam de eius uita mentionẽ faciemus secundum quod per scribentes suas condictiones demonstrãt ut p laertiũ & plutarcũ. & hic facile cõprehẽdi põt an cõis homo uel plusq̃ hõ esset: que uero consuetudo religiosorũ atq; laudabilis est dũ aliquem hoĩem laudare uolumus sicut in canonizatione ad uitam eius occurrere & ibi non ualẽt illa que plane scripta sunt. Quoniam plures testes expostulamus & finaliter qd uita illa sit supra alias cõmunes hoc est quod deo unita per particularem gratiam. & per effectus ista pfectio cognoscenda est. Et in uita aristotelis non apparet aliqd magne excellentie super aliis esse: nisi qd inter dignos fuerit cõmunis: tametsi in disputationibus cunctos excellere uideatur. Verum astutissimus & curiosus describitur: quia dicunt fere nullũ tp̃s amisisse: & quod auidus erat atq; sollicitus in superioribus & inferioribus scitandis: assidue tamen super aliorum dictis. & iccirco uidetur suam potissimã pfectionem in curiositate consistere: & in aggregandis pluribus dictis in unũ ordinẽ transferẽdo.

❡Et qd natura ualde subtilis: & inuentor non esset: sufficienter uidetur posse probari: talem uiam assumẽdo. Dũ enĩ ad socratẽ accessit decimũseptimũ etatis annũ expleuerat: quo tpe iam grãmatice disciplina & litterarũ monumentis eruditus erat: & deinceps per trienniũ sub socrate stetit: p uigesimum uero sub platone: taliter qd plusq̃ trigita ãnis sub magistris degit: in qua audiẽdi ,plixitate & dierũ longitudine: proculdubio paucam inuentionem a seipso habere denotat: si enim habuisset penes naturalẽ libertatẽ non potuisset tanto tpe alios audire. pserti qd si sciebat quecunq; alii exponebant: curnã eos audiebat: quũ dicat frustra esse fieri p plura: que possunt fieri p pauciora: & sub magistris degere absq; necessitate frustra esse uĩ: qd si tanto tpe ipsis indiguit: nullatenus subtilis & inuentor: licet discretus: q̃uis in matura etate esset: semper sibi necessaria inquirebat. ❡Et quãquam nõ habeamus aliũ hoĩem adeo uniuersalẽ: aut qd uellet sup tot facultatibus inscribere: plures tñ añ ipsum fuerũt: q rectũ in scri-

bendo ordinem obseruabant. ¶De logica dicunt aristotelem primum fuisse: qui decem predicamenta assignauerit in ordine: per prius & posterius intelligas: Sed iam ante ipsum logica utebantur: quemadmodum & nunc: dato quod non habuissent talem ordinem per prius & posterius situatum. hoc uero solum ad memoriã confert. ¶Dicunt eum locupletem & duas uxores filios ac filias atq; seruos habuisse: que non uidentur mero philosopho attinere: quum diuitie huius mundi uxor filii & serui ualde impediant ad diuinas contemplationes: ex eo quod huius seculi negocia expetunt. De contemplatione consilio aut tollerantia nil in uita enarratur: q̃uis dicant: quod fuerit quibusdam emulis odio: Et secundum ꝙ in sua & alexandri uita legitur magna aristotelis presumptio denotatur: quod persuaserit & uenenum dederit ad occidendum alexandrum: quod si ita fuit: pessime nature iudicatur: ex quo uidetur: quod non habuerit dilectionem erga magistros dominos & discipulos. Mortem quoq; eius ignominiosam fuisse aiunt tamen de modo pereundi incertum est. Quidam enim uolunt: quod ueneno perierit: & alii quod sagittis regis persarum iussu. ¶De abstinentia aut contemplatione nihil in uita eius pertractatur. nisi quod tum manendo tum deambulando studebat & disputabat. Sed de experientia per actus suos acquisita: parum describitur. tandem uiso illo quod in uita sua fertur: non uenerandus nec adorandus est: ut deus: uel eius nuncius: & propterea ubi ratione non probat: non est a probis uiris auctoritas eius admiranda. ¶Id quod de natura animalium tractauit: suspicatur apud egyptios in scriptis reperisse: quod utiq; satis uerisimile uidetur exacto stilo: quod in uita sua scriptum comperimus. Nam uidetur ferme toto tempore etatis sue in scolis stetisse: libros legendo & de animalium natura scribendo: necesse ē sensum experientiam haberi: & longo tempore in desertis manere. tamen de ordine & aliquibus fundamentis tenẽdũ est per aristotelem de natura animalium scripta esse.

¶De habitudine membrorum aristotelis. Cap. xlvii.

¶Vltra consuetudinem aristotelis duo potissime describuntur de eius habitudine: in quo comprehendere possumus: eum non satis fuisse dispositum penes corpoream ualitudinem: tamen significatur: quod rarus fuerit: & quemadmodum latius de complexione hominum scripsimus: rari aptiores sunt ad adiscendum: & coniuncti ad operandum in agibilibus. At si unus rarus & alius coniunctus: aut spissus: & ambo temperati: debēt per se scientias adiscere. Qui coniunctus erit multo magis adiscet: eo quod propriis actibus potest secreta rerum adinuenire: qui uero rarus: non est in actibus efficax: & sic doctrina caret: que a propriis actibus resultat. Sed quando rari debent doctrinam adiscere: aliunde repertam: ualde sunt apti: tamen clari & temperati esse debent: & non molles: ut qui flegmate sunt compositi: sed temperati ꝙ uideantur aliquanto remissi: aut super se modeste & sine rigore manentes: & talis per se fert astutiam cum suauitate: & hoc est signum colere. ¶Dicunt quod gracilia crura habuerit: & oculos pusillos ac submissos: & subtilem uocem: que tamen signa denotant coleram: sanguinem & melancoliam fere in eadem mēsura. Nam crura gracilia ex genu usque ad pedem sanguinem significant: & sepe melancoliam: & ubi oculi sunt paruuli & subtiles tybie: melancolia est attribuenda: equalis aut fere equalis cum sanguine & colera. Quia colera & sanguis per se non possunt corpus adeo in compassatum formare: quod habeat tybias graciles: oculos pusillos: & uoces subtiles. Sed ubi est melancolia in tanta quantitate: q̃uis subtiles uoces sint: dure sonant: Et de iisdem hominibus plures uidemus: qui nimium in disputationibus permanent: quoniam dure ceruicis sunt. Sed si tota crura ab inguinibus usq; ad pedes gracilia erant: ut tenendum est: magis de colera q̃ de alia complexione habuisse denotantur. quia dum hec complexio precedit minime locum prebet: ꝙ membra discompassentur: nihilominus plures de ipsa sequente sanguine & melancolia tybias & costas graciles habent: satis de osse & neruis: de carne uero parum. Attamen quia dicunt: quod aristoteles uestibus tegebat tybias: tanquam ex defectu: uidetur quod non erat recta proportio inter tybias & toracem. Et colera: dum sola dici potest: non finit tantam disproportionem simul cōmorari: nisi sequente melancolia & sanguine. Demum de hac complexione plures astuti nascuntur atq; laborãtes & per coleram habent laudabilem inuentionem: per sanguinem promptitudinem: & per melancoliam memoriam. Sed tamen non sunt ualde subtiles nec suaues in conuersatione: aut pii. Quod si in actibus rari sunt minime preualent: maxime quando habent omnia crura ex superiori ad inferius gracilia: nec potest esse homo mē bris discompositus: quin rarus sit: dummodo non monstruosus. ex quo manifestatur aristotelem ĩ actibus mē brorum nequaquam ualuisse: & ad uaria pertemptandum ualde coferunt habilia membra. Alii quoq; de mē bris eius diuersimode scripserunt: ut in laertio summatim comperitur: quod paucam seu nullam rationem habere uidetur: quum dicat: eum magnis ossibus eleuato pectore & subtilibus cruribus fuisse compactum: quod esse nequit. Qui enim ossa habet magna in grossitudine crurium & brachiorum: magis q̃ in alio demonstratur. Quod si subtilia crura tenebat: non erat magnis ossibus proportionatus. & pectus eleuatum potius audaciam q̃ sagacitatem significat. Quoniam multum de terra: aqua & igne sortitum esse denotat: de aere uero parum & in corporibus quibus nõ ē magna aeris & ignis proportio pauca ingenii acuitas uiget: & sic nulla prorsus similitudo dabitur: siue assignari poterit: quod aristoteles ultimam hanc habitudinē habuerit.

PRETERITORVM EXCVSATIO.

¶Principio huius uoluminis sine quocunq3 respectu uel partialitate me inscripturum promissi: Sed fortassis perspecto illo quod iam litterarum monumentis tradidi. nonnulli dicent: quod ex promissis destiterim christiane legi inherendo: quod utiq3 si non immerito egerim: erit promissionis obseruatio: & non trãsgressio. Quãdoquidem penes meliorem atq3 salubriorem sensum iuxta ingenii uires: me scripturum decreueram. Quoniã uero penes rationem comperii tutius cum lege q̃ sine lege: assidue in quibusq3 salubriorem partem cõmendaui. ¶Preterea ubi inter leges pertractaui: probabiliorem ac dicentiorem secundum naturalem & moralem rationem assumpsi. Lex enim christiana tum naturaliter tum uero moraliter capienda est iudaica & maumethana lege prestantior. Verum partem aliquam de lege nostra annotando: quicquam interdum me aberrasse uereor. hoc autem non ex industria sed imbecillitate intellectus. Quo circa siquid imprudenter inscripserim salubriori consilio me dedo: quum sepissime quẽquam errare contingat. Quod si nosmet in propriis operibus nostris aliquid incastigatum inuenimus: licet sepe sepius ipsa reuideamus: quis dubitet nos ab alio non esse redarguendos. Nostra enim cõmuniter cum amore conicimus: & quandoq3 aliter in alienis agimus: & plerunq3 nostras spaciosas sententias dimittimus: & alii uolunt ipsas sepenumero perstringere ac particulariter uidere: & qua ratione manere queant dignoscere. ueluti contingit dum ensem manubrio apprehendimus: ad cognoscẽdum an cõmode uel incõmode se habeat: quia op⁹ est: ut ipsum minime cogamus: nisi quod lento modo manus ensem dimittat. Nam si ensis bene se habet: semper uidetur: quod manum petat. Si autem male: ostendit quodãmodo se uelle effugere. Quod si manu comprimimus quanq̃ improprie se habeat: uidetur nobis: quod optime maneat: nec aliter de iudicio litterarum nostrarum inferimus: si capitula uidentur nolle manere: ac si naturaliter ibi innata essent: absq3 quod ipsa constringamus: omnino excludenda sunt. Quoniam nõ ex eo quod multa scribamus: nisi quod si bona: ipsa comendare debemus. & iccirco potius circa bona: q̃ in multis cure nostre uersari debent: presertim dum de materiis ad animas spectantibus pertractamus. Quum enim de naturali philosophia: aut de aliis cõibus rebus agimus: latius nobis indulgent: licet sub paucis mandatis lex ipsa contineatur. ¶Christus ait. Venite benedicti patris mei: & percipite regnum: quod paratum est uobis. quia esuriui: & dedistis mihi manducare. sitiui: & dedistis mihi bibere: & pauperibus meo nomine bene fecistis. Contra pessimos uero. Ite maledicti in ignem eternum: qui paratus est dyabolo: & angelis suis. in quo significat: in amando deum & proximum precepta nostra consistere: & ista uerba: quibus postremo iudicabimur: nullam inter formale & materiale differentiam assignant: nequidem inter ens reale: & ens rationis: nec quando substãtia & quando accidens. simplex & compositum: neq3 homo inquantum homo: siue abstractum: nisi de homine: inquantum de anima & corpore constat: & simul in hoc mũdo si bene aut male uiuit.

FINIS ADEST. LAVS DEO.

¶Petri Montii de unius Legis ueritate: Et sectarum falsitate: opus excellentissimum: Perfectum fuit non paruo labore: summaq3 cura reuisum: & per solertem calcographum. Io. Angelum Scinzenzeler Impressum Mediolani. Anno uerbi Incarnati. M.cccccxxii. Pridie Kalẽdas decembris.

REGISTRVM OPERIS.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ. AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT VVV XXX YYY Omnes sunt quaterni Preter YYY qui est quinternus.